Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
RACC. VIAL.
H
123
NAPOLI

Digitized by Google

# CODEX CASVVM SELECTORVM RERVM IVDICATARVM

Actui practico conferentium,

AVCTORE

IO. BAPTISTA DE THORO

I. C. NEAPOLITANO,

Almi Neapolitani Collegij Senatore.

Bibliothecae de Rosa

Caſ. 160

Digitized by Google

05-243 Vell. H. 123

# CODEX CASVVM SELECTORVM RERVM IVDICATARVM,

CRIMINALIVM, CIVILIVM, ET MIXTORVM,

Actui practico apprimè conferentium,

VNA CVM DECISIONIBVS, ARGVMENTIS, & Repertorio,

*[illegible] DICENTIBVS PRAESERTIM nedùm vtilis, quam pernecessarius.*

AVCTORE

IO. BAPTISTA DE THORO I. C. NEAP.

ac Almi Collegij Neap. ordinario Senatore, ac olim illius Priore.

*ACCESSERVNT ALLEGATIONES QVORVNDAM IVRISCONSVLTORVM Peritiſſimorum, vnà cum Deciſionibus Tribunalium, & Indice neceſſario,*

CVM ADDITIONIBVS EIVSDEM D. AVCTORIS.




NEAPOLI. Ex Regia Typographia Egidij Longhi MDCV.

Sumptibus Io. Victorij Sauioni, & Caroli Sangalli.

Digitized by Google

Illuſtriſsimo,& Excellentiſsimo Domino

# D. GARSIAE DE HARO
## ATQVE AVELLANEDA

COMITI DE CASTRILLO, EQVITI ORDINIS CALAtrauæ, Ædiliq; Militi, intimo PHILIPPI IV. Hiſpaniarum Regis Cubiculario,in Maximo totius Regni Conſilio ad Indica Præſidi conſultiſſimó,

*Et in Neapolitano Regno Proregi, ac Vicarias Armorum Vices Tenenti Generaliſſimo Principi.*

IOANNES BAPTISTA DE THORO I. C. NEAP. & Almi Collegij Neapolitani Senator. F.

ORbis regimen, Regnorumq; Imperium humano corpori ſimillimum eſſe multiplici calculo Viri Sapientes tradidere, Excellentiſsime Princeps, enimuerò,quę in Reipublicæ corpore,hęc & in humano reperiri liquidiſsimè conſtat, hinc hominem eadem planè nomine, ac rerum hanc Vniuerſitatem à Gręcis legimus appellatum, vt illigeremus profectò codē prorſus modo regulandum Orbem, ac dirigitur homo quem paruū

Orbem

Orbem dictauerunt, quid enim humani corporis regimine ſapientes ſanctiùs, feliciùſq; ? vnum ſūma veluti ex arce dominatur capud vna præeſt ratio, reliqua promptiſsimè famulantur ictu, vel præcipientis rationis iuſſa, cætera membra exequuntur momẽto temporis, vel eius nutum qua pedes diſcurrunt, qua vigilant oculi, qua manus operantur, omniaq; ſunt in officio, vt mirùm ſanè ſit tot diuerſa, variaq; corporis membra tàm arto ratione vinculo ad vni capiti obſeperabilem colligata: Quare hoc præpotenti flumini ſupplices reddimus, Excellentiſsime Princeps, quod te nobis dederit in capud, tibiq; Regni huius Gubernacula tradiderit, quò tutiùs, vel eluſis, vel fractis imminentibus procellarum fluctibus proueharnus ad portum, Impera noſtrum Caput moderari, vt libuerit Reipublicæ membra ad tui regiminis motum, noſtra propodietur fœlicitas ſub tuo ſapientiæ dominantis auſpicijs Neapolitanū Regnum tranquillitatis faſtigium aſſequeretur, Ius piratam dici ſerenitatem aſpiciet, Vale.

# CANDIDO LECTORI S.

CVM autem ille Omnipotens Deus Adam primum hominem in Orbe creaſſet,& indè ex coſta illius Euam in Terreſtri Paradiſo,vt percipitur ex *Geneſ.cap.* 2. hinc primus homo recens Dei opus erat confabulator aſſiduus, qui Sanctorum Angelorum conplantatus erat virtutibus, inquit *tex.in c.primus de pœn.d.* 2.& tùnc quãdo Adam ſolus erat,non eſt præuaricatus:quia mens eius adhærebat Deo,*cap.quando,de pœn.ead.d* poſtmodùm Princeps vitiorum omnium,dùm vidit Adam ex limo terrę ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compoſitum,charitate ſplendidũ, primos Parẽtes illis donis,ac tantis bonis expoliauit, ac peremit,*cap. Princeps de pœnit.ead.d.* vbi ſubſequitur,Adam ammiſſa temperantia, factus eſt intemperans, perdita charitate, malus inuentus eſt; ſicq; Adam poſt culpam, Deus ſtatim de Paradiſo eiecit,non diſtulit, ſed ſtatim ſeperauit à delitijs,vt ageret pœnitentiam,ſtatim tunica veſtiuit cum pellicea non ſerica,*cap. Adam,de pœn.d.* 1.adeòq; Adam primus homo pro peccato de Paradiſo eiectus eſt, hoc eſt, quia Dei nobilitatẽ à ſe deiecit,nobilitate loci priuatus eſt,*c. Adam d.*40.& ſi Adam per Euam deceptus eſt,non Eua per Adam,*c. Adã* 33. *q.*5. quæ ſe excuſare dixit, Serpens decepit me, & manducaui, *Gen.cap.*3.*cap.Serpens,de pœn.d.*1.adhùc tamen ex hoc geſto dixit *Apoſt. ad Rom.*5. propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ità in omnes homines mors pertranſit,in quo omnes peccauerunt,ad quod addit *Auguſtinus*,peccatum.quod ex Adam contrahitur tẽporalitèr redditur, quia omnes propter hoc morimur, non autem in æternũ eis, qui fuerunt per gratiam regenerati, ſi in ea vſq; in finem permanſerit, *cap.peccatum,de pœn.d.*4.ex hoc igitur originale peccato humana natura deprauata conſpicitur,poſtquàm in ipſa infuſione animæ,tùnc tres illius vires principalitèr debilitantur, *Gloſ.in cap.non ex quo de conſecr. d.*4.*verſ.abſumitur*, quo circa iuſtiſſimè pro eo pœna ſubrogatur, quæ quatuplex eſſe cenſetur, nàm præcludit Ianuam cœleſtem,perpetuò damnat, cauſa eſt mortis temporalis, & impotentia reſiſtendi vitijs, *Gloſ.in cap.per Baptiſmum,verbo euacuator; de conſecr.diſt.*4. hinc ex hac peccati cauſa homines diuer-

ſimodè

ſimodè oriuntur,cum varijs,& diuerſis voluntatibus ex fomitu originalis peccati deuenis, ſicq; propter diuerſos effectus quos habet hominibus, originale quoſdam enim facit inuidos, quoſdam luxurioſos,quoſdam auaros, &c. *Gloſ.in cap ſi Iudas,de pœnit.d.4.verſ. originalia*, & non mirùm ſi homines naturaliter diſſentiunt, *l. item ſi*, *§.principalitèr*, *ff de arb.*& ipſorum ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat,*Gloſ.in §.nuptias,verſ ſoiubile, Auth.de nuptijs*,quo fit,vt inſpecto ipſo iure gentium comperitur,quod tale ius ſit ſedium occupatio,ædificatio,munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia,&c. *cap.ius gentium, diſt.*1.*§.ius autem, Inſtit.de iure nat.gent. & ciuil.*& potiſſimum hoc nomen meum,& tuum,quod perturbat humanum otium, hinc *Tullius* relatus à *Gloſ. in cap.dilectiſſimus*, 12.*q.*1.*ver.omnium*, inquit: *Dulciſſima rerum poſſeſſio communis eſt*. & adduxit illud Philoſophi dicentis: *Quietiſſimè viuerent homines in hoc mundo, ſi de medio ſublata eſſent duo verba meum, & tuum*; ex quibus lites quotidianæ inter homines ſemper ortæ fuerunt, ac oriuntur,quo ſit, vt cum humana cupiditas noua, quotidiè litigia generat, ac ipſamet natura humana nouas properat ædere formas, *cap.*1.*§.ſed quia, quæ ſit prima cauſa benef.amitt.Gloſ.in Auth de non elig. ſecun. nub. & in Auth quib.mod. nat.effic.leg.* eò ampliùs cum ipſa natura imitatrix vitiorum,quotidiè labitur ad delicta, *§.ſi verò, Auth.de monach.* & ſic facta mutantur ſecundum curſum naturæ, non autem ius naturale, *Gloſ.in §.*1.*Auth.de conſang.& vter.fratrib.* congruum fuit, vt quod de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *Gloſ.in §.non autem, Auth.de hæred.& falc. ver.inopinabilis*,vndè *Imperator in d §.*1.*Auth.de conſang.& vter. fratr.* dixit,multis vndiq; nouitatibus vtens dictum eſt iam fulcibus hoc ſæpè proemium dicitur, aut & iterū donec illa, quæ ſunt operatur ad opus multarum non protrahit legum,&c. quo fit, vt cùm in dies caſus noui emergent, in iudicijs nouis indigent inueſtigationibus, atquè deciſionibus pro exemplo rerum iudicatarum lites terminentur, quorum cauſa occaſionem præbuit, vt Codex rerum iudicatarum in publicum pro Reipublicæ vtilitate redigere curauerim. Vale.

# D. IOANNIS PETRI MASSARII
## Sanctæ Sedis Apoſt. Protonotarij,
IVRIS V. D. ET SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESS. Oratinen, & Neap.

# E L O G I V M.

Perilluſtri, ac Eruditiſſimo Viro D.

# D. IOANNI BAPTISTAE THORO
## HVIVS OPERIS AVCTORI.

QVI

NOn ſibi, ſed Orbi natus videtur, dum veluti depreſſo ſulcis per totum diem aratro Taurus gemit; hic ſuper Codicem notas ſcribendo ſudat, & alget,

Vel eſt tanquàm aries vellera nutriens, vt placeat homini, atq; in flumine verſatus, vt nitorem augeat;

Vel qualis ouis meliora pabula eligens, vt ſuauiore ſucco lactis fœta diſtendat vbera; ſubeatq; partus dolores, vt hæc munera afferat.

Vt Iudicum virtus, quæ conſtantia eſt, recta teneatur, qua & fortia conſilia eligat, & electa conſtantèr teneat inconcuſſa, nè, eum aut fauor demeret, aut obſequia mulceant, aut adulatio blandiatur, aut munera corrumpant, aut deprecationes inflectent, ex hiſce ſcriptis pertinaciam diſcat, Chriſtum Deum imitando, qui vt homo mortem recuſat, vt Deus ſententiam ſuam ſeruat. Sententiam enim ſuam non reuocat, nec flectitur, tot tantiſq; ipſius reuocandæ cauſis.

Iudices hęc ſcripta legentes in iuſtitię affectû abſorti eſſe meminerint, & petræ ſoliditatem, cui iuncti ſunt, ſaxeam duritiem in re benè conſulta, & legitimè decreta exprimant. Pilatum imitentur, qui adeò pertinax fuit cum Chriſto Domino, vt quod ſcripſit, non reuocauit, ſed in pertinaci conſtantia perdurauit.

Vota Tribunalium recenſet Eruditiſſimus Thorus, vt ſit in Iudicibus concors ſententia, vt vel plurium Iudicum ſit vna mens, eadem ſententia, ipſamet vox, ne hic deſtruat, quod alius aſtruit, nè Tribunalia repugnent Tribunalibus, & iura, quæ ab aliquo Iudicum conſenſu honorantur, vt ſancta, ab aliquo deuenuſtentur, vt profana magno ſubditorum detrimento. Sic ius diuiditur Iudicantium diſcordia, ſic iuriſdictio diſſipatur. animorum, & ſententiarum diſcrepantia, quam præſtaret eſſe communem, & eandem, immò, ſi fieri poſſet, vnam naturam omnium Iudicum, & Præſidentium, ſintq; Sol, & Luna, quæ non tantùm ſimili, ſed eadem fulgorum lingua terris præſideat vna mente, vno iudicio, vna luminis voces. Neque vnquam diſſeuſerunt, ſed in tanta locorum diſcordia vocalium ſulgorum concordia ſemper hi mundi Iudices, ac Præſides dedere, Luna quippè non ſolùm fulgorum vocem à Sole, Cœlorum Præſide, ſed vocalem lucem harmonicè modulatur ad ſolis numeros, ne ab illo diſſonet, ſi tantiſper ab eo diſcrepet; Menſtruis enim modulationibus ſententiatum luces loquitur, & Pręſidentiam ſuam obit, mutua à Sole fulgorum loquela.

Tu à prudenti Thori iudicio doctrinæ ſulgores, & regiminis voces diſce, nè diſſonent Iudicum ſententiæ datæ pro nutu, pro affectu, pro aſſentatione, pro muneribus, pro libidine: Habes in ſcriptis quid iuſtius in veritate principandi dicat Iudicium.

AD

# V. I. D. IOANNEM BAPTISTAM
DE THORO.

*R. D. BENEDICTVS MANGIA LICIEN.*
*Pro inſigni eius doctrina Præclaro ſtemmate,*
*& Illuſtri eius Tomo.*

Dominus IOANNES BAPTISTA DE THORO Iuriſconſultus
*Anagramma purum.*
Tu Aonidum cætus. Orbis honor, ſat nitens ſidus.

*Tetraſticon.*

Sidus honor, Phębus Muſas, Orbemq; Polumq;
Ornat, honorat, amat, lumine, honore, ſimul.
Doctrina es Cœli ſidus, tu Phębus, & Orbis.
Es decor; & merito te trina ſerta decet.

---

# IOANNI BAPTISTAE THORO
IVRISCONSVLTORVM CONSVLTISSIMO,
Aduocatorum Conſummatiſſimo,
Doctrina, Conſilio, Prudentia, Incomparabili,
Digniorum Regi Vrbium Regiminibus ſummo cum
plauſu perfuncto,
Maiorum Magiſtratuum honores,
ni inuida obſtitiſſet
Fons, aſſecuturo,
Otij Debellatori, Negotij Amatori,
Bonarum Artium Culmini, Sapientiſſimo Columini,
Dote, Animi, & Calami celeberrimo,

*FLAVIVS VENTRILIA I. C. Academ. Otioſus Neap.*
*Veritati, non Amicitiæ obſequens, Dicit, Dicat*
*ex Corde.*

*In Con-*

*In Congregatione habita ſub die 15. Nouembris 1652. fuit dictum, quod Admodum Reuerendus Dominus Canonicus D. Aloyſius de Ianuario Fiſci Patronus Curiæ Archiepiſcopalis reuideat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.*

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME DOMINE.

POteſt imprimi cum correctionibus in Opere appoſitis, cum decreto, quod non publicetur, niſi facta prius collatione cum hoc eodem originali, ſi ità videbitur Eminentiæ Veſtræ. Hac die 17. Ianuarij 1653.

*Aloyſius de Ianuario Canonicus Deputatus, & Fiſci Patronus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ vidit.*

IN Congregatione habita ſub die 17. Ianuarij 1653. fuit dictum, quod Imprimatur cum correctionibus in Opere appoſitis.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

*Fr. Ioſeph de Rubeis Ord. Min. Conuent. S. T. D. Eminentiſſ. Cardinalis Philamarini Theologus, Secretarius, & Conſultor Sancti Officij.*

† a *Illuſtriſ-*

Digitized by Google

*Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore.*

IL Dottor Gio. Battiſta de Thoro fà intendere à V. E. come deſidera dar in luce alle Stampe le ſottoſcritte Opere per beneficio del publico, perciò ricorre à V. E. ſupplica ſe degni commettere la reuiſione di quelli à chi comanderà l'Eccellenza Sua, & l'hauerà à gratia, vt Deus.

*Le Opere ſono videlicet.*

Codex Rerum Iudicatarum, &c.

*Magnif. V. I. D. Franciſcus Maria Pratus videat, & in ſcriptis S. E. referat.*

Capycius Latro Regens.

## EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

HOc eſt ingenium ſollicitudinis, vt nunquam ſibi acquieſcat, nec niſi perfecta re ſtudium intermittit ſuum. Id adeò experimur in D. Io. Bapt. Thoro Neap. Iureconſulto, Almiq; Collegij Neapolitani Senatore, vt quando tot librorũ legalis doctrinæ editorum fama perceIebris, putauerit Orbis ſcriptioni finem feciſſe, ac metam impoſuiſſet, noua ex eius Minerua pullularint opera, nouiq; exurgerent labores; ecce peruigili cura, Tractatus parat perutiles, nempè Rerum Iudicatarum Codicem. Determinationes Almi Collegij Neapolitani cum Soliloquijs. Additiones ad Regni Neapolitani Pragmaticas, Conſtitutiones, & Capitula. De Dictionibus, Aduerbijs, Verbis, Nominibus, Pronominibus, & Clauſulis. Additiones itidẽ ad receptum Opus Ioan. Grand. de bell. exul. quę omnia (Te iubente) perlegi, tantamq; in ijs agnoui eruditionem, perſpicacitatem, doctrinęq; ſoliditatem, vt prioribus ingenij Authoris monumentis iàm dudum è Typis expreſſis, totiuſq; Europæ Tribunalibus receptis non modicam laudem ſint allatura, quinimò ex ijs maximũ commodum Reipublicæ literariæ profecturum. Illeum vt indè præbeam calculũ, digna forè, vt quam citiùs lucem aſpiciant; nihil etenim agnoui, quod Regiæ Iuriſdictioni noxam præbeat, ſi tamen votis meis Excellentia Tua annuerit, meęq; arriſerit approbationi, qua eximium Conſultum Neapolitanum admiramur, antieum Coloneus, & Præceptorem veneramur. Neap. è noſtro Muſeo. Die 9. Februarij 1652.

Excellentiæ Veſtræ

Dedititiſſimus Seruus
*Franciſcus Maria Pratus.*

*Vidit Io. Baptiſta Amendola Reg. Conſil. & Præſ. Reg. Cam. ſpecialitèr Delegatus per Suam Excellentiam pro reuiſione librorum.*

Io. Baptiſta Amendola.

Viſa retroſcripta relatione IMPRIMATVR.

Zufia Regens. Capycius Latro Regens. Garcia Regens.

Prouiſum per Suam Excell. Neap. die 22. Martij 1652.

*Lombardus.*

# INDEX ARGVMENTORVM
## CASVVM CRIMINALIVM.

*Caſus* 1.

AGitur de materia foriudicationis, eiuſque ſpeciebus, & requiſitis, & quomodò in ea erit procedendum ad hoc vt ſubſtineatur.

*Caſus* 2.

Prn ſequitur eadē materia bannitionis, atq; foriudicationis ob differentias exiſtentes inter eas.

*Caſus* 3.

Agitur de reſcriptis diuerſis tàm ab actore, quàm à reo obtentis, nulla facta mentione de illis, cui ipſorum erit parendum.

*Caſus* 4.

Delinquens ſimplex ſi cœperit forindicatū, an gaudet generali indulgentia.

*Caſus* 5.

Agitur de compoſitione delictorum facienda, quomodò, & qualitèr erit facienda, etiam ſi ritè facta non fuerit, an contra reum procedi poſſit.

*Caſus* 6.

Agitur de validitate citationis ad foriudicandum, ſi non fuerint contumaciæ incuſatæ, aut tantùm prima ommiſſa, ſecunda, & quid ſi per Fiſcum, & non per accuſatorem incuſatæ fuerint.

*Caſus* 7.

Reus confeſſus in tortura, & ratificādo eam in Curia inferiore, ſi ad Curiam ſuperiorem fuerit peruentus, & de errore confeſſionis dixerit, an ad condemnationem procedi debuerat, vel ad dationē termini erroris confeſſionis, aut ad actum reiterationis torturæ.

*Caſus* 8.

Cauſa commiſſa Iudici ſuperiori ad inſtantiam partis, vt recognoſceret omnia, & de iuſticia prouideret, an cenſeatur delegata, vel tantùm poſſit cognoſcere de grauamine, & vti ordinarius Iudex procedere.

*Appendix Caſus.*

Cauſa ordinariè cępta, an poſſit in ea poſtmodùm ſummariè procedi, & è contra.

*Caſus* 9.

Copiæ repertorum an, & quando reis erit concedenda, & quid in copia confeſſionis ſociorum.

*Caſus* 10.

Socij itineris an teſtificari poſſint aduerſus delinquētes contra conſociū, & quando.

*Caſus* 11.

Articuli de directo contrarij depoſitionibus teſtium Fiſci, reijci an debeant, vel admicti pro defenſione reorum.

*Caſus* 12.

Qua pœna puniri debeat vulnerans aliquē in faciē, ſi delictū per vnicū teſtem de viſu cōſtet repulſatū, exiſtētibus alijs de fama.

*Caſus* 13.

Procedi an poſſit ad foriudicationem contumaciæ ex ſuperueniente ordine Superioris Iudicis vigore poteſtatis extraordinariæ ommiſſo banno.

*Caſus* 14.

Procedi an poſſit cōtra reū inquiſitū ſubiectum inferiori Iudici exiſtētibus ordinibus in contrariū, nè Iudex ſuperior ſe intromicteret, & ampliùs accedente reſcripto, vt quando relationē faceret Ill. Proregi.

*Caſus* 15.

Repetitio teſtium contra inquiſitum de pluribus delictis, an erit facienda ſtante tortura illata ex mandato Regio præcedentibus inditijs.

*Caſus* 16.

Conuictus an dicatur, qui per duos conteſtes teſtes inquiritur, licet inter ſe in aliquo differant, non tamen reſpectu delicti.

*Caſus* 17.

Pœna pecuniaria impoſita conſanguineis foruſcitorum, vt alibi ſe conſtituant, ſi ibi non fuerint reperti, an prætermiſſo ordine iudiciario exigi poſſit per Fiſcum.

*Caſus* 18.

Poteſtas extraordinaria à Principe conceſſa alicui Præſidi Prouinciæ procedi ad modum belli contra aliquos reos inquiſitos ex graui delicto, ac cum voto vnius Auditoris, an functis eorum officijs tranſeat ad ſucceſſores eorum.

*Caſus* 19.

Guidaticus conceſſus bannito ſub conditione, nè accederet ad Ciuitatem, ſi fortè acceſſerit ad Caſtrum illius propè Ciuitatem, an ſuffragatur eidem bannito.

*Caſus* 20.

Variatio an competat ſorori inquiſiti, contra quem proceditur ad modum belli de mandato Proregis.

*Caſus* 21.

Appellatio concedi an debeat reo inquiſito de crimine recacti.

# Index Argum. Caſuum Criminalium.

*Caſus* 22.

Contumax, ſeù bannitus effectus, indè tortus, & non confeſſus, an pœna mortis puniri debeat.

*Caſus* 23.

Maior quatuordecim annorum, an poſſit torqueri in crimine magno furti.

*Caſus* 24.

Confugientes rei ad Turrim ædificatam à Monaco ſubiectam Eccleſiæ per intermediam domum, an poſſint extrahi ab illa.

*Caſus* 25.

Clericus inquiſitus de delictis capitalibus, ſeù exceptuatis ab Epiſcopo ordine priuatus, captus à laico Iudice, ſi appellauerit ad Sedem Apoſtolicam, an contra ipſum procedi poſſit ea pendente.

*Caſus* 26.

Remiſſio piratarum in mare furantium, an concedi debeat Baroni habenti iuriſdictionem propè mare.

*Caſus* 27.

Clericus pro offenſione ſuæ perſonæ habet electionem fori ſecularis, & quid ſi de clericatu dubitaretur.

*Caſus* 28.

Appellatio an admittatur ad inſtantiam Epiſcopi pro clerico, contra quem procedebatur per modum belli, vbi appellatio non conceditur.

*Caſus* 29.

Fideiuſſor rei inquiſiti de illum præſentando, ſi reus fuerit ab alio Iudice citatus, & fugam arripuit, an teneatur.

*Caſus* 30.

Confeſſio facta per minorem ſtupratũ ſpontè, non aliter ratificata abſquè curatore, an noceat, vel profit reis.

*Caſus* 31.

Citari an poſſint mandantes fieri homicidium, ſi delictum mandati non conſtabat, niſi per argumenta, & ſuſpitiones indubitatas.

*Caſus* 32.

Delictum in genere in crimine furti in Campanea, an probetur per depoſitionem principalis.

*Caſus* 33.

Deceptor, vulgò truffator, qua pœna debeat puniri.

*Caſus* 34.

Procedi an poſſit in cauſa ad vlteriora contra reum inquiſitum, qui in conteſtatione litis reſpondere noluit.

*Caſus* 35.

Reus citatus ſi de infirmitate oppoſuerit, eo exiſtente in Eccleſia, quid agendum ſit.

*Caſus* 36.

Remiſſio rei inquiſiti de diſrobatione in ſtrada, vel publicis latrocinijs, an erit facienda ad Barones habentes ampliſſima priuilegia.

*Caſus* 37.

Poteſtas procedendi ad modum belli contra bannitos, forùſcitos, & ſimiles homicidia committentes cum ſclopis, an exerceri poſſit contra ipſos exiſtentes carceratos.

*Caſus* 38.

An exigatur in cauſis criminalibus, vt pars querelans, faciat partem in iudicio, antequàm terminetur.

*Caſus* 39.

Calumniator inſtruens proceſſum contra aliquem, examinari faciendo teſtes falſos, qua pœna teneatur.

*Caſus* 40.

Latrones ſtratarum ſemel tale delictũ committentes, an ſubijciantur ordini procedendi extraordinariè ad modum belli ex abrupto.

*Caſus* 41.

Variatio fori in criminalibus competens viduæ, an ea tranſeunte ad ſecunda vota competat, & quid in virgine pro morte fratris.

*Caſus* 42.

Repertus, ſeù inuentus aſportare acceptam, an puniri debeat.

*Caſus* 43.

Volens emittere ictum ſcoppicti contra aliquem, ſi fuerit ab alio impeditus, puniri an debeat.

*Caſus* 44.

Vulnerãtes in rixa modico vulnere, an propter incertitudinem puniri debeant.

*Caſus* 45.

Falſitas an committatur in raſura, & mutatione abbaci, ſeù literæ.

*Caſus* 46.

Emittens ictum ſcoppicti contra aliquem punitur pœna mortis per Regiam Pragmaticam, & quando id procedat, vel non.

*Caſus* 47.

Perſuadens aliquem ad committendum homicidium per vnũ teſtem de auditu examinatum, an ad aliquid teneatur ſucceſſo delicto.

*Caſus* 48.

Delictum carnis habitum cum commatre, ad quem Iudicem ſpectat.

*Caſus* 49.

Periurus in cauſa ciuili conſtito de falſo iuramento, puniri an poſſit.

*Caſus*

Digitized by Google

*Caſus* 50.

Aggreſſores ſi aggreſſum non offendiſſent, ſed indè alio ſuperueniente aggreſſum occiderint, an teneantur ſtante probatione negatiua coarctata loco, & tempore.

*Caſus* 51.

Effractores carcerum an omnes ſint examinandi, ſeù torquendi, vel aliqui ipſorum pro delicti probatione, & an aufugiens ex carcere aperto, teneatur aliqua pœna, & qua pœna afficiēdi ſint, & in quibus caſibus ceſſet pœna contra ipſos effractores.

*Caſus* 52.

Vendens carnes Taurorum pro Bacclais, qua pœna teneatur.

*Caſus* 53.

Caſus mixti ad quē ex Baronibus eiuſdē loci pertinent, vel ad Baronē habentē iuriſdictionē criminalē, vel ad habentem ciuilē.

*Caſus* 54.

Inuētus in domo vbi caſuale homicidiū ex ſclopo ſucceſſum fuit, qꝫ illud ipſe aſportauerat, an contra eum procedi poterat.

*Caſus* 55.

Aſſaſſinium an ex conqueſtu mandatarij probetur, non conſtito de conuentione pecuniæ, neq; de acceptatione mandati.

*Caſus* 56.

Vulnerans aliquem lapide in rixa, an teneatur pro exceſſu moderaminis tutelæ ad expenſas, & alia.

*Caſus* 57.

Confeſſio extraiudicialis ſocij probata per binos teſtes, an ſufficiens ſit ad condemnandum conſocium pro furto commiſſo in ſocietate.

*Caſus* 58.

Indulgentia de homicidio cōmiſſo per vaſſallum in perſonam Officialis Baronis, cui fuit remiſſa cauſa vt iuſtitiam faceret, an iure ſubſiſtat.

*Caſus* 59.

Teſtes deponentes de delicto de viſu ſi fuerint repulſati ex cauſa inimicitiæ, an admittantur, & quid exiſtentibus alijs teſtibus de fama.

# INDEX ARGVMENTORVM
## ALLEGATIONVM CRIMINALIVM,

*Allegatio* 1.

Verberans aliquem, qui indè mortuus eſt, an ob exiſtentiam inimicitiæ non tamen grauis, fama publica, & dicto vnius teſtis veniat puniendus, vel non.

*Allegatio* 2.

Homicida an dicatur verberans aliquem, qui poſtmodùm obijt exiſtentibus indicijs, ſcilicet famæ, inimicitiæ leuis, & depoſitionis vnius teſtis de auditu, vt puniri poſſit pœna homicidij.

*Allegatio* 3.

Remiſſio cauſæ criminalis, poſt latam ſententiam foriudicationis fieri, an debeat Baroni illam petenti, & ampliùs exiſtentibus illius nullitatibus.

*Allegatio* 4.

Seruus furtùm committens contra Dominum, licet ab eo puniri nō poſſit, ſi fuerit Curiæ traditus ad habendum illius confeſſionem, an ab ea iudicari debeat, vel Domino indè reſtitui.

*Allegatio* 5.

Quod crimen furti ſit delictum priuatum, & non publicum, & quod in eo non poſſit procedi ex officio, ſed ad partis querelam oſtenditur.

*Allegatio* 6.

Compoſitio homicidij petita per occiſorē, admitti an debeat ſtante remiſſione conſanguineorum proximorum exiſtentium in tertio gradu, non obſtante obiectione alterius conſanguinei exiſtentis in quarto gradu, & hæredis declarati certo modo, ac ceſſionarij alterius cohæredis in tertio gradu exiſtentis.

*Allegatio* 7.

Rapiens ſeruum ſuum à domo alicuius, qui illum contaminauit, vt fugeret citra tamen delictum carnis propria auctoritate, nulla Iudicis licentia obtenta, qualitèr puniri debeat.

*Allegatio* 8.

Minor in delictis carnis, an pœna ordinaria erit afficiendus, vel extraordinaria.

*Allegatio* 9.

Confiſcatio, ſeù publicatio bonorum vſurariorum in diuerſis locis exiſtentiū, aliorum dominio ſubiectorū, an paritèr procedat, & quomodo.

*Allegatio* 10.

Alapam in faciē Officialis Miniſtri in rixa, ac præſuppoſita etiā quodammodò prouocatione dans, an puniri poſſit pœna mortis,

# Index Argum. Allegat. Criminalium.

mortis, vel alterius arbitraria, quemadmodùm reus prætendebat ex ſequẽtibus.

*Allegatio* 11.

Alapam dans Officiali, in actu exercitij ſui officij, pro re ſpectãre ad illud, an pœnam mortis contineat, & qualitèr.

*Allegatio* 12.

Quod inquiſitus de alapa data Regio Inſtitiario, ſit puniendus pœna truncationis manus, & capitis, claré probatur.

*Allegatio* 13.

Intereſſe an debeat ſoluere offendens pro leui vulnuſculo.

*Allegatio* 14.

Indulgentia pro homicidio facta reo, à ſubſtituto generali Baronis habentis iuriſdictionem cum mero, & mixto imperio poſt iudicatum, an ſuffragatur.

*Allegatio* 15.

Remiſſio rei inquiſiti pro delicto commiſſo in Ciuitate Neapolis, in qua ipſe inhabitauerat, an erit concedenda Baroni eius Domino, ea non obſtante ciuilitate.

*Allegatio* 16.

Aſſiſtens in crimine falſitatis alicuius literæ Regis, & ea vtendo, qua pœna erit plectendus.

*Allegatio* 17.

Pœna homicidij commiſſi per Clericũ, quænàm ſit, & ſi probata fuerit negatiua, ac etiam contra teſtes defectus probati.

*Allegatio* 18.

Doctores nùm torqueri valeant? In quibus delictis procedat tortura? Confeſſio per atrociora tormenta extorta, an valeat? Et nùm eius ratificatio ſpontanea ipſius torturæ iniuriam ſuppleat? Et vbi quæſtionibus veniunt ſubijciendi quænam genera tormentorum ſint adhibenda? Regalem vſurpans iuriſdictionem, qua pœna ſit puniendus?

*Allegatio* 19.

Homicidium probatum ex inimicitia, minis conſilio, & teſtium depoſitionibus, an ipſis reiectis ceſſet, ità puniri non poſſit reus.

*Allegatio* 20.

Tortura inferri, an poſſit per Iudicẽ capientem aliquem in fraganti crimine aſportationis armorum, contingit in facto occurſo ventilari.

*Allegatio* 21.

Indultus, ſeù abolitio conceſſa bannito, an ei ſuffragatur, ſi non fuerint ſpecificata omnia delicta, & eorum qualitates.

*Allegatio* 22.

Teſtes cortinati deponentes vidiſſe aliquem cum aliqua muliere alloquentẽ in ſecreto per fiſſuram parietis, an probant ſtuprum, & raptum.

*Allegatio* 23.

Teſtes examinati de coniura facienda, ſi illinc ad certos menſes contrarium aſſeruiſſent, an eis credendũ, vel Notario eos examinanti.

*Allegatio* 24.

Fideiuſſor rei inquiſiti, qui poſteà aliud delictum patrauerat, an teneatur ad ſolutionem pœnæ pro eo.

*Allegatio* 25.

Supplicatio data nomine Vniuerſitatis contra Officiales, non ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, an ſit nulla.

*Allegatio* 26.

Accuſare an, & quando ſit permiſſum agnatis, & quid ſtante remiſſione aliorum, ſeu tranſactione, vel ſententia.

*Allegatio* 27.

Milites confugientes ad Eccleſias, an poſſint ab eis extrahi.

*Allegatio* 28.

Sodomita, ſiuè fuerit agens, ſiuè patiens ex inditijs indubitatis, an poſſit puniri pœna ordinaria, vel extraordinaria, ſequentia fuerũt allegata per ſubſcriptum olim doctum Aduocatum, hũc Regium Conſiliarium videlicet.

*Allegatio* 29.

Remiſſio vaſſalli delinquẽtis petita per Baronem, an concedi debeat, ſi fuerit captus, pendente controuerſia gratiæ obtemptæ à Prorege, vt inſeruiret in bello, ſi erit admittenda, vel non.

*Allegatio* 30.

Fideiuſſor alicuius rei inquiſiti, iàm liberati ſub cautione de ſtando iuri, qui depoſuerat in iudicio de falſitate donationis factæ, indè per aliam cartulam extra iudicium contrarium affirmans, an teneatur ad præſentandum reum.

*Allegatio* 31.

Mandatum pœnale factum reo ſub pœna certæ quantitatis pecuniarũ abſq; peremptorio, an ob eius controuentionem exequi debeat pro exactione pęnæ in eo contentæ.

*Allegatio* 32.

Notarius, qui contrariam fidem fecerat de tranſactione habita inter partes, an pœna falſi teneat, licet inaduertentèr non viſo protocollo.

*Allegatio* 33.

Remiſſio cauſæ vaſſalli alicuius Baronis illum petenti, an erit facienda obſtante priuilegio legis declarante familiam ipſius forè, & eſſe de demanio.

*Allegatio*

*Allegatio* 34.
Homicida inquiri, & indè puniri an poſſit, obſtāte lapſu temporis,& nulla facta probatione criminis in genere,neq; legitimę probationes pro receptatione banuitorū probatæ ob teſtium inhabilitatem.

*Allegatio* 35.
Homicida cum ſclopo igneo, licet puniri debeat pœna mortis, an ſubſequuta remiſſione partis, eadem pœna puniri debeat,& qualitèr reſpectu immictentis ictū ſcoppicti, non tamen conſumato ex impedimento, vel cauſa ſclopi nō alitèr immictentis.

*Allegatio* 36.
Occidens bannitum, ſeù foriudicatum proditoriè, vel accepta pecunia per aſſaſſinū puniri an debeat.

*Allegatio* 37.
Teſtamentum à Teſtatore conditum, atque ſubſcriptum à teſtibus ſi certo modo poſt illius conſignationē,Teſtator adhùc tùnc diſceſſerat, an ex teſtium depoſitionibus hoc deponentibus de falſo argui poſſit.

*Allegatio* 38.
Homicidium ex reiteratis vulneribus, an deliberatum dici poſſit, vel rixoſus ex coniecturis illud paeratis, potiſſimùm ex inimicitia.

*Allegatio* 39.
Pœna raptus,& ſtupri puellæ, an, & quando debeat capitalitèr admitti,vel non.

*Allegatio* 40.
Confeſſio furti ſpontanea facta, licet meticuloſa, & indè ratificata, an noceat furi minori prętextu metus illati,vel adiuuet.

*Allegatio* 41.
Aſſiſtens armatus in maleficio commictendo, an eadem pœna puniri debeat ſicut principalis.

*Allegatio* 42.
Nullitates diuerſæ propoſitæ aduerſus informacionem captam de fractura carcerum, & fuga carceratorū, an opponi poſſint, nè procedatur ad ſententiam foriudicationis faciendam per Delegatum.

*Allegatio* 43.
Mercatores auri,& argenti,ſi in illis miſcuerunt plus æris quam fuerit ordinatū per Superiores,qua pœna puniri debeant.

*Allegatio* 44.
Qua pœna puniri debeat oſculans mulierem per vim.

*Allegatio* 45.
Qua pœna puniri debet falſam procurationem concipiens in perſonam alienius, vt ex Banco illius vigore pecuniam alterius ſubtraxerat illam alienando.

*Allegatio* 46.
Calumniatores perſuadētes teſtes ad deponendum falſum contra aliquem, qua pœna debeant puniri.

*Allegatio* 47.
Delinquens intus Eccleſiam caſualitèr, an erit ibidem reponendus.

*Allegatio* 48.
Vnio actorum criminalium, ſeù proceſſus criminalis alicuius delicti an fieri debeat cum alijs actis, & proceſſu alterius delicti, à quo aliud delictum proceſſerat.

*Allegatio* 49.
Iuriſdictionem Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ priuatiuè, & abdicatiuè quòad omnes, pro quibuſuis arduis criminibus Regio Dohanerio in inſtitutione, & ampliatione dictæ Regiæ Dohanæ fuiſſe conceſſam etiam pro delictis Campaneæ dilucidè demonſtratur.Proindèq; diſpoſitionem *text.l.nullum, C.de teſtib.*in locatos,& ſubditos dictæ Regiæ Dohanæ non militare ex iuribus, & deciſionibus S.R.C. conuincitur. Priuilegium *l.vnica, C.quando Imper.inter pupill.& vid.* contra prædictos locatos non extendi,ac iuriſdictionem dictæ Regiæ Dohanæ habere locum etiam contra Neapolitanos, iudicatum affertur, Iudices incompetentes in præiudicium iuriſdictionis prædictæ Regiæ Dohanæ per locatos; eiuſq;ſubditos adiri non poſſe, & adeuntes puniri; nec pro obligationibus penès acta cū renunciatione fori dictę Regię Dohanę ab alijs cognoſci poſſe oſtenditur.Delegationem non cenſeri,niſi quando expreſſum in reſcripto dicatur, vt Iudex tanquàm Delegatus procedat,& abſq; ſpeciali diſpenſatione priuilegiorum dictæ Regiæ Dohanæ, eius locatos, & ſubditos comprehendere non poſſe fundatur. De clientis innocentia,non nulla in mediū afferuntur, & publicis ſcripturis roboratur, & demū cauſam ex qua agitur,ad Supremum Tribunal Regiæ Cameræ tàm in ordine,quā in iuſtitia ex antiquiſſima, & continuata obſeruantia priuilegiorum dictæ Regiæ Dohanæ,& viglietti S.E. etiam pro augumento introieuū Regalis Patrimonij diſertiſſimè comprobatur.

*Allegatio* 50.
Fideicommiſsū an inducatur ex verbis deprecatiuis, ſinè ſuaſiuis, & quid ſi fuerit factum legatum ab inſtituto, et nſeri debeat factum animo compenſandi cum fideicommiſſo, exiſtente diuerſitate ſummarum inuicem.

INDEX

# INDEX ARGVMENTORVM CASVVM CIVILIVM.


*Caſus* 1.

CVſtos deputatus ad cuſtodiam Portis Ciuitatis ad perſcrutandum bollectina ſanitatis, ſi ea relicta, ad perſuaſionem alicuius vt inquireretur, ne potuiſſet ad munera Ciuitaris aſcendere, & illicò reuerſus ſit, an puniri debeat, & ad officium eligendum admitti.

*Caſus* 2.

Datio in ſolutum facta per Procuratorem generalem cum clauſulis ampliſſimis in beneficium ſui principalis, eius creditori, an ſubſiſtet data reuocatione Procuratoris certo modo ad eius notitiā peruenta.

*Caſus* 3.

Legatum factum vxori cum adminiſtratione tutelæ, ſub conditione nè alibi habitaret, nec diſcederet à loco teſtatoris, an per controuentionem cauſatam ex neceſſitate eo priuari poſſet.

*Caſus* 4.

Appellatio à laudo promulgato in loco vbi reſidet Audientia Regia, an ad ipſam admitti debeat, vel ad Magn. Cur. Vic. aut Sacr. Reg. Conſ.

*Caſus* 5.

Habitans in alieno territorio, an teneatur ad ſolutionem munerum perſonalium, atq; realium eius patriæ, ſeù Caſalis.

*Caſus* 6.

Teſtamentum conditum à Vicario Epiſcopi coràm ſeptem teſtibus Clericis, Notario, an à Iudice ſeculari, vel Eccleſiaſtico debet aperiri.

*Caſus* 7.

Tertius poſſeſſor rei, ſuper qua fuit præſtita aſſiſtentia, an poſſit impedire exequutionem ſententiæ latæ.

*Caſus* 8.

Officiales an ex cauſa inimicitiarum parere debēt ſyndicatui in loco vbi exercuit officium, vel alibi.

*Caſus* 9.

Filiusfamilias Doctor ſi inſimul cum patre ſe obligauerit alicui cum renunciatione beneficij *l. quod cum eo*, an ſubſequuto obitu patris teneatur ad debita, non obſtante renunciatione, & qualitèr procedat, differitur.

*Caſus* 10.

Teſtes in partibus examinati abſq; liſta ſuſpectorum Officialium locorū facta, nec etiam citatio facta tutori ad videndum iuramenta teſtium, an nullitèr recepti videantur.

*Caſus* 11.

Iudex à quo an poſſit deſerta appellatione condemnare appellantem ad expenſas.

*Caſus* 12.

Literæ ſignificatoriales expeditę per Rationalem electum ab Vniuerſitate cōtra Arrendatorem, qui ſoluerat vltra eius debitum, non tamen bonificatum ab ipſa, an exequi debebāt, vel iuris ordine ſeruato.

*Caſus* 13.

Declaratio circa vſum teſtium, an fieri debeat in cauſis ſummarijs, vbi non ſit publicatio.

*Caſus* 14.

Legatum factum vxori certæ ſummę de vſufructu, & quod poſſit in vltima voluntate diſponere de proprietate tàm pro animą ipſius teſtatoris, quàm ipſius legatariæ, ſi non fuerit facta talis diſpoſitio, an poſſit ſumma relicta vendicari à Reu. Fabrica.

*Caſus* 15.

Remiſſio petita per conuentum poſſeſſorē feudi ruſtici, ad eius Baronē à Regia Audientia delegata per Protegem concedi, an debeat.

*Caſus* 16.

Declaratio deſertionis appellationis ob lapſum temporis, ad quem, ex Iudicibus pertinere videatur, an ad Iudicem à quo, vel ad Iudicem ad quem, diſtinguitur nu. 5.

*Caſus* 17.

Reſtitutio exequutionis factæ ordine Superioris, an per Iudicem à quo fieri debeat cum cautione, donec alitèr fuerit prouiſum per ſuperiorem Iudicem.

*Caſus* 18.

An in cauſa ducatorum quadraginta mutuatorum ſummariè, vel ordinariè erit procedendum.

*Caſus* 19.

Prouiſiones inhibitoriales expeditæ per M. C. V. præuia electione fori facta per pupillum ex contractu paterno, nulla facta mentione de prædictis, an de ſubreptione illatum cognoſci poſſit per Iudicem à quo.

*Caſus* 20.

An decretum interpoſitū pro exequutione ſententiæ condemnantis ad alimenta pręſtanda,

# Index Argum. Caſuum Ciuilium.

ſtanda, exequi debeat non obſtante appellatione interpoſita.

*Caſus* 21.

Variatio fori, ſeù electio facta per Procuratorem nomine principalis, an admictatur.

*Caſus* 22.

Poſſeſſor fundi expulſus violentèr, an erit reintegrandus, ac manutenendus, conſtito de poſſeſſione illius.

*Caſus* 23.

Fideiuſſor an ſit liberatus per præſentationem debitoris in Camera Curiæ aſſignata,& ſtante tali præſentatione teneatur ſoluere debitum,& pœnam,& per nouam fideiuſſionem liberatus cenſeri.

*Caſus* 24.

Pactum adiectum cum priuilegiato, vt poſſit ſe obligare penès acta cum renunciatione priuilegij ſui fori, an valeat.

*Caſus* 25.

Liquidatio inſtrumenti, an poſſit impediri per Procuratorem debitoris præſentantē apocam receptionis debiti, quæ indigebat probatione teſtium appoſitorum in ea, per examen ipſorum.

*Caſus* 26.

Dominus emphyteoſis, an ob lineam finitā poſſit auctoritate propria rem emphyteoſi à poſſeſſore auferre.

*Caſus* 27.

Venditio fundi ad inſtantiam tutoris, concurrentibus creditoribus, facta per Iudicem mandantē emptori fieri depoſitū de pecunia, vt illis ſatisfiat, an indè alia vēditione facta per alium creditorē in actione perſonali exiſtentem poſſit infrigi.

*Caſus* 28.

Filiusfamilias obligatus inſimul cum patre præuia renunciatione ſuorum iurium, effecto indè ſui iuris, ad quid teneatur creditoribus.

*Caſus* 29.

Hęres, qui impenſas fecerat in inuentario,& alijs concernentibus hæreditatem, an illas repetat, reperta hæreditate onere æris alieni grauata.

*Caſus* 30.

Facultas data alicui per nomen proprium nuncupato, ſi deindè in alio actu fuerit reformata, an tranſeat ad hæredes illius.

*Caſus* 31.

Promiſſio certorum bonorum pro alimentis facta ab auo nepotibus, an vno ipſorū decedente portio ſua alijs accreſcat, vel finiatur.

*Caſus* 32.

Reemptor vigore pacti de retrouendendo, an teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, pendente ſolutione pretij.

*Caſus* 33.

Legatum generale factum à viro vxori omnium mobilium, & ſupellectilium, an inſpecta conditione perſonæ vxoris ſit reſtringendum.

*Caſus* 34.

Legatum generale factum de omnibus mobilibus, nominibus debitorum, ac alijs exiſtentibus in domo debitoris, an veniāt annui redditus.

*Caſus* 35.

Aſſignatarius, ſeù ceſſionarius ſummæ in dotem datæ ſuper Vniuerſitate debitrice, quę indè ob eius defectum ſoluere nequiuerat, an recurſum habeat contra hæredē promittentis,& qualitèr.

*Caſus* 36.

Intereſſe ex redditu annuorum introituum ceſſorum, non alitèr exactorum à debitore ceſſo ex cauſa dotis, an debeatur.

*Caſus* 37.

Paragium an cōpetat filiæ maritatæ incongruè ſuper bonis paternis, maternis, & portionibus fratris, ac ſororibus prædefunctis.

*Caſus* 38.

Hæres debitoris an teneatur ſoluere eandē quantitatē promiſſam ad eandem rationem, ſicuti debitor ad cedendū teneatur ſimilitèr,& an territorium aſſignatum ad vſumfruendum non totalitèr, ſed loco pignoris aſſignatum cenſeri debeat.

*Caſus* 39.

Ciues in propria patria an debeant eſſe Officiales, vel potiùs aduenæ.

*Caſus* 40.

Intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, an debeatur ex mutuo mora intercedente.

*Caſus* 41.

Creditor in annuo redditu ſi per triennium illud perceperit, an in futurum debeatur, non obſtante diuiſione inter fratres facta, illum obijcientes, ac fideicommiſſi exceptione oppoſita.

*Caſus* 42.

Apoca Banci alicui girata, ſi per certum ſpatium temporis non fuerit à debitore exacta, ſucceſſo eius fallimēto, an teneatur girans ſoluere.

*Caſus* 43.

Tutor teſtamentarius an poſſit pupillum à poſſe eius matre auferre, ſub colore malètractamentorum illius, vel ad reſtitutionē illius obnoxius.

*Caſus*

*Caſus* 44.
Filius expulſus à patre, ſi alibi perciperet alimenta, an poterit illa à patre conſequi tàm ob paternam charitatem, quàm quia pater erat vſufructuarius bonorū maternorum.

*Caſus* 45.
Aſſiſtentia an poſſit ad inſtantiam legatarij præſtari, non obſtāte ceſſione à defuncto, neq; ab eius hærede.

*Caſus* 46.
Creditor, & legatarius an poſſit cogi facere hæredes teſtatoris,ad faciendum diuiſionem bonorum hæreditatis,ad hoc vt poſſit rem legatam præcapere, ſtante poteſtate relicta percipiendi legatum propria auctoritate.

*Caſus* 47.
Intereeptum bonorum inuectorū in aliquo loco Regni,vbi non erat fundacus,ad hoc vti notitia dari debuerat de inuectis,& illatis, pro ſolutione gabellæ,& ſi Officialibus in eodē loco exiſtētibus de omnibus notitia data fuerit, commiſsū an dicatur.

*Caſus* 48.
Fratres conſanguinei, an ipſi ſoli ſuccedere poſſint fratri conſanguineo, excluſa matre,vel mater illius ſola, excluſis ipſis fratribus conſanguineis.

*Caſus* 49.
Pactum factum inter venditorem territorij cū emptore,quod ſi ipſi,vel eius hæredes, & ſucceſſores, vellent dictum territorium totum,vel in partē alienare,nequeunt ſoluere laudemium aliquod, ſed quod ſit in electione venditoris, & eius hæredū conſequi cenſum tàm ab ipſis,quàm à futuris ſucceſſoribus, an iure ſubſiſtit.

*Caſus* 50.
Nominatio ſucceſſoris in officio facta in teſtamento,ab habente poteſtatē nominandi,non tamen ſtipulato,cum in actu ſtipulationis teſtator obijt, adhibitis alijs ſollemnitatibus, an iure ſubſiſtet.

*Caſus* 51.
Creditores Officialis defuncti habentis facultatem nominandi, an admictantur ad conſecutionem eorum iurium,contra nominatum ab eo in officio vigore inſtrumentorum,eum aſſenſu interpoſitorum.

*Caſus* 52.
Proximior in gradu an admicti debeat cum inſtituto in pari gradu in bonis antiquis, etiam ex vi ſubingreſſionis conceſſæ,non obſtante teſtamento condito.

*Caſus* 53.
Legatarius, atque creditor ex cauſa priuilegiata,an teneatur ad contributionē aliorum legatorum ob inſufficientiam hæreditatis.

*Caſus* 54.
Legatum factum vxori de vſufructu hæreditatis,an & quando ad alimenta reſtringatur,& quādo integrè debeatur cōcurrentibus coniecturis expreſſis in teſtamento.

*Caſus* 55.
Cenſus decurſi ex capitale peruēti, & in capitale conuerſi per debitorem deeoctū in fraudem creditorum,an iure ſubſiſtant.

*Caſus* 56.
Debitum paternum ex errore poſitum,in diuiſione bonorum ſuper portione alicuius fratris, an erit pro rata deducendum,& ſi læſio in hoc erit attendenda,& qualiter.

*Caſus* 57.
Remiſſio cauſæ vaſſalli inquiſiti, an erit facienda ad Baronem illius, non obſtante inimicitia inter eos cōtracta, licet poſteà ſedata per remiſſionem factam.

*Caſus* 58.
Fiſcus ſi fuerit condemnatus ad ſoluendum aliquam quantitatem pecuniæ alicui, an etiam ad intereſſe teneatur, ſi illud fuerit omniſſum in ſententia.

*Caſus* 59.
Donatio contemplatione matrimonij à Clerico facta alicui,an eo effecto laico poſſit reuocari,eo maximè ob ſuperuenientiam filiorum ex matrimonio per eum contracto, natorum.

*Caſus prætermiſſus*.
Additio hæreditatis an probetur per locationem domus factæ per filium vti hæredem aſſignando penſionem alicui,ad ſuggeſtionem Actoris.

# CODEX SELECTARVM
## RERVM IVDICATARVM
## Ciuilium, Criminalium, & mixtorum Caſuum,

A V C T O R E

## IO. BAPTISTA DE THORO I.C. NEAP.
ac Almi Collegij Neapolitani Conſenatore.

*SVMMARIVM.*

1 *DElicta puniri intereſt Reipublicæ.*
2 *Impunitas delictorum quid operetur.*
3 *Tres perſonæ offendũtur per delicta: Lex, Rex, & Grex, & per punitionẽ delictorũ ſaluãtur.*
4 *Foruſcitus quis dicatur, & foriudicatio de iure Regni inuentariũ dicitur remedium ſalutare, & quare.*
5 *Foruſcitorum eſt ſpecies triplicis.*
6 *Foruſciti vagantes per campaneam incogniti, & tolerati, non ſubſunt ordini iudiciario extraordinario, ſed ordinario.*
7 *Bannitus conuerſans cũ bannitis bona fide ſine dolo, & fraude, ſed iuſta cauſa non punitur.*
8 *Partiales adherentes foruſcitis, & auxiliatores qui dicuntur, an contra ipſos procedi debeat ad modum belli.*
9 *Inceſſus ſolus cum foruſcitis, qua pœna puniri debeat.*
10 *Foriudicatus ipſo iure quando dicatur.*
11 *Foruſciti dicũtur inquietatores pacis, & quietis, inimici, & hoſtes, &c.*
12 *Qualitas loci publici exigitur vt poteſtas militaris locum vendicet.*
13 *Qualitas perſonæ inſpicienda erit in captura.*
14 *Foruſciti in captura eorum poſſunt contumeliis affici, verberari, & offendi, atq; occidi, & an poſt capturam idem procedat, num. 15.*
17 *Delinquentes in vijs publicis violare dicũtur Regiam protectionem, & ſecuritatem.*
18 *Delicta cõmiſſa in campanea cum magna difficultate probantur.*
19 *Bannitus quis dicatur, & num. 21. & 44.*
20 *Exules qui dicantur.*
22 *Informatio capitur poſt commiſſum delictum.*
23 *Banniti poſſunt capi de perſona.*
24 *Citatio expediri debet contra reos.*
25 *Contumaciæ accuſantur poſt citationem.*
26 *Contumax declarari debet per ſententiam.*
27 *Excuſatores audiri debent.*
28 *Bona contumaciæ debent annotari.*
29 *Bona quando debent publicari.*
30 *Bannitus dicitur confeſſus, & conuictus, et quo.*
31 *Bannitus poteſt à quocunq; capi, non tamen occidi, ſecus de Iure Regni.*
32 *Banniti vt poſſint ob publicam vtilitatem offendi, an ſtatui poſſit, & an extra territoriũ bannientis, num. 33.*
34 *Banniti non incedentes per campaneam delinquentes, non comprehenduntur in poteſtate militari, ſecus quando inciderent in comitiua aliorum, num. 35.*
36 *Bannitus comparẽs in Curia, an carcerari debeat, vel habilitari.*
37 *Bannitus comparens, audiri debeat in ſuis iuribus etiam poſt ſententiam.*
38 *Banniti elapſo anno ſi comparent, vel capti eſſent, an audiri debeant.*
39 *Banniti ſi non comparent in termino præfixo pro confeſſis habentur.*
40 *Banniti dicuntur hoſtes publici.*
41 *Foriudicatus quisnam dicatur, & 47. & quãdo, num 42.*
43 *Foriudicari vt quis poſſit quindecim requiſita exiguntur.*
45 *Bannum, & contumacia quando operantur.*
46 *Sententia foriudicationis anſtatim exequatur.*
48 *Foriudicatus differt ab eo, qui habetur pro foriudicato.*
49 *Defenſio nulla conceditur foriudicato, nu. 53.*
50 *Foriudicatus tanquam mortuus reputatur.*
51 *Foriudicatus ab omnibus poteſt offendi, an etiã occidi, num. 52.*

52 *Forindicatus hoſtis publicus cenſetur,& dicitur inquietator pacis, proditor, contemptor iuſtitiæ.*

54 *Foriudicatus in ſortiam Iudicis peruẽtus ducitur ad furcas abſq; alia ſententia, ſed hoc prauia recognitione, num.55.*

56 *Nullitas forindicationis ſemper opponi poteſt, ſi ex facie ipſius appareret.*

57 *Sententia forindicationis crudelis eſt.*

58 *Foriudicatus in fortiis Curiæ opponere poteſt aduerſus ſententiam nullitatis, ab initio autẽ ante capturam à conſanguineis,num.59.*

69 *Foriudicatio prouenit à bãnitione,imò ex contumacia, num.61.*

62 *Contumacia ſola non poteſt operari delictum, nec ex ea foriudicationem.*

63 *Contumax reputatur pro confeſſo,& conuicto.*

64 *Bannum ſequens redditur nullum data nullitate ſententiæ nulla.*

65 *Foriudicandus debet eſſe accuſſatus, vel criminalitèr inquiſitus.*

66 *Reus ex ſola contumacia foriudicari poteſt.*

67 *Foriudicari nemo poteſt niſi vbi pena mortis, vel abſciſſionis membri,& deportationis,vel vbi pœna mortis tantùm imponitur.*

68 *Foriudicatus captus plectendus erit non pœna mortis,& ſic deciſum, ſed pœna,quæ pro delicto punitur, pro qua cantant informationes emptæ.*

69 *Sententia contumacialis continẽs maiorem pœnam quam mereatur delictum, pro quo contumax eſt, exequi non poteſt, ſed reducenda ad condignam pœnam, citatio ante omnia requiritur, &c.*

70 *Reus accuſatus legitimè ſit citandus de commiſſione Iudicis habentis imperium.*

71 *Citari debet reus inculpatus capta informatione.*

72 *Foriudicatio ad hoc vt valeat, requiritur Iudicis competentia.*

73 *Iudex competens in procedendo contra reum, eſt competens in ſoriudicando eum.*

74 *Citatio reſultat ex informatione capta.*

75 *Citatio habita informatione fit.*

76 *Iudex antequàm citat reum, debet legere pluries informationem.*

77 *Citatio fit de ſpeciali commiſſione Iudicis, & de eius mandato.*

78 *Citatio,quæ continere debet.*

79 *Citatio in criminalibus debet fieri in præſentia teſtium.*

80 *Citatio debet committi Nuntio.*

81 *Citatio fieri debet in præſentia teſtium.*

82 *Requiſita in citationibus ad informandum,remiſſiuè referuntur.*

83 *Citatio nulla reddit ſententiam nullam,& ſic deciſum.*

84 *Cõtumacia ex citatione nulla pariter erit nulla.*

85 *Contumacia non poteſt fundari ſuper citatione nulla.*

86 *Bannum nullum redditur ſi non fuerint ſeruati termini ſoliti.*

87 *Citatio quando eſſet nulla, ſic etiam proceſſus erit.*

88 *Contumaciæ acenſantur non comparente reo in termino.*

89 *Contumacia contrahitur per citationem præcedentem.*

90 *Contumacia prima,et vltima debet per Fiſcũ incuſari, & ſi adſit accuſator.*

91 *Contumacia prima, & vltima ſi non ſint incuſata in actis ſcripta,citatio non tenet.*

92 *Contumax reputari nõ poteſt, niſi vocetur per Nuntium.*

93 *Iudex debet declarare reum citatũ fuiſſe contumacem.*

94 *Pronunciatio Iudicis contra contumacem cur requiratur.*

95 *Contumacia ſola rei non facit delictum,nec ex ea ſola poteſt forindicari.*

96 *Iudex declarando reum contumacem, debet etiam declarare bona eius commodo Fiſci danda.*

97 *Citatio domi facta, & eius ſolitæ habitationis an valeat.*

98 *Proclama publicari debet Curia ſedente prò Tribunali deindè per Ciuitatem.*

99 *Proclama debet eſſe certum, & in ſcriptis redactum.*

100 *Baronum debet eſſe publicatum, & qualitèr publicari debeat, num.101.*

102 *Bannum præcedere debet, vt poſſit proferri ſententia forindicationis.*

103 *Annus currit à die publicationis banni.*

*Sententia forindicationis lata ante annum erit nulla.*

105 *Iudex antequam procedat ad foriudicationẽ, quid debet attendere.*

106 *Forma banni, quænam ſint,remiſſiuè.*

107 *Iudex antequam pronunciet bannum, debet attendere ſi aliquis amicus,vel compita perſona allegat abſentiam.*

108 *Iudex quomodò debet ſe gerere in allegatione abſentiæ.*

109 *Iudex debet præfigere terminum amico. ſeù conſanguineo ad probandum impedimentum allegatum, aliàs ſi non admitteret, ſententia eſſet nulla.*

110 *Abſentia debet probari.*

111 *Alleganti incumbit onus probandi ſimilitèr impedimenta, aliàs ſententia erit nulla.*

112 *Accuſator erit perquirendus,ſi viuit antequã proferatur ſententia foriudicationis.*

113 *Fiſcus tenet locum accuſatoris.*

114 *Succeſſor Iudicis reum inquirentis iam mortui, an poſſit foriudicare illum.*

115 *For-*

115 *Foriudicatus in vno loco, an poſſit alibi cognoſci, & cui eius bona applicantur.*
116 *Iudex decernit citationem fieri in domo banniti, ſi perſonalitèr citari poteſt, aliàs ſententia eſſet nulla.*
117 *Citatio ad capitula eſt præambula ſententiæ foriudicationis.*
118 *Formę citationis ad foriudicandum traduntur, remiſſiuè.*
119 *Citatio ad foriudicandũ, quæ cõtinere debeat.*
120 *Iudex an ordinarius, vel delegatus ſit, vt poſſit procedere ad foriudicationem.*
121 *Coſtare debet de reſcripto delegationis.*
122 *Citatio debet committi Nuntio facienda in domo rei.*
123 *Nuntius debet referre citaſſe reum.*
124 *Citatio qualitèr fieri debeat, nullo exiſtente habitatore.*
125 *Delictum commiſſum fuiſſe ſaltim per inditia conſtare debet, & quando proceditur per inquiſitionem.*
126 *Citatio ad informandum, per qua erit concipienda.*
127 *Reus vt foriudicari poſſit pro crimine pœna mortis imponẽte, et p inditia apparere debet.*
128 *Inditia ad torturam debent præcedere.*
129 *Sententia foriudicationis proferri non poteſt, niſi præcedant inditia.*
130 *Foriudicatus exiſtens in poſſe Curiæ, poteſt dicere de nullitate foriudicationis ſecut extra carceres.*
131 *Foriudicatus captus poteſt opponere omnes exceptiones, quæ nullam reddunt ſententias.*
132 *Exceptiones annullantes ſententiam foriudicationis debent eſſe notoriè, & quod conſtent ex eiſdem actis.*
133 *Nefas eſt dicere, quod reus vllo modo poſſit admitti ad probandam innocentiam.*
134 *Foriudicatus habetur pro confeſſo, ita vt ſufficiat, quod conſtet de citatione, contumacia, & banno.*
135 *Contumacia habetur pro vna probatione.*
136 *Maleficium quando conſtat Iudici non eſſe commiſſum, non poteſt contra abſentem procedere, qui habetur pro confeſſo.*
137 *Exceptiones ne dùm ante ſententias foriudicationis opponi poſſunt ſed etiam poſteà.*
138 *Iudex veritatem habere poteſt, quod quis nõ ſit delinquens, licet habeat confeſſionem factã ex contumacia, ob quod non potoſt eum condemnare.*
139 *Foriudicatio naſcitur ex contumacia.*
140 *Sententia foriudicationis eſt pœna cõtumaciæ.*
141 *Citatio ad informandũ eſt modici præiudicij.*
142 *Foriudicatus dicitur hoſtis.*
143 *Foriudicatum quilibet poteſt capere, & occidere.*
144 *Probationes, & inditia debent eſſe ſufficientia ad ſententiam foriudicationis.*
145 *Cap. Regni Siuè quis, ponderatur.*
146 *Conſtitut. Regni Pœnam eorum, qualitèr intelligatur.*
147 *Minor 20. annis in criminalibus an poſſit deponere.*
148 *Depoſitio teſtis minoris in criminalibus non ſufficit ad torquendum, nec ad puniendum.*
149 *Depoſitio minoris in criminalibus quãdo erit idonea.*
150 *Inditium ad torturam erit ſufficiens quando cum contumacia, & banno alia concurrunt.*
151 *Exequutio ſententiæ foriudicationis quando non erit facienda.*
152 *Foriudicari quis non poteſt ſi ex proceſſu apparet de innocentia.*
153 *Accuſator debet accuſare contumaciã, vt foriudicari poſſet reus.*
154 *Contumacia quando incuſetur in crimine, vbi proceditur per reſcriptum Principis ſub breuitate.*
155 *Citari debent proximi agnati, & amici proferenda ſententia foriudicationis rei.*
156 *Sententia foriudicationis requirit, vt crimen ſit dignum pœnæ mortis, mutilationis membri, aut perpetui carceris, & an procedat in Regno.*
157 *Sẽtẽtia foriudicationis debet ferri in ſcriptis.*
158 *Bannitus ſi comparuerit, & voluerit contumaciam purgare ante ſententiam foriudicationis an poſſet.*
159 *Captus poſt foriudicationem an debeat audiri aduerſus delictum.*
160 *Bannitus captus debet conſignari Sindico, & Electis Terræ non tamen habilitari.*
161 *Bannitus quòd poſſit occidi, qualitèr intelligatur, declaratur.*

## ARGVMENTVM.

Agitur de materia foriudícationis, eiuſq; ſpeciebus, & requiſitis, & quomodò in ea erit procedendũ ad hoc vt ſubſtineatur.

*SPIRITVS SANCTI GRATIA illuminet ſenſus, & corda noſtra.*

### CASVS I.

ANnis elapſis ſub gubernio Excellentiſs. Proregis Ill. Comitis de Lemos iunioris, cũ fuiſſet electus inter cæteros Auditores Prouinciæ Calabriæ citra Franciſcus Antonius Salinas



Digitized by Google

V.I.D. meus cõſobrinus,& illuc me ſecũ
ducere voluit coactus nequiui recuſare
onus ob amorem inulcem contractum,
quo loci iunctim negotia vrgẽtia crimi-
nalia præſertim trutinando, per totum
illud biennium percepi nonnullas foriu-
dicationes fuiſſe annullatas, & hoc ob
incuriam Magiſtrorum Actorum de tali
praxi requiſita in illis parum practico-
rum, de quo valdè admiratus, dùm ipſi
delinquentes pœnis condignis plecti de-
berent,& prætextu talis defectus nullita-
tes aduerſus tales ſententias foriudica-
tionum proponẽtes pœnas debitas eua-
cuabant non ſine offenſione diuina, ac
1 humana, cum interſit Reipublicę delicta
puniri, ad *text. in l. ita vulneratus, §. quod ſi
quis, verſ. cum neque, ff ad l. Aquil* cum alijs
apud *Barboſ Princip. vtriuſq; iur. lit. D. n. 10.*
& ſi ſecus eſſet, tùnc publica lætitia tur-
baretur, & ira Dei in nos prouocaretur,
à quo per delictorum punitionem venia
ſperatur, ac populi incolumitas procura-
tur, ex *Gram. deciſ. 36 num. 1. probaui in meo
voto 20. nu. 16.* è conuerſo impunitas mul-
ta mala facit, inquit *Luc. de Pen. in l quàm-
uis, C. de decur. lib. 10. ſuper verbo impunitatis
ſic dicens.* Not. quod impunitas ſcelerum
2 ſolatia delinquentibus excitat incentiuũ
tribuit delinquendi *23. quæſt. 4. eſt iniuſta in
fine, & 93. d. peruenit in fine.* Item parit au-
ſum, auſus verò exceſsũ, vt ait *Ber de con-
ſid. lib. 4. & lib. 3.* impunitas incuriȩ ſobo-
les, inſolertiæ mater, radix imprudentiæ,
tranſgreſſionum nutrix, &c. indè conſpi-
3 citur, quod per delicta tres offenduntur,
nempè Rex, Lex, & Grex, & per ſeueritatẽ
Rex honoratur, Lex ſaluatur, & Grex ſer-
uatur ſecundum *Auguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei
cap. de quo in meo voto 21. num. 34 par. 1.* id-
circò confiſus Dei auxilio pro Reipubli-
cæ ſubleuamine delictorum eneruatione,
ac pace, & tranquillitate ſubiectorum, vt
ſimiles viȩ tollerentur aditus, & rei debi-
tis pœnis affligerẽtur, ne ſub prętextu ta-
lium nullitatũ appoſitarum, vel ex igno-
rantia, aut malignitate Actuariorum im-
punita remaneant delicta, & quandoquȩ
non puniendi, pœnis indebitè afficiãtur,
vel etiam pœnis cõdigni huius prætextu
illas euadunt, conſiderabam caſum indè
eo tempore quo in Ciuitate Coſentina
moram agebam, euenit fuiſſe per milites
Campaneæ ipſius Regiæ Audiẽtiæ aſpor-
tatum foruſcitum, ſeù forbannitũ multis
vulneribus affectum ſuper Bara in domũ
mei conſobrini tùnc Præſidis tenẽtis lo-
cum, & indè recõualeſcentẽ peracta eius
cauſa fuiſſe liberatum ex cauſa nullita-
tum propoſita à reo aduerſus ſententiam
eius foriudicationis, & paritèr in aliorũ
cauſis conſimilibus pluries contingiſſe
percepi, quo circa inueſtigãdo conditio-
nes, & ſtatus perſonarum vagantium per
Campaneas delicta grauia, & enormia
patrantia in damnum ſubiectorũ Regis
noſtri, eiuſq; contemptum, & Dei noſtri
irreuerentiam, quamq; talis foriudicatio
non fuerat cognita de iure communi, vt
refert *Muta in pragm. Sicil. tit. 12. num. 8.* &
ſic foriudicationis nomen, & pęna de iu-
re cõmuni non fuit cognita, probat *Do-
nat. Ant. de Marin. reſol. quotid. tom. 1. c. 127.
num. 4.* ſed per *Conſtit. Regni Pœnam eorum,*
vbi *Afflict. & Reg. Tapia,* ideò ſalubre re-
mediũ vocatur, licet ex poſt crudelis ſen-
tentia *Muta d. tit. 12. nu. 3.* cũ tendat ad ex-
tirpationem ipſorum pro quiete Regni,
ac fidelium tutamine, vt diſpoſitum eſt
in *d. Conſtit.* & propterea dicebã tres eſſe
ſpecies ipſorum delinquentiũ, alij enim
dicũtur foruſciti, alij forbanniti, alij for-
iudicati, & contra eos quia abſentes re-
periuntur diuerſimodè proceditur per
Regia Tribunalia.

4 Aggrediendo primam ſpeciem ipſorũ
vulgò nuncupatã foruſciti, & forus & ſci-
tus dicitur qui ratione delicti, vel prauæ
voluntatis exit foras, vndè dicitur fore-
ſcitus ſecundum *Carau in pragm. 1. de exul.
num. 9.* quem citat *Io. Grand. de bello exulũ,
de qualitate, quæſt 2. ſub num 2.* ſubdens eos
5 eſſe triplicis ſpeciei, quidam rationibus
prædictis exierunt à proprio domicilio,
& nõ incidunt per Campaneam, ſed per-
manent in locis habitatis, vt incogniti,
vel tolerati, quidam incidunt per campa-
neam in comitiua, ſed actu non delinquũt,
prout ſunt iſti partiales, & eorum adhę-
rentes, alij verò graſſantur delinquendo
per Campaneam, vt ibi per eum, contra
tales diuerſimodè proceditur.

Reſpectu primæ ſpeciei foruſcitorum,
qui poſt delicta commiſſa vagantur per
loca ſecreta in locis habitatis incogniti,
vel tolerati, proceditur iuris ordine ſer-
uato, præuia ipſorum citatione, incuſa-
6 tione contumaciarum, banno, & ſenten-
tia foriudicationis ſeruato iuris ordine,
contra quos non militat poteſtas milita-
ris, nec comprehenduntur ſub *prag. 6. de
exulibus*, cum non dicantur verè foruſci-
ti, teſtatur *Heliſ. Danza de pugna Doctorum
tom. 2. tit. de armat. per campan. cap. 1 nu. 5. 6.*
7 *& 7.* nàm bannitus conuerſans cum ban-
nitis bona fide, & ſine dolo, & fraude, ſed

ex iuſta

ex iuſta cauſa non punitur, *Camp. in cap. creſcit*, *num.* 23. multò magis delinquen-
tes ipſi.

Quo verò ad aliam ſpeciem illorũ non
alitèr delinquentium, vt ſunt partiales,&
8 adherentes cetui foruſcitorum, ſeù ban-
nitornm, aut foriudieatorũ, & circa iſtos
cõſimiles auxiliatores, *Io.Grand. eod.tract.*
*in prædicamento de relatione quæſt.*2. diſputat
articulum, ſi contra prædictos procedi
poſſit ad modum belli, & adductis hinc
indè rationibus affirmatiuè concludere
9 videtur ex ſolo inceſſu in comitiua non
alitèr delinquendo, pœna erit triremium,
vt proſequitur *Danza vbi ſupra nu.*15.16.
*&* 17. bannitos aſſociantes,& cũ eis ſtan-
tes per ſpatium decem dierum ſcientèr,
qualitèr puniantur, refert *Muta in cap.*108.
*Regni Sicil.num.*60.*tom.*2.

Reſpectu verò alterius ſpeciei, qui in-
cedunt per Campaneã in comitiua cum
foruſcitis, conſtitutum eſt, quod delin-
quens ſi aſſocietur cum foruſcitis,& cum
ipſis deambulet,& delinquat per Campa-
neam, ſi infra decem dies non compareat
10 coràm ſuo Ordinario, à quo fuit reputa-
tus contumax, dicetur foriudicatus ipſo
iure, probat *Scialoya in praxi foriudic. cap.*
10. *num* 15

Tales enim foruſciti dicuntur inquie-
tatores pacis,& quietis, inimici,& hoſtes
11 publici, & Regis, proditores publici, &
Regis, contemptores iuſtitiæ, graſſatores,
& latrones, vt probat *Io.Grand. eod.tract. in*
*prædicamento de qualitate, quæſt.*1. *per totam*,
12 exigitur enim iſta qualitas loci publici,
vt militaris poteſtas locum ſibi vẽdicet,
vt inquit *Io.Grand. d. prædic. de qualit. q.*2.
*nu.*5. ad ꝙ ſubdit *Conſ. Campana de foriud.*
*reſol.*16. *num.*13. quod requiritur vtraque
qualitas, via ſcilicet publica, & Cãpania,
& non mirùm, ſi iſti exititij vulgò dicti
fornſciti noſtri temporis aſſueti ad malũ,
qui non ceſſant quotidiè maleficia com-
mittere, ex quo ſunt incorrigibiles, poſ-
13 ſunt capi abſq; alia informatione, quia
circa capturam inſpicienda eſt qualitas
perſonæ, *Campag. in cap. Regni Subditorum*,
14 *ſub num.*132. imò poſſunt contumelijs af-
ficiet verberari, idem *Io. Grande in ſpeciali*
19. *num.*2. & impune offendi *idem in præ-*
*dicamento pati quæſt.*1. *num.*1. imò occidi,
*vt probat in ſpeciali* 21. *num.*1. *vbi id decla-*
*rat num.*2. donec ſunt in capiendo, nàm
15 poſtquàm ſunt capti, nõ poſſunt occidi,
quia nec in bello licito hoc liceret, vel
niſi reſiſtent Curię, & tunc eorum offen-
16 ſio eſt permiſſa cum moderamine incul-
patæ tutelæ, refert *Conſil. Io. Maria Campa-*
*na de foriudicat. reſol.*23. *num.*13. dicuntur
17 enim tales delinquentes in vijs publicis
regiam protectionem,& ſecuritatem vio-
lare, idem *reſol* 13. *num.*12. ſubdens *nu* 13.
contra tales poteſt procedi leuato velo
more caſtrorum, ſeù vt dicitur ad modũ
belli,& ratio eſt, quia delicta ab inceden-
18 tibus per Campaneam, vt plurimũ com-
mittuntur eo modo, vt cum magna diffi-
cultate poſſint eorũ plena probatio ha-
beri, *idem reſol.*8 *num.*4.

Quò verò ad forbannitos illud priùs
19 erit agnoſcendum, quod bannitus dici-
tur à bannitione, quaſi ictio ſiuè eiectio,
quia per bannitionem eiectus à bono pu-
blico, ideſt ſeperatur, vt inquit *Catalan. de*
*indultu cap.*13. *num.*3. quẽ citat *Heliſ. Dan-*
*za de pugna Doct. tom.*3 *tit. de armat per cam-*
20 *pan. cap.*7. *nu.*1. ea ratione, quia exules di-
cuntur à patria, & Ciuitate, & hoc ver-
bum exules idem eſt, ac ſi diceretur A po-
lies dicti ab A, quod eſt ſine & polis, quod
eſt Ciuitas,& ſic abſq; Ciuitate, vt ibi *Ca-*
*talan. num.*20. *&* *Paul. Staiban. ſen. conſ.*63.
*nu.*4. vbi *Additio Conſil Paul. Staib. iunioris*,
21 vndè bannitus is dicitur, qui eſt cundẽ-
natus pro delicto ex maleficio, nõ ex con-
tumacia, vt probat *Scialoya d. tract. cap.*1.
*num.* 27. & contra eos proceditur iuris
ordine ſeruato; nàm poſt delictum com-
22 miſſum capitur informatio, vt refert
*Foller. in eius praxi crim. rub. cap. inform. Am-*
*broſin in eius praxi lib.*1. *cap.*2.

23 Secundò, poſſunt capi de perſona, vt *idẽ*
*Foller. ead. praxi rubr not. cap. de perſ. idẽ Am-*
*broſ. d. praxi lib.*2. *cap.*2.

24 Vel ſi non potuiſſent haberi, expeditur
citatio contra eos, idem *Foller. d. praxi rub.*
*vel eos verbal. cit. fac. idem Ambroſ. d. praxi*
*lib.*5. *cap.*1.

25 Indè fit relatio Nuntij, vt refert *Foller.*
*d. praxi rubr. fiat relatio*, poſtmodùm accu-
ſantur contumacię, vt idem *Foller. d praxi*
*rubr accuſet. contum. idem Ambroſ. lib.*1. *cap.*1.
*& lib.*5. *cap.*1. *Muta in cap.*159. *in Addit. D.*
26 *tom.*1. & interponitur decretũ, nàm con-
tumax declarari debet per ſententiam ip-
ſum eſſe contumacem *Scialoya d. tract. c.* 7.
*num.*10. *&* 11.

27 Audiantur poſteà excuſatores, de quo
per *Foller. citata praxi, rubr. audiant excuſat.*

28 Indè annotentur bona contumacis, vt
proſequitur *Foller. eadem praxi. rubr. anno-*
*tent bona contumac. Ambroſ. d. praxi lib.*1. *c.*5.
*num.* 8. *&* 9. *Muta in cap. Regni Siciliæ* 108.
*tom.*2 *num.*7. *& ſeq.*

29 Demum poſt hęc promulgatur bannũ,

vt tra-

vt tradit Foller. d. praxi rubr. banniantur, vbi num. 4. formam banni poſuit, & Scialoya d. tract. cap. 9 num. 14 & 15. ex eo quia banni-
30 tus ob contumaciam dicitur confeſſus, & conuictus, & quomodò, refert Muta in cap. 169. Regis Alphonſi num 9. tom. 4. & cap. 159 num. 8. & hoc de generali conſuetudine Farin conſ. crim 5 num. 95 tom. 2.

31 Verùm, quia emanato banno, poterit bannitus à quocunq; capi, vt probat Foller. in d rubr banniantur, num. 23. Carpan. ad nou. Conſtit. Mediol. in cap. homicidium, §. 1. nu. 601. 624 ad 648. Muta cap. 108. nu. 28. tom 2.

32 non tamen impunè occidi, attenta diſpoſitione iuris communis, vt inquit Scialoya eodem tract. cap 17 num. 1. Io. Grand. d. tract. ſpec. 21. nu. 3. Giurba conſ. crim. 3. nu. 12. quod ſecus eſt de Iure Regni Caran. in ritu 269. Præſ. de Franch. deciſ. 214 num. 4 idem Scialoya eod. tract. cap. 8. num. 17. Giurba conſ. criminal. 3. num. 5.

Nam vt poſſit impunè offendi, poteſt ſtatui ob publicam vtilitatē, Maur. Burg. de modo procedendi ex abrupto, quæſt. 8 num. 9. Carpan. vbi ſupra §. 1. num. 630. ſed an extra
33 territoriū bannientis poſſit offendi, proſequitur Danſa d. cap. 7.

34 Verùm quia ipſi banniti ob timorem capturę, vel mortis ſolent in Cāpaneis reſidere, & benè verum eſt, quod ſi non incedunt per eam delinquendo, non aliter comprehenderentur in poteſtate militari, idem Io. Grand d. prædicamento pati, quæſt. 1. num. 7.

35 Secus tamen quando incederent in comitiua cum alijs committendo delicta, & alia, tùnc verè dicerentur forbanniti, & comprehenderentur ſub poteſtate extraordinaria in procedendo contra eos, & is propriè dicitur bannitus ſecundum communem vſum loquendi, qui per Campaneas diſcurrit impediēdo publicum commercium, Campan d. tract reſolut. 33. nu. 2. non mirùm ſi cum eis ità procedi debeat.

36 Benè verum eſt, quod ſi bannitus indè voluntaria comparuerit in Curia, quanquam carcerari debeat ex Capit. Regni Si què quis, probat Foller. in d. praxi rubr. banniantur, nu. 40. & Scaccia de iudic. cap. 97. n. 69.

Et quàmnis Afflict. in Conſtit. humanitate, nu 45. ex mēte Andr. ibi relati, dicat comparente bannito, & offerente fideiuſſionē poſſe habilitari, & facere ſuas defēſiones.

Non tamen allegat d. cap. ſiue quis.

37 Et vtcumq; ſit, debet bannitus ſe præſentans audiri in ſuis iuribus ex diſpoſitione iuris communis, ac motuum propriorum, refert Scaccia de iudic. tom. 1. cap. 97. ſub num. 40. hoc eſt, ſi infra annum comparuerit, vt ſubdit num. 137.

Et docere de ſua innocētia Farin. conſ. crim 5 n. 108. tom. 1. et in Addit. conſ. 17 n. 30.

Pariterq; poſt ſententiam diffinitiuam contra ſe latam ante tranſitum in rem iudicatam Scaccia vbi ſupra num. 116.

38 Poſt verò lapſum anni ſi comparuerit, vel fuerit captus infra annum à die latæ ſententiæ non poteſt audiri, niſi ſit admiſſus ad nouas defenſiones à Principe, vt idem Scaccia d. cap. 97. num. 137. probat vbi num. 240. ſubnectit, quod bannitus, & condemnatus, qui vel eſt captus quandocumque, vel vult comparere poſt annū, debet recurrere ad clementiam Principis, Farinac. conſ. crim. 14. num. 6. tom. 1. & ſic habita ſpeciali gratia in ſignatura Sanctiſſimi.

39 Cæterum antem ſi non comparuerit in termino ſibi præfixo in damno declaratur pro confeſſo, Scaccia ibidem num. 24.

Ita quod poſſint impunè capi, offendi, & occidi, vt dictum eſt ſupra, Farinac. conſ. crim. 135. nu. 57. tom. 2. & conſ. 101. tom. 1.

40 Nàm banniti dicuntur hoſtes publici, Farinac. conſ. crim. 131. num 8. tom. 2.

41 Deueniendo ad foriudicatos, & eum tale nomen non reperiatur de Iure Romanorum, adhùc tamen dicitur foriudicatus, & extra limina poſitus, Muta in prag. Sicilia tit. 10. num. 5. & ſeq. quaſi foris eſſe aditum iudicium, vndè eius ethimologiā intuendo Affl. in Conſt. Pœnam eorum, nu. 69. inquit, quia dicitur quod eſt foris ab omni aditu Iudicij, hoc eſt quod ſibi ex contumacia denegatur omnis audientia in iudicio ab habentibus iudicare, Scialoya d. tract. cap. 1 num. 3. quinimò talis foriudi-
42 catus erit, ſi quis fuerit contumax reputatus, atque bannitus pro cauſa capitali per M. C. vel per alium Iuſtitiariū, & perſeuerauerit in contumacia per vnum annum, & ſic nō curauit comparere in Curia per quā fuit bannitus, poſt ipſius anni decurſum proceditur ad eius foriudicationem præuia diffinitiua ſententia, vt dictat d. Conſt. Pœnam eorum, vbi Affl. in princ. vndè foriudicatus dicitur de iure condēnatus, Maſtrill deciſ. 296. num. 13.

43 Et ad hoc vt quis poſſit foriudicari, quindecim requiſita debent interuenire, vt per Afflict. in d. Conſtitut. Pœnam eorum, d nu. 15. cum ſeq. quem citat Camp. in cap. ſiuè quis, num. 22. & in cap. poſt commiſſum, nu. 38. Gram. conſ. 1. poſt eius deciſ. Muta ad prag. Sicilia tit. 12. num. 12.

44 Vndè quemadmodùm bannitus is dicatur

catur qui ritè,& rectè fuit bannitus, *Gram. deciſ.29.num.1.& deciſ.79.nu.*10. & propte-
45 reà vt bannum,& contumacia operentur
quando ritè, & rectè fuerint geſta, *Foller. d.praxi, rubr.& ſi confitebuntur,num.*19. ita
fortiis & foriudicatio vt operetur, debet
eſſe ritè,& rectè promulgata ſententia,nā
46 ſententia foriudicationis nō ſtatim exe-
quitur, reo in fortijs conſtituto. ſed per-
penditur, ſi ritè, & rectè proceſſerit, *Danſa d tom 3 tit de var delict.cogn.*§.1.*par.4.n.*3.
47 *&* 4.ideò ſubſequitur,quod foriudicatus
dicitur qui indicatur foras, & ſic in ab-
ſentem, *Danza de pugnà Doctor. tom 3 tit.de*
48 *var.cognit. cap.4 nu.*1. & iſte differt ab eo,
qui habetur pro foriudicato,ita poſt *Reg. Rouit. in pragm.*10. *num.4.de exul. Danza d. tract.tit de ſentent.foriudic cap.*1.*num.*26.

49 Quo fit, vt cum foriudicatis nulla de-
fenſio concedatur,vt inquit ibi *Affl. n.*63.
ità vt poſt ſententiam non poterit abſen-
tiæ iuſtam cauſam allegare, idem *Afflict. num.*70. ſubdens, neq; appellare,neq; ſup-
plicare à tali ſententia, quinimò tanquā
50 mortuus erit reputandus, *Afflict. ibi n.*71.
latè *Dom.Reg.Merlin. controu.forenſ. tom.*2.
*cap.*21.*nu.*22. hoc eſt de iure ciuili in his,
quæ pertinēt ad illud,licet fictè,& impro-
priè, vt ibi *num.*35. *Muta in pragm. Siciliæ tit* 12. *num.*6.

51 Et conſequentèr ab omnibus offendi,
*Afflict.vbi ſupra ſub num.*73. *Muta in prag. Siciliæ tit.*73.*num* 6.

52 Ac etiam occidi, *Scialoya d.tract.cap.*17.
*num.*2.poſt *Maſtrill.deciſ.*285.*num* 14.

53 Nàm foriudicatus legitimè hoſtis pu-
blicus erit cenſendus, *Afflict vbi ſup.nu.*72.
*Maſtrill. deciſ.*285.*nu.*13. *Franc.Maria Pratus pract.obſeruat. in obſeru.*84.*nu* 5. inquie-
tator pacis proditor,contemptor inſtitię,
graſſator, & Latro, *Scialoya d.tract. cap.*19.
*num.*1.nàm lędit Regiam Maieſtatem. *Camill.de Medic.conſ.*71.*num.*12.

Et demùm, quia foriudicatis nulla cō-
ceditur defenſio, *Afflict. vbi ſupra num.*63.
& in nihilo audiri poſſunt, *Muta d.cap.*108.
*num.*31.*tom.*2.

54 Subſequitur quando forindicatus in
fortiam Iudicis ducitur ad furcas abſq;
alia ſententia erit ducendus, *Afflict. ibidē num.*82.*Muta d.tit.*12 *num.*6. *Maſtrill. d.deciſ.*249.*nu.*18 nàm foriudicatus iuxtà for-
mam Conſtit. Regni efficitur ſeruus pœ-
nę,& condemnatio,trahit ſecum exequu-
tionem, ità quod delinquente conſtituto
in fortijs, ſtatim ſequitur condemnatio,
*Camill de Medic.conſ.*69 *num.*11.*&* 12.

55 Sed hoc præuia recognitione illius,niſi
adſit notoria nullitas, *Campan.in d.tract.reſol.*25.*nu.*2.poſt *Reg.Sanſelic.deciſ.*227.*nu.*1.

56 Adhùc ei ſubuenitur remedio nullita-
tum aduerſus acta, & ſententiam prolatā,
& nullitas foriudicationis ſi ex facie ip-
ſius appareret ſemper poſſit allegari, *Muta ad pragm.Siciliæ tit.*12.*num.*17.

57 Poſtquàm talis ſententia foriudicatio-
nis crudelis eſt, vt dixit poſt *Mutam dicto tit.*2.*num.*3.*Anton.de Ballis in ſuis tract.crim. lib.*5. *tit.de pragm.Regni pragm.*1. *tit.*12.§.1.
*num.*1.vbi ſubnectit,quod benignior pars
eſt, quod declaretur nulla, quia remanet
ius partis illęſum.

Et propterea foriudicatus poſtquā ca-
ptus eſt,poteſt opponere omnes exceptio-
nes,quæ nullam reddūt foriudicationem,
ſiuè ab initio fuerint oppoſitæ,ſiuè non,
dummodò ſint notorię, & euidentes, vt
58 ſubdit ibidem *Campana num.*4.& foriudi-
catus exiſtens in fortijs Curiæ, plura op-
ponere poteſt aduerſus ſententiam foriu-
dicationis, *Scialoya d.tract.à num* 33 *ad* 56.
& prę̄ſertim nullitates,quę faciunt ſuper-
ſedere ſententiam foriudicationis, vt de-
ciſum tradit *Praſ.de Franch.deciſ* 688. quē
ſequitur *Reg. Tapia ad d.Conſtit.Pœnam eorum,num.*10.vbi plura.

59 Talitèr quod non tantùm ab ipſo for-
iudicato, tales exceptiones, atq; nullita-
tes proponi poſſint, ſed ab eius procura-
tore,& agnatis, idem *Ballis vbi ſup.nu.*21.
Imò à quolibet poſſunt opponi reo exi-
ſtente in fortijs Curię, *Scialoya d.tract c.*25.
*nu.*57.*&* 59.poſt *Reg.Tapiam vbi ſupra.*

60 At cum tales nullitates proueniant ex
actis compilatis,& talis foriudicatio pro-
ueniat à bannitione, *Afflict.vbi ſup.nu.*19.
61 imò naſcitur ex contumacia, *Campana d.tract.reſol.*1.*num.*2.vbi *nu.*3. aſſerit, quod
foriudicatio non fundatur niſi in contu-
macia, & delicto; nàm foriudicādo accu-
ſatur primo contumacia, *Muta in capit.Siciliæ* 159.*num.*10.*tom.*4.

Non immeritò ſi erit expediens talia
requiſita diſtinctè enarrata ab *Affl.*recen-
ſere, ex quibus facilè notorię nullitates
reſultare videntur; nàm antequàm foriu-
dicatio declaretur per ſententiam foriu-
dicationis reus inquiſitus primo loco ef-
ficitur contumax, deindè bannitus poſt-
modùm foriudicatus, ſi benè ipſa contu-
62 macia ſola non poteſt operari foriudica-
tionem, idem *Campana eod.tract. reſolut.*2.
*num.* 5. nàm contumacia ſola rei non fa-
cit delictū, nec ex ea ſola poteſt quis for-
iudicari, *Maſtrill. deciſ.*296. *num.*19.*&* 20.
efficit tamen vt quis de delicto, pro quo

63 con-

Google

63 contumax reputatur, habeatur pro con-
feſſo,& cõuicto,vt idem *Campan. d.reſol.2.*
*num 6.* firmat *Farinac.,conſ.crim.5. num.95.*
*tom 1. Goffred.à Bauo in praxi crim. §.contu-*
*max,num.28. Hector de Guido in tract.de vir.*
*confeſſ.par.5.cap.2.nu.1.Scaglion.in ritu 264.*
*num.3.Cauenſ.in ritu num.1.*

64 Quo fit, vt data nullitate ſentẽtiæ con-
tumacialis,redditur bannum indè ſequẽs
nullum, *Afflict.in d.Conſtitut. Pœnam eorum,*
*num.16.* & conſequẽtèr foriudicatio red-
ditur nulla, nullo exiſtente banno, *Anton.*
*de Ballis vbi ſupra nu.3.& 10. Muta in prag.*
*Siciliæ d.tit.12.num.13.*

Deueniendo igitur ad talia requiſita
foriudicationis relata per *Afflict. vbi ſup.*
& principalitèr *ibidem nu.15* quod requi-
65 ritur primo, quod foriudicandus fuerit
accuſatus,vel inquiſitus criminalitèr de
crimine publico, aliàs ſi non fuerit accu-
ſatus, vel inquiſitus criminalitèr de cri-
mine publico, non poteſt foriudicari,
ex *Conſtitut. Grandis*, & ex *cap. Regni Siuè*
*quis*.

66 Dixi de crimine publico,nàm & ſi pro
quouis crimine reus ex ſola contumacia
foriudicari poteſt circumſcriptis etiam
probationibus,probat *Giurba cõſ. crim.83.*
*num.1.* adhùc tamen vt ipſe ſubdit *num.5.*
67 *& 6.* foriudicari ex omni delicto fieri nõ
poteſt, ſed pro quo pœna mortis, vel de-
portationis, non autẽ membri abſciſſio-
nis eſt infligenda, *Muta cap.108. num.30.*
*tom.2. Regni Siciliæ*,ſicque foriudicari quis
poteſt pro delicto,pro quo venit imponẽ-
da pœna mortis naturalis tantũ, ità pro-
bat *Scialoya eod.tract. cap.3.num.12.& 136.*
*Danza de pugna Doctor. tom 3. tit de var.co-*
*gnit. cap.4 num.7 & ſeq. Reg.de Ponte de po-*
*teſt.Proreg.tit.1.§.1.num.47.*

68 Adeò quod foriudicatus ſi capiatur nõ
pœna mortis naturalis plectendus eſt,ſed
ea ſolũ, quæ pro crimine imponi debeat,
vt *ibi Giurba nu.3.*& ſic deciſum in contin-
gentia facti, retulit *Afflict. in d.Conſtit.Pœ-*
*nam eorum.ſub num.48. verſ. fuit mihi relatũ,*
ſic bannitus foriudicatus,ſiuè captus in
banno, nõ venit puniẽdus pœna, niſi pro-
ùt cantãt informationes,*Muta dec.13.n.5.*

69 Contumacialis ſententia continẽs ma-
iorem pœnam ea quam meretur delictũ,
pro quo contumax fuit condẽnatus, exe-
qui non poteſt,ſed reducenda eſt ad con-
dignam pœnam, *Farin.conſ.crim.111.nu.9.*
*tom.2.& conſ.121.num.6.& 17.* & foriudi-
cati ſi venerint in fortijs, non patiuntur
aliam pœnam vltra eam, quæ venit impo-
nenda ex accuſatione,*Muta ad cap.108.*

70 Secundò exigitur citatio, quæ ſenten-
tia forindicationis præcedere debet, &
expedienda eſt à die contumaciæ, non
annotationis bonorum, *Reg.Tapia in Con-*
*ſtit. Pœnam eorum, num.4. & 5. & in rubr. de*
*bannit.& forind.* quod reus accuſatus legi-
timè ſit citatus de commiſſione Iudicis
habentis imperium in eum, vt *ibi Afflict.*
71 *ſub num.15.* fatetur, nàm capta informa-
tione,debet inculpatus de crimine citari,
*Specul in tit.de maleſ. §.quando Alber. Gand.*
*in rubr.de citat.facien.in princ. Foller. d.praxi*
*crimin rubr.vel reos, verb. cit. fac. Iul.Clar.in*
*praxi lib.1. § fin. quæſt.31. num.1.* & ad hoc
72 vt foriudicatio valeat,requiritur Iudicis
competentia,& validitas actorum,*Danza*
73 *vbi ſupra num.13.& 14.* ex quo Iudex,qui
eſt competens in procedendo contra reũ
carceratum, eſt competẽs in foriudican-
do ipſum abſentem in eius contumacia,
*Scialoya cap.2.num.1.*

74 Talis igitur citatio reſultare comperi-
tur ex informatione capta, *Foller.in d rubr.*
*vel reos, verb.cit.fac. in princ.* ſic in praxi ci-
75 tandi compertum eſt,habita priùs infor-
matione fuiſſe captam, ex *l.2. C.de exhib.*
*reis*,vbi *Gloſ.* probat *Carau.in ritu 29.nu.2.*
76 Iudex enim antequam citet ad informã-
dum,debet videre,& ſtudere informatio-
nem captam, & ea pluries legere, & vide-
re videnda *Scialoya cap.9.num.1.*

77 Et quod talis citatio fieri debet de ſpe-
ciali cõmiſſione Iudicis, notat *Iul. Clar.*
*vbi ſupra num.4.* quod eſt confirmatum
ex ſpeciali *prag.2.de citat.* allegata per *Ca-*
*rauit.vbi ſupra, Godof.à Bauo in praxi crimin.*
*§ contumax,num 36.* nàm citatio vt valeat,
debet fieri de mandato Iudicis, *Maſtrill.*
*deciſ.275.num.2.*

78 Tertiò exigitur,quod talis citatio con-
tineat omnia de quibus in *Conſt. edictorũ,*
*& in Conſt.Citationis literæ,vt ibi Affl.nu.17.*

79 Et præſertim cõſtare debet dè relatio-
ne Nuntij,cui fuit cõmiſſa citatio, quod
citauit nominatum in commiſſione de
citando in præſentia duorum teſtium,
80 proùt in Regno ex *pragmatica Regis Fer-*
*dinandi Primi* cautũ eſt,vt ibi teſtatur *Affl.*
ex ijs colligitur, quod talis citatio debet
committi Nuntio *Foller. d. rubr. vel reus,*
*verbo citatio facta, num.17. & in rubr.fiat re-*
*latio Nuntij, num.3.*

81 Secundo, quod debeat fieri in præſen-
tia teſtium, *Foller.d.rubr.fiat relatio Nuntij*
*num.10. Scialoya d.tract. cap.6.num.29.* poſt
*Praſ.de Franch.deciſ.560.num.4.*

82 Conueniunt enim alia requiſita in ci-
tationibus ad informandum, relata per
*Foller.*

*Foller. d. rubr. vel eos, verb. citari faciat*, alitèr
& in relationibus Nunciorũ, vt in alia *rub.*
*ſiat relatio, Dom. Reg. Rouit. ii. rubr. pragm. de*
*citation. & Campana d. tract. reſol.* 13.

Quæ ſi fuerit ommiſſa, vel aliquod ip-
ſorum citatio redderetur nulla, atq; inua-
lida, quo fit, vt ſi reus non fuerit citatus,
vel citatio eſſet nulla, vel minus legitimè
83 facta, ſententia, & omnia, quæ ſequuntur,
eſſent ipſo iure nulla, *Gloſ. in l. ſi accuſato-*
*ribus, C. de accuſat.* allegata per *Iul. Clar. vbi*
*ſupra*, & ità in facti contingentia fuiſſe de-
ciſum, refert *Præſ. de Franch. deciſ.* 514. &
84 conſequentèr nulla reddita citatione,
paritèr contumacia ex ea proueniẽs, red-
deretur, *Gram. in conſil. de foriudicat.* 1. *nu.* 8.
85 *poſt deciſ.* nàm contumacia nõ poteſt fun-
dari ſuper citatione nulla notoriè, *Frãch.*
*deciſ* 232. *num.* 5. & propterea ea exiſtente
nulla, nullæ contumaciæ ſuper ea accuſa-
tæ eſſent, *idem deciſ.* 514. *num.* 2. & demùm
86 bannum redderetur nullum, ſi non fue-
rint ſeruati, termini ſoliti ſeruari, *Farin.*
*in eius praxi tit. de inquiſit. quæſt.* 21. *num.* 36.
87 & ſic contumacia, & totus proceſſus eſſet
nullus, quando primo citatio eſt nulla,
*Scialoya d. tract cap* 5. *num.* 17. & 19. *Farinac.*
*conſ. crim.* 89. *num.* 3. *tom.* 1.

88 Quartò inquit *ibi Afflict. ſub nu.* 17. *verſ.*
*quarto requiritur*, quod ſi talis citatus in
vltimo peremptorio termino non com-
paruerit, debẽt accuſari cõtumaciæ con-
tractæ, *Foller. d. praxi rubr. accuſent. contumac.*
vbi oſtẽdit qualitèr, & quomodò incuſari
debent contumaciæ, *Muta in cap.* 159.
*nu.* 10. *tom.* 4. *Reg Tapia in rubr de bannit. nu.* 3.

89 Contumacia & ſi contrahatur per cita-
tionem præcedentem, probat *Scialoya d.*
*tract. cap.* 8. *num.* 8.

90 Adhùc tamen debet incuſari prima, &
vltima per Fiſcum, etiam ſi adſit accuſa-
tor, *Scialoya d. cap.* 7. *num.* 5. *Foller d. rubr. ac-*
*cuſent. contumac. nu.* 9. & 10. & *rubr. & ſi con-*
*fitebuntur, num.* 20. & *Carau. in ritu* 226.

91 Adeò quod ſi cõtumacia prima, & vlti-
ma nõ ſint incuſatæ, & deſcriptæ in actis,
non tenet citatio, vt *ibidẽ Scialoya num.* 4.
& 6. & *ibi num.* 1. & 2. tradit quando pri-
ma, & vltima contumacia in actis deſcri-
buntur.

92 Et hoc priùs per vocationem Nuntij
etenim quis non poteſt contumax repu-
tari, niſi priùs vocetur per Nuntium, vt
*ibi Scialoya num.* 9. & contumacia non po-
teſt accuſari niſi vocato citato, *Foller. d.*
*rubr. accuſentur contumac. nu.* 8. & quo ordi-
ne incuſantur, oſtendit *ibidem Foller. nu.* 1.
3. & 12.

93 Quintò exigitur, quod Iudex interlo-
quendo declaret ipſum reum citatum
fuiſſe contumacem, vt *ibi Afflict.* perpen-
dit *num.* 18. ſubdens, quia vbi aliquid per-
94 pendit à motu Iudicis, ſẽper requiritur
Iudicis pronunciatio, ac vnico contextu
pronunciando talem fuiſſe contumacem,
& contumaciam fuiſſe per eum contra-
ctam, ex eo quia cum condemnat ad pœ-
nam tertiæ partis bonorum mobilium, &
ipſum banno ſupponit, & decretum per
quod quis reputatur contumax in cita-
tione ad informandum, & ad capitula,
quando, & qua forma proferatur, retulit
*Scialoya d. tract. cap.* 7. *nu.* 7. vbi dixit *nu* 10.
& 11. contumax declarari debet per ſen-
tentiam eſſe contumacem, nàm contuma-
95 cia ſola rei non facit delictum, nec ex ea
ſola poteſt quis foriudicari, *Maſtrill. deciſ.*
296. *num.* 19. & 20. *Reg. Tapia vbi ſup.*

Sextò ſubnectit *ibi Afflict. ſub nu.* 18. *verſ.*
96 *ſexto requiritur*, quod Iudex declaret, &
pronunciet, quod eũ ponit ſub banno, &
declaret eius bona annotanda eſſe Fiſci
commodo, vt eius formam tradit *Foller.*
*d. rubr banniantur, num.* 4. & *Scialoya d. tract.*
*cap.* 9. *num.* 14. & 15. & ad hoc vt ſit validũ
legitima, requiritur citatio ſaltim eius
97 ſolitæ habitationis, non per publicum
proclama, *Giurba conſ. crim.* 67. *num.* 8. *Muta*
*in pragm. Siciliæ tit.* 12. *num.* 8. quàmuis pu-
98 blicari debeat Curia ſedente, & deindè
per Ciuitatem, aliàs eſſet nullum, vt dixit
*Scialoya d. tract. cap.* 9. *nu.* 8. & 11. & per lo-
ca ſolita Ciuitatis, ex *Gram. conſ. crim.* 71.
99 *num.* 17. debet enim eſſe certum, & in ſcri-
ptis redactum cum alijs requiſitis relatis
*ibidem num.* 13. *Reg. Tapia vbi ſup.*

100 Septimò exigitur, quod tale bannum
ſit publicatum, vt *ibi Afflict. nu.* 29. ex *Con-*
*ſtit. Grandis*, ſubnectẽs, quod Iudices Mag.
Cur. Vic. nunquàm foriudicant, nec bona
bannitorum confiſcant, niſi de publica-
101 tione banni conſtet, ex tunc computãt
annum, nec erit publicandum in Curia
voce præconia, vt ex *And ibi citato*, ſed per
Ciuitatem *Foller. in d. rubr. banniantur, nu.* 3.
ſequitur *Reg de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de*
*diuerſ. promiſ.* §. 3. *num.* 18. & per *Scialoyam*
*d. cap.* 9. *nu.* 8. & *nu.* 11. firmat, quod quando
non eſt publicatum bannum per loca ſo-
lita redderetur nullum, nec poteſt proce-
di ad ſententiam foriudicationis, at ſi ſit
emanatum bannum, ſed nullitèr ſi inde
ſequatur ſententia condemnatoria, quæ
fundatur ſuper banno ipſo erit nulla, ex
*Cartar ibi relato.*

102 Octauò, ex quo bannum præcedere



Digitized by Google

debet, vt poſſit proferri ſententia foriu-
dicationis, refert *Scialoya in d.cap.9.num.5.*
*&* 7. non mirùm ſi bannũ fieri debet con-
tracta contumacia, & elapſo anno à die
103 dicti banni reus poteſt foriudicari, &
annus currit à die promulgationis dicti
banni, vt *idem Scialoya* probat *in d. tractatu*
*cap.10. num.1. &* 2. talitèr quod ſi fuerit
104 ſententia foriudicationis lata ante an-
num erit nulla, *vt ſubdit num.3.* vndè *Affl.*
*ſub num.19.verſ.octauo,* inquit, quod Iudex
105 antequã incipiat procedere ſuper for-
iudicatione, videat ſi à die banni elapsũ
ſit tempus duodecim menſium, quia antè
lapſum anni non poteſt procedere ſuper
foriudicatione, & ſi ante lapsũ anni pro-
cederet eum foriudicando, foriudicatio
erit nulla, etiam ſi poſt annum contumax
perſeueret in contumacia per rationes, &
106 iura ibi tradita. Formæ autem banni
vltra *Foller.* traduntur ab eodem *Scialoya*
*cap 9.num.14. &* 15.

107 Nonò inquit ibidem *Afflict. ſub nu.21.*
requiritur, quod Iudex videat ſi infra an-
num aliquis amicus, vel coniuncta perſo-
na comparuerit, & allegauerit aliquas iu-
ſtas cauſas abſentiæ ipſius citati abſẽtis,
quia tenetur Iudex illas audire ex iuri-
bus ibi relatis, & ſi per quemcunq; poſſit
allegari, vt per *Foller. in d praxi, rubr. audiã-*
108 *tur excuſatores, num* 10. & præſertim per
conſanguineos, *Scialoya d.tract.cap* 8.*n.*87.
& quomodò allegatur, & quomodò Iu-
dex in abſentię allegatione ſe gerere de-
bet, agit *Danza de pugna Doctor. tom 2.tit.de*
*abſentia, cap.2.* & quomodò admittatur, re-
fert *Campan. d.tract. reſol.11. num* 2. nàm
tùnc eſſet nulla, quando Iudex non ad-
mittit excuſationem abſentię, & impedi-
menti. *Muta d.pragm. tit.12. num.15.* & ad
109 hoc ſubnectit *Afflict. ibidem*, & ſi Iudex
illi amico, vel coniunctæ perſonæ petenti
terminum ad probandum cauſas impedi-
mentorum, vel impedimenti allegati de-
dit illum terminum, & ſi Iudex non dede-
rit ei terminum ad probandum dictum
impedimentum, & proceſſerit ad foriu-
dicationem, certè foriudicatio erit ipſo
iure nulla, ſecus ſi non petijſſet terminũ
ad probandum impedimentum per iura,
110 & auctoritates ibi relatas, non eſt dubiũ
quod abſentia debet probari, inquit ibi
*Foller num.15.* proptereà terminus debet
impartiri, nàm alleganti incumbit onus
111 probandi, & ad impediendam foriudi-
cationem poſſunt allegari ſolę illę excep-
tiones, quæ ſunt ſeorsũ à crimine, *Cam-*
*pana reſol.21.nu.4.* ſimilitèr ad probandum
alia impedimenta relata à *Scialoya d. c.* 8.
quaſi non fuerint admiſſę, foriudicatio
erit nulla, *vt ſubdit num.107.*

Decimò inquit *ibi Afflict nu.23.* requi-
ritur, quod antequàm proferatur ſenten-
112 tia foriudicationis videat, ſi accuſator
viuit, quia ſi eſt mortuus, nõ poteſt proce-
di ad foriudicationem, & ſi alius vellet
ipſum accuſare, requiritur noua citatio,
& ſic erit noua inſtantia, & per conſequẽs
non poterit foriudicari, & ſi de iure ca-
ueatur, quod accuſatore deſiſtente debet
ſubſtitui per Iudicem vnus in locum ip-
ſius, cum quo procedatur ad definitionẽ
cauſæ ex eiſdem actis, ex *Cap. Regni Spe-*
*ctat ad Præſides* probat *Foller. in praxi crim.*
*in fragm. tit.de accuſat. num.151.* ſed veriùs,
113 quia Fiſcus tenet locum accuſatoris,
*Carau.in ritu 20.num.1.* non prohibetur in-
ſtare in tali iudicio.

114 Et ſequitur *ibi Affl.* ſed quid ſi eſt pro-
ceſſum per inquiſitionem Iudicis, & ille
Iudex eſt mortuus, vel mutatus, vtrum
ſucceſſor poteſt foriudicare, dicit hic
*Andr.* quod ſic, quia cenſentur vna perſo-
na ratione officij, vel de iuriſdictione, &
competentia Iudicis requiſita ad foriu-
dicationem agit, *Campana in d.tract.cap* 13.
*per totum,* vbi multa, & an, & quando for-
115 iudicatus in vno loco poſſit alibi co-
gnoſci, vel occidi, *Idem reſol.23. à num.8.*
vndè infertur, quod foriudicatus in vno
loco, ſi in alio loco bona poſſideret, eidẽ
domino loci venirent bona applicanda,
vt reſoluit *Donat. Anton. de Marin. quotid.*
*reſol.cap.35.tom.1.*

Vndecimò, tradit *Afflict. eod.loco nu.44.*
quod ad hoc requiritur citatio vt valeat
116 ſententia foriudicationis poſt annum,
quod Iudex decernat citationem in do-
mo ipſius banniti, ſi perſonalitèr citari
non poteſt, quia ſi poſt bannum, & anni
curſum debet ferri ſententia foriudica-
tionis de neceſſitate, citatio debet præ-
cedere ipſam ſententiam, aliàs ſententia
foriudicationis eſſet nulla, &c. *& ibi n.45.*
declarat, qualitèr fiet iſta citatio.

117 Deindè ſubſequitur citatio ad capitu-
la, quæ eſt præambolum ſententiæ foriu-
dicationis *Præſ.de Franch. deciſ.560. nu.3.*
*Scialoya d. tract. cap. 5. num. 11. Reg. Tapia*
161.

118 Quàmuis *Scialoya eod.tract. cap.11.nu.7.*
*&* 8. poſuit tres formas citationis ad for-
iudicandum, vt ibi per eum, & ſic ante-
quam proferatur talis ſententia, *vt ibi n.1.*
debet ſubſcribi à Iudice, & Actuario, *Idẽ*
*cap.11.num.14.* tamen erit aduertendum.

119 Ex

119 Ex quo ipſa continere debet nomen
Iudicis,& inquiſiti,& cauſam pro qua ci-
tatur tẽpus, in quo citatus tenetur com-
parere, & debet eſſe peremptotia, & de-
bet habere datum diei, menſis, & anni,
*Idem d.cap.5.num.13.Campana reſol.12.n.1.*
& circa tempus illlud erit aduertendum,
quod citatis erit ſtatuendus terminus ad
comparendum iuxtà diſtantiam locorũ
tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus
cauſis *Campana in reſol.7.nu.1.& ibi nu.2.*
quod citationes debent continere con-
gruum tempus, nè aliàs tanquàm ſatue
ob anguſtiam temporis redantur nullæ,
& ipſis citationibus ſpatium indicitur ex
qualitate temporum proximitate locorũ,
& vrgentia cauſæ.

120 Vlteriùs animaduertendum eſt, an Iu-
dex procedat vti Iudex ordinarius, vel
vti delegatus, idem *Campana reſol.12.n.1.*
poſtquã citatio ad foriudicandum facta
ad ſui validitatem requirit,vt in proceſſu
ante ipſius citationis expeditionem con-
121 ſtet de reſcripto delegationis alioquin
eſſet nulla, vt ipſèmet *Campana reſolut.13,*
*num.2.* probat.

122 Demùm talis citatio notificanda com-
mittitur Nuntio ipſius Curiæ,vel alterius
Cutiæ,& Iudex,vel Actuarius poſſunt ore
eorum aliquem citare,*Scialoya d tract.c.6.*
*num.1.*& fieri debet in domo inquiſiti ſuæ
ſolitæ habitationis.aliàs eſſet nulla,vt ad-
uertit *ibi Scialoya num.16.* ex *Guazzin.&*
*Farinac. ibi relatis*, vbi ait, quod ſi fuerint
talia verba ſolitæ habitationis ommiſſa
non valeret citatio, ex *Reg. Sanfelic. deciſ.*
225.*num.*8. niſi ipſe Nuntius referret ci-
taſſe reum domi modo, & forma ſibi cõ-
miſſa,non adiecta tali particula,ſubſtine-
retur citatio,ex *Franch.deciſ.*322.cæterum
123 ſi eſſet facta in domo, in qua nullus ha-
bitat,erit valida concurrentibus requiſi-
tis poſitis per *Foller. & Marant. ibidem re-*
124 *latis num.*15. & formam relationis Nun-
tij in hoc caſu quomodò eſſe debeat, *ibi-*
*dem num.*32. refertur.

Duodecimò,inquit *ibidem Afflict. n.*47.
ſecundum aliquos modernos requiritur,
125 quod per proceſsũ informatiuũ conſtet
ſaltim per inditia, quod citatur pro illo
crimine capitali,& contumax quod illud
delictum ſit commiſſum per eum, quan-
do proceditur per inquiſitionem, & indè
ſubſequitur, quod non obſtãte contuma-
cia debet conſtare per probationes legi-
timas de delicto quãdo proceditur con-
tra abſentem ad diffinitiuam, ſicut in ci-
uilibus cauſis, &c.

126 Hinc dixit *Campana in d.tract.reſolut.13.*
*num.2.* quod non ſolùm citatio ad infor-
mandum vt poſſit expediri,requiritur vt
adſint ſufficientes probationes, aut iudi-
tia ad torturam, ſicq; citari poterit reus
ad informandum, & ad capitula, ſi in in-
formatione adſint inditia ad torturam,
ſed etiam quod agatur de delicto,de quo
venit imponenda pœna mortis, probat
*Scialoya d. cap.5. num.2.*

127 Et cõſequentèr foriudicari poteſt reus
pro crimine, ex quo mortis naturalis pę-
na tantùm eſt imponenda, ſi talia ſint in-
ditia, quibus torqueri ipſe poteſt, *Giurba*
*d.conſ.83.num.4.*& ad foriudicationis ſen-
128 tentiam vt procedi poſſit, debent prę-
cedere inditia ſufficientia ad torturam,
*Campana d. tract. reſol.8. num.1.* nec poteſt
129 foriudicationis ſententia proferri, niſi
prçcedãt inditia ad torturã, *idem reſol.15.*
*nu.1. Reg.Tapia d.Conſt.Pœnam eorum,nu.31.*

Vndè ex allegatis ſupra inferebatur ad
caſum occurſum in eadem R.A. de quo-
dam homicida iàm foriudicato, ſi pote-
rat ſententia foriudicationis exequi,iàm
quod non benè conſtabat in informatio-
ne de tali delicto cõmiſſo, & quia captus
non prohibebatur ſuas exceptiones, ac
nullitates proponere aduerſus illã, nàm
foriudicatus exiſtẽs in fortijs Curiæ plu-
130 ra opponere poteſt aduerſus ſententiã
foriudicationis, de quibus per *Scialoyam*
*d.tract.cap 25 à num 33.ad 56.*

Imò foriudicatus poteſt dicere de nul-
litate foriudicationis, ſi eſt in poſſe Cu-
riæ, ſecus ſi extra carceres, *Maſtrill. deciſ.*
161.*num.*16.*&* 17. eo maximè quando eſ-
ſet notoria, *nu.*18. & quid deciſum, *ibidem*
*num.*19. refert ad quod *Campana d. tract.*
*cap.25.num.4.& ſeq.* probat,quod foriudi-
131 catus poſtquàm captus eſt, poteſt op-
ponere omnes exceptiones,quæ nullam
132 reddunt foriudicationẽ, ſiuè ab initio
fuerint oppoſitæ,ſiuè non, dummodò ſint
notoriè,ſiuè non,ex *Franch.deciſ.673.np.*8.
*& deciſ.*674. & tales exceptiones dicũtur
notorię,cùm conſtent ex eiſdem actis ità
quod non indigeant termino, ex *Reg.Ta-*
*pia deciſ.54.& Dom. Reg. Rouit. in rubr.de*
*ſentent.foriudic.num.*32.

Contingi enim poſſit ex primis actis
apparere alitèr fuiſſe proceſsũ, vel ex de-
fectu probationis, vel ordinis iudiciarij,
ob quod reſultare poterit rei innocentia,
ità vt non poſſit procedi ad actum exe-
quutiuum, quemadmodùm bannum non
exequi debet contra condemnatum in
contumacia, quando conſtaret condem-

133 nati,& ſic de notoria iniquitate condē-
nationis, *Farinac. vbi ſupra num.62.* & pro-
lata ſentētia foriudicationis nefas eſt di-
cere , quod reus vllo modo admittatur
ad innocentiam probandam, *Campana re-
ſolut.24. num.10.* quo fit, vt ſi viui capian-
tur , audiuntur in eorum defenſionibus ,
*idem reſolut.27.nu 3* & hoc ſi Princeps vel-
let,& ordiuat,& quomodò debet manere,
ſe præſentare,docet *Muta in pragm. Sicilia
tit 12.num.23.*

Ad rem deueniendo,& ſi aliquid dicāt
ſecundum *Afflict. vbi ſupra* , dicentem,
134 imò quod per ſententiam foriudicatio-
nis habebitur pro cōfeſſo ipſum crimen,
& ideò nō eſt opus, quod aliquid conſtet
de delicto, ſed ſufficit, quod conſtet de
citatione, contumacia, & banno , & eius
publicatione,& benè hoc firmat *Bart.in d.
l.abſentem,in cod.verſ tertio extra Gloſ.* quod
135 ex ſtatutis valet vera cōtumacia, & ha-
betur pro vna probatione,ſtāte iſta *Conſt.
& ſupra dixi*, non tamen vitupero ſi habe-
ri poteſt informatio de crimine,& perſo-
na criminata, quia dicit *Bald.in l fin.§.fin.
verſ. vltimo nota, C de iuram. calumn.* quod
136 quando Iudici apparet maleficium
non eſſe commiſſum, non poteſt contra
abſentem , qui habetur pro confeſſo pro-
cedere ad punitionem ipſius, hæc ille, ta-
men ſe remittēdo ad *3.not. num 63.* dedu-
ctis ſuper hoc raionibus hinc indè,cum
hac tamen reſidet opinione , nempè vt
poſſit opponere ſuas exceptiones nedum
137 ante latam ſententiam foriudicationis,
quę impediunt iudicium ad vlteriora,ſed
etiam poſt ſententiam, vt ſupra dictum
fuit,ſubdēs *num 64.* ex *Bart.* quod vbi Iu-
dex habet veritatem , quod quis non eſt
138 delinquens , licet habeat confeſſionem
fictam ex contumacia vigore ſtatuti, non
debet ipſum condemnare , & ſic nec for-
139 iudicare , quare licet foriudicatio na-
ſcatur ex contumacia, *Campana reſolut. 3.
num 2.*ex *Foller.ibi relato*, adhùc tamē ipſa
140 foriudicatio fundatur tàm in contu-
macia, quàm in delicto , vt ſubdit *num.3.*
licet ſententia foriudicationis ſit pœna
contumaciæ, *Franch.deciſ.560.num.7.*

At cum in contingenti Caſu ſupra ci-
tato,fuiſſet quidam citatus ad informan-
dum, ob quod fuit reputatus contumax,
demùm bannitus,cùm tractaretur de eius
foriudicatione, iuxtà *Conſtit.Grandis vtili-
tas,& Conſtit Pœnam eorum* , fuit potiſſimū
hęſitatum de meritis cauſæ , hoc eſt de
probationibus delicti , nàm etſi citatio
141 ad informandum ſit modici pręiudi-
cij, non tamen eſt citatio ad foriudican-
dum,vt dixit *Præſ de Franch.deciſ.310.n 9.*
cum in ea tractetur de pœna mortis con-
142 tra abſentē comminata, qui poſt foriu-
dicationē dicitur hoſtis publicus , *Andr.
in d. Conſtit. Pœnam eorum ſuper verbo in re-
ceptatore* , & non mirùm ſi quilibet de po-
pulo poteſt eum capere, *Gloſ in d.Conſtit.*
143 *ſuper verbo impetrari* , imò eum occidere
cuilibet licebit, *Gloſ.& DD. vt ſupra alle-
gati*, ideò nimium erit cogitandum in ca-
ſibus iſtis , ad quod facit *deciſio de Fran-
chis 560.*

Quibus ſic ſtantibus dùm fuiſſet com-
pertum dictum inquiſitum fuiſſe citatum
præuia informatione de homicidio pro-
bato per teſtes de fama,& abſenratione,
& per vnicum teſtem minorem deponen-
tem audiuiſſe ab inquiſito poſt delictum
patratum , hæc verba ei præcepta , vt de-
nuntiaret eius matri,quod extractare de-
bet à domo,quia ipſe homicidium patra-
uerat.& propterea cum videbatur dicta
informatio eſſe defectiua ex defectu pro-
bationum , quoniam in materia foriudi-
144 cationis illud præcipuum eſſe oportet,
vt ſint probationes,atq; inditia ſufficien-
tia, vt latiùs *Farinac. vt ſupra* proſequitur
*num 16.*& facit *Gloſ.not.in d.Conſtit.Grandis
vtilitas,in verbo prodita* , & *Carau.d. ritu 29.*
145 ad quod extat *Cap. Regni incip. Sine quis
ſit forbannitus*,ibi, *Qui propter probata inqui-
ſitionis quam fecerat de criminibus , ſeù crimi-
ne inquirendo per officium procedebat , vbi no-
tabilitèr Campagn. nu.12. formalia verba pro-*
146 *tulit , & ſic dicta Conſtitutio permittens for-
iudicatum occidi per priuatos tanquàm odioſa ,
& contra iuris rationem inducta reſtringitur po-
tiùs quàm extendatur , & in eo tantùm crimine
locum habet, pro quo ſi coràm Iudice compare-
ret, & de crimine conuinceretur , aut confitere-
tur,poſſit ad pœnam mortis iudicialitèr condem-
nari, & ita plena probatio delicti, requiritur vt
multis auctoritatibus comprobat Farinac. vbi
ſupra num.16 & ſeq.*

Ea propter ſi cernimus probationem
huius delicti , apparet vnicum teſtem mi-
147 norem depoſuiſſe de quadam confeſ-
ſione extraiudiciali , & de iure certū eſt,
quod minor 20. annis teſtis eſſe non po-
teſt, maximè in criminalibus,ad *text. in l.
in teſtimoniū la ſeconda,ff.de teſt.* notat *Gram-
mat.deciſ.40.num.17.* vbi alios citat *Farin.*
latè *de teſtib. quæſt.58.* vbi *num. 48.* inquit,
148 quod teſtis minoris depoſitio in crimi-
nalibus non ſufficit ad puniendum, nec
ad torquendum, ſed tantummodò ad Iu-
dicis inſtructionem,& ad inquirendum
verita-

veritatem,vbi *num*.50.*ſubnectit*, quod licet
aliqui DD. contrarium teneant,attamen
*num*.51.*ſubdit*, non eſſe recedendum à di-
149 cta ſublimitatione,niſi cum dicto pueri
concurrerent aliqua adminicula, & præ-
ſumptiones,quibus iunctis oritur inditiũ
ad torturam.

Circa verò teſtes deponentes de ſama,
& abſentatione eſt certum, quod fama
ſola ſufficiens erit inditium ad inquiren-
dum, *Iul. Clar in praxi* §. *fin. quæſt*. 21. vbi
etiam dixit, quod in criminalibus non
probat, neq; & ſemiplenè *Farinac. in ſua
praxi de indit.& tort.quæſt*.47.

Niſi eſſet fama vehemens, & alia con-
currerent adminicula, *Anton.de Ballis in d.
tract.crim.lib.*1.*tit de indit.quæſt*.13.

Et ob id ſi ipſe inquiſitus eſſet in for-
tijs Curiæ, tunc bannitus, & contumax
150 pro delicto circumſcriptis alijs inditijs
contumacia,& bannum facerent inditiũ
ad torturã ſufficiens,*Gram.deciſ*.34.*nu*.50.
& ità concluditur per *Clarum in d*. §. *fin.
q*.96. quod ſententia contra bannitũ lata,
non sẽper exequutioni demãdari poteſt,
ſed audiri bãnitus in iuribus ſuis,vt eius
innocentia detegatur,ſecus tamen in for-
151 iudicato,qui habetur pro confeſſo,iux-
tà *Conſtit*. & contra eum ſentẽtia exeque-
retur,nàm foriudicatus captus, ſtatim
mittitur ad ſupplicium, *Muta in pragmat.
Sicil.tit*.12.*num*.6. *Maſtrill deciſ*.249.*nu*.18.
niſi nullitèr fuiſſet proceſſum, vt per *Fol-
ler.in rubr. foriudicentur*, & licet talis foriu-
dicatio ſi ſubſiſteret ex probationibus
friuolis,proculdubio erit exequenda,ad-
hùc nec de iure, nec in foro conſcientiæ
152 erit permittendum,vt homines foriudi-
centur pro delictis non benè probatis, &
ſic fuit ſuperſeſſum in caſu ſupra citato,
nã foriudicari quis non põt,ſi ex proceſſu
appareat de eius innocentia, *Scialoya c*.8.
*num*.84.aliàs non dabitur terminus inno-
centiæ, *Muta in pragm.Sicil tit*.2.*num*.17.
153 Tertiodecimò, inquit *Afflict. num*. 48.
exigitur quod accuſator, vel aduerſarius
poſtquàm eſt citatus ille,qui debet foriu-
dicari,accuſet contumaciam ipſius,& pe-
tat quod foriudicetur, cuius formam ac-
cuſationis intuetur, *Foller.d praxi rub. for-
iudicentur, num*.1.vbi *nu* 5. & cènſuit,quod
contumacia prima, & ſecunda debet ac-
cuſari in tali citatione ad foriudicandũ
cum inſtantia foriudicandi, & ſic per ac-
cuſatorem vt ſupra traditum eſt, & quali-
154 tèr ſit accuſanda,quando terminus for-
iudicationis fuerit breuiatum per reſcri-
ptum Principis, refert *Danza tom*. 3. *de
ſentent. foriudic. cap*.3. *in dicto ſuo tractatu*.

Et non tantùm ipſe reus erit citandus,
ſed eius agnati, cognati, amici,& vicini,
155 vt perpendit *Scialoya eod.tract. d.cap*.11.
*nu*.2.vbi plures allegat, & præter eos no-
uiſſimè *Heliſcus Danza de pugna Doctor.
tom*.3. *tit.de ſentent foriudic. cap*.4.*à num*.24.
*cum ſeq*. prolixiùs agit qualitèr, & quo-
modò facienda erit talis citatio,& *cap*.2.
*num* 1.*per totum*,poſt *Reg.Tapiam in Conſtit.
Pęnam eorum,num*.5.*&* 6.

Quartodecimò,ſubdit *Affl.ſub d.nu*.48.
requiritur, quod crimen pro quo fuit ci
tatus, ſit tale, quod pro eo veniebat im-
156 ponenda pęna mortis naturalis,aut de-
portationis,aut mẽbri abſciſſio, aut per-
petui carceris, ſed hodiè vltra *DD. ſupra
relatos num*.127. foriudicari nemo poteſt,
niſi pro delicto,pro quo ſi eſſet plenè pro-
batum per confeſſionem, vel conuictio-
nem reo pręſenti, inroganda eſſet pœna
mortis naturalis, probat poſt *Mutam in
pragm. Siciliæ tit*.12. *num*.4. ex *Reg. Rouito,
Tapia,& Gizzarell.Campana in d.tract.reſol*.
16.*num*.3 adducens reſolutionem omniũ
Tribunalium deſuper factam, relatam à
*Dom.Reg.de Ponte de poteſt.Proreg tit.de pro-
uiſ.fieri ſolit*.§.4.*nu*.47.*& ſeq.& reſol*.2.*nu* 4.
*&* 23. *Scialoya d.tract.cap*.3 *nu*.1.2.*&* 136.

Quintodecimò, *Afflict. vbi ſupra nu*.50.
aſſerit, quod requiritur,quod feratur ſen-
tentia foriudicationis in ſcriptis, & ſic
157 patet,quod poſt annum non ipſo iure
foriudicatur,ſed requiritur ſentẽtia, nàm
talis ſentẽtia priùs debet ſcribi,& poſteà
proferri,*Scialoya eodem tract. cap*.12. *nu*.16.
debet proferri in ſcriptis, *ibi num*.20.& in
*latino ſermone num*.22. & per quem legi *ibi-
dem num*.17. eius formam intuetur *Foller.
d. praxi crimin. rubr. foriudicentur, num*.29.
*Scialoya d cap*.12 *à num*.5.*ad* 11.

Et ſubſequitur *ibi Afflict*. dicens, & ſic
bannitus quanquam comparuerit, & vo-
158 luerit purgare ſuam contumaciam etiã
poſt annum, antequàm ſit lata ſententia
foriudicationis,& ſe defendere debet au-
diri in ſuis defenſionibus, & hoc expreſſa
vult illa *Conſtit*.& ita ſeruatur,& ſequitur,
imò Iudice ſedente pro Tribunali quan-
do fert ſententiam foriudicationis com-
pareret, & vellet purgare contumaciam,
& oſtendere de ſua innocentia audietur,
& ideò eſt, quia quę incontinẽti fuit ante
ſententiam, vel poſt Iudice ſedente pro
Tribunali dicitur eſſe actum ante ſenten-
tiam ipſam per iura ab eo citata.
159 Imò etiam ſi fuerit captus poſt foriu-
dicationem, & ſi non poſſit ampliùs au-
diri

Digitized by Google

diri aduerſus delictum, nec ad illius excluſionem probandam admitti, vt refert *Campana d.tract.reſol.24.num.2.* & foriudicatis ius reddi nequit, & à limine Iudicis præcluduntur, *idem reſol 20. num.3.*

Adhùc tamẽ poſſunt omnes exceptiones opponere ad infringendam foriudicationẽ ob notorias nullitates inſurgentes, vt dictum eſt ſupra.

160 Verumtamen ſi nõ comparuerit, & vagaret per Campaneam, vel alibi, non tantùm poſſet capi, & captus poteſt cõſignari Syndico, & Electis, ſed non poteſt habilitari per familiam Curiæ, *Scialoya cap.25. num.1.* & poteſt detineri in quocunq; loco iuriſdictionis Iudicis, *ibi num. 2.* & ſequitur *nu.3.* quod poſſit extrahi extra ſuũ domicilium, & poteſt detineri cum vinculis, & catenis, & ſic bannitum, ſeù foriudicatum capiens, poterit vel eum occidere, vel Curiæ aſſignare, *Reg. Sanſelic. deciſ. 249. num 8.*

161 Sed etiam poteſt à quocunque impunè occidi, *Scialoya cap.17.num.2. Campana reſolut.23. Maſtrill deciſ 285 num 14.*

Sed hoc intelligit *Campan. reſolut.23. in princ.* ante capturã etiam ſi fuiſſent capiẽtes birruarij, & homines Curiæ, qui nequeunt poſt capturam, eos occidere, *vt ibi num.2.* aſſerit, licet alij contrarium aſſerãt apud *D. Reg. Sanſelic. deciſ. 249. num.21. Muta deciſ.13.num.14.*

Sed hoc procederet, quando reſiſteret Curiæ capiẽtibus, vel priuatis, & eſſet ſuſpictio fugæ, vel auxilij conſociorum, non permittendo ſe capi, *Muta deciſ.7. num.7. & ſeq.* nàm banniti non poſſunt ſe defendere aduerſus aggreſſores, *Muta in c.108. num.58. tomo 2.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnæ imponuntur pro delictis.*
2 *Pœna delicti eſt merx.*
3 *Rei poſt condemnationẽ efficiuntur ſerui pœnæ.*
4 *Delinquens videtur conſentire pœnæ impoſitæ.*
5 Tex. in cap. & veniunt, de pœn. d.1. *ponderatur.*
6 Anſelmi *verba referuntur.*
7 *Rex à regendo dictus.*
8 *Rex eſt Dominus perſonarum in Regno.*
9 *Rex viuis, & mortuis debet prouidere.*
10 *Rex dicitur vltor iræ Dei in vindictam malefactorum conſtitutus, & ad laudem bonorum.*
11 *Rex operam dare debet vt malefactoribus pœnas dent Iudices iuxtà modum delictorum.*
12 *Rex ſubditis ſecuritatem præſtare debet, & turbantes punire.*
13 *Rex in toto Regno dominium habere cenſetur.*
14 *Foriudicati dicuntur homines publici inquietatores pacis, proditores, & ſimilia.*
15 *Foruſciti capi debẽt à quolibet etiam à partibus offenſis.*
16 *Foriudicatus qui poteſt offendi, poterit occidi.*
17 *Foriudicati pro iudicatis habentur, & effecti ſunt ſerui pœnæ.*
18 *Foriudicatus dicitur ſententialitèr condẽnatus.*
19 *Rex in omni loco Regni potẽtionalitèr eſſe videtur, & verſus refertur.*
20 *Foriudicatus captus condemnatur ad mortem, & præuia recognitione dãnatur ſicuti in bannitis, num.21.*
22 *Ordo procedendi ad ſentẽtiam foriudicationis, enunciatur per exiſtentiam inditiorum.*
23 *Foriudicandis debent prius incuſari contumaciæ, & citari.*
24 *Citari tùnc debet reus ad informandum, & ad capitula ſi adſint inditia ad torturam.*
25 *Citatio ad informandum fieri debet viſa prius informatione, & quæ continere debet.*
26 *Citatio vt valeat, debet fieri de mandato Iudicis, & quando non.*
27 *Citatio eſt actus iudicialis, & qualitèr deſcribatur.*
28 *Citatio ad informandum, quæ nam continere debeat.*
29 *Citatio debet notificari tempore præfixo, aliàs pro non facta habetur, & circumducta cenſetur, & qualitèr.*
30 *Citatio debet committi Nuntio, & an perſonæ priuatæ.*
31 *Citatio vbi fieri debet, & in quo loco, & in quem locum.*
32 *Citatio die feriato concepta, an eodem die debeat notificari.*
33 *Relatio Nuntij eſt de ſubſtantia citationis, & qualitèr fieri debeat, & quomodò.*
34 *Nuntius qualitèr ſe gerere debet in relatione facienda in citatione.*
35 *Citatio fieri debet coràm teſtibus.*
36 *Nuntius debet eſſe approbatus, & matriculatus, & alia requiſita habere.*
37 *Contumaciæ debent accuſari.*
38 *Contumacia die iuridico debet incuſari.*
39 *Contumax non reputatur primo die iuridico, ſed expectatur poſt ferias.*
40 *Contumacia debet continere diẽ accuſationis.*
41 *Contumacia vltima quomodò accuſetur.*
42 *Contumacia non accuſatur niſi vocato citato.*
43 *Accuſatio contumaciæ fit per querulantem.*
44 *Foriudicatio, ſeù bannum factum ad Inſtantiã accuſatoris, cui non intereſt, eſt nulla.*
45 *Fiſcus an excludatur ex negligentia accuſatoris non valentis accuſare contumaciam.*
46 *Decretum interponitur poſt incuſationes contumaciarum.*

47 *Ci-*

47 *Citatio ad capitula, eſt præambolum ſententiæ foriudicationis.*
48 *Bannum eſt requiſitum in foriudicatione.*
49 *Bannum vndè dicatur, num. 53. Et eius forma enunciatur, num. 50.*
51 *Bannum dicitur ſententia interlocutoria.*
52 *Banniti, & foriudicati vti mortui reputantur, & occidi poſſunt.*
54 *Bannum vltra annum non durat.*
55 *Annus currit à die promulgationis banni, & quid ſi tempus fuerit breuiatum.*
56 *Citatio facta in contumacia per anni circulum, non comparente reo, quid operetur.*
57 *Citatio ad foriudicandum quando fieri debeat.*
58 *Forma citationis ad foriudicandum, qualitèr fieri debeat.*
59 *Citatio ad foriudicandum fit reo antequã foriudicetur.*
60 *Contumacia qualitèr incuſetur ſuccedente die feſtiuo.*
61 *Sententia foriudicationis qualitèr proferatur.*
62 *Foriudicati reputantur mortui à die foriudicationis.*
63 *Sententia foriudicationis quas in ſe continet pœnas.*
64 *Sententia foriudicationis robur, à quibus actibus ſumit,*
65 *Agnati, cognati, proximi, & amici pro foriudicato poſſunt comparere, & allegare exceptiones.*
66 *Terminus ad denuntiandum quando conceditur agnatis, cognatis, & ſimilibus pro foriudicato.*
68 *Praxis Iudicum in concedendo terminum ſuper infirmitate allegata refertur.*
69 *Infirmitas multifariæ probatur.*
70 *Exceptio carcerationis allegari an poſſit.*
71 *Exceptiones minoris ætatis clericatus, & ſimilium opponi an poſſint aduerſus citationes ad informandum.*
72 *Nemo pro bannito loquatur.*
73 *Contumaces non audiuntur, niſi perſonalitèr compareant.*
74 *Impedimẽta omnia, quæ fuerunt adducta tempore citationis ad informandum, impediunt foriudicationem.*
57 *Sentẽtia foriudicationis dicitur interlocutoria.*
76 *Sententia foriudicationis exequi impeditur ex capite minoris ætatis, vel clericatus.*
77 *Clericus non poteſt foriudicari.*
78 *Sententia foriudicationis lata contra clericum eſt nulla.*
79 *Sententia foriudicationis contra Militẽ Hieroſolymitanum proferri non poteſt, & eſſet nulla.*
80 *Sententia foriudicationis proferri an poſſit cõtra exiſtentem apud Turcos.*
81 *Exceptio impunitatis delicti impedit proferri ſententiam foriudicationis.*
82 *Terminus innocentiæ allegatæ per foriudicatum concedi an debeat, & quando de ea docere, num 83.*
*Et conſtito de ea quid agendum ſit.*
84 *Exceptio præſcriptionis delicti opponi an poſſit per foriudicatum, & quando.*
85 *Exceptio hoſtici an poſſit allegari contra ſententiam foriudicationis.*
86 *Nullitas citationum contumaciarũ banni cauſant nullitatem foriudicationis.*
87 *Iudex poteſt ex officio pronuntiare ſuper nullitate notoria.*
88 *Nullitates infra quod tẽpus proponi poſſunt.*
89 *Foriudicatus poteſt opponere omnes nullitates contra ſententiam foriudicationis.*
90 *Exceptiones, quę ſunt ſeorſum à delicto poſſunt allegari ad impediendam executionem ſententiæ foriudicationis.*
91 *Foriudicatus non poteſt ampliùs audiri aduerſus delictum, & ad illius excuſationem probandam.*
92 *Nullitates aduerſus ſententiam foriudicationis, quænam ſint.*
93 *Foriudicatus dicitur incapax, cuius incapacitas duplicitèr conſideratur.*
94 *Dominium bonorum fõriudicati tranſeunt recta via ad filios, & ad Fiſcum.*
95 *Foriudicati fiunt inſucceſſibiles, & eorum bona Fiſco occupantur.*
96 *Foriudicatus an comprehendatur in Conſuetud. Neap. loquente de mortuo.*
97 *Foriudicatus an tranſmittat bona ad ſuos hæredes, & quando.*
98 *Foriudicatus eſt incapax bonorum exiſtentiũ in territorio bannientis.*
99 *Foriudicatus eſt incapax ſucceſſionis, & reſtitutionis.*
100 *Vita foriudicati eſt de facto, non de iure, ideò nullum actum vt viuens facere poteſt.*

## ARGVMENTVM.

Proſequitur eadem materia bannitionis, atque foriudicationis ob differentias exiſtentes inter eas.

## CASVS II.

Magna ſiquidèm differẽtia eſſe conſpicitur inter delinquentes, poſtquàm alij non tantùm ſunt citati quam comparent, docendo de eorum innocentia, aut pro ſubſtentatione pœnæ deli-

delictorum, alij autem fuginnt, nolen-
tes cauſam innocentiæ proponere, ne-
que pœnas ſubſtinere, credentes pro deli-
ctis potiùs premium, quam pœnas ſubi-
turi, neſciẽtes, quod dùm ſint ſubiecti do-
mino territorij, vbiq; capi, & puniri poſ-
1 ſint; neſciũt enim, quod pœnæ imponun-
tur pro delictis, *Gloſ in authent. de rapt. mu-*
2 *lier. verſ competit*, & pœna eſt delicti merx,
*Gloſ. in §. ſed neque curialem, verſ. cohortali, Authent. de ſanctiſſ. Epiſc.* ob quod delin-
quentes vidẽtur conſentire pœnæ, *Bologn. in Apoſtill. ad Gloſ. in l. 1. § deniquè, ff. de po-
ſtul.* per illam *Gloſ. verbo honorari*, non mi-
3 rùm ſi ipſi efficiãtur ſerui pœnæ poſt con-
demnationem, *Bart. in l. ſi quis filio, §. irri-
tum, ff. de iniuſt. rupt. teſt.* nàm delinquens
4 videtur velle conſentire pœnæ impoſitæ
pro eo delicto, *Apoſtill. Bologn. ad Gloſ. in l. j. ver. honorari, ff. de poſtul.*
5 Ijs conuenit *text. notab. in cap. venit, de pœn. diſt. 1.* ibi: *Omnia ergo quę faciunt Sancti in conſpectu Dei faciunt, Peccatores autem à conſpectu Dei fugiunt*. Denique ſcriptum
eſt, quod Adam poſtquàm peccauit, fugit
à conſpectu Dei, & interrogatus reſpon-
dit: *Audiui* (inquit) *vocem tuam, & abſcon-
di me, quia nudus eram*. vbi *Gloſ. in verbo in conſpectu*, inquit, quia ſtatim pœnitent, cũ
fortè malum faciunt; & ſequitur in ver-
bo fugiunt, quia pœnitere contemnunt,
& pro coronide in verbo abſcõdi, inquit,
*Sed fruſtrà, quia ſi aſcendero in Cœlum tu illic
es, vndè ſuper illo verſu poſuit Anſelmus hos*
6 *verſus quo fugis Encelide? quaſcumq; acceſſeris
horas ſub Ioue ſemper eris, bene fac ſi viuere
quæris.*
7 Quapropter cum Rex dicatur à regen-
do *cap cleros 21. diſt. Afflict. in Conſt. quęſt. 1 in
fine*, vbi *Additio lit. G.* alios citat, & etiam ꝙ
8 ſit Dominus omnium perſonarum in Re-
gno exiſtentium, vt in *Conſt. Quia frequen-
tèr*, vbi *Afflict. num. 17.* & tàm viuis, quàm
mortuis pro poſſe debet ſubuenire, *idem
Afflict. in Conſtit. Si quis aliquem, num 3.* tene-
9 tur Regnum malis hominibus purgare,
*idem in Conſt. Cordi nobis eſt, num 1.* verum-
10 tamen cum etiam dicatur vltor iræ Dei
in vindictã malefactorũ, & in laudẽ verò
bonorum, *idem in Conſtit Poſt mundi machi-
nam, num. 34.* & ideò Rex operam dare
11 debet vt malefactores pœnas dent iuxtà
delictorum modum, *idem in Conſtit. Super
inciſionibus, num. 1.* præſertim ſubditis ſecu-
12 ritatem præſtare, & turbantes punire,
*idem in Conſtit. Monarchiam, num. 13.* & præ-
cipuè itinera ſecura tenere, *idem in Conſt.*
13 *Pacis cultum, num. 62.* & ipſe Rex in toto
Regno dominium habere cenſetur, *idem
in Conſtit ab Officialibus, num. 4.*
14 Quo ſit, vt cum ipſi foruſciti, forbanni-
ti, ac foriudicati dicantur hoſtes publici,
*Andr. in Conſt. Pœnam eorum, ſuper verbo re-
ceptatore*, imò dicuntur inquietatores pa-
cis, proditores, contẽptores iuſtitiæ graſ-
ſatores, & latrones, vt refert *Scialoya in
tract. de foriud. cap. 19. num. 1.*
15 Iuſtiſſimè nedùm ipſi capi debeant à
quolibet *Scialoya cap. 19. num. 22.* ac etiã à
partibus offenſis, vt ſubdit *num. 25. Muta
in cap. 108. num 28. tom. 2.*
Sed etiam occidi, vt ſtatutũ eſt in *Conſt.
Pœnam eorum*, ibiq; *Afflict. Campana in reſo-
lut. 27. Scialoya cap. 17. num. 7. Maſtrill. deciſ.
104. num. 6. & deciſ. 285. num. 14.*
16 Nàm foriudicatus, qui poteſt offendi,
poterit etiam occidi, & ſi hoc ſpeciatim
in ſententia non ſit expreſſum, *Giurba con-
ſil. 83. num. 11.*
17 Non mirùm ſi pro iudicatis ad mortẽ
habentur, & effecti ſunt ſerui pœnæ, vt
oſtendit *Donat Anton. de Marin. reſol. quotid.
tom 1. cap. 127. num. 5.* poſt eum *Rouit. conſ.
36. num. 6. Campana de foriudic. reſolut. 20.
num. 2. Scialoya cap. 12. num. 44.*
18 Imò foriudicatus dicitur ſentẽtialitèr
condẽnatus, *Muta in c. 159. n. 10. tom. 4. Re-
gni Sicil.* & hinc foriudicati perſequi poſ-
19 ſint in omni loco Regni eorũ, actẽta fuga
ob Regis potentiã, qui in omni loco Re-
gni potentionalitèr eſſe perſpicitur per
intermediam perſonam cuiuſlibet Offi-
cialis, vt habetur in *Conſtit. Fidelium, in fine,
ibi, & ſic nos etiam, qui prohibente indiui-
duitate perſonæ, vbiquè præſentialitèr eſſe
non poſſumus, vbiquè potentionalitèr adeſ-
ſe credamur, ibi Gloſ. ibiquè potentionalitèr
ſubdit iuxtà illud, An neſcis longas Regibus eſ-
ſe manus.*
20 Quò fit, vt foriudicatus ſi in fortijs Cu-
riæ deuenit, condemnatur ad mortem,
*Maſtrill. deciſ 49. num. 18.* nàm dicitur de
iure condemnatus, *idem deciſ. 296. num. 13.*
ſicq; & fit recognitio ipſius, *Foller. in rubr.
captis foriudic. recognoſc.* dato breui ter-
mino ad dicendum cauſam quare, non
debet ſententia foriudicationis exequi,
21 *vt ſubdit nu. 2.* quemadmodùm in banni-
tis ſeruatur, nàm contumacialis ſententia
lapſo anno, facit tranſitum in rem iudi-
catam, & facta recognitione perſonæ exe-
quutioni demandatur, *Farinac. conſ. 111.
num. 1. tom. 2.* ſtatim quod captus eſt, facta
recognitione morti tradẽdus eſt, nec am-
pliùs auditur ſuper probatione innocen-
tiæ, niſi adſit ſententię notoria nullitas, vt
refert

Google

refert *Campana d.tract. reſol.* 25.*n.*2. vbi *n.*4.
ſubdit,quod foriudicatus poſtquã captus
eſt, poteſt opponere omnes exceptiones,
quæ nullam reddunt foriudicationem-,
ſiuè ab initio fuerunt oppoſitę, ſiuè non,
dummodò ſint notoriæ,& euidentes.

22 Quo circa intuẽdo nullitates,quæ poſ-
ſunt foriudicationẽ annullare vltra alias
relatas in præcedenti caſu,erit præſuppo-
nendum, ꝙ antequàm ad ſoriudicationẽ
perueniatur,vt priùs capiatur informatio
de delicto,& conſtito ſaltim per inditia-
indubitata, *Reg.Tapia in Conſtit. Pœnam eo-
rum,num.*31.*& Franciſc.Maria Pratus pract.
obſeruat.in obſeru.* 20.*num.* 21. expediatur ci-
tatio ad informandum, & facta relatione
per Nuntium, incuſentur contumaciæ,&
interpoſito decreto contumacię,promul-
gatur bannum,& elapſo tempore præfixo
à *Conſt.* expeditur citatio ad ſoriudican-
dum,& facta relatione per Nuntium cita-
tis agnatis,& cognatis,atq; amicis,incu-
23 ſantur contumaciæ,& indè promulgatur
ſententia ſoriudicationis.

24 Reſpectu citationis ad informandum
eo quia ſoriudicando debet priùs incu-
ſari contumacia, & priùs citari, *Muta in
cap.*159. *Regis Alphonſi num.*10.*tom.*6. illud
priùs erit aduertendum,quod tunc citari
poteſt reus ad informandum, & ad capi-
tula, ſi in informatione adſint inditia ad
torturam,& agatur de delicto, de quo ve-
niat imponẽda pœna mortis,probat *Scia-
loya d.tract cap.*5.*num.*2.in tantùm eſt verũ,
quod citari non poteſt ad informandum
pro delicto, pro quo procedi debet abſq;
tortura,quando non adſunt plenarię pro-
bationes,ſed citari ad deponendum,*idem
cap.*4.*num.*5. idemq; ſimilitèr corroborat
*Campana d.tract. reſolut.*13.*num.*2. quod ci-
tatio ad informandũ vt poſſit expediri,
requiritur vt adſint ſufficiẽtes probatio-
nes,aut inditia ad torturam.

25 Ipſa ſiquidẽ citatio indè fieri debet vi-
ſa informatione per Iudicẽ,*Foller.in praxi
crim.rubr.vel eos,verb.citatio facienda,num.*1.
26 & continere debet nomen Iudicis, vt ſe-
quitur *num.*4. & vt valeat, debet fieri de-
mandato ipſius Iudicis, *Maſtrill.deciſ.*275.
*num.* 2. cum ſit actus iudicialis interlocu-
torius,*Campana d.tract. reſolut.*12.*nu.*13. ſe-
cus tamen de ſtylo abſq; mandato Iudi-
cis,fit etiã in criminalibus,vt refert *Muta
in cap.*97.*num.*2 *in lit.A. tom.*4. in praxi ta-
men receptum eſt, quod deſcribitur votũ
Iudicis in informationibus citetur, vel
72 citẽtur, quoniam citatio eſt vſus iuriſdi-
ctionis, *Giurba conſ.*89. *num.*29. & indè in-
ſcripis redacta,*vt ibi Foller. nu.*25. notat,
continere debet datam diei, & anni, &
menſis,*Foller ibi num.*19.

28 Debet etiam cõtinere locum vbi com-
parere debet, *Foller.ibi num.*7.
maximè ſi eſſet Iudex delegatus, *Scialo-
ya cap.*5.*num* 15.

Et fieri debet ad locum tutum.*Scialoya
cap.*8.*num.*48.*ad* 59.

Poſtquàm citatus non tenetur compa-
rere in loco non tuto, & vbi adeſt malus
aer,*Maſtrill.deciſ.*235.*num.*14.*&* 15.*Scaccia
de iudic. cap.*32.*num.*26.*tom.*1. & poteſt op-
ponere hanc exceptionem. *Carau. in ritu*
269.*num.*7.*Scagl.in ritu* 193.*num.*27.& prę-
cipuè debet cõtinere congruum tempus,
vt inquit ibi *Foller. num.*22. & hoc ſecun-
dum diſtantiam loci,aliàs ſi incongruum
ſit præfixum, citatio eſſet nulla, *Scialoya
cap.*5.*num.*21.*&* 22. aſſequitur *Campana d.
tract.reſolut.*7.*num.*1.

Ac inſuper debet continere peremptο-
rium,vt inquit *ibi Foller. num.*5.*&* 6. nàm
ſine aſſignatione diei,vel termini,non va-
leret,*vt ibi Foller.num.*40.ex *Boer. dec.*235.

29 Ac etiam notificari tempore præfixo,
aliàs extra tempus circumduceretur, &
ſucceſſiuè citatio circumducta nõ eſt ci-
tatio, *Franch. deciſ.*232. *num.*4. & habetur
pro nõ facta, nec perpetuatur iuriſdictio,
nec litis pendentia inducitur, *Muta in
cap.*57.*Regis Martini num.*74.*tom.*3. vbi aſ-
ſerit, quod talis citatio circumducta nil
aliud eſt quam ſublata,etiam per mortem
actoris,vel rei *num.*75. & paritèr ſi non eſt
incuſata contumacia *num.* 76. *&* 77. vbi
examinat quid dicatur circumductum-
*num.*75. poſtquam citatione expedita per
M.C.V. infra ſex menſes debent omnia-
adimplere,adeò quod ſi contumacia vlti-
ma fuerit incuſata poſt dictũ tempus erit
nulla, vt diſſerit *Franch. deciſ.*232. *num.*2.
*Scialoya d.cap.*6.*nu.*6.*Muta ad cap.*97.*nu.*26.
*tom.*6.& quando circumducitur *Reg. San-
felic.in eius praxi ſect.*35.

30 Poſt hæc ipſa citatio committi debet
Nuncio, *Foller. ibi num.*17. *Scialoya cap.* 6.
*num.*1.ibiq; ſequitur *num.*2. dicẽdo,quod
ipſa poteſt cõmitti perſonæ priuatæ,imò
etiam parti,ſed ipſi non creditur abſque
literis committentis,ſecus in Nuntio pu-
blico, cuius ſolo verbo creditur, ſed ho-
diè bene ſeruatur,vt cõmictatur ſeruienti
Curiæ,*Foller.in rubr. fiat relatio,num.*3. & ſic
parti aduerſę commicti non debet, *Fol-
ler. d. rubr. vel eos, verbo citat. fac. num.*18.
*vt dixi in voto* 78.*num.*5.*tom.*1.*& ſi de Curiæ
commiſſione,vt ibi num.*4.

Et talis citatio fieri debet in domo ſuę
31 ſolitæ habitationis, vt ex *Guazzin.* & *Farinac.* probat *Scialoya d.cap.6 num.* 16. quibus addo *D.Reg.Sanfelic in ſua praxi iudic.*
*ſect.32.in princ. Ambroſ in proceſ.infor. lib.5.*
*cap.1. num* 20. nec proindè erit opus perquirere citandum per Ciuitatem, ex *pragmat.2 de ord.iudic.* poſt *Foller.vbi ſup.nu.*28.
cum alijs relatis per *Dom.Reg.Sanfelic. ibi num.* 3. & notificari illa vni ex domo expreſsè *Scialoya ibi num.*13. *D.Sanfelic.nu.*6.
vbi *num.*8. quęrit quid ſi haberet duas domos, reſpondit eſſe faciendam in ea domo, vbi vxor cum familia habitat, & quid
ſi nullus ibi habitaret, eſſet valida, concurrentibus requiſitis poſitis per *Foller, vbi ſupra num* 29. & *Marant.in ſpec.memb.*1.
*num.*124.*in fine,* quos probat *ibidem Scialoya num.*15. & quid ſi domum non habeat,
& fraudulentèr ſe abſentauerit, docet ibi *Reg.Sanfelic.num.*11.& 12. at ſi eſſet extra
Ciuitatem in certo loco ibidem erit citandus, ex *Verall. deciſ.*117.*par.*1. probat
*Reg.Sanfel.nu.*5. ex quibus colligitur, quod citatio facta domi ſufficeret, vt quis poſſit
banniri, & foriudicari, *Scialoya d.c.*7. *n.*11.
32 Inſuper talis citatio quàmuis die feriato fuerit concepta, non tamen eo die erit facienda, aliàs eſſet nulla, *Foller. vbi ſupra num.*34. & *ſeq Scialoya ibidem num.*4.
& 5. in quo erit aduertendũ, quod ſi fuerit expedita citatio in vno loco, & alibi
erit exequenda, & ibi dies eſſet feriatus à populo, vel clero, non alitèr erit facienda,
*vt ibi Foller. num.*36. tenet, & *Carau. in ritu* 116.*num.*3. *Scialoya d.cap.6. num.*5. *vbi Nos allegat in* 1.*tom. verbo citatio, fol.*98.
33 Reſpectu verò relationis Nuntij faciẽda, quæ eſt de ſubſtantia citationis, vt dixit *Foller. in rubr. fiat relatio Nuntij, num.*1.
*cuius formam ibi poſuit num.*2. & tradit eiuſdem requiſita, *vt fiat Actuario num.*5. & *cõtineat diem num.*4 & *quod fiat domi ſolitæ habitationis num.*6. & *notificari alicui de domo,* &
*recipi iuramentum ab eo, num.*8. aliàs citatio non valeret, ex *Foller. Marant.* & *Grammat.*
notat *Scialoya d. cap.6. num.*13. quæ debet eſſe certa, & clara, aſſequitur *Scialoya dicto cap 6 num* 13. & *ſeq. vbi aduertit, quod poteſt fieri Actuario abſente Iudice num.* 27. *non alitèr die feriato nu.*23. & facta ſimplicitèr, nõ
adiecta particula illa domi, vel perſonalitèr, vt ſit valida, & in dubio quis dicitur
34 citatus domi, ſed Nuntius poteſt hoc declarare *num.*31. & ſi omiſerit in relatione
ponere illam clauſulam *ſolitæ habitationis, vel modo,* & *forma,* vt ſupra dicendo *modo,* & *forma,* non ſufficeret, ex *deciſ. de Franch.*
322. probat *Reg.Sanfelic ibi num.*8. *Scialoya ibidem num.*9. & 16. *Danza d.tom.*3. *in tit. de var.cognit. cap* 4.*à nu.*14.*ad* 18. vbi *num* 27.
ſubdit, quod Nuntius ſi referat dixiſſe *à gente di caſa,* debet exprimere cui de domo dixit, niſi expreſſiſſet verba illa, prout
ipſi fuit commiſſum in citatione, eo quia Nuntius debet exequi iuxtà formam ſibi
commiſſam, *vt dixit ibi Foller num.*11. & ſic relatio Nuntij cùm ſit de ſubſtantia citationis, & debet ſcribi in actis in calce citationis, ideò debet apparere in actis, cui
dicta relatio facta ſit, & per quem ſcripta, vt aduertit *ibi Scialoya num.*23. & 26. cuius relationis faciendæ per Nuntium formam intuetur, *ibi Scialoya num.*32.
35 Et in ſumma debet fieri coràm duobus teſtibus, ex diſpoſitione *Regiæ Pragmaticæ,* vt notat *Foller.d.rubr. fiat relatio, nu.*
10. *Scialoya d.cap.6. nu.*29. dixi *voto* 66. *nu.*34. *tom.*1. quando fieret extra locum Iudicis citantis, ex *deciſ.*560. *de Franch.* & *prag.*
28 § 3. *de offic. S.C.* aliàs eſſet nulla citatio, ſi non ſit ita facta, *vt aduertit ibi Scialoya ex d.deciſ.*560.
36 Quantum enim ſpectat ad officium Nuntij citantis, eſt certum, quod exercere illud non poſſit niſi ſit approbatus, &
matriculatus, & debet ſe obligare de fidelitèr adminiſtrando ſuum officium ſub pęna fuſtigationis, & vntiarũ auri 25.
*vt in pragm.*34.§.3.& §.8.*de offic. mag.Iuſtit.* imò tenetur ſcire ſcribere, & relationes
debet ſcribere manu propria, vt diſpoſitum eſt in *d.*§.8.*Scialoya d.cap.6.num.*8.
37 Poſt hæc accuſantur contumaciæ, vt refert *Foller in d.praxi rubr. accuſentur contumacię, nu.*1. vbi *num.*2. oſtendit, qualitèr, &
quo ordine in Regno accuſantur; de qua incuſatione huius Regni, ex *Affl. in Conſt. Citationis literæ,* etiam meminit *Muta in cap.* 57. *Regis Martini num.*76. & *ſeq.* aliàs
bannum eſſet nullum, *idem in Annot ad cap.* 159.*lit.O.tom.*6. & *cap.*97.*num.*25.*tom.*6. & *cap.*159.*num.*10.
38 Nàm debent incuſari die iuridico, vt inquit *ibi Foller num.*2.*Tartagl.vbi ſupra.*
Et *Scaccia de iudic. tom.*1. *cap.*91.*num.*16. docet, praxim huius Regni accuſandi cõtumaciam, quia die immediatè ſequenti
hora cauſarum accuſatur prima contumacia, *Tartagl.in praxi crim.cap.6.num.*7.
39 Adeò quod contumax nõ debet reputari primo die iuridico poſt ferias, ſed
debet expectari, vt aſſerit *ibi Foller. num.*4. *Scaccia vbi ſupra,* nàm contumacia accuſanda ſi incidat in diem feriatam, differtur in primum diem iuridicum, *Carau. in ritu* 80.

*ritu* 80.*num.*1.*Præſ.de Franch.deciſ* 639.*n.*4.
40 Debet enim continere diem quo fuit
accuſata, *ibi Foller.oum* 6.
41 Item contumacia vltima debet accu-
ſari Curia pro Tribunali ſedente, *vt ibi*
*Foller.num.*7.*Scaccia loco citato.Tartagl.ibi.*
42 Et quod contumacia non poteſt accu-
ſari niſi vocato citato, *Foller.d.loco num.*8.
optimè *Muta in pragm.Siciliæ tit.*29.*nu.*21.
*Scaccia de iudic.cap.*92.*num.*1.
43 Inſuper quod talis accuſatio fieri de-
bet per querulantem, ſeù inquirentem,
*Foller.d.rubr.num.*9.*&* 10. ex *Afflict.in Con-*
*ſtit.Regni par.*2.*rubr.*2.*num.*2.probat *Ludou.*
*Gilhauſ.in ſuo arb.iudic.erim.cap.*5.*ramuſc.*1.
*num* 32.
44 Et propterea foriudicatio, ſiuè bannũ
factum ad inſtantiam accuſatoris, cui nõ
intereſt,eſt nullum,*Muta in eap.*359.*nu.*24.
*tomo* 5.
45 Sed an Fiſcus ex contumacia, & negli-
gentia accuſatoris excludatur contra ac-
cuſatum procedere,*Maſtrill deciſ.*213.quę-
ſtionem pro vtraque parte diſſerit,vbi re-
fert contra Fiſcum fuiſſe pronunciatum,
ſed benè in cauſis leuioribus, ſecus tamẽ
vbi pœna mortis iniungeretur, nã ius Fi-
ſci tolli non poteſt,ex *Bertach.*probat *Lu-*
*douic.Gilhauſ. d.arb.Iudic. eap.*2 *tit.*34. §.9.
*num.*35.
46 Vndè poſt incuſationes contumaciarũ
interponitur decretum à Iudice talem
reum eſſe contumacem,vt dictnm eſt in
præcedenti *eaſu* 1.*num.* . .
47 Expeditur, indè citatio ad capitula,
quæ eſt præambolum ſententiæ foriudi-
cationis, & ab ipſa ſententia foriudica-
tionis robur ſumit,ex *Franch.deciſ.*322.*&*
560. firmat *Scialoya cap.*5.*num.*11. vbi in
antecedenti *num.*10 probat in ea eſſe in-
ſerendum tenorem inquiſitionis.
48 Poſt hæc interponitur bannũ requiſitũ
in foriudicatione,*Danza d.tom.*3.*tit de va-*
*riis crimin. eogn. cap.*4.*nu.*34. quod nil aliud
49 eſt niſi extra protectionem Ciuitatis eum
ponere,ex *Bal.de pace tenenda,in princ.et l.*1.
*C.de hæred.inſt.Salic.in l.*1.*C.de nat.lib.*notat
*Foller.in rubr.banniãtur,ſub n.*1.*Tartagl.ibid.*
ad ꝙ *Muta in cap. Regis Alphonſi* 159.*nu.*11.
50 *tom.*6. dixit, bannũ dicitur ad ban, quod
eſt extra,& imo,ſiuè humo,quod eſt extra
humum facere,ex *Coſſaneo ibi relato,* cuius
formam intuetur *Scialoya cap.* 9. *num.*14.
*&* 15. quæ cum ſit interlocutoria, non
51 poteſt proferri die ſeriato,*Maur.Burg. de*
*modo proced.ex abrupt. quæſt.*25. *nu.*20. aliàs
eſſet nullũ, *Muta in cap.*159. *Regis Alphonſi*
*num.*44.*tom.*6.*&* *Farin.conſ.crim.*28.*num.*7.
*tom.*1. imò dicitur ſententia declarato-
ria,*Farin conſ.crim.*101.*num.*13 *tom.*1. licet
dicatur muta, & ficta contumacia, proùt
*ipſe in annot. ad cap.* 97. *lit.N. eiuſdem tomi,*
notat,& in *cap.*180.*num.*14.*tom.*2.

Adhùc tamen ſuum operatur effectum,
negari non poteſt, vt non dicatur tu-
tus contumax, *Muta in cap.*108. *num.*14.
*tom.* 2.
52 Et conſequentèr ipſi banniti, & foriu-
dicati tanquàm mortui reputantur, pro-
bat *Muta in cap.*51.*num.*177 *tom.*3.*Farinac.*
*conſ.crim.*135.*num.*57.*tom.*2.

Et conſequentèr offendi, & capi, *vt di-*
*ctum eſt in præcedenti caſu num.* . .

Sed etiam occidi, vt dictum eſt ſupra,
poſtquàm ſtatui poteſt ob publicam vti-
litatem,vt bannitus poſſit impunè offen-
di,*Maur.Burg.d.tract.quæſt.*8.*nu.*9. *Ambroſ.*
*d proceſ.lib.*5.*cap.*1.*num.*15.

Vel dicitur bannum, cuius vox eſt, &
deriuatur ab anno, ex *Alex. Rom.* probat
*Muta in cap.Siciliæ* 59.*num.*8.*tom.*6.
53 Nàm bannum non durat vltra annum,
nè inducatur obliuio, & nè per ignoran-
tiam ignoretur,*vt ibi nu.*6.*&* 7. hinc ban-
num fieri debet contracta contumacia,
& elapſo anno à die dicti banni reus po-
teſt foriudicari,*Scialoya cap.*10.vbi *num.*2.
54 dicit,quod annus currit à die promulga-
tionis dicti Banni, & vlteriùs quærit, ſi
tempus anni fuerit breuiatum à ſtatuto,
quo tempore incipiat currere dictum
tempus breuiatum,*ſubdit num* 29 ſimilitèr
55 à die banni currere per rationes ibidem
relatas,ſicque citatio reo facta in contu-
macia per anni circulum permanente, &
56 non comparente operatur, vt reus ipſe
poſſit foriudicari, *Præſ.de Franch.dec.*515.
*num.*1.vbi ſubdit,*ſed de æquitate debet citari*
57 *ad foriudicandum, & proferri ſententia foriu-*
*dicationis*, quàmuis contrarium obſeruet
M.C.V.vt dixit *Andr. in d.Conſt.* adhùc ta-
men ità ſeruatur expediri talis citatio, &
iterum in *deciſ.*516.*num.*1. vbi *nu.*3.*&* *ſeq.*
58 ſimilitèr ſubſequitur formam citationis
faciẽdæ, intuẽdo,& paritèr aſſerit eſſe ci-
59 tãdos agnatos,cognatos, affines,& ami-
cos foriudicãdi, antequàm foriudicetur,
ſit in ſpecie in Regno non præconizan-
do, vbi alia ad hoc deduxit latiùs *Danza*
*d.tom.*3. *tit.de var.crim. cogn cap.*4. *num.*36.
*ad* 40.ſicque citari debet reus ad foriudi-
candum,antequã contra eum proferatur
ſententia foriudicationis, aliàs ſententia
eſſet nulla,*Scialoya d.tract. cap.*11.*num.*1. &
ſequitur,quod debent citari eius agnati,
cognati,amici,& vicini,& talis citatio ad

foriudicandũ debet notificari, & in eius
calce ſit relatio Nuntij, *vt ibi ſubſequitur
nu. 9.* eiuſq; citationis formam refert *Fol-
ler. in rubr foriudicentur, num. 4.* præcedente
tamen inſtantia accuſatoris pro foriudi-
catione contumacis, *vt ibi Foller. num. 2.*
ſubdens *num. 3.* quod accuſator debeat
vltima die anni accuſare contumaciam,
vt quis poſſit foriudicari, & indè expedi-
ta citatione, & facta relatione Nuntij in
pede ipſius ordine ſucceſſiuo accuſetur
prima contumacia, & triduo poſt ſecun-
dam inſtante querulante, & accuſante
contumaciam contra contumaces, & pe-
tente prouideri ſuper foriudicatione,
*vt ibi ſubdit Foller. num. 5.* & quomodo ſit
60 accuſanda contumacia, quando dies in
quẽ ſuccedit accuſatio eſt dies feſtiuus,
oſtendit *Præſ de Franch. deciſ. 639. num. 4.* in
materia foriudicationis vndè interponi-
tur decretum, quod procedatur ad ſentẽ-
tiam foriudicationis, cuius formam *ibi
61 Foller. num. 29. Tartagl. ibi num. 10.* ideò
foriudicatus dicitur ſententialitèr con-
demnatus, *Muta in cap. 33 num. 11. Regis Al-
phonſi tom. 6.*
62 Cuius vigore foriudicati dicũtur mor-
tui ex tunc à die foriudicationis, *Muta in
cap. Siciliæ 51. num. 177. tom. 3.*
63 Poſtquàm talis ſententia foriudicatio-
nis lata continet in ſe omnes pœnas, quæ
virtute *Conſtit. Regni* oriuntur, licet in ea
non exprimãtur, *Præſ. de Franch. deciſ. 213.
num. 28.* ſufficiens erit vt condemnatur ad
foriudicationem,
64 Talis enim ſententia foriudicationis
ſumit robur ex citatione ad capitula,
*Præſ. de Franch. deciſ 322. num. 2.* paritèrq;
ex contumacia rei robur ſumit funda-
mentale, *idem deciſ 463. num. 4.* non mirùm
ſi non poſſit proferri ſuper citatione nul-
la, *idem d. deciſ. 232. num. 6.*
65 Verumtamen agnati, cognati, & affines
poſſunt pro citato comparere exceptio-
nes opponere, & copiam repertorum pe-
tere, *vt ibi Danza num. 39. 40. & 41. refert,*
ſubdens procedere, dummodò ſententia
foriudicationis non ſit lecta lata.
66 At ſi in promulgatione ſententiæ for-
iudicationis compareat amicus, vel alius
allegando abſentiam cõſideratis per Iu-
dicem citationibus, ſi domi vel perſona-
litèr fuerint intimatæ, vel ſi tempore de-
licti fuerit viſus, vel de recenti ipſis con-
ſideratis, datur terminus ad denuntian-
dum reo, & ad comparendum ſecundum
diſtantiam locorum, & eo elapſo vocan-
tur in Curia, & condemnantur, vt docet
*Reg. Sanfelic. in ſua praxi iudic. in fine, rub. mo-
dus, & ordo proced. in cauſ. crimin. num. 8.* &
apud *Companam d tract. reſolut. 16. in princ.
Scialoya eod. tract. cap. 8. num. 87. & pleniùs,
& copioſè.*
67 Et ſi allegaretur infirmitas, quæ pro-
culdubio erit admittenda, cùm ſit iuſta
excuſatio, & à quolibet poterit allegari,
vt probat *Foller. in d praxi rubr. audiant. ex-
cuſat. num. 27.* ad quod *Scialoya cap. 8 à nu.
90. ad 75.* probat, quod ipſa exceptio po-
teſt opponi etiam per Procuratorem in
cauſa criminali, ſed admittitur dummo-
dò præſentetur fides medicorum atteſtã-
tium de ipſa infirmitate, & debet præſen-
tari inſtrumentum publicum, & ipſa in-
firmitas debet eſſe grauis, & circa hoc
verſari debet officium Iudicis in ſuper-
ſedendo durante tali impedimento, ex
*Afflict. in Conſtit. Edictorum,* ſubnectit pro-
bando *Foller. vbi num. 32.* vbi praxim de
68 hoc tradit, quod ſolent Iudices decerne-
re, quod quamprimum cõualuerit ſe præ-
ſentaret in Curia, aliàs quod remaneat
contumax, vel ſecundum alios condem-
natur, & contumax reputatur, verùm ſi
conualuerit ſe præſentauerit, deleatur à
contumacia, & interim in libro non ſcri-
batur, ſed meliùs *Reg. Sanfelic vbi ſupra,* di-
xit, quòad exceptionem infirmitatis ſi ci-
tatus eſt in Ciuitate, vel diſtrictu proui-
detur, quod condemnetur, & quod Actua-
rius accedat ad citati domum, & ſi repe-
ritur infirmus, debet præſtare cautionem
fideiuſſoriam iuxtà qualitatem delicti, vi-
delicet in homicidio ad pœnam vntiarũ
centum, pro alijs verò delictis grauibus
vntiarũ quinquaginta, & pro alijs leuio-
ribus vigintiquinque, & opponente Fiſco
non eſſe infirmitatem periculoſam dici-
tur, quod capiatur informatio de expoſi-
tis per Fiſcum, & interim citatio non ex-
pirat, hæc ille, & ſi fortè allegata infirmi-
tate, ſi non reperitur vbi ſit infirmus Iu-
dex ad contumaciam procedet, *Foller. vbi
ſupra num. 39.* multoties enim ſolet allega-
ri infirmitas malitioſè, & tùnc erit caute-
la, quod accedat Iudex quando factum
eſſet arduum, & quod eſt timor, quod nõ
comparebit, & procuret ab eo capere fi-
deiuſſores de ſe præſentando ſequuta cõ-
ualeſcentia, & ſi non poterit præſtari, ap-
ponat cuſtodes in domo, & ipſum conſi-
gnet in domo ſua alicui ſub mãdato, imò
poſſunt excuſatores aſtringi ad iudican-
dum domum, in qua reſidet infirmus, &
etiam poſſunt examinari teſtes, qui teſti-
ficantur etiam cum alijs, qui ſuper hoc
haberi

Digitized by Google

haberi poſſunt, ſolent enim infirmi per di-
uerſas domos occultari, vt euadant illam
cautelam, hęc *Foller. vbi ſupra num.* 35.

69 Quàmuis autem infirmitas multiſariã
probari videtur, ex traditis per *Maſcard.*
*de probat. concluſ.* 897. nihilominus Medi-
corum teſtificatione probari dixit *nu.* 12.
hoc eſt duorum Medicorum, vt docet *ibi*
*Foller. nu.* 28. & qualitèr circa hoc erit ver-
ſandum in praxi, vbi *num.* 29. aſſerit, quan-
do infirmitas eſſet manifeſta, ſiuè latens
etiam per alios, quam per Medicos pro-
bari poſſit.

70 Sin autem fuerit allegata exceptio car-
cerationis, reſpondet ibidem *Reg. Sanfel.*
quòad exceptionem carcerationis, ſi car-
ceratio præcedat citationem, fit manda-
tum, quod detineatur cautè nomine M.C.
& non liberetur inconſulto, & ſi citatio
præcedit, carcerationem non admittitur,
& condemnatur, hæc ille.

Quo verò ad alias exceptiones, quæ
poſſunt occurrere, & potiſſimùm aduer-
ſus citationem ad informandum, reſpon-
71 dit *ibidem Reg. Sanfelic* huiuſmodi ſcilicet
& ſi opponitur pro parte citati ad infor-
mandum, minor ætas clericatus, & quod
non fuit citatus domi ſuæ ſolitæ habita-
tionis falſitas, citationis, mandati, aut re-
lationis, remiſſio cauſæ pro parte Baro-
nis, vel aliæ exceptiones pręter abſentiam
carcerationis, & infirmitatis, non admit-
tuntur, ſed condemnantur, quia non ſunt
per Procuratorem alleganda, ſed debet
comparere perſonalitèr, & prouidetur, ꝙ
cõparente perſonalitèr habeatur ea ratio,
quæ de iure habenda erit hæc ille, ſicq;
contumaces effecti videntur, vt ſubdit *ibi*
*Reg. Sanfelic. nu.* 9 perſiſtendo verò reus in
72 contumaciam citatus pro alia cauſa nõ
auditur ſtante ritu, quod pro bannito ne-
mo loquatur, *Franch. deciſ.* 329. *num.* 11.
& ſic denegatur audientia contumaci,
*Carau. in ritu* 220. *num.* 2. *& ritu* 269. *num.* 5.
*Prvſ. de Franch. deciſ.* 272.

73 Non immeritò ſi contumaces non au-
diuntur, niſi perſonalitèr compareãt, *Fa-*
*rinac. conſ.* 118. *num.* 12. *tom.* 2. *Foller. in pra-*
*xi crim. rubr. verum ſi citati compar. num.* 1.
ex diſpoſitione Ritus M. C. & *Carau. ritu*
204. & cogi poſſunt ad comparendũ ſub
pœnis, *Farinac. in praxi quæſt.* 18. *num.* 39.

Quę ſiquidèm exceptiones reſpectu ci-
tationis ad informandum benè reſpuun-
tur modo ſupra dicto, & admittuntur,
74 adeò quòd omnia impedimẽta, quæ fue-
runt tempore citationis ad informan-
dum, impediunt foriudicationem, *Fol-*
*ler. d. rubr. foriudicantur, num.* 9. *&* 28.

75 Sed reſpectu foriudicationis quanquã
dicatur interlocutoria, & reuocari poteſt
*Danza d. tit de var. cognit. cap.* 4. *in* 3. *tom n.* 3.
proùt multæ fuerunt declaratæ nullæ per
S.C. vt ſubdit *num.* 5. *&* 12. non tamen ve-
rè interlocutoria, quia definit negotium
principale, *Muta in cap.* 108. *num.* 36. *tom* 2.
*Regni Siciliæ.*

76 Imò antequàm promulgetur talis ſen-
tentia duplici ex capite impediri poterit,
nè promulgetur, & ſuperſedeatur in ea,
primo ex capite minoris ætatis delinquẽ-
tis, poſtquàm minor ætas impedit ſenten-
tiam foriudicationis, *Foller. d. praxi rubr.*
*foriudicentur, num.* 7. quem ſequitur *Farinac.*
*in eius praxi crim. quæſt.* 11 *num.* 33. *Campana*
*d. tract. reſol.* 1. *Danza eod tom.* 3. *tit. de minor.*
*in delict excuſ. cap.* 1. *per totum*, & ſic decisũ
retuli in 2. *par. noſtri compendij verbo ſenten-*
*tia foriudicationis*, & in 3. *par. ſect.* 2. *verbo mi-*
*nor*, vt memor eſt *Danza ibidem.*

77 Aliud caput eſt exceptionis clericatus,
poſtquàm clericus non poteſt forindica-
ri, ex *Boſſio* probat *Scialoya d. tract. cap.* 2.
*num.* 11. ſubdens, & foriudicatus remitti-
78 tur ad Iudicem Eccleſiaſticum, & ſenten-
tia ſoriudicationis eſſet nulla, *vt ibi nu.* 13.
*&* 14. ex *Foller. & Graſſ. ibi citatis*, quibus
addo nouiſſimè *Campanam d. tract. reſol* 4.
*per totam*, vbi praxim de hoc deducit, &
declarat, qualitèr, & quomodò procedat,
ꝙ idem procedit in Equite Hieroſolymi-
79 tano, vt cõtingit practicari de hoc anno
1651. in perſonã Militis Hieroſolymita-
ni, qui occiderat quendã in platea S. Lau-
rentij, & quàmuis fuiſſet citatus ad infor-
mandum, & ad capitula, in vltima contu-
macia præſentauit Bullas, & non fuit vl-
terius proſequutum; nàm banni ſenten-
tia à ſeculari Iudice in Militem Hieroſo-
lymitanum lata iuriſdictionis defectu eſt
nulla, *Giurba conſ.* 48. *num.* 3. *& conſ.* 21. *nu.* 5.

80 Sed vltra prædicta admittitur quoquè
excuſatio capturæ penès Turcas, quæ im-
pedit prolationem ſententiæ ſoriudica-
tionis, *Foller. d. rubr. foriudicentur, num.* 8. nõ
tamen forindicati gaudent exceptione
hoſtica, & eis nihil reſtat niſi ſuſpenſione
mandari, *Muta d. cap.* 108. *num.* 32. *Maſtrill.*
*deciſ.* 249. *num.* 13.

81 Item exceptio impunitatis delicti, vt
ibi proſequitur *Foller. num.* 16.

An autem exceptio innocentiæ inqui-
ſiti poſſit per quemlibet allegari, & pro-
bari, præſertim per patrem rei, vt in facto
nũc euenit ad impediendã ſententiæ foi-
iudicationis prolationem elegantèr affir-

matiuè

matiuè reſoluit per multas rationes *Vulpell conſ.*18.
82 Non tamen conceditur alius terminus
inquiſito, eo quod cum talis foriudicatio
ſit ſalubre remedium, & multos effectus
patit, eo quod vbi cuicumq; cõfeſſo, con-
uicto, & tormentato, datur, & conceditur
83 terminus innocentiæ, non tamen gaude-
bit foriudicatus tali termino, quia vna
ſemel fuit ſententialitèr condẽnatus, non
eſſet iterum condemnandus, *Muta in c.* 33.
*Regis Alphonſi nu.*11.*tom.*6. ideò infra an-
num poterãt de eorum innocentia doce-
re, non tamen poſt latam ſententiam, *idẽ
cap* 108.*Regis Federici num.*31 *tom.*2. hinc
foriudicatio ſi præceſſerit reperta inno-
centia, Princeps debet remittere condẽ-
nationem, & foriudicationem, ità *D. Reg.
Hector Capycius Latro conſult.*135.*num.*31.
*tom.* 2.

An autem exceptio præſcriptionis de-
84 licti opponi poſſit, *Foller. d. rubr. nu.*25. aſ-
ſerit, poſſe opponi per accuſatum, hinc
prę̨ſcriptionis exceptio non obſtat foriu-
dicationi, vt innuit *Campana d. tract. reſo-
lut.*2. *num.*2. vbi *num.*4. aſſerit, quod exce-
ptio præſcriptionis in delictis nõ admit-
titur, ſi per amicos, vel cõſanguineos op-
ponatur, neq; impedit foriudicationem,
ſed ad eam proceditur cũ clauſula, *quod
reo comparente habeatur ratio, quæ de iure, &c.*
ex *Franch. deciſ.*314. *&* 329.*num.*7. quanquã
ipſe contrarium ſubſtineat ex rationibus
ibi cõſideratis, nouiſſimè *Danza d. tom.*3.
*tit. de ſent. foriudic. cap.*12. inter cætera hunc
articulum pro vtraq; parte diſſerit, & re-
ſoluit inquiſitum, non potuiſſe hoc bene-
ficio præſcriptionis ſubleuari, & fuiſſe ſu-
ſpenſum, & de hoc ſatis per *Campanam eo-
dem tract reſol.*21.
85 Et ſi benè ante ſententiam foriudica-
tionis poſſit bannitus, vel alius pro eo al-
legare exceptionem hoſtici, vt per *Foller.
in d. praxi ead. rubr. audiantur excuſatores, nu.*
21, *& ſeq.* non tamen poſtquàm fuit effe-
ctus foriudicatus, *Muta in d. cap.*108.*n* 32.
86 Et in ſumma nullitas citationum con-
tumaciarum banni cauſat nullitatem for-
iudicationis, & idemnitatem, inquit *Fol-
ler d. rubr. num.*27. quæ poſſunt à quolibet
opponi reo exiſtente in fortijs Curiæ,
*Scialoya cap.*25. *num.*57. *&* 59. Imò Iudex
87 ex officio poteſt pronuntiare ſuper nul-
litatem notoriam, vt *ibi num.*58. quæ ſiqui-
dèm nullitates nedum proponi poſſunt
poſt annum, vt probat *Danza d. cap.*12. *nu-*
88 *mer.*9. 10. *&* 26. ſed etiam vſq; ad trigin-
ta annos aduerſus ſententiam foriudica-
tionis, *vt ibi num.*17. & quæ nàm ſolent eſ-
ſe in foriudicatione, retulit in *tit. de var.
delict cognit. cap.*4. *per totum*, multas aliàs
nullitates aduerſus ſententiam foriudi-
cationis recollexit *Anton. de Ballis in tract.
crim. lib.*5.*tit. de pragm. Regni ſub tit de foriu-*
89 *dicat. &c.* & foriudicatus poſtquàm ca-
ptus eſt, poteſt opponere omnes excep-
tiones, quæ nullam reddunt foriudicatio-
nem, ſiuè ab initio fuerint oppoſitæ, ſiuè
non, dummodò ſint notorię, & euidentes,
*Campana cap.* 25. *num.* 4. & quod tales ex-
90 ceptiones ſolæ, quæ ſunt ſeorſum à deli-
cto, ſeù crimine, poſſunt allegari ad im-
pediendam foriudicationem, *Campan. re-*
91 *ſolut.*21. *num.* 4. & non mirùm ſi foriudi-
catus nõ poſſit ampliùs audiri aduerſus
delictũ, nec ad illius excuſationem pro-
bandam admitti, *idem reſol.*24 *nu.*2. ſuper-
ſunt quædam nullitates aduerſus ſenten-
tiam foriudicationis relatæ per *Anton. de
Ballis in tract crim. tit. de pragm. Regni, rubr.
de nullit. foriudic.* quarum Prima eſt quan-
do bannum nullitèr fuerit prolatum, *ibi*
92 *num.*10. Secunda, quando accuſatio fie-
ret coràm Capitaneo, *ibi num.*13. Tertia,
quando bannum fuerit de vulnere, non
autem de morte, *ibi num.*5. Quarta, ſi fue-
rit proceſſum ad foriudicationem, non
obſtantibus oppoſitionibus oppoſitis, &
illis non deciſis, *ibi num* 16.

Patiuntur quoq; foriudicati vltra enar-
ratas pœnas, eos eſſe incapaces, at inca-
93 pax pro mortuo reputatur, vt refert *Re-
gens Merlin. d. cau.*21 *nu.*22. *& ibidem nu.*23.
94 & refert eorum incapacitatem duplici-
tèr conſiderari, & præ cæteris foriudicati
bonorum dominium recta via tranſit ad
filios, & ad Fiſcum non iure ſucceſſionis,
ſed ex prouidentia legis, ſicuti ibidem
probat dictus *Dom. Merlinus num.*49. & ſic
95 foriudicati fiunt inſucceſſibiles, & eorũ
bona occupantur à Fiſco, *Muta d. cap.*108.
*num.*28. *cum ſeq. tom.*2. vbi *num.*30. ſubdit,
quod foriudicatus ſi eſſet feudatarius,
feudum, & Baronia durante eius vita prę-
96 occupantur à Fiſco, ſed an foriudicatus
comprehendatur in Cõſuetudine loquẽ-
te de mortuo, & quomodò illi ſuccedatur
in Regno, & Ciuitate Neap. vel ſecus
publicatione bonorum, iuxtà formam
*Conſtitut. Regni*, aut gratiæ conceſſæ Nea-
politanis, refert ex *Conſ. Andr. Prouenzal.
Reg. Sanfelic. deciſ.*193. *num.*12. ibiq; diſſe-
rit, quid in bonis foriudicatorum an ſuc-
cedat mater, & an præſcribatur ſpatio vi-
ginti annorum, inſuper foriudicatus ſi
97 intra annum banni deceſſerit, tranſmittit

bona

bona ad ſuos hæredes, etiam ſi ſententia foriudicationis ſequatur, ſecus eſſet, ſi poſt aannum, quia tunc Fiſcus ſuccederet, probat Præceptor meus *Iacobus Gallus in conſ.* 107. *num.* 7. eſt enim incapax bo-
98 norum exiſtentiũ in territorio bannientis, maximè quando per ſtatutum id exprimitur, *Camill. de Medic conſ.* 71. *num.* 3. *& ſeq.* vbi id declarat, *ſubdens num.* 18. quod
99 foriudicatus eſt incapax ſucceſſionis, & reſtitutionis bonorum, quanquam non amittat, quæ ſunt iuris communis, vt *ibi num.* 2. *&* 14. non mirùm ſi foriudicato non relaxatur vita, proùt damnato ad pœ-
100 nam metalli, & ideò vita foriudicati eſt vita de facto, & non de iure, *idem conſ.* 69. *num.* 13. vndè ſubſequitur, quod foriudicatus nullum actum vt viuens facere poteſt, *idem d. conſ.* 71. *num.* 10.

## *SVMMARIVM.*

1. *Tempus datæ an ſit attendendum.*
2. *Tempus aliquando datæ, & aliquando præſentationis attenditur.*
3. *Tempus datæ attenditur in gratioſis reſcriptis, quod ſecus in reſcriptis iuriſdictionalibus.*
4. *Reſcripta quædam ſunt de iuſtitia, & quædam de gratia, quæ dicuntur priuilegia.*
5. *Dilatio eſt actus ſuſpectiuus quo pendēte conquieſcit officium Iudicis.*
6. *Reſcriptum gratioſum dicitur reſcriptum moratorium.*
7. *Lites celeritèr ſunt determinandæ.*
8. *Reſcripta præſentari debent.*
9. *Tempus reſcripti robur accipit à die præſentationis, non ante.*
10. *Manuteneri debet in poſſeſſione, nec ea priuari probans de anterioritate temporis.*
11. *Statur præſentationi literarum ad beneficia, quod concordat cum literis iuſtitiæ.*
12. *Iudex habet iuriſdictionem actu, & illius exequutionem per reſcripti præſentationem.*
13. *Reſcriptum primum per ſecundum reuocatur.*
14. *Poſteriora prioribus derogant.*
15. Text. in cap. bonæ memoriæ, de confirm. vtil. vel inut. *qualitèr procedat.*
16. *Reſcriptũ gratiæ, qualitèr differat à reſcripto iuſtitiæ, & quando concurrunt.*
17. *Præſentatio ſcripturarum non eſt actus iudiciarius.*
18. *Reſcriptum eſt loco libelli.*
19. *Reſcripti natura cuius ſit.*
20. *Reſcripta intelliguntur ſecundum poſtulata, & intelliguntur iuxtà formam petitionis,* num. 21.
22. *Reſcriptum recipit declarationem à ſupplicatione partis,*
23. *Reſcriptum Principis intelligitur ſecundum partis ſupplicationem.*
24. Tex. in cap. penult. de reſcript. in 6. *intellectus.*
25. *Contraria ſimul eſſe non poſſunt, & quando ſecus eſt.*
26. *Seruandum erit, quod iuſtum erit.*
27. *Contrarium præfertur quando eſſet magis ſpeciale.*
28. *Iudicandum eſt in dubio contra Fiſcum.*
29. *Iura promptiora ſunt ad abſoluendum, quam ad condemnandum.*
30. *Iudex maiorem honorem conſequitur in abſolutione, quam in condemnatione.*
31. *In dubio interpetratio fit, vt delictum non contineat.*
33. *Reſcriptum Principis contra ius non debet admitti.*
34. *Reſcriptum continens præiudicium partis non valet.*
35. *Reſcripta iuſtitiæ merita cauſarum non tangunt, ſed iudicium ordinarium.*
36. *Intereſt Reipublicæ delicta puniri.*
37. *Delicta ſi non puniantur, quid operetur.*
38. *Facilitas veniæ tribuit incentiuum delinquēdi.*
39. *Quod differtur, non aufertur.*
40. *Reorum eſt ſemper fugere.*
41. *Dilatio dilationi non erit addenda.*
42. *Geminatio æquiparatur clauſulæ* motu proprio.
43. *Rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ.*
44. *Æquitas tùnc præfertur quando cum rigore eſſent ſcriptæ.*
45. *Rei partes fauorabiliores sũt partibus actoris.*
46. *Actori, vel reo quando eſſet magis fauendum.*

## ARGVMENTVM.

Agitur de reſcriptis diuerſis tàm ab actore, quàm à reo obtentis, nulla facta mentione de illis, cui ipſorum erit parendum.

## CASVS III.

Citatis quibuſdam inquiſitis ad foriudicandum per Regiam Audientiam Calabriæ citra de mandato homicidio præſentauerunt reſcriptum Principis ſuperſeſſoriale, vt infra certum tempus Iudex non procederet, elapſo dicto tempore aliud reſcriptum ſuperſeſſoriale præſentauerunt alterius temporis breuioris, eo die quò Pars aduerſa aliud reſcriptum expeditum obtinuerat, quod ad vlte-

ad vlteriora in cauſa procederetur, nulla
dilatione impediente, quanquam in dictis
reſcriptis, nec vnum de alio, nec aliud de
altero mentio facta fuerat, licet reſcriptũ
ſuperſeſſoriale reorum prius fuerat in iu-
dicio præſentatum, vt eius vigore rei in
poſſeſſione reſcripti reperiebãtur, verum
tamen præſẽtato poſtmodùm alio reſcri-
pto contrario dubitari contingit, ſi de-
beret admitti, quinimò principalitèr vi-
dendum erat, quod tempus actendi de-
buerat in ipſis appoſitum, vel tempus da-
tæ, aut tempus præſentationis illorum;
poſtquàm ex iuris diſpoſitione eſt certũ,
1 quod tempus datæ ſit actendendũ, vt pro-
ſequitur *Præſ. de Franch. in deciſ. 62. num. 1. & 15.*

2 Attamen non in omnibus id procede-
re videtur, nàm aliquãdo tempus datæ, &
aliquãdo tempus præſentationis actendi-
tur, *Gloſ. in cap. dilectus, de præbend. verſ. receperunt.*

3 Et potiſſimùm actenditur tempus datę
in gratioſis, in reſcriptis verò iuriſdictio-
nalibus actenditur tempus præſentatio-
nis, vt refert *Præſ. de Franch. deciſ. 326. et de-
ciſ. 509. num. 1.* ex *text. in cap. tibi qui de reſcr.
in 6. & Felin. in cap. capitulum, de reſcript.* pro-
bat *Mandell. conſ. 531. num 35.*

4 Quamobrem ante omnia erit inueſti-
gandum, an talia reſcripta ſint gratioſa,
vel iuriſdictionalia, etenim *Alber. in ſuo di-
ction. verbo raſcriptum*, cenſuit, quod hæc
materia reſcriptorum duplex eſt, quædã
enim ſunt de ſimplici iuſtitia, & de iſtis
tractatur in titulis Iuris Canonici *de re-
ſcript.* quædam de gratia, & illa propriè
dicuntur priuilegia, de quibus in *tit. de
priuileg.* & de vtriſquè loquitur *Specul. in
tit. de reſcript. præſent.* & propterea ſi conſi-
deretur reſcriptum reorũ, diceretur gra-
tioſum, eo quia continet dilationem in
procedendo, quæ ſiquidèm dilatio cum
5 ſit actus ſuſpenſiuus, ea pendẽte conquie-
ſcit officium Iudicis, *Marant. in ſpec. par. 6.
rubr. appellatio, num.* 128. ſicquè videtur eſſe
6 gratioſum reſcriptum moratorium iſtud,
vt colligitur ex *l. quoties, C. de precib. imper.
offer.*

Sin autem actendatur reſcriptum acto-
tis prætendentis, vt in cauſa procedatur,
7 eſt de iuſtitia, quia lites celeritèr ſunt de-
terminandæ, *cap. iurgantium, de ſent. & re iu-
dic.* & ſic de iuriſdictionalibus.

Et vtcumque ſit, quia negotium intro-
ductum erat in iudicio videtur conclu-
dendum amborum reſcripta forè iuriſdi-
8 ctionalia, & in iuriſdictionalibus, ex quo
ipſa reſcripta præſentari debent, *Innoc. in
cap. literis, de reſcript.* nàm præſentatio re-
ſcripti eſt de proceſſu, *Penia deciſ. 321. n. 3.*

Idcircò tempus reſcripti factæ præſen-
tationis non tempus datæ actenditur, in-
quit *Mandell. conſ. 531. num. 35.* quia robur
9 accipit à die pręſentationis non ante, *In-
noc. in cap. cum à nobis, de elect.*

Et proprereà cum reſcriptũ ſuperſeſſo-
riale reorum primum præſentatũ fuerat,
non tamen ſecundum reſcriptum actoris,
quod fuit poſteà præſentatum, & ſic in
diuerſo tempore videbatur dicendũ pri-
mũ reſcriptũ eſſe actendendũ, & præuale-
re debere, adeòq; cũ dubitaretur de prio-
10 ritate horę expeditionis, nàm qui probat
de eodem die, & reperitur in poſſeſſione,
debet manuteneri, nec priuari ea, per ea
cumulat *Dec. in l. in ambiguis, num. 4 ff. de re-
gul. iur.* idq; paritèr confirmatur ex *text. in
cap penult. de reſcript. in 6.* vbi cæteris pari-
11 bus ſtatur hodiè præſentationi literarũ
ad beneficia, vbi *Gloſ verſ. primo præſenta-
uerit*, vbi ſubdit, concordat in literis de
iuſtitia, per *text. in cap. vt debitus honor, de
appell.* & ibi *Imol.* allegat plura iura, nem-
pè *l. 2. C. qui pot. in pign. hab. l. ſcimus, § & ſi
præfatam, C. de iure delib. & l. pluribus, ff. de
procur.* ex quibus noſcitur reſcriptum eſſe
de iuriſdictionalibus, nàm reſcriptum ex
12 ſola præſentatione Iudex habet iuriſdi-
ctionem actu, & illius exercitium, *Verall.
deciſ. 324. num. 4 par 1.*

Et ſi ad Primum replicaretur non ob-
ſtare, cùm illud ſit reuocatum ex volunta-
te concedentis, dùm ibi aſſeritur abſquè
alia dilatione procedat ad vlteriora in
13 cauſa, vndè videbatur primum reſcriptũ
per contrarium reſcriptum reuocatum,
*cap. bonæ memoriæ, de confirm vtil. Ga gagn. ad
ſtatut. vrb cap. 43. col. 19. in princ.* iuxtà regu-
14 lam vulgatã, quod poſteriora prioribus
derogant, *l. pacta nouiſſima, C. de pact.* cum
alijs allegatis per *Barboſ. princ. iuris lit. P.
num. 32.*

15 Quòad Secundum replicabatur, quia
*ibi text.* loquitur reſpectu beneficiorum
conceſſorum, quæ ſunt gratioſa, & acten-
ditur præſentatio, vt ibi, & in hoc caſu
tantũ participare videntur cum reſcriptis
16 iuſtitiæ, cæterum in alijs longè differũt,
vt tenet *Glo. in cap. capitulũ S. Crucis, de reſcr.
verſ prius in fine, Bero. conſ. 207. nu. 57 vol 3.*

17 Præſentatio enim ſcripturarum non
eſt actus iudiciarius, vt inquit *Carau. in ri-
tu 242. num. 4.*

18 Sed actendi debet quid cõtinetur, nàm
etſi reſcriptum loco libelli ſit, *Oſaſc. dec. 1.
num. 4.*

*num*.4. nàm ſueceſſit loco libelli, *Caual.*
*decíſ.67.num.4 Muſcatell.in praxi Sac.Conſ.*
*lib.1.par.1.Gloſ.petitur,ſub num.3. Oldrad.de*
*reſcript. prælud.26.num.7.* adhùc tamen re-
ſcripti natura eſt, vt petitioni adaptetur,
*Ciarlin controuerſ.forenſ.tom.2.cap.*180.*n* 14.
19 & reſcripta intelligi debent ſecundum
20 poſtulata, itá vt correſpondeāt omnibus
in ſupplicationibus petitis, *Farinac. deciſ.*
*poſthum.*162.*num.2.par.*3.& ſic reſcriptum
21 intelligitur iuxtà formā ſupplicationis,
*Cauater.deciſ.*117.*nu.*4 *Mandel.conſ.4.nu.*24.
22 & reſcriptum recipit declarationem à
ſupplicatione partis, *Dom. Regens Valenz.*
23 *conſ.71.num.3.vol.*1.& ſic reſcriptū Prin-
cipis intelligitur ſecundum partis ſup-
plicationem, & ab ea declaratur, *Carena*
*pract obſeruat. reſol.*75.*num*.1.

Hinc videndum erat, quod nàm ipſo-
rum admictendum erat poſtquam omnia
24 ſupra allegata procedūt cæteris paribus,
& itá loquitur diſpoſitio illius *text. d.cap.*
*penult*.quoniam duo ſimul idem beneficiū
obtinuerant,& *ſubdit ibi Gloſ in verſ.ſimili.*

Non procedere in diſſimili conceſſio-
ne,quod ſatis facere videtur caſui noſtro,
quoniā & rei, & actor diuerſimodè impe-
trauerant reſcripta; rei enim dilationem
non procedendi obtinuerant, actor verò
licentiam procedendi, ſicq; contrariam
inuicem repugnantia impetranerunt, vn-
dè ſuccedit regula vulgata, nempè qnod
25 contraria ſimul eſſe non poſſunt, *l. mu-*
*tuis, ff. pro ſocio*, cum alijs apud eundem
*Barboſ.d.princip.iur.lit.C.num.*64.quadere
licet contraria plura incompatibilia, ſi
concurrant, præualent vltima, ex *Tuſco*
*tom.2. lit.C. concl.*1011. probat *ibi Barboſa*
*ead.lit. num 66.* quod videtur tendere in
fauorem actoris, nihilominus oſtenditur
exemplum de duobus ſtatutis contrarijs
in eodem volumine exiſtentibus ſeruan-
dum erit illud,quod eſt iuſtiùs & equiùs,
*Bald.in cap.cum olim,de conſuet. Alex.conſ.*58
*vol.4. idem Bald. in l. hac conſultiſſima, col.*1.
*C.qui teſtam.fac poſſ.* quod vbi reperiuntur
26 duo iura ad inuicem contraria, vel duo
ſtatuta ad inuicem repugnantia, quod il-
27 lud præfertur,quod eſt magis ſpeciale,&
ad iſtam materiam *Io.Andr.in cap.1.de iure*
*iur. in 6.* in nouella, & itá pro reis dicen-
dum erat,quod dùm reſcriptum eorum
fauorem reſpiciebat, & ſpecialitatem ha-
bebat non procedendi in cauſa illud erat
28 actendendū; nàm etſi in dubio iudican-
dum erit contra Fiſcum, *l. non puto, ff. de*
*iure fiſci*,& itá id pro reo,itá *Decius vbi ſu-*
*pra*,& in dubijs potiùs abſoluimus,quam
condemnamus, *argum.l. Arriani, ff.de actio.*
*& oblig.*cum alijs apud eundem *Barboſ.d.*
29 *Princ.iur.lit.A.nu.*2.nàm iura promptiora
ſunt ad abſoluendum, quam ad condem-
nandum, *Gram. voto* 23. *num*.10. hinc eſt,
30 quod Iudex maiorem conſequitur ho-
norem in abſolutione, quam in condem-
natione,*idem Gram.deciſ.*28.*nu.*26. & actus
vbi poteſt ſe hahere ad delictum,& non
31 delictum in dubio fit interpetratio, vt
delictnm non contineat,*Idem conſ. crimin.*
25.*num.*41.

Ex aduerſo autē ex parte actoris plura
conſiderabantur contra delinquētes,ete-
nim iſtud reſcriptum ſecundo loco factū
à Principe,erat contra ius,cum in eo tra-
32 ctabatur de impediendo ſententiam for-
iudicationis, & propterea admitti non
debuerat, per ea, quæ cumulat, & itá
deciſum refert *Guido Papa deciſ.* 420. &
licet replicari poterat, longè diſtare au-
ctoritatem illius Tribunalis, quod habe-
bat exequutionem eius ſententiæ abſquè
impedimento,quod non eſt in Regia Au-
dientia, tamen ſubdit *ibidem Annot.* quod
33 quotieſcumq; præiudicium parti ex eo
conſequeretur, adhùc reſcriptum nō va-
leret, ſed huic obiectioni facilè poterat
reſponderi,quod hoc præiudicium non
erat tantæ importantiæ, cum non tange-
34 bat cauſam principalem, nàm reſcripta
iuſtitiæ merita cauſarum non tangunt,
ſed iudicium ordinant,& qualificāt, *Ma-*
*chel.patroc.*53.*num.*7.& ſimilitèr pro acto-
35 re dicebatur, quod intereſt Reipublicæ
delicta puniri, *l.itá vulneratus,§.quod ſi quis,*
*verſ.cum neq; impunita,ff.ad leg.Aquil.Gram.*
*deciſ.94. num.*5. cum alijs apud *Barboſ. d.*
*princ.iuris lit.D. num* 11. & delicta, ſeù de-
linquentes ſi nō puniuntur publica læti-
36 tia turbatur, & ira Dei in nos prouoca-
tur, à quo per delictorū punitionē venia
ſperatur,ac populi incolumitas procura-
tur.*idem Gram.deciſ.36.num.*1. *Merenda con-*
*ſil.50.num.74.& conſ.58.num* 30.*par.*1. nàm
37 facilitas veniæ incentiuum tribuit de-
linquendi, *cap.eſt iuſta 23.quæſt.4.§.vt autē,*
*Auth.vt hi,qui oblig.ſe hab.&c.*

Sed replicabatur hæc omnia in ſe vera
eſſe,quotieſcumq; de punitione ageretur,
verùm quia ad præſens tractabatur de
grauamine irreparabili coràm Excellen-
tiſſimo Prorege iuſtum erat grauamen
deductum priùs ventilari, atq; decidi, &
interim ſuperſederi in cauſa principali,
& ampliùs quia non agebatur de cauſa
principali,ſed erat reſcriptum ſuperſeſſo-
riale aliquorum dierum,ad quod facit re-



Digitized by Google

38 gula vulgata ; quod differtur non aufer-
tur, inquit *Gloſ.in d.l.quoties*, & tùnc dice-
retur vincere reus eum abſoluitur, *Andr.
in Conſtit.Peſſimam,in fine*.

Deniq; reſtabat videndum data pari-
tate iuſtorum reſcriptorum reſpectu datæ
expeditionis, quod nàm ipſorum erat at-
tendendum,& circa hoe intuendum erat
circa petita,& quid in ſe continere ipſa
39 videbantur , poſtquàm reſeriptum acto-
ris continebat proceſſum ad vlteriora in
cauſa : *Cum ſit reorum ſemper ſugere* , vt di-
cit *text.in l properandum, §.& ſiquidem, C.de
indic.Pancirol.in praxi iudic. par.1. §.cæterum
qui, fol.21.* & propterea dilationi obtem-
ptæ parendum non erat, eum eſſet ſecun-
40 da dilatio , adeò quod dilatio dilationi
non erat addenda, *Franch.deciſ.221.num.9.*
& in tali reſcripto dicebatur abſquè alia
dilatione .

Reſcriptum verò reorum dilationem
reiteratam continebat vt eius grauamen
decideretur , non enim ſteterat per eum,
quin cauſa expediretur,ſed per miniſtros
Regis excuſatione dignus erat.

Et ſi dicatur bis idem reſcriptum dila-
torium obtinuiſſe,facta mentione, de pri-
mo erat aduertendum , quod reſcriptum
Principis ſi ſit geminatum,vt quis bis re-
ſcripſit ſuper eodem facto,iſta geminatio
eſt tantæ importantiæ , vt illæ clauſulæ
*motu proprio*, æquipolleat , vt per *Franciſc.*
41 *Cremenſ notab.135. incip. clauſula motu pro-
prio*,quē ſequitur *Alber. de Roſat. in diction.
ver.reſcriptum Principis,in Add. Henr.Ferd.*

Præterea quia reſcriptum actoris con-
tinere videbatur rigorem , & reſcriptum
reorum æquitatem,& dùm verſemur in
tali materia,& ſi de iure eſt certum,quod
42 rigor ſcriptus præfertur æquitati non
ſcriptæ , *Franch. deciſ. 229. num.3. & deciſ.
219. nu.2.* tamen quando ambæ ſunt ſcri-
43 ptæ æquitas , & rigor, tùnc æquitas præ-
fertur rigori, *l.placuit,C.de iudic.* vbi *Gloſ.
verbo in omnibus*,ampliat tàm in ciuilibus,
quàm in criminalibus, quo fit, vt cum de
44 iure ſit cautum , quod rei partes fauora-
biliores ſint partibus actoris , *l. fauorabi-
liores, ff.de regul.iur. Barboſ. d.princ.iur.lit. R.
num.12.* & actori licet magis fauetur, quā
45 reo in principio litis , & in medio litis
vtriq; tamen in fine magis reo, *Andr. Gail.
pract.obſeruat. lib.1.obſeru.31.num.12.*

Fuit tandem per ipſam Reg.Aud.iudi-
catum pro reo,vt obſeruētur prouiſiones
dilationis conceſſæ reo,qua finita admit-
tantur prouiſiones actoris die 19. menſis
Maij 1612. penès Villanum Mag.Act.

*SVMMARIVM.*

1 *Regula ſi de quo magis, &c. notatur.*
2 *Qui poteſt plus, poteſt & minus.*
3 *Delinquentes includuntur in Regijs ordinibus occidendi foruſcitos.*
4 *Capiens bannitum , conſequitur premium contentum in ſtatuto.*
5 *Indultus eſt gratia.*
6 *Indulgentia conceſſa motu proprio eſt fauorabilis.*
7 *Gratia Principis catenùs extenditur, vbi eadē ratio militaret.*
8 *Vbi mens , & ratio ſtatuti viget ibi locum habet diſpoſitio.*
9 *Ratio legis ſe extendit ad omnes caſus,in quibus militat eadem ratio generalis.*
10 *Vbi eſt eadem ratio,ibi eſt iuris diſpoſitio.*
11 *Banniti,& foruſciti in Cāpanea turbātes quietem ſubiectorum , ideò contra eos crudeliter agendum.*
12 *Hæreticus hæreticum capiens , conſequitur premium.*
13 *Indultus conceditur etiam non habenti remiſſionem partium offenſarum,quod etiam in foro conſcientiæ procedit. num.14.*
15 *Banniti,et foruſciti occidi poſſunt ab omnibus.*
16 *Intereſt Reipublicæ Prouinciā hominibus malis purgari.*
17 *Publica vtilitas præfertur priuatæ.*
18 *Gratia à Principe conceſſa tolli non poteſt , & quando.*
19 *Banniti, ac foriudicati , & foruſciti includuntur in Pragmaticis de exulibus, licet contrarium ſit ſtatutum, num.20.*
20 *Delinquentes incidentes per Campaneam committendo furta, & alia , publicè includuntur in bannis.*
21 *Delinquentes ſecluſi in abſcondito , donec partes,& Curiam concordauerint,non includuntur in bannis , num.24.*
22 *Contumax publicè conuerſans , non tamen incedendo per Campaneam , non includitur in bannis.*
23 *Requiſitum in occiſione banniti erit, vt quod per ſyluas,& nemora incedebat per Campaneam, & quod proprijs manibus interfecerat.*
25 *Occidens bannitum,& ſimiles,non debent gaudere beneficio indultus.*
26 Pragmat.1. de exulib. & pragm.11. §.3. *ponderantur.*
27 *Condemnatus in exilium , vel deportatus per ſententiam, an conſequatur indultum occaſione foriudicati vigore pragmat.*
28 *Delinquentes an comprehendantur ſub pragm. de exulibus, quod limitatur, num 19.*
29 *Foriudicati dicuntur qui iudicantur foras.*
30 *Foriudicatus dicitur,ideſt foras iudicatus.*

31 Foriu-

31 *Foriudicati dicuntur qui elapſo anno condemnantur.*
32 *Foriudicati dicuntur publici hoſtes.*
33 *Foriudicati vti hoſtes poſſunt occidi impunè, & qualitèr hoc procedat.*
34 *Foriudicati poſſunt à quocunq; capi.*
35 *Foriudicatus conſimilem capiens in premium pœnam euitabit, & quid in bannito bannitum capiente, num. 27.*
36 *Comes foriudicatus occidens foriudicatum, an conſequatur liberationem.*
37 *Delinquentes non tamen banniti, vel foriudicati, an conſequantur premia occidendo illos foriudicatos.*
38 *Gratia de vno, non extenditur ad alios.*
39 *Bannitus, ſeù foriudicatus conſimilem occidēs, an vltra remiſſionem pœnæ habebit premiū.*
40 *Indulgere eſt de regalibus.*
41 *Indulgentiæ alijs non ſunt permiſſæ niſi de ordine Proregis.*
42 *Principis interpetratio in ſcriptis redigi debet.*
43 *Premia ſunt Principi reſeruata.*

ARGVMENTVM.

## Delinquens ſimplex ſi cœperit foriudicatum, an gaudet generali indulgentia.

### CASVS IV.

COnceſſo generali Indultu per Excellentiſſimum Dominum Proregem
omnibus foruſcitis Prouinciæ Calabrię Citra, vt quicumq; ex eis alium cęperit, vel necauerir conſimilem eiuſdem comitiuæ gaudere deberet tali indultu, & indè fuit ampliatum, vt non tantùm comprehenderentur foruſciti eiuſdem comitiuæ degentes in eadem Prouincia, ſed etiam alij foruſciti in alijs proximioribus Prouincijs ambulantes, & ſi eſſent de alia comitiua, incidit, quod cum quidam delinquens pro homicidio non tamen bannitus, nequè foruſcitus cęperat vnum foruſcitum, & prætendebat gaudere indultu, ex cuius parte dicebatur in Regia Audientia, quod etſi non erat foruſcitus, ſed tantùm delinquens, & inferior, adhùc gaudere debebat, iuxtà vul-
1 gatā regulā iuris, ſi de quo magis quantò
erit, de quo minus, *Auth. multò magis, C. de ſacroſ. Eccl.* vbi notatur regula illa philoſo-
2 phica, propter quod vnūquodq; tale, & de
quo magis, nàm qui poteſt, plus poteſt, & minus, *Aff. in Conſt. Pœnam eorum, num. 91.*

3 Secundò, quia delinquentes includuntur in conſimilibus ordinibus occidendi, vel capiēdi bannitos, ſeù foruſcitos, *Præſ. de Franch. deciſ. 499. ſub num. 6. verſ. vt hic caſus,* & *Reg. Sanfelic. deciſ. 53. num. 22. tom. 1.* aſſerit, vndè indulta conceduntur delinquentibus ob capturam malefactorum, etiam parte non concordata, & in præiudicium Baronum ratione fauoris publici hinc capiens bannitum, conſequitur pre-
4 mium contentum in ſtatuto, quàmuis ſta-
tutum ignorauerit, *idem deciſ. 186. num. 2. tom. 2.* ſic etiam videntur per viam cōprehenſionis includi delinquentes.
5 Tertiò, ex quo indultus eſt gratia, *Iudex*
*Catalan de indultu quæſt. 7. num. 1.* & propte-
6 reà indulgentia motu proprio cōceſſa eſt
fauorabilis, & in caſibus exceptis odioſa, *Præſ. de Franch. deciſ. 403. num 11. Maſtrill. de indultu cap. 26. num. 8. & cap. 40. num. 6.*

Et ſi benè hæc omnia procedere videantur, & vnica ſolutione tolli poſſint,
7 attamen gratia Principis eatenùs exten-
ditur, vbi eadem ratio militaret, & inuenitur, *Affliƈt. in Conſtitut. Generalia iura,*
8 *num. 16.* vbi mens, & ratio ſtatuti viget ibi
locum habet diſpoſitio, licet caſus non fuerit in verbis expreſſis, *Cepoll. conſ. cri-*
9 *min. 18. col. 4.* ſicuti ratio legis ſe extendit
ad omnes caſus, in quibus militat eadem ratio generalis, *idem Affliƈt. in Conſtit. Pacis*
10 *cultus, nu. 70.* nàm vbi eſt eadem ratio, ibi
eſt iuris diſpoſitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. Barboſ. princip. iur. lit. R. num. 6.*

Quamobrem conſiderando rationem conceſſionis indultus, quæ nàm fuerat, & ſi militet in priuato delinquente, deſumitur ex *Reg. Pragm. 1. de exulib. & 2. cum alijs*
11 *ſeqq.* ex quo ipſi foruſciti, & banniti, ac
delinquentes in Campanea turbant quietum viuere ſubditorum, dùm contra eos ſeuiunt crudelitèr, & deliƈta perpatrant ſub tali libertate in damnum ipſorū ſubditorum, & ſic notant *ibi Foller. & Carau.*

Ad ſedandam tamen eorum audaciā, & ferocitatem, & prauam delinquendi libertatē ad hoc vt quamcitiùs, & vnico contextu extirpentur tales delinquentes publicè inquietando ſolent pro tempore (ipſis inſurgētibus) Rex, ſiuè Prorex mādare generale Indultum, vt vnus ipſorum alterum occidat, & gaudere poſſit gratia, ſeù Indultu ſuorum deliƈtorum, illoſquè etiam capere, quemadmodùm idem ob-
12 ſeruant Inquiſitores Hęreticorum, & Pa-
terenorum, quando hęreticus hęreticum capit, aut detegit, vt inquit *Andr. in Conſt. Pœnam eorum, in verbo hoſtis publicus, verſ. ſic*

*conſueuerunt*, quo ſit, vt non tantùm pœna
eis imponenda à Prorege tollatur, ſed
etiam à partiũ moleſtia quòad remiſſio-
nes,quas ipſi euitant; quoniam Indultus
13 vigore, ſiuè edicti noſtri id conceditur,
etiã non habẽti remiſſiones partiũ offen-
ſarum,vt tradit *Carau in d.pragm.1.n.172.*
14 & propterea id etiam in foro conſcien-
ciæ procedere, ſequitur *num.* 176 vt nedũ
banniti occidantur, *Carau ibi nu.*161. ſed
15 etiam foruſciti, ſiuè foriudicati, vt in
*Conſtit. Pœnam eorum*, vbi *Bartholom. de Ca-
pua in Addit. in verſ. in text. ab omnibus* ra-
tionem aſſignat, quia ideò permittitur
offendi foriudicatos,quia non poteſt pro
eorũ abſentia publica vindicta fieri,& cũ
16 publicè interſit Prouinciã malis homi-
nibus purgari,& illis careat *l.congruit,ff.de
17 offic.Præſ.* ex quo reſultat publica vtilitas,
quæ priuatæ præferri debet, *l. munerum,
§.item, ff.de muner.& honor.* cum alijs apud
eundem *Barboſ. d.princ.iur lit V.num 79.* &
non mirùm quando gratia à Principe
conceſſa ſit, & per eum tolli non poteſt,
18 ſecus tamen cauſa publicæ vtilitatis, *Ca-
rau. in titu* 301.*num* 3.

Ex ijs enim vt ſupra relatis colligun-
tur aliquæ declarationes deſeruientes
19 pro intelligentia ipſarum Pragmatica-
rum, & primo erit in conſideratione de-
ducendum, quinàm includuntur in eadẽ
Pragmatica, & quidèm includi videntur
omnes illi, qui ſiuè ſint foriudicati, ſiuè
banniti, ſed paritèr foruſciti, licet con-
trarium teneat *ibi Carau.num.*190. vt ſit &
alio particulari delicto notato, nàm con-
trarium ſancitur ex Pragmaticis nouellis
relatis à *Danza in tract. de pugna Doctorum
tom.2. tit.de armat. per Campan.per totũ*, vbi
diſſerit hanc materiam foruſcitorum,qui
incedunt per Campaneam committendo
grauia delicta perturbantes quietem vni-
uerſalem populorum.

20 Sed paritèr delinquẽtes incedentes in
comitiua committendo furta, & alia, &
publicè delinquendo, *vt ibi Carau. nu.*189.
*Foller num.*11.notant, & *Danza ibidem.*

Cæterum autem ceſſante publica iſta
delinquendi actione, ceſſaret diſpoſitio
ipſarum Pragmaticarum, vt poſſint gau-
dere tali gratia indulti. Hinc eſt, quod
non includuntur illi, qui ſtant in Ciuita-
tibus, Caſtris, vel Caſalibus ſecluſi in ab-
21 ſcondito, donec partes, & Curiam con-
cordauerint,vt *ibi Foller.num.*14. notar, &
de illis, qui publicè tolerantur, *Carau. ibi
num.* 10. poſt *Foller. num.* 14. at ſi contu-
max, vt ſequitur *Carau. eodem loco num.9.*
22 publicè conuerſatur non incedendo per
Campaneam, non includitur in diſpoſi-
tione ipſius *pragmaticæ*,& hoc eſt vnum,
de requiſitis ad probandum occiſionem
banniti, vt poſſit gaudere indultu, quod
poſt promulgationem *d.pragmaticæ*,publi-
23 cè non conuerſabatur,& ibat per ſyluas,
& nemora in comitiua latronum, *Carau.
ibidem num.*169. Secundò, quod ipſe erat
bannitus, vel delinquens. Tertiò, quod
per ſe ipſum proprijs manibus interfece-
rat, *vt ibi Foller.num.*40. vndè benè aduer-
tit *Danza loco citato num.*5. 6. *&* 7. contu-
24 maces,& delinquentes, non dicuntur fo-
ruſciti, dùm ſiſtunt in Ciuitatibus, & lo-
cis ſecretis, non alitèr talia grauiora de-
licta patrantes,citando *pragmat.6. eod. tit.
in fine*, ex qua apparet eos non alitèr cõm-
prehendi, quare ex hoc notabili colligi-
tur,quod occidens bannitum, foriudica-
25 tum, aut delinquentem non incedentem
per Campaneam, non debet gaudere be-
neficio indultus, & hoc paſſiuè non ipſi
excluduntur ab indultu,vt in *pragmat.*11.
*§.3.de exulib in fine.*

Aliud reſultare videtur fundamentum
actiuè,hoc eſt in occidẽte, ad hoc vt poſ-
ſit gaudere tali gratia,oportet,vt ſit pari-
tèr foriudicatus, vel bannitus, ac contu-
max,ſiuè delinquẽs publicè incedens per
Campaneam in comitiua ipſorum conſi-
milium delinquentium, & hoc colligitur
26 ex dictis Pragmaticis; nàm *pragmat.1. de
exulibus*, locum habet in eo, quod ſpeci-
ficè loquitur, vt ibi ponderat *Carau. num.*
176. & ſic etiam ſequentes Pragmaticæ,
vt in *d.pragmat* 11.§.3. & præſertim ex di-
cto ordine tranſmiſſo ad ipſam Regiam
Audientiam per Dominum Proregem,
*che l'vno ammazzando l'altro, che ſono ò del-
l'vna, ò dell'altra comitiua, &c.* & ſic habuit
oculos ad tollendos homines maleficos,
partim pœna, & partim premio in actu
publicè delinquendo,hinc dixit *Foller. in
27 d.pragm.num* 47. quod ſi condemnatus in
exilium,vel deportatus per ſententiam,
vel alitèr bannitus non conſequitur in-
dultum ex occiſione foriudicati vigore
*Pragmaticæ* prædictæ, paciſcitur enim pro
ruptura exilij, vel deportationis, ſumus
enim extra caſum Pragmaticæ,quę reſpi-
cit perſonas publicè in comitiua tantùm
delinquẽtes. At in caſu noſtro iſte inqui-
ſitus præſentando foriudicatum, non de-
28 bet gaudere tali gratia, cum ſimus extra
caſum ordinis, qui nõ loquitur de inqui-
ſitis priuatis non in comitiua incedenti-
bus, & ad maiorem dilucidationem ad-
ducitur

ducitur doctrina *Carau. ibi num.* 100. qui exornando Pragmaticam ipſam, an comprehendantur delinquẽtes ſub diſtinctione ne concludit eos non comprehendi tàm actiuè, quàm paſſiuè, nè detur materia delinquendi, quoniam Pragmatica, quæ fuit pro extirpandis foruſcitis emanata, operetur contrarium effectum, vt pluries ità ſeruari vidiſſe fatetur, aut verò loquimur de ijs, qui iàm delinquentes ſunt, & poſt bannũ alia delicta cõmiſerint, & tũc ſub *num.* 102. cum diſtinctione concludit per rationes ab eo adductas, & per alias efficaciores rationes concludit oppoſitũ, verumtamen cum ſit caſus omiſſus in hac diſpoſitione Pragmaticarum recurrendũ erit ad ius commune, *Carau. in d. pragm.* 1.
29 *num.* 74. id limitat, niſi ſpecificè veniret derogatio, & præſertim ad *Conſtit. Pœnam eorum*, & vt ipſa rectè intelligantur ſcien-
30 dum eſt, ꝙ iſti foriudicati dicuntur qui iudicantur foras, & ſic in abſentia, *Danza cod tract. tom.* 3 *tit de var cognit. cap.* 4 *nu.* 1. &
31 dicitur foriudicatus quaſi foris omnem aditũ iudicij cõſtitutus, vel dicitur foriudicatus, ideſt foras iudicatus, *Scialoya in praxi foriud. cap.* 1. *n.* 3. vt foruſcitus dicitur quaſi foras itus, ex *Carau.* notat *Io. Grand. de bello exulũ. tit de qualitate, q.* 2. *ſub nu.* 2. &
32 foriudicati ſunt illi, qui elapſo anno cõdemnantur ad ſententiam, *Maſtrill. de in-*
33 *dultu cap.* 43. *num.* 1. & ſunt publici hoſtes, vt inquit *Andr. in d. Conſtitut. Pœnam eorum, verſic. ſed quomodò*, tradit *Scialoya in praxi foriudicat. cap.* 1. *nu.* 1. *Maſtrill. deciſ.* 285. *n.* 13.
34 & tanquam hoſtes publici poſſunt impunè occidi, *Andr. ibidem verſ. hoſtis publicus, Scialoya eod. tract. cap.* 13. *num.* 2. & qualiter hoc procedat, oſtendit *Campana in reſol. de foriudic. cap.* 23. *per totum*, vbi plura, & *Maſtrill. d cap.* 43. *num.* 1. cum alijs apud *Reg. Topiam in ſuo Iure Regni tom.* 5. *ſuper Conſt. Pœnam eorum, num.* 20. *Maſtrill. vbi ſupra num.* 14.

35 Et poſſunt capi à quocumq; poſt *Gloſ. in d. Conſtit. ſuper verbo impetrari, Scialoya d. praxi cap.* 19. *num.* 22. *Io. Grand. de bello exul. in ſpeciali* 18.

36 Quo fit vt ſi foriudicatus foriudicatũ cęperit, aut occiderit, vel bannitus foriudicatum, iuxtà diſpoſitionem *Conſtitutionis prædictæ*, bannitionis, vel foriudicationis pœnam, quam incurrit in premium eorum fidei, & probitatis euitet, ſecus autem limitat *ibi text.* ſi foriudicatus bannitum tantũ cęperit, quonàm caſu, quia eum, qui minori vinculo tenebatur, offenderit minorem pœnam foriudicationis ſententiam, ſcilicet non euitet, vbi *Afflict. num.* 79 *optimè tradit.*

37 Aut verò bannitus ſimilem bannitum cęperit, vel occiderit, locum habebit *Conſtitut. ipſa*, ſicut de foriudicato occidente alium foriudicatum, hinc infert *Andr. in d. Conſtit ſuper d. verbo hoſtis publicus, verſ. nùmquid Comes*, vbi *Afflict num.* 81. conclu-
38 dit, quod ſi Comes foriudicatus occiderit foriudicatum, conſequitur liberationem, licet videatur tenere, quod debeat occidere conſimilem ſibi, quoniam ipſa *Conſtitut.* hoc non dicit, non facit diſtinctionem in foriudicato capto, an ſit eiuſdem conditionis, omnes habentur pro mortuis, & hoſtes publici ſũt, *vt ibi per eos*, ſatiùs enim erit, ſi ſint eiuſdem qualitatis, ſeù conditionis pœnæ, hoc eſt, vt poſſit occidi, ſcilicet per ſententiam foriudicationis, vel capi per banni vigorem.

39 Aut verò fuerint ſimplices delinquentes, non tamen banniti, vel forindicati, ſicuti in caſu noſtro, & hoc cum non ſit expreſſum in *d. Conſtit.* licet videatur colligi, vt liberationem conſequantur, ex *tex.* ibi, *Adeòq; ſi ipſum occiderit aliquis, nullam*
40 *proindè calumniam vereatur, &c.* quia gratia de vno, non extenditur ad alium, *Franch. deciſ.* 13 *nu.* 2 non enim loqui videtur quoad pœnã ipſorum commiſſorũ delictorũ, ſed tantũ homicidij cauſa foriudicari, & ibi ponderat *Afflict ſub num.* 80. tamen ex eodem *Afflict ſub d. num.* colligitur in illis
41 verbis. Item intellige, dummodò ipſe nõ ſit foriudicatus, vel bannitus ſufficit ſibi premium liberationis, & ſic non habebit duplex premium, quaſi ad ſimilitudinem quando occiderit quiſq; foriudicatum, vel bannitum ſi ipſe erit delinquens, liberationem conſequeretur non aliter premium, quod comperit occidenti, non in aliquo delicto obnoxio, ſed hoc cum ſit caſus non expreſſus, nec comprehẽſus in *d. Conſtitut.* videtur quoquè etiam circa iſtum caſum omiſſum Regi, ſiuè Proregi conſulendum ex ſequẽtibus: Primò, quia
42 iſti indulti, ſeù indulgẽtiæ ſunt verę gratiæ à Principe procedentes, vt dictum eſt ſupra, cum hoc ſit de regalibus, vt refert *Ripol. de regal. cap.* 45. *num.* 48. *Catalan. de indultu quaſt.* 4 *num.* 12. *Io. Grand. de bello exulum, tit. de quantitate, quæſt.* 2. *ſub num.* 4. adeò quod alijs non ſunt permiſſæ fieri, niſi de ordine, & mandato Proregis, vt optimè tradit *Io Grand. de bello exulum, rub. de quantitate, quæſt.* 2.

43 Secundo, quoniam cum tales indulti, ſiuè gratiæ à Principe dependeant, vlli licitum

Digitized by Google

citum erit declarare, ampliare, vel limitare, at ſuccedente dubio in illis, ſeù in reſcriptis ipſum adeundum erit, nàm Prin-
44 cipis interpetratio eſt neceſſaria, & in
ſcriptis redigenda, *Gloſ. in l. ſi de interpetratione, in fin. ff. de leg.* vndè Princeps erit ſemper conſultandus, *Afflict. in Conſtit. Vt vniuerſis, num. 34.*

45 Et eo magis hoc ità agendum erat, cũ in *Conſtit. Pœnam eorum, Imperator ſibi premium reſeruauerat, vt ibi aſſeritur, ſed premiũ à gratia ſerenitatis noſtræ expectet, &c.* in contingentibus caſibus ità ſeruatum fuiſſe, refert *Carau in d. pragm. num. 101.* referens contingentem caſum, quod poſt bannum quis occidit foriudicatũ magnæ importantiæ Reg. Audient. Principatus Citra conſuluiſſe Proregem, per quem fuit ordinatum, quod ſi haberet partis remiſſionem, detur ſibi indultus pro delicto patrato poſt publicationem banni, & ſic putarem, ſi antè publicationem hoc acciderit, idcircò erit Prorex certiorandus, vt tutiùs procedatur, eo magis in pręmiſſo caſu, in quo nõ aderat remiſſio iſtius delinquentis, tandem referente Auditore D. Ioanne Sanees, fuerunt duo Audirores in diſpari voto, vnus adhęrebat, vt gauderet, & alter vt certioraretur D. Prorex, & ſic executum, quod cum fuiſſet certioratus, mandauit vt gauderet pendente relatione facienda per dictam Reg. Aud. de anno 1613.

*SVMMARIVM.*

1 *Barones habent facultatem componendi delicta vigore literarum arbitralium, & niſi in ſpecie non fuiſſent conceſſæ, non intelligerentur.*
2 *Compoſitiones factæ contra formam iuris eſſent nullæ.*
3 *Requiſita pro faciendis cõpoſitionibus, quæ ſint, remiſſiuè.*
4 *Remiſſio partis exigitur in compoſitione delicti facienda.*
5 *Compoſitio requirit iuſtam cauſam.*
6 *Compoſitio fieri debet in caſibus à iure expreſſis.*
7 *Compoſitio fieri debet ante ſententiá, vel in ea.*
8 *Compoſitio fieri debet de crimine liquidè probato, vel per teſtes, aut confeſſionem.*
9 *Compoſitio ſucceſſit loco pœnæ legalis.*
10 *Compoſitio quomodò fieri debeat, & qualitèr.*
11 *Compoſitio in pœna arbitraria impoſita pro delicto an admittatur.*
12 *Barones abutentes poteſtate componendi, debẽt ea priuari.*
13 *Baronũ praua componendi facilitas adducitur.*
14 *In delictis, non burſa, ſed perſonâ deliquit.*
15 *Compoſitio quibus perſonis prohiberi poteſt fieri.*
16 *Peccator non ſemper debet recipi ad gratiam.*
17 *Conſuetudo per binum actum inducitur.*
18 Conſt. Cum vniuerſis *ponderatur.*
19 *Conſuetudo delinquendi pœnam aggrauat.*
20 Cap. voluiſſent, de pœn. diſt. 1. *adducitur.*
21 *Tranſactio cum homiribus malis non eſt facienda.*
12 *Remiſſiones fieri debent corã Iudice, & quare.*
23 *Remiſſiones fieri debent ſpontè.*
24 *Remiſſio fieri poteſt cum qualitate, ſeù promiſſione pœnæ pecuniariæ.*
25 *Remiſſio fieri, poteſt ſub conditione nè accedat ante ianuam, ſeù viam domus, vel reus ſtet abſens à Ciuitate per certum temporis ſpatium, & quid ſi perpetuò fuerit talis prohibitio facta, num. 26.*
27 *Remiſſio facta ſub tali conditione nè accedat ad Ciuitatem, vel non tranſire per talem domum, an indè ſuccedente contrarietate, compoſitio indè ſequuta valeat, limitatur nu. 29.*
28 *Pactum habitum in criminalibus, an tollat ipſo iure actionem.*
30 *Cauſa exigitur in compoſitione facienda.*
31 *Compoſitio in cauſa homicidij, an debeat fieri.*
32 *Pœna infligitur ſecundum delictum.*
33 *Pœna homicidij eſt pœna mortis.*
34 *Pœna auget delictum.*
35 *Pœna maior debetur ex maioritate delicti.*
36 *Sępiùs non debet quæri de eodem delicto.*
37 *Peccata ſemel dimiſſa in vltionem Deus non patitur, non tamen in abſolutione, ſed in cõpoſitione procedit.*
38 *Peccatum ſemel punitum, an iterum debeat puniri.*
39 *Pœna facit ſapientem.*
40 *Pœna vnius eſt metus multorum.*
41 *Pœna vnius, eſt multorum terror.*
42 *Delicta iuſtis pœnis puniri, non inhumanitas, ſed ſumma eſt humanitas.*
43 *Iudices debent ſecundum leges reos punire.*
44 *Punitus congrua pœna puniri non poteſt ampliùs, ſecus tamen ſi non congruè fuerit punitus, vt per exempla demonſtratur, & deciſum refertur.*

ARGVMENTVM.

Agitur de compoſitione delictorum facienda, quomodò, & qualitèr erit facienda, etiam ſi ritè facta non fuerit, an contra reum procedi poſſit.

CASVS

Digitized by Google

## CASVS V.

COntingit in eadem Regia Audientia Calabriæ Citra de alia notabili quæſtione diſſerere, hoc eſt, an ſi carceratus pro aliquibus criminibus ſi fuerit pro tribus homicidijs compoſitus à Barone cum partium remiſſionibus, inter quas aderat qnædam partis remiſſio conditionata, ne per certũ temporis ſpatium ibi habitaret, ſed abeſſet à patria, & in caſu contrarij remiſſio inualida redderetur, puniri potuiſſet, & iterũ ab alijs accuſari pro eiſdem delictis compoſitis, vel ſit deferendũ dictis cõpoſitionibus, & procedendũ quòad alia, & in primis dicebatur eſſe concludendum, quod reſpectu poteſtatis componendi, ſi eſſent Officiales Regij inconſulto Prorege, nequeũt componere delicta, ſi verò eſſent Officia-
1 les, quia eorum Barones habent in ſpecie in priuilegijs conceſsã poteſtatem componendi vigore quatuor literarum arbitralium cum poteſtate commutandi pœnas corporales in totum, vel in partem, vt optimè refert *Carau. in ritn 272. nnm.6.* & vt niſi ſpecificè hoc concederetur, non intelligeretur, *Capiblanc. de Baronib. tom.2. cap.27. num.8.*

Propterea de validitate iſtarum compoſitionnm nõ erat ambigendum reſpectu componẽtis, ſed bene erat inſpiciendum, ſi compoſitiones prædictorum delictorum ritè, & rectè proceſſerant, nàm
2 ſi contra formam inris, & Conſtitutiones factæ repetirẽtur, nulli dubium erit, quin nullæ eſſent, *Gram. voto 35. num.2. in fine.*

3 Et propterea multa erint conſideranda requiſita, quãdo ad compoſitiones delictorum deuenitur, quæ adducuntur per *Parid de ſyndic. verſ. quæro quæ ſint, cum alijs ſeqq. Grammat. d. voto 35. num.2.3. & 6. Campagn. in cap exercere volentes, num. 27.* & nouiſſimè *Carau. in d. ritu 272. Nnnt. Tartagl. in pragm. fin. de compoſit. à num.4. ad 14. Nouariut in rubr. pragmat. de compoſit. à nu.4. ad 15.*

4 Primò enim ante omnia exigitur partis remiſſio, *Carau. vbi ſupra num.3.* licet aduerſetur Ritus M. C. V. tamen ità ſeruatur quotidiè, vt remiſſio partis interueniat, *Paris vbi ſupra, verſ. quæro, quæ ſint, in fine, Grammat. ibidem nu.8. & 9. Camp. in cap. de peruerſo, num.8. Nunt. Tartagl. ibidem nu.4.* latè *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 53. num. 39. Nouar. in pragm. 1 num.7. de compoſit.*

5 Secundò exigitur, vt ſit iuſta cauſa componendi, *Caran. vbi ſupra num.4.* quas recollexit ibidem *Grammat. num.2. & 6. Nunt. Tartagl. vbi ſupra num. 8.*

6 Tertiò exigitur, vt compoſitio vendicet ſibi locum in caſibus de iure permiſſis, vt ibi *Carau. num.5.* poſt *Parid. eod. tract. verſ. tertio cum qnibus, ſub num.2. Camp.* latè *in d cap. exercere, num.2. & 5. Tartagl. ibidem num. 9.* non tamen in caſibus prohibitis, de quibus per *Capiblanc. in pragm 6. de Baronib. à num 79. ad 94. in vlt. compil. Goffred. à Bauo in praxi crimin. §. compoſitio, num. 27. Nouar. in d. rnbr. de compoſit. nu.3. & ſeq.* non tamen in caſibus exceptuatis, relatis per *Io. Laganarum ad Reg. Ronit. in rub. de compoſit. nnm.4.*

7 Quartò, quod Iudex ipſam faciat ante ſententiam, vel in ipſa ſententia, *Carau. ibi num.10.* poſt *Parid. verbo an facta compoſitione, num.4. Nunt. Tartagl eodem loco num.11. Godoff. à Bauo in praxi crim. §. compoſitio, n.50 & 20.* poſt verò ſententiam fieri prohibetur, *Mnta ad pragm. Sicil. tit.53. nu.16 & 17.*

8 Quintò, quod fiat de crimine liquidè probato, vel per teſtes, aut confeſſiones, latè *Carau. in ritu 276. Nunt. Tartagl. loco ſupra relato nnm.12.*

9 Sextò, quod cum ipſa compoſitio ſuccedit loco pœnæ legalis, ità *Godoff. à Bauo in praxi crimin. §. compoſitio, num.65.* & quod fiat modo tali, vt delictum non remaneat impunitum; nè fortè ob veniæ facilitatem, audacia creſcat delinquentiũ. *Carau. vbi ſupra num.12. cum ſeq.* ſed actenta qua-
10 litate perſonarũ loci temporis, & euentus ad compoſitionem deueniatur, *Nunt. Tartagl. loco ſnpra relato ſub num.12. verſ. ſexto, & vltimo,* & quid ſi pœna eſſet arbi-
11 traria, talis compoſitio ſit admictenda loco pœnæ ſaluo iure partis affirmatiuè, probat *Dom. Reg. Sanfelic. vbi ſupra num. 40.* & deciſnm refert in contingenti caſu.

Ijs igitur requiſitis interuenientibus compoſitio rectè admictitur, nec de ea ampliùs dubitari poterit, aut moleſtari delinquens.

At in caſu præmiſſo, ſi verè omnia cõſiderentur, ea videntur abeſſe, & ſuppoſita
12 ante omnia compoſitione facta per Barones cõſpicitur, quod ipſi vt annuit *Carauita in d. ritn ſupra relato num. 11.* in hac parte ſe habent, quod nedùm tali poteſtate merentur exui, ſed etiam tota iuriſdictione priuari, cum homicidas ferè omnes alijſquè criminibus inquiſitos, nullo aut modico dato concordent, imò qui in maioribus criminibus ſceleſtas manus, immiſerunt, *vt ibi per eum,* ad quod ſubdit *Capiblanc. in d. pragm. 6 de Baronib. num. 11.*
13 proh dolor, heu miſera temporis conditio,

tio, hęc poteſtas,hæc facilitas pœnæ tan-
tam confidentiam præſtat ad patrandā
delicta,vt tot, tantaq; mala quotidiè indè
eueniant, cum Barones largam anſam, &
habenas relaxauerint, ità vt in omni cri-
mine vbi adeſt bonum marſupium pecu-
niæ componunt, vbi alia ſubnectit, vndè
*Carau.d.ritu* 272.*num.6.* inquit in delictis,
14 non burſa, ſed perſona deliquit, & pœna
ſuos auctores teneat, quocirca Princeps
benè perpendere debet hanc facilitatem
indulgendi factam per Barones.

Quò verò ad perſonas compoſitas re-
fertur, quod tales compoſitiones prohi-
bentur fieri cum illis, qui non errore, ſed
malitia ducti,crimen committunt,& cum
15 illis,qui peccant aſſiduè,aut qui impuni-
tatem criminis veteris commiſſi, nō
emendationi, ſed conſuetudini deputa-
runt, *l.3.* C *de Epiſc audient.* vt refert *Paris*
*eodem tract. verſ. tertio cum quibus, in princ.*
& idem etiam tradit *Gram.d.voto* 35.*nu.*1.
16 vbi ſubdit *Paris nu.*2.quod peccator non
ſemper debet recipi ad gratiam, in caſu
autē noſtro non ſimplex delinquens erat,
ſed tribus vicibus homicidium patraue-
rat, & vnica compoſitione fuit à Barone
abſolutus,non tamen errore, ſed notoria
malitia affectus reiterauerat delicta ſimi-
lia, quare cum eſſet conſuetus delinquere
ex reiteratis actibus conſuetudinem de-
17 linquendi contraxerat; nàm conſuetudo
per binum actum inducitur, *l.nemo,* C.*de*
*Epiſc.audient.Gloſ.in* Conſtit. *Cum vniuerſis,*
*verbo conſuetudinem*, ponderando verba il-
lius Conſtitutionis ibidem relata: *Iterum ſi*
*temeritatem eandem reiterare tentauerit volen-*
*tes acerbiùs proſequi conſuetudinem delinquen-*
18 *di, puniri decernimus ſupplicio capitis contem-*
19 *ptorem*, talis enim conſuetudo delinquē-
di pœnam aggrauat, *Afflict.in* Conſtit. *Ma-*
*giſtros,num.*4. *Voluiſſent,*inquit tex.de pœn.
diſt.1. *iniqui ſi potuiſſent ſine fine viuere, vt*
20 *potuiſſent ſine fine peccare; oſtendunt, quia in*
*peccato ſemper viuere cupiunt,qui nunquàm de-*
*ſinuit peccare dùm viuunt,idcircò iuſtum vt ſine*
*fine puniatur, qui ſine fine peccauerit, cap. ſi Sa-*
*cerdos,in fin.de pæn.diſt.*1.quo fit, cum nō
eſſet ſpes emendationis, ſed potiùs in in-
finitum mala reiterare,hac ratione a&en-
ta compoſitio nullo iure ſubſiſtere pote-
21 rat,cum nulla trāſactio fieri debeat cum
hominibus malæ conditionis, *Afflict. in*
*proœm.Conſtit.*§ *nos itaq; num.*11.

Circa verò requiſita in compoſitione,
vt dictum eſt, neutiquam concurrere vi-
debantur in facto,& reſpectu primi requi-
ſiti,ſcilicet remiſſionis partium, cernitur
vnicam remiſſionē fuiſſe illicò poſt vnū
diem patrati homicidij factam, quæ non
carebat ſcrupulo metus, timoris, ac vio-
lentiæ.

22 Cum remiſſiones fieri debeant coràm
Iudice ad euitandū metum,probat *Dom.*
*Reg.Sanfelic. deciſ.*229. & debet fieri ſpon-
tè, *Danza de pugna Doctor. tom.*1.*de offic. Fi-*
*ſci num.*22. & per nouella pragmat.Comi-
tis de Villamediana edita die 9 Octobris
1651.fuit mandatum ſub pœna mortis nè
remiſſiones potentionalitèr nō petantur
per intermediam perſonam potentis, &
cōtra eos procedi debeat ad foriudican-
dum infra 20 dies,& ſi delictum plenè nō
ſit probatum, ſed per coniecturas,& indi-
tia per tres teſtes ſingulares. Alia autem
23 erat pactionata nè accederet in patriā
infra certum tempus, & ſi contrarium
actū eſſet remiſſio euaneſceret, & in hac
quæſtione erat inueſtigandum, quod re-
miſſio licet fieri poſſit cum aliqua quali-
24 tate,ſeù promiſſione pœnæ pecuniarię,vt
deciſum refert, *Vrſill. deciſ.*350.*ſub num.*5.
attamen quando eſſet facta ſub conditio-
25 ne nè accederet ante ianuam offenſi, vel
viam, vel vt ſtaret per aliquod temporis
ſpatium extraCiuitatem ſine licentia ali-
cuius, quod non valeret in hoc caſu, tra-
dit deciſum fuiſſe per S. C. *Vinius in eius*
*ſylua commun. opin.in opin.*574. *num.*14. vel
26 ſi eſſet perpetua prohibitio nō acceden-
di ad patriam, vt quoquè deciſum refert
*Reg Rouit in pragm.*7. *de compoſit. num.*17.
ſed ſi ſimplicitèr eſſet factum tale pactum
ſub aliqua promiſſione expenſarum, vel
intereſſe, ne per annum accederet ad Ci-
27 uitatem, vel non tranſire per talem do-
mum,ob quod fuerit facta compoſitio, ſi
contrarium fuerit actum per inquiſitum,
concludit *Carau. in ritu* 275.*nu.*12. ex quo
per talem remiſſionem dicetur accuſator
deſiſtere,& in Turpillianum incidiſſe,imò
vt tradit *Paris in verbo an ſi compoſitio, n.*2.
28 quod pactum habitū in criminibus tollit
ipſo iure actionem, tamen limitat *ibi Ca-*
29 *rau.* illam concluſionem non procedere,
quotieſcumq; remictens, non dùm quę-
rulaſſet,vel quęrulaſſet,& remicteret ante
litis conteſtationē, & dationem fideiuſ-
ſoris, tunc enim per remiſſionem non di-
ceretur deſiſtere, nec in Turpillianum in-
cidiſſe, & *ſubdit ibi num.*13. quod in caſu
contrauentionis licitum erit agere,& ſuā
quęrelam proſequi,& inſiſtere,quando nō
obſeruando promiſſa, incidit in pœnam
promiſſam in inſtrumento,ergò ex ijs vi-
detur iſta remiſſio corrui.

30 Citea

Digitized by Google

30 Circa Secundum requiſitum cauſæ di-
cebatnr, quod etſi debeat talis compoſi-
tio regularitèr concedi, ex traditis per
*Parid d.verbo quæro, quæ ſint,* tamen cauſa
potiſſimùm exquiritur concedendi, quæ
ni fallor abeſſe videbatur in hoc facto, vt
demoſtrabatur.
31 Quòad Tertium requiſitum hoc eſt, vt
in caſu cōponibili fiat, & licet caſus ho-
micidij ſit exceptuatus, vt per eundem
*Parid.verſ.tertio cum quibus, num.*2. tamen
contrarium ſeruatur de conſuetudine, ex
quo homicidia regularitèr componun-
tur per Barones, ac etiam per Officiales
Regios præuia licentia Proregis, vt ad-
uertit *Ioan.Laganar.ad Reg.Rouit. in rubr.de
compoſit.num.*5. reſpectu aſſertæ cauſæ non
dubitabatur, vt compoſitio fieri potuiſſet
non tamen pro tribus homicidijs, quod
ſatis abſurdum videbatur.

Reſpectu Quarti requiſiti non dubita-
batur, quia ante ſententiam compoſitio
fuerat facta, & ſimilitèr quòad Quintum,
qnia benè de criminum extabat clata
probatio,

Sed reſpectu vltimi requiſiti, quod fiat
compoſitio modo tali, vt non remaneat
impunitum, nè ampliùs audacia delin-
quendi oriatur, non alitèr videbatur ob-
temperatum, nàm quęnam punitio reſul-
tauerat pro tribns homicidijs cōpoſitio-
nem factam fuiſſe pro triginta ducatis,
nonne maior andacia in futurū creſcere
videbatur, vt experientia comprobatum
eſt, pœna enim infligitur ſecundum deli-
ctnm, *Gloſ.in cap.ſi qui Epiſcopi,in fin.* 1.*q.*1.
32 nàm par delictum, parem exigit pœnam,
*l.ſi quemquam, C.de Epiſc.& cler. Gloſ.in au-
thent vt frat. filij,&c. verſ. proximas,* & pro
33 pœna homicidij, extat pœna mortis, ex
*Conſtit. Regni Terminum vitæ,* & pœnam au-
34 get delictum frequens, *l.capitalium, § ſo-
lent,ff.de pœn. Gloſ.in l.*2. *ff.de ijs,qui ſunt ſui.
vel alien. iur.* ideò non tantùm actenta de-
35 licti grauitate, ob quod pœna maior de-
betur ex maioritate delicti, *Gloſ. in §.item
lex Iulia, Inſtit.de publ .in d.verſ. in tertiam,*
ſed etiam ob reiterationem talium deli-
ctorum, quocirca pœna erat augendo iſto
delinquenti, qui nō contentus de talibus
delictis commiſſis alia peſſima, & grauio-
ra patrare non deſijt, ſicq; ex ijs compo-
ſitio ſnblatis ſubſtantialibus non mili-
tabat.

Remanſerat demùm videre, qualitèr
cum iſte inquiſitus compoſitus fuerat, &
talis compoſitio ſuccedit loco pœnæ le-
galis, vt dictum eſt, & ſoluerat pœnam
pecuniariam inflictam, iuſtum non vide-
batur, iterùm puniri debere pro eiſdem
delictis, *Non enim debet ſepiùs de eodem deli-
cto, ſepiùs quæri, l Senatus, ff de accuſat.* nec
36 Deus punit bis in idipſum, *cap.ſceleratior,*
§.1 *.de pœn diſt.*2. & peccata ſemel dimiſſa
37 in vltionem Dens non patitur, *Paris dicto
verbo an ſi compoſitio ſub num.*1. & ità fitmi-
ter tenet non ſolùm in abſolutione, ſed
etiam in compoſitione, *Carau.in ritu* 272.
*num.* 27.

Reſpectu primæ rationis reſpondit *Ca-
rau.d.ritu* 272.*n* 6. quod in cōpoſitionibus
perſona deliquit, non burſa, quaſi vellet
dicere, quod perſona debet puniri, nō an-
tem burſa, tùm quia iſta compoſitio eſt
permiſſa, & ſuccedit loco pœnæ legalis,
38 erit videndum, ſi ampliùs puniri debue-
rat, & reperi *Gloſ. in d. cap. ſceleratior,* §.1.
*verſ.bis in idipſum,* quæ multos dat intelle-
ctus ad verba prædicta, & principalitèr
dicit, quod quando peccatum non ſit ſuf-
ficientèr punitum in hac vita, iterùm pu-
niri debet in alia vita, at ſi apud Deum
talis obſetnantia admictitur, qnanto ma-
gis apud homines militare debuit, inte-
reſt enim Reipnblicæ delicta puniri, vt
dictnm eſt, ne remaneant impunita, poſt-
39 quàm pœna reſpectu delinquentis, multū
operatur cum ipſa pœna ſapientem eum
facit *Gloſ.in cap.nuntiatum,verſ.in ſe* 84.*d.&
in cap.viduas,verſ.manus* 27.*q.*1. & metu pę-
na quis bonus fit, *Gloſ.in l.*1. *ff.de iuſtit. &
iure,* §.2. *& in §,quod ſi, verſ.facilia, Auth.vt
ij, qui oblig.*

Reſpectn aliorū pœna vnius metus eſt
multorū, *Gloſ.in l.*1.*ff. ne quis eum,verſ.metu,*
40 & pœna vuius, eſt multorum terror, *Gloſ.
in § ſi quis autem, Auth. de mand. Princ. verſ.*
41 *ſupplicium,* & pœna vnius, non debet eſſe
premium alterius, *Gloſ in cap fin. verſ.iniu-*
42 *ria, diſt.* 56. Sed benè pœnis iuſtis puniri
flagitioſos, non inhumanitas, ſed ſumma
eſt humanitas, inqnit *Gloſ. in cap. eos verò,*
43 *diſt.* 50. poſtquàm Iudices debent ſecun-
dum leges delinquentes punire, § *qui ve-
rò, Auth.vt nulli Iudic.&c.* quinimò ex hoc
44 ſubſequitur, quod ſi delinquens fuerit
condigna pœna punitus; certū erit, quod
vlterius pnniri non debet, ſecus tamen
ſi mitioni pœna plecteretur, vt quotidiè
ſeruari, annuit *Iul.Clar.in* §.*fin.quæſt.*57.*nu.*
12. vbi refert ita fuiſſe iudicatum, ſub-
dens pręuio *conſ.Caſtr.*148.*lib.*1. quod qui-
dam qui fecerat compoſitionem cum Vi-
cario Epiſcopi pro adulterio poterat nō
obſtante compoſitione iterum puniri, &
inquiri, & idem tradit *Camp. in cap. item ſi*

*quæ in nu.*15. vbi allegat *Felyn. in cap de iis, de accuſat. & Roman. conſ.*213. vndè *Gram. d. voto* 35. refert ità fuiſſe iudicatum in M.C.V. & damnatum inquiſitum ad vltimum ſupplicium non obſtantibus indultis obtemptis pro diuerſis homicidijs à duobus Baronibus, licet remiſſiones partium abeſſent, quocirca per ipſam Regiã Audientiam fuit determinatũ vt contra eum procederetur ad vlteriora, & inde tortus, non tamen confeſſus de menſe Februarij 1612.

*SVMMARIVM.*

1 Pragmat. 12. de exulib. *aſſertur, & ponderatur.*
2 *Termini coarctatio ad ſorindicandum, an per ſtatutum fieri poſſit, & quid in arduis conſis.*
3 *Forindicatus in ſortijs exiſtens, in omnibus audiri debet.*
4 *Incuſatio contumaciarũ ad accuſatores ſpectat.*
5 *Contumaciæ incuſatio exigitur de neceſſitate.*
6 *Accuſatio contumaciarum per principalẽ ſibi, & Fiſco operatur.*
7 *Contumaciæ quando in iudicio accuſantur, vocantur partes.*
8 *Contumaciæ non accuſantur regulariter de conſuetudine, cum ſufficiat, quod reus citatus non comparuerit.*
9 *Fiſcus ex contumacia, & negligentia accuſatoris non excluditur ad procedendum contra reum.*
10 *Contumacia prima, & vltima incuſantur per Fiſcum, etiam ſi adſit accuſator.*
11 *Contumacia prima incuſata elapſo termino, incuſatur vltima, & interponitur decretum.*
12 *Contumacia incuſata nõ ſeruato ordine iuris, eſt nulla.*
13 *Mulcta non acquiritur ex contumacia teſtium incuſata in ciuilibus.*
14 *Pœna Fiſco acquiritur in liquidationibus inſtrumentorum præuia incuſatione contumaciæ per creditorem facta.*
15 *Contumax pro confeſſo habetur regulariter, quod limitatur, num.*17.
16 *Fiſcus tenet locum accuſatoris in criminalibus.*
18 *Contumaciæ prima, & vltima, vt plurimum accuſantur per Procuratorem fiſcalem, & querulantes.*
19 *Fiſcus nunquàm conſtituitur in mora in accuſandis contumacijs.*
20 *Citatio non poteſt per Principem tolli.*
21 *Contumax ſatis dicitur ſi infra terminum ſtatutum non comparuerit.*
22 *Ordo incuſandi contumacias inuentus eſt de Iure Regni, ſecus tamen de iure communi, quo iure tres erant neceſſariæ citationes, & num.*25.
23 *Citatio vnica ſufficit de Iure Regni expectato triduo, & num.*26.
24 *Sententia ſorindicationis antequàm feratur, ſufficit vt quis ſit citatus, & poſtea bannitus, & iterum citatus ad ſe excuſandum, ſi citatio contineat peremptorium.*
27 *De iure communi inobedientes non multabantur, ſi non comparuerint, neque incuſabantur contumaciæ.*
28 *Pœna nouem vntiarum erat in Regno impoſita contra inobedictes nolentes comparere.*
29 *Incuſatio contumaciarum inuenta eſt ex diſpoſitione Ritus M.C.*
30 *Princeps non poteſt diſpenſare contra legem poſitiuam.*
31 *Princeps vtitur libero arbitrio in iis, quæ ſunt iuris poſitiui.*
32 *Princeps in iis, quæ ſunt iuris ciuilis diſpenſare poteſt cauſa ſubſiſtente.*
33 *Intereſt publicè, vt banniti occidantur.*
34 *Proceditur ad modum belli in Regno contra bannitos, & ex abrupto.*
35 *Foruſciti dicuntur hoſtes publici, inquietatores pacis, contemptores iuſtitiæ.*
36 *Graſſatores dicuntur latrones, & ſunt verè foruſciti.*
37 *Sollemnitates iuris ciuilis procedendi contra bannitos ſunt ſublatæ ex modo militari procedendi.*
38 *Solemnitas iuris ciuilis non obſeruatur bannitis.*
39 *Conceſſo modo procedendi ex abrupto, vel militari modo, ceſſat modus procedendi ordine iudiciario, qui non ſeruatur contra eos.*
40 *Violentia eſt iuri naturali contraria, & reprobata à regulis iuſtitiæ.*
41 *Capientes homines per vim, capitali pœna plectuntur.*
42 *Poteſtas militaris loquitur de omnibus violentus.*
43 *Citatio debet continere terminum comparitionis, aliàs non erit valida, num.*44.
45 *Terminus præfigitur ſecundum diſtantiam locorum.*
46 *Citatio erit nulla, ſi breuẽ terminum ad comparendum contineret.*
47 *Citatio ad informandũ operatur vt reus perſonaliter compareat.*
48 *Contumacia vltima incuſatur in vltimo die comparitionis.*
49 *Terminus dierum quatuor præfiſſus à Pragmatica, ſi accuſarentur contumaciæ illum excederent.*
50 *Omiſſum habetur pro omiſſo.*
51 *Rex poteſt ex cauſa leges tranſgredere.*
52 *Citatio agnatorum debet fieri iuxtà formam*

iuris

*iuris traditam, aliàs eſſet nulla.*

53 *Reus comparens poſt citationem nullam, illum conualidat.*

54 *Sententia foriudicationis annullatur per incuſationes contumaciarum nullitèr factarum, et ita deciſum.*

## ARGVMENTVM.

Agitur de validitate citationis ad foriudicandũ ſi non fuerint contumaciæ incuſatæ, aut tantùm prima ommiſſa, ſecunda & quid ſi per Fiſcum, & nõ per accuſatorem incuſatę fuerint.

### CASVS VI.

EXtat Regia Pragmatica ſituata in *tit. de capient. hom. per vim*, qua mandatur contra inferentes vim hominibus ad extorquendam remiſſionem, aut pecuniã, capitali pœna eſſe puniendos, & hoc quantum ſpectat ad pœnam, quantũ verò ſpectare videatur ad modum procedendi in dictis delictis alia fuit ſuperad-
1 dita *Pragmatica Ill. Comitis Oliuares regiſtrata in pragm. 12. de exulib. vbi confirmatur* pœna prædicta, & poteſtas procedendi contra tales delinquẽtes conceſſa omnibus Officialibus demanialibus, & Baronalibus ſub compendio reſtringitur in damnum ipſorum, at ſi eſſent citati per eoſdem Officiales, & infra terminũ, quatuor dierum non comparuerint, illo tùnc pro contumacibus, & foriudicatis habeantur, & pro talibus habeantur, & ita iudicantur, & reputentur, ac ſi eſſent per ſententiam declarati, ità quod impunè occidi poſſunt, & ſi contingerit ipſos viuos haberi in fortijs Curiæ pœna contra ipſos impoſita exequi debeat, ac ſi verè fuiſſent foriudicati, non obſtante *Conſtit. Regni Grandis vtilitas*, quæ ſiquidèm citatio vt fundetur, ordinatur, quod inditia ſint ſufficientia ſicut in alijs delictis, iuxtà Regni ſtabilimentum ad citari faciendum..

Iàm occurrit in eadem Regia Audientia Calabriæ Citra differere de caſu notabili, quod quidam dùm reperiretur inquiſitus de hoc tentato recactu per vim, verùm quia illud habere nõ potuiſſet, interfecit detemptũ per vim, ob quod fuit citatus, & indè foriudicatus eumquè captus fuiſſet, & in fortijs perſiſteret, circũſcripta priùs iſta termini coarctatione, quod non valeat exiſtente ſtatuto illam coarctante, vt tenet *Afflict. in Conſtit. Pœnam*
2 *eorum, num. 53.* tamen in cauſis arduis indiſtinctè ſeruatur, vt poſſit quis foriudicari abbreuiato tempore; *Præſ. de Franch. deciſ. 213. num. 35.* & hoc tempus abbreuiatur ad beneplacitum Domini Proregis ſtãte eius ampliſſima poteſtate, *vt ibi ſubdit nu. 36.* nihilominus ex parte ipſius rei inficiebatur contumacia facta contra ipſum, & non eſt dubium, quin foriudica-
3 tus exiſtens carceratus, poſſit ſua iura proponere aduerſus contumaciam contractam, & in omnibus audiri per ea, quæ tradit prædictus *Præſ. de Franch. deciſ. 674.* & propterea dicebatur contumaciam nõ fuiſſe ritè, & rectè contractã, ex quo tantùm prima contumacia fuerat incuſata, quæ nec etiam accuſari potuerat eo die ob diſtantiam loci, nec fuiſſe obſeruatũ ordinem in accuſatione illius. Primò,
4 quia dùm adſit querela partis, ad ipſam ſpectabat incuſationem facere, nõ tamen ad Fiſcum, vt concludit *Foller. in praxi crimin. rubr. accuſent. contumac. nu. 10.* poſt *Bartholom. de Capua in Conſtit. Pœnam eorum*, loquentem in criminalibus, & òptimè *Affl. in Conſtit. Pœnam nouem vntiarum, ſub nu. 11.* inquit ſeptimo, & vltimo quæro, an ad hoc vt iudex poſſit procedere ad hanc condemnationem tertiæ partis requiratur, quod pars accuſet contumaciam, vel ſufficiat quod conſter, & ꝙ fuit citatus,
5 & non comparuit die, quod de neceſſitate requiritur, quod ſit eius contumacia accuſata, ex *Anchar. Bart. & alijs ibi citatis*, ad quod *Andr. in Conſtit. In pecuniarijs, col. 6. verſ. at in eo*, inquit, nec eſt mirùm, ſi accu-
6 ſatio contumaciæ per principalem operatur ſibi, & Fiſco, & melius hoc idem probat *Carau. in ritu 218. num. 5.* quem ſequitur *Horat. Perſ. conſ. crim. 27. nu. 15.* quod neceſſariò erit incuſatio partis pro con-
7 trahenda contumacia contumacię quando incuſantur in iudicio, vocantur partes, *Muta in pragm. Sicil. tit. 29. num. 21.*

8 Quanquam alij putent de conſuetudine regularitèr contumaciæ non accuſari, ſed ſufficit, quod ex actis conſtet, quod reus citatus non comparuerit, ſed contumax fuerit, ex multis probat *Caball. reſol. crim. caſu 110. num. 13.*

Eo ampliùs, quia Fiſcus ſemper poterit procedere in criminalibus, licet interueniat accuſator, & dicitur magis dominus

cauſæ criminales, quam priuatus accuſa-
9 tor, adeò quod Fiſcus ex contumacia, &
negligentia accuſatoris non excluditur
ad procedendum contra reum accuſatũ,
nec illi fit præiudicium, vt diſſerit *Maſtr.
deci* 213.quocirca videbatur potiùs Fiſco
incumbere onus accuſandi contumaciã,
10 quam parti accuſare,& ſic incuſatur pri-
ma, & vltima contumacia per Fiſcum,
etiam ſi adſit accuſator, probat *Ang.Scia-
loya in praxi foriudicator.cap.7.num.5.*
11 Secundò dicebatur,quod quatenùs Fi-
ſco competeret hoc ius incuſandi contu-
maciam, nõ tamen fuerat ſeruatus ordo,
ex quo prima tantùm contumacia reper-
ta fuit incuſata, & non vltima, etenim in
Regno noſtro poſt incuſationem primæ
contumaciæ expectatur triduũ. quo elap-
ſo, incuſatur vltima contumacia Curia
pro Tribunali ſedẽte, & interponitur de-
cretum iuxtà *ritum M. C. V.* 224. *Foller.
vbi ſupra num.*1.*Marant.in ſuo ſpec. par.6.de
citat.num.*68.*Carau.in ritu* 80.
12 Ea propter cum non fuerit contuma-
cia incuſata, non ſeruato ordine iuris,
ipſo iure erit nulla, *Gram. conſ.*37.*num.*4.
*Angel.Scialoya vbi ſup.num.*4.*&* 6.
13 Ex aduerſo ex parte Fiſci dicebatur
prædicta concluſa per *Foller.vbi ſup* non
militare ex eo,quia *Afflict.in Conſtit. In pe-
cuniarijs, ſub nu.* 31. ab eo allegatus loqui-
tur in contumacijs teſtium in cauſis ciui-
libus,in quibus nunquàm multa acquiri-
14 tur Fiſco, niſi parti interſit, vt ſupra di-
ctum eſt,& practicatur in liquidationibus
inſtrumentorum,vt diſſerit *Galter.in praxi
inſtrument.par.*3.*rubr.*3. *per totam,* & paritèr
in cauſis ciuilibus *Marant. d. ſpecul. par.*6.
*rubr. de contumac. num.*15. ſecus tamen in
15 criminalibus, nàm Fiſcus tenet locum
accuſatoris,*Carau in ritu* 20.*num.*1. in tan-
tum eſt verum,quod *Carau. in ritu* 123.*ſub
num.*5. inquit, quod licet ex *Conſtit. Regni*
16 *Pœna eorum,*contumax non comparendo,
habetur pro confeſſo, cum alijs adductis
ab *Angel. Scialoya in praxi foriudic. cap.*13.
*num.*1. *&* 5. tamen limitatur nõ procede-
re, vbicumque ex officio procederetur,
17 quoniam tunc ſufficit reum nõ compa-
ruiſſe in termino,licet contumacia accu-
ſata non fuerit, & ſequitur tamen in pra-
ctica ſeruatur in hoc Regno, in quo ſem-
per contumacia accuſatur,ſiuè ex officio
procedatur, ſiuè ad querelam ad inſtan-
tiam Fiſci, aut partis; imò plus ſeruatur,
18 quod vt plurimum contumaciæ tàm pri-
ma, quàm vltima accusãtur inſtante pro-
curatore fiſcali, quia omnes citationes,
quæ expediuntur, etiam ſi adſit accuſator
dicant ad inſtantiam omnem Regij Pro-
curatoris fiſcalis, & talis querulantis in
tantum quod licet accuſator nõ compa-
reat,poſteà ad accuſandum Fiſcus proſe-
quitur per *Cap. Regni Ad conſultationem,* in
caſibus,in quibus poteſt ex officio proce-
di, ex *Par.& Camp.ibi relatis.*
19 Secundò non obſtabat, quod non fuit
ſeruatus ordo,nàm Fiſcus nunquàm con-
ſtituitur in mora in cõtumacijs accuſan-
dis,iuxtà *pragm.*5.§.2.*de citan.*
Ad ſedandam igitur hanc altercatio-
nem dicebatur eſſe procedendum iuxtà
ordinem traditum per *d. Reg. pragmat.* &
primo cum in *d pragmat.* dicatur tales de-
linquẽtes eſſe ante omnia citandos,quod
fuit ſeruatum, dùm fuerant citati ad in-
formandum, etenim cum citatio ſit de
20 iure naturali, per Principem tolli non
poteſt, vt refert *Marant. par.*6.*verſ. citatio,
num.*3. imò Princeps in *d.pragmat.* aduer-
tit,vt talis citatio fundetur ſuper inditijs
talibus ſufficientibus, ſicuti in alijs cri-
minibus exquiritur iuxtà Regni ſtabili-
mentum.
Quò verò ad ordinẽ incuſationis con-
tumaciarum, & ſi non fuerit ordo ſerua-
tus,vel non omnes contumaciæ incuſatæ,
adhùc non poterat rei prætentio milita-
re,dùm Princeps in ipſa *pragmat.* nullum
verbum faciat de contumacijs accuſan-
dis ordine ommiſſo, ex quo ibi dixerat
non comparentibus infra quatuor dies,
ſint contumaces, ac foriudicati, ſicuti
fuiſſent per veram ſententiam condem-
nati, & ex nũc pro tùnc ibidem condem-
nantur, ergò tollit ordinem incuſandarũ
21 contumaciarum, poſtquàm contumax
ſatis dicitur, qui per hanc pragmaticas
vocatur, ſi infra terminum ſtatutum non
comparet,*Carau.in pragm.*1.*num.*25.*de exu-
22 lib.* ordo enim incuſandi cõtumacias in-
uentus eſt de Iure Regni per *Ritum allega-
23 tum,* non autem de Iure communi, quo
iure tres citationes requirebãtur pro pe-
remptorio,nec ſufficit vna pro omnibus,
probat ex multis *Angel. Scialoya vbi ſupra
num.*6. in Regno tamen vnica,tantùm tri-
duo expectato *Marant. d.par.*3. *ver.citatio,
num.*68.ad quod ipſe *Scialoya vbi ſup.* ſub-
24 dit, in Regno antequàm feratur ſenten-
tia foriudicationis ſufficit vt quis ſit ci-
tatus,& poſteà bannitus,& iterum citatus
ad ſe legitimè excuſandum,& hoc verùm
ſi prima citatio contineat peremptoriũ.
dicit *Afflict. in Conſtitut. Pœnam eorum, poſt
num.*19. *&* 37. nàm licet de Iure commu-

25 ni

Digitized by Google

25 ni requirantur tres citationes, vt in *d.l.*
*properandum cum ſeq. ff. de iudic.* tamen in
26 Regno noſtro fit vna citatio cum peremptorio pro tribus, quæ habet vim trinæ
citationis *Conſtit. Edictorum*, vbi *Afflict.* &
docet *Foller. pract. crim. par. 4. rubr. & ſi confitebuntur, nu. 16. & rubr. vel eos, verbo cit. fac.*
*num.* 5. hęc ille, & attenta tali diſpoſitione iuris cōmunis inobedientes non mul-
27 ctabantur ad pœnam contumaciæ contractæ in non comparendo, neq; incuſabantur contumaciæ, & ità olim practicabatur in *l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit*, vbi
pœna iuxtà poteſtatē Iudicis taxabatur,
28 quemadmodùm olim in Regno erat pœna nouem vntiarum, *in Conſtit. Pœnam nouem*, in qua *Conſtitut. alia ſtatuitur pœna*,
verùm circa iſtā ſollemnitatē ordinis accuſandi contumacias, quę inuenta fuit ex
*d. Ritu*, & de cōmuni ſtylo ſeruatur, & ſic
de iure ciuili poſitiuo introducta; dùm
29 appareat ex verbis ipſius Pragmaticę nō
eſſe neceſſarium ordinem incuſandi, ità
intelligendum erit, quoniā Princeps hoc
30 facere nō ambigitur, Princeps enim poteſt contra legem poſitiuam diſpenſare,
*Afflict in d. Conſtit. Pœnam eorum, num.* 52. &
vtitur libero arbitrio in ijs, quæ ſunt iuris
poſitiui, *idem in Conſtit. Inſtrumentorum, ante*
31 *num.* 30. & licet in Principe non præſumatur libera voluntas quando reſcribit
contra ea, quæ ſunt iuris naturalis, ſeù iuris gentium, contra quem non poteſt li-
32 berè actum facere, attamen ſi contra ea,
quæ ſunt iuris ciuilis, ſecus erit, & ideò
eo caſu requiritur, quod cauſā exprimat,
& quod ſit iuſta *Gramm. deciſ. 65. num.* 32.
cauſa enim potiſſima eſt vtilitas publica
ad extirpandum delinquentes, publicè
33 enim intereſt, vt banniti occidantur, *Carau. in d. pragm. 1. de exulib. num.* 161. & pro-
34 pterea cum contra eos procedi mandatur ad modum belli in Regno, vt refert
*Io. Grand. de bello exulum, de ſubſtātia quæſt. 1. nu.* 12. vel ex abrupto, vt refert *Maur Burg.*
*de modo procedendi ex abrupto, in præfat.* Ex
35 quo ipſi banniti, ſeù foruſciti dicuntur
inquietatores pacis, & quietis, dicuntur
inimici, & hoſtes publici, & Regis ſunt
proditores publici, & Regis dicūtur con-
36 temptores Iuſtitiæ, dicuntur graſſatores,
dicuntur latrones, & vigore Regiorum
Bannorum ſunt verè foruſciti, & refert
*idem Io. Grand. eodem tract in prædicamento de*
*qualitate, quæſt.* 1 ſubſequitur, quod atten-
37 to tali modo procedendi contra eos ſollemnitates Iuris ciuilis in probatorijs, &
deciſorijs iudicij militaris ſunt ſublatæ,
vt *idem Io. Grand. eod. tract. in prædicam. quando, quæſt. 1. num. 4. & ſeq.* probat, & ſic ban-
38 nitis non obſeruatur ſollemnitas Iuris
ciuilis, *Danza de pugna Doctor. tom. 2. de armat. per Campan. cap. 6. num.* 1. ſicuti conceſ-
39 ſo modo procedendi ex abrupto, paritèr
talis modus non ſollēnitates reſpicit, ſed
prętermiſſo ordine iudiciario, *Maur. Burg.*
*d. tract. q. 1. 2. & 3.* nàm contra eos eſt ordo
non ſeruari, *Io. Grand. d. tract. in ſpeciali* 58.

Et quia per ſupra allegatam *Pragmaticam capientes homines per vim* ab eis extorquentes aſſimilari videntur bannitis, foruſcitis, atquè foriudicatis; nàm omnis
40 prędatio, & inuaſio quęlibet violenta iuri
ſunt naturali contrarię, & à præclarę iuſtitię regulis reprobatę, vt dicitur in *Cap.*
*omnis prædatio*, qua de re priſcis tempori-
41 bus contra tales capientes alios propria
auctoritate, vel eorū bona fuerit poſt capturā ipſorū iuſsū capitali pœna per ſententiam damnari, vt in *Cap. cōtra effrenatas*,
quantò magis in caſu relato à *d. pragmat.*
& ampliùs ſuccedēte homicidio, aut alia
42 offenſione, nàm talis poteſtas militaris
loquitur de omnibus violentijs, *Io. Grand.*
*d. tit. de qualitate, quæſt. 2. num.* 6.

Secunda ſe offerebat nullitas oppoſita
per reum aduerſus ſententiam foriudicationis, ex eo quia inquiſitus cum fuiſſet
citatus, & prima die ſequenti contra ipsū
incuſata prima contumacia, non poterat
ad vltimam deueniri, cum eius domicilium erat extra Ciuitatem, & ab ea longè
43 diſtans vltra dietā, idcircò debebat præfigi competens terminus ad comparendum; nàm citatio licet continere debeat
44 terminum comparitionis, *Troyſ. in prag. 2. num. 9. de ord. Iudic.* & ſi certum terminum
non contineret, non erit valida, *Carau. in*
45 *ritu 123. num. 9.* prorogatur tamen terminus ſecundum diſtantiam locorum, *Scaglion. in ritu 69. num. 5.* & ſic congruū tempus *Foller. in praxi crim. rubr. vel eos verbal. cit. fac. num. 22. eundem Berard. Porrus in addit. ad Ambroſ. in proceſſu Iudic. lib. 5. cap. 2.*
46 *in princ.* nàm ſi contineret breuem, & impoſſibilem terminum ad comparendum,
erit nulla, *Carau. vbi ſup. num.* 3.

47 Vndè cum talis citatio ad informandum operetur, vt inquiſitus perſonalitèr
compareat, inquit *Foller. d. praxi rubr. vel eos, verbo citat. faciat, num. 8. & 9.* neutiquā
comparere poterat in Regia Audientia
attenta loci diſtantia, ac termini breuitate, nàm in praxi receptum eſt, quod dùm
quis citatur, ſi enim habitat in Ciuitate
vbi iudicium agitatur, citatur vna die

pro

pro alia ſequenti, & indè expectatur.

Lapſus trium dierum continuorum, quibus elapſis incuſatur vltima cõtumacia, ſi verò eſſet extra Ciuitatem iudicij agitati, & ſic infra Regnum debet inſeri tantùm tempus in citatione, infra quod poſſit commodè comparere attenta di-
48 ſtantia loci, & in illo vltimo die comparitionis debet incuſari vltima contumacia, *Marant in d ſpecul in 6 par.de citat. n.67.* ergo attenta diſtantia loci, non alitèr apparente dilatione ad comparendum, redditur nulla citatio. *Foller. vbi ſup. nu. 22.*

Sed replicabatur hæc omnia corruere, & Primò, ſi ordinem iuris attendamus
49 terminus dictæ Pragmaticæ redderetur cluſorius, dùm in ea præfigitur terminus quatuor dierum, & ſi contumaciæ accuſarentur, excederent terminum dierum prædictorum, iuxtà computationem traditam per *Marant. vbi ſupra.*

Secundò, ſi enim Princeps voluiſſet ordinem iuris ſeruari, vtique dixiſſet, atta-
50 men dùm fuit ommiſſum, ommiſſum habetur pro ommiſſo, *Gloſ. in l. ſi cũ iudicio, §. iniuriarum, verſ. omiſſa, ff ſi quis caut.* & ſic de eo non erit ampliùs diſputandum; ſed ſeruandus ordo traditus in ipſa Pragmatica, vt tales delinquentes citentur, & ſi infra quatuor dies nõ comparuerint, ſint contumaces, & foriudicati ſicut per ſententiam, ità quod poſſint impunè occidi, & ſi viui caperentur, ſententia contra eos
51 lata exequi debet; Rex enim poteſt ex cauſa ordinaria leges trãſgredere, *Carau. in d. pragm. 1. num. 4.* nàm cõtumacia contrahitur per citationem præcedentem, probat *Scialoya d caſu 7. num. 4.*

Demùm etiam videbatur inquiſitus ſe fundare in citatione agnatorum contra formam traditam per *Praſ. de Franch. deciſ.* 514. tùm quando agnati compa-
52 reant vti citati, illa citatio nulla, & inualida reuiuiſcit ſimilitèr in reo, hoc
53 procederet quando comparuerit poſt citationem, vbi *ibi de Franch. numer. 4. 8. & 9.* concludit *Scialoya d. praxi cap. 5. num. 23.*

Tandem deciſum fuit per ipſam Referente quondam meo Conſobrino Franciſco Antonio Salinas illius Auditore, quod ſuſpenſa executione ſententiæ foriudicationis audiretur inquiſitus, penès Villanum Actuar. & vt mihi innotuit ratio fuit illa, ex quo in citatione non fuit ſeruatus ordo *d. Reg. Pragmat.* & in dicta citatione fuit incluſa citatio alia ad foriudicandum citatis agnatis, & cognatis,
54 & non cõgruentèr fuerunt incuſatę contumaciæ, ad quod facit *deciſ. eius Praſ. de Franch. 677.* vbi referr deciſum, quod fuit annullata ſententia foriudicationis per incuſationẽ contumaciarum nulliter factarum, cum igitur tale iudicium criminale non fuerat iuxtà formam *d. Pragmat.* cęptum, ſed ordinariè, eodem modo terminare debuerat ſeruatis ſeruandis, & in quibus alijs cauſis talis ſententia nulla, & inualida reditur, agit præfatus *Scialoya in eadem praxi cap. 12 à num. 31. cum ſeq. cap. 4. num. 6. & cap. 2. à num. 26. & ſeq.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Rex poteſt ex cauſa traſgredere leges.*
2 *Prorex concedit poteſtatem occidendi famoſos bannitos perturbantes Regni quietem.*
3 *Prorex poteſt omnia exorbitantia cum Collat. Conſ. ex cauſa publicæ vtilitatis.*
4 Pragmat. 1. de capient. hom. per vim, & pragm 10. de exul. *ponderatur.*
6 *Statur dicto damnum paſſi de rebus amiſſis.*
5 *In claris non eſt opus coniecturis.*
7 *Teſtes familiares domeſtici admittuntur in crimine furti, maximè tempore nocturno, nu. 8.*
9 *Malus ſemper præſumitur eſſe malus.*
10 *Conſuetudo delinquendi inducitur per binum actum.*
11 *Mala fama in conſueto furari, inditium facit.*
12 *Conſuetudo delinquendi quando facit inditium.*
13 *Latro ex vno actu non dicitur, ſed per pluralitatem.*
14 *Conſuetus delinquere, & mala fama quando dicatur.*
15 *Nulla maior probatio, quam oris confeſſio.*
16 *Iudex inconfeſſo nulla partem habet, niſi in condemnando.*
17 *Reus per reuocationem poſſeſſionis non videtur in ea perſeuerare.*
18 *Confeſſio iudicialis vti erronea poteſt quandocunque reuocari.*
19 *Confeſſio erronea confitenti non nocet, etiam ſi fuerit geminata, & ratificata, & qualitèr procedat, num. 20.*
21 *Confeſſio erronea probato errore reuocari poteſt in iudicio etiam appellationis.*
22 *Confeſſus ſi ratificauerit, & per Iudicem conceſſus terminus contra confeſſionẽ, ſi nil probauerit, videtur perſeuerare in ea.*
23 *Exceptiones rei oppoſitæ poſt confeſſionem factam illam impugnantes admittuntur.*
24 *Reus allegando errorem, debet audiri.*
25 *Error confeſſionis probatur, probãdo alitèr rem ſe habere.*
26 *Errans, non videtur confiteri.*

27 *Er-*

27 *Errans in iure, non poteſt contra confeſſionem uenire.*
28 *Interponēs vnam perſonam pro alia, vt ab alteri pecuniam extorqueat, furtum committit.*
29 *Confitens ſe eſſe latronem, ius confitetur, & nō factum.*
30 *Confeſſio iuris nec prodeſt, nec nocet, & quare.*
31 *Procedi non debet ad condemnationem, ſi fuiſſet allegatus error confeſſionis, ſed debet audiri reus.*
32 *Deciſio cauſa refertur.*
33 *Latrocinium committit qui occidit aliquem, et illum derubat.*
34 *Vulnerans aliquem furto aliquid ſubtrahendo, qua pœnæ erit afficiendus.*

ARGVMENTVM.

Reus confeſſus in tortura, & ratificando eam in Curia inferiore, ſi ad Curiam ſuperiorem fuerit peruentus, & de errore confeſſionis dixerit, an ad condemnationem procedi debuerat, vel ad dationem termini erroris confeſſionis, aut ad actū reiterationis torturæ.

CASVS VII.

REperiebatur carceratus quidam inquiſitus in Regia Audientia Calabriæ Citra de duobus recattis, & reſpectu vnius ex informatione deſuper capta contra ipſum conſtabat acceſſiſſe ad domum Compoſti, & pet intermediam perſonam eius nepotis certioraſſe ipſūm principalem velle cum eo verba facere, cumq; eundem principalē vidiſſet faxus fuit quoſdam foruſcitos ipſum miſiſſe, vt ipſe illis darer ducatos tercentum, aliàs ipſum occidiſſent, & bona eius diſſipaſſent, & ruſtulaſſent, qui cum hoc intellexiſſet, renuit hoc facere, ſed viſa oſtinatione ipſius, Nuntius ipſe pet intermedium violentes manus in ipſum intulit, compellendo eum per locum remotū ducere ad foruſcitos, & hoc ex dicto principalis offenſi nepotis, vxoris, & duorum teſtium id deponentium colligebatur: quàmuis ſecreto modo fuerit certa quātitas ab eo exacta, & inter foruſcitos diuiſa, in qua ipſe internuntius participauerat certum quid, vt in eius confeſſione apparebat.

Quo verò ad aliud recactum conſtabat ex informatione ipſum inquiſitum inſimul cum alijs quatuor hominibus armatis cepiſſe quendam iuuenem, eumq; cogendo, vt demonſtraret locum vbi conuenerat quidā filius hominis diuitis, qui cum illum demonſtraſſet illicò ceperūt, & ligauerunt dictum iuuenem, & miſerūt ad patrem, vt ipſum redimeret ſub certa quantitate pecuniæ, aliàs illum occiderent, quo audito per patrem egrè tulit, licet nil ſoluere intellexiſſet, tamen vt periculum iminentis vitæ filij tolleret certam quantitatem ducatorū triginta miſit foruſcitis, quam inter eos diuiſerunt, inter quos paritèr ipſe inquiſitus participauerat, & hoc ex facti ſerie demonſtrabatur per depoſitionem iuuenis ligati filij ipſius diuitis omnia bene aſſerētis per Internuntium alterum iuuenem miſſum, per patrem ipſius filij per auiam maternā ſoluentem pecuniam ipſi Internuntio, ac etiam per aliam mulierem de conqueſtu auiæ, & mutuantis pecuniam. Accedebat etiam peſſima ipſius inquiſiti fama ſimilia patrare, quibus omnibus bene ruminatis, & diſcuſſis per Curiam Regij Locumtenētis Ciuitatis Cuſentiæ fuit prouiſum ipſum eſſe torquendum, & indè illata tortura, omnia confeſſus fuit dictus inquiſitus, atq; ratificauit, cui cum fuiſſet conceſſus terminus ad ſe defendendum aduerſus confeſſionem, eoq; lapſo præfatus inquiſitus reuocando confeſſionem per eum factam in tortura tanquàm erroneam ex eiſdem actis dicentem apparere, eo quod cum ipſe confeſſus fuerat eſſe participem in recactis, & rei veritate fuerat Internuntius ipſorum bannitorum, quemadmodùm principalis diſrobatus primo loco dixerat, & ſic erronea videbatur ex dictis actis, & deuoluta cauſa prædicta ad Regiam Audientiam, quæ ex ordine Suæ Excellentiæ reaſſumptis actis transmiſſis pet dictam Curiam Locumtenentis vnà cum carcerato dubitari contingit, ſi procedi debuerat ad condemnationē, vel ad dationem termini aduerſus errorē confeſſionis, vel ad actū reiterationis torturæ, & in hoc præmictendū erat primo & ante omnia tale delictum imaniſſimum eſſe in Regno, atq; deteſtabiliſſimum, ob quod fuerunt tranſgreſſa iura per Proreges, vt contra tales rigorosè procederetur, ſicuti ex multis ſanciori-

bus

Digitized by Google

bus deſuper promulgatis clariſſimè li-
quet, vt in *tit. de exul.* nec dubitandũ erat,
1 quin Rex poſſit ex cauſa ordinaria leges
tranſgredere, *Carau. in pragmat. 1. num. 4. de*
2 *exulib.* ſicq; Prorex concedit poteſtatem
impunè occidendi famoſos, & notorios
bannitos Regni quietem perturbantes,
*Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ.*
*fieri ſolit.* §. 4. *num.* 4. vbi *num.* 5. quod Pro-
3 rex poteſt omnia exorbitantia cum Col-
laterali Conſilio ex neceſſaria publicæ
vtilitatis cauſa.
4 Et ideò contra talem inquiſitum exta-
bat *Pragmatica prædicta vnica de capient. hom.*
*per vim*, vbi clarè diſponitur contra ca-
pientes homines per vim, eſſe infligendã
pœnam mortis naturalis ex cauſa talis
compoſitionis, & per informationes ca-
ptas clarè apparebat ipſum cępiſſe homi-
nem per vim ob iſtam cauſam præcipuã,
vltra quod in alio recactu apparebat eſſe
principalem in eo, & participaſſe cum
alijs, quibus accedebat aliud inditium
dato, & non conceſſo, quod fuerat nun-
tius miſſus; adhùc tali pœna puniri de-
buerat ex diſpoſitione *vltimæ Pragmaticæ*
*Comitis Oliuariæ ſituatæ ſub tit de exul. prag-*
*mat. 10. in nouiſſimis*, ibi: *Item ordinamo, &*
*comandamo, che tutte quelle perſone di qualſiuo-*
*glia grado, ſtato, e cõditione ſe ſia, che portaran-*
*no imbaſciate, viglietti, ò poliſe ſcientemẽte per*
*conto di detti ricatti, incorrino, & s'intendino eſ-*
*ſer incorſi in la pena di morte naturale, ò di re-*
*legatione in vita alli nobili, e di galera all'igno-*
*bili à noſtro arbitrio riſerbata, &c.* & dùm ſu-
5 mus in claris, non eſt opus coniecturis, vt
probat *Barboſa princip. & loca iuris lit. C.*
*num. 3.* ſuppoſito quod talia delicta con-
ſtabant ex depoſitionibus ipſorum cum
iuramento de damno pecuniario, ſicuti
6 de iure comprobatum eſt, quod ſtatur di-
cto damnum paſſi de rebus amiſſis, notat
*Camp. in cap. frequens, & ineffrenata, num. 89.*
vbi *num. 5.* concludit diſrobationem, &
damnum debere plenè probari, at in prę-
ſenti caſu cernitur benè fuiſſe probatum,
7 non tantùm per teſtes familiares, qui in
hoc caſu furti domeſtici benè admittun-
tur, probat *Polydor. Ripa de nocturno tempo-*
*re cap. 24 num. 42. Maſcard. de probat concluſ.*
831. *num* 35 *Caball. reſolut. crimin. caſu* 282.
8 *num. 12.* hinc *Foller. in praxi crimin. in rubr.*
*cap. informat. num. 61. in fine*, aſſerit, ſi quid
nocturno tempore paterfamilias amiſe-
rit probare hoc poterit per ſuos domeſti-
cos, ſi dicat pridiè eas res vidiſſe, & no-
cte furem fuiſſe in ædibus illuſcente ſole
ſe illas res ampliùs non vidiſſe, vel ſi pa-
terfamilias dicat ſibi datam, ſeù factam
eſſe vim nocturno tempore effractas eſſe
fores, ſeù quid ſimile teſtimonium dome-
ſticorum fidem faciunt, ſed per confeſſio-
nem habitam in tortura.
Accedebat prædictis vulgaris fama,
quæ attendi debet, vt in *Cap. Regni vulga-*
*ris famæ*, quæ concurrebat in iſto reo, quæ
nimium obſtabat, nàm mala fama eſt fur-
ri inditium, *Foller. in praxi, rubr. capiat. in-*
*format. num. 75. Farinac. de furtis, quæſt. 176.*
*num.* 50. & in nocturnis delictis fama ple-
nam facit probationem *Ripa d. tract. c. 67.*
*num.* 8. poſtquàm in delictis nocturnis, quę
ſunt difficilis probationis, *idem cap.* 56. le-
uiores ſufficiunt probationes, vt ibi ſub-
nectit, maximè in ſimilibus, & in eodem
9 genere mali, nàm ſemper malus præſumi-
tur malus in eodem genere mali, *cap ſemel*
*de regul. iur. in 6.* cum alijs apud *Barboſ. vbi*
*ſupra lit. M. nu.* 17. iſte enim inquiſitus non
ſemel, ſed bis reperitur inquiſitus de re-
10 cattis, vndè præſumitur malus in eodem
genere mali, cum per binum actum indu-
catur conſuetudo delinquendi, *Bertazz.*
*conſ. crim* 149. *num.* 14. *vol.* 1.
Propter quod rectè dici potuiſſet iſtum
reum eſſe ſolitum, & conſuetum tale faci-
11 nus patrare, & tantò magis mala fama
in conſueto furari, inditium facit, *Farin.*
*vbi ſupra num.* 51. in tantùm eſt verùm,
12 quod conſuetudo delinquendi non facit
inditium, niſi ſit in eodem genere delicti,
de quo quis inquiritur, *Farinac. conſ. crimin.*
88. *num* 8. *tom.* 1.
Et in ſpecie in materia latronum tra-
dit *Pariſ de ſyndic in verbo latro in fine*, quod
13 ex vnico actu non conſtat quem eſſe la-
tronem, ſed pluralitatem requirit, aſſe-
quitur *Farinac. de furtis quæſt. 166. num.* 14.
*Reg. Sanfelic. deciſ. 4. ſub num. 6. vol.* 1.
14 Licet autem conſuetus delinquere cri-
minoſus, & malæ famę, non dicatur is, qui
de delicto ſolùm eſt inquiſitus, & proceſ-
ſatus, niſi fuerit conuictus, confeſſus, aut
condemnatus, *Farinac. conſ crim. 61 nu.* 20.
*vol.* 1. adhùc tamen in caſu præmiſſo ſtan-
tibus probationibus, & confeſſione facta
15 in tortura, quæ maior probatio eſt quam
oris confeſſio, *l. 1 ff. de confeſſ.* quo fit, vt In-
dex in confeſſo nullas habere partes, po-
16 terit, niſi in condemnando, *Iul. Clar. in* §.
*fin. quæſt. 65. in princ.*
Verùm, quia per impedimentum pro-
ditum per inquiſitum aſſerentem confeſ-
ſionem eſſe erroneam, non potuit proce-
di ad condemnationem, quapropter dif-
ficultari contingit, an procedendum ad

17 reite-

17 reiterationem torturæ, cũ inquiſitus per reuocationem confeſſionis non videbatur in ipſa perſeuerare, *Grammat.deciſ.72. num* 2. ex mente *Bal. in l.in bonæ fidei, C.de reb. cred.*

18 Poſtquàm confeſſio iudicialis,& acceptata poteſt ſi erronea fuerit quandocunque reuocari, *Farinac.conſ.crim.*13.*num.*10. *tom.*1.*& conſ.*60.*nu* 79.*conſ.*185.*n.*31.*tom.*2. & ità vſq; ad ſententiam, maximè ſi fuerit iurata, *Peguera deciſ.Catalon.*139.*num.*3.

19 Et confeſſio erronea confitenti non nocet, etiam quod ſit geminata, & ratificata, *Farinac. d.conſ.*185. *num.*30. & conſequentèr confeſſio erronea ante finitum negotium poteſt reuocari, *idem deciſ.*94. *nu.*4.*tom.*2.& confeſſio erronea,ſiuè ſpontanea, ſiuè per torturam poteſt reuocari, & reuocata non nocet etiam iurata,deliberata,geminata,& ratificata, *Perſius conſ. crim.*28 *num.*1.

20 Sed hoc benè procedebat in confeſſione facta ante ratificationem, vt latè exarat *Farinac. in tit.de indic.& tortur. quæſt.*38. *num.*100.*& ſeq* & hoc ſtatim *Godof. à Bauo in praxi crimin.* §.*confeſſio, num.*22.

21 Imò confeſſio erronea,probato errore reuocari poteſt in iudicio etiam appellationis, *Giurba conſ.*16.*num.*5.*&* 8.

22 Cæterum autem ſi fuerit confeſſus inquiſitus, & ratificauerit,& indè per Indicem conceſſus terminus aduerſus confeſſionem, & tunc delinquens non probando aliquid aduerſus dictam confeſſionẽ in termino ſibi dato, videtur perſeuerare in confeſſione delicti, ità in ſpecie tradit *Foller. in d.praxi,rubr. & ſi confitebuntur, nu.*64 ex mente *Afflict. in Conſtit. Omnes noſtri, notab.* 6. quod ſatis conferre videtur huic noſtro themati, nàm facta confeſſione, & ratificata,conceſſoq; termino,nil fuit cõtra confeſſionẽ probatũ: vndè ex hoc reſultauerat non eſſe iterũ reum torquendũ.

Ex ijs videbatur inferri ad aliud dubium,ſi deferendum erat petitioni inquiſiri extra terminum præſentatæ, allegando errorem confeſſionis ex eiſdem actis deprcmptam, hoc eſt fuiſſe confeſſum ſe eſſe participem in delictis,& tamen fuiſſe nuntium bannitorum,& ſic cõtra depoſitionem principalis, ſicq; vltra interroga-

23 ta eſſe confeſſum,& circa hoc aduertendum erat, quod habemus deciſionẽ particularem *Dom.de Franch.* 638. vbi aſſerit fuiſſe deciſum in S.C.exceptiones rei oppoſitas poſt confeſſionem per eum factã, impugnantes confeſſionem fuiſſe admiſſas, ſed diuerſum factum eſſe oſtenditur iſtud,ab illo deciſ. allegatæ, nàm in facto enarrato à *Præſ.de Franch.* fuerũt oppoſitæ exceptiones,& in S.C.procedebatur ex æquitate, & de benignitate, ideò fuerunt admiſſæ potiùs ex gratia, quam de iuſtitia, in caſu autem noſtro fuit oppoſitus error in eadẽ Curia Locumtenentis, quæ functa erat officio ſuo dando terminum, licet extra terminum fuerat oppoſitum, nil tamen aduerſari videbatur. Item quia in illo caſu reus opponebat exceptiones impugnantes confeſſionem delicti, & indigebat probationibus præuio termino, quo caſu etiam de iure erat cõcedendus, confeſſionem enim poteſt quis reuocare, & docere de errore facti, & innocentia, *Bertaz. conſ.crim.*162.*num.*14. *& conſ.*153. *num.*9.*tom.*1.

Exiſtente reclamatione interpoſita, in caſu autẽ noſtro appellatio ceſſabat, nec terminus petitus fuerat,ſed tantùm oppoſitum de errore confeſſionis ex eiſdem actis ex cauſa vbi ſupra, & propterea diſſerendum erat, ſi tali exceptioni deferendum erat, vndè priùs erat diſcutiendum, in quo conſiſtere videbatur error, poſtquàm omnes DD. annuere videntur eſſe

24 audiendum reum allegantem errorem, & vltra ſupra adductos latè *Iul. Clar. in d.* §*fin. quæſt.*55. *nu.*17. vbi alios cumulat, & *quæſt.*21.*num.*19.vbi ſubdit apud eos contrarium ſeruari in cõfeſſione facta ſpontè, vel ratificata contra torturam, nàm illius nunquàm admittitur reuocatio,niſi

25 probato errore, & tùnc confeſſionis error cenſetur probatus,probando rem alitèr ſe habere, *Farinac. conſil.* 106. *num.*11. *& conſ.*129.*num.*5.*tom.*2.*& conſ.*17.*num.*12. *Perſius vbi ſupra num.*2. & proindè optimè ſub diſtinctione proceſſit *Alber.Gandin. in*

26 *tit de quæſt.& torm.num* 24.quod aut error conſiſtit in facto, aut in iure; nàm ſi in facto reus errauerit, auditur vſq; ad ſententiam, quia non videtur confiteri, qui errauit, *l.non fatetur, ff de confeſſ.* & confeſſio facta erronea,non præiudicat,ſecus in errore iuris, *Hector de Guido in tract.de confeſſ.par.*1.*cap.*12.*num.*27. ſin autem errauit in iure, non poterit contra ſuam confeſſionẽ venire, *l.error,C.de iuris,& facti ignor.*

27 nùm videndũ erat, ſi iſte error erat in iure, vel in facto, dùm inquiſitus ſe aſſeruit eſſe nuntium, & non principalẽ componentem, & complicem ligãdo, & perſuadendo compoſitiones, cũ principalis offenſus ipſum miſſum appellauerat, non tamen principalem componentem, nàm

28 interponens vnam perſonam pro alia,

F vt ab

vt ab altero pecuniam extorqueat, furtũ
committit, *Farinac. de furtis quæſt. 168. n. 29.*
& in hoc *Paris d verbo latro, ſub num. 2. ibi*
*verſ. & qui confitetur*, dixit, qui confitetur ſe
29 publicum latronem ius cõfitetur, & eius
definitionem, & non factum, & confeſſio
30 iuris nec prodeſt, nec nocet, quia non al-
terat iuris cenſuram, nec ius inducit, *l. or-*
*namentorum, ff. de auro, & argento legato*, qua-
re aſſerendo ſe compoſuiſſe, & ſucceſſiuè
eſſe complicem delicti, nunc verò erraſſe,
ſed fuiſſe nuntium, errauit in iure, non in
facto, & ob id non erit audiendus, & licet
fuiſſet allegata auctoritas *Foller. d. rubr. &*
*ſi confitebuntur, num. 50.* vbi concluſiuè di-
31 xit, quod ſi fuiſſet allegatus error confeſ-
ſionis non debet procedi ad condemna-
tionem, ſed debet audiri, & dari terminus
ad probandum, allegat *Gandin. vbi ſupra,*
qui diſtinguit vbi ſupra, licet ipſe *Foller.*
ſicco pede pertranſeat, adhùc tamen per
32 Regiam Audientiam referẽte meo con-
ſobrino Franciſco Antonio Salinas de
menſe Iulij 1611. fuit conceſſus termi-
nus ad docendum de errore, penès Villa-
num Actuar. negari tamen non poterat
quin ex ſua operatione principalis dice-
retur, attenta etiam diſpoſitione *d. Regiæ*
*Pragmaticæ Comitis Oliuares*, & ampliùs
quia cum non potuiſſet recactum habere
ab alio ipſum interemit; nàm latrociniũ
33 committit qui occidit aliquem, & illum
derubat, *Farinac. conſ. crimin 47. verſ. reſpon-*
*detur primo, tom. 1. & conſ 143. num. 1. tom. 2.*

Ob quod videbatur incurriſſe in pœnã
ſtatutam in dicta Pragmatica, cæterum
ſi solùm eum vulneraſſet, & furto aliquid
34 ſubtraxiſſet, pœna perpetuæ relegationis
erit plectendus, vt deciſum refert *Regens*
*Sanfelic. deciſ. 40. à num. 1. ad 4. tom. 1.* & ſic
compilato proceſſu fuit damnatus ad tri-
remes perpetuò, die 3. Auguſti 1611. &
hoc ob variationem teſtium, & confeſſio-
nis, nec in diſcrimine poneretur pœna
ex reiteratione torturæ.

## *SVMMARIVM.*


1 *Iudex delegatus ſemper præſumitur quando in commiſſione adijcitur clauſula* non ſpectans ad iuriſdictionem ordinariam.

2 *Auocatio cauſæ, quæ nàm ſit.*

3 *Iuriſdictio ſtatim ſuſpenditur per auocationẽ cauſæ.*

4 *Vicem gerens alterius dicitur habere iuriſdictionem ordinariam.*

5 *Verbum* recognoſcere, *eſt iuriſdictionale.*

6 *Commiſſio cauſæ vna cum iuriſdictione, reſultat ex verbo* recognoſcere.

7 *Commiſſio facta à ſuperiore inferiori non delegationem, ſed excitationem iuriſdictionis reſpicit.*

8 *Delegatus non dicitur is, cui cauſa commiſſa eſt, in qua erat Ordinarius, ſed tamen iuriſdictio excitata.*

9 *Clauſula*, iuſtitiam faciat, vel quod faciat iuſtitiam, *non operatur de nouo dare poteſtatem, vel delegare, ſed veterem excitare.*

10 *Clauſula*, iuſtitiam faciat, *qualitèr intelligatur.*

11 *Clauſula*, iuſtitiam faciat, *reſtringit reſcriptum ad iuris diſpoſitionem.*

12 *Mandans iuſtitiam fieri, debet procedere, & diffinire ſeruata forma iuris.*

13 *Iudicium vbi cęptum eſt, ibi debet finiri.*

14 *Verba reſcripti debent reduci ad ius commune, licet naturam verborum non patiatur.*

15 *Reſcriptum quodnam ſit.*

16 *Iudex non ſeruans ordinem iuris, pro priuato habetur.*

17 *Iudex in primis cognoſcere debet, an ſit ſua iuriſdictio.*

18 *Clauſula*, quod fiat iuſtitia, *operatur etiam reſpectu executionis.*

19 *Cauſæ in ciuilibus poſt concluſum in cauſa infra decem dies debet expediri.*

20 *Cauſæ criminales debent quamprimum expediri, licet ſit remiſſum arbitrio Iudicis.*

21 *Praxis M. C. circa reſcripta inferioribus lata pro expeditione cauſarum refertur.*

22 *Iudex negligens dicetur, ſi cauſa non expedierit, & per ipſum ſtaret, quo minus procederet in ea.*

23 *Cauſæ quodammodò fiunt immortales, & difficiliùs terminantur.*

24 *Iudex negligens in iuſtitia adminiſtranda, tùnc poteſt alius adiri non obſtante pendentia litis.*

25 *Cauſa deuoluitur ad ſuperiorem ob negligentiam Iudicis.*

26 *Negligentia, item denegatio iuſtitiæ, inducit auocationem cauſæ.*

27 *Iudex negligens in redenda iuſtitia, tùnc iuriſdictio ad ſuperiorem deuoluitur.*

28 *Iudex ordinarius debet eſſe priùs requiſitus ſuper expeditione cauſæ.*

29 *Princeps ſolus, & non alius inferior poterit cauſam inceptam corã Iudice ordinario auocare.*

30 *Comminatio alia eſt expreſſa, & alia tacita.*

31 *Cõminatio ſi expreſſa facta nõ fuerit, videtur facta tacitè.*

32 *Princeps cauſam coràm Ordinario pendentem alteri ſcientèr delegat, tacitè videtur auocare.*

33 *Negligens iuxtà litem ſuam facit, & parti læſæ ad damna, & intereſſe actionem in facto tenetur.*


34 *Offi-*

34 *Officialis ab officio remoueri debet ob negligẽtiam ipſius.*
35 *Negligens adminiſtrator ab officio remouẽdus.*
36 *Negligentia Iudicis non debet nocere parti.*
37 *Negligentia Iudicis maximũ vitium eſt, quod latæ culpæ, & dolo præſumpto eſſe videtur comparata, & redderetur ſuſpectus.*
38 *Iudex negligens condigna pœna puniri debet, & qua pœna.*
39 *Iudex bonus debet ſtudere in litibus finiendis.*
40 *Negligentia in Iudice non præſumitur.*
41 *Negligens Iudex tùnc dicetur quando à parte requiſitus non adminiſtrat iuſtitiam.*

ARGVMENTVM.

Cauſa commiſſa Iudici ſuperiori ad inſtantiam partis, vt recognoſceret omnia, & de iuſtitia prouideret, an cenſeatur delegata, vel tantùm poſſit cognoſcere de grauamine, & vti ordinarius Iudex procedere.

CASVS VIII.

DE alio fuit hæſitatum in Regia Audientia ſuper caſu relato in præcedenti caſu, poſtquàm in Curia Regij Locumtenẽtis Ciuitatis Coſẽtiæ dùm reperiretur N. carceratus inquiſitus de recactis, contra quem fuit proceſſum vſq; ad torturam excluſiuè, & pendente condemnatione illius, eadem Regia Audientia mandauit prædictæ Curiæ vt proceſſum vnà cum carcerato tranſmitteret, & hoc vigore reſcripti Domini Proregis ad poſtulationem partis aduerſæ impetrati, per quod mandabatur eidem Reg. Aud. vt recognoſceret omnia, & de iuſtitia prouideret, ex eo quia præſupponebatur, quod Curia intendebat carceratum liberare, vndè dubitari contingit, ſi talia verba importabant delegationem, ità vt ipſa Reg. Aud. vti delegata potuerat cognoſcere, vel tantùm de aſſerto grauamine præſumpto vti ordinaria, & circa hoc allegabatur doctrina *Marantæ in ſpec. par.4. principali num 4.* ex aliorum auctoritate dicentis, quod quando in commiſſione diceretur procedat auctoritate noſtra, vel delego, vel committo tibi talem cauſam, vel quando additur commiſſioni aliqua clauſula, quæ non ſpectat ad ordinariam
iuriſdictionem, vt ſi dicatur procedas ap-
pellatione remota, vel alia ſimili clauſula
1 vtatur, tùnc ſemper præſumitur delega-
tus cum alijs exemplis relatis per *Gabr.
Saray. in Addit. ad ſingul. 89. Matteſil.*

At cum in reſcripto prædicto nulla de
ijs mentio facta fuerat, meritò ex verbis
expreſſis videbatur iuriſdictio ordinaria
concedi, & principalitèr dùm Princeps
audito grauamine Curiæ Locumtenen-
tis Iudicis ordinarij reuocauit ab eo cau
2 ſam alteri committendo, auocatio eſt li-
tis pendentiæ coràm inferiore ad ſupe-
riorem abſq; prouocatione facta tranſla-
tio, *Andr. Gayll. pract. obſeru lib. 1. obſeru. 47.
nu. 8.* talis enim auocatio facta à ſuperio-
re priuat inferiorem, nè poſſit vti iure
ſuo, *Scaccia de appellat. quæſt. 3. ſub num. 79.*
cuius iuriſdictio ſtatim ſuſpenditur *Gail.
3 ibidem num. 2.* dùm igitur reſcriptum fue-
rat commiſſum eidem Regiæ Audientiæ,
4 certum erat, quod in locum Iudicis ordi-
narij ſucceſſerat, nàm Vicemgerens alte-
rius dicitur habere iuriſdictionem ordi-
nariam, *Afflict. in Conſtit. Fidelium, num. 7.*
& ſi attendantur verba commiſſionis,
dùm ibi exprimũtur verba illa recogno-
5 ſcat omnia, nàm tale verbum, *recognoſcat,*
eſt iuriſdictionale, *Card. in clem. 1. quæſt. 11.
de offic. deleg.*

6 Et ex hoc reſultare cernitur commiſſio
cauſæ vna cum iuriſdictione nouiſſimè
probat *Gratioſ. Vberti de modo, & ratione ci-
tandi par. 3. tit. de citat. ordin. in verſ. prout etiã.*

7 Quo fit, vt commiſſio ſuperioris facta
Ordinario non delegationem, ſed excita-
tionem iuriſdictionis reſpicit, *Andr. Gail.
pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 41. num. 6.* & ſic
8 delegatus non diceretur is, cui cauſa eſt
commiſſa, in qua aliàs erat Ordinarius, &
ſolũ ſua iuriſdictio excitata dicitur, *Ma-
rant. in ſpec. par. 4 quæſt. 5. num. 77.* cum alijs
apud *Epiſcopum Sperell. deciſ. fori Eccleſ. 31.
num. 9. tom. 1.*

Nequè officit clauſula indè ſequens, &
de iuſtitia prouideat, poſtquàm vbicunq;
9 Dominus committit cauſam Iudici ordi-
nario, dicendo poteſtas faciat iuſtitiam,
vel mandamus poteſtati, quod faciat in-
ſtitiam, vel ei committimus, non videtur
de nouo ei dare poteſtatem, vel delegare,
ſed veterem ordinariam exercitare, *cap.
licet & cap. penult. de offic. ordin. Matt. Matte-
ſil d. notab. 89.*

10 Et proptereà vt aduertit *Marant. d. p. 4.
diſt. 9. ſub num. 5.* quod talis clauſula, *iuſti-
tiam faciat*, intelligitur, quod Commiſſa-
rius ſeruet iuris ordinẽ, & veritate com-

perta ſaciat id, quod iuris eſt, idcircò
nil inducit noui, ſed ſimplicitèr Princi-
pem ad ius ſe referre, dicunt *DD. poſt Io.*
*Arnon. comment.* 8. & ex alijs probat *Didac.*
*de Mari ad Gram. deciſ. 62. num.* 8. reſtringit
11 enim reſcriptum ad iuris diſpoſitionem
*Andriol. controuerſ.* 53. *num.* 2. ſubdens *nu* 9.
vt Iudex nõ dicatur merus executor, nàm
12 etiam ſi fuiſſet delegatus Principis, qui
mandat, vt iuſtitiam faciat, debet proce-
dere, & diffinire ſeruata forma iuris, *Pal-*
*ma in ſuo diuerſ. iuris communis, & Regni p.* 1.
*gloſ.* 9. *num.* 8. quanquam autem de iure ſic
ordo iudicij attendendus, & conſequen-
13 tèr vbi cęptum eſt iudicium ibi determi-
nari debeat, ad *text. in l. vbi cęptum, ff. de iu-*
*dic.* & ſic ipſa Regia Audientia cognito
grauamine pręrenſo mandare poterat de
iuſtitia, vt ipſa Curia Locumtenẽtis pro-
cedere debuiſſet ad expeditionem cauſæ
prædictæ, & ſignantèr vt fuit prouiſum, nè
ipſa Curia procederet ad liberationem
inquiſiti in conſulta ipſa Regia Audiẽtia.
14 Nihilominus quia reſcripti verba de-
bent reduci ad ius commune, licet natu-
ra verborum non patiatur, ex multis pro-
bat *Conſ. Fabius Anna conſ.* 62. *à num.* 32.
15 *& ſeq.* ex quo reſcriptum propriè eſt id,
quod ſcribitur ad obſeruantiam iuris, vt
16 *ibi ſubdit num.* 39. quocirca Iudex non ſer-
uans ordinem iuris pro priuato habetur,
*idem Andr. Gail. lib.* 1. *de pace publica cap.* 5.
*num.* 8.
17 De iure enim probatum eſt, vt Iudex
inprimis cognoſcat an ſit ſua iuriſdictio,
ad *text. in l.* 2. *§. ſed ſi dubitetur, & l. ſi quis*
*ex alieno, ff de iudic.* cum alijs apud eundem
*Andr. Gail. in tract. de pignor. actio. obſeru.* 15.
*ſub num,* 1. latè *Muſcatell. in praxi S.C. lib.* 1.
*par.* 5. *gloſ. reſeruatis num.* 36. *Alber. Oliua in*
*ritu* 10. *Curiæ Archiepiſc. Neap. num.* 2.
Et propterea conſiderata commiſſio-
ne cauſæ prædictæ vigore clauſularum
allegatarũ, non ſolùm iuriſdictio deman-
data fuerat in procedendo, ſed etiam in
ſententiando, atq; exequendo, etenim
18 clauſula prædicta, *quod fiat iuſtitia,* opera-
tur etiam reſpectu executionis, ſi eſt fa-
cienda, vel ne, *vt ſubdit ibi Anna num.* 48.
Idcircò die 21. Iulij . referente
meo conſobrino Franciſco Antonio Sa-
linas Auditore, fuit per ipſam Regiam
Audientiam deciſum, quod cauſa rema-
neat in eadem Regia Audientia non tan-
tùm ex rationibus ſupra addictis, quàm
etiam quia dicta Curia diù protelauerat
expeditionem cauſæ, poſtquàm ex iuris
19 diſpoſitione cautum eſt, quod in ciui-
libus poſt concluſum in cauſa infra de-
cem dies cauſæ debent expediri, vt notat
*Caran. in ritu* 148. ſed in criminalibus de-
20 bet Iudex quamprimũ procedere ad ex-
peditionem cauſæ, vt notat *Campag. in cap.*
*quod decreta, num.* 4. licet hoc ſit relictum
arbitrio Iudicis, vt probat *Scaglion. in ritu*
243. ſed per *Cap. Regni Quorundam* man-
datur, quod ſi tales cauſæ infra ſemeſtre
non fuerint expeditæ, deuoluuntur ad
M.C.V. *& ibi Camp. num.* 8. ponit praxim
21 de hoc, quomodò ipſa M.C. procedere
debeat comminando vt infra bimeſtre
tempus expeditio fiat, aliàs auocetur,
ſed hodiè tale tempus eſt abbreuiatum
arbitrio Iudicis, vt dixi.
Sin autem Iudices prolongauerint, &
partes conquerẽtes diluuerint denegan-
do, vel retardãdo iuſtitiam, tùnc M.C.V.
cæteriq; Superiores ſub comminatione
mandant, vt procedant ad expeditionem
cauſæ infra tot dies, ſub pœna auocatio-
nis, vt notat *Paris de ſyndic. verbo negligen-*
*tia, in princ. Campagn. in cap iniunxit, num.* 22.
*& in cap. quorundam, nu.* 8. & ità inquit ſer-
uari in vtriſq; foris, *Alber. Oliua in ritu* 10.
*Cur. Archiep. Neap. Muſcatell. in praxi S.C.*
*lib.* 1. *par.* 7. *gloſ. condemnando, nu.* 11. *cum ſeq.*
Ergo dùm talis ordo non præceſſetat, ne-
mo conqueri poterat de negligentia Iu-
dicis quòad expeditionem cauſæ prædi-
ctæ; vndè videbatur tale decretum inter-
poſitum, corruere. Verùm, quia compertũ
fuerat Curiam ipſam diù cauſam prote-
laiſſe, & dilataſſe illius expeditionem, vn-
dè reſultare videbatur notoria negligen-
tia in promptu, & tùnc Iudex negligens
diceretur, ſi cauſam nõ expedierit, & per
ipſum ſtaret quo minus non procedere-
tur in ea, vt inquit *ibi Paris nu.* 2. & præci-
22 puè in hoc Regno pręſertim in omnibus
Tribunalibus cauſæ omnes ferè immor-
23 tales efficiũtur, & difficillimè terminan-
tur, vt tradit *Caran. vbi ſupra num.* 1. *in fine,*
licet hoc procedere videatur ob multitu-
dinem cauſarum, ſed vbi ceſſat talis mul-
titudo, ſecus videtur, propterea attenta
24 tali negligentia, quando primus Iudex
eſt negligens in iuſtitia adminiſtranda,
quia tùnc alius poteſt adiri, non obſtante
litis pendentia coràm primo, ex multis
probat *Iacob. Philipp. Port. lib.* 3. *comm. concl.*
*in concl.* 22. *ſexta limit.* & tùnc cauſa abſquè
25 dubio deuoluitur ad Superiorem, vt la-
tiùs proſequitur *Oliua vbi ſupra in princ.*
imò *ſub num.* 4. allegando *Andr. in l. Impe-*
*rialem, §. præterea, col.* 6. *verſ. eadem ratione, de*
*prohib. feud. alien. per Feder.* concludit, quod
de iure

Digitized by Google

de iure ciuili ex negligẽtia cauſatur de-
uolutio ad Superiorem, & non mirùm, ſi
auocatio fieri non debet niſi præceden-
te negligentia Ordinarij, etenim negli-
26 gentia, item denegatio iuſtitiæ inducit
auocationem cauſæ, ità ex *Concil. Trident. Cap. Regni Neap. & Ritu Sicil.* probat *Scaccia de iudic. cap.66. num 12.* & eo quia Iudex
27 negligens in reddẽda iuſtitia, iuriſdictio
ad Superiorem deuoluitur, *Afflict in Conſt. Iuſtitiarius, num.20.* ideò debet Ordinarius
28 eſſe priùs requiſitus pro expeditione
cauſæ, vt poſt *Marcheſan. Scaccia de appellat. quæſt.15. nu.280. & quæſt.17. ampl.16. nu.55.* quanquam hoc ſeruatum non fuiſſet per ipſam Regiam Audientiam, dùm aduerſa Pars adijſſet Excellentiſſimũ Proregem, qui mandauerat eidem Reg. Aud. vt omnia recognoſceret, & de iuſtitia prouide-
29 ret, ſolus Princeps, & non alius inferior
poterit cauſam cęptã coràm Iudice Ordinario auocare, ex *Gail. Cumia, & alijs,* probat *Scaccia de iudic. cap.66. nu.21.* vndè
30 cum talis comminatio alia ſit expreſſa,
& alia tacita, *Muſcatell. vbi ſupra in Addit. lit. B. & Andr. Gail. lib.1. obſeru.41. num.11. & 12.* quia expreſsè facta non fuerat, vi-
31 debatur tacita facta auocatio cauſæ, vt
optimè dixit *Gail d. obſeru.41. num.12.* ità loquens tacita, ſi Princeps cauſam corã
32 Ordinario Iudice pendentẽ, alteri ſcien-
tèr deleget; nàm tũc tacitè cenſetur auocaſſe, ex *cap. cæterum, de reſcript. & cap. paſtoralis, § fin. eod. tit. Rota in nouis. deciſ.6. incip Si petatur. Marant. d. par.4. dict.6. nu.37.* quocirca ipſa Regia Audientia non erat aſtricta monitiones facere dictæ Curiæ, ſed tantùm vt prædictum eſt eidem mandare, vt acta cum carcerato trãſmitterer, ad hoc vt omnia reuideret, & de iuſtitia prouideret, quo fit, cum talis negligentia, dictæ Curiæ vrgeret, & de iure cautum
33 eſt, quod qui negligens iuxtà litem ſuam
faciat, per *text. in cap.1. §. Iudices, de pace tenenda, & iur. firm. Bald. ibi nu.6.* & quod parti læſæ ad damna, & intereſſe actione in factum teneatur, vt notat *Bart. in l.4. §. in eum, num.1. ff. de damno infecto,* per illum *tex. Alex. ibidem num.2 et 4. Bart. in l. fin ff. de var. extraord. cognit. Scruff. conſ 79. num.4. cent.1. incip. Quod prędicta, Bart. in l.1. num.2. C. de pæn. Iud. qui malè iud. DD. ibidem, hçe Andr. Gail d. lib 1. obſeru.28. ſub num.7. verſ. prætereà obitèr, & ſequitur num.8.* item quod ab
34 officio remoueri poſſit, ſi magna eius ſit
negligentia, *text. ſingul. in l. ſi quos, C. de offic. præf. Prat. Orient. & in l. eum qui, C. de procur. Gloſ. in l. mancipia, C. de ſeru. fugit. verbo*
35 *exigatur,* vbi dicit, quod negligens admi-
niſtrator ab officio remouendus ſit, &c.
36 & ob id negligentia Iudicis non debet
nocere parti, *Seſſæ deciſ.130. num.54. tom.2.* ſed ſibi ipſi cum talis negligentia in Iu-
37 dice maximum vitium ſit, ſiquidèm eam
eſſe latam culpam, vel dolum præſumptũ, ex *Bald. in d. l. mancipia, & Parid. d. verbo negligentia, & verbo electio,* ac alijs notat *Cauagnol. ad decreta Mõtisferr in decreto 23. §.5. num.1.* non mirùm ſi ex hoc redderetur Iudex ſuſpectus.
38 Et conſequentèr puniri condigna pœ-
na, vt refert *Menoch. de arb. Iudic. caſu 341.* & qua pœna erit puniendus in hoc caſu, refert *Afflict. in Conſtit. Statuimus, num.51.* cum bonus Iudex ſtudere litibus finiendis, *l.3. §.1. ff. de recept arbitr. Anton. Faber in ſuo Codice lib.3. tit.7. defin.13. num.2.* & licet
39 negligentia in Iudice non præſumatur,
40 *Gail. d. obſeru.28. num.4.* & Iudex per negli-
gentiam differre iuſtitiam miniſtrare nõ præſumatur, *Miſinger. ſingul. obſeru. centur.2. obſeru.74. num.2.* adhùc tamen diceretur
41 negligens, quando à parte requiſitus non
adminiſtrat iuſtitiam, *vt ibi ſubdit num.3.* facit *Additio Muſcatell. vbi ſupra,* alia deduxit, & ideò dùm aduerſa Pars aditum habuit ad Dom. Proregem, pręſupponendum erit pluries inſtitiſſe pro expeditione cauſæ, & obtempto tali reſcripto, fuit huiuſmodi prouiſum per ipſam Regiam Audientiã ex rationibus ſupra deductis.

## APPENDIX.

1 *Actus actiuorum eſt in patiente bene diſpoſito.*
2 *Actus agentium ſunt in patiẽte bene diſpoſito.*
3 *Cauſa cępta ordinariè ſi poſteà ordo fuerit peruerſus, an poſſie de nullitate dici.*
4 *Cauſa ordinariè cępta, an poſſit ſummariè terminari, & num.12.*
5 *Cauſa criminalis deuoluta ad ſuperiorem, an ordinariè erit terminanda ſtantibus nouis inditijs, vel extraordinariè ex praeminentia, affertur deciſio, num.6.*
7 *Iudicium ſummariè cęptum contra foruſcitos, eodem modo proſequi debet.*
8 *Iudex procedere debet iure ordinario.*
9 *Iudicium criminale cęptũ ordinariè, non poteſt Iudex variare, & procedere extraordinariè.*
10 *Cauſa eodem modo quo cępta fuit, debet terminari.*
11 *Quemadmodùm in principali cauſa fuit proceſſum per horas, ità in cauſa appellationis.*
13 *Cauſa incępta coràm Iudice habente ſpecialem poteſtatem procedendi conceſſa per ſuperiorem, ſi indè alteri fuerit commiſſa, an eo-*

dem

*dem modo in ea procedi poſſit, affertur deciſio, num.14.*

15 *Cauſa ſemel ſummariè commiſſa ſemper in ſequentibus huiuſmodi durat, etiam ſi ad alios Iudices deueniret, & deciſio affertur, nu.16.*

### ARGVMENTVM.

## Cauſa ordinariè cępta, an poſſit in ea poſtmodùm ſummariè procedi, & è contra.

### APPENDIX CASVS.

IN eadem cauſa relata in præcedentibus caſibus, fuit etiam difficultatum in eadē Regia Audientia, quò poſtquàm in talibus delictis recacti violentèr commiſſis, procedi ſolet ad modũ belli, ex abrupto cũ poteſtate militari ſub libero arbitrio, & talis poteſtas nulli Officialium cōceſſa videtur, niſi id ſpecialitèr conceſſa fuerit à Domino Prorege, at cum talis Curia Locumtenentis Ciuitatis Coſentię talem poteſtatē non haberet, proceſſit contra inquiſitũ iuris ordine ſeruato, & proptercà cũ talis cauſa deuoluta fuerat de mandato eiuſdem Dom. Proregis eidem Regiæ Audientiæ, quæ talem poteſtatem habuerat, fuit dubitatum an in eadem cauſa procedere debuerat iuris ordine ſeruato, vel ad modum belli. & videbatur affirmandũ, vt procedi potuiſſet ad modum belli, ſuppoſito tali ſubiecto criminis recacti violenti, ex regula illa Philo-
1 ſoſica, quod actus actiuorum eſt in patiēte benè diſpoſito, & actus regulatur ſecũdum naturam ſui ſubiecti, *l. eius. ff. de oper. libert. Barboſ. princip. iuris &c. lit. A. num.43.*
2 allegat ſupradictum axioma, quod actus agentium ſunt in patiēte benè diſpoſito, *l.1. C. de hæred. inſtit. cum alijs ibi citatis.*

Reperi *Carau. in ritu* 288. *num.*33. diſputantem quæſtionem ipſam, ſi cauſa cępta
3 ordinariè, & poſteà fuerit ordo peruerſus, an poſſit dici de nullitate, concludit tamen contra mentem *Andr.* quod non, & id declarat quando cauſa eſſet cępta ordinariè, ordo iuris fuerit peruerſus per errorem, non autem quando ex propria partium voluntate, & conſenſu, quoniam tùnc nulli dubium eſſet, quod poſſint pęnitere, & ſummariè procedere, ſequuti ſūt eum *Muſcatell. in praxi S.C. lib.2. par.1. gloſ. potentior, num.4.9. & 10. Scaccia de iudic. c.76. ſub num.9.* ſed hoc non videtur facere ad rem, quàmuis nec etiam partes id agere
4 poſſent, vt cauſa ordinariè intentata poſſit ſummariè determinari, refert *Maranta in ſpec. par.4. diſt.9. nu.213.* ſed contra opinionem *Carau.* licet in caſu prędicto non proceditur diuerſimodè ad partis inſtantiam, ſed *Foller. in ſua praxi crimin. rubr. audiant. excuſat. ſub nu.*14. quęrit in quadam
5 cauſa ibi relata de homicidio commiſſo, deuoluta ipſa ad Regiam Audientiam Principatus Citra, inter cætera dubitari contingit, ſi debuerat in eadem Regia Audientia procedi ordinariè, ſuppoſito, quod noua ſuperuenerāt inditia, vel poſſit procedi extraordinariè ex præeminētia, vbi ſub *nu.*149 *verſ. circa ſecundum*, diſ-
6 cuſſis omnibus pro hac parte concludit, & refert ità fuiſſe deciſum per dictam Regiam Audientiam, ſed in puncto adducebatur deciſio relata per *Io. Grand. de bello exul in prædicam pati, 3. quæſt. ſpeciali 37. nu.2.* vbi refert iudicium cęptum ſummariè,
7 etiam cęptum cōtra foruſcitos ſequi debere eodem modo, & non ad modũ belli, proùt in facto habuiſſe teſtatur *Camp.* ab eo relatus, quod fuit approbatum in Re-
8 gio Collaterali Conſilio, Iudex enim tenetur procedere iure ordinario, non autem extraordinario, *Maur. Burgius de modo procedendi ex abrupto, quæſt.93. num.31.* iudi-
9 cium criminalitèr cęptum ordinariè, nō poteſt indè variari, & procedi extraordinariè, nouiſſimè probat *Eliſeus Danza de pugna Doctor. &c. tom.1. tit. de poteſt. ad modũ belli, cap.6. nu.11. ex Petra ad Gram. deciſ.34. num 6. Camp. in cap. ſi cum ſceleratis, num.56. Io. Grand. de bello exul. in ſpect. 77. nu.1.* cauſa
10 enim eo modo quo eſt incepta, eodemq; modo debet terminari, vt deciſum retulit *Præſ. de Franch. deciſ.*520. de qua meminit *Capiblanc. in pragm.8. num.54. de Baron.* quod appellatio cum ſit eiuſdem naturæ,
11 ſicut cauſa principalis in ea fuerit per horas proceſſum, eodem modo procedi debuerat in cauſa appellationis, ſic etiā
12 iudicium ordinariè cęptum, & plenariè non poſſe ſummariè proſequi, tenet *Valaſc. deciſ.78. num.8.* & de his pleniùs verba feci in *meo voto 25. par.1.* ſimilitèr quā-
13 do cauſa fuerit incepta per aliquem Iudicem habentem ſpecialem poteſtatem procedendi conceſſa per Superiorem, ſi indè fuerit cōmiſſa, an etiam huiuſmodi procedi poterit, proùt accidit præteritis annis fuiſſe reſcriptum Regiæ Audientiæ Calabriæ vt procederet cōtra homicidas cum ſclopis, cum abbreuiatione foriudicationis ad modum belli, deidè in ſubſcripta

ſcripta cauſa fuerat per eundem Proregē commiſſa M.C.V. dubitari contingit, an
14 eodem modo procedi deberet, reperi *Egidium deciſ.41. ſi Papa*, quem citat *Caſſador.deciſ.8 de reſcript.nu.5. & Veſtr.in pra-*
15 *xi lib.5.num.2.* dicentes, quod cauſa vbi ſemel ſummariè committitur ſemper in ſequentibus inſtantijs ſummariè ducat, quod etiam ad alios Iudices in ea ſubrogatos extendi ſolet vbi *Grauat.* citat *Oldr. conſ.255. Felin. in cap.vlt. num.10 de teſt.* & vltra eos addo *Puteum deciſ.426.par.2.* vbi refert, quod cauſa cōmiſſa Officiali procedendi iuxtà formam ſtatutorum, ſi deindè fuerit commiſſa Auditori, determinanda cenſetur cum dicta forma ſtatuti per rationes ab eo adductas,*& ità deciſum*
16 *fuit in Collaterali Cōſilio ad relationem Iudicis Macedonu, in cauſa Antonini Buccherij inquiſiti de homicidio cum illis de Pariſio de anno* 1614. & ad maiorem cautelā iuſſum fuit per Collaterale, vt de nouo concederetur dicta poteſtas M. C. per literas particulares, & indè ità exequutū, quàmuis hodie extat nouella *pragm.52.de armis*, & ſic fuit exequutum in eadem Regia Audientia, è cōuerſo ſi cauſa fuerit cępta ſummariè, ſiuè iudicium ſummarium an poſſit ordinariè proſequi, *Carau. in ritu 288. num.28.* affirmatiuè concludit,ſequitur *Muſcatell. in praxi S.C. lib.1.gloſ.petitur,num.34.* & latiùs *in meo voto 25. num.85. & ſeq.* vbi caſus refertur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Copia repertorum an concedatur in crimine diſrobationis,& quando procedat, num.3.*
2 *Copia proceſſus informatiui denegatur,quando proceditur ex abrupto.*
4 *Copia inditiorum danda erit à Iudice habente liberum arbitrium.*
5 *Deciſio S.C. affertur quando copia repertorū ſit concedenda in criminalibus Fiſco reluctante.*
6 *Copia confeſſionum ſociorum criminum concedi an debeat reis inquiſitis.*
7 *Verba* Cap. Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ *ponderantur, & qualitèr intelligantur, num.8.*

## ARGVMENTVM.

Copia repertorū an, & quando reis erit concedenda,& quid in copia confeſſionis ſociorum.

## CASVS IX.

Cvm fuiſſent torti quidam inquiſiti de diſrobatione in ſtrata, ex proceſſu informatiuo per Reg. Aud. Calabriæ Citra, & confeſſi fuiſſent delictum,ceteri verò non,quapropter conceſſis defenſionibus, petierunt copiam repertorum, & paritèr copiam confeſſionū duorum inquiſitorum, licet per dictam Regiam Audientiam fuiſſent tantùm capita, non autem copia conceſſa, & cum iterum inſtatum fuiſſet, pro dicta copia dubitatum fuit, an cum effectu eſſet concedenda, poſtquā in caſu prædicto diſro-
1 bationis, non conceditur copia repertorum, vt tradit *Camp. in capit. diu iam, & pluries nu. 9.* ex mente *Bartholom. de Capua* quem citat *Muſcat. in praxi crimin. in tit.de furt.rapin.& latroc. ſub rubr.de priuil.dict.delict.num 55.*
2 Quemadmodùm etiam quando procederetur ex abrupto copia proceſſus informatiui denegatur, refert *Maur. Burgius in tract de modo proced.ex abrupto,quæſt.11.n.12. & quæſt 15.num.5. & quæſt.33.num.13. Muta in pragm.Siciliæ tit.2.pragm.6 nu.9.& ſeq.*
3 Quàmuis ibidem *Camp.*concludere videatur id procedere contra famoſos latrones diſrobatores ſtratarum, & in caſu de quo agebatur,non alitèr famoſi latrones dici poterant, cum per vnicum actū diſrobationis reperiebantur inquiſiti, & ad hoc *Farinac.conſ crim.84.num.12.vol.1.*
4 tradit,quod copia inditiorum dandæ ſūt à Iudice etiam habente liberum,& abſolutum arbitrium, & ibi alia diſcutit, imò *idem Farinac. conſ crim.156. num.46. tom.2.* refert, quod copiæ inditiorum, & defenſiones dandæ ſunt in atrociſſimo crimine etiam læſæ Maieſtatis diuinæ,& humanę, probans etiam tales copias dandas eſſe reis,etiam ſi non fuiſſent petitæ, neq; denegandæ, & contraria conſuetudo non valet,& de hoc agit *Bertazzol. in conſ. crimin.130.tom.1.* ibi *Additio* vbi allegat *Afſl. in deciſ. 391.* ſed hodie ex nouella *deciſ. de*
5 *Franch.629.* idem tractando cenſuit deciſum fuiſſe non alitèr eſſe concedendam copiam repertorum Fiſco reluctante in criminibus grauioribus, at cum hoc crimen inter atrociora connumeretur, meritò concedi non debuerat, & ità indicatum per eandē Regiam Audientiam ad relationem Franciſci Antonij Rocca illius Auditoris, penès Villanum Act.
6 Quò verò ad copiam confeſſionum ſociorum iàm extat exemplum in *Capit.*

*Regni*

*Regni incip. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, ibi, *Et declarando præcipimus, tùnc demùm confeſſionem ipſam talē habere vigorē quādo præmiſſi nominati per eam reperiantur forè leues, & infamatæ perſonæ, mandantes vt iis, qui tanguntur ex confeſſione prædicta detur copia nominum, & dictorum, & confeſſionis eiuſdem probatorum, etiam per quæ leues, & infamatæ perſonæ illam confeſſionem eandem volumus efficacitèr aperiri, & propter tam Officialem ad quē ea res pertinet contra notatos in confeſſione prædicta de iis, quæ confeſſio continet, non expectato proindè alio noſtro mandato inquiſitionem facere poſſit, & ex officio procedere contra eos vt tùm nominatos datæ tis vt ſupra copia in iuſtis eorum defenſionibus audiant, & admictant, &c.*

7 Vndè ex *verbis dicti Capituli* Aduocatus inquiſitorum prætendebat copiam omnium repertorū, ex verbis illis detur copia nominum, & dictorum confeſſionis eiuſdem probatorum, & ità *d Capit. Intelligit Camp. in cap. Regni Subiungendo, ſub n.8. verſ. & talis copia*, tamen ſi ponderentur verba *illius Capit.* loquuntur in caſu ſuo ſcilicet confeſſionis; quia ſuper tali confeſſione fundatur diſpoſitio *illius Capit.* vndè ibi dicitur, detur copia nominum, & dictorum confeſſionis eiuſdem probatorum, etiam per quæ de leuitate, & infamatione perſonæ conſtare aſſeritur, & vt-
8 eumq; ſit inſpecta tali diſtinctione *d. Cap. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, ſi fuerint rei inquiſiti leuioris vitæ, & infamatæ, non debet eis dari copia, ſecus è contra, vt proſequitur *Camp in d. cap. Subiungendo*, vbi concludit, quod per *d. cap. Subiungendo ſublata ſit talis differentia*, ſi erit leuis, vel non leuis vitæ perſona, nàm ſemper datur copia repertorum, de reliquis *Ambroſin. in proceſſu informat. lib. 3. cap. 1. per totum.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Iniuria facta ſocio, cenſetur facta conſocio.*
2 *Socio iniuriato in deambulādo, cēſentur etiam omnes alij conſocij, iniuriati, & offenſi.*
3 *Socij itineris vti odioſi repelluntur à teſtimonio.*
4 *Socij offenſi, vel vulnerati, non ſunt idonei teſtes contra offendentem.*
7 *Iniuria facta vni ex ſocijs, dicitur communis, ideò non dicitur idoneus teſtis.*
6 *Iuramento dannum paſſi ſtatur ad probandū illud, quod procedit quando ciuilitèr proceditur, ſecus criminalitèr.*
7 *Iuramentum in litem ſuper qualitate, & quantitate rerum furatarum, non datur contra furem, quando agitur criminalitèr, & quando.*
8 *Iniuria facta vni, quando cenſetur facta alijs conſocijs.*
9 *Latrones ſunt publici hoſtes, et diffidati, poſſunt occidi, & ad furcas ducendi.*
10 *Inimicitia oritur inter latrones, & Regem ob bonum publicum.*
11 *Animus principalitèr attenditur in delictis.*
12 *Socius itineris an poſſit deponere de iniuria illata ſocio, & quando declaratur, num. 13.*
14 *Conſocij quādo admictuntur ad teſtificandum.*
15 *Conſocij admictuntur in teſtes in crimine furti, ſeù recacti in Campanea.*
16 *Conſocij admictuntur in teſtes, quando veritas aliundè haberi non poteſt.*
17 *Socij participes criminis admictuntur in delictis occultis, & difficilis probationis.*

A R G V M E N T V M.

Socij itineris an teſtificari poſſint aduerſus delinquentes contra conſocium, & quando.

C A S V S X.

HÆſitatum fuit in Regia Audientia Calabriæ Citra, quod poſtquàm fuerant carcerati duo latrones de attentatis recactis, dùm pertranſirent tres homines, & vnus ipſorū magis diues eos ligauerunt, & tentauerunt ipſum diuitem recactare, alij verò ſocij itineris licet fuiſſent capti, & ligati, ſed indè dimiſſi depoſuerunt de tali attentatione conſocij, & proindè cum fuiſſent ſocij itineris, nullam fidem facere videbantur contra tales diſrobatores.

1 Quocirea Aduocatus Pauperum ſe fundabat in eo, qualitèr cum fuiſſent facta talis iniuria eorum conſocio, cenſebatur facta eis, iuxtà *Gloſ. in l. item apud Labeonem, § tenetur, ff. de iniur.* latè *Farinac. in eius praxi crim. quæſt. 105. num. 286. iterum in tract. de teſtib quæſt 60. num. 402.* vndè citat *Felicius alleg. 28. nu. 15. par. 1. Io. Arnon. emblem. 59.* & ſocio iniuriato, ſeù offenſo in in deambulādo, ſeù in itinere cenſentur
2 & omnes alij ſocij ipſius iniuriati, & offenſi, *Almont. Ciacius conſ. 12. num. 21.*
3 Propter quod repellūtur à teſtimonio tanquàm principales, & odioſi delinquētium, vt latè proſequitur *Cepoll. conſ. crim. 32. col. 6.* & meliùs *Grammat. deciſ. 25. nu. 2.* vbi ait non eſſe credendum ſocio itineris, quia iniuria illata alicui, videtur etiā illata ſocio itineris, & licet dicatur, quod

ſint

ſint ſocij in itinere offenſi, adhùc tamen
4 ſocij alicuius offenſi, & vulnerati non sũt
idonei teſtes contra offendentem,ſeù vul-
nerantem. *Farinac.conſ.crimin.166.num 11.*
5 *tom.2.* & iniuria facta vni ex ſocijs, dici-
tur communis,& non dicitur idoneus te-
ſtis,probat *Almont Ciaſius diſcept crimin.ad*
*defenſam,tom.2.diſcept.27.num 43. Foller in-*
*ter conſ.crim.diuerſ.tom.1.conſ.137 num.1.in*
*nouiſſ.* cum alijs apud *Merend conſ.66.nu.1.*
*& Io. Arnon.vbi ſup.*
6 Et ſi dicatur,quod ad probandũ damnũ
paſſũ,ſtari debeat iuramẽto damnũ paſſi,
quod procedit cõtra ipſos delinquentes
tanquàm doloſos, vt proſequitur *Gloſ. in*
*Conſtit. Si damna, ſuper verbo damnis clande-*
*ſtinis, verſ.nunquid propter difficultatem, Sera-*
*phin.de priuileg iuram.priuil.17.* vbi *num.12.*
latè *Mantic.in tract.de iuram. p.4.effect.122.*
& notat *Campag.in cap frequens,num.92.*vbi
*num.91.* cenſuit, quod circa probationem
rerum amiſſarum admictuntur ſocij,& fa-
miliares, hoc tamen procederet quando
ciuilitèr procederetur, non autem crimi-
7 nalitèr, quoniam iuramentum in litem
ſuper qualitate, & quantitate rerum fura-
tarum,& illius valore non datur contra
furem, quando agitur criminalitèr, poſt
*Io.Boniſac.in libro de furtis,§.vel etiam vſus*
*eius,nu 32. Farin de furtis,quæſt.168.num 32.*
vbi *num.41.& ſeq.* ſubſequitur,quod iura-
mentum in litem,contra furem, raptorẽ,
latronem, & ſimiles ſuper quantitate, &
rerum derobatarum non datur niſi præ-
uia Iudicis taxatione, & quid in iſto caſu
conſiderare debet Iudex, tradit *num.43.*
nàm tùnc furtum ipſum,vel damnum de-
bet legitime, & per veras probationes
oſtendi, non autem per iuramentum, ex
*Bart Grat.& alijs citatis,*vbi per*Seraph.n 13.*
poſtquàm in ciuilibus facit inditium in
criminalibus,*Boniſac.vt ſupra num 33.*
8 Ex aduerſo autẽ contra inquiſitos re-
plicabatur reſpectu primi benè procede-
re, quãdo adeſſet inimicitia inter vtraſq;
partes, vel per aliquem ipſorum, & tùnc
certum erit,quod iniuria vni facta,cenſe-
tur facta omnibus, & procederet regula
contraria, vt non poſſint eſſe teſtes con-
ſocij, vt dictum eſt ſupra, iuxtà opinionẽ
*Maſcard. concluſ.1318.num.7.& Vulp.* quos
nouiſſimè probat *Peritiſſimus Doctor Eli-*
*ſeus Danza de pugna Doctor. tom.3. tit.de in-*
*ditijs proximis &c.cap.7.nu.17.* vel inter eos
rixa vrgeret, prout loquuntur *Cepoll. &*
*Gram.ſupra relati.*
9 Et propterea ſi benè ipſi latrones ſint
publici hoſtes, & diffidati, vt refert *Paris*
*de Puteo de ſyndic.verbo latro,*de quo ſupra
caſu *Reg Tapia in ſuo Iure Regni tom.6.rubr.*
*de public.latron.num.3.*ideò poſſunt occidi,
& capi, ad furcas ducendi probat *Leand.*
*Galgagr. ad ſtatuta Vrbis lib. 2.cap. 58.* poſt
*Io. Boniſac. in libro de furtis, §.inuito domino,*
*num.35.& in §.quod iure naturali,num.19.* ta-
lis enim inimicitia contracta eſt per eos
10 vniuerſalitèr ob bonũ publicum à Re-
ge,vt in *Conſtit.Pœnam eorum,*vbi *Afflict.*ni-
mirùm quia hoſtes publici dicuntur in
*d. Conſtit.* nàm ſi tales talia agunt ad ter-
rorem animo depredandi, & furandi, &
11 non mirùm ſi in delictis animus princi-
palitèr attenditur, non tamen exitus, &
euentus, latè *Farinac. in eius praxi crimin.*
*quæſt 98.num.176.*
12 Et non mirandũ,ſi ſocius itineris pote-
rit deponere de iniuria illata ſocio, ſe-
cundum *Bald.in l.quoniam,* vbi *Salic. nu.8.*
*C. de teſt.* cum alijs citatis per *Farinac. in*
*tit.de oppoſit.contra perſ.teſt.quæſt.60.illat.15.*
*num.402.* quidquid dixerunt *Maſcard. &*
13 *reliqui*, niſi iniuria illata in ſe reuocaue-
rit ſocius,vt *ibi Farinac.num.403.*declarat,
quod putat ipſe cognoſci, & probari ex
ſignis, verbis, & alijs coniecturis, quæ
omninò ceſſabant in caſu prædicto, imò
paritèr ipſi teſtes fuerunt capti, ligati,
14 & indè dimiſſi, nec alitèr de iniuria,
& damno conſocij curantes, & proprio
illud diſſimulantes, cuius rei cauſa in te-
ſtes admitti debuiſſent, iuxtà *conſil. Vul-*
*pelli 87. in princ.*
15 Sed quia agebatur de furto,ſeù recactu
in Campanea,quod eſt delictum enorme,
& exceptuatum,quo nàm caſu rectiſſimè
conſocij in teſtes admictuntur,vt optimè
probat *ipſe Danza* ſummus practicus, &
verſatiſſimus in Tribunali Regiæ Audiẽ-
tiæ Principatus Vltra, cuius verba hic re-
ferre non pigebit, cũ ſint in terminis ter-
minantibus *num.22. verſ.aut verò ſocius iti-*
*neris,* vel in itinere deponit de furto facto
contra ſocium euntem ſecum, prout in
dies accidit,nàm viatores,& deambulan-
tes vnici, & ſocialitèr iter faciũt,ſunt ag-
greſſi à latronibus eos depredãdi, vel in-
terficiendi, & antequàm ad actus depre-
dationis deueniant ad eas terrendum ali-
quos maletractant, vel litigant, & impo-
nunt pallium in faciem, vel eos proſter-
nere iubent, vel ad locum ſecretum du-
cant, nè cognoſcantur, & indè alios ſpo-
liant,furantur,vel lędunt, & dubitatur an
iſti ſocij ligati, vel detempti, vel lęſi, vel
facie coperti, fidem faciunt, ſi deponunt
de furto, vel ſpoliatione facta, vel homi-

cidio commiſſo ſine alia offenſa ſequuta
in ſocios, cum quibus accedebant Aduocati pauperum ſolent allegare ſupradictã
regulam, vt ſocius criminis non facit fidem, & ex hoc cum delictum non poſſit
aliundè verificari, niſi per eoſdem euadũt
latrones pœnã, imò audaciores efficiuntur ad ſic delinquendum, tu verò aliam
diſtinctionem adhibeas, quod aut iſti ſocij ſunt tantùm impediti, ligati, & facie
obumbrati, nè delinquentes cognoſcant
nulla alia læſione ſequuta; ſed indè liberi,
& illæſi dimiſſi, & tunc dicas eorũ depoſitionibus plenam fidẽ adhibendam eſſe,
deponũt enim de facto. in quo ipſi interfuerunt; Aut verò iſti ſocij nedum ligati
detempti ſunt, & impediuntur, nè vltrò
progrediantur ad denuntiandum delicta,
verùm etiam à latronibus concuſſi ſunt,
aut vulnerantur, ſiuè maletractantur, ſiuè
alio modo ſunt offenſi, & tùnc quãmuis
videantur offenſi, & in facto proprio deponere, tamen probant cõtra delinquentes latrones, & tantã fidem faciunt, quantam facit dictum illius, qui deponit vti
principalis in ſe, & teſtis in alios, de quo
dixi ſupra *tit. de confeſſ. cap. 6. per totum*, &
in caſu ſimili huiuſmodi ſocios deponentes fuiſſe admiſſos, delinquentes punitos,
& deciſum refert *Ioan. Baptiſta de Thoro in compend. deciſ. Cur. Archiep. Neap. verbo ſocius itineris, fol. 40. impreſſo poſt primum tomum in ſuo compend. dec. Regni*, ſumus enim
in delictis atrocibus, & in quibus veritas
alitèr haberi non poteſt, quo caſu etiam
inhabiles recipiuntur, hæc ille, vbi alia refert, quapropter data enormitate iſtorum
delictorum commiſſorum in Campanea,
hoc eſt diſrobationum, latrociniorum, &
recactorum non tantùm probari poſſunt
per eoſdem conſocios itineris, ſed etiam
à conſocijs ipſorum crimina patrantiũ,
tùm quia veritas aliundè haberi non po-
16 teſt, quo caſu ſocij, & participes criminis
admictuntur in teſtes, vbi veritas aliundè
haberi non poteſt, *Farinac. conſ. crimin. 41. nu. 12. verſ. & nihilominus*, tùm etiam quia
licet ſint publica quòad loca, ſunt tamen
occulta reſpectu perſonarum in eis non
habitantium, & ideò ſocij, & participes
17 criminis admictuntur in delictis occultis, & difficilis probationis, *idem conſ. 38. num. 1. verſ. & ibi delictum, tom. 1.* & ſic declarationes duorum forуſcitorum plenã
probationem facere, probat *Io. Grand. de bello exulum, in vltimo prædicamento, ſpeciali 90.* latiſſimè *Muta in pragmat. Sicil. tit. 47. num. 33. & ſeq.* & propterea nulla habita
de ijs ratione, ex quo aderant alij teſtes
de viſu ligationis fuerunt per Regiam
Audientiam condemnati.

*SVMMARIVM.*

1 Conſtit. Si quis in poſterum, §. illud, *enucleatur, & qualitèr procedat, num. 13.*
2 *Negatiua directè an admictatur.*
3 *Negatiua non admictitur quando delictum eſſet plenè probatum.*
4 *Confeſſus ſpontè delictum, non præſumitur in ſe mentiri, etiam ſi in tortura confiteretur.*
5 *Confeſſio aliorum reorum in delictis enormibus, an probet contra alios.*
6 *Defenſio eſt de iure naturali, & cuilibet promiſſa eſt.*
7 *Inquiſitus in ſuis defenſionibus poterit negatiuam probare, & qualitèr.*
8 *Negatiua coarctata loco, & tempore magis attenditur in fauorem rei, quam affirmatiua.*
9 *Teſtes deponentes ſuper negatiua coarctata loco, & tempore præferuntur teſtibus fiſci deponentibus, & affirmatiuam, & qualitèr procedat.*
10 *Teſtes fiſci, & rei æquales, præferũtur teſtibus rei ad defenſam, etiam ſi teſtes fiſci eſſent digniores, num 11.*
12 *Confeſſio vnius alteri non nocet.*
24 Conſtit. Si quis in poſterum *eſt rigoroſa.*
15 *Reus an poſt publicationem teſtium poſſit ſuas probationes, & exceptiones producere.*

ARGVMENTVM.

## Articuli de directo contrarij depoſitionibus teſtiũ Fiſci, reijci an debeant, vel admicti pro defenſione reorum.

CASVS XI.

COnceſſis defenſionibus per Regiam
Audientiam Calabriæ Citra quibuſdam inquiſitis de recactu in
ſtrada commiſſo poſt torturæ illationem,
præſentauerunt articulos de directo contrarios contra diſpoſitiones teſtium fiſci,
quarè fuit dubitatum quid agendum, pro
Fiſco fuit oppoſitum vt reijcerentur tanquàm impertinẽtes, & pro eo videtur ex-
1 tare *Conſtit. Regni Si quis in poſterum, §. illud etiam apertiſſimè*, vbi diſponitur, quãdo ab
imponente defenſam, fuerit per tres teſtes probatum contemptum, contra ipſo-
rum

rum dicta, videlicet, quod res alitèr ſe habebat per tres teſtes contrarios probari non poſſit nàm ſi teſtes per quos defenſa impoſita contenta probatur, erint probatæ fidei, & opinionis benè, & tùnc promptum eſt ipſorum teſtimonium ſtare, aut pars contra ipſorum perſonas excipere poſſe cōfidit, quo caſu parti obiectiones contra perſonas prædictorum teſtium non negamus defenſiones rei Iudicatæ pacti coinenti, & ſimiles, quæ non directo contra dicta ipſorum teſtium opponuntur, ſunt verba formalia *text.* ibi *Gloſ.* notat *in verſ. per contrarios*, probando
2 negatiuam, quæ regularitèr non admicitur directè, & alia *Gloſ. ſuper verbo videlicet quod res*, inquit, non prodeſt ei, quia hoc eſt de directo contra dicta teſtium, vt falſum dixiſſe videatur, quod opponi
3 non poteſt, præterea quando delictum eſſet plenè probatum, nullatenùs negatiua admitteretur, ità ex *Pugnat. in pragmat.* 4. *num* 144. *de falſ.* notat *Eliſeus Danza de pugna Doctor. tom.* 3. *tit. de negatiua, cap. vnico num.* 39.

Accedebat inſuper prædictis, quod cōtra iſtos inquiſitos extabant duo confeſſiones conſociorum criminis, ob quod fuerunt condemnati, & quemadmodùm contra ipſos ſtandum ſit; nàm confeſſus
4 ſpontè delictum, non præſumitur in ſe mentiri, *Grammat deciſ.* 56. *num.* 64. etiam ſi fuerit facta in tortura, nàm etiam ſpontè diceretur facta, *Foller in praxi crim. rub. & ſi confitebuntur, num.* 89. *in* 2. *par. tertiæ partis, Præſ. de Franch. deciſ.* 638. *num.* 6. quantò magis contra alios ipſorum confeſſio va-
5 leret maximè in ijs delictis exceptuatis, vt ipſemet *Foller. d rubr. & ſi confitebuntur, p.* 3. *num* 102. *cum ſeq* & quomodò eſſe debeat de iure capitulnrū, vt probet plenè contra alios docet *Præſ. de Franch. deciſ* 570.

6 Pro parte verò inquiſitorum dicebatur, quod defenſio eſt iuris naturalis, & iuris naturę eſt, vt quis ſe defendat in crimine per fas, & nefas, & naturalis eſt viuendi dulcedo, *Grammat. deciſ.* 36. *num.* 91. & adeò in ſpecie adducebatur antea doctrina *Foller. in rubr. recipiantur defenſiones*
7 *reorum, num.* 31. diceris, quod vbi quis inquiritur de delicto in defenſionibus ſuis ad eludendum, & tollendum inditia exiſtentia contra eam poteſt probare negatiuam coarctatam loco, & tempore vſque toto illo die fuit alibi, & quod indè non diſceſſerit, nec diſcedere poterat, quin fuiſſet viſus, vt dicunt DD. per eum relati, prout in cōtingenti caſu relato ab *Horatio Perſio conſ crimin.* 13. *num.* 12 ſeruatum fuiſſe, teſtatur ex *Boſſ. & Farinac. ibidem re-*
8 *latis.* nàm negatiua coarctata loco, & tempore ad fauorē inquiſiti magis actendenda, quam affirmatiua, *Farinac conſ crim.* 22. *num.* 6 *tom.* 1. etenim negatiuè virtus eſt, vt omnem deneget potentiam, & neceſſitatem inducat, *Giurba conſ. crim.* 19. *num.* 68. & ad corroborationem præmiſſorum optimè *Danza vbi ſupra num.* 37. hæc for-
9 malia verba protulit, & teſtes deponentes ſuper hac negatiua, coarctando locum, & tempus, præferuntur teſtibus deponentibus pro Fiſco, & *Farinac. cit. quæſt.* 65. *num.* 224 225. & 226. & *num.* 154 & 234. *Intriglio l. conſ.* 6. *num* 117. & 118. *Mantic. cit loco, Viu. deciſ.* 166 *nu.* 3. & 4. & *Afflict. deciſ.* 324. *num.* 9. & 10. aſſert, vt teſtibus deponentibus pro reo ſuper negatiua coarctando locum, & tempus preferantur teſtibus Fiſci affirmantibus, quod procedit in actu momentaneo, *Paul. Bellon. de poteſt. eorum, cap.* 130. *in fine*, & ſequitur *num.* 38. & adeò eſt fauor rei deſiderandus, vt ſi reperiantur in proceſſu examinati aliqui teſtes pro Fiſco contra reum, & reus ad defenſam alios examinauerit, & produxerit, &
10 teſtes Fiſci, & rei æquales adhùc præferantur examinati ad defenſam, & ſic pro reo iudicandum eſt, *Alex. conſ.* 136 *vol.* 2. &
11 *conſ.* 121. *num.* 11. *vol* 7. Imò ſi teſtes Fiſci digniores eſſent, adhùc pro reo eſt iudicandum, *Innocent. Vital conſ.* 1. *num.* 20. *poſt pract. crim. Tartagl. fol.* 120. *hæc ille*, quæ omnia ſatis videntur facere pro deciſione
12 articuli, eo ampliùs, quia cōfeſſio vnius, alteri non nocet, *Farinac. conſ. crimin.* 185. *num.* 32 *tom.* 2.

13 Replicabatur ad *text. d. Conſt.* quia ibi id ſpeciale conceſſum eſt, & propterea ad alios caſus non debet extendi, cum ipſa
14 *Conſt. Sit odioſa*, vt notat *Bartholom. de Capua ibi verſic. nota quod hæc Conſtitut.* imò *Gloſ. ibi in d. verbo videlicet*, inquit, vt tamen verba Conſtitutionis rectè intelligantur, videtur hoc accipiendum poſt publicationem teſtiū, tùnc enim habet fieri probatio contra dicta, ſed autem benè poſ-
15 ſet reus probare quaſlibet ſuas legitimas probationes, & exceptiones, vbi notabilitèr idem notat *Andr. verſ. illud etiam*, vt procedat poſt aperturam, quod hodiè eſt expeditum per *Capit. Regis Roberti Propoſito*, vbi etiam antè aperturam permiſſum eſt reo quaſcumque defenſiones, cum releuantes offerre, atque probare excepto vno caſu, vt ibi, quare fuit deciſum in dicta Regia Audientia ad relarionem

Auditoris Franciſci Antonij Rocca, tales exceptiones eſſe admictẽdas de menſe Auguſti 1611. Paterni, penès Villanum Actuarium.

## *SVMMARIVM.*

1 *Qua pœna puniuntur percutientes faciem cũ deformitate, & cicatrice, & ratione probatur.*
2 *Pœna triremium ſucceſſit loco damnationis in metallum.*
3 *Iudici licebit pœnam legis minuere ante ſententiam, quando crimen non eſt probatum.*
4 *Torqueri an poſſit reus repulſatis teſtibus de viſu ſuper exiſtentibus alijs de fama, ad hoc vt torqueri poſſit.*
5 *Tortura inferri non debet quando crimen conſtat per vnum teſtem de viſu, & per publicam famam.*
6 *Tortura datur in ſubſidium, & num. 9.*
7 *Probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
8 *Pœna minui, & augeri poteſt ex cauſa.*

## ARGVMENTVM.

Qua pœna puniri debeat vulnerans aliquem in faciem, ſi delictum per vnicum teſtem de viſu cõſtet repulſatum, exiſtentibus alijs de fama.

## CASVS XII.

INquiſitus quidam N. reperiebatur in Regia Audientia Calabriæ Citra de vulnere illato in faciem cuiuſdam P. cum deformitate, & cicatrice, & tale delictum conſtabat per depoſitionem vnius teſtis de viſu iàm repulſati in defenſionibus, & per alios de fama, vndè contingit hæſitari in dicta Regia Audiẽtia ſi deberet puniri, & qua pœna, & nõ eſt dubium,
1 quin pro tali delicto imponitur pœna triremium, quod etiam Romæ ſeruari, teſtatur *Farinac. in tit. de delict. & pœn. quæſt. 18. ſub nu. 98. verſ. vndè non immeritò*, ex eo quia ob tale vulnus in faciem illatum non ſolet ſequi mors, vt inquit *Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 89. ſub nu. 5.* quem ſequitur *Bertazz. conſ. crimin. 356. num. 27. tom. 2.* vbi plura adduxit, præcipuè circa deformitatem cicatricium, maximè factarum in faciem, vt per exempla oſtendit *Muta in pragm. Sicil. tit. 39. à num. 2. ad 6.*

Eapropter poſtquàm verſabatur in materia pœnæ vltra relegationem, iuxtà *Capit. Regni Tormenta*, ex eo quia pœna
2 triremium ſucceſſit loco damnationis in metallum, vel opus metalli, vt ex pluribus probat *Maſtrill. deciſ. 163. tom. 2.* verùm quia ipſi Domini tres Auditores fuerunt inter ſe diſcordes, nàm vnus ipſorum, qui erat Commiſſarius, votauit eſſe condemnandum ad triremes, alter verò in exiliũ, tertius autem votauit eſſe torquendum, vndè difficultati contingit, quorum votorum aliquod erat exequendum, nàm ſi attendebatur votum Commiſſarij, certum erat, quod pro tali delicto pœna triremium impoſita extat, vt per *Farinac. vbi ſupra*, ſi enim attendi videbatur ſecundũ votum condemnãs ad pœnam exilij probari videbatur, ex doctrina *Par. de ſyndic. verbo compoſitio, num. 5.* citati per *Grammat.*
3 *deciſ. 42. num. 15.* dicentis, quod Iudici licet pœnam à lege ſtatutam minuere ante ſententiam, quando crimen non eſt liquidè probatum, & huic conuenit *deciſio Maſtrill. 183.* de cõſimili caſu agentis, hoc eſt de tribus Iudicibus tria vota proferentibus diuerſa, & deciſũ retulit debere exequi votum illud, quod erat pœnę minoris illatæ, tertium votum fuit, vt torqueretur, & hoc optima ratione fulcitum ex aurea doctrina *Grammat. in deciſ. 11. num. 11.* vbi
4 concludit, repulſatis teſtibus de viſu, & ſuperexiſtẽtibus alijs de fama, adhùc torqueri debet reus inquiſitus per iura, & auctoritates ab eo citata, vbi latiùs proſequitur, & hoc confirmatur ex auctoritate *Marantæ in ſpecul. par. 6. num. 329 actu 2.* vbi
5 tradit torturæ appellationem non debere admitti in crimine, de quo conſtat per vnum teſtem de viſu, & per publicam famam, quia non appellatur, quo fit, vt cum fuerint repulſati, ex quo de iure repulſari poſſunt teſtes de viſu, ac etiam de fama, *Foller. in praxi crim. rubr. concedatur repulſa,*
6 *num. 15.* reddebatur informatio capta dubioſa, & ideò tortura debet dari, quia ipſa in ſubſidium datur, *Ant. de Ball. in tract. crim. lib. 1. tit. de indit. quæſt. 6. num. 1.* & proptereà non obſtabat primum votum, quia nõ videbatur delictum plenè probatum,
7 vt ordinaria pœna puniri potuiſſet, quia probationes debent eſſe luce clariores, *l. fin. C. de probat.* neq; aliud ſecundum votum, nàm etſi pœna minui, & augeri poſſit ex cauſa, *l. aut facta, ff. de pœn.* non tamen procedit ex defectu notorio probationis,
8 quoniam tùnc aut debet abſolui, aut condemnari, vndè benè tortura inferre debuerat,

Digitized by Google

buerat, quæ datur in ſubſidium, quando
9 indicia defenſionibus non ſunt euacuata, *Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 40. de bonis prod.* indè certioratus Eccell. Prorex de prædictis mandauit Collat. Conſil. eſſe exequutioni demandandum votum torturæ, die 27. Octobris 1611. & ità exequutum per ipſam Regiam Audientiã, penès Villanum Actor. Mag.

### *SVMMARIVM.*

1 *Foriudicatio prouenit ex banno, neq; procedi ad bonorum annotationem eo ommiſſo, nu. 2.*
3 *Foriudicatio procedit à bannitione.*
4 *Foriudicatio elapſo anno à die banni promulgatur.*
5 *Tempus foriudicationis abbreuiatur à Principe in caſibus arduis.*
6 *Poteſtas procedendi ad modum belli, ſeù militari, idem denotat, quod conceſſio liberi arbitri.*
7 *Bannum in foriudicatione exigitur.*
8 *Bannũ præcedere debet, vt poſſit proferri ſententia foriudicationis.*
9 *Annus foriudicationis incipit à die banni.*
10 *Foriudicatio principaliter oritur ex contumacia.*
11 *Sententia foriudicationis robur accipit à contumacia.*
12 *Banna ſunt contra ius commune, ſed municipali iure inuenta.*
13 *Bannum, & iuris ſollemnitas municipalis, quæ dependet à contumacia.*
14 *Annotatio bonorum, et forbannũ in foriudicando ſunt de iure ciuili.*
15 *Sollemnitates iuris in probatorijs, & deciſorijs iudicij militaris ſunt ſublatæ.*
16 *Modus militaris ex abrupto procedẽdi, & proceſſus conſiſtit abſquè ſollemnitatibus Iudicis ordinarij.*
17 *Forbannum, & annotatio bonorum ſi fuerint ommiſſa non annullant foriudicationem.*

### ARGVMENTVM.

Procedi an poſſit ad foriudicationem contumaciæ ex ſuperueniente ordine Superioris Iudicis vigore poteſtatis extraordinariæ ommiſſo banno.

### CASVS XIII.

Difficultari etiam contingit in eadẽ Reg Aud. Calabriæ Citra in cauſa cuiuſdam inquiſiti, qui occiderat eius matrem, cõtra quem fuit proceſſum, & fuit contumax reputatus, indè cum ſuperueniſſet ordo Suæ Excellentiæ concedendo poteſtatem extraordinariam eidẽ Regiæ Audientiæ, vt procederetur extraordinariè ad modum belli, ſi potuiſſet procedi ad foriudicationẽ ommiſſo banno, poſtquàm ex *Conſtit. Pœnam eorum.* ſtatutum eſt antequàm quis foriudicetur, priùs banniatur, vbi *Andr. in princ.* notat, quod foriudicatio à bannitione proue-
1 nit, & niſi priùs banniatur, nunquàm foriudicatur, vbi ponderat ad idem *Cap. Regni Siuè quis,* ibi: *Quam foriudicationem tùnc procedere volumus, cum bannitus fuerit ob contumaciam criminis, cuius pœna eſt mors naturalis, &c.* & ità exorditur tela iudiciaria criminalis per *Foller. in eius praxi, in rubr. banniantur, in princ.* & in alia *rubr. foriudicantur, in princ.* & ſequitur ibi: An quod Iudices M.C.V. nunquàm foriudicant, nec bona
2 confiſcant bannitorum excepto tertia mobiliũ, niſi de publicatione banni conſtat per publica documenta, vel aliàs legitima, & ex tùnc computat annum, & be-
3 nè vndè conſpicitur foriudicationẽ procedere à bannitione, *Afflict. in d. Conſtit. num. 19*
4 Inſuper quia foriudicatio fit elapſo anno à die banni, iuxtà *d. Conſtit. Pœnam eorum,* quod non poſſit abbreuiari, cum ſit lex Regni, ſed tantùm hoc tempus foriu-
5 dicationis abbreuiatur ad beneplacitum Excell. Proregis ſtante eius ampliſſima poteſtate, *Præſ. de Franch deciſ. 213. num. 36.* quod indiſtinctè obſeruatur in caſibus arduis, *vt ipſe ibidem fatetur. num 35.* de cuius ordine quiliber Officialis, & Curia poterit tẽpus ipſum reſtringere quotieſcumq; aliqua cauſa alicui committitur,
6 vt procedat ad modum belli, & militari modo, quæ idem denotat, & importat cõceſſionem liberi arbitrij, & poteſtas procedendi contra inquiſitos, vt tradit *Muſcatell in praxi crimin rubr. de priuil. furti, & rapino, num. 24.*
7 Et quod requiratur bannum in foriudicatione, ex *Grammat. conſ. 1. nu. 17. & Careual. de iudic. tom. 1. num. 754. & 714.* probat *Danza d tract. de pugna Doctor. tom 3. tit. de var. delict. cogn. cap. 4. num. 34.* ſicq; bannum
8 precedere debet, vt poſſit proferri ſententia foriudicationis, *Scialoya de foriudic. c. 9. num. 5.*

*num*.5.*&* 7. & tale bannũ fieri debet con-
tracta contumacia, & elapſo anno à die
9 dicti banni, reus poteſt foriudicari, & an-
nus currit à die dicti banni, probat *Scia-
loya de foriudic. cap*.10. *num*.2. vbi *num*. 29.
quærit, & quid ſi tempus banni ſit abbre-
uiatum à ſtatuto, quo tempore debet in-
cipere currere dictum tempus breuiatum
reſolui currere à tempore banni, ex ra-
tionibus ibi relatis, vndè conſpicitur eſſe
neceſſarium bannum promulgari, cum
talis abbreuiatio contineat tempus anni
breuiandi vigore talis poteſtatis.
10 Ex aduerſo autem dicebatur foriudi-
cationem procedere principalitèr ex cō-
tumacia rei, vt colligitur ex *Conſt. Pœnam
eorum*, & ponderat *Conſ. Campana d tract. de
11 forind. reſol*. 3. *nu*. 3 & ab ipſa contumacia,
præſertim ſentētia foriudicationis robur
accipit, *Præſ. de Franch. deciſ*. 463. *num*. 4. &
propterea ſtante contumacia contracta
procedi poterit ad foriudicationem vi-
gore dictæ poteſtatis militaris.
12 Præterea quia talia banna ſunt contra
ius commune inuenta, ſed de iure muni-
cipali, vt tradit *Conſ. Campana in tract. re-
ſolut*. 20. *ſub num*. 1. & ſic videtur eſſe quæ-
13 dam ſollemnitas iuris municipalis de-
ſumpta eſt *Conſt. Grandis vtilitas*, quod de-
pendet à contumacia, vt ibi *Afflict nu*. 10.
notat, ſicquè annotatio bonorum, & ſor-
14 bannum in foriudicando, ſunt de iure ci-
uili, probat *Danza tract. de pugna Doctor.
tom*. 3. *tit. de ſentent. foriudic. cap*. 1. *num*. 12.
*ad* 29.
15 Quo fit vt cum talis iuris ſollemnita-
tes in actis probatorijs, & deciſorijs iu-
dicij militaris ſint ſublatæ, vt dixit *Ioan.
Grand. de bello exul. in prædicamento quando,
quæſt*. 3. *num*. 4. *&* 7. & iterùm in *ſpeciali* 59.
& modus procedendi ex abrupto proceſ-
16 ſiuus conſiſtit abſq; ſollemnitatibus iu-
dicij ordinarij, inquit *Maur. Burg. de modo
proced ex abrupto, quæſt* 3. *num*. 10. hinc opti-
mè *Danza vbi ſupra*, ſub diſtinctione quæ-
rit, ſi ſollemnitates, quæ interueniunt in
foriudicatione, poſt anni circulum de-
beant adhiberi in foriudicatione facien-
da cum termini abbreuiatione, *& ibi ſub-
dit num*. 29. ad noſtrum propoſitum, ſic di-
cens, ſed tantùm cenſentur relaxatæ illæ
Iuris ciuilis, proùt ſunt forbannum, an-
17 notatio bonorum, quorum ommiſſio nō
conſideratur, nec foriudicatio annullari
poteſt ex defectu annotationis non factę,
vel forbanni, vt ſcriptum reperies in meo
1. *tom tit. de forindic. cap*. 1. *num*. 4. & iterùm
ſuper hoc eodem 3. *tom. tit. de var. cognit.
cap*. 4. *num*. 33. nunc addo *Conſiliar. Arias de
Meſa variar. reſolut. cap*. 36. *num*. 3. *lib*. 1. *No-
uar de grauam. vaſſall. tom*. 3. *gran*. 9. *num*. 16.
& ſic fuit deciſum in eadem Regia Au-
dientia.

## *SVMMARIVM.*

1 *Relatione pendente nil poteſt innouari, cum ſit actus ſuſpenſiuus.*
2 *Innouari nil poteſt per Iudicem à quo pendente reſcripto relationis faciendæ, & ſimilia.*
3 *Relatio, & appellatio æquiparantur, vt iuriſdictio ſuſpendatur.*
4 *Odia reſtringenda fauores amplianda ſunt.*
5 *Appellatio ab vno interpoſita, prodeſt conſortibus.*
6 *Reſcriptum ab vno impetrato, iuuat omnibus conſortibus non tantùm in ciuilibus, quàm in criminalibus procedit, num*. 7.
8 *Reſcriptum impetratum ab vno, non refertur ad alios non nominatos in eo.*
9 *Reſcriptum ambiguum debet intelligi ſecundum ſupplicationem.*
10 *Reſcriptum intelligitur iuxtà petita.*
11 *Mentio conſortium in precibus ſi nulla facta ſit illis non prodeſt, & qualitèr intelligatur.*
12 Text. in l. ſi quæ ſeparatim, ff. de appell. *ponderatur.*
13 *Remiſſio non ſit Baroni, niſi reo conſtituto in carcere.*
14 *Contumax perdit fori priuilegium.*
15 *Pro contumace nemo loquitur.*

## ARGVMENTVM.

Procedi an poſſit cōtra reum inquiſitum ſubiectum inferiori Iudici exiſtentibus ordinibus in contrarium, nè Iudex ſuperior ſe intromitteret, & ampliùs accedente reſcripto, vt quando relationem faceret Ill. Proregi.

## CASVS XIV.

COmmiſſo furto in ſtrata publica per quoſdam Satellites, & Magiſtrū Actorum Regij Locumtenētis Ciuitatis Coſentiæ, & captis aliquibus ipſorum in fortijs Regiæ Audientiæ fuerunt totti, quorū aliqui tanquàm confeſſi fuerunt ſuſpenſi, reliqui verò non confeſſi, obtinuerunt reſcriptum ab Excellentiſs.

Prorege

Prorege, vt Regia Audientia relationem faceret de contentis in memoriali porrecto per eundem Locumtenentem petentē remiſſionem ſuorum ſubditorum, tantò magis exiſtētibus alijs pronifionibus dictantibus, quod ipſa Regia Audiētia minimè cognoſcere habeat de ſamulis eius Curiæ, & Actuarijs,& pendente relatione pdicta, fuit captus alius Satellis cōtumax pro dicto delicto,vndè cōtingit dubitari, ex quo tractabatur de delicto tàm enormi,& exceptuato,ſi poterat procedi cōtra dictum inquiſitum non obſtante dicto reſcripto,& pro dicto inquiſito plura deducebantur,vt contra ipſum minimè procedi debuiſſet,tantò magis exiſtente tali reſcripto,ac etiam dictis prouiſionibus.

1 Et Primò,quia relatio eſt actus ſuſpenſiuus,ſicut appellatio,nàm relatione pendente nihil poteſt innouari, *l.fin.*vbi *DD. C de relat. Marant. in ſpeculo par.6. in 2. actu num.*10.quem citat, & ſequitur *Marant. in ſpec. par.6. in 2 actu num.*10. quem citat, & ſequitur *Muſcatell.in praxi S.C. lib.2.par.1. gloſ. in forma,num.*98.*&* 99.*&* 100. vbi in ſpecie loquitur de reſcriptis Proregis,

2 eiuſq; Collat. Conſ. quibus pendentibus, nihil erit innouandum per Iudicē, à quo copiosè *Lancellott. in tract. de actent. par. 2. cap.*12.*de actent.appell.pend.lib.*4.*num.*18.qui in eadem *par.*2.*cap.*8.*num.*2. retulit, quod

3 relatio, recuſatio,& appellatio æquiparātur quòad hoc, vt iuriſdictio ſuſpēdatur, & nihil poſſit innouari.

Secundò dicebatur,quod etſi in reſcripto ipſo non alitèr fuiſſet expreſſum nomen iſtius rei contumacis,adhùc ratione

4 connexitatis cauſæ intelligendum erat, cum odia ſint reſtringēda,& fauores ampliandi,*cap.odia,de regul.iur.in* 6. tantò magis ſicuti in appellatione dicitur,quem ſi ab vno ex reis interpoſita fuerit,prodeſ-

5 ſet alijs litis conſortibus, ad *text. in l. ampliorem,C.de appellat. Muſcatell in praxi S.C. lib.2.par.1.gloſ.tenebitur,num.*37. *Ruginell.in tract.de appellat.gloſ.*1.*cap.*1.*num.*4.*Pet.Gregor. in tract.de appellat.lib.*5.*cap.*1.*ſub num.*6. *verſ.ſic etiam intelligendus eſt.*

6 Sic pariter in reſcripto obtempto ab vno ex conſortibus litis procedere, annuunt DD vt proſit alteri conſorti,refert *Lancellot. eod.tract.par.*1.*cap.*12.*de actent.appell.pend. ampliat.*11.*num.*5. cum alijs apud *Farinac.in repert.iudic.quæſt.*83.*num.*44.quibus addo *Anton.de Ballis in tract.crim. lib.*5. *tit.de pragmat Regni, in pragm.*1. *de compoſit. num.*20.ac etiam in deciſorijs procedere dixit *Reg de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de regal.impoſit.§.*2.*nu.*32.*&* 35. latè *Ioſeph Oldrad de reſcript.prælud.*18.*num.*1.

7 Quod tamen non ſolùm in ciuilibus, ſed etiā in criminalibus, locum ſibi vendicat,vt per *Iul.Clar.in ſua praxi lib.*5.*§.fin. quæſt.*94.*verſ.quaro nunquid,*vbi allegat *Angel. de maleſic. in rubr. comparente dicto Caio, num* 33.

In contrarium autem dicebatur principalitèr aduerſus allegata per inquiſitū

8 reſpectu allegati reſcripti,quod illud procedebat in caſu ſuo, & in eo ſuum ſortiebatur effectum, hoc eſt reſpectu nominatorum in eo, non autem quòad alios in eo nō nominatos in memoriali, ad quod facit *text. in l.*1. *C.de diuerſ.reſcript.* vbi reſcriptū Principis refertur etiam ad alios in eo nominatos,dummodò in libello de eis mentio facta fuerit,vbi ex illo *text.*no-

9 tat *Iaſ.* quod reſcriptum ambiguum debet intelligi ſecundum ſupplicationem, quod notat *Gram.deciſ.*103.*num.*203.& re-

10 ſcriptum, & decretatio intelliguntur, & referuntur, iuxtà petita *Capyc. deciſ.* 47. *num. 6.*

11 Et ſic limitatur regula ſupra allegata, quod quando in precibus de alijs litis conſortibus, nulla mentio facta ſit eis nō prodeſſet,vt ibi *Oldrad.nu.*15.probat,ſubnectens *num.*19.& tùnc licet in literis nomen proprium appoſitum non ſit, ſubſtinetur, ſi nomen appellatiuum appoſitum reperiatur, ſcilicet viſis precibus, & conſortiū,&c. nàm aliàs ad alios in precibus nō nominatos,literæ non extenduntur,*vt ibi num.*30.33.*&* 43.

Secundò dicebatur non obſtare ſecundam rationem de appellatione, nempè ſi vnus ex reis appellauerit ad alios colligantes paritèr referri appellationē, quoniā id procedere agnoſcitur in caſu ſuo, quæ non militat in caſu iſto, cum fuerat ſupplicatum per tertiā perſonam pro remiſſione carceratorum, & ſuper tali ſupplicatione fuit reſcriptum eidem Regiæ Audientiæ, quadere ſi Victoriam ſupplicationis obtinuerint inquiſiti, proculdu-

12 bio ad alios porrigeretur, ad *text.* aureū *in l.ſi quæ ſeperatim, ff de appellat.* ibi, quod eſt reſcriptum in communi cauſa, quotiens alter appellatus, alter non alterius victoriam etiam ei proficere, qui non prouocauerit, interim contra ipſum procedi poſſe, nulli dubium eſt, cum ſit noua perſona in fortijs Curiæ peruenta, & demùm fortiori ſtringitur argumento hæc concluſio, quod infringi nequit, vt reſcriptum tale impetratum

per

per tertiam perſonam, cum expreſſione
nominis carceratorum tantum ad alios
porrigi nequit, ſed tantùm petitio cauſæ
cum carceratis, ſuper quibus erit proui-
13 dendum, at in tali caſu nequit remiſſio
peti per Baronem, niſi conſtituto reo in
carceribus, & eo perſonalitèr comparen-
te, iuxtà *pragmat.6. de offic.Iuſtit* & memi-
nit *Caran.in ritu* 205.*num.*4. eundem citat
*Petra ad Capyc. d. deciſ. 9. verſic. limitatur
primo*.

Sed quomodò poterat tale reſcriptum
remiſſionem continentẽ ad iſtum reum
nouitèr captum, remiſſionem continen-
tem porrigi, dùm tempore ſupplicationis
non erat nec carceratus, nequè ipſe com-
14 paruit, ſed in contumaciam perſeueraue-
rat, ob quod perdit fori priuilegium, vt
decisum teſtatur *Afflict. deciſ.*133. *Præſ. de
Franch.deciſ.*417.*num.*1. *Anna ſingul.*120.
15 imò nec poterat cadere impetratio re-
miſſionis pro eo, etenim pro contumace
nemo loquatur, *Præſ de Franch. deciſ.*329.
*num.*11.

Et ſecundum prædicta fuit deciſum
per ipſam Regiam Audientiam ad rela-
tionem Auditoris Frãciſci Antonij Roc-
ca die 11. Auguſti 1611. vt procederetur
ad vlteriora, & ex proceſſu informatiuo
fuit inquiſitus tortus, penès Villanum.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes debent repeti parte citata.*
2 *Teſtes examinati pro informatione parte non citata, nil probant, nec faciunt inditium, & num. 6.*
3 *Teſtes officio Iudicis poſſunt repeti, et ad quem effectum.*
4 *Teſtes debent haberi pro repetitis à reo, aliàs non probarent.*
5 *Teſtes examinati in grauibus delictis ex proceſſu informatiuo faciunt, vt ad torturam perueniatur ex preminentia Mag. Cur. Vic. & num 7.*
8 *Inconfeſſum nõ ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando.*
9 *Confeſſus pro condemnato habetur.*
10 *Confeſſio per ſeipſam legitimat proceſſum, nec eſt opus repetitione, aut confrontatione.*
11 *Confeſſio eſt probatio omnibus meliori.*
12 *Confeſſio ſpontanea rei, niſi fuerit probatione roborata, non operatur pœnæ impoſitionem.*
13 *Confeſſioni ſoli ſtari non debet, niſi aliter conſtaret do delicto.*
14 *Teſtes non repetiti, & ſi non probent, faciunt inditium, ſeù argumentum.*
15 *Confeſſio in actis, inducit notoriũ, et manifeſtũ.*
16 *Confeſſio facta ſuper proceſſu, nulla operatur, vt ſequi poſſit condemnatio.*
17 *Nulla maior probatiò, quam oris confeſſio.*
18 *Confeſſio in criminalibus qualitèr eſſe debet.*
19 *Confeſſio validat nullitatem proceſſus.*
20 *Confeſſio in tormentis extorta, præſumitur extorta metu tormentorum, potiùs quam ſpõtè.*
21 *Confeſſio metu torturæ extorta, etiam reiterata, nulla, & inualida eſt.*
22 *Confeſſio non dicitur metu tormentorum extorta, quando præcedunt inditia, eo magis quando erit ratificata, num. 23. nàm diceretur perſeuerata, num. 24.*
25 *Perſeuerantia exigitur in confeſſione.*
26 *Perſeuerare is dicitur, quando eſt libera metu tormontorum.*
27 *Confeſſio in tormentis exigitur, quod ſit ratificata, & perſeuerata.*
28 *Teſtes non repetiti, nec facta legitimè declaratione operantur, vt nullitèr Iudex procedat contra eum denegantem delictum.*

ARGVMENTVM.

Repetitio teſtium contra inquiſitum de pluribus delictis an erit facienda ſtante tortura illata ex mandato Regio præcedẽtibus inditijs.

CASVS XV.

HÆſitari contingit in eadem Regia
Audientia Calabriæ Citra, ſi fa-
cienda eſſet repetitio teſtium in
rei inquiſiti, & confeſſi, informatione ca-
pta de pluribus delictis ſtante tortura il-
lata ex regio mandato præcedẽtibus in-
ditijs, & citra dubium attenta diſpoſitio-
1 ne iuris, quod teſtes debent repeti parte
citata, vt faciant fidem, latè *Foller. in eius
praxi crimin. rub. & demum repetant teſtes Cu-
riæ*, latiſſimè *Ambroſ. in ſuo proceſſu informa-
tiuo lib.3. cap.2. per totum*, poſtquàm teſtes
2 examinati pro informatione Curiæ, non
citata parte, nil probant, nullumq; faciũt
inditium, niſi repetantur, *idem lib.2. cap.9.
num.4. Farinac.conſ.crim.35. num.37. & 38.
tom.1. & conſ.78.*
3 Hinc teſtes officio Iudicis poſſunt re-
peti tàm ad effectum vt declarẽt, quàm vt
addant, *Perſius conſ.crim.22.num.12.*
4 Niſi fuerint dati pro repetitis ab inqui-
ſito, & tũc teſtes examinati pro informa-
tione Curiæ, non dicuntur habiti pro re-
petitis,

Digitized by Google

petitis, niſi expreſsè habiti fuerint pro talibus, licet reus offerret ſe habiturum illos pro talibus, *idem Ambroſ. eodem lib.* 3. *cap.* 1. *num* 37.

5 Excepto tñ ſi ageretur de delictis grauioribus, hoc eſt diſrobatoribus ſtratarũ, inſignibus latronibus, incẽdiatijs, violentis, raptoribus, & committẽtibus grauia crimina, qui omnes laborant infamiæ, nã in iſtis ex proceſſu informatiuo procedi-tur ad torturam, ex prẹminẽtia M. C. V. ex *Afflict. deciſ.* 351. probat *Foller. d. praxi rubr. & ſi confitebuntur, num* 41. prout contingit obſeruati contra iſtum inquiſitum tortum ex proceſſu informatiuo, ex prẹeminentia conceſſa eidem Regiæ Audientiæ, at cum ipſe reus confeſſus eſſet crimina, reſultauerat difficultas, ſi exiſtente tali cõfeſſione, debebãt teſtes repeti, nàm

6 licet teſtes examinati in informationibus, quia ſunt examinati parte non citata, non probant, neq; inditium ad torturam faciant, etiam ſi eſſent mille, *Gram. conſ. crim* 64. *num.* 1. *& deciſ.* 11. *num.* 7. *&* 8.

7 Nihilominùs ſtante tali prẹeminentia torquendi ex proceſſu informatiuo legitimis inditijs exiſtentibus, proceditur ad torturam, vt inquit *Grammat. locis relatis*, quadere illata tortura vigore dictæ prẹe-

8 minentiæ, ſi reus confeſſus, debet condẽnari iuxtà vulgatam regulã, quod inconfeſſum nõ ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando, *dixi in voto* 55. *num.* 2. *par.* 1.

9 quia confeſſus pro condemnato habetur, *l.* 1 *ff. de confeſſ. Giurba conſ. crim.* 16. *num.* 2.

Ergò citra repetitionem procedi debuetat ad condemnationem, ex quo con-

10 feſſio per ſeipſam legitimat proceſſum, nec eſt opus repetitione, aut confrontatione, vt ſpecificè retulit *Ambroſ. in d. proc.*

11 *inform. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 60. confeſſio enim eſt probatio omnibus melior, *l. cum te, C. de probat.* cum alijs allegatis per *Barboſ. princ. iur. lit. C. num.* 40. vbi probat, quod facit maiorem probationem, quam publicũ inſtrumentum, & ſequitur, quod confeſſio partis omne aliud genus probationis ſuperat, & ſemper admictitur, etiam vbi aliæ probationes non admicterentur.

Conualidatur ſupra allegata concluſio ex duobus fundamentis, Primò, nàm etſi abſq; inditijs, ſed ſpontè reus confeſſionem emanauerit, adhùc puniri nõ debet, ſed tamen iuxtà confeſſionem proditam,

12 inquiſitio probari debet, & ſic verificatur confeſſio, quo caſu ſibi locum vendicaret pœna, poſt *Gram. deciſ.* 48. *nu.* 4. cum alijs apud *Iul. Clar. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 55. *nu.* 9. vbi *Addit.* eo quia confeſſioni ſoli ſtari non debet, niſi alitèr de delicto conſtaret, *idem Gram. conſ crim.* 60. *num.* 10. cum alijs apud *Arnon. comment.* 113. *Godof. à Bauo in praxi crim.* §. *confeſſio, num* 4.

Cum igitur in præmiſſo caſu ex informatione capta apparebat cõfeſſio probata, ergo puniri debuerat reus, quàmuis

13 teſtes non fuerint repetiti, quia confeſſio debet eſſe veriſimilis, vt ex ea quis condemnari poſſit, *Gram d deciſ.* 48. *nu.* 5.

14 Poſtquàm teſtes examinati ad informationem Curiæ, licet non repetiti, & ſi non probent, faciunt tamen argumentum, ſeù inditium, *Grammat. deciſ.* 34 *num.* 3.

Hinc *ibidem Grammat. num.* 6. *& deciſ* 72. *num.* 4. dixit, quod confitẽti nihil prodeſt reuocare confeſſionem quam fecit delinquiſſe, ſi contra eam ſunt aliqua inditia, cum confeſſione quanquam extorta per tormenta inducant indubitantèr veritatem, niſi reuocans probaret contrarium, vel clarè per inditia contraria videret.

15 Secundò, quia confeſſio in actis inducit notorium, & manifeſtum contra confitentem, *Grammat deciſ.* 36. *nu.* 30. latè *Farinac in praxi crim. quæſt.* 81. *num.* 4.

Et dato quod talis informatio ſit nulla ex defectu teſtiũ examinatorũ parte non

16 citata, tamen cõfeſſio facta ſuper proceſſu nullo eſt tantæ vigoris, vt eius virtute ſequi poſſit condemnatio, ità *Gram. conſ. crimin.* 40. *num.* 26. *&* 29. cum alijs adductis ab *Arnone in comment.* 120. *& comment.* 6. ad quod inquit *Farinac. in tract de oppoſit contra perſon. teſt. quæſt.* 6. *nu* 334. quod teſtium inhabilitas coadiuuatur ex confeſſione partis, allegat plura iura.

17 Quanquàm dici potuiſſet hæc omnia benè procedere quando adeſſet confeſſio delicti ſpontanea citra torturam, poſtquã nulla maior probatio eſt, quam oris confeſſio, *l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reor. Farinac. conſ.* 129. *ſub nu.* 1. *tom.* 2. *& conſ.* 132. *nu.* 3.

18 Et potiſſimùm in criminalibus confeſſio debet eſſe clara, certa, liquida, præciſa, innulnerabilis, *Farinac. conſ. crim.* 60. *nu.* 88. *&* 111. *tom* 1. *& conſ.* 34. *num.* 5. vbi *Addit. lit. D. Ciazius in tract. de confeſſ. rei contra Fiſcum, not.* 25.

19 Et ſi confeſſio validat nullitatem proceſſus, *idem Farinac. conſ.* 8. *num.* 7. vbi *Addit. lit B. & in d quæſt.* 81. *num.* 5.

20 Sed in caſu iſto verſabatur in cõfeſſione extorta in tormentis, & talis confeſſio preſumitur extorta metu torturæ, potiùs quam ſpontè emanata, *Farin. conſ.* 16. *num.* 19. vbi *num.* 20. ſubdit, quod talis con-

21 feſſio metu torturæ extorta, etiam reite-
rata nulla,& innalida eſt, latè *Ciazzius in tract. de confeſſ. rei contra Fiſcum, cap.36. & tom.2. diſcept.forenſ. diſquiſ.1.* meritò non
poterat hoc idem operari.

22 Sed ijs replicatur, quod confeſſio non
dicitur metu torturæ extorta,quãdo præcedunt inditia, *vt ibi Farinac. num.33. in fine*, probat.

23 Et eo magis quando fuerit ratificata,
*Iul. Clar. in § fin. quæſt.64. verſ. cæterum, &*
24 *quæſt.65. in fine*, quo caſu diceretur perſe-
uerata, *Merend. conſil. 50. num. 22. par. 1.*
25 confitens vt damnari poſſit, requiritur
perſeuerantia, *Ciazzius in tract. de confeſſ. rei contra Fiſcum cap. 39. num. 7.* & in con-
26 feſſione perſeuerare is dicitur,quãdo eſt
libera metu tormentorum, *idem cap. 36.*
27 *num.6.* nàm ad hoc vt valeat talis confeſ-
ſio facta in tormentis exigitur, quod ſit ratificata,& perſeuerata,*idem d.cap.36.n.4.* ità vt non erit neceſsè,vt teſtes repetãtur, etenim teſtes non repetiti, nec facta legi-
28 timè declaratione operantur, vt nullitèr
Iudex procedat in cauſa contra reum denegantem delictum, *Perſius conſ. crim. 34. num.7. & conſ.41.num.1.*

Verùm, quia fuerunt multi teſtes repetiti, ſed non omnes, fuit proceſſum ad vlteriora ob multitudinem delictorum perpatratorũ fortè viginriduorum à reo fuit ad mortẽ condemnatus de menſe Ianuarij 1612. ad relationẽ Auditoris Fornics, penès Villanum Actuar.

*SVMMARIVM.*

1 *Conuicti qui dicantur.*
2 *Conuictus quis dicatur.*
3 *Conuictus vt quis dicatur, quæ requirantur.*
4 *Paria ſunt eſſe confeſſum, vel legitimè conuictum.*
5 *Conuictus condemnatur ſicut confeſſus.*
6 *Conuictus teſtibus poteſt condemnari, non alitèr, an ſi eſſet confeſſus.*
7 *Conuictus dicitur ex duorum teſtium atteſtationibus.*
8 *Teſtes vt conuincant reum quid deponere debent.*
9 *Teſtes varij inter ſe non probant, ſed ſunt de falſo ſuſpecti.*
10 *Teſtibus contrarijs non eſt credendum, & probationem faciunt.*
11 *Teſtis ſi dicat fuiſſe N. à Seio percuſſum cum armis punctim, & alter teſtis fuiſſe percuſſum Ceſim, non probant in criminalibus.*
12 *Teſtes debent recognoſcere arma,& earũ qualitates eſt quo armorũ genere vulnera illata.*
13 *Teſtes deponentes de facto delicti, probant illud, & conuincunt.*
14 *Teſtes quando non diſcordant in ſubſtantia negotij, non dicuntur varij quandò deponũt per verba diuerſa.*
15 *Teſtes nõ dicuntur varij quando deponunt per verba diuerſa in cortice,dummodò in ſubſtãtia ſint æquipollentia.*
16 *Teſtes varij, ſeù contrarij, ſibi ipſis ad hunc probant, ſi contrarietas non erit ſubſtantialis.*
17 *Teſtes ſingulares deponentes de diuerſo actu, diuerſo loco,& tempore probant quãdo actus ſunt iterabiles, & tendunt ad eundem finem.*
18 *Teſtes deponentes de vulnere, non adiecta qualitate cicatricis, vel ſanguinis, ſi talis qualitas non produceret alium effectum,& ipſa nõ probata benè probant, ſecus ſi ipſa mutaret effectum.*
19 *Homicidium commiſſum fuiſſe, licet non probetur, ſi tamen viſi fuiſſent duo inuicem rixantes, & poſteà fuit viſus aliquis ipſorum mortuus probaretur.*
20 *Teſtes deponentes quod Titius Seium gladio, vel claue percuſſerit, concludunt homicidium commiſſum.*
21 *Conuictus etiam dicitur quando teſtes in vnum rei finem concordant.*
22 *Nominatio teſtium extra locum continet ſpeciem defenſionis.*
23 *Nominatio teſtium extra locum iudicij eſt in arbitrio Iudicis concedenda.*
24 *Nominatio teſtium extra locum iudicij, qualitèr in ciuilibus, & in criminalibus procedat, num. 25.*

ARGVMENTVM.

Conuictus an dicatur,qui per duos conteſtes teſtes inquiritur, licet inter ſe in aliquo differant, non tamen reſpectu delicti.

CASVS XVI.

1 CONuicti dicuntur illi, qui nõ poſſunt negare crimen, & qui commiſſa nulla poſſunt tergiuerſatione cęlare, *Andr. in Conſtit. Iuſtitiarij non per calendas, in fine.*

2 Eo quod conuictus dicitur is,qui teſtibus, & argumentis conuincitur, *l. 2.* vbi *DD.ff. quorum appell.* cum alijs apud *Ant. de Ballis in tract.crim. lib.5. tit.de pragm. Regni, rubr. de offic. recept. bannit. &c. num. 18. fol.330.*

3 Et vt

3 Et vt quis conuictus dicatur, quatuor
requiruntur: Primo, vt teſtes ſuper delicto
deponentes ſint duo, vel tres, Secundo, vt
ſint conteſtes, & non ſingulares, Tertio, vt
ſint omni exceptione maiores, Quarto, vt
concludant perneceſsè *Farinac. conſ. crim.*
182. *num. 2. tom. 2.*

4 Quinimò ex ijs ſubſequitur paria eſſe
quem eſſe confeſſum, vel legitimè conui-
ctum, *l. fin. C. de cuſtod. reor. l. qui ſententiam*,
vbi *DD. C. de pæn.* poſt *Iulium Clar. lib. 5.*
*§ fin. quæſt. 66 in princ, Farin. in eius praxi, tit.*
*de carcer. quæſt. 33. num. 12. & in conſ. crim. 26.*
*num. 3, tom. 1.*

5 Non immeritò ſi conuictus condem-
natur ſicut confeſſus, *Farinac. conſ. crim. 55.*
*nu. 60. tom. 1.* & conuictus in criminalibus,
poteſt æquè condemnari ſicut confeſſus,
*idem conſ. crimin. 41. num. 5. eod. tom 1. & conſ.*
185. *num. 16. tom. 2.*

6 Et præſertim conuictus teſtibus poteſt
condemnari, non alitèr, ac ſi confeſſus
eſſet, *idem conſ. 29. num. 9. in fine.*

Et maximè vbi adſunt duo teſtes, quo-
7 niam conuictus quis non dicitur, niſi ex
numero duorum teſtium, *Farin. conſ. crim.*
123. *nu. 3. eod. tom. 1. & conſ. 193. nu. 41. tom. 2.*
qui debent deponere de loco, tempore,
& perſona, cum eorū qualitatibus, vt con-
8 uictio locum habeat, & cōſequentèr pro-
batio clara, & non dubia, *Maranta in eius*
*ſpeculo par. 6. rubr. de appellat. num. 292.*

Accidit controuerti in Regia Audien-
tia Calabriæ Citra, quod cum fuiſſet com-
miſſum homicidium per N. in perſonā T.
& ipſum probatum per duos teſtes de vi-
ſu, quorum vnus depoſuerat vidiſſe N. oc-
cidere T. cū pugione, alter verò affirma-
bat vidiſſe N. occidentem T. cum pugio-
ne, non tamen certitudinariè depoſuerat,
vndè difficultati contingit, ſi ob iſtam
dubiam depoſitionē reſpectu iſtius qua-
litatis, videbantur eſſe teſtes diſconteſtes,
& proindè reus non totalitèr conuictus.

9 Etenim teſtes varij inter ſe non ſolùm
non probant, ſed ſunt de falſo ſuſpecti,
*Farin. conſ. crim. 166. nu. 12. tom. 2. & conſ. 50.*
10 *num. 19. tom. 1.* nàm teſtibus cōtrarijs cre-
dendum nō eſt, *idem conſ. 138. nu. 19. tom. 2.*
nullam probationem faciunt, *Ciazzius* la-
ciſſimè *in 2. tom. diſcept. forenſ. conſ. 6. nu. 149.*
*& ſeq.* vbi plura congerit, *& conſ. 2. num. 2.*
11 & quod ſi vnus teſtis dixerit Titiū fuiſſe
percuſſum à Seio cum armis punctim, al-
ter verò, quod fuit percuſſus Cæſim, non
probant in criminalibus, vbi agitur de
pœna imponēda, ità *Farinac. de teſtib. q. 66.*
*num. 256. & 257.* nàm teſtes debent reco-
12 gnoſcere arma, & earum qualitates, ità ex
*Couarr. & Clar.* probat *Muſcatell. in praxi*
*crim rubr. de armis, num. 6.* & quo armorum
genere vulnera illata fuerint, *vt ibid. nu. 4.*

13 Ex aduerſo replicabatur, quod cum
duo teſtes depoſuerant principale factum
de viſu, ſufficiebant ad probandum deli-
ctum, & conuictionem, vt probat *Iul Clar.*
*vbi ſup. num. 5.* & propterea quando teſtes
non diſcordant in ſubſtantia negotij, nō
14 alitèr dicūtur varij, neq; diſconteſtes, ſed
benè concordantur, vt communitèr DD.
concludunt relati à *Farinac. in tract. de op-*
*poſit. contra perſonā teſtium, quæſt. 62. nu. 332.*
*& ſeq.* poſt *Grammat. deciſ 43. num. 1. & 2.*
15 *& conſ. crim. 19. num 6.* nàm teſtes non di-
cuntur varij, quando deponunt per verba
diuerſa in eorum cortice, dummodò in
ſubſtantia ſint æquipollentia, *Farinac. d.*
*conſ. 50. num. 17.* prætereà teſtes varij, ſeù
16 contrarij, ſibi ipſis adhùc probant, ſi va-
rietas, ſeù contrarietas non erit ſubſtan-
tialis, *Farinac. conſ. crim. 146. num. 10 tom. 2.*
17 imò teſtes ſingulares de diuerſo actu, di-
uerſoq; loco, & tempore probant quan-
do actus ſunt iterabiles, & tendūt ad eun-
dem rei finem, *Farinac. conſ. 39. num. 5. verſ.*
*tantò magis, tom. 1.*

18 Quinimò ad conualidandam talem
concluſionem, nempè quod teſtes ipſi be-
nè probent conuictionem, adducebatur
concluſio *Iul. Clar. vbi ſup. nu. 5.* vbi refert,
quod ſi teſtes deponant de vulnere, non
adiecta qualitate cicatricis, vel ſanguinis,
ſi ipſa qualitas non produceret alium ef-
fectum, & probata qualitate, benè probet,
ſecus ſi qualitas mutaret effectum, & eſſet
neceſſaria illius probatio, tamen conclu-
dit alitèr de conſuetudine ſeruari, vt ſci-
licet reus etiam non probata qualitate,
condemnetur de principali delicto, de
quo eſt conuictus, vbi plures citat DD. &
ad maiorem huius quæſtionis dilucida-
tionem affertur aurea doctrina *Foller. in*
*praxi crim. rubr. capiat. informat. num. 75.* an-
19 nuens, quod ſi non conſtaret quod quis
occiderit, vel vulnerauerit Sempronium,
tamen ſi conſtaret fuiſſe viſos Sempro-
nium, & Seium ad inuicē rixantes, & poſt
fuiſſe viſum Sempronium mortuum, licet
non probetur dictum homicidium, pro-
batur tamen illud commiſſum fuiſſe, vbi
citat plures DD. & paulò poſt *num. ſeq.* di-
20 xit, quod ſi accuſatur Titius, quod occi-
derit Seium, & teſtes deponerent, quod
Titius Seium gladio, vel claua percuſſit,
licet videatur incertè deponere, tamen
quia vterq; intellectus concludit homici-

dicm rectè probant, ſecundum *Alex. in l. inter ſtipulantem, §. 1. ff de verb oblig.*

21 Vndè ex ijs concluditur, quod conuictus etiam dicitur, quando teſtes in vnũ rei finem concordant, probat *Farinac. conſ. crim. 60. num. 11, tom. 1.* quia conuictio, & probatio idem ſunt, vt ipſe aſſerit.

Quocirca deciſum fuit per ipſam Regiam Audientiã de menſe Ianuarij 1612. nõ obſtante tali dubietate reum eſſe conuictum, & vt conuictum procedendum eſſe ad vlteriora in cauſa, vt fuit proceſſũ ad relationem mei conſobrini illius Auditoris Franciſci Antonij Salinas, ſed cũ poſteà alia reſultaſſet difficultas in eadẽ cauſa, ob nominationẽ factam per reum in ſuis defenſionibus extra Regnum, dubitari contingit ſi erat admittenda, dùm in eadem cauſa procedebatur ad modum belli, licet videatur affirmandum, eo quia Iudex inquirere tenetur rei innocentiam.

22 Et talis nominatio videbatur continere ſpeciem defenſionis, & conceditur, ex *Afflict.* probat *Foller. in praxi crim. rubr. facta litis conteſtat. num 6.*

Nihilominus ad hoc ego allegabam *Caran in ritu 157. num. 7.* quẽ ſequitur *Iul. Clar. lib. 5. §. fin quæſt. 26. nu 3.* qui punctua-

23 litèr articulum agit, quando teſtes eſſent abſentes, & alterius territorij, putà Veneri, Siculi, & Romani, licet Iudex pati non debet, vt facultas probationum pereat, concludit tamen contrarium ſeruari de conſuetudine, vt non ſit concedenda talis dilatio, poſtremo ex dictis aliorum cõcludit id eſſe Iudicis arbitrio reſeruatum, & propterea fuit per ipſam Regiam Audientiã primo decretũ, vt præſententur exceptiones, quibus præſentatis, cum nullum poterat commodum inquiſito offerre, fuit dictum, quod procederetur ad vlteriora in cauſa, indè illatã tortura, vti conuictus ad ſciendum complices tanquàm confeſſus, deindè condemnatus ad vltimum ſupplicium, eodem referente in dicto menſe, & anno, penès Villanum Actuar.

Quàmuis idem *Foller. in fragm. tit. de teſt. num. 97.* in ſpecie hunc articulum exa-

24 rat, ſi contingerit fieri nominationem teſtium extra Regnum, vt dilatio dari deberet ſecundum diſtantiam locorum, & tùnc nominari teſtes per nomen, & cognomen, & fieri depoſitũ pecuniæ neceſſariæ pro examine, & iurari dictam dilationem nullatenùs fieri animo dilatandi, ſeruata forma *Ritus M. C. in cap. item niſi eſſent teſtes*, aſſerendo ex *Afflict.* dictum Ritum eſſe in obſeruantia, & *ibi Troyſ. in d. ritu 140.* ſecundum ordinẽ allegat Pragmaticas à *Foller.* citatas, quæ verò loquũ-

25 tur in cauſis ciuilibus, in criminalibus tamen ſecus erit, vt ipſe *Foller. d. praxi, rub. & facta litis conteſtat. &c. nu 7.* vbi citat *Afflict. in Conſtit. Inquiſitiones, vbi num. 6.* aſſerit hoc eſſe relictum arbitrio Iudicis.

*SVMMARIVM.*

1 *Delicta impunita remanere non debent.*

2 *Regis proprium eſt vt pax inter homines ſeruetur.*

3 *Agnati, cognati, & proximiores foruſcitorum tenentur eos Curiæ tradere, vel fideiubere de eos exeundo de Regno, imò illos occidere, num. 4.*

5 *Conſanguinei, & proximi foruſcitorum tenentur eos Curiæ præſentare, aliàs ipſi exulari, & diſterrari poſſunt.*

6 *Mandari poteſt cõſanguineis foruſcitorum ſub certa pęna vt debeãt exfractari ab eorũ locis.*

7 *Pœna quæ nam ſit impoſita conſanguineis foruſcitorum, ſi non exfractent ab eorum locis.*

8 *Obligatio habet executionem paratam, ideò ac- ... i debet abſq; citatione.*

9 *Pœna ſtipulata per Notarium in Fiſci vtilitatem valet, & exigi poteſt à Iudice nemine petente.*

10 *Pœna quando venit applicanda Fiſco, agi debet ſummariè.*

11 *Citatio ad dicendum cauſam quare, non debet ſoluere pœnam quando exigi debeat.*

12 *Pœna ſpreti mandati quando exigi debeat.*

13 *Pœna indignationis, quæ nam ſit.*

14 *Pœna contenta in mandato pecuniaria; erit arbitraria.*

15 *Pœna ſub mandato contempto, ratione contemptus eo ceſſante ceſſat.*

16 *Pœna impoſita ſub certo tempore aliquid faciendo, exigi non poteſt niſi elapſo tempore.*

17 *Condemnatio ad ſoluendam pœnam pecuniariam, ſub qua forma fieri debet.*

18 *Praxis contra carceratos ſi non reperiantur in carcere, quæ nam ſit.*

19 *Pœna exigenda contra abſentes tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, quo ordine exigi debeat.*

20 *Iudicium ſummarium erit agendũ in exactione pœnæ pecuniariæ.*

21 *Citatio eſt de iure diuino, & defenſio de iure naturali.*

22 *Contumaciæ quando erunt incuſandæ.*

ARGV-

### ARGVMENTVM.

**Pœna pecuniaria impoſita conſanguineis foruſcitorum, vt alibi ſe conſtituant, ſi ibi non fuerint reperti, an prætermiſſo ordine iudiciario exigi poſſit per Fiſcum.**

### CASVS XVII.

AD extirpationem forindicatorum, forbannitorum, bannitorum, & ſimilium delinquentium in Campania plura inſpiciuntur remedia prodita tàm de Iure communi, quàm municipali locorum Orbis, vt in poſſe Curiæ deue-
1 niant puniendi, nè delicta remaneat impunita, *l. ità vulneratus, § quod ſi quis, verſ. cum neque, ff. ad legem Aquiliam*, & pax inter
2 homines ſeruatur, quod proprium eſt Regis, *Afflict. in proœm. Conſtit. Poſt mundi machinam, num. 35.*
3 Quocirca non tantū cognati, cęteriq; agnati, bannitos coniunctos tradere, teneantur in manibus Curiæ, ſeù Iuſtitiæ, vel fideiubere de eos exeundo à Regno, ex *Farinac.* probat *Anton. de Ballis in tract. crimin. lib. 5. de pragm. Regni in tit. de capient. ad effect compon. num 5.*
4 Sed etiam illos occidere, vt ex multis probat *Io. Grand. de bello exulum, in ſpeciali 25: num. 2.*
5 Aliàs ipſi poſſint exulari, ac diſterrari ab eorum Terris, & Prouincia, ex *Bart. in l. iure prouiſum. C. de fabric lib 11. Bald. in l. 1. num. 8. C. ne fil. pro patre, & Gloſ. in rubr. C de decret. decur. lib. 10.* probat *Io. Grand eodem tract in prædicamento pati, quæſt. 2 in princ.* vbi plura circa hoc recollexit, & nouiſſimè *Scialoya in tract. de forindic. cap. 22. per totum*, hanc materiam exfractationis cōſanguineorum exarat, & qualitèr practicetur in Regno exiſtētibus pluribus pragmaticis.
6 Imò antequàm fuerint banniti, vel forjudicati rei inquiſiti, ad hoc, vt tutè, & legitimè poſſint inquiſitiones, ſeù informationes delictorum capi; poſſunt etiam ipſis conſanguineis mandari, quod ſub certa pœna debent exfractari, & alibi ſe cōferre per ea, quę tradit *Carau. in prag. 1. de exulib. num.* . & iuxtà dictam *pragmat.*
7 eſt pœna ducatorum mille impoſita conſanguineis non exfractantibus, vt etiam refert *Ioan. Grand. d. quæſt. 2. num. 6.*

Cum autem contingiſſet in eadem Regia Audientia Calabriæ Citra fuiſſe iniunctum mandatum cōſanguineis inquirendi ſub certa pœna pecuniaria, & facta perquiſitione per Fiſcum, non fuerunt reperti in loco aſſignato, inſtatum fuit per Fiſcum Alexandrum Rouitum pro pœna debita, vndè dubitari contingit, ſi præuia citatione, vel ſimplicitèr erat exigenda, & non eſt dubium, quod quando pœna eſſet in ſtipulatione deducta, penès acta
8 abſq; alia citatione incuſari poterit, & exigitur, vt habetur in *Ritu M. C. V. 128. & 16. Carau.* eo quia talis obligatio habet executionem paratam, ſequitur *Galter. in praxi inſtrum. 2. par ſecundæ partis, rubr. vnica,*
9 *num. 35.* & pœna ſtipulata per Notarium in Fiſci vtilitatem valet, & exigi poſſit à Iudice etiam nemine petēte, ex *Bart.* probat *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 3. num. 3. & 4.*
10 Sed quando non adeſſet obligatio ſtipulata, tùnc quoties pœna pecuniaria veniret applicanda Fiſco, agi debet ſummariè, & de plano, *Foller. in fragm. tit. de pœnis, num. 237.*
11 Et tùnc reus citari debet ad dicendum cauſam quarè non debet ſoluere pœnam, vt poſt *Parid. de ſyndic. verbo quia ſæpè contingit, in fine, Campag. in cap. ab olim, num. 4.* & ità fuit deciſum per eandem Regiam Audientiam.
12 An autē tota pœna, vel illius pars erit exigenda ratione ſprēti mandati, nàm hæc pœna eſt arbitraria Iudici, & ratione caſus importantis exigitur pœna etiam corporalis, maximè quando dicitur ſub pęna indignationis, poſt *Parid. d. tract. verbo quia ſæpè contingit, in fine, Gram. deciſ. 40.*
13 *num. 20.* & quæ ſit hæc pœna indignationis, refert *Anton. de Ballis lib. 5. de præl. ad pragm. num. 143. & lib. 6. de ſynd. offic. quæſt. 3. num. 13. in tract. crim.*

Cum loquatur pœna in mandato contenta erat pecuniaria vnciarum vigintiquinq; cuilibet conſanguineo, ſeù agnato impoſita, fuerunt omnes condemnati ad talem pœnam impoſitam, nàm etſi ipſi nō poſſint condemnari ad pœnam ordinariam de auxilio prēſtito foraſcitis, tamen
14 poſſunt aliqua pœna modica extraordinaria puniri non ſolùm diſterratiōne, ſed carceratione, & alijs arbitrarijs pœnis, ex *Marſil. Felin. & Diaz,* probat *Io. Grand. d.*
15 *quæſt. 2. num 4.* cum ipſa pœna veniat ratione contemptus, quo ceſſante, ipſa ceſſabit, inquit *Anton. de Ball. in tract. crimin. lib. 4. de quæſtion. part. quæſt 4. nu. 19* & pœna

non

non datur ſine contemptu, *idem lib. 5. de pragm. Regni pragm 1. tit. 60 nu. 29.* contingi enim poſſit ipſos conſanguineos non potuiſſe accedere infra reliquũ tempus ad
16 locum deſtinatum, quo caſu pœna exigi non poteſt ab aliquo, niſi ſit elapſum totum tempus ſibi aſſignatum ad exfractandum, & ad ſe conferendum in aliquem certum locum, refert *Scialoya de foriudic. cap. 22 num. 34.*

17 Indè aliud reſultauerat dubium ex tali condemnatione facta, ob quod videbatur annullari ſententia prolata, poſtquàm nulla facta perquiſitione in loco aſſignato more Curiarum præuia citatione, & præconizatione alta voce prçconis, cuius formam intuetur *Caran. in ritu 185. num. 5.* quem ſequitur *Muſcatell. in praxi fideiuſſor. par. 1. modo 10. nu. 3.* ſed tantũ clandeſtina perquiſitio facta, ad ꝙ extat ſingularis *deciſio Foller. in eius praxi rubr. & ſi confiteb. num. 64.* vbi ait in materia carceratorum,
18 quod debet fieri perquiſitio per locum carceris, & vocatur per tubicines, non inuento autem fiat citatio ad dicendum cauſam, quarè nõ debet pro confeſſo haberi, & ſubdit eſſe generalem practicam, & obſeruantiam totius Italię, & omnium Curiarum, & *Gloſ ſingularis in Conſtit. Pœnã eorum, ſuper verbo foriudicari, verſ. quod ſi hu-*
19 *iuſmodi abſenti,* vbi etiam in ciuilibus cõtra abſentes talis ſollemnitas ſeruari debet, & ſubdit non tantùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, quæ ſunt multò grauiores, quadere ſtante ommiſſione talis actus videbatur corrui iudicium principalitèr agitatum, dùm in tali iudi-
20 cio vt prædictum eſt ſummariè erat procedendum iuxtà diſpoſitionem *Cap. Regni Ab olim*, adhùc tamen ſunt neceſſariæ ſummariæ ordinationes, hoc eſt citatio,
21 quæ eſt de iure diuino, & defẽſiones, quę ſunt de iure naturali, vt eſt apud *Marant. in ſpecul. par. 4. diſt. 9. num. 8. & 9.* & ſi eſſent
22 contumaces, incuſari debent contumaciæ, vt moris eſt, ac teſtatur *Foller. in d. praxi, rubr. accuſent. contum. in princ.* & in ſpecie id tangit *Præſ. de Franch. deciſ. 457. ſub n. 9.*

*SVMMARIVM.*

1 *Poteſtas procedendi ad modum belli extraordinariè de iure communi, ac Pragmaticarum procedis.*
2 *Poteſtas procedendi extraordinariè de iure cõmuni, ad ſucceſſores non tranſit, quod ſecus eſt vigore pragmaticarum, num. 3.*
4 *Delegatus non dicitur cui commiſſa eſt cauſa, in qua aliàs erat Ordinarius, nàm tùnc dicitur excitata ſua iuriſdictio, niſi in aliquo fuerit alterata delegatio, num. 5.*
6 *Delegatus quando præſumatur eſſe.*
7 *Præſes habet maiorem iuriſdictionem, quam Iuſtitiarius.*
8 *Præſidis officium proprium eſt circuire Prouinciam, hoc eſt ad perſequendum malefactores, num 9.*
10 *Præſes Prouinciam malis hominibus purgare tenetur.*
11 *Poteſtas procedendi ad modum belli eſt cognitio extraordinaria Præſidibus conceſſa.*
12 *Pręſes ob poteſtatem extraordinariam conceſſam, efficitur Capitaneus ad guerram.*
13 *Bellum conſtitutum eſt cum exulibus.*
14 *Poteſtas militaris ſoli Principi conuenit, cum ſit de reſeruatis ipſius.*
15 *Conceſſio feudi facta Baroni cum reſeruatione caſuũ, non cenſetur facta, nec tranſlata ad emptorem feudi, & ſic deciſum.*
16 *Poteſtas militaris non eſt delegabilis.*
17 *Delegati non poſſunt ſubdelegare poteſtatem militarem conceſſam.*
18 *Delegatus à Principe in cauſis criminalibus non poteſt illas ſubdelegare alteri, & potiſſimùm ea, quæ concernunt ſibi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, num. 19.*
20 *Delegatio finitur finito officio.*
21 *Delegatio quando fit alicui in dignitate conſtituto, & priùs fuerit expreſſum nomen proprium, deindè nomen dignitatis, non cenſetur facta dignitati, vt ad ſucceſſorem tranſeat, & num. 30.*
22 *Conceſſio poteſtatis extraordinariè ad ſucceſſorem tranſit.*
23 Text. in l. 1. ff. de officio eius, *ponderatur.*
24 *Quod ſpecialitèr iniunctum eſt, non demandatur, ſed quod generalitèr mandatur.*
25 *Succeſſor cum prædeceſſore, eſt vna eadẽ perſona.*
26 Conſt. Pœnam eorum *ponderatur:*
27 *Id fieri poteſt coràm Officiale ſucceſſore, quod fit coràm prædeceſſore.*
28 *Delegatio commiſſa alicui Abbati, & ſimilibus, eo mortuo, ad ſubſtitutum tranſit.*
29 *Dignitas numquam moritur.*
31 Text. in §. ex hoc verò, Auth. vt nulli Iudic. *ponderatur.*
32 *Deciſio R. A. producitur.*
33 *Delegatus Papæ debet eſſe conſtitutus in aliqua dignitate, ſimilitèr, & Principis Delegatus, & ſimilibus.*
34 *Regentes Regiam Cancellariam conſulto Prorege delegant cauſas Regiis Conſiliariis.*
35 *Prorex delegat cauſas importantiæ Pręſidibus Prouinciarum, quibus etiam poteſtas militaris competit, ac illorum ſucceſſoribus, non tamen*

*men in omnibus cauſis militabit niſi ſpecialitèr commiſſis.*

36 *Nomen continere debet epiſtola mittentis, & illius, cui mittitur.*

37 *Officiales dicuntur habere dignitatem.*

38 *Delegatio ſiuè ſit expreſſo nomine, ſiuè officij operatur, fuiſſe electam induſtriam perſonæ.*

39 *Arduum negotium ſi comittatur, cenſetur electa induſtria perſonæ.*

40 *Homo eſt digniſſima creatura.*

41 *Iudex debet habere dignitatis ſuæ rationem.*

42 *Dignitas explicatur officium,*

43 *Dignitas dat fauorem perſonarum.*

44 *Attendi debet quod principalitèr ſit.*

45 *Dignitas non moritur, neq; extinguitur.*

46 *Delegationes ad ſucceſſores extenduntur.*

47 *Nomen prædeceſſoris quando fuerit expreſſũ in reſcripto ante illius obitũ tranſiret ad ſucceſſorem.*

48 *Induſtria perſonæ quando fuerit electa, non tranſiret eius poteſtas ad ſucceſſorem, & per exempla oſtenditur.*

49 *Præeminentia conceſſa vni Regenti M. C. V. an ad ſucceſſorem transfertur.*

50 *Præeminentia M. C. V. eſt dilata ad Regias Audientias procedendi contra foruſcitos, & ſimiles.*

51 *Nominatus primo an præcedere debeat quando delegatio ſit ſub nomine proprio, & dignitatis.*

52 *Præcedentia competit homini multifariam.*

53 *Præcedentiã admittunt dignitates in actu exercitij illius.*

54 *Delegatus præcedat Ordinarium ex perſona delegantis.*

ARGVMENTVM.

Poteſtas extraordinaria à Principe conceſſa alicui Præſidi Prouinciæ procedendi ad modum belli contra aliquos reos inquiſitos ex graui delicto, ac cum voto vnius Auditoris, an functis eorum officijs trãſeat ad ſucceſſores eorum.

CASVS XVIII.

DVM fuiſſet reſcriptum per D. Georgium de Mendozza Præſidem, & Gubernatorem Prouinciæ Calabriæ Citra Illuſtriſſimo Regni Proregi
neceſſariam eſſe capturam certorũ bannitorum, vt contra ipſos rigoroſè ad modum belli procedere debuiſſet ex cauſa homicidiorum perpatratorum in Ciuitate Montis Alti, reſponsũ accepit approbando talem diligentiã peractam, vt ipſe procederet ad modum belli contra prædictos cum voto vnius Auditoris, & ſic in effectũ proceſſerat cum voto Auditoris Didaci de Matta, & Haro, & contra eos proceſſum eodem modo, quorum aliqui fuerunt mortis pœna puniti. Verùm quia functus fuerat eius officio, ſuperueniente alio ſucceſſore in gubernio Don Ioanne Pimentell, & eſſent duo alij ex inquiſitis pro dicto delicto in poſſe Curiæ carcerati, contra quos dubitari contingit in Regia Audientia, ſi eodem modo procedi debuiſſet cũ voto vnius ex Auditoribus, qui ſucceſſerat in locum prædicti Auditoris Mattę de Haro, cuius ſucceſſor fuit meus conſobrinus Franciſcus Antonius Salinas, neq; eodẽ modo vigore poteſtatis extraordinariæ procedere poterat, quemadmodũ oppoſuerãt ipſi inquiſiti, nàm & ſi ipſi Prouinciarũ Præſides, vltra ordina-
1 riam poteſtatẽ habere etiã videntur hanc
poteſtatem extraordinariam procedendi
ad modum belli, ex diſpoſitione iuris cõ-
munis, ac etiã Pragmaticarum, vt refert
*Io. Grande de bello exulum, in prædicamento*
*agere, quæſt. 1. num. 1.* ſubnectens ab Excel-
lentiſs. Prorege cõcedi potiſſimùm con-
2 tra bannitos, atq; foruſcitos, attenta ta-
men diſpoſitione iuris communis ad eius
ſucceſſores nullatenùs tranſire, ex *Bart. in*
*l. 3. §. 1. circa finem, ff. de damno infecto*, citan-
do *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 68.* & ite-
rum *idem Grand. & in ſpeciali* 41. adhùc ta-
men inſpecto tenore *Pragmaticæ ab eo ci-*
3 *tata*, ad ſucceſſores transferri videatur, eo
quod expreſſim in *d. pragmat.* cauetur, ibi:
*Quanto à tutti altri futuri ſucceſſori Gouerna-*
*tori*, adeò quod ſi non fuiſſet expreſſum,
non tranſiret.

Cæterum in alijs cauſis quàmuis gra-
uiſſimis, non alitèr huiuſmodi procedi-
tur, niſi fuerit in ſpecie à Domino Prore-
ge demandatum, proùt contingit in præ-
ſenti cauſa, in qua ità fuerat mandatum
procedi, ob quod videbatur delegatio
4 conceſſa, & clarum eſt, quod Delegatus
non dicitur is, cui commiſſa eſt cauſa, in
qua aliàs erat Ordinarius, ſed in cauſa il-
la remanet Ordinarius, & ſolùm ſua iu-
riſdictio dicitur excitata, vt inquit *Ma-*
*ranta in ſuo ſpeculo par. 4. diſt. 5. num. 77.* vbi
5 in fine inquit, niſi in commiſſione eſſet in

aliquo

5 aliquo alterata eius iuriſdictio, quia tùnc
cenſetur delegatus,& non diceretur tùnc
iuriſdictio excitata, ſecundũ *Felin. in cap.
licet,de offic.ord.* & in hoc poriſſimùm con-
ſideratur poteſtas delegationis, quando
expreſsè non mentionatur de delegatio-
ne, quãdo adderetur commiſſioni aliqua
clauſula, quæ non ſpectat ad ordinariam
iuriſdictionem,vt ſi dicatur procedas ap-
6 pellatione remota, vel alia ſimilis clauſu-
la vtatur, tùnc enim ſemper præſumitur
delegatus, ſecundum *Abb. in d. cap. licet*,
quem citat *ibi Marant. ſub num.4.* ſic enim
cernitur in tali delegatione ſeruatũ fuiſ-
ſe, ex quo licet Præſes Prouinciæ habeat
7 ordinariam iuriſdictionem cauſarum, &
ſic Præſes, qui Iuſtitiarius dicitur de iure
8 communi habet maiorem iuriſdictionem
quam Iuſtitiarij,vt dicit *Afflict. in Conſtit.
Præſes Prouinciæ, num.2.* ex rationibus ibi
traditis, eiuſq; peculiare inſtitutum eſt
circuire Prouinciam, inquit *Io. Grand. d.
tract.in prædicam.ſitus,quæſt.1.num.2.* hoc eſt
9 ad perſequendos malefactores, *l. congruit,
ff de offic. Præſ. idem Io.Grand. in prædic. vbi,
quæſt.1.num.3.* hoc eſt ad perſequẽdos ma-
lefactores,*l.congruit,ff de offic.Præſ.idem Io.
Grand.in prædic vbi,quæſt.1.num.3.* quoniam
Præſes Prouinciæ eam malis hominibus
10 purgare debet, *Afflict.in Conſtit.Inquiſitio-
nes, num.2.* vigore tamen poteſtatis ordi-
nariæ,non autem extraordinariæ,quę ha-
beri non poteſt niſi de mandato Proregis
id mandantis, vt poſſit procedere ad mo-
11 dum belli iure militari,quæ eſt cognitio
extraordinaria, quæ Præſidibus Prouin-
ciarum conceſſa eſt, idem *Io.Grand.d.tract.
tit de ſubſtantia,quæſt.1.nu* 11. ob quod Præ-
12 ſes per talem poteſtatem militarem effi-
citur Capitaneus Guerræ,*idem in 7.ſpecia-
13 le num.1.* nàm cum exulibus conſtitutum
eſt bellum,*idem d.tit.de ſubſtãtia,quæſt.1.n.4.*
& proprium bellũ reputatur, *idem in ſpe-
ciali 6.num.3.*

Quinimò ex hac poteſtate extraordi-
naria conceſſa Præſidibus,videtur altera-
ri iuriſdictio ordinaria,ob quod vera de-
legatio oritur,vt ritè delegati nuncupen-
tur, & ſucceſſiuè circa hoc conſpicitur
electam eſſe induſtriam perſonę,ad *text.in
l.inter artifices,ff.de ſolut. l nemo, ff.de duobus
reis*, talis enim electio induſtriæ perſonæ
operatur, vt electus non poſſit ſubdelega-
14 re, tantò magis cum talis poteſtas, quæ
competit ſoli Principi, & eſt de reſeruа-
tis, paritèr non delegat, *Marant. vbi ſupra
num.69.* nàm perſonam non egreditur, vt
in ſimili apparet deciſum in S.C. in con-
15 ceſſione facta Baroni per Regem eum
poteſtate caſuum reſeruatorum Princi-
pis, indè facta alienatione feudi per Ba-
ronem, non cenſentur reſeruata Principi
tranſlata in emptorem, *Præſ.de Franch.de-
16 ciſ.* 275.& ſic talis poteſtas militaris,quæ
non eſt delegabilis, vt probat per plura
argumenta *Io.Grand eodem tract.in prædica-
mento agere, quæſt.2.num* 1.& conſequentèr
17 Delegati non poſſunt talem poteſtatem
delegare,*Io.Grand. d. prædicam agere, q.3.
num.3.* eo maximè ſi eſſet cauſa crimina-
18 lis, quoniam tùnc Delegatus à Rege in
cauſa criminali non poteſt cauſam ſub-
delegare alteri, *Afflict.in Conſtit.Officia, ſub
nu 2.Guazzin.ium.in tract.ad defenſ.anim.&c.
lib.2.cap.vlt.in Addit.ad cap.14.num.*51. vbi
19 *num.*53. ſubdit, & potiſſimùm in ijs, quæ
delegauit Princeps ſibi reſeruata in ſignũ
ſupremæ poteſtatis,& conſequentèr dele-
20 gatio finitur finito officio,ex *Deciano*,pro-
bat *Marius Burgius de modo procedendi ex
abrupto, quæſt.79. num.4.* vbi alia conſimi-
lia adduxit, & non mirùm ſi ad ſucceſſo-
rem non extendatur,vt dictum eſt ſupra,
21 & eo ampliùs quando fit alicui in digni-
tate conſtituto, & priùs fuerit expreſſum
nomen proprium, deindè nomen digni-
tatis, quo nàm caſu non cenſeretur facta
dignitati, vt ad ſucceſſorem tranſire po-
tuiſſet,vt ex multis probat *Io. Ant. Bellon.
conſ.73.num.25. & in tract. de mandata iuriſ-
dictione, cap.10.quæſt.8.num.8.*

Ex aduerſo autem dicebatur plura ex-
tare iura vtriuſquè fori, ex quibus perci-
pitur talem cognitionem poteſtatis ex-
22 traordinariæ conceſſam, ad ſucceſſorem
23 tranſire,primo ex *tex in l.1.ff.de officio eius*,
vbi *text.* inquit, *Quæ viro iure magiſtratus
cõpetunt mandari poſſunt*, vbi *Gloſ.ſuper ver-
bo magiſtratus, & ſuper verbo mandari*, hoc
idem probat, hinc reſultari comperitur,
quod hæc cognitio competit iure magi-
ſtratus,& ſucceſſiuè dùm poſſit mandari,
ergo & transferri in ſucceſſorem,licet au-
tem dicatur,quod in caſu prędicto requi-
ratur ſpecialis cõmiſſio, ob quod nequit
alteri mandari rectè procedat, attamen
*Gloſ. in d.verſ.magiſtratus*, annuit, quod il-
24 lud, quod ſpecialitèr iniunctum ſit benè
non demandatur, ſcilicet priuilegiũ, ſed
generalitèr omnium cauſarum diſcuſſio
etiam maximo, putà Quæſtori demanda-
tur, & ijs conferunt adducta per *Menoch.
de præſumpt.lib.2,præſumpt.21.num.5.* quan-
tò magis ſucceſſori Officialis delegatj,
qui cenſentur vna, eademq; perſona cum
prædeceſſore,inquit *Carau.in ritu 330.n.4.*

26 ad

26 ad quod ponderatur *Conſt. Pœnam eorum*,
*ibiq; enim annuerat minima comparuerit, vel*
*etiam coràm ſucceſſore eiuſdem*, vbi *Gloſ. in*
27 *princ.* notat, *coràm ſucceſſore Officiali fieri de-*
*bere, quod coràm prædeceſſore faciendum erat*,
vbi citat multa iura ad hoc.
28. Corroboratur ex diſpoſitione Iuris ca-
nonici, potiſſimùm ex *text. in cap. quoniam,*
*de offic. deleg.* vbi expreſsè cauetur, quod
quãdo delegatio commictitur alicui Ab-
bati, & ſic ſub nomine dignitatis eo mor-
tuo transfertur delegatio in ſubſtitutum,
29 quia dignitas nunquã moritur, vbi *Gloſ.*
*ſingularis ver. ſubſtitutum*, concludit hoc ve-
rum eſſe, quando proprium nomen non
ſit expreſſum in literis: quia pró vna per-
30 ſona, nàm dignitas non moritur, ſed ſi
proprium nomen in literis fuerit expreſ-
ſum, quia tùnc cognitio fuerat facta per-
ſonę, ſucceſſor non cognoſcet, *Menoch. de*
*arbitr. Iudic. lib. 1. quæſt. 68. num. 16.*
31 Ego autem pro deciſione cauſę allega-
ui *text expreſſum in §. & hoc verò, in auth. vt*
*nulli Iudicũ*, vbi formalia hæc verba enun-
ciantur: *Et hoc verò iubemus obſeruari ab*
*omni adminiſtratione, vt ſi contingerit in ſcriptis*
*noſtram iuſſionem fieri ad aliquem Iudicem, &*
*interea iſte quieſcat ab adminiſtratione: is, qui*
*poſt illum ſuſceperit dignitatem accipiat eam,*
*& inſinuet, ſiquidèm priuata eſt cauſa, & im-*
*plere eam, & aſſequi, quemadmodùm ad eum*
*promeruit reſcriptũ, vbi Gloſ. ſubdit ſuper ver-*
*bo reſcriptum*, ſed quomodò hoc cognoſcit
ſucceſſor cum morte mandatarij iuriſdi-
ctio expiret, vt & aliàs mandatũ, reſpon-
dit hoc non perſonæ, ſed officio fuit facta
32 commiſſio, vel delegatio, & ità fuit deci-
ſum per ipſam Reg. Aud. referente meo
conſobrino Franciſco Antonio Salinas
die 5. Auguſti 1611. penès Villanum Act.
& fuit proceſſum in cauſa prædicta dele-
gata prædeceſſori, per ſucceſſorem Prę-
ſidem cum voto vnius Auditoris, iuxtà or-
dinem Suæ Excellentiæ.
33 Quocirca pro enucleatione præmiſſo-
rum erit aduertendum, quod ſicuti regu-
laritèr Delegatus Papæ debet eſſe conſti-
tutus in aliqua dignitate, vel Canonicus
Catredalis Eccleſiæ, vt inquit *Affl. in Con-*
*ſtit. Vt vniuerſis, ſub num.* 35. vbi etiam an-
nuit, quod cauſa appellationis Baronem
tangens, vel Comitem Comiti, vel Baroni
per Regiam Curiam debet cõmicti per-
ſonę habenti eandem dignitatem, hinc
etiam conſpicitur quando Prorex aufert
cauſas ab Ordinarijs Iudicibus eas dele-
gat in negotijs ſpectantibus ad Sac. Conſ.
Reg. Cam. Sum. vel M. C. V. quando quali-
tas cauſæ, illiuſq; circumſtantiæ hoc ſua-
det, ex *Auerd.* percepit *Reg. de Ponte de po-*
*teſt. Proreg. tit. de abundant. Ciuit. §. 1. num.* 24.
34 quemadmodùm etiam Regẽres Regiam
Cancellariam conſulto Excellentiſſimo
35 Prorege delegant cauſas Regijs Conſi-
liarijs, Præſidentibus Regiæ Cameræ, &
alijs, *Reg. Tapia de præſtant. Regiæ Cancellariæ*
*tit. de poteſt. Reg. Cancell. num.* 44. ſic etiam
Præſidibus Prouinciarum delegat cogni-
tiones cauſarum importantium, qui & ſi
ipſis poteſtas militaris competat, & illo-
rum ſucceſſoribus, *Io. Grand. d tract. ſpeciali*
41. cuius vigore procedit contra exules,
in quos habent merum imperium, *vt ipſe*
*tradit in ſpeciali* 9. hoc procedit generali-
tèr, ſed in caſibus particularibus grauio-
ribus nequeunt eodem modo procedere,
ſed ordinariè, abſq; mandato Principis
ſpeciali.

Quo fit, vt quando epiſtola aliqua ali-
cui mictitur, tùnc epiſtola mictentis, &
36 eius, cui mictitur nomen continere de-
bet, *Borrell. de magiſtr. edict. lib. 2. cap. 12. nu. 1.*
37 verum quia Officiales dicuntur habere
dignitatem, *cap. deniq; 4. d. cap. reperiuntur,*
*in fin. 1. quæſt. 1. cap. eo libentiùs, de ſeru. non or-*
*din.* idcireò ex communi vſu recepto re-
ſcripta, atq; delegationes diriguntur Of-
ficialibus nedùm expreſſo eorum nomi-
ne, ſed etiam dignitatis, vt communitèr
practicatur. hinc eſt, quod ſi delegatio ali-
cui fit ſolo nomine dignitatis expreſſo
abſq; expreſſione nominis proprij, æqui-
38 parando hunc caſum cum eo, quãdo de-
legatio fit exprimẽdo nomen proprium,
licet iſti caſus æquiparentur quo ad hoc,
ſiuè fiat commiſſio cum ſola expreſſione
nominis officij, ſiuè cum expreſſione no-
minis proprij cenſetur vtroq; caſu electa
induſtria perſonæ, *d. l. inter artifices*, &
ſic ſolus debet determinare cauſam, ex
*Bonad.* firmat *Ripol. variar. reſol. cap. 1. n. 449.*
*& ſeq.* ꝙ eo magis electa cenſeretur indu-
ſtria perſonæ quando competeret Magi-
ſtratibus ſuperioribus ratione officij co-
gnitio cauſarum criminalium meri, &
mixti imperij, *vt ibi Ripol. num.* 104. at cum
39 arduum negotium mandatur, cenſetur
electa induſtria perſonæ, *Menoch. vbi ſupra*
*num.* 15. vndè videtur ex ijs dicendum
talem delegationem non tranſire ad ſuc-
ceſſorem ſtante electione induſtriæ per-
ſonalis.

Sed quando iunctim fit delegatio ex-
preſſo nomine proprio, ac dignitatis, li-
40 cet reſpectu nominis proprij, vti homo,
qui eſt digniſſima creatura, *Gloſ. 3. in l. in-*



Digitized by Google

*ſtiſſimè, ff. de ædilit, edict.* non per hoc vide-
tur præcedere dignitati eius miniſtetio,
41 dignitas enim conſiſtit in adminiſtratio-
ne officij, Iudex enim debet habere di-
gnitatis ſuæ rationem, *l.obſeruandum, ff.de*
42 *offic. Præſ.* vndè benè dignitas explicatur
officium, *Gloſ.in l.plenum, ff. de vſu,& habi-
tu, ver.pro dignitate,*cum igitur ipſa digni-
43 tas dat fauorem perſonæ, *Gloſ in authent.
de monacis, §. ordinatione, verſ. ſuffragantèr,*
44 conſpicitur ipſam eſſe principalem con-
ſiderandam, & ſic actendi debet id, quod
principalitèr fit, *l. ſi in emptione,* vbi *Bald.
ff.de contrab. empt.* & non mirùm actenta
45 ipſa dignitate principalitèr, quæ nõ mo-
ritur, neq; extingnitur, probat *Io. Anton.
Bellon d.tract.de mandata iuriſdictione,cap.*10.
*quæſt.*8. *num.*7,

46 Subſequitur operari vt tales delegatio-
nes ad ſucceſſores extendi, proùt ipſemet
*Io. Anton. vbi ſupra num.6.* poſt *Bertacch. in
ſuo repert.verbo delegatio facta alicui,fol.*327
*Menoch. vbi ſupra num.*21.

47 Et ampliùs quando in reſcripto eſſet
expreſſum nomen prædeceſſoris antè il-
lius obitum, tùnc tranſiret ad ſucceſſorẽ,
vt ex *Innoc. in cap. ſignificauit, ibidem Butr.
num.*10.*&* 11. *& Petr.Gregor. num.*3. *de re-
ſcript.*probat *Oldrad.in tract.de reſcript. præ-
lud.*23. *num.*13. & cum hac opinione reſi-
det *Io.Grand d. tract. in prædicamento agere,
quæſt.*1. *num.*1. allegando *Menoch.vbi ſup.*

48 Quæ ſiquidèm concluſio limitatur po-
tiſſimùm quando fuerit electa induſtria
perſonę, ex traditis per *Menoch.vbi ſupra à
num.*11. *cum ſeq.* vbi per exempla hoc de-
monſtrat, ſed meliùs *idem Menoch. de præ-
ſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 21. *à num.* 6. *ad* 17.
oſtendit per exẽpla, quando in commiſ-
ſione diceretur tu cognoſcas, vel vt pro-
prio iudicio cognoſcas, vel per ipſum co-
gnoſcas, vel tu, & nullus alius cognoſcas,
&c. & ſic quãdo in commiſſione dicere-
tur tu per te cognoſcas, *Grammat. voto* 3.
*num.*39. *quæ in conſ.crim.*64. *num.*4.*&* 5. di-
49 ſputat articulum, ſi præeminẽtia conceſ-
ſa vni Regenti M.C.V. extẽdatur ad ſuc-
ceſſorem, concludit negatiuè, quia ex ver-
bis conceſſionis apparebat fuiſſe illi ſoli
conceſſam, ibi, tu ſolus, &c. & tamen cõ-
trarium ſeruari videtur, cum talis cogni-
50 tio ſit in poſterum ad M. C. tranſlata,
*Carapag. in cap.ſi cum ſceleratis, nu.*4. *& ſeq.*
vndè talis præeminentia M. C. V. eſt ho-
diè dilata ad Regias Audientias pro-
cedendi contra tales latrones foruſcitos,
bannitos, & ſimiles, *Io.Grand.d.tract in præ-
dicamento de quantitate, quæſt.*1. *num.*13. ſed
in caſu ſupra enarrato, non alitèr talia
ſpecialia verba enũciabãtur, vt argui po-
tuiſſet induſtria perſona, meritò ipſa de-
legatio huiuſmodi caſus ſpecialis ad ſuc-
ceſſorem Præſidem pertranſire non am-
bigebatur.

51 Et propterea non obſtat, quod dictum
eſt ſupra, quoties fiet delegatio nomine
proprio, & dignitatis, vt præcedat primo
nominatus, vt poſt *Menoch. d.lib.*1. *quæſt.*68.
*num.*16. *Io. Anton. Bellon. vbi ſupra num.*8.
vltra ſupradicta conſpicitur, quod homi-
52 ni competit præcedentia aliquando ra-
tione dignitatis, aut ratione loci, ſeù ra-
tione propriæ perſonæ, *Io.Bapt.Leonell. in
tract. de præced. homin. quæſt.*7. *art.*13. vndè
inſpecta eius dignitate officij infertur,
53 quod dignitates neceſſariò admictunt
præcedentiam in actu exercitij earum, vt
*idem Leonell.d.quæſt.*7. *art.*15. probat, quam
54 ſiquidèm dignitatem accepit, Delegatus
ab eius delegante, & tùnc Delegatus præ-
cedit ordinarium ex perſona delegantis,
*Manriq.de præced.quæſt.*22. *in princ.*

*SVMMARIVM.*

1 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*
2 *Corpus ex carne, & anima conſiſtit.*
3 *Corpus diuerſa habet membra, et vnumquodq; ipſorum habet operationis exercitium.*
4 *Ciuitas in ſe contixet diuerſa membra, & quæ ſiut.*
5 *Ciuitas habet Caſtrum, ſiuè fortalitium, & quare.*
6 *Caſtra in Ciuitate ad quem finem ædificantur.*
7 *Caſtrum dicitur pars Ciuitatis.*
8 *Manus dicitur organum organorum.*
9 *Vrbis appellatione quid veniat.*
10 *Suburbia continentur ſub nomine Ciuitatis.*
11 *Interdicta Ciuitate, etiam Suburbia cenſentur interdicta.*
12 *Crimen leſæ Maieſtatis committitur contra patriam inſurgendo, vel delinquendo.*
13 *Caſtra, Villa, & Terrę adiacentes Ciuitati veniunt acceſſoriè ad ipſum.*
14 *Homo ſine anima viuere non poteſt.*
15 *Spiritus eſt qui viuificat, caro autẽ nil prodeſt.*
16 *Cadauer dicitur corpus ſine anima.*
17 *Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte ipſius.*
18 *Anima variis nominibus appellatur ob eius diuerſa officia.*
19 *Princeps in terra dicitur lex animata ſimilitèr & Rex, ac legis pater.*
20 *Rex eſt dñus perſonarum in Regno exiſtentiũ.*
21 *Rex habet vitæ, & necis in hominibus poteſtatem.*

22 *Rex*

22 *Rex conſtitutus eſt in Regno. vt inter malos boni viuant.*
23 *Rex dicitur vltor ira Dei in vindictam malefactorum,& laudem bonorum.*
24 *Rex pacem inter ſubditos procurare debet.*
25 *Pax cauſatur ex iuſtitia, vbi eſt pax, ibi iuſtitia.*
26 *Rex operam dare debet vt maleſactoribus pœnas dent iuxtà delictorum modum.*
27 *Rex puniendi delicta arbitrium à Deo habet.*
28 *Regis intereſt nè maleficia committantur.*
29 *Rex Regnum purgare debet malis hominibus.*
30 *Rex in toto Regno dominium habere cenſetur.*
31 *Rex in Caſtris ius duplex habere cenſetur.*
32 *Iuriſdictio omnis eſt apud Principem tanquàm à fonte.*
33 *Iuriſdictioni Regis omnia ſubſunt, quæ in Regno ſunt.*
34 *Iuriſdictio omnis ſuper omnibus Ciuitatibus, & Terris,& Caſtris Regni eſt Regis.*
35 *Iuriſdictio eſt ſicut nebula ſuper paludem, quæ generatur per actiuam potentiam Solis.*
36 *Iuriſdictio in magiſtratu eſt tanquàm in ſubiecto animato, ſine quo iuriſdictio nil agit.*
37 *Iuriſdictio quandoq; eſt in actu, quandoq; in habitu.*
38 *Iuriſdictio eſt tota in toto Regno, & tota in qualibet parte ipſius.*
39 *Rex potentionalitèr eſt in qualibet parte ſui Regni.*
40 *Prohibitio facta in parte Ciuitatis, ad totam refertur.*
41 *Populus Romanus Imporium habet ſub littore maris.*
42 *Qui in continentibus Vrbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur.*
43 *Qui Caſtellorum territoria poſſident, omnia poſſidere videntur.*
44 *Poſſeſſio Caſtri ſubiecti Ciuitati non videtur acquiſita, dùm agitur de poſſeſſione acquirenda nodum firmata per ingreſſum Ciuitatis.*
45 *Ciuitas diuiſa per quarteria, & ciues ſi viuerent ſegregatim, iuriſdictio non cenſetur diſunita.*
46 *Tribunorum officium quod ſit.*
47 *Bannitus ab vno loco, cenſetur bannitus à loco Confedèrato.*
48 *Bannitus ab vno loco Status Eccleſiaſtici, cenſetur bannitus ab omnibus locis Eccleſiæ ſubiectis.*
49 *Bannitus ab vno loco, cenſetur bannitus à loco adiecenti.*
50 *Bannitus à Caſtro, cenſetur bannitus à Ciuitate ei adiecenti.*

## ARGVMENTVM.

Guidaticus conceſſus bannito ſub cōditione nè accederet ad Ciuitatem, ſi fortè acceſſerit ad Caſtrum illius propè Ciuitatē, an ſuffragatur eidem bannito.

## CASVS XIX.

CVM fuiſſet conceſſus guidaticus cuidam foriudicato per Præſidem Regiæ Audientiæ Calabriæ Citra ſub conditione nè moraretur in eadem Ciuitate, & accederet ad locum partium offenſarum, accidit qualitèr iſte foriudicatus certo die acceſſit ad Caſtrū dictæ Ciuitaris Coſētię vbi ſolēt trāſmicti carcerati diebus æſtiuis, viſurus certos carceratos ibi exiſtētes, vndè fuit à Caſtellano ibi detentus, & carceratus, indè conqueſtus in eadem Regia Audientia, vt in priſtinam libertatem reponeretur iuxtà guidaticum ſibi conceſſum, & propterea dubitari contingit quid iuris, & ſi pro eius defenſione diceretur tale Caſtrum eſſe ſeperatum à Ciuitate, cum illud exiſtet in ſuper cilicio montis, & paulò poſt inferiùs adeſſe Ciuitatem, videbatur eſſe ſeperatum, & propterea includi nō videbatur in prohibitione Ciuitatis, iuxtà
1 regulam vulgatam, ſeperatorum ſeperata debet eſſe ratio, *l. Papinianus, ff. de minor* cum alijs apud *Barboſ. princip. iur. lit. S num. 5.*

Ex aduerſo autem conſiderari poterat, Ciuitarem ipſam inſimul vnitam, corpus
2 humanum repreſentare, quandoquidèm corpus ex duobus conſiſtere videtur, hoc eſt ex carne cū oſſibus, & ſanguine compaginatum, & rationabili anima, *cap. in quadam, de celebr. miſſ.* & conſiderata priùs compaginatione corporis, in quo diuerſa
3 membra exiſtunt, & vnumquodq; ipſorū ſuum exercere officium in diuerſis actibus diſtributum, vt inquit *Apoſt. 1. Corinth. 12. Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cū ſint multa, & vnum tantùm corpus ſunt, &c.*

Negari tamen non poteſt, quin quodlibet membrum diuerſum actum habens, ſit corpori annexum.

4 Sic etiam Ciuitas in ſe continet diuerſa membra, hoc eſt vias publicas, & priuatas, & arcas, & alia, vt in *l. 1. ff. ne quid in lo-*

*co publ.* habet enim theatra,ſtadia,Eccle-
ſias,pontes, forum, ac alias domos priua-
torum;menia,ac alia vſui publico,ac pri-
uato , quæ ſiquidèm omnia ſub ipſo cor-
pore comprehenſa,ſed inter cętera habe-
5 re ſolet Caſtrum,ſiuè Fortalitiū, vbi mul-
ti poſſunt ſe reducere,& munire,vt inquit
6 *Gloſ. in Conſtit. Caſtra*; & hoc principalitèr
ædificatur ad tuitionem , & munitionèm
eiuſdem, ad *text. in l. turres, C. de oper. publ.*
ibi: *Ità tamen,& ſplendor operis,& Ciuitatis
munitio cum priuatorum vſu , & vtilitate ſer-*
7 *uabitur.* & non ab re Caſtrum dicitur pars
Ciuitatis, *Angel. in §. ſi quis igitur, verſ. nota
ſingularitèr, Auth. quib. mod. nat. effic. legit.* vn-
dè quemadmodùm corpus principalitèr
defenditur manibus operando; nàm ma-
8 nus dicitur organum organorū operan-
do, inquit *Afflict. deciſ. 299. num. 7.* ità Ca-
ſtrum veluti dextera manus in auxilium
Ciuitatis reputatur,& nō mirùm ſi mem-
bra corpori annexa,vnum corpus cenſeri
debet,ità Ciuitas cum omnibus ædificijs,
quare *I.C. in l. 2. ff. de verb. ſignif.* inquit: Vr-
9 bis appellatio muris ſcilicet finitur , ſub-
10 dit *ibi Gloſ.* Romæ autem continentibus
ædificijs finitur,ſcilicet vt Suburbia con-
tineantur,ſecundum *Gloſ. ibi*, idemq; tra-
ditur in *l. vt Alphenus, eod. tit.* ex quibus iu-
ribus adnotatur,non tantùm ea,quæ ſunt
intra menia contineri,ſed extra menia,
ſcilicet Suburbia, optimè eſt *text. in l. nàm
quod liquidè, §. ſi ità, ff. de penu leg.* hinc eſt ,
11 quod interdicta Ciuitate , etiam Subur-
bia cenſentur interdicta, *cap. ſi Ciuitas , de
ſentent. excom. in 6.* quemadmodum etiam
12 ſicuti crimen læſę Maieſtatis committi-
tur contra patriam inſurgendo,vel delin-
quendo, *l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt.* ità & ille,
qui arcem tenuerit , aut Caſtra conceſſe-
13 rit, *l. 2. ff. eod. tit.* nàm Caſtra, Villæ & Ter-
ræ adiacentes Ciuitati , veniunt acceſſo-
riè ad ipſam Ciuitatem , probat *Loſeus de
iure vniuerſ. par. 3. cap. 13. num. 2.*
14 Conſtat etiam homo ex anima in cor-
pore infuſa , quæ ſine corpore viuere ne-
quit , *cap. ſi quis obiecerit 1. queſt. 3.* & ipſa
mouet corpus ex ſui potentia, vndè dici-
tur ſpiritus eſt, qui viuificat,caro autem
15 non prodeſt quicquā, *Ioan. cap. 6.* eſt enim
quid agens in corpore,vt ſine anima non
16 diceretur corpus, ſed cadauer, *Caball. re-
ſolut. crim. caſu 263. num 7.*
17 Et talis anima eſt tota in toto , ac tota
in qualibet parte ipſius , *Bart. in l. ſtipula-
tiones non diuiduntur, ff. de verb. oblig.*
18 Et proptereà ipſa ſimilitèr diuerſa ha-
bet nomina ſecundum diuerſa officia,
dùm enim ſentit, dicitur ſenſus ; dùm iu-
dicat, dicitur ratio, dùm memorat, dici-
tur mens , dùm cogitat, dicitur cor, *Ho-
ſtienſ. in ſumma de ſacra vnt. §. 1. Alber. in di-
ction. ver anima .*
19 Sic paritèr in Ciuitate conſpicitur eſſe
illius dominus anima Ciuitatis. vndè di-
citur Princeps in Terris. quod ſit anima-
ta lex, *§. fin. Auth. de Conſul.* ſic paritèr Rex
in Terra ſua dicitur lex animata , & legis
pater, *Afflict. in Conſtit. Non ſine grandi , ſub
num. 8. & in prælud. Conſtit. quæſt. 13. ſub nu 9.*
20 Quo fit , vt cum Rex ſit Dominus om-
nium perſonarum in Regno exiſtentium,
vt habetur in *Conſtit. Quia frequentèr*, vbi
21 *Afflict. num. 17.* & in hominibus Regni po-
teſtatem mortis,& vitæ, *idem in Conſt. Poſt
mundi machinam , num. 23.* ſubdens ad hoc
22 eſſe cōſtitutos, vt inter malos viuant bo-
ni,quo circa,vt *ibidem Afflict. num. 25.* pro-
bat, quod cum Reges ſint Diuinæ Proui-
23 dentię executores,infertur,quod Rex di-
catur vltor iræ Dei in vindictam malefa-
ctorum,laudem verò bonorum, *vt ibi ſub-*
24 *ſequitur num. 34.* & pacem inter ſubditos
procurare debet, *vt ibi num 35.* quæ ſiqui-
dèm pax cauſatur ex iuſtitia, nàm vbi eſt
25 iuſtitia , ibi eſt pax , & è contra , *idem in
Conſtit. Pacis cultum, num. 1.* & vt pax habea-
tur per medium iuſtitiæ , Rex operā dare
26 debet vt malefactores pœnas dent iuxtà
delictorum modum , *idem in Conſtit. Super*
27 *inciſionibus, num. 1.* nàm Rex arbitrium pu-
niendi delicta ab ipſo Deo habet , *idem in*
28 *Conſtit. Vſurariorum, num. 6.* & Regis inte-
reſt nè maleficia committantur , *idem in
Conſtit. Priuilegia, num. 4.* & conſequentèr
29 Regnum malis hominibus purgare, *idem
in Conſtit. Cordi nobis, num. 1.*
30 Paritèrq; Rex quia in toto Regno ha-
bere cenſetur dominium, *Afflict. in Conſtit.
Ab Officialibus , num. 4.* & licet per conceſ-
ſionem Caſtrorum feudatarijs videatur
quodāmodò ab illo ſuo dominio ſegre-
31 gare, attamen ipſe Rex in Caſtris ius du-
plex habere conſpicitur vnum generale ,
tanquàm Rex, & aliud ſpeciale Caſtrorū,
*idem Afflict. in Conſtit. Ea quæ ad decus , ſub*
32 *num. 23.* vndè ſubſequitur ex ſupra narra-
tis, quod omnis iuriſdictio ſit apud Prin-
cipem, *Afflict. in prælud. quæſt. 6. num. 2.* & ab
eo depēdit ſicut apud fontē vndè fluunt,
& refluunt omnes iuriſdictiones , vt pro-
bat *Carau. in ritu 19. num. 6. vt dixi in meo
voto 87. nu. 28 col. 1. & voto 99. nu. 39. tom. 1.*
33 Et proindè iuriſdictioni Regis omnia
ſubſunt,quæ in Regno ſunt, *idem d. prælud.
quæſt. 16 num. 1.*

Ea pro-

Digitized by Google

Ea propter cum omnis iuriſdictio ſu-
per omnibus Ciuitatibus,& Terris,& Ca-
34 ſtris Regni eſt Domini Regis,& illorum,
qui habet à Rege, *idem in d. prælud. quaſt. 3.*
35 *num. 2.* eſtq; iuriſdictio ſuper territorium,
ſicuti nebula ſuper paludem,quæ genera-
tur per actiuā potentiā Solis, *Bald. in rubr.*
*de allod. ſub num* 7. vbi in præcedenti *nu.4.*
dixit, quod iuriſdictio in territorio eſt
36 tanquàm in re inanimata, ſicut ſeruitus
in fundo ſeruitute,vel dominante,ſed in
magiſtratu eſt tanquàm ſubiecto anima-
to, ſine quo iuriſdictio nihil agit, ex *l. 2,*
*§. poſt originem, ff. de orig. iur.* & ſicut Eccleſia
dicitur curata habitu,& actu, ità iuriſdi-
ctio quandoq; eſt in habitu, quandoq; in
actu; nàm in habitu eſt per potentiam in
37 actu per exercitium, vt ibi,& ſequitur di-
cendo ſemper enim debet præcedere iu-
riſdictio officium Iuſdicentis, ex *Io. Mon.*
*in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.* quia priùs
naſcitur,quam exercetur ad actū per iura
ibi citata,hinc ſubſequitur, quod iuriſdi-
38 ctio eſt quid indiuiduum,& tota in toto,
& tota in qualibet parte ipſius, *Berous*
*quæſt. 111. num 2.*
39 Et hoc potētia Solis,hoc eſt Regis,qui
potentionalitèr vbiq; eſſe videtur, vt in
*Conſtit. Fidelium, in fine,* ibi: *Et ſic etiam qui*
*prohibente indiuiduitate perſonæ, vbiq; præſen-*
*tialitèr eſſe non poſſimus, vbiq, potentionalitèr*
*adeſſe credamur,* vbi *Afflict. vult notab.* alle-
gat Iura, ex quibus hæc verba eliguntur.
Quadere ex allegatis oſtenditur, potē-
tiam iuriſdictionis eſſe in toto Regno, &
potentionalitèr vbiq; adeſſe per medium
perſonarum ipſius Officialium, ſicuti po-
tentia animæ extenditur per omnes par-
tes corporis, ità etiam potentia iuriſdi-
ctionis cuiuſcunq; Præſidis, ac Magiſtra-
tus extenditur non tantùm in vniuerſam
Terram,ſeù locum ſibi commiſſum,ſed in
40 qualibet parte ipſius,& propterea dùm
prohibet alicui nè intra patriæ territo-
rium, vel muros moretur, *l. relegati, ff. de*
*pæn.* demonſtratur in *l. littora, ff. ne quid in lo-*
41 *co publ.* vbi littora,in quem Populus Ro-
manus Imperium habet, Populi Roma-
42 ni eſſe arbitror, ſicuti quæ in continenti-
bus Vrbis nati ſunt, Romæ nati intelli-
guntur, *l. qui in continentibus, ff. de verb. ſign.*
clarificatur in *l. 2. C. de fund. lib. 11.* vbi, *qui*
43 *Caſtellorum territoria poſſident, omnia poſſide-*
*re videntur*; & ibi notat *Gloſ. in materia iu-*
*riſdictionis, verſ. territoria,* id eſt Caſtrum cū
44 territorio,ſcilicet iuriſdictione,& ſubditis
vel etiam ipſum Caſtrum, & Terram in
qua reſidet, vndè Caſtri non videtur ac-
quiſita poſſeſſio ſubiecti Ciuitati dùm
tractatur de poſſeſſione acquirenda, ne-
dum formata per ingreſſum ipſius Ciui-
tatis, *Grammat. deciſ. 71. num. 15. & 16.* at ſi
45 Ciuitas eſſet diuiſa per quarteria diſtin-
cta, & ſegregatim viuerent ciues quòad
iuriſdictionem, non cenſeretur diſunita,
*Montan in pragm 2. num. . . de admin. Vniu.*
& licet in Caſtris videatur per alios regi,
hoc eſt per cuſtodiam officium Tribuno-
46 rum eſt, vel eorum, qui exercitium præ-
ſunt milites in Caſtris continere, & ad
exercitationem perducere, *l. officium, §. of-*
*ficium, ff. de re milit.* ſecus tamen quòad
iuriſdictionem.
47 Et propterea bannitus ab vno loco,
cenſetur bannitus à loco confederato,
*Bertazzol. conſ. 463. num. 10.* ex *Marſil. 32.*
*num. 8. Vulpell. conſ. 58. num. 5.*
48 Bannitus ab vno loco Status Eccleſia-
ſtici, cenſetur bannitus ab omnibus locis
Eccleſiæ, etiam mediatè ſubiectis, *Farin.*
*conſ. crim. 136. num. 16. par. 2.* vbi plura, &
bannitus ab vno territorio Eccleſiæ me-
diatè, vel immediatè ſubiecto, cenſetur
etiam bannitus ab Vniuerſo Statu Eccle-
ſiaſtico, & vbiquè poteſt impunè occidi,
*Farinac. conſ. crim. 101. num 19. tom. 1.*
49 Ad tollendam iſtam difficultatem al-
legaui *Foller. in praxi crim. rubr. banniantur,*
*num. 29.* dicentem,quod bannitus de vno
loco, cenſetur paritèr bannitus à loco ei
adiacenti, & ſubſequitur in ſpecie, quod
50 bannitus à Caſtro, cenſetur bannitus à
Ciuitate ei adiacenti, ex *Bald. & Alex. ibi*
*citato,* & fortiùs è contra in caſu noſtro.

Ea propter ad relationem D. Ioannis
Sances de Luna Auditoris dictæ Reg. Au-
dient. die 5. Auguſti 1613. deciſum fuit
non eſſe priſtinæ libertati reponendum,
& confirmatum per Collat. Conſil. penès
Villanum Act. Mag.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatur à Delegato ad delegantem.*
2 *Appellatur à Delegato Principis ad Principē.*
3 *Tempus forindicationis poteſt abbreuiari à Principe ad eius beneplacitum.*
4 *Regiæ Audiētiæ ſunt Iudices ordinarii in procedendo, & puniendo delinquentes.*
5 *Iudex ordinarius, cui à Principe cauſa committitur, non dicitur delegatus, ſed reſtat ordinarius, quod limitatur num. 6.*
7 *Iuriſdictio conceditur per commiſſionem Superioris.*
8 *Iuriſdictionem mandans, videtur ius dicere.*
9 *Miſerabiles perſonæ habent fori electionem etiam*

Digitized by Google

*etiam de Iure Regni, num.*10.

11 *Virgines habent fori electionem.*

12 *Electio fori cur ſit conceſſa perſonis miſerabilibus.*

13 *Variatio fit M.C. ex Reg. Aud.*

14 *Variatio fit coràm Iudice competenti rei.*

15 *M. C. V. iuriſdictionem habet in toto Regno tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus contra omnes.*

16 *M.C.V. eſt Iudex competens omnium perſonarum omnis ſtatus.*

17 *Appellatur ad M.C. ex delegato Regis.*

18 Text in l.1. C. quando Imper. &c. *loquitur generalitèr.*

19 Conſtit.Statuimus, *vt M.C. ponderatur.*

20 *Iudex, cui mandatum fuit, vt ſummariè procederet, an ordinariè procedendo delinquat.*

21 *Cauſa appellationis eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt cauſa principalis.*

22 *Cauſa principalis ſi eſſet ſummaria, etiã cauſa appellationis ſummaria eſſet.*

23 *Cauſa criminalis, in qua fuit proceſſum per horas, etiam in cauſa appellationis huiuſmodi procedi debet, ſic in modo procedendi ex abrupto.*

24 *Appellatur à Delegato Regis ad Regem.*

25 *Princeps ſibi reſeruauit cauſas miſerabilium perſonarum.*

26 *Delegatus Principis procedit eius nomine.*

27 *Delegatus ad vnam cauſam tantùm, vtitur iuriſdictione delegantis.*

28 *Priuilegium electionis fori eſt perſonale.*

29 *Priuilegium conceſſum miſerabilibus perſonis non ſuffragatur ipſis cõparentibus vti tertijs.*

ARGVMENTVM.

## Variatio an competat ſorori inquiſiti, contra quem proceditur ad modum belli de mandato Proregis.

CASVS XX.

PVlchrum dubium fuit excitatum in eadem Regia Audiẽtia Calabriæ Citra in facti contingentia, poſtquàm Ill. Prorex Regni conceſſerat poteſtatem eidem Regiæ Audientiæ procedẽdi contra omnes delinquentes patrantes homicidia cum ſelopis, abbreuiato termino curriculi vnius anni, iuxtà *Conſt. Regni Pœnam eorum*.

In contingenti caſu homicidij huiuſmodi commiſſi fuit homicida citatus cũ
abbreuiamento temporis ad foriudicandum, & dùm tractabatur de foriudicatione; comparuit pater inquiſiti, allegando ipſum reum eſſe clericum, licet ex aduerſo hoc inficiebatur, ſed pendente hac diſcuſſione ſoror, ſiuè filia occiſi, variauit cauſam à Regia Audiẽtia ad M.C.V. eligendo eam in forum, vndè dubitari contingit, ſi talis variatio, ſeù electio facta fieri potuerat, attenta diſpoſitione *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* ità militare poterat cum ipſa Regia Audientia proceſſerat in dicta cauſa vti delegata ab Excellentiſſimo Prorege, & propterea in hoc caſu quando appellatur à Delega-
1 to, debet appellari ad delegantem, vt iure
eſt probatum *Maur. Burg. de modo proced. ex abrupto, quæſt.95.nu.11. & Petr. Greg in tract. de appellat. lib.4. cap.4. num.9. Guazz. in defen. 36. cap.17. num.2.* & ſe tuebatur inquiſitus,
2 quoniam à Principis delegato appellatur
ad Principem delegantem, latè *Scaccia de appellat. quæſt.18. per totam, & quæſt.16. And. Gail. pract. obſeruat. lib.1. obſeru.121. num.2.* & electio fori, ſeù variatio in cauſa delegata, etiam admictenda erit, probat *Nouar. de elect. fori tom.2. ſect.3. quæſt.2.* etiam ſi ageretur in cauſa, vbi procederetur ad modum belli, vt idẽ *Nouar. d.tom.2. ſect.3. quæſt.6.* probat.

Nihilominus ante omnia conſideratũ fuit, ſi iſta abbreuiatio temporis foriudicandi conceſſa Regiæ Audientiæ Iudici ordinario delictorum, & cauſarum Prouinciæ erat vera delegatio, & clariſſimũ eſt attenta diſpoſitione *d. Conſtit.* quemlibet pro criminibus pœnam mortis merẽtibus poſſe foriudicari elapſo anno, vt in *d. Conſt* quod ſiquidèm tempus nequit ab-
3 breuiari per inferiores Iudices, & Magi-
ſtratus excepto ipſo Prorege, qui tempus foriudicationis abbreuiare poterit ad eius beneplacitum ſtante ipſius ampliſſima poteſtate, *Præſ. de Franch. dec.213. nu.36.* & ità fieri mandat inferioribus Magiſtratibus, *Angel. Sialoya in praxi foriudic. cap.10. num.24. & ſeq.* hinc ſuccedit illa vera concluſio, qualitèr cum ipſa Regia
4 Audientia ſit ordinarius Iudex delictorũ
in modo procedendi, atq; puniẽdi, iuxtà *d. Conſtit.* ſi poſtmodùm fuerit eidem conceſſa à Principe delegatio, ſeù iuſſio abbreuiandi tempus foriudicationis, an in hoc caſu cenſeri videatur Iudex delegatus, ad quod ſingularitèr *Marant. in ſuo ſpec. par.5. princ. nu.77.* dixit, quotieſcunq;
5 à Principe aliqua cauſa Iudici ordinario
remictteretur, ſiuè commictteretur, ad quẽ cogni-

Google

cognitio ipſius ſpectabat,non per hoc ef-
ficeretur Delegatus, ſed remanebit ordi-
narius in illa cauſa, & illa commiſſio ap-
pellatur iuſſus, & non delegatio, quare
eius iuriſdictio videtur excitari ob tale
reſcriptum,& in fine ſubdit id limitando,
niſi in commiſſione eſſet in aliquo altera-
6 ta eius iuriſdictio, quia cenſeretur tùnc
Delegatus, & non diceretur tùnc iuriſdi-
ctio excitata,ſecundum *Felin. in cap. licet.*
*de offic.deleg.* cum alijs apud *Gail. pract. ob-*
*ſeruat lib.1.obſeru.41.num.6.* ità in præſenti
caſu dicebatur, dùm iuriſdictio ipſius
Regiæ Audientiæ procedendi elapſo an-
no ad foriudicationem limitetur ſtante
abbreuiatione termini præfixi à *Conſtit.*
quod non poterat per ipſam fieri, rectè
concludi videtur eiuſdem iuriſdictionem
alteratam in tali commiſſione, & ſucceſ-
ſiuè vti delegata in caſu præmiſſo proce-
7 dere non ambigebatur, etenim per com-
miſſionem Superioris delegata iuriſdi-
ctio conceditur, *Gail. vbi ſupra, Scaccia de*
*appellat. quæſt.8. ſub num.86. verſ. ſecus eſt ſi*
8 *non*, & conſequentèr iuriſdictionem man-
dans,videtur ius dicere, cum ius dicit is,
cui mandauit, *Io. Anton. Bellon. in tract. de*
*mand. iuriſd. cap.9. quæſt.4. num.3.*

Et exiſtente tali delegatione infertur,
an ab ipſa Audientia delegata,& ſic à Iu-
dice Delegato detur variatio priuilegia-
tis perſonis ad M.C.ſicuti in præſenti ca-
ſu contingit, quinimò pro reo inquiſito
dicebatur non eſſe admittendam talem
variationem, ſeù electionem,ſtante ipſa
delegatione, eo quia vt prædictum eſt, à
Iudice Delegato appellatur ad Principē.

Quanquā in hac ambiguitate dubitari
nequeat, quin miſerabiles perſonæ gau-
9 deant tali priuilegio variationis fori, ex
iuris diſpoſitione *d.l.vnic.C. quando Imper.*
*inter pupill.& vid. Afflict. in deciſ.257. vbi Vr-*
*ſill. Carau. in ritu 236. Muſcat. in praxi S.C.*
*lib.1 par.2. gloſ. competens. nu.30.* nouiſſimè
*Nouar. in ſuis praxi de elect.& variat. fori to-*
*mo 1. ſect.1. quæſt.1. num.5. Conſ. Carleual de*
*iudic. tom.1. diſput.2. à num.529. ad 651.*

10 Idq; de Iure Regni confirmari videtur
ex *Conſtit. Statuimus vt Magnæ nomine Cu-*
*riæ*, vbi *Andr. Afflict. & cæteri, Carau. in ri-*
*tu 67.*

11 Et talis facultas extenditur etiam ad
virginem,ex *deciſ. de Franch.*100. ſicuti in
præmiſſo caſu vertebatur *Muſcatell. in d.*
*praxi lib.1. par.2. gloſ. competens, num.71. No-*
*uar. d. tract. par.2. quæſt.6. & quæſt.8. ſect.2.*

12 Quæ quidèm poteſtas cum ſit introdu-
cta miſerationis cauſa, vt refertur in *d. l.*
*vnica*, ibi, *Quod ſi pupilli, & viduæ, alij-*
*què fortunæ iniuria miſerabiles renunciari per*
*eos non poteſt*, imò Princeps niſi ſpecifi-
cè dicto priuilegio derogauerit, non in-
telligeretur eis in aliquo præiudicare, ſi-
cuti in multis cauſis Baronum deciſum
patet.

Iàm verò perquirendum erit,ad quem
ſit variatio,& à quo ſit,vt huius deciſionis
13 ratio appareat, & certum eſt, quia iſta
variatio ſit ad M.C.V. ex Regia Audien-
tia.*Carau. in d. ritu 233. num.7.* vbi citat *Af-*
*flict. in d. Conſtit. Statuimus, num.13. & 32.* cir-
ca quod erit aduertendum, quod perſo-
næ,quæ poſſunt eligere ex priuilegio, eli-
gere debent Iudices, qui àliàs ſint com-
14 petentes aduerſariorum, aliàs ſi eſſent
incompetentes non procederet electio,
ſeù variatio, *Nouar. in praxi de elect.& var.*
*fori, quæſt.2. num.12. & num.20 tom.1 ſect.1.*
& iterum *tom.2. ſect.1. quæſt.6 nu.4. & quæſt.*
*19. num.7. Thomaſ. deciſ.85. Macerat. nu.4.*

15 Sed cum ipſa M. C. in toto Regno iu-
riſdictionem habet in ciuilibus, & crimi-
nalibus contra omnes Barones in genere,
idem *Carau. in ritu 46. num.16.* & ordina-
tiam habet in toto Regno, *idem in Ritu*
*230. num 7.* eſtq; Iudex competens om-
16 nium perſonarum cuiuſcunq; ſtatus, &
gradus, *Muſcatell. in d. praxi S.C. lib 1. p.2.*
*Gloſ. competentes, num* 11. ergo variatio in-
17 ſpecto hoc capite,benè procederet, qui-
bus accedebat, quod tradit *Freec. de ſub-*
*feud. lib.2. auctor.13. num.*8. quem ſectatur
*Scaccia eod. tract. quæſt 8. num.50.* quod à De-
legato ipſius Regis appellatur ad M.C.V.
quæ cognoſcit de appellationibus om-
nium Delegatorum,etiam ſi ſint Delega-
ti à Rege,vt *ibidem num.29.* poſt *Carau. in ri-*
*tu 52. num.2. & 3. Muſcatell. in praxi S.C.*
*lib.2. par.1. gloſ 7. tenebitur, nu.6. & ſeq. Scac-*
*cia vbi ſup. d. quæſt.7. & quæſt.8. num.110.*

Poſtremò conſideranda erat alia qua-
litas,nempè à quo ſit variatio,ſeù electio,
cum ipſa Regia Audientia ſit Iudex De-
legatus, ob quod inferebatur, ſi talis va-
riatio de Delegato ad ordinarium pro-
cedebat, ex quo ipſa M.C.V. vt Iudex or-
dinarius nequit cum terminis breuiori-
bus procedere, ſicuti ipſa Reg. Aud. in
præmiſſo caſu dicebatur, poſſe talem va-
riationem procedere; & primo ex diſpo-
ſitione *text. in d.l. vnica*, quæ loquitur gene-
18 ralitèr, vt ſi fuerit impetratum reſcriptū
Principis contra tales perſonas in nullo,
dicit *ibi text. noſtrorum Iudicum compellantur*
*Comitatui, ſiuè copiam facere, ſubdit ibi Glo-*
*ſella Comitatui, ideſt præſentiæ noſtræ, vel illo-*
*rum,*

*rum, quibus delegamus, & in fine concludit*
*text.* attenta perhorreſcentia ipſarum ex-
poſita coguntur aduerſarij examini Im-
periali ſuorum copiam facere, hinc inſpi-
cienda venit poteſtas M. C. in particulari,
cui ab Imperatore Federico magna au-
ctoritas conceſſa fuit in *Conſtit. Statuimus*
*vt Magnæ Curiæ noſtræ*, & quidèm ponde-
19 randa ſunt verba illius *Conſtit* vbi appel-
lationes Ordinariorum, ſeù Delegatorũ
Iudicum ad ipſam Curiam interieſtæ pa-
tent, vt maior auctoritas cõfeꝛatur, & de-
mum ſubdit poſt conceſſiones aliorum
cognitionum: *Vt de ſpeciali mandato cauſas*
*miſerabilium perſonarum circa electionem fori*
*corporali præſtito iuramento aduerſariorum po-*
*tentiam perhorreſcentiũ audiat, & iuſtitia me-*
*diante faciat*; & ità videtur eſſe quo iam
ſpeciale conceſſum eidem M. C. cogno-
ſcendi de electionibus miſerabilium per-
ſonarum, quinimò ius non ei reſiſtit vt
ſit inhabilis.

Eapropter minimè obſtare videbatur
concluſio illa, quod à Delegato appella-
tur ad delegantem, etenim ipſa procede-
ret in caſu ſuo, nempè in materia appella-
tionis, non autem variationis, ſeù electio-
nis fori, neq; talis delegatio opitulari vi-
debatur poſtquàm de iure, iſthęc cogni-
tio cauſæ ſpectat ad Regiam Audientiã,
& ad M.C.V. ordinariè procedendi, ſed
quia inferiori Curiæ, hoc eſt eidem Reg.
Aud. mandatũ fuerat modũ ſic procedẽdi
ſub breuitate terminorum ex particulari
gratia Proregis, vel cauſa reduci videa-
tur ad ordinariam cognitionem ex ex-
traordinaria, & hoc potiùs delinquenti
proficeret, quam noceret, & tẽderet quo-
dammodò in præiudicium eligentis, nec
proindè Iudex in hoc delinquere videtur
ſi fuerit à Principe ei mandatum, quod
20 ſummariè procederet, & ipſe ordinariè
proceſſiſſet, vt tradit *Marant. in d. ſpec. p. 4.*
*in 9. actu num.* 204. & vtcumq; ſit, dũm cau-
ſa reuertitur ad priſtinam cognitionem,
reuertitur eo modo, quo fuerit incepta,
vel ſummariè, vel extraordinariè, cum ap-
21 pellationis cauſa ſit eiuſdẽ naturæ, cuius
eſt ipſa cauſa principalis, *Præſ. de Franch.*
*deciſ.* 520. *num.* 1. vbi ſubdit ex doctrina
*Ang.* quod ſi prima cauſa eſſet ſummaria
22 etiam appellationis cauſa eſſet talis, poſt-
quàm appellatio eſt acceſſoria ad cauſã
principalem, *idem de Franch. deciſ.* 370. *n.* 18.
nàm cauſa appellationis, ſequitur naturã
cauſæ principalis, *Scaccia de appellat. q.* 11.
*ſub num.* 17. hinc eſt, quod M. C. quando
23 per horas procedit contra delinquentes
pro delictis grauioribus, ſi fuerit ex ſen-
tentia illius appellatio deuoluta ad S. C.
ſimilitèr per horas expeditio illius ſubſe-
quitur, vt optimè *idem de Franch. deciſ.* 520.
*num.* 3. quemadmodùm ſi fuerit proceſsũ
in prima inſtantia ex abrupto, ità paritèr
procedendum erit in ſecunda inſtantia,
*Maur Burg. de modo proced. ex abrupto, q.* 45.

Verùm, quia *Carau. in ritu* 52. *ſub num.* 2.
quem etiã ſequitur *Scaccia ibidem, & Reg.*
*Sanſelic. deciſ.* 64. *num.* 11. expreſſim notat,
24 quod reſpectu Iudicum Delegatorum à
Rege, non alitèr ab eis appellatur ad Ma-
gnam Curiam, ſed ad ipſum Regem per
iura, & rationes ibi relatas, vndè videtur
ex hoc ceſſare ipſa variatio, ſiuè electio,
& idem confirmat ex pluribus *Muſcatell.*
*in praxi S. C. lib.* 2. *gloſ. tenebitur, num.* 11.
& 12.

25 Prætereà quia Princeps, qui ſibi reſer-
uauit cauſas miſerabilium perſonarum,
ex diſpoſitione *d. l. vnica*, dùm cauſam ali-
cuius alteri delegat, videtur etiam Dele-
26 gatus ſuo nomine procedere ex differen-
tia, quæ extat inter Delegatũ ad Vniuer-
ſitatem cauſarum, & ad vnam tantùm, vt
refert *Io. Ant. Bellon. in tract. de mand. iuriſd.*
*cap.* 5 *quæſt.* 4. *num* 23. qui in *quæſt.* 7. *num.* 5.
*ſub cap.* 9. aſſerit, quod Delegatus ad vnam
27 cauſam, fungitur vice delegantis, & vti-
tur iuriſdictione delegantis, *vt ibi num* 3.
ſubdens *num* 4 quod exercet iuriſdictio-
nem nomine delegantis, eo quia talis De-
legatus habet iuriſdictionem delegatam,
non propriam, *vt ibidem num.* 6. & ſic fuit
obſeruatum, & proceſſum contra reum
28 ad vlteriora in cauſa, nàm cum tale pri-
uilegium electionis fori, ſeù variationis
ſit perſonale, ex *Carau. in ritu* 228. *num.* 15.
*& Marchiſ.* probat *Nouar. d. praxi tom.* 1.
*ſect.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 1. & ſic tale priuilegiũ
29 non ſuffragatur miſerabilibus perſonis
comparentibus vti tertijs, *idem Nouarius*
*ſect.* 4 *quæſt.* 28. *num.* 1. proùt erat iſte caſus,
quoniam nõ tangebat perſonam ſororis
directò, ſed perſonã fratris delinquentis.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna mortis exulibus impoſita debet exequi, ac ſi fuiſſent per ſententiam condemnati.*

2 *Appellatio catenùs remouetur, quatenùs expreſſè non indulgetur.*

3 *Delegatus dicitur cui committitur nudum miniſterium exequi.*

4 *Princeps mandando vt delictum tali pœna puniatur, videtur excitari iuriſdictio Iudicis.*

5 *Ordi-*

Digitized by Google

5 *Ordinarius in cauſa delegata fungitur officio Delegati.*
6 *Princeps eſt lex animata in terris.*
7 *Princeps concedendo aliquid de ſibi reſeruatis inferiori, qualitèr intelligatur.*
8 *Princeps mandans aliquem torqueri, intelligitur præcedentibus inditijs.*
9 *Princeps mandans aliquem ſuſpendi, fieri non poteſt abſq; defenſionibus.*
10 *Defenſiones de iure naturali tolli non poſſunt per Principem, ſecus defenſiones iuris ciuilis.*
11 *Defenſiones in cauſa criminali tolli nõ poſſunt.*
12 *Princeps per iracundiam ordinat, quod ſibi dolet exequutum.*
13 *Exequutio ſententiæ Principis differtur per 30. dies.*
14 *Exequutio quæ fit ab homine differtur per decem dies, nõ tamen ſeruatur de conſuetudine.*
15 *Princeps poteſt delegare cauſam appellatione remota.*
16 *Appellatio eſt ſpecies defenſionis, quæ datur oppreſſis contra Iudicis ſententiam.*
17 *Princeps in iis, quæ ſunt iuris poſitiui, vtitur libero arbitrio.*
18 *Princeps poteſt diſpenſare contra ius poſitiuũ etiam ſine cauſa, & contra legem poſitiuam.*
19 *Princeps tollens appellationem, de qua debet intelligi.*
20 *Princeps iuſtam appellationem tollere non poteſt.*
21 *Appellari an poſſit à decreto lato ad modum belli, & num 28.*
22 *Appellatio ceſſat quando ſubeſſet cauſa publicæ vtilitatis.*
23 *Intereſt publicè damnatos puniri.*
24 *Appellandi remedium foriudicatis ceſſat.*
25 *Exules appellare nequeunt, & quando poſſint, num. 26.*
27 *Princeps an poſſit tollere appellationem in totum, vel in partem.*
29 *Appellatio ceſſat quando proceditur de facto.*
30 *Exequutio ſententiæ in crimine recaſti ſtatim fieri debet.*
31 *Citatio ad dicendum cauſam quare, non debet exequi ſententia, exigitur in foriudicationis ſententiæ exequutione.*

## ARGVMENTVM.

## Appellatio concedi an debeat reo inquiſito de crimine recaſti.

### CASVS XXI.

Diſſicultari etiam euenit in Regia Audientia Calabriæ Citra, ſi admitti debeat appellatio in crimine recaſti, adeòq; cum fuiſſet per depoſitiones duorum ſociorum, quidam reus inquiſitus, inditiatus, & confeſſus pro tali crimine recaſti, mediante tortura illata, & indè condẽnatus; dùm appellauerat, dubitatum fuit ſi appellationi deferendum eſſet, vel procedi ad exequutionem ſententiæ, & quia clarum eſt, quod ſi benè pro tali delicto de iure communi non ſit impoſita pœna mortis, in Regno iſto, expreſſim conſtituta eſt pœna mortis, vt in *pragm. vnic. de capient. hom. per vim*, & indè confirmata per Ill. Comitem Oliuares in *prag. 10. de exul.*
1 in quibus concluditur, quod tàm Iudices Regij, quàm Baronum, debent pœnam ipſam irremiſſibilitèr exequi, ac ſi fuiſſent per ſententiam ità declarati, de quibus meminit *Angel. Scialoya in praxi foriudicat. cap. 10. num. 17. & 18.* vbi tradit praxim procedẽdi in hoc crimine recaſti, ex quibus verbis videtur eſſe fatendum Princi-
2 pem voluiſſe tollere appellationem, quoniam eatenùs appellatio remota intelligitur, quatenùs expreſsè non indulgetur, *cap. paſtoralis, de appellat. & ibi Abb. & cæteri DD.* & tollere appellationem ſolius eſt Principis, *Maranta in ſpec. rubr. & quandoq; appellatur, nu. 340. Ruginell. in tract. de appell. §. 12. gloſ. 2. cap. 2. Scaccia de appell. quæſt. 16. limit. 1. & 2.*

Dùm enim vult, quod exequatur ſentẽtia mortis, cenſetur tacitè appellationem
3 non admittere, nàm is, cui committitur nudum miniſterium exequendi Delegatus proculdubio dicitur, *cap. vlt. §. fin. de offic. deleg.*

Quàmuis autem Officiales tàm Regij, quàm Baronum habeant ordinariam iu-
4 riſdictionem, & Princeps eis demandando vt tale delictum certa pena puniatur, videretur eorum iuriſdictio excitari tantùm, ſecundum *Marant. in eius ſpec. par. 4. diſt. 5. num. 77.* tamen ibi concludit, niſi aliquo modo eorum commiſſio alterari videretur, vt in iſto caſu cum pœna alterari videatur, & exequutioni mandari iubet, & nulli dubiũ eſt, quin vti Delegati poſſunt exequi citra appellationem, quoniã
5 Delegatus licet ſit aliàs ordinarius vice delegantis fungitur in cauſa delegata, *l. & ſi Prætor, ff. de officio eius, Io. Ant. Bellon. in tract. de mandata iuriſd. cap. 9. q. 9. nu. 14.*
6 Præterea dùm Princeps mãdat aliquid fieri cũ ſit lex animata in terris, ex *Gram. voto 32. num. 2.* cum alijs adductis in præcedenti *caſu num...* quod ità vult hoc dicere, ſufficit *idem ibidem num. 5.* at ipſe cõ-
7 cedendo inferiori aliquid de ſibi reſerua-

K tis,

tis, in dubio videtur concedere, vt ea
exerceat cum debita cauſę cognitione, &
non cum illa plenitudine poteſtatis quã
habet ipſe concedens, idem *Grammat. in
conſ. crim. 34 num. 18. Capyc. deciſ. 130 nu. 40.*
8 Hinc eſt, quod ſi Princeps mandaret
aliquem torqueri, erit intelligendũ præ-
cedentibus tamen inditijs, *Gram. conſ cri-
min. 45 num 35, & voto 32 & voto 30. nu. 13.*
9 Similitèr & quando mandaret Rex vt
quis ſuſpenderetur, quod hoc fieri non
poſſet abſq; defenſionibus, vt in caſu cõ-
tingenti refert *Paris de ſyndic. verbo an po-
teſtas, qui miſit, num. 12.* vbi tradit imperitos
quoſdam Iudices ob talem exequutionẽ
fuiſſe in ſyndicatu moleſtatos, cũ defen-
ſiones ſint de iure naturali, quas nec Prin-
ceps tollere poteſt, loquendo de defenſio-
10 nibus de iure naturali. ſecus de defenſio-
nibus de iure ciuili, *Gram d. voto 30, nu. 12.*
11 non enim poteſt tollere defenſionem in
cauſa criminali alicui. *Afflict in Conſt. Item
dura, & dira, nu* 30. optimè *Rodulſin in tract.
de ſuprem. & abſol. Princip poteſt. cap 6. n 68,
& ſeq.* cum alijs apud *Petr. Caliſt. in tract.
de lege Regia, § 29 num. 23.*
12 Item aliquando per iracundiam Prin-
ceps ordinat, quod ſibi dolet exequutum
*Gram. voto 23. num. 13.* & non mirùm ſi
13 id de iure exequtio ipſius differri de-
bet per 30 dies, ad *text. in l ſi vendicari, C. de
pœnis, cap. ſi quando, de reſcript.*
14 Sicuti exequutio, quæ fit ab homine,
differri debet poſt decem dies, quàmuis
de conſuetudine contrarium ſeruetur, te-
ſte *Parid. d. tract. verbo appellatio ſub nu* 11.
15 Sed quid dicendum in appellatione,
poſtquàm certi iuris eſt, poſſe Principem
cauſam delegare appellatione remota *l. 1.
§ fin ff. à quib. appell. non licet. Marant. vbi ſup.
num. 337, Io. Arnon. in dialogo 74. Danza de
pugna DD. tom. 1. tit. de poteſt. ad modum belli
cap. 6. num. 28.*
16 Et ſi videatur eſſe ſpecies defenſionis
ipſa appellatio, cum ipſa ſit defenſio, quæ
datur oppreſſis contra iniuriam Iudicis,
& omnibus eſt permiſſa, *Maranta in ſpec,
par 6 rubr, & quando appellatur, num. 247.* &
defenſio cum ſit de iure naturali, quæ tol-
li non poteſt per Principem, idem *Maran-
ta vbi ſupra num. 340,* latè *Georg. Obrech. in
tract. de defenſ. neceſſ cap 4. num* 8. vbi plura
17 deduxit, quàmuis Princeps in ijs, quę sũt
iuris poſitiui, libero vtatur arbitrio, *Affl.
in Conſt. Inſtrumentorum robur, num* 29.
18 Imò eſt cõtra tale ius poſitiuum, Prin-
ceps etiam ſine cauſa diſpenſare poterit,
idem *Afflict. in Conſt. Violentias, poſt num. 52,*
ac etiam contra legem poſitiuam diſpen-
ſare non dubitatur, *idem in Conſtit. Pœnam
eorum, num. 52.*
19 Adhùc dùm Princeps tollit appellatio-
nem, non cenſetur tollere iuſtam appella-
tionem, ſed erit intelligendum de friuo-
la, & iniuſta, ſeù calumnioſa appellatio-
ne, latè *Paris d. tract in verbo an ſi ſtatuto.*
20 Princeps ergo iuſtam appellationem,
atq; licitam tollere non poteſt, ac omnia
ſibi reſeruare, idem *Afflict. in proœm. Conſtit.
quæſt. 10, num. 1.*
21 Hinc *Danza vbi ſup. nu.* 18, quærit, ſi ap-
pellari poſſit à decreto ad modum belli
lato, vbi ſub diſtinctione inquit, quod ſi
Iudex vti Delegatus procederet, vel vti
ordinarius, cuius iuriſdictio excitata ſit,
ſemper appellari poſſit ad Superiores.
At cum in caſu noſtrarum Pragmati-
carum dùm contineatur delictũ, ob quod
fuit pœna alterata ad tollendum abuſum
talis criminis, vndè deſumitur certiſſimè
cauſam ſubeſſe ratione publicæ vtilita-
22 tis, in quibus ceſſat etiam de iure com-
muni appellatio, ad *text. in l. Conſtitutio-
nes, ff. de appellat,* ibi, *Locum non habent in
23 eorum perſonas, quos damnatos ſtatim puni-
ri publicè intereſt*, & *Paris ſuper d. verbo ap-
pellatio,* & eo magis ceſſare videtur in pro-
poſito caſu ſtante foriudicatione rei, pro-
24 pter quod de iure *Conſtit. Regni Pœnam eo-
rum*, tollitur remedium appellandi à for-
iudicatis, vt ibi in *text. & Andr.* ponderat
*Afflict. ibidem num. 70.* quemadmodũ exu-
25 les etiam appellare nequeunt, probat *Io.
Grand. de bello exulum ſpeciali* 48. & nouiſſi-
mè *Angel. Scialoya de foriudic. cap. 14 num. 2.*
26 vbi *nu. 7.* ſubiungit, quod tùnc appellare
poterunt preuio reſcripto Principis cum
clauſula non obſtante *d. Conſtit. Pœnam eo-
rum,* & in ſumma diſcuſſo pleniùs articu-
27 lo pro vtraq; parte. ſi Princeps poſſit ap-
pellationem tollere vel in totum, vel in
partem, per *Ruginell. in tract. de appellat. § 12.
gloſ. 2. cap. 2. demum ſub num. 4. verſ. omnium
28 tamen*, quod in certis caſibus hoc facere
poſſit, prout eſt modus procedẽdi ex ab-
rupto, vt refert *Maur. Burg. in tract. de modo
proced. ex abrupto, quæſt. 45 num. 9.* quia pro-
29 ceditur de facto, quo caſu appellatio ceſ-
ſat, *Scaccia de appell. quæſt 16. limit. 1. nu. 64.*
30 proùt in hoc crimine recactus, quod ſta-
tim debet fieri exequutio ſententiæ, ex
dicta Pragmatica, *Danza de pugna Doctor.
tom. 3. rubr de ſentent. foriudic. cap. 4. num. 19.*
31 licet præcedere debeat citatio ad dicen-
dum cauſam quare, & indè ſententia de-
claratoria ferri, ex *Ron. ibi.*

*SVM-*

## SVMMARIVM.


1 Pragm.9. §.declarando, de exulib. *producitur*.

2 *Pœna mortis punitur incedens per Campaneam.*

3 *Requiſita, quæ nàm ſint contra incedentes per Campaneam, vt puniri poſſint pœna mortis.*

4 *Apprehenſio requiritur contra incedentem per Campaneam delinquendo.*

5 *Pœna triremium contra incedentes per Campaneam olim erat conſtituta.*

6 Deciſ.Peguerræ 50. *declaratur*.

7 *Apprehenſio contra inuentum cum armis an ſit neceſſaria.*

8 *Frangens carceres, qua pœna erit plectendus.*

9 Text.in l.1.ff.de effract. *producitur*.

10 *Pœna capitalis eſt triplex.*

11 *Lex imponens pœnam capitalem, intelligitur de minori.*

12 Gloſ.in l.1. C.ne chriſtian.mancip. *qualitèr intelligatur*.

13 *Pœna capitalis à lege prolata qualitèr intelligatur.*

14 Deciſ.Peguerræ 1. *ponderatur*.

15 *Conuictus quando dicatur, vt poſſit condẽnari.*

16 *Dicta ſociorum quando ad inquirendum, & quando ad inditium faciendum admittantur.*

17 *Socij criminis quam probationẽ faciunt, ſi reus tortus fuerit, non tamen confeſſus.*

18 *Confeſſio trium latronum, admittitur contra latrones.*

19 *Confeſſiones tortorum ſociorum fieri debent parte citata in crimine fractionis carceris.*


## ARGVMENTVM.

Contumax, ſeù bannitus effectus, inde tortus, & non confeſſus, an pœna mortis puniri debeat.

## CASVS XXII.

EXiſtente carcerato eo nomine appellatiuo nuncupato Pagliarella in carceribus Regiæ Audientiæ Calabriæ citra, & ob eius delicta contumace, ſeù bãnito effecto per priùs, dùm fuiſſet tortus, nil tamen confeſſus, dubitari contingit, ſi poterat pœna mortis puniri, vel mitigata pœna ad triremes damnari; inquirebatur Primo, incediſſe per Campaneam armatum ad modum foruſcitorum cum comitiua bannitorum, licet priùs nullum
commiſiſſet delictum, neq; cum bannitis
aliud delictum patrauerat, ſed dumtaxàt
fuerat viſus ſic inceſſiſſe armatum, & cir-
ca hoc extat Regia Pragmatica de anno
1 1586.in *pragm.9.in nouis de exul.§.declaran-*
*do, & ordinãdo*, vbi cauetur, quod ſi fuerint
reperti quatuor extra plateam armati ad
modum foruſcitorum, & diffamati pro
talibus, aut pro hominibus malæ vitæ, &
ſi conſtaret delicta patraſſe, per iſtum ſo-
2 lum inceſsũ pœna mortis puniri debent,
*Muſcat. in praxi crim. ſub tit. de prædictis pœ-*
*nis, poſt tit.de furtis, num.40. & in tit. de rece-*
*ptat.malef. num.16.* & meliùs *in rubr.de fur-*
*tis, & rapinis, num.47. &* 48. vbi refert tria
circa hoc eſſe neceſſaria, vt ſibi locum
3 vendicet *d. pragm.* Primo, quod ſint qua-
tuor non pauciores. Secundo, quod ſint
armati ad modum foruſcitorum. Tertio,
quod ſint diffamati pro hominibus malæ
vitæ, ſeù foruſcitis, aliàs ceſſaret ipſa
Pragmatica, ſed hæc omnia benè proce-
derent quando fuiſſent tales reperti, vt
colligitur ex dicta Pragmat. ibi, *trouan-*
4 *doſi*, & ſic requiritur apprehenſio, ad *text.*
*in l. ſi Barſatorem, C.de fideiuſſor.* vt dixi ſu-
pra *Caſu 22. num.4.*

Ac in caſu præmiſſo non alitèr fuit iſte
inquiſitus repertus, ſeù apprehenſus cum
tali comitiua, meritò ſi talia requiſita nõ
concurrebant, ceſſabat pœna prædicta,
& mitiùs puniri debuerat. adeòq; cum
5 ſolitum ſit ob inceſſum tantùm per Cam-
paneam puniri reos pœna triremium, vt
obſeruari vidiſſe ait *Carau.in pragmat.1.de*
*exul. num.187.* quem ſequitur *Io.Grand. de*
*bello exul. in prædicamento pati, quæſt.1.nu.3.*
*& Muſcatell. in eadem praxi, d.rubr. de fur-*
*tis, num.6.* quibus addo nouiſſimè *Angel.*
*Scialoya de foriudic. cap.3.nu.32.* & hæc fuit
prima diſcuſſio in conſilio, poſt hæc re-
6 peri *deciſ.Catal.Peguera* 50. vbi concludit,
& ità fatetur deciſum, quod quando ſta-
tutum dictaret, quod quis fuerit inuen-
tus cum armis teneatur tali pœna, requi-
ritur quod ſit inuentus, & apprehenſus cũ
armis, alitèr non vendicaret locum pœna,
quando autem vſum armorum prohibe-
ret, dicendo, quod nemini liceat domi te-
nere, vel portare arma ſub tali pœna, ſi
7 fuerit conuictus arma portaſſe, ſimilitèr
requiritur apprehenſio, & contraria opi-
nio non eſt in vſu, & ità deciſum fuiſſe
refert, cum alijs adductis per *Giurb. conſ.*
*crim.98.num.2.*

Secundo loco inquirebatur fregiſſe
carceres Regiæ Audientiæ cum conſpira-
tione aliorum carceratorũ, & ne hoc de-

8 licto erat conuictus per depoſitiones alio-
rum carceratorum, & aliorum inquiſito-
rum, indè confeſſorum, & condemnato-
rum, & circa hoc *text. in l. in eos, ff. de cuſtod.*
*reor.* ait eſſe tales puniendos, & ibi ſubdit
*Gloſ.* non tamen qua pœna, vndè ipſa
concludit puniendos eſſe pœna illius de-
licti, pro quo ſint carcerati, *Ant. de Ballis*
*in tract. crimin. lib. 1. de lit. diſpenſat. caſu 14.*
9 *text. verò in l. 1. ff. de effract.* explicat pœnã
imponendam eſſe eis, hoc eſt pœnã capi-
10 talé, de quibus latè per *Farin. in tit. de car-*
*cer quaſt. 39. num 202. & ſeq.*

Pœna autem illa capitis intelligitur al-
tero de tribus modis, ſcilicet de morte
naturali, de morte ciuili, & de amiſſione
Ciuitatis, vt refert *Marant. in ſpec. par. 4.*
11 *num. 63.* vbi concludit, quod in dubio
quando lex irrogat pœnam capitalem,
intelligitur de minori, ex illis tribus, ſci-
licet de exilio, ſiuè deportatione, per *text.*
*in l. 1. C. ne Criſt. mancip.* vbi *Gloſ. Angel. de*
*malefic. rubr. & ibi capud à ſpatulis, num. 32.*
vbi *Auguſt. Afflict. in Conſtitut. Pacis cultum.*
*num. 79.*

12 Quam ſiquidèm *Gloſ.* intelligit *Praſ. de*
*Franch. deciſ. 140. num. 2.* procedere, niſi ali-
tèr conſtaret de mente ſtatuentis, vel im-
poneretur pœna alio caſu, quã ius com-
mune imponeret, & ideò capite puniri à
13 lege prolata in materia delicti pro vlti-
mo ſupplicio intelligitur, qua de re opi-
nio *Boſſij in tit. de carceribus* videtur funda-
ri de iure, dum pro tali delicto pœnam
vltimi ſupplicij imponendam eſſe arbi-
tratur, licet contrarium tenuerit *Vrſill. de-*
*ciſ. vlt. ſub num. 16.* annuens ità obtinuiſſe
de facto, ſed hoc remictitur Iudicis arbi-
trio perpenſis omnibus qualitatibus, &
coniecturis, ad hoc facit *deciſio Peguera 1.*
14 vbi ſi in fractione carcerũ cum comitiua
fuerunt damnati ad triremes inquiſiti vi-
ta durante, quia ob magna crimina de-
tenti erant, quę ſi fuiſſent probata pœna
mortis ſuccederet.

Vltimo quòad caput conuictionis, ex
quo tres ſocij criminis confeſſi fuerant
15 eſſe complicẽ delicti, & rei veritate con-
uictus dici non poterat, vt indè condem-
nari potuiſſet, latè *Iul. Clar. lib. 1. §. fin. q. 21.*
*num. 11.* vbi realem practicã ponit, & eo-
16 rum dicta aliquando inditium ad inqui-
rendum, aliquando ad torquendum ſuffi-
ciunt, vt latiùs proſequitur *Foller. in ſua*
*praxi rubr. & ſi confitebuntur, num. 102. & Ca-*
*ball. reſol. crim. caſu* 85.

17 Imò ſocij criminis, ſi tres ſint contra
alterum criminis ſocium probant etiam
ad condemnandum, niſi tortus ille fuerit,
& negatiuus, probat *Giurba conſ. crim. 50.*
*num. 42.* vt erat in caſu noſtro, quia fuerat
tortus, nil tamen confeſſus.

18 Non eramus in criminibus exceptua-
tis, putà in confeſſionibus trium latronũ
de latrocinio, iuxtà terminos *Cap. Regni*
*Freqnens,* vbi *Camp. Foller. vbi ſup. num. 109.*
*Caball. vbi ſupra.*

Sed verſebatur in ſimplici materia
ſcaſſationis carcerum, & in talibus cri-
19 minibus depoſitiones tortorum debent
eſſe factæ parte citata, aliàs non valerent,
vt fuit aliàs deciſum, teſte *Reg. Ronito in*
*pragm. 1. de perſeq. malef. num. 7.*

Ijs non obſtantibus per maiorem par-
tem votorum Auditorum fuit damnatus
ad mortem, & ità exequutum penès Vil-
lanum, & fuit viſa ſatis dura ſententia.

### *SVMMARIVM.*

1 *Minor non poteſt torqueri, ſed flagellis cedi.*
2 Conſt. Minorum iura *ponderatur.*
3 *Minor 18. annis ad eruendam veritatem tor-*
*queri an poſſit.*
4 *Maior annorum 14. & minor 20. annorum li-*
*cet poſſit ferula cedi, atq; flagellari, attamen*
*torqueri poteſt cum curatore.*
5 Deciſ. Grammat. 48. *de fure loquens, vt poſ-*
*ſit puniri pœna ordinaria, &ità deciſum.*
6 *Tortura vt inferri poſſit, ordo iuris, & ſollem-*
*nitates exiguntur.*
7 *Tortura dicitur remedium ſubſidiarium.*
8 *Tortura datur in defectum probationum.*

### ARGVMENTVM.

Maior quatuordecim annorum an poſſit torqueri in crimine magni furti.

### CASVS XXIII.

POſtquàm hęſitatum fuit in Regia Au-
dientia Calabriæ Citra, ſi minor tor-
queri poſſit, & cõmuni ore DD. con-
1 cludunt minorem 14. annorum non poſ-
ſe torqueri, ſed verberibus flagellari, ac
virgis cedi, ex *text. in l. 1. §. impubes,* & in *l.*
*excipiuntur, ff. ad Syllau.* & in *l. de minore, &*
*l. ex libero, §. de minore, ff. de quæſt.* probat
*Merend. conſ. 27. num. 5. Grammat. conſ. crim.*
*60. nu. 14. Foller. in praxi crim. rubr. rei indu-*
*rati torqueant. nu. 20. & rubr. & ſi confitebun-*
*tur,*

Digitized by Google

*rur, num.*48.& 49. *Iul. Clar. in* §.*fin. quaſt.*64.
*nu.*20. *Campagn. in cap. ſi iuſtè, nu.*59. *Farin. in
praxi, tit de indit.& tort. q.*41.*nu.*16. *Anton. de
Ballis in tract. crim. lib.*2.*tit. de quaeſtion. q.*13.
*nu* 8. *Petr. Paella in tract. de tortura; q.*4.*nu.*8.
*Guazz. in tract. ad defenſ. reor. tom.*2.*cap.*11.
2 In facto erat inquiſitus maior 14. anno-
rum de magno furto, fuit dubitatũ quid
iuris in hoc caſu agendum ſit, dùm extat
*Conſt. Minorum iura,* vbi maiores dicuntur
illi, qui 18. annum compleuerint, ergò cũ
iſte nodum decem, & octo annũ comple-
uerat, adhùc minor dici potuerat, & ita
torqueri minimè poterat, vndè reſultare
videbatur quædam delicti immunitas, &
quod poſſit torqueri, adducebatur opi-
nio *Salic. Bald. & Nicolai de Mattarel.* cita-
torum per *Afflict. in d. Conſtit. Minorum, ſub
num.*12. dicentium, quod ad eruendam ve-
3 ritatem minor 18. annis torqueri poteſt,
& nouiſſimè *Gomeſ. var. reſol. tom.*3.*cap.*1.
*rubr. de delictis, num* 67.*verſ. adultus tamen,* al-
legatus per *Farin. vbi ſupra nu.*21. dicentẽ,
4 quod ſi eſſet maior annorum 14. licet mi-
nor viginti poteſt non ſolùm terreri, vel
ferula cedi, latè *Guazzin. in tract. ad defensã
reorum, defenſ.*30.*cap.*11.*num* 11. *Petr. Paell.
de tortura quaeſt.*4.*num.*8. *Farinac. in praxi cri-
min. quaeſt* 41 *num.*17. *Ciazius diſcept. forenſ.
diſcept.*16.*num.*7.*tom.*1.& *diſcept.*12. *per to-
tum*, ſed etiam torqueri, quod intelligas
leuitèr cum curatore, *Foller. in praxi crim.
rubr. & ſi confitebuntur, num.*48.& 49.
5 Ego autem adduco auream *deciſionem
Grammat.*48. in terminis vbi in ſpecie lo-
quitur de fure, qui fuit tortus, & cõfeſſus,
atq; condemnatus ad mortem per M. C.
& cum fuiſſet appellatum ad S.C. fuit ſen-
tentia confirmata non obſtante minori
ætate allegata, ex quo compertum fue-
rat deindè eſſe maiorem 20. annorum.
Et ità colligitur poſſe torqueri, etenim
tortura non reſpicit pœnæ propoſitionẽ,
6 ſed ordinẽ iudicij conſtituit, nàm ipſa vt
infligi poſſit a Iudice, iuris ordo, & ſollẽ-
nitas ſeruari debet, *Ciazius diſcept. forenſ.
crim. diſcept.*3.*num.*19.*tom.*1. cum ipſa tor-
tura ſit ſpecies probationis, licet ſit fragi-
lis, *Guazzin. in eod. tract. tom.*2. *defenſ.*30.
7 *cap.*2.*nu.*2. & dicitur remedium ſubſidia-
rium, *vt ipſe ſubdit nu.*3. quod datur in de-
8 fectum probationum, *Farin. conſ. crim.*65.
*nu.*33.*tom.*1. & in *praxi crim. quaeſt.*38.*nu.*4.
& *quaeſt.*40.*nu.*3. *Bertazzol. conſ. crim.*225.
*nu.*12.*vol.*1. *Vulpell. conſ.*4.*nu.*12. *Ambroſin.
in proceſſ. inform. lib.*2.*cap.*2.*nu.*9.& *lib.*4.*c.*1.
*num.*8. *Scaccia de iudic. cap.*97.*num.*79.*tom.*1.
*Ciazius diſcept. crim. diſcept.*3.*nu.*4.& 54.

Tandem iſte minor citra torturam fuit abſolutus in forma, cũ non eſſent reperta inditia ſufficientia pro tortura, die 15. Aprilis 1613. referẽte Franciſco Antonio Salinas Regio Auditore, penès Villanum.

### SVMMARIVM.

1 *Immunitas Eccleſiaſtica, Eccleſia tantũ videtur conceſſa, & qua ratione.*

2 *Immunitas Eccleſiæ fuit extenſa ad cimiteria ſimilitèr ad hoſtium, & ſcalas, num.* 3.

4 *Immunitas Eccleſiæ conceſſa extenditur per* 40. *paſſus ſi eſſet mater, ſin autem non per* 30. *paſſus circum circa, quod ſecus de cõſuetudine nu.*5. *nec Neapoli ſeruatur nu.*6.

7 *Rei inquiſiti de delictis grauioribus an gaudeãt immunitate.*

8 *Delinquentes in Eccleſia non gaudent immunitate illius.*

9 *Delinquentes ſub ſpe immunitatis non gaudent ea.*

10 *Emittens ſclopum, vel ſagittam ex loco prophano ad Eccleſiam poteſt ab ea capi.*

12 *Delinquens in Eccleſia, non gaudet immunitate, etiam ſi non interuenerit homicidium, aut mutilatio membri.*

12 *Vulnerans proditoriè animo occidendi, nõ gaudet immunitate.*

13 *Deciſio affertur de capto in domo propè Eccleſiam ſolitam locari.*

14 *Captus ante hoſtium Oratorii, an gaudeat immunitate.*

### ARGVMENTVM.

Confugientes rei ad Turrim ædificatã à Monaco ſubiectam Eccleſiæ per intermediam domum, an poſſint extrahi ab illa.

### CASVS XXIV.

QVidam cõtumaces, ſeu banniti poſt eorum delictorum patrationem confugerũt in quadã Turrim, quæ prętẽdebatur fuiſſe ædificatã per quendam Monacum, & eſſe cuiuſdam Eccleſiæ ibi ſitæ per intermediam domum ibidem exiſtentem, & dùm ibidẽ fuiſſent aſſediati, prætendebant non poſſe ab Eccleſia extrahi, & ſucceſſiuè à dicta Turri, fuit namq; hęſitatum, quid de iure cautũ reperiebatur, & dùm Fiſci partes tuerẽtur aduerſus prætenſionem oppoſitam, infra-
ſcripta

ſcripta fuerat allegara videlicet circa ex-
ceptionem Fiſci, ille priùs axiomæ pro-
poſito, quod in iure cautũ reperitur, im-
1 munitatem talem ad confugientes in Ec-
cleſiam debitam fuiſſe Eccleſiæ tantùm
conceſſam exceptis in duobus cauſis, vt
in *cap inter alia, de immun. Eccleſ.* & hoc,
quia in ea extat Sanctiſſimũ Euchariſtiæ
SACRAMENTVM, in quo reſidet Do-
minus noſter IESVS CHRISTVS, ob
cuius cauſam Eccleſia gaudet iſto priui-
legio, vt inquit *Iul. Clar. in §.fin. quæſt.*30.
2 *ſub num* 23. quod fuit extenſum etiam ad
cimiteria ex ſpeciali diſpoſitione iuris,
*cap.fin. de immun Eccleſ. roboratum, Farinac. de carcer.& carcerat quæſt.*28 *num.*14. & non
3 tantùm ad prædicta, ſed ad hoſtiũ, ſcalas
Eccleſiarum, *Farin.vbi ſup nu.*4.& 14.
4 Imò ad circuitus ipſius per 40. paſſus ſi
erit Mater Eccleſia, & 30. ſi fuerit alia,
*cap. ſicut antiqui* 17. *quæſt.*4. *cap. diſſiniuit, & cap quiſquis, Farinac vbi ſupra num.*12. *Clar. vbi ſupra num* 1 *Franch.deciſ* 402. *nu.*9. poſt
*Angel.de maleſic ver in ſcalis S.Petronij, nu* 3.
*Borgnin.deciſ.*21 *num.*29 *par* 5.
5 Sed hoc quàmuis in ſe ſit veriſſimum
de iure, de cõſuetudine tamen alitèr ſer-
uatur, licet non in omnibus partibus, &
propterea, circa hoc erit intelligendum,
ſiue inueſtigandum priùs de conſuetudi-
ne tali, vt concludũt *Clar.& Farin nu.*73.
quapropter ceſsãte in tali Prouincia tali
Conſuetudine, & obſeruantia, procul du-
bio ceſſare debet pręteņſio Eccleſiæ, & ta-
lis immunitas gaudere Turris longè ab
6 Eccleſia diſtans per intermediam aliam
domum, quod etiam Neap. non obſerua-
tur, *vt ibi Franch.num.*9. per diſpoſitionem
*d.cap.quiſquis,* vbi concluditur, quod neq;
Capellæ habeant talem immunitatẽ exi-
ſtentes intra ambitum murorum, quantò
magis & domus circumcirca Eccleſiarũ
ambitus, vndè reſultauerat abſurdum, vt
quælibet domus annexa Eccleſiæ, quæ eſt
Eccleſię licet prophana, gauderet tali im-
munitate; cęterum vbi Conſuetudo vige-
ret, & domus eſſet intra dictos paſſus, pro-
culdubio obſeruandũ erit, vt fuit in con-
tingenti caſu deciſum in perſonã cuiuſ-
dam vxoricidæ, qui fuerat captus in cu-
biculo cuiuſdã domus Eccleſiæ ſitæ intra
16. paſſus ab Eccleſia maiori, & hoc fuit
conceſſum, quia concurrerant duo, ſcili-
cet quia illa domus cohęrebat Eccleſiæ,
& erat ipſius, vt tradit *Clar.vbi ſup. num.*1.
quod ceſſat in caſu noſtro, dùm longè ab
Eccleſia vltra 30. paſſus diſtabat Turris
prædicta.

Si enim conſideramus delicta ipſorum,
cernimus ipſos minimè ea gaudere poſ-
7 ſe, cum reperiebantur inquiſiti de homi-
cidijs proditorijs appenſatis, & doloſis, &
in ijs caſibus non debent gaudere, vt con-
cludunt *Clar. vbi ſupra num* 9. *&* 10. *Farin. vbi ſupra num* 23. *&* 24.
8 Et quod peius, vt cernitur in informa-
tionibus deliquerunt in Eccleſia, dùm ſu-
per tectum Eccleſiæ ictum ſclopicti emi-
ſerant contra quendam aſtantem in ſcalis
Eccleſiæ, & in hoc caſu etiam ſi quis deli-
querit in Eccleſia non ex propoſito, nec
ſub ſpe, & fiducia immunitatis, adhùc po-
terit in ea capi, *Farinac vbi ſupra num.*54.
9 quãto magis ſi ſub ſpe immunitatis gau-
dere non debet, *d. cap. fin.* ac etiã ſi propè
Eccleſiam deliquerit ſub iſta fiducia, idẽ
*Farinac. vbi ſupra num.*56. imò ſi ſclopum,
10 ſeu ſagittam emiſerit ex loco prophano,
in Eccleſiam poterit in ea capi, vt idem
*Farin. ibi* fatetur *num* 61. nec opitulatur,
quod ex tali delicto mors nõ ſit ſequuta,
ſed tantùm vulneratio, nàm communiter
DD. citati per *Farin.vbi ſupra nu.*52. *&* 53.
11 dicunt, quod delinquens in Eccleſia, non
non gaudet illius immunitate, etiã quod
non interuenerit homicidiũ, aut membri
mutilatio, quæ licet de iure loquẽdo pro-
cedere poſſent, attamen alitèr hodie eſt
dicendum attẽta diſpoſitione *Bullæ Gregorij XIV. de immunitate Eccleſiarum,* & for-
12 tius ſi extra Eccleſiam deliquerit vulne-
rando, proditorio animo occidendi, non
debet gaudere, *idem ibidem nu.*25. vndè au-
diui fuiſſe remiſſum talem carceratũ à Vi-
cario Epiſcopi in poſſe Regiæ Andientię,
quia non poterat gaudere, confert prædi-
ctis optima *deciſio Reg.de Ponte* 35. vbi fuit
13 deciſũ, quod domus coniuncta Hoſpita-
li, quæ ſolita eſt locari, nõ gaudet immu-
nitate, cum omnibus pateat aditus, con-
ferunt etiam alia per me relata in 3. *par. compendij verbo immunitate Eccleſiaſtica,* vbi
14 diſcutitur de capto ante oſtium Oratorij
exiſtentis propè Turrim S. Vincentij.

## *SVMMARIVM.*

1 *Clericus beneficiatus non remittitur ad Iudicem laicum.*

2 *Iudex ſæcularis procedere nequit pendente appellatione clerici interpoſita.*

3 *Appellatio datur à ſententia ſtatus.*

4 *Clericus debet manuteneri in eo ſtatu quo reperitur.*

5 *Cognoſci debet priùs de titulo clericali, à quo puniri debeat.*

*6 Cogni-*

6 Cognitio declarationis clericatus ad Epiſcopū ſpectat.
7 Articuli ſpiritualitatem continentes ſolent remitti decidendi ad Curiam Eccleſiaſticam per S. C.
8 Clericus degradatus poteſt per Iudicem laicū puniri.
9 Clerici in profundum malorū deuenientes Curia ſeculari ſunt tradendi.
10 Cognitio nullitatis degradationis clerici ad quem ſpectat.
11 Iudex ſecularis poteſt crimina clerici degradati iterum examinare.
12 Clericus ob raptum virginis poteſt à ſuo gradu decidi.
13 Clericus ob homicidia dignus eſt depoſitione.
14 Furta nocturna dicuntur crimina enormia.
15 Pœna pro furtis eſt depoſitio ab ordinibus.
16 Latrones clerici verbalitèr degradantur, & in Monaſterium detruduntur.
17 Text. in §. illud palàm, Authent. vt cler. apud propr. Epiſc. &c. ponderatur.
18 Clerici deprehenſi in crimine notabili, & conuicti degradantur.
19 Conuictus quis dicatur.
20 Conuictus vt dicatur quid requiratur.
21 Conuictus quando condemnari poteſt.
22 Enormia delicta, quæ dicantur.
23 Clericus abſq; degradatione poteſt à Iudice ſeculari cognoſci in certis delictis grauioribus.
24 Clericus incorrigibilis poteſt puniri à Iudice ſeculari.
25 Clericus incorrigibilis quis dicatur.
26 Clericus incorrigibilis quando dicatur.
27 Incorrigibilitas oritur ex duplicitate delictorum.
28 Præſumptio incorrigibilitatis vndè oritur.
29 Depoſitio debet præcedere in clerico incorrigibili.
30 Clericus incorrigibilis quando declaratur.
31 Trina monitio exigitur, vt clericus dicatur incorrigibilis.
32 Clericus non incedens in habitu, priuatur beneficio fori.
33 Monitio trina in clerico delinquente quādo requiratur.
34 Trina monitio eſt introducta de iure pro forma ſubſtantiali.
35 Appellari poteſt ad Papam ommiſſo medio.
36 Clericus degradatus, & Curiæ ſeculari traditus non poteſt pro quocunquè crimine ab eo puniri.
37 In degradatione clerici requiritur præſentia Epiſcopi, vel in præſentia Capituli, & qualitèr intelligatur, num 38.
39 Degradatio duplex eſt.
40 Degradatus actualitèr ſtatim ſubiicitur iuriſdictioni Iudicis ſecularis, ſecus verbalitèr, & efficitur de eius foro.
41 Differentia inter declarationes clericorū, quæ ſint, remiſſiuè.
42 Declaratio verbalis ſit ad duplicem effectum.
43 Degradatio neceſſaria erit quando veniret clericus remittendus Iudici ſeculari.
44 Degradatio in clerico prima tōſura an ſit neceſſaria, ſed non moribus recepta, num 45.
46 Paria ſunt degradatum tradi Curiæ ſeculari, vel ei relinqui.
47 Clericus abſens poteſt eïici à foro Eccleſiaſtico, & ſubijci ſeculari, & qualitèr contra ipſū procedi debeat, num. 48.
49 Iudex ſecularis sēper poteſt procedere in cauſa contra clericum degradatum, donec fuerit ei inhibitum.
50 Appellās debet inſtantèr petere apoſtolos, aliàs Iudex non tenetur appellantem tradere.
51 Apoſtoli ſunt pars appellationis, ſi non petantur, deſeritur appellatio.
52 Inhibitio concedi non debet per Iudicem priùs quam ſibi conſtet cauſam ad ſe deuolutam.
53 Appellatio quamdiù pendet, tamdiù durat effectus prohibitionis.
54 Appellatio in factis notorijs quando procedit, vel non.
55 Appellatio in notorijs non ſuſpendit iuriſdictionem.
56 Deciſ. Affl. 30. adducitur.
57 Deciſ. de Franch. 602. producitur.
58 Declarationes, & depoſitiones clericorum ſunt ſpiritualia.
59 Sententia lata per Iudicem ſecularem contra clericum degradatum ab ea appellari an poſſit, vel appellationi deferre.

### ARGVMENTVM.

Clericus inquiſitus de delictis capitalibus, ſeù exceptuatis ab Epiſcopo ordine priuatus, captus à laico Iudice, ſi appellauerit ad Sedem Apoſtolicam, an contra ipſum procedi poſſit ea pendente.

### CASVS XXV.

HÆſitatum fuit in Regia Audientia Calabriæ Citra, de quadam ſubtili altercatione, poſtquam quidā clericus in minoribus conſtitutus multa crimina perpatrauerat, nempe homicidia,

dia, raptus,furta, noctis tēpore,& in dies
cum comitiua aliorum hominū ſceleſtiū
armatorum incedebat cū omni qualitat:
armotū, ob quod Vicarius Epiſcopi Bi-
ſiniani, vltra aliud decretū latum, decla-
rauerat ipſum laicū priuando eum omni
ordine, ac beneficio Eccleſiaſtico,cumq;
captus eſſet per Curiam laicalem, dùm
contra ipſum procedere debuerat, oppo-
ſitum refertur fuiſſe ſe eſſe clericum in
minoribus, & ſi alitèr fuerit declaratum
per Vicarium præfatum id nullitèr pro-
ceſſerat, quarè à decreto quamprimum
in notitiam peruento appellauit ad Sedē
Apoſtolicam,& ob id ſtante appellatione
interpoſita à decreto prædicto minimè
poterat procedi per Iudicem laicum, do-
nec fuerit cognitum ſuper eius iuſtitia;
vndè pro eius defenſione multa adduce-
bantur. Primò, quia decretum eum lai-
cum, & beneficio priuandū à die dimiſſi
habitus intelligebatur.

1 Secundò, quia erat beneficiatus, & ob
id non poterat remicti ad Iudicem ſecu-
larem,per ea,quæ tradit *Vrſill.deciſ.* 24.

Tertiò, quia ſi Iudex Eccleſiaſticus
inhiberet Iudici ſeculari, nè procedat in
aliqua cauſa,quæ fortè aſſeritur vſuraria,
ſi poſteà reuocet inhibitionē, & pars ap-
pellaret à tali reuocatione pendente ap-
2 pellatione Iudex ſecularis nō poteſt pro-
cedere;& ſi procederet,eſſet nullū, *Camp. in cap. Regni Subditorum, num.* 74.

3 Quartò, ex eo quia datur appellatio à
ſententia ſtatus,probat *Praſ.de Franch. deciſ.* 684.

4 Nàm clericus an quis ſit,vel non ſi du-
bitetur, erit manutenendus in eo ſtatu,in
quo reperitur, *Praſ.de Franch. deciſ.* 184.
*num.* 6.

Ex aduerſo dicebatur, quod licet pen-
dente probatione de titulo clericali, qui
5 cum ſit præiudiciale,de quo primitus de-
bet cognoſci,vt ſciatur, an vt clericus ab
Eccleſiaſtico, vel vt laicus à laico puniri
debeat, *Gloſ. in cap. ſi Iudex laicus, de ſent. excommun. in* 6. *verſ. interim*, quę ſiquidèm co-
6 gnitio declarationis clericatus peculia-
ritèr ad Epiſcopum ſpectare videtur, vt
latè examinat *Cepoll. conſ.* 11. *verſ. de prima quæſtione*, & ità conſueuit S.C. determina-
re in occurrentibus caſibus ſpiritualita-
7 tem tangentibus remictere eos deciden-
dos ad Curiam Epiſcopalem,vt erit vide-
re apud *Franch. deciſ.* 109. *num.* 3. *deciſ.* 312.
*num.* 3. *& deciſ.* 551. *num.* 16.

8 Sicq; clericus degradatus efficitur de
Curia ſeculari, ideò poterit per Iudicem
ſecularem puniri, *cap.* 2. *de pœnis in* 6. *Socc. regul.* 56. *num.* 11. cum alijs congeſtis per
*Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt.* 8. *num.* 71. vbi
in ſequenti numero annuit aliam eſſe de-
poſitionem verbalem, quæ fit per ſenten-
tiam Iudicis declarando clericum laicū,
aliam per actualem,quæ fit actualitèr in
clericis conſtitutis in maioribus ordini-
9 bus,quando ipſi in profundum malorum
ità deueniunt,vt Curiæ ſæculari tradendi
ſint, *Ciarlin. controu. forenſ. tom.* 2. *controu.* 207
*num.* 55.

Et ex ijs inferebatur ad aliā altercatio-
nem, an facta declaratione per Epiſcopū
de clerico ipſum laicum declarando, &
indè clericus egrę ferens ſententiam ap-
pellauerit ad S. P. debeat admicti ad ap-
pellationem ipſam per Iudicem laicum,
10 vel ſi per eum fuerit dictum de nullitate
degradationis, ad quem ſpectabit cogni-
tio,vel ad Iudicem Eccleſiaſticū,vel tem-
poralem, hanc quæſtionem tangit *Carrer. in pract. crimin. in tract. de homicid. verſ. circa primum noto, num.* 17. allegat *Luc. in l.* 1. *C. de priuileg. ſcol. lib.* 2. remiſſiuè, qui in 3. *colum. verſ. ſecundo quæritur*, vbi examinat quæ-
ſtionem iſtam, ſi clericus degradatus ſe-
culari Iudici traditus dixerit ſe iniuſtè
fuiſſe degradatum, an de hoc cognoſcit
ipſe Iudex ſecularis, & per multa iura cō-
cludit poſſe per Iudicem ſecularē cogno-
ſci de iuſtitia degradationis,& de iniuſti-
tia, adeò quod ſi iniuſtè fuerit degrada-
tus, debet potiùs abſtinere, quam exequi,
tamē ſi fuerit declaratus iuſtè ſecus erit,
& *Luc. ibi col.* 1. *verſ. ſed pone*, lata ſententia
11 concludit, poſſe Iudicem ſecularem cri-
mina clerici degradati iterum examina-
re,per *text. in* §. *ſi verò crimen, in auth. de ſanctiſſ. Epiſc.* quanquam *Conſiliar. Carleual in tract. de iudic tom.* 1. *diſput.* 2. *nu.* 774. ex mul-
tis probet, quod Iudex ſecularis non po-
teſt cognoſcere quòad proceſſum degra-
dationis, aut eius ſententiam reuocare
in dubiū, ſecus tamen quòad impoſitio-
nem pœnæ nodum impoſitæ ab Eccleſia-
ſtico.

Se quatenùs ſummariè velit examinare
delicta iſtius clerici, ſi depoſitione, aut
12 degradatione digna ſint, in primis in-
quirebatur de raptu habito cum virgine,
& ob tale delictum clericus à ſuo gra-
du decidi debet, ad *text. in cap.* 1. *&* 4.
26. *quæſt.* 2. cum alijs adductis per *Io. Vela in tract. de pœnis, cap.* 29. *in fine, verſ. Pontificum autem iure*.

13 Secundò inquirebatur de pluribus ho-
micidijs ſtudioſè ex propoſito,ac doloſè,

& deli-

Digitized by Google

& deliberatè commiſſis,ob quod dignus
depoſitione reddebatur,*cap.1.*vbi *DD. de homicid.* & latiſſimè *Vela in d. tract. cap.15. verſ.clerici verò hoc iure, Iul.Cartar.deciſ.29. & deciſ.66.num.3.& ſeq.*

14 Tertiò etiā reperiebatur inquiſitus de
plutibus ſurtis nocturnis, & diurnis, ob
quod dicebantur crimina enormia, *Ce-
poll.vbi ſupra cap.tuæ,de pœnis, Farinac.in tit.
de inquiſir.quæſt.8.num.59.*

15 Pro quibus imponitur de Iure Cano-
nico pœna depoſitionis, *cap. presbyter* 81.
*diſtinct.* cum alijs adductis per eundem
*Vela eodem tract.cap.12.verſ.Pontificum aut.*
16 ſubdens, quod ſi latrones ſint verbalitèr
detradātur,& in Monaſterium detrudun-
tur,*cap tuæ,de pœnis,*optimè *Iul. Cartar. de-
ciſ.66. nu.110.& 985. Hiacint.Donat.in pra-
xi regular.tom 2.tit.8.quæſt.5.num.10.*

Vltimò etiam extiterat reus qualitèr enormitatibus delictorū ſe ingeſſerat aſſiduà talia delicta patrando cum comitina aliorum, clericales veſtes abijciendo, & arma aſſumendo, & in illis perſiſtendo continuauerat in delinquendo.

Quapropter & allegatis ritè, & rectè conſpiciebatur fuiſſe per dictum Vicariū ab ordinibus, & beneficijs depoſitum, & laicum declaratum.

Hinc ſubſequitur,quod dùm laicus ef-
fectus ſit per degradationē procul dubio
17 per Iudicem laicum puniri debet, vt ſu-
pra dixi, ad quod facit *text. in §.illud palā,
Auth.vt cler.apud propr.Epiſc.* vbi formalia
verba recenſentur: *Illud palàm eſt, ſi reum
eſſe putauerit eum,qui conuenitur, Præſes Pro-
uinciæ, & pœna iudicauerit dignum priùs, hunc
ſpoliari à Deo amabili Epiſcopo ſacerdotali di-
gnitate., & ità ſub legum fieri manu.* Talitèr
quod etiā in foro conſcientiæ Iudex lai-
cus effectus eſt competens clerici depoſi-
ti exiſtente ſententia Epiſcopali,quæ iuri
conſona eſſe videtur, adeò quod clericus
pro magno ſcelere ab eo cōmiſſo deponi
debet,& detrudi in artis Monaſterijs,*cap.
tuæ,de pœnis*, nihilominus vt ad talem ſen-
tentiam deueniatur aliqua neceſſaria de
iure exquiruntur.

18 Et Primo, quod clerici ſint deprehenſi
in crimine tali, *d cap.tuæ,*vbi *Gloſ.* ſubdit,
& conuicti,*Iul.Cartar.deciſ.58.num.20.* ſo-
la enim deprehenſio non ſufficit, & idem
tradit *Farinac. de inquiſit. quæſt.8. num.58.*
vbi plura allegat, & conuictus is dicitur,
19 contra quem duo teſtes immediatè de-
ponunt de delicto, *Iul.Cartar deciſ.28.n.7.*
nā conuincitur quis de crimine per duos
teſtes conteſtes,qui de tali crimine depo-
nunt immediatè per ſenſum viſus,aut au-
ditus,iuxtà criminis qualitatem; *idem de-
ciſ.12 num.3.*

20 Imò conuictus vt quis dicatur, quod
in fraganti crimine ſit deprehēſus,tamen
requiritur, quod teſtes directè, & imme-
diatè deponāt ſuper delicto, nec ſatis eſt,
quod teſtificentur ſuper actu remoto, &
extraneo, *idem deciſ.87.*

Et ità in facto propoſito apparebat cōuictū fuiſſe reum in quodam homicidio ſtudioſè patrato, & in raptu, nimirùm ſi condēnari poterat de crimine, *idem deciſ. 65. num 1.*

21 Secundò requiritur,quod ſe enormita-
tibus ſe immiſceat, probat *Farinac. de in-
quiſit.quæſt.8.num.53.*

22 Et quę dicantur enormia delicta oſten-
dit ibidem *Farinac.num.59.* nàm ſunt fur-
ta, homicidia, ſacrilegia, latrocinia, &
ſimilia.

At in caſu enarrato apparebat fuiſſe per eum commiſſa, quorum homicidia doloſè, appenſatè,& ſtudioſè patrara, itē furta, ſeù latrocinia, item raptum, item ſacrilegium occidendo hominem intus Eccleſiam.

23 Et in ijs caſibus ſubdit ibi *Farin.nu.57.*
poſſe à Iudice ſeculari clericus cognoſci
etiam ſine degradatione, licet hoc intel-
ligar in clericis in minoribus cōſtitutis,
vt in caſu noſtro.

24 Tertiò, quod ſit incorrigibilis, & data
tali incorrigibilitate,poterit puniri à Iu-
dice ſeculari etiam nulla præcedente de-
gradatione; poſt *Ignat. Lopez ad Diaz in
in eius praxi cap.161.lit.B. Farinac. vbi ſupra*
25 *num.47.*poſtquàm incorrigibilis dicitur,
qui aliàs depoſitus fuit, & correctus, &
poſteà reuertitur ad priora delicta, vel in
illis perſeuerat, *Iul.Cartar. deciſ 66. nu.63.
F. Iacintus Donatus in praxi regular. tom.1.
tract. 8. quæſt. 9.* nàm incorrigibilitas ad
hoc vt cauſetur in clerico,& reiteratione
26 delictorum requiritur,quod ante reitera-
tionē fuerit de primo delicto correctus,
& punitus, *vt idem ibidem num.107.* cauſa-
27 tur enim talis incorrigibilitas ex dupli-
citate delictorum, inquit *Capyc.deciſ.161.
& Farinac. vbi ſupra num.55.* ſicquè incor-
28 rigibilitatis præſumptio in viro colligi-
tur ex perſeuerantia in ſequendo, *Sperell.
deciſ.139.num.42 vol.2.*

29 Quo fit, vt ipſam incorrigibilitatem
præcedere debeat depoſitio à Iudice Ec-
cleſiaſtico facienda, *idem Sperell.deciſ.125.
num.21.*

30 Benè vetum eſt, quod ad hoc vt cleri-

cus incorrigibilis exiſtimetur, ſub trina monitione Epiſcopi erit intelligenda, & tùnc ipſum incorrigibilē declarare, *Farinac. vbi ſupra num.* 51. *F. Iacintus Donatus d. praxi eod. tract. quæſt.* 10. *& Farinac. tamen ſub num* 54. concludit, clericum ſe immi-
31 ſcentem enormitatibus, & perſeuerantē, poſſe dici incorrigibilē abſq; depoſitione, & ſi benè trina requiratur monitio de iure, *cap. in audientia, de ſent. excom.* nō procedit in eo, qui dimiſſo habitu inueteratus aggreſſuris, & tirannijs exiſtat, vt optimè fundat *Præſ. de Franch. deciſ.* 463. &
32 clericus non incedens in habitu, priuatur priuilegio fori ſine alia monitione, *Ciarlin. controuerſ. forenſ. tom.* 1 *cap.* 20. *nu.* 3. *Anton de Ballis in tract. quæſt. crimin. lib.* 5. *in pragm.* 1 *tit.* 10. *num.* 48.

Quartò, & ſi trinæ requirantur monitiones, quæ præcedere debent, & in facto
33 iſto duo tantùm reperiantur opiniones, quarum prima eſt, vt requirantur, vt per *Farinac. vbi ſupra num.* 54. alia verò, quod non requirantur in enormibus, & cum hac opinione magis communi pertranſit *Farinac. ibidem*, vbi ad hoc plures citat auctores, tales igitur monitiones militare videntur in deferendo habitum, & tonſuram, vt indè priuari poſſit beneficio fori, ſicut ibi *Farinac. nu.* 60. *& ſeq.* probat, nàm
34 trina monitio Canonica eſt à iure introducta pro forma ſubſtantiali, ità *Sperell. deciſ.* 175. *num.* 13. *tom.* 2. in delictis tamen enormibus ſecus videtur.

Supereſt modo pro coronide diſſerere quòad appellationem interpoſitam à de-
35 creto declaratorio facto per dictū Dom. Vicarium ad S. P. ipſum laicū declarando, & citra dubium appellari poteſt ad Papam omiſſo medio, *Lancell. de atent. cap.* 12 *ampl.* 21. *n.* 3. an ſi Iudex laicus pendente tali appellatione, debetet conquieſcere, & videbatur affirmandum, nàm
36 niſi clericus fuerit à Iudice Eccleſiaſtico degradatus, atq; traditus Curiæ ſeculari, non poteſt vllo pacto pro quocunq; crimine, & ſi enormiſſimo puniri ab eo, ità *Farin. vbi ſup. num.* 74.

Et in caſu præmiſſo nō apparebat fuiſſe Curiæ ſeculari traditum, ſed ab ea captum, & carceratum.

Item quia talis declaratoria fuit facta ipſo exiſtente carcerato in poſſe Curiæ
37 ſecularis, & in tali depoſitione requiritur præſentia Epiſcopi, & ſi non adeſſet Epiſcopus ſaltim in præſentia Capituli, vt notat *Gloſ. in cap.* 2 *de pæn. in* 6. *verſ. præſentia*.

Sed ijs replicabatur ea benè procedere in clericis conſtitutis in maioribus or-
38 dinibus ità delinquentibus, ſecus tamèn in clericis in minoribus conſtitutis, *Megala in promptuario tom.* 2. *verbo degradatio, num.* 10. poſtquàm ipſa degradatio duplex
39 eſt, alia actualis, & alia verbalis, *Scaccia de iudic. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 57. *&* 73. & quomodò fiat, *ibidem oſtendit num.* 75. ſi benè inter ſe videantur differre, vt in præcedenti *nu.* 73. ipſe tradit, quod degradatus actualitèr ſtatim eo ipſo ſubijcitur iuriſdictioni
40 Iudicis ſecularis, & efficitur de eius foro, *F. Iacintus Donatus in eius praxi regul. q.* 9. *& quæſt.* 18. *num.* 8. *tom.* 2. nec requiritur alia traditio facienda ab Eccleſiaſtico, quod ſecus eſt in degradato verbalitèr, adhùc
41 remanet ſub iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici, donec etiam tradatur vltra alias differentias traditas per *Megal. in prompt. ver. degradatio, num.* 2. *F. Iacint. Donat. in praxi regul. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 9. *quæſt* 6. nihilo-
42 minus degradatio verbalis fit ad duplicem effectum, ad pœnam ſcilicet, & non ad pœnam, ſed in ordine ad pœnam, & eijciendam à foro Eccleſiaſtico, vt ibidē *Scacc. num.* 72. & talis degradatio erit neceſſaria quando is veniat puniēdus à Iudice ſeculari, *idem Scaccia cap.* 12. *num* 11.
43 & propterea ipſa degradatio licet non ſit neceſſaria quādo clericus ſe immiſceret enormitatibus, ſeù committit aliud delictum enorme, & nō defert tonſuram,
44 tamen eſt laudabilis, etiam ſi eſſemus in clerico primæ tonſuræ, vt ſubſequitur *Scacc. d. cap.* 11. *num.* 81. ſed hæc degradatio in ijs, qui minoribus ordinibus ſunt inſi-
45 gniti minimè recepta moribus eſt, vt teſtatur *Ignat. Lopez ad Diaz cap.* 142. *lit. B.* ſe remittendo ad *addit. ad d. cap.* 141. *verſ. non verò*, vbi optimè probat, quod vſus forenſis frequentiſſimus iàm pridem obtinuit, quod ſi dicti clerici primæ tonſuræ dimiſſis veſtibus, & abſquè tonſura enormia crimina frequentèr cōmiſerint abſq; vlla degradatione à Iudice ſeculari punitos fuiſſe hęc ille, & propterea nil curan-
46 dum eſt, ſi non fuerit traditus Curiæ ſeculari, ex quo degradatum tradi, ſeù reliqui Curiæ ſæculari paria ſunt, vt *Scaccia d. cap.* 11. *num.* 74. firmat, & in ſumma de præſentia rei degradandi, ſeù deponēdi, nul-
47 la vis facienda, eo quod clericus ſit abſens, tamen poteſt eijci à foro Eccleſiaſtico, & ſubijci ſeculari, *vt ibidem num.* 76. de-
48 gradatio enim verbalis erit ſufficiens quòad clericum abſentem, & quomodò ſit procedendum, vt à Iudice ſeculari puniatur,

niatur, docet *Megal. in ſuo prompt. tom. 2. verbo degradatio, num* 11.
Reſpectu verò appellationis interpoſitæ ab ipſo reo ad S.P. dicebarur, quod
ſufficit Iudici ſeculari talem inquiſitum
eſſe laicum declaratũ, & in ſui poſſe exi-
49 ſtere, vt dictũ eſt ſupra, & propreteà ſēper
potuiſſe procedere, donec nõ fuerit inhi-
50 bitũ ab eius Superiore nè procederet in
cauſa, vt *Farinac. vbi ſup.* tradit *ſub nu.* 25.
*verſ. ſub limita ſecundo*, & appellans, debet
neceſſariò perere Apoſtolos inſtantèr, &
inſtantiſſimè poſt *Ruginell. de appellat.* §. 2.
*cap.* 1. *num.* 185. *Scaccia de appellat. quæſt.* 2.
*num.* 4. *& quæſt* 4. *num.* 14. *& quæſt.* 13. *nu.* 24.
aliàs Iudex non tenetur eos tradere, vt in
*d. num.* 24. *illat* 1. & niſi eos petat, cenſetur
renuntiare appellationi, *vt ibi in* 2. *illat. &*
51 *ſub nu.* 38. nàm Apoſtoli ſunt pars appel-
lationis, *idem d. quæſt.* 13. *ſub num.* 24. ideò ſi
non petãtur, deſeritur appellatio, *Ruginell.
eod tract* §. 1. *cap.* 1. *nu.* 288. & poſt commiſ-
ſam cauſam expeditur inhibitio, etenim
52 inhibitio concedi non debet per Iudicē
priùs, quam ſibi conſtet cauſam ad ſe de-
uolutam, *Ruginell. d tract. cap.* 9. *nu.* 2. & tan-
53 diù durat inhibitionis effectus, quandiù
appellatio pendet, ſubſeqnitur ibidem
*Ruginell. num* 14.

Quæ ſiquidèm omnia ceſſabant in caſu noſtro, ſola dumtaxàr appellatione ſic concepta exiſtēte, hinc dubitari contingit, ſi pendente tali appellatione, potrrat procedi in cauſa ad vlteriora, & videbatur negandum, poſtquàm appellatione pendente geſta, dicuntur actentata, & actentatorum remedio reuocanda, *Lancellott. d. tract. cap.* 12. *in præfat. num.* 83. *cum ſeq.*

Benè verùm eſt, quod hæc concluſio in
certis caſibus limitationes recipit, & po-
tiſſimùm data nororietate delictorum
patratorum ab iſto reo, ac deiectione ha-
bitus clericalis, iàm notum omnibus, &
per exiſtentiam informationis criminum
54 commiſſorum notorium reſultare vide-
batur in appellatione inrerpoſita in factis
notorijs allegata regula non procederet,
proùt *Lancellott.* aſſerit, *in d. cap.* 12. *in* 9.
55 *limit.* adcò quod appellatio in notorijs
inrerpoſita regularitèr non ſuſpendit iu-
riſdictionem, *vt ibi ſubdit num.* 3.
56 Prætereà ex *deciſ Affl.* 30. apparet deci-
ſum fuiſſe per S. C. poſſe Iudicem ſecula-
rem procedere in accuſatione facta penès
acta M.C.V. non obſtante litis pendentia
ſuper abſolutione iuramenti coràm Iudi-
ce Eccleſiaſtico.

Inſuper adducebatur *deciſ. Præſ de Fran-*
57 *chis* 602. vbi fuit deciſum, quod ſi fuerit
obtempta abſolutio à iuramento coràm
Iudice Eccleſiaſtico, & ciuilis lis co-
ràm laico licet fuiſſet appellarum pro
altera parte ad S. P. non per hoc impe-
diretur Iudex ſecularis procedi ad vl-
teriora, quia ſpiritualia ſecum trahunt
58 executionem, & quod ſint ſpiritualia hæ
depoſitiones, & degradationes, *Gloſ. in d.
cap.* 1. *verſ. canonibus, de pœnis in* 6. & plenè
per *Farinac. vbi ſupra num.* 20 vbi de ordi-
nibus, & gradibus tractat Eccleſiaſticis,
*ibi ſub verſ. limitando dictam*, optimè id de-
clarat non ſpectare ad laicum cum id ſit
ſpirituale.
59 Sed quatenùs Iudex ſecularis ad vlte-
riora proceſſiſſet contra talem degrada-
tum ad aliquam ſententiam, & ipſe à tali
ſententia appellaſſet, an erit deferendum;
optimè *Diaz. in d. praxi crimin. cap* 43. *nu.* 3.
hæc verba protulit crederē, tamen quod
ſi depoſitus ſic rraditus appellaret à ſen-
rentia Iudicis ſecularis, eum tanquàm
laicum condemnantis, & eſſet in caſu, in
quo ſecundum ius appellationi eſſet de-
ferendum, quod Iudex deberet deferre,
aliàs nec diuinam, nec humanam pœnam
euaderet, non enim debet eſſe ille dete-
rioris conditionis, quam quilibet alius
laicus pro ſimili delicto damnatus, & hoc
præcipuè quando Iudex Eccleſiaſticus fe-
cit traditionem denegata etiam appella-
tione, condemnato, benè tamen credo,
quod quando Iudex ſecularis parat exe-
cutionem faciendam in perſonam cleri-
ci ſibi tradendi, quod cum ipſe viderit
proceſſũ iàm certus fuerit effectus, quod
poteſt denegare appellationem, ſicut
denegaret in illo caſu cuicumquè laico
hęc illc, & quando pro criminibus excep-
tuaris ceſſaret appellatio, vt in caſibus ſu-
pra rraditis aliter dicendum videbatur,
ex ijs elicitur veritas altercationis.

## *SVMMARIVM.*

1 Tex. in l. in rebus, ff. commod. *ponderatur.*
2 Text. in l. naufragia, C. de furt. *ponderatur.*
3 Cap. Regni Prouiſa iuris ſanctio, *ponderatur.*
4 *Latrones publici, qui dicantur.*
5 *Latronum appellatione, qui veniant.*
6 *Littora maris comprehenduntur ſub nomine maris.*
7 *Littora ſunt acceſſoriæ ad mare.*
8 *Committentes naufragia in mare, & in littoribus excommunicantur.*

9 *Piratæ omnes ter in anno ab ore S.P. excommunicantur.*

10 *Pæna impoſita percutientibus in domo, procedit etiam contra percutientes in confinibus domus.*

11 *Pæna impoſita facienti inſultum in domo, procedit etiam in facientibus inſultum in portico domus.*

12 *Latrones in publicis ſtratis, & locis graſſantur.*

13 *Mare eſt commune omnibus.*

14 *Pirata an poſſit ab Eccleſia extrahi.*

15 *Piratæ ſunt excommunicati in Bulla Cænæ.*

16 *Excommunicatus gaudet immunitate Eccleſia, à qua non poteſt extrahi.*

17 *Piratę an includãtur in Bulla Gregorij XIII.*

18 *Conſuetudo inducitur per binum actum.*

19 *Duo vices faciunt conſuetudinem.*

20 *Delictum commiſſum in mare, an puniri debeat per Baronem habentem feudum iuxtà mare.*

21 *Latrones quemadmodùm ſunt hoſtes publici, & ab omnibus poſſunt occidi ità piratæ.*

ARGVMENTVM.

## Remiſſio piratarum in mare furantiũ an concedi debeat Baroni habẽti iuriſdictionem propè mare.

### CASVS XXVI.

HÆſitatum fuit in ipſa Regia Audientia in quadã cauſa remiſſionis pirararum in littore maris furantiũ,
ſi locus erat remiſſioni ad Baronem habentem iuriſdictionem propè, mare, & talis altercationis deciſio dependere videbatur ab altera conſimili de latronibus,
ac graſſatoribus viarũ, quibus aſſimilantur tales piratæ, qui graſſantur, vt pluri-
1 mum in mare, ad *tex. in l. in rebus, ff. cõmod.* ibi: *Latronum, hoſtiumuè incurſus piratarum inſidias*, & paulò poſt ibi, *Quod aut de latronibus, & piratis, &c.* & ibi, *Sine vlla dubitatione etiam piratarum, & latronum, & naufragij*
2 *caſum præſtari, &c.* & facit text *in l. naufragia, C. de furt.* ibi, *Niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem.* & benè facit
3 *text. in Cap. Regni Prouiſa in ſanctio*, ibi, *Latrones vulgaritèr, & publicè diffamatos, qua in domibus, aut in itineribus, vel in mari violentias, aut aggreſſiones perpatrant, &c.* hoc idem aſſequitur *Peregrin. de immun. Eccleſ. cap. 6. ſub num. 5.* & meliùs hoc probat *Præſ. de*
4 *Franch. deciſ. 142. num. 2.* quod latrones publici dicuntur qui in mari furantur, & ſe-
5 quitur *num. 4.* quod latronum appellatione in ſtratis publicis, continentur etiam latrones in mari, & de hoc ſatis per *Duardum in Bulla Cænæ lib. 2. canon. 7. quæſt. 2.*

Nec proindè dubitari poſſit, quod littora maris in terra exiſtentia cohęrent territorio potiùs quã mari, etenim litto-
6 ra maris, comprehenduntur ſub nomine maris, vt colligitur ex §. *& quidèm, Inſtit. de rer. diuiſ.* ibi, *Et in mare, & pro hoc littora maris,* vbi *Gloſ.* ideſt per conſequens cum ſit acceſſio maris, & meliùs in §. *littorum, eod.*
7 *tit.* eſt ſicut & ipſius maris, &c.
8 Vt in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur omnes naufragium committentes non tantùm in mare, ſed paritèr in littoribus, *vt ibidem legitur in 4. cap. in tantum*, credo antè promulgationem ip-
9 ſius Bullæ, inquit *Alber. in dictionar. verbo piratæ*, quod omnes piratæ ter in anno ab ore Summi Pontificis excommunicatur, ſecundum *Hoſtienſ. in ſumma de ſent. excomm. verùm eſt licet ſuper hoc non ſit Conſtitutio, hæc ille*, quanquàm in anno 1618. ſub Pontificatu Pauli V. fuerit talis Bulla promulgata, vt ibi apparet, quæ ſiquidèm Bulla edita fuit per viam legis, & Conſtitutionis, vt ibi refert *Duard. lib. 1. cap. 1. quæſt. 1. num. 9.*
10 Et ex hoc infertur per DD. pœnam impoſitam contra percutientes in domo locum habere etiã in percutiente in confinibus domus, *Iul. Clar. in § fin. in quæſt. ſtatut. quæſt. 82. & idem in ſtatuto 9. num. 2. & in*
11 *ſtatuto 10. in princ.* concludit, pœnam impoſitam facienti inſultum ad domum, comprehendere etiam facientem inſultũ ad porticum, & ſic per viam comprehenſionis, vt optimis rationibus fundat etiã *Præſ. de Franch. ſupra relato loco*, & ità concludi videtur tale delictum commiſſum in littore maris comprehendi ſub pirato-
12 rum delicto, quemadmodùm enim latrones in publicis ſtratis, & locis publicis graſſantur, *Paris de ſyndic. verbo latro,* ità
13 paritèr piratæ in mari, quod eſt commune omnibus, *d. §. & quidèm imò & littora, d. § littorum quidèm*, vſus publicus, & iuris gentium eſt ſicut & ipſius maris.
14 His præſuppoſitis inferebatur, ſi tales inquiſiti poterant ab Eccleſia extrahi, poſtquàm in *Bulla Gregorij XIII. de immunit.* nullatenùs piratæ comprehenduntur, ad hoc vt non poſſint gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & ab Eccleſia extrahi,
15 benè verũ eſt, quod inſpecta Bulla Cœnæ

Domini

Domini ſunt excommunicati, vt in ea enuntiatur, & meminit *Iul Clar. d. §. fin. quæſt. 77. nu. 24 Marius Italia de immunit. Eccleſ. cap. 5. §. 1. num. 74.*

16 Nihilominus excommunicatus gaudet immunitate Eccleſiaſtica, & per conſequens confugiens ad Eccleſiam, non poteſt in ea capi, vt proſequitur *Farin. de carcer. & carcerat. quæſt. 28 num. 39.*

Sin autem per viam comprehenſionis loquamur, iuxtà deciſa per *Franch. vbi ſupra*, vt iſti piratæ comprehendantur ſub diſpoſitione *Regiæ Pragmaticæ*, & ſicuti ipſa locum habet in publicis latronibus, ità etiam in piratis concludi videtur ipſos
17 non debere gaudere immunitate Eccleſiaſtica, cum in *Bulla Gregorij* iſti tales connumerantur ſub illis verbis: *Quæ ſi fuerint publici latrones, viarumq; graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, tamen omnes Doctores relati à Farin. d. tit. de carcer & carcerat. q. 28. num.* 50. communitèr aſſerunt non comprehēdi latrones, qui ſemel tantùm graſſati ſunt, ſed qui ſæpiùs graſſati ſint, iſti enim non debent gaudere immunitate prædicta, vbi ſubdit *Farinac. num.* 51. hodiè Bulla extendi videtur ad omnes fures,
18 quando plures commiſerint furta, nàm per binum actum inducitur Conſuetudo, inquit *Paris de ſyndic. verbo quia ſuper dictū eſt. num. 2.* & per talem Conſuetudinem efficiuntur famoſi, ob quod tali immunitate priuantur, & ſucceſſiuè extrahi debent ab Eccleſia, in caſu de quo agebatur, non ſemel tale delictum fuiſſe commiſſum, ſed bis vndè ex allegatis rectè concludi poterat poſſe procedi ad extra-
19 ctionem de loco ſacro, quia duo vices faciunt Conſuetudinem, *Gloſ. in cap. per venerabilem, de elect. verſ.* . . . .

Quocirca reſpectu prætenſionis Baronis petētis remiſſionem ipſorum producebatur doctrina *Specul. Principum Belluc. in rubr. 30. §. pari ratione*, vbi hanc quæſtio-
20 nem exarat, ſi crimen commiſſum in mari, debeat puniri per Baronem habentem feudum iuxtà mare, & concludit affirmatiuè, & ad hoc *Præſ. de Franch. d. deciſ. 142. nu 6.* ex *Bart. Angel. & Cepoll.* concludit, quod delicta cōmiſſa in mari, cognoſcuntur ab eis, qui habent iuriſdictionem in territorio adiacenti, & propinquiori, eundem ſequitur alios citando *Giurba in conſ crim. 79 num* 30. & ità fuit in præſenti caſu obſeruatum per ipſam Regiam Audientiam; ſimolizantur piratę cū latronibus, qui inter ſe differunt ratione ſitus, & in effectu ad idem tendunt, vndè
21 quemadmodùm latrones dicūtur hoſtes publici, & ab omnibus interficiūtur, *dixi ſupra caſu* . . ità etiam piratæ tanquàm hoſtes publici, impunè ab omnibus poſſunt occidi, *Caſtill. deciſ. 157. num. 5.* & paritèr ſpoliari, probat *Io. Bonifac. in tract. de furtis, §. animo lucrandi, num. 63.*

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus ob offenſionē ſuæ perſonæ habet electionem fori.*
2 *Poſſeſſio ſola clericalis tonſuræ, & habitus, ſufficit quòad fori electionem.*
3 *Clericus amittit priuilegiū, ſi non incidit continuò in habitu, & tonſura.*
4 *Clericus vt amittat priuilegium, requiritur trina monitio, et quid ſi ſe immiſcuat enormitatibus.*
5 *Clericus comparendo in habitū cū Bullis, conſequitur remiſſionem ad ſuū Iudicem, ac ſi illum petuiſſet, & ſic deciſum.*
6 *Talis quis præſumitur in quali habitu reperitur.*
7 *Clericatus quomodò probetur per Bullas, & teſtes, iterum per literas Epiſcopi, vel eius Notarii, num. 8.*
9 *Clericatus probatur per inceſſum in habitu, & tonſura copulatiuè, ſine tonſura non ſuffici, & è contra, num. 10.*
11 *Clericatus probatio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, maximè quando de illius proprietate ageretur.*
12 *Clericatus probatio coràm Iudice laico fit ad inſtructionem etiā quod ad veſtimenta, n. 13.*
14 *Inceſſus in habitu neceſſarius in clericis primę tonſuræ.*
15 *Clericus debet frequentèr ſeruire, & continuò portare habitum.*
16 *Vbi maius eſt periculum, ibi cautiùs agendum.*
17 *Mulieres honeſtæ potiuntur priuilegio electionis fori, ſicuti etiam inhoneſtę.*
18 *Clericatus quando ſufficit præsūptiuè probari.*
19 *Cognitio clericatus ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſi clericus ex præterito non inceſſerit in habitu.*
20 *Clericus captus ſine habitu, & tonſura per Iudicem ſecularē carceratur vſquequo non fuerit probatum de clericatu, & indè remitti.*
21 *Clericus dimittendo habitum. non præſumitur dimittere animo deſerendi, ſed vt meliùs delinquat.*
22 *Clericus ſi habitum dimiſerit, non per hoc perdit priuilegium.*
23 *Clericus reaſſumens habitum, recuperat omnia priuilegia.*

24 *Cle-*

14 *Clericus non admittitur ad fori declinationem niſi eo comparente perſonalitèr, & qualitèr aliàs non concederetur remiſſio.*
15 *Quaſi poſſeſſio ex habitu clericali ſufficit ad priuilegium fori pro remiſſione facienda in medius negotiis.*
16 *Clericus incedens in habitu,& tonſura, præſumitur clericus.*
17 *Clericus admittitur ad electionem fori pro offenſione facta in ſui perſonam, & ſic deciſũ.*

## ARGVMENTVM:

Clericus pro offenſione ſuæ perſonæ habet electionem fori ſecularis, & quid ſi de clericatu dubitaretur.

## CASVS XXVII.

Qvidam clericus dùm fuiſſet in capite vulneratus à laico, elexit in
forum Regiam Audientiam Calabriæ Citra, eo quia pro offenſa
1 facta in eius perſonam clericus habet fori electionem, *Carau in ritu 67. num.1.* latè
*Nouar in ſua praxi elect fori, quæſt.52.per totam, Præſ.de Franch deciſ.597.num.2.*

Attamen replicabatur pro parte aduerſa, non ipſum eſſe clericum, & ſucceſſiuè
carere debere tali priuilegio, nàm etſi haberet Bullas clericatus, non tamen inceſ-
ſerat continuò in habitu, & tonſura, nec etiam aliquam immunitatem vti clericus
habuerat, aut ſeruiuit in diuinis, prout
2 ex informatione deſuper capta apparebat, nàm clericalis tonſuræ poſſeſſio ſola,
& habitus ſufficiunt quoàd fori electionem, & paritèr ſi poſſidet beneficium,
*Grammat.deciſ.81.num.16.* imò per Clemē-
3 tinam, & Paulinam clericus amittit priuilegium, niſi continuò incedat in habi-
tu,& tonſura, *Vrſill.deciſ.24 num.9.* latiſſimè *Campag ſuper extrauag.de vita,& honeſt.
cler.in princ.verſ.canonicas ſanctiones,num.1.* & ità non gaudebit, non incedens in habi-
tu,& tonſura. *Cauenſ.ritu 66.* & ità in caſu premiſſo dicebatur ex hoc gaudere minimè
potuiſſe tali priuilegio, dùm ità non inceſſiſſet.

Ad quod replicabatur per clericum, quod ad hoc vt amitteret priuilegium,
4 neceſsè erat trina monitio præcedens, & quod ſe immiſcuerit enormitatibus, *cap.
in audientia,de ſentent.excommun. Capy.deciſ. 161. in princ. Vrſill.vbi ſupra num.5. Præſ.de
Franch.deciſ.463.num.6.* licet hoc procedat in omnibus clericis exceptis illis primæ
tonſuræ, *Iul.Clar.in §.fin quæſt.26.num.19.*

Et ampliùs replicabatur, quod dùm ipſe in clericali habitu comparuerat in
5 Regia Audiētia cum Bullis debebat gaudere, quemadmodùm ſi petiiſſet remiſſio-
nem ad ſuum Iudicem, & ità pluries deciſum fuiſſe in fauorem clericorũ, refert
*Gram voto 33 & vt retuli in meo comp.par.1. ver.clericus inquiſitus,* vbi alios citaui, & ta-
6 lis præſumitur eſſe quis in quali habitu reperitur, *Menoch.de præſumpt.lib.6.præſ.76.
num.10.& lib.1.quæſt.14.num.79.*

7 Circa hoc inſurrexerunt tria dubia enucleanda, quorum primum erat, quo-
modò clericatus probetur .ſ. per Bullas, aut teſteś, id firmât *Carau.in ritu 235.nu.21.
& ritu 274.num.18.Scaglion.ritu 65. num.1. & ritu 195.* latè *Farinac.in tit de inquiſit. q.8.
num.41.& ſeq. Sperell. deciſ.Eccl.17.per tot. tom.1.* latiſſimè *Nouar. eodem tract.ſeù pra-
xi elect.fori quæſt.52.* poſt *Maſcard.de probat. concluſ.302.*

8 Secundò, probari debet clericatus ex literis Epiſcopi, vel eius Notarij, *Ciarlin.
controu.forenſ.tom.1.cap.20.num.47. Sperell. deciſ.132.num.51.& deciſ.133.nu.54.tom.2.
Dom.Epiſc.Maranta reſp.76.num.1.tom.4.& reſponſ.6.num 4 & ſeq. tom.3.*

9 Tertiò probatur ex inceſſu in habitu, & tonſura, & hoc potiſſimùm ex diſpoſi-
tione *Concil.Trident.* in clericis primę tonſuræ, *Carau.in ritu 235.num.21. Ciarlin.vbi
ſupra num.46.* nàm clericus debet geſtare habitum, & tonſuram copulatiuè ad fori
priuilegium. *Ciarlin. cap.20. num.9. & 57.*
10 nàm ſine tonſura non ſufficit,& è contra pro fori priuilegio, *Sperell.deciſ.16.num.5.
tom. 2.*

In caſu autem præmiſſo de clerico primæ tonſuræ, licet apparebat eſſe clericum
ob bullam præſentatam; non tamen probatum de inceſſu prædicto, ſed totum op-
poſitum quamquàm cum veſtibus clericalibus comparuiſſet.

Hinc aliud ſecundum dubium ex hoc reſultauerat, ad quem Iudicem ſpectabat
11 talis clericatus probatio; & certum eſt ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum, *Iul.
Clar.vbi ſupra num.11.in fine,& num.18.Carau. in ritu 235. num.4.* comprobat *Præſ. de
Franch. deciſ.189.* potiſſimùm quando de proprietate clericatus tractaretur, & ita
ſeruari aſſerit *Afflict. in Conſt. Apoſtatantes, Camp.vbi ſup.nu.36.in fin.* latè *Farinac de in-
quiſ.q.8.nu.33.& ſeq.Sperell d.deciſ.133.n.3.*

12 Ta-

12 Tamen incidentèr ad inſtructionem
Iudicis poteſt cognoſci per Iudicem ſe-
cularẽ in materia remiſſionis, vt per *Ca-
rau. vbi ſup. Præſ. de Franch deciſ.* 329 *nu.* 9.
13 Imò etiam quòad veſtimẽta quidquid
dixerit *Clar. vbi ſupra,* tenet *Farinac. loc. cit.
nu.* 34. at in pręſẽti caſu, licet incidẽtèr de
hoc fuerit tractatũ, dùm de meritis cle-
ricatus tractaretur; omiſſa tali diſcuſſio-
ne fuit ad vltimum dubium deuentum,
in quo tota vis cauſæ conſiſtebat, ſtante
tali ambiguitate, an pro clerico, vel con-
tra clericum erat iudicandum, poſtquàm
14 licet comparuiſſet cum Bulla, & in habi-
tu, non tamen conſtabat de incidentia
continuò in habitu, ſicut erat neceſsè in
clericis maximè primæ tonſuræ, iuxtà
15 *d. Concil. Trident.* nàm clericus debet fre-
quentèr ſeruire, & continuò portare ha-
bitum, *Ciarlin. d. cap.* 20. *num.* 57. aliàs non
gaudet priuilegio fori, *vt ibi num.* 2. tradit.
Huic obiectioni replicabatur per cle-
ricum aſſerentẽ prædicta procedere, quo-
tieſcunq; tractaretur de remictendo cle-
ricum ad Iudicem Eccleſiaſticum vti ca-
ptum, vel citatum per Iudicem laicum,
quo caſu agitur de turbatione iuriſdi-
ctionum, & cum ſit periculoſa, ibi magis
16 præcauendum vbi maius periculum, *cap.
vbi periculum, de elect. in* 6. in caſu autem
noſtro agebatur de materia fauorabili,
hoc eſt de priuilegio clericis cõceſſo per
electionem fori ob iniurias eis illatas, &
hoc ratione miſerabilitatis perſonæ, qui-
17 bus conceſſum eſt tale priuilegiũ, & pro-
ptereà quemadmodùm mulieres honeſtè
etiam potiũtur tali priuilegio, quod etiã
ad inhoneſtas porrigitur, iuxtà *deciſ. de
Franch* 233.
Ità paritèr ipſis clericis porrigi debe-
ret, non obſtantibus tot, tantiſq; requiſi-
tis, quibus accedebant relata per *Farinac.*
18 *nu.* 43. *&* 44. quod quando non agitur de
alicuius præiudicio iuriſdictionis, nem-
pè ſecularis, tùnc non ſufficit vnus teſtis,
ſed benè ſufficiat probatio præſumptiua
ex quaſi poſſeſſione clericatus, & ijs con-
19 uenit altera conſimilis reſolutio, hoc eſt
de clerico, cui fuerat oppoſita exceptio
habitus, & tonſura, vndè per *Camp in d. ex-
trauag. num.* 36. concluditur, quod ſi cleri-
cus de pręterito non inceſſerit in habitu,
& tonſura, & iſto caſu debet talis cogni-
tio ad Iudicem Eccleſiaſticum remicti,
quia eſt non in quaſi poſſeſſione cleri-
catus, à cuius quaſi poſſeſſionis como-
do, vel priuilegio non poteſt excludi per
Iudicem ſecularem, per *text. in cap. ſi Iudex
laicus, de ſent. excommun. in* 6. proptereà ad
Iudicem Eccleſiaſticum remictenda erit
cauſa, *Præſ. de Franch. per illum text. deciſ.*
329. *num* 5. & proptereà circa hoc erit ad-
uertendum, quod aut clericus dimiſſo ha-
bitu, & tonſura, fuerit captus ſine illis à
20 Iudice ſeculari, & tùnc manebit in eius
carcere, donec probetur clericatus, *Ciar-
lin cap.* 28. *num.* 8. *tom.* 1. *& cap.* 20. *num.* 70.
ſubdens, Verùm ſi fama eſſet eum eſſe
Clericum, vel ſi pro Clerico reputaretur,
vel alio modo haberetur fumus de cleri-
catu, perindè eſt, ac ſi in habitu clericali
eſſet captus, & ideò ſtatim debet ad Ec-
cleſiaſticum remicti, ex *Farin. Guazzin. &
Bellett. ibi relati.*
Sin autem non fuerit captus, neq; car-
ceratus à Iudice laico. & clericus dimiſſo
habitu, & tonſura inceſſerit, & tùnc eum
probatum ſit priùs fuiſſe ſolitum in ha-
21 bitu incedere, debet remicti ad Eccleſia-
ſticum, quia non præſumitur illum dimi-
ſiſſe animo deſerendi, ſed vt fortè meliùs
delinqueret ex *Farinac. Bellett. Ricc. Gra-
tian. Bonac. & Alder. Maſcard. ibidem cap.* 20.
22 *num.* 56. citatis, vndè ſi clericus habitum
dimiſerit, non per hoc perderet priuile-
gium fori ſine monitione, *Ciarlin. cap.* 36.
*num.* 48.
23 Et indè clericus reaſſumens habitum
quem dimiſerat, recuperat omnia priuile-
gia, vt idem *Ciarlin. cap.* 53. *num.* 20. probat
*Sperell. d. deciſ.* 26. *nu.* 19. *Iul. Cartar. deciſ.* 17.
*num.* 16.
Quoties autem fuerit citatus à Iudice
24 ſeculari, non alitèr admicteretur ad de-
clinationem fori, niſi eo comparente, ſe-
cundum formam Ritum M.C.V. qui eſt
in viridi obſeruantia, vt aſſerit *Præſ. de
Franch. d. deciſ.* 329. *nu.* 4. hoc eſt cum Bul-
lis, vt in dicto Ritu aſſeritur, & in termi-
no probare, quod inceſſit in habitu, &
tõſura, & quod ſeruiuit in diuinis, vt pro-
ſequitur *Carau. in ritu* 235. *num.* 21. eundẽ
ſequitur *Marcell. Fortun. in tract. de verit. &
errore par.* 2. *memb.* 2. *num.* 16. aliàs ijs non
probatis, non fit remiſſio, & proceditur
ad vlteriora, vt ibi *Carau.* ait, licet hæc
praxis, vt inquit *Ritus prædictus,* & idem
*Carau. loco citato* ſit contrarię diſpoſitioni
Iuris Canonici.
Sed ſi spontè comparuerit clericus co-
ràm Iudice ſeculari petendo eius priui-
legio gaudere, non alitèr reſpectu remiſ-
ſionis fori, ſed in caſu præmiſſo electio-
nis fori, ſeù variationis ob offenſam illatã
in eius perſonam, tùnc enim ipſo compa-
rente in habitu, & tonſura, nil vltra erit
inueſti-

24 *Clericus non admictitur ad fori declinationem niſi eo comparente perſonalitèr, & qualitèr aliàs non concederetur, remiſſio.*

25 *Quaſi poſſeſſio ex habitu clericali ſufficit ad priuilegium fori pro remiſſione facienda in modicis negotijs.*

26 *Clericus incedens in habitu, & tonſura, præſumitur clericus.*

27 *Clericus admictitur ad electionem fori pro offenſione facta in ſui perſonam, & ſic deciſũ.*

## ARGVMENTVM:

Clericus pro offenſione ſuæ perſonæ habet electionem fori ſecularis, & quid ſi de clericatu dubitaretur.

## CASVS XXVII.

QVidam clericus dùm fuiſſet in capite vulneratus à laico, elexit in forum Regiam Audientiam Cala-
1 briæ Citra, eo quia pro offenſa
facta in eius perſonam clericus habet fori electionem, *Caran in ritu 67. num. 1.* latè
*Nonar in ſua praxi elect fori, quæſt. 52. per totam, Præſ. de Franch decis. 597. num. 2.*

Attamen replicabatur pro parte aduerſa, non ipſum eſſe clericum, & ſucceſſiuè
carere debere tali priuilegio, nàm etſi haberet Bullas clericatus, non tamen inceſſerat continuò in habitu, & tonſura, nec
etiam aliquam immunitatem vti clericus
habuerat, aut ſeruiuit in diuinis, prouti
2 ex informatione deſuper capta apparebat, nàm clericalis tonſuræ poſſeſſio ſola,
& habitus ſufficiunt quoad fori electionem, & paritèr ſi poſſidet beneficium,
*Grammat. decis. 81. num. 16.* imò per Clemē-
3 tinam, & Paulinam clericus amictit priuilegium, niſi continuò incedat in habitu, & tonſura, *Vrſill. decis. 24 num. 9.* latiſſimè *Campag ſuper extrauag. de vita, & honeſt. cler. in princ. verſ. canonicas ſanctiones, num. 1.* &
ità non gaudebit, non incedens in habitu, & tonſura, *Cauenſ. ritu 66.* & ità in caſu
premiſſo dicebatur ex hoc gaudere minimè potuiſſe tali priuilegio, dùm ità non
inceſſiſſet.

Ad quod replicabatur per clericum,
quod ad hoc vt amicteret priuilegium,
4 neceſsè erat trina monitio præcedens, &
quod ſe immiſcuerit enormitatibus, *cap. in audientia, de ſentent. excommun. Capy decis.*
*161. in princ. Vrſill. vbi ſupra num. 5. Præſ. de Franch. decis. 463. num. 6.* licet hoc procedat
in omnibus clericis exceptis illis primæ
tonſuræ, *Iul. Clar. in §. fin quæſt. 26. num. 19.*

Et ampliùs replicabatur, quod dùm
ipſe in clericali habitu comparuerat in
5 Regia Audiētia cum Bullis debebat gaudere, quemadmodùm ſi petijſſet remiſſionem ad ſuum Iudicem, & ità pluries deciſum fuiſſe in fauorem clericorũ, refert
*Gram voto 33 & vt retuli in meo comp. par. 1. ver. clericus inquiſitus*, vbi alios citaui, & ta-
6 lis præſumitur eſſe quis in quali habitu
reperitur, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 76. num. 10. & lib. 1. quæſt. 14. num. 79.*

7 Circa hoc inſurrexerunt tria dubia
enucleanda, quorum primum erat, quomodò clericatus probetur .ſ. per Bullas,
aut teſtes, id firmāt *Caran. in ritu 235. nu. 21. & ritu 274. num 18. Scaglion. ritu 65. num. 1. & ritu 195.* latè *Farinac. in tit de inquiſit. q. 8. num 41. & ſeq. Sperell. decis. Eccl. 17. per tot. tom. 1.* latiſſimè *Nouar. eodem tract. ſeù praxi elect. fori quæſt. 52.* poſt *Maſcard. de probat. concluſ. 302.*

8 Secundò, probari debet clericatus ex
literis Epiſcopi, vel eius Notarij, *Ciarlin. controu. forenſ. tom. 1. cap. 20. num. 47. Sperell. decis 132. num. 51. & decis. 133. nu. 54. tom. 2. Dom. Epiſc. Maranta reſp. 76. num. 1. tom. 4. & reſponſ. 6. num 4 & ſeq. tom. 3.*

9 Tertiò probatur ex inceſſu in habitu,
& tonſura, & hoc potiſſimùm ex diſpoſitione *Concil. Trident.* in clericis primæ tonſuræ, *Carau. in ritu 235. num. 21. Ciarlin. vbi ſupra num. 46.* nàm clericus debet geſtare
habitum, & tonſuram copulatiuè ad fori
priuilegium, *Ciarlin. cap. 20. num. 9. & 57.*
10 nàm ſine tonſura non ſufficit, & è contra
pro fori priuilegio, *Sperell. decis. 16. num. 5. tom. 2.*

In caſu autem præmiſſo de clerico primæ tonſuræ, licet apparebat eſſe clericum
ob bullam præſentatam; non tamen probatum de inceſſu prædicto, ſed totum oppoſitum quamquàm cum veſtibus clericalibus comparuiſſet.

Hinc aliud ſecundum dubium ex hoc
reſultauerat, ad quem Iudicem ſpectabat
11 talis clericatus probatio; & certum eſt
ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum, *Iul. Clar. vbi ſupra num. 11. in fine, & num. 18. Carau. in ritu 235. num. 4.* comprobat *Præſ. de Franch. decis. 189.* potiſſimum quando de
proprietate clericatus tractaretur, & ita
ſeruari aſſerit *Afflict. in Conſt. Apoſtatantes, Camp. vbi ſup. nu. 36. in fin.* latè *Farinac. de inquiſ. q. 8. nu. 33. & ſeq. Sperell d. decis. 133. n. 3.*

12 Ta-

12 Tamen incidentèr ad inſtructionem
Iudicis poteſt cognoſci per Iudicem ſe-
cularē in materia remiſſionis, vt per *Ca-
rau.vbi ſup. Præſ.de Franch deciſ.*329 *nu.*9.
13 Imò etiam quòad veſtiméta quidquid
dixerit *Clar.vbi ſupra*, tenet *Farinac.loc.cit.
nu.*34. at in pręséti caſu, licet incidétèr de
hoc fuerit tractatū, dùm de meritis cle-
ricatus tractarerut; omiſſa tali diſcuſſio-
ne fuit ad vltimum dubium deuentum,
in quo tota vis cauſæ conſiſtebat, ſtante
tali ambiguitate, an pro clerico, vel con-
tra clericum erat iudicandum, poſtquàm
14 licet comparuiſſet cum Bulla, & in habi-
tu, non tamen conſtabat de incidentia
continuò in habitu, ſicut erat neceſsè in
clericis maximè primæ tonſuræ, iuxtà
15 *d. Concil. Trident.* nàm clericus debet fre-
quentèr ſeruire, & continuò portare ha-
bitum, *Ciarlin.d.cap.*20.*num.*57. aliàs non
gaudet priuilegio fori, *vt ibi num.*2. tradit.
Huic obiectioni replicabatur per cle-
ricum aſſerentē prædicta procedere, quo-
tieſcunq; tractaretur de remittendo cle-
ricum ad Iudicem Eccleſiaſticum vti ca-
ptum, vel citatum per Iudicem laicum,
quo caſu agitur de turbatione iuriſdi-
ctionum, & cum ſit periculoſa, ibi magis
16 præcauendum vbi maius periculum, *cap.
vbi periculum, de elect. in* 6. in caſu autem
noſtro agebatur de materia fauorabili,
hoc eſt de priuilegio clericis cōceſſo per
electionem fori ob iniurias eis illatas, &
hoc ratione miſerabilitatis perſonæ, qui-
17 bus conceſſum eſt tale priuilegiū, & pro-
ptereà quemadmodùm mulieres honeſtè
etiam potiſtur tali priuilegio, quod etiā
ad inhoneſtas porrigitur, iuxtà *deciſ. de
Franch* 233.
Ità paritèr ipſis clericis porrigi debe-
ret, non obſtantibus tot, tantiſq; requiſi-
tis, quibus accedebant relata per *Farinac.*
18 *nu.*43. *&* 44. quod quando non agitur de
alicuius præiudicio iuriſdictionis, nem-
pè ſecularis, tùnc non ſufficit vnus teſtis,
ſed benè ſufficiat probatio præſumptiua
ex quaſi poſſeſſione clericatus, & ijs con-
19 uenit altera conſimilis reſolutio, hoc eſt
de clerico, cui fuerat oppoſita exceptio
habitus, & tonſura, vndè per *Camp in d.ex-
trauag. num.*36. concluditur, quod ſi cleri-
cus de pręterito non inceſſerit in habitu,
& tonſura, & iſto caſu debet talis cogni-
tio ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti,
quia eſt non in quaſi poſſeſſione cleri-
catus, à cuius quaſi poſſeſſionis comodo,
vel priuilegio non poteſt excludi per
Iudicem ſecularem, per *text.in cap.ſi Iudex
laicus, de ſent. excommun. in* 6. propterea ad
Iudicem Eccleſiaſticum remittenda erit
cauſa, *Præſ. de Franch. per illum text. deciſ.*
329.*num* 5. & proptereà circa hoc erit ad-
uertendum, quod aut clericus dimiſſo ha-
bitu, & tonſura, fuerit captus ſine illis à
20 Iudice ſeculari, & tùnc manebit in eius
carcere, donec probetur clericatus, *Ciar-
lin cap.*28. *num.*8. *tom.*1. *& cap.*20.*num.*70.
ſubdens, Verùm ſi fama eſſet eum eſſe
Clericum, vel ſi pro Clerico reputaretur,
vel alio modo haberetur fumus de cleri-
catu, perindè eſt, ac ſi in habitu clericali
eſſet captus, & ideò ſtatim debet ad Ec-
cleſiaſticum remitti, ex *Farin. Guazzin. &
Bellett. ibi relati.*
Sin autem non fuerit captus, neq; car-
ceratus à Iudice laico. & clericus dimiſſo
habitu, & tonſura inceſſerit, & tùnc cum
probatum ſit priùs fuiſſe ſolitum in ha-
21 bitu incedere, debet remitti ad Eccleſia-
ſticum, quia non præſumitur illum dimi-
ſiſſe animo deſerendi, ſed vt fortè meliùs
delinqueret ex *Farinac. Bellett. Ricc. Gra-
tian. Bonac. & Alder. Maſcard. ibidem cap.*20.
22 *num.*56. citatis, vndè ſi clericus habitum
dimiſerit, non per hoc perderet priuile-
gium fori ſine monitione, *Ciarlin. cap.*36.
*num.*48.
23 Et indè clericus reaſſumens habitum
quem dimiſerat, recuperat omnia priuile-
gia, vt idem *Ciarlin.cap.*53.*num.*20. probat
*Sperell. d. deciſ.*26.*nu.*19. *Iul. Cartar. deciſ.*17.
*num.*16.
Quoties autem fuerit citatus à Iudice
24 ſeculari, non alitèr admitteretur ad de-
clinationem fori, niſi eo comparente, ſe-
cundum formam Ritum M.C.V. qui eſt
in viridi obſeruantia, vt aſſerit *Præſ. de
Franch. d. deciſ.*329. *nu.*4. hoc eſt cum Bul-
lis, vt in dicto Ritu aſſeritur, & in termi-
no probare, quod inceſſit in habitu, &
tōſura, & quod ſeruiuit in diuinis, vt pro-
ſequitur *Carau. in ritu* 235. *num.*21. eundē
ſequitur *Marcell. Fortun. in tract. de verit. &
errore. par.*2. *memb.*2. *num.*16. aliàs iſs non
probatis, non fit remiſſio, & proceditur
ad vlteriora, vt ibi *Carau.* aic, licet hæc
praxis, vt inquit *Ritus prædictus*, & idem
*Carau. loco citato* ſit contrarię diſpoſitioni
Iuris Canonici.
Sed ſi ſpontè comparuerit clericus co-
ràm Iudice ſeculari petendo eius priui-
legio gaudere, non alitèr reſpectu remiſ-
ſionis fori, ſed in caſu præmiſſo electio-
nis fori, ſeù variationis ob offenſam illatā
in eius perſonam, tùnc enim ipſo compa-
rente in habitu, & tonſura, nil vltra erit
inueſti-

Digitized by Google

inueſtigandum, cum talis eſſe præſumamatur, vt dictum eſt ſupra, in quali habitu reperitur, & clericus quis præſumitur ex habitu clericali tantùm quādo agitur de modico præiudicio, & quaſi poſſeſſio
25 ex habitu clericali ſufficit ad priuilegiū fori, vt ille remictatur Epiſcopo, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt 66. nu. 7 & 8.* quanto magis in priuilegiorum ſuorum conceſſione, vt in caſu prænarrato, quo nam
26 caſu Iudex cernens clericum in habitu. & tonſura incedere pro clerico haberi decernit, ad quod facit *text. in cap. nunquid de pæn. d. 1. in fine*, ibi, *Qualem te inuenit dominus cum vocat talem pariter, & iudicat, &c.*
27 & ſic fuit proceſſum in cauſa iuxtà eius petitionem, prout quoq; in conſimili caſu obtinuiſſe fatetur *Nouar. loc. cit. num. 6.* quod abſq; requiſitis à *Concil. Trident.* admicti debet cleriens ad electionem, & variationem fori pro vulnere illato in eius perſonam.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio non admictitur in cauſis, in quibus proceditur ad modum belli.*

2 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principali.*

3 *Cauſa principalis ſummaria omnes articuli ſint ſummarij.*

4 *Incidentia, & emergentia in cauſa principali eiuſdē ſunt natura, cuius eſt cauſa principalis.*

5 *Clericus in minoribus ob crimina enormia citra degradationem tradi debet puniendus.*

6 *Iudex non debet ad vlteriora procedere ſtante appellatione interpoſita.*

7 *Regula acceſſorij non procedit quando diuerſa eſſet ratio.*

8 *Iudex ſecularis in incidentibus ſpiritualibus non procedit, ſed remictit illa decidenda per Iudicem Eccleſiaſticum.*

9 *Iudex ſecularis cognoſcit incidentèr de clericatu.*

10 *Iudex ſecularis debet ſuperſedere in cauſa, donec fuerit per Iudicem Eccleſiaſticum determinatum incidens ſpirituale.*

11 *Doctrina* Carau. *impugnatur à* Muſcatello.

12 *Vaſſalli Baronum, ſunt etiam Regis vaſſalli. & in eis habet dominium.*

13 *Clerici nec à Rege, nec ab alijs ſecularibus cognoſci poſſunt.*

14 *Clericus penitùs eſt exemptus à poteſtate Imperatoris.*

15 *Appellatio, et reclamatio datur in cauſa ſtatus.*

16 *Cauſa ſtatus dicitur magna, & grauis.*

17 *Tertius quilibet poteſt appellare pro ſuo intereſſe etiam pro quali quali præiudicio.*

18 *Prohibitio appellationis non ſe extendit ad tertium.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an admictatur ad inſtantiam Epiſcopi pro clerico, contra quem procedebatur per modum belli, vbi appellatio nō conceditur.

CASVS XXVIII.

NON modica fuit diſceptatio exorta in Regia Audientia Calabriæ Citra circa remiſſionem petitam ab Epiſcopo de clerico primæ tonſuræ inquiſito de diuerſis delictis capitalibus, in quibus procedebatur ad modum belli
1 militari modo, quo nàm caſu appellatiò nō admictitur, per ea, quę tradit *Io. Grand. de bello exclū, in ſpeciali 48.* ſuppoſito quod cum fuiſſet pronunriatum cauſam eſſe remanendam in eadem Regia Audientia, & à tali decreto appellatum fuiſſet per Epiſcopum dubitari contingit, ſi tali appellationi erat deferendum, vndè videbatur dicendum non eſſe deferendum, cum cauſa eſſet grauis, & procedebatur ad modum belli, in qua ceſſabat appellatio, vt dictum eſt, ex quo reſultauerat vulgata
2 illa regula, quod acceſſoriū ſequitur naturam ſui principalis, *l. cum principalis, ff. de regul. iur. cap acceſſorium, eod. tit. in 6. Barboſa principia iuris lit A. num. 7.* hinc eſt,
3 quod quando cauſa principalis eſt ſummaria, indè omnes articuli ſunt ſummarij *Maranta in ſpec. par. 4. diſt. 9. num. 40.* & inci-
4 dentia, atq; emergentia in cauſa principalis, quia naturam eiuſdem cauſæ principalis aſſumit, *Præſ. de Franch. deciſ. 513. num. 1. & deciſ. 637.*
5 Accidit in facto, quod cū iſte clericus inquirebatur de furto cū comitiua aliorum, & adulterio violentèr commiſſo, & & ob talia delicta citra incorrigibilitatē, degradationem, ſeù depoſitionem merebatur dari Curię ſeculari puniendus, prout in facti contingentia fuiſſe ſeruatum, tradit *Angel. de maleſic. rubr. & ibi capud à ſpatulis, num. 38 in fine.*

Item quando interlocutoria interponitur ſuper declinatoria fori, declarando ſe Iudicem competentem prouidentem, cauſam remanendam forè, à tali decreto ſi appelletur, Iudex non debet ad vlterio-
6 ra procedere in cauſa principali, maximè quādo peteretur ad inſtantiam tertij, ſcilicet

ſcilicet Baronis forte petentis remiſſio-
nem ſui vaſſalli, per ea, quæ tenet *Carau. in
ritu* 259. *num.* 19.

In contrarium autèm dicebatur eſſe‿
deferendum, & proindè nõ obſtare regu-
7 lam acceſſorij, ex quo *Dec. ibi num.* 2. limi-
tat ipſam non procedere, quando diuer-
ſa ratio reſultaret, vt quoq; *idem Barboſ.
loco citato* probat *verſ. limita tamen,* vbi.

Neq; obſtabant, quæ de incidentibus
dicta ſunt, nàm procedunt in iudicijs ci-
uilibus, vel criminalibus, in quibus eſt
8 Iudex competẽs, ſecus tamen in inciden-
tibus ſpiritualibus, in quibus Iudex eſt
Eccleſiaſticus, & nõ ſecularis, qui cogno-
ſcit de cauſa merè ſpirituali, etiam quod
incidentèr tractaretur corã Iudice laico,
*Præſ. de Franch deciſ.* 189. *num.* 3.

9 Eo maximè hæc materia clericatus,
quæ cum ſit materia ſpiritualis, cogno-
ſcit Iudex Eccleſiaſticus, licet incidentèr
ad inſtructionẽ cognoſcit Iudex laicus,
vt per *Carau. in ritu* 235. *n.* 4. *Præſ. de Franch.
deciſ.* 329 *num.* 9.

Vndè cum fuerit pronuntiatum cõtra
clericum, & appellantem à dicto decreto
10 per Epiſcopum, omninò ſuperſedendum
erat, ſicuti exequutio in cauſa principa-
li ſuperſedetur, donec fuerit cognitum‿
de incidenti ſpirituali per Iudicem Ec-
cleſiaſticũ, vt fuit aliàs deciſum per S. C.
apud *Præſ. de Franch. deciſ.* 189.

11 Non obſtant adducta per *Carau. vbi ſu-
pra,* nàm ei aduerſatur *Muſcatell. in praxi
S. C. lib.* 2. *par.* 1. *Gloſ. ſententia, num.* 188. *&
ſeq.* vltra quod ipſe loquitur in vaſſallis
12 Baronum, qui etiã Regis vaſſalli dicun-
tur, quia in eis Rex habet directum do-
minium, & multoties ab eis cauſas auo-
cat ex aliqua condicenti cauſa, *Regens de
Ponte de poteſt. Proreg. tit. de delegat. cauſ. nu.* 1.

Sed in caſu enarrato agebatur de cle-
rico, qui non eſt ſubditus Regi, nàm cle-
13 rici à Rege, nec ab altera ſeculari perſo-
na iudicari poteſt, dixit *Celeſtinus Tertius,*
vt per *Gram. voto* 33. *num.* 3. etenim cleri-
14 catus eſt de iure diuino, ideò penitùs
exemptus eſt clericus à poteſtate Impe-
ratoris, vt ibi ſubdit *Gram. num.* 7. vnde‿
clerici priuilegium emanauit à iure diui-
no, & à Deo, *ſubſequitur nu.* 16. adeò quod
15 ſicuti in cauſa ſtatus datur appellatio, &
reclamatio, vt iàm deciſũ patet per S. C.
apud *Præſ de Franch. deciſ.* 684.

Multò magis in caſu iſto admicti de-
16 beret appellatio in cauſa ſtatus perſonæ,
quæ dicitur grauis, & magna, *Affl. in Con-
ſtit. Proſequentes, num.* 18.

Poſt hæc adducebatur punctualis *deci-
ſio Præſ. de Franch.* 637. vbi patet deciſum
in Collaterali Conſilio dari reclamatio-
nem ab incidenti criminali, non obſtan-
te quod denegatur reclamatio in Colla-
terali regulariter.

Quapropter in præſenti caſu ad rela-
tionẽ Auditoris de Tomaſe die 30. Maij
1613. fuir deciſum, vt certioretur Excel-
lentiſſimus Prorex, penès Villanum Act.
neſcio quid indè fuir ſubſequurũ ob mei
abſentiam, ea proprer ad corroborarionẽ
17 præmiſſorum adſenra iuris regula conſti-
tutum eſt, quod tertius quilibet poteſt
appellare pro ſuo intereſſe, latè *Scaccia de
appellat. quæſt.* 5. *num.* 71. etiam pro quaſi
quali præiudicio, vt ſubdit *num.* 73. *Rugi-
nell. eodem tract. cap.* 1. *num.* 34.

18 Imò prohibitio appellationis non ſe‿
extendit ad tertium, *idem Scaccia eod. tract.
quæſt.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 42. *& Greueus
ad Gaill. concl.* 122. quem ſectatur *Ruginell.
vbi ſupra ſub num* 45.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor excuſatur quando facto creditoris
reus ponitur in fuga, ſimiliter quando facto
Iudicis, num.* 2.
3 *Fideiuſſor non excuſatur ad præſentandum
principalem ante bannum, ſecus tamen poſt
bannum.*
4 *Fideiuſſor tenetur præſentare reum, quando
ipſe ſe abſentauerit.*
5 *Fideiuſſor promictens præſentare reum coràm
duobus Iudicibus, & vnus ipſorum poſuerit
reum in fuga, an excuſetur.*
6 *Culpa vnius non debet alteri nocere.*
7 *Fideiuſſor an tenetur reum præſentare pro no-
ua informatione contra reum capta.*
8 *Reus comparere an teneatur ex noua informa-
tione contra eum captam, ſi non extent noua
inditia, & quid ſi fuerit habilitatus cũ clau-
ſula,* toties, &c.

### ARGVMENTVM.

Fideiuſſor rei inquiſiti de il-
lum præſentando, ſi reus fuerit
ab alio Iudice citatus, & fugam
arripuit, an teneatur.

## CASVS XXIX.

CVM fuiſſet habilitatus quidam in-
quiſitus per Regiam Audientiam
Calabriæ Citra ſub cautione de ſe
præſentãdo toties quoties fuerit requiſi-
tus, & demũ citato fideiuſſore ad præſen-
tandum ipſum reum principalem, com-
paruit penès acta ſe excuſando non poſſe
principalem præſentare, prætextu quod
de facto, & culpa Iudicis locumtenentis
Ciuitatis Coſentiæ fugam arripuit ipſum
citando ad informandum pro alio deli-
cto, vndè dubitari contingit, ſi talis exce-
ptio erat admittenda, vt ipſe fideiuſſor
pœnam fideiuſſionis euitaret, eſtq; enim
1 clarum, quod ſicuti quando facto credi-
toris reus ponitur in fuga, quod tùnc fi-
deiuſſor erit excuſatus, *Præſ. de Franch. de-
ciſ. 244 num. 1.*

2 Ità paritèr quando facto Iudicis id ac-
ciderit, vt latè proſequitur *Iul. Clar. in ſua
praxi §. fin. quæſt. 46. verſ. quæro, Foller. in ſua
praxi crimin. in fragm. tit. de fideiuſſ. num. 255.
Giurba conſ. crim. 35. num. 1. & 28.*

At in præſenti caſu duo principalitèr
inſurgebant dubia perſcrutanda, quorũ
Primum erat, an hæc noua cauſa maleficij
commiſſi erit efficax exceptio, vt fideiuſ-
ſor ſit excuſandus, & circa hoc conclu-
dunt DD. quod quando ante bannum
3 fuerit citatus fideiuſſor ad præſentandũ
principalem, & tùnc non excuſaretur, vt
refert *Bonifac. in tit. de inquiſit. nu. 50.* vndè
*Clarus vbi ſupra num. 22.* notat, quod cauti
Iudices ſolent priuſquam condemnent
reos, citari facere fideiuſſorem ad præſen-
tandum, quia tùnc non liberaretur à fide-
iuſſione, & ità inquit communitèr ob-
ſeruari.

Sed ſi poſt bannum, tùnc quia facto Iu-
dicis impeditur, erit totalitèr liberatus,
aſſequitur *Dom. Reg Sanfelic. deciſ. 158. n. 6.*
cum alijs citatis per *Giurb. conſ. crimin. 35.
num. 18.* licet in hoc caſu *Foller. vbi ſupra
num. 254.* alitèr videatur concludere ex
mente *Bart. in l. ſi verò, ff. qui ſatiſd. cogant.*
dicentis, quod etſi reus eſſet bãnitus tan-
tùm, ſed non bona publicata coguntur
fideiuſſores præſentare reum, quia poteſt
venire reus, & purgare contumaciam, &
ſiſtere in iudicio, quod facit pro conclu-
ſione huius quæſtionis, quod dato, & non
conceſſo, erit excuſandus ob nouum de-
lictum commiſſum, propter quod fuerit
citatus ab alio Iudice in alio Tribunali,
quia res erit integra, & comparere pote-
rat reus purgando contumaciam, cum
adhùc non fuerit totalitèr bannitus, aut
deportatus, &c. adhùc fideiuſſor non erit
excuſatus illum non præſentando, hæc
namq; abſentia, vel impedimentum non
4 prouenerat culpa Iudicis, ſed culpa rei
non comparentis, & ideò nõ erit talis ex-
ceptio admittenda, *l. 2. §. fin. ff. ſi quis caut.*

Secundum verò dubium erat, quod ſa-
tis conferre videtur huic altercationi,
nempè quod non culpæ ipſius Regiæ Au-
dientiæ reus poſitus fuit in fuga, ſed cul-
pa alterius Iudicis habentis ſeparatam
iuriſdictionem, quo nàm caſu nõ poterat
fideiuſſor ſe excuſare, non præſentando
reum coràm alio Iudice, in cuius Tribu-
nali ſe obligauerat, & de hoc habemus
caſum ſatis nominatum, & ità concluſum
per *Cepol. conſ. crim. 25. in Chriſti nomine, cum
5 per ſer Iacobum*, vbi concludit, quod ſi fide-
iuſſor promiſerit reum præſentare coràm
duobus Iudicibus, & vnus ipſorum Iudi-
cum poſuerit reum in fuga, non per hoc
erit excuſatus præſentare fideiuſſor reum
6 coràm alio Iudice, cum culpa vnius non
debet alteri nocere, ſed ei tantũ qui cau-
ſam fuit fugę, nec officit *deciſ. Vrſilli 130.
num. 3.* qui allegat *Par. de Puteo de ſynd. ver-
bo ſubijcio quæſtionem*, nàm ipſa procedit in
caſu ſuo, nempè quando Iudex minatus
eſſet velle mori facere reum, quod ceſſat
in caſu iſto, idcircò non ſuffragabatur
parti allegãti talem deciſionem.

Cumquè compertum fuiſſet, fuiſſe per
eandem Regiam Audientiam aliã infor-
mationem captam contra eundem reum
de homicidio cuiuſdam; eius timore
ipſe reus aufugerat, contra quem nõ fue-
rat proceſſum ad actum aliquem, ſcilicet
citationis ad informandum, per ipſam
Regiam Audientiam, quæ vt haberet ipsũ
inquiſitum citare fecerat fideiuſſorem ad
præſentandum principalem ratione pri-
ſtinæ informationis, pro qua fuerat habi-
litatus toties quoties, &c. nullis tamen
pro ea exiſtentibus inditijs alijs, ſed ſub
hoc colore intendebat ipſa Regia Audiẽ-
tia habere reum in manibus, ſed fideiuſ-
ſor indè meliùs recordatus oppoſuit ad-
uerſus prædicta non teneri illum præſen-
tare, quia timore illius informationis no-
uæ reus aufugerat, nec pro ſua vetera in-
formatione extabant inditia, propter quę
7 erat obnoxius præſentare, quinimò inſta-
bat pro abſolutione, iuxtà auream doctri-
nam punctualem *Farin. de carcer. & carce-
rat. quæſt. 34. num. 63. & ſeq.* vbi ampliſſimè
proſequitur quæſtionem allegatam, con-
cludentis pro fideiuſſore, vt ibi per eum,
poſt

Digitized by Google

poſt hæc inſurrexerunt *deciſiones Dom. Regent. Sanfelic. qui in deciſ.* 159. *tom.* 2. eundem articulum exarãs, ſi fideiuſſor cogi poſſit ad reum præſentandum, qui nouitèr delictum poſt cautionem præſtitam ſuper prima inquiſitione, & cõcludit affirmatiuè, & ità deciſum per M.C.V. & confirmatũ per S.C. refert per *tex in l. ſed & ſi quis, §. illud ſciendum, ff. ſi quis caut.* proùt quoq; idẽ *Dom. Reg. in præcedenti deciſ.* 158. *nu.* 2. *&* 3. corroborat. *ſubdens num.* 5. quod fideiuſſor tenetur reum præſentare, etiam ſi pro noua cauſa eſſet carceratus ordine alterius Iudicis, & ſic fuit tùnc obſeruatum.

8 Et quid autem in principali dicendũ erat, inſtante Fiſco pro incuſatione pœnę dubitari contingit, vt comparere deberet, *Farinac. in tit. de carcerat. in quæſt.* 34. *nu.* 63. *&* 64. & melius *in tit. de inquiſit. quæſt.* 4. *num.* 25. concludit non teneri comparere reum, ſi non extent noua inditia grauiora, etiam ſi fuerit habilitatus cum clauſula, *toties quoties, vt ipſe d. quæſt.* 34. *num* 66. firmat, & nouiſſimè *Petr. Caball. reſolut. crimin. centur.* 2. *caſu* 190.

*SVMMARIVM.*

1 *Curatoris autboritas in criminalibus erit neceſſaria.*
2 *Confeſſio minoris abſq; curatore in criminalibus an valida ſit.*
3 Conſtit. Minorum iũra *in criminalibus an procedat.*
4 *Confeſſio minorum in criminalibus in tantum valet, quantum fuerit continuata.*
5 *Confeſſio facta in tormentis debet perſeuerari per ratificationem, aliàs non valeret.*
6 *Confeſſio per torturam validior eſt ſpontanea.*
7 *Confeſſio ſpontanea debet ratificari per torturam.*
8 *Confeſſio minoris facta in tormentis non exigit curatoris auctoritatem.*
9 *Curatoris auctoritas in confeſſione minoris quando erit neceſſaria.*
10 *Confeſſio facta in tormentis per minorem abſq; interuentu curatoris quando ſit valida.*
11 *Confeſſioni ſpontaneæ minoris non erit credendum.*
12 *Confeſſio minoris de ſtupro non exiſtentibus inditus, an valida.*
13 *Minor pro quibus criminibus poſſit, vel non poſſit puniri pœna ordinaria.*
14 *Curatoris datio non erit neceſſaria in atrocioribus delictis.*
15 *Confeſſio pueri per ſe non probat, nec inditium facit contra imputatum de crimine, ſecus tamen iunctis cum alijs adminiculis.*

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta per minorem ſtupratum ſponte, non alitèr ratificata abſquè curatore, an noceat, vel proſit reis.

CASVS XXX.

Contingit hæſitari in Regia Audiẽ-
tia Calabrię Citra dùm certi latro-
nes per Campaneam diſrobantes
cępiſſent quendã minorem, ipſumq; car-
nalitèr per vim cognouerunt, qui cum
ſponte cõfeſſus fuiſſet delictum, inſurre-
rat altercatio, an talis confeſſio ſit valida
contra inculpatos, non exiſtente Curato-
re per Curiam in litem dando, nequè per
torturam ratificata, poſtquam de iure
1 cautum eſt eſſe neceſſariam auctoritatem
Curatoris potiſſimùm in criminalibus,
ex *l. clarum, C. de auth. præſt.* vbi DD. aliàs
2 non valeret confeſſio, vt concludit *Ca-
uenſ. in ritu* 201. *num.* 4. cum alijs apud *Al-
mont. Ciaccium de confeſſ rei contra fiſcum cap.*
29. idemq; affirmat *Iul. Clar. in §. fin. q.* 55.
*nu.* 11. *& quæſt.* 50. concludens ei non obeſ-
ſe confeſſionẽ factam per minorem abſq;
auctoritate Curatoris, ergo nec alijs obeſ-
ſe debet, licet ipſe in fine concludat id
parum prodeſſe, cũ de conſuetudine non
requiratur auctoritas Curatoris, & hoc
potiſſimùm in Italia, nos autem habemus
3 particularem *Regni Conſtit. Minorum iura,*
per quam ſtatuitur, vt in cauſis non tan-
tum ciuilibus, ſed etiam criminalibus, &
publicis tutorum, & curatorum, ſeù ba-
liorum auctoritas ipſa aſſiſtat, vbi *Gloſ. in
princ. Andr. & Afflict.* & ſic concordare vi-
detur cum diſpoſitione iuris communis.
4 Sed dubium reſultanerat ex eo, cum
ſpontanea confeſſio in tantùm valida re-
putabatur, in quantum ſit per reum con-
tinuata, aliàs ſecus eſſet, vt latiùs *Gram.
deciſ.* 34. *num.* 58. & latè *Clarus vbi ſup. q.* 65.
*Ciacc. de confeſſ. rei contra fiſc not.* 12.
5 Sicuti confeſſio facta in tormentis, quę
debet perſeuerari, hoc eſt per ratificatio-
nem, aliàs nõ valeret, *Iul. Clar. d. §. fin. q.* 64.
*Ciaccius de confeſſ. rei contra fiſcum, cap.* 45.
6 Verùm, quia confeſſio per torturam
eſt validior ſpontanea, *Folier in praxi crim.
rubr. & ſi confitebuntur, num* 90. conſueuerũt
7 practici ipſam ratificari facere in tortura
*Danza in tract. de pugna Doctor. tom.* 3. *tit. de*



Digitized by Google

*delictis carnis,num.*27.*& ſeq.* ex *Piguer. deciſ. 76. Plot. conſ.*172.

Et ob id reſultauerat dubium, ſi fuerit
Curator adhibitus in confeſſione ſpon-
tanea, nunquid in ratificatione eius, ſimi-
litèr Curator intereſſe deberet, & in hoc
cenſeo, quod dixerunt DD. quod confeſ-
8 ſioni minoris in tormẽtis non erit neceſ-
ſaria auctoritas Curatoris, vt dixit *Angel.
de malefic. verbo comparuerunt dicti inquiſiti,
num* 8. vbi annuit ità ſeruari in practica,
& ità concludo aſſerit *Paris de ſynd. in ver-
9 bo Officialis, num.*8. quod auctoritas Cura-
toris benè interuenire debet in cõfeſſio-
ne ſpontanea, non autem in ea, quæ fuit
facta in tormẽtis, & ob id concludit *Fol-
ler vbi ſupra num.*93. quod licet confeſſio
facta in tormentis etiam abſq; interuen-
10 tu Curatoris ſit valida, dummodò in
principio cauſæ datus fuerit Curator, &
adhibita fuerit cauſæ cognitio per ratio-
nem allegatam à *Parid. vbi ſupra*.

11 Quamquàm cõfeſſioni ſpontaneæ mi-
noris non erit credendum, vt ex *Anchar.
conſ.*24.*nu.*4. firmat *Ciazius d. cap.*29.*nu.*9.
vbi rationem aſſignat, quia natura ab-
horret, quod quis confiteatur, quod vi-
tam adimit, proùt quoq; ex *Grammat. de-
ciſ.*40.*num.*14.*& deciſ.*28.*nu.*5. probat *Ba-
iard. ad Clar. in §. ſodomia, num* 3. cum alijs
apud *Danzam de pugna Doctor. tom.*2.*tit. de
delictis carnis, num.*23. & non mirùm ſi con-
feſſio ſubagitati non valebit, eo quod nõ
poteſt interrogari an fuerit ſubagitatus
ab aliquo, quando non extent inditia, ex
*Claro d. quæſt.*64.*verſ. ſucceſſiuè quæro*, probat
*Ciazius in d. tract. cap.*33. & quatenùs adeſ-
ſent inditia reſpectu minoris, etiam in
12 delictis atrocibus, non debet puniri pœ-
na ordinaria, ſcilicet ſodomiæ, homici-
dij appenſati, furtorum, reiteratorum de
nocte, falſæ monetæ, & in omni delicto,
13 præterquã in crimine hæreſis, & læſæ Ma-
ieſtatis, ac parricidij, ſicuti teſtatur idem
*Ciazius diſcept. forenſ. tom.*2.*diſcept.*26.*num.*
261. & propterea Curatoris datio non eſt
neceſſaria minori in atrocioribus, in qui-
14 bus nec aduerſus confeſſionẽ reſtituitur
minor, proùt ex *Foller. Vrſill. & Farinac.*
oſtendit *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ.*57.*num.*8.
*tom.*1. vbi deciſionẽ minoris ſtuprati po-
ſuit, qualitèr contra eum fuerit proceſſũ
per M.C.V.

15 Reſpectu verò agentium tale delictum,
licet confeſſio pueri per ſe nõ probet, nec
inditium facit ad torturam contra impu-
tatum de crimine, ex *Marſil. conſ.*28.*nu.*16.
*& ſeq. & Boſſ. in tit. de inditijs, &c. num.*160.
probat *Farinac. conſ. crim.*35. *num.*1. *tom.*1.
vbi ſubdit tamen iunctum cum alijs ad-
miniculis, ſecus erit, & in *tit. de indit. & tor-
tur. quæſt.*43.*nu.*8.*cum ſeq.* de quibus latiùs
per *Danzam vbi ſupra*, ſic contingit mihi
obſeruari in Ciuitate Theani contra ſo-
domitam, exiſtente confeſſione pueri, &
clamore illius peruento ad aures cuiuſ-
dam mulieris id deponentis, dũm vellem
vlteriùs proſequi impeditus fui à Iudice
ſecundarum cauſarum, qui illum habili-
tauit in forma.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum conſtare debet quando delictum allegatur factum de mandato alicuius.*
2 *Mandatum ſpeciale debet eſſe ad delinquendũ.*
3 *Iudex debet expreſsè pronuntiare contra mandantem, ità mandaſſe.*
4 *Mandatum nunquã præſumitur datum ad delinquendum, niſi concludentèr probetur.*
5 *Inimicitia debet eſſe capitalis, quæ correſpondeat offenſæ factæ.*
6 *Fugam capiens, præſumitur delinquiſſe.*
7 *Homines delinquunt, aut propoſito, aut caſu, aut impetu.*
8 *Delinquere velle nemo præſumitur, limitatùr aliquando.*
9 *Cauſa eſt regina delictorum.*
10 *Nemo præſumitur delinquere ſine cauſa.*
11 *Cauſa homicidij ceſſante, ceſſant omnia inditia contra delinquentem.*
12 *Mandatarius ſuo non alieno nomine delinquere præſumitur.*
13 *Famulus præſumitur delinquere de mandato domini, & quando.*
14 *Fama publica vt probetur, multa exiguntur.*
15 *Fama publica eſt maximum inditium.*
16 *Fama publica regularitèr facit inditium ad inquirendum.*
17 *Mandatum ad occidendum, an per adminicula probetur.*
18 *Mandatum ad occidendũ ex quibus cauſis percipitur.*
19 *Mandati qualitas erit verificanda.*
20 *Verba mandantis homicidium fieri debent conſiderari.*

ARGVMENTVM.

Citari an poſſint mandantes fieri homicidium, ſi delictum mandati non conſtabat, niſi per argumenta, & ſuſpitiones indubitatas.

CASVS

## CASVS XXXI.

CApta informatione de homicidio
commiſſo per quendam ruſticum
in perſonam cuiuſdã Doctoris de
Montealto per Regiã Audientiã Calabriȩ
Citra,& non fuit dubitatum,poſſe contra
ipſum procedi ad citationem,cum ex di-
cto plurimorum teſtium de viſu deponẽ-
tium plenè conſtabat; ſed diſſicultatum
fuit ſi contra mandatores poterat pro-
cedi ad citationem,dùm de mandato nõ
-onſtabat in ſpecie, ſed per argumenta,
ſpictiones indubitatas tantùm aliqua
ſtare videbantur, poſtquàm mandatũ
tare debet quando delictum allega-
ictũ de mandato alicuius, *Bertazzol.*
*rim.29.num.12.vol.*1. & mandatum
iale requiritur ad delinquendum,
*zziz.in tract.ad defenſam reorum,defenſ.*
*p.40.nu.*5.ad quod adducebatur do-
a *Grammat.conſ.1.de foriud.num.60.*vbi
eſſè fatetur per Iudicem eſſe neceſ-
im pronuntiare contra mandatorem
nandaſſe, & illud eſſe probatum, &
.66. ſubdit, nàm talis dici non poteſt
fuerit pro tali declaratus, verũ tamen
s de quo loquitur *ibi Grammat.*in ma-
a aſſaſſinij, ad hoc vt militet diſpoſi-
*ap.1.de homicid.in 6.* oportet, vt ipſa
alitas verificetur, tamen,etſi nõ fuerint
nȩ probationes verificatæ, poſſunt ad
onueniendum de delicto per argumen-
a indubitata procedi, ſicq; mandatum
nunquàm præſumitur datum ad delin-
quendum, niſi concludẽtèr probetur *Fa-*
*rinac.conſ.crim.80.num.65.tom.*1.

In caſu autem præmiſſo concurrebant
plura argumẽta: Primò,concurrebat ini-
micitia capitalis inter mandatores,& oc-
ciſum, & mandatũ vt præſumatur ex ini-
5 micitia, requiritur non ſolùm quod ini-
micitia ſit capitalis, ſed etiam quod cor-
reſpondeat offenſæ factæ, *Farinac conſ.cri-*
*min.147.num.33 tom.*2.

Secundò, concurrebat fuga,& latita-
6 tio poſt delictum commiſſum, fugam ca-
piens, præſumitur delinquiſſe, *Bertazzol.*
*conſ crim.135.num.6.tom.*1.

Tertiò, ceſſabat cauſa delinquendi in-
ter homicidam, & occiſum, nàm delin-
7 quunt homines,aut propoſito, aut impe-
tu,aut caſu, *Bertazzol.conſ.crim.85 num.3.*
*tom.*1.& ſi benè deliquere velle,nemo prȩ-
ſumatur, *idem conſ.32.num.18.conſ.74.nu.3.*
*conſ.115.n.23.conſ.6 conſ.188.n.*1. ꝙ proce-
8 dit etiã ſi aliquæ prȩſũptiones concurrãt
cõtra imputatũ, *idem conſ.115.n.24.tom.*1.

9 Adhùc tamen exigitur cauſa delinquẽ-
di,quæ eſt regina delictorum, *Reg de Ponte*
*in conſ.9. num.24. tom* 2. hinc eſt, quod ne-
10 mo prȩſumitur delinquere ſine cauſa, *Fa-*
*rinac.conſ.170. num.15.tom.*2.

11 Quapropter ceſſante cauſa homicidij,
ceſſant omnia inditia contra occiſorem
ex proceſſu reſultante. *Farin.conſ.147 nu.4.*
*tom.2.conſ.151 nu.10.& ſeq.conſ.127 n.1.7.*
*& 13. conſ.130.num.28.& conſ.19.num.19.*
*tom.* 1.

Quadere ex hoc ceſſante cauſa, præſu-
mitur ob alterius cauſam fuiſſe inductum
ad delinquendum.

12 Licet mandatarius ſuo,nõ alterius no-
mine delinquiſſe præſumatur, vt *Anton. de*
*Ballis in tract.crimin lib.1. de indit. quæſt.20.*
*num.* 7.

Quartò,ex amicitia,quȩ inter mandan-
tem,& mandatariũ aderat,ex eo ꝙ in ſer-
uitijs mandantis, mandatarius ſteterat,ea
13 propter famulus præſumitur delinquiſſe
de mandato domini quando delictum
eſt magnum,& præparatum, *Farinac.conſ.*
*crim.26.num.16.tom.1.& num 9.& 10.*

Quintò,receptatio mãdatarij per man-
dantem, eique victum ſubminiſtrando,
& ex hoc mandatum arguitur contra re-
cipientem in domo homicidam poſt ho-
micidium præſumitur,probat *Ant.de Bal-*
*lis vbi ſupra num.*14.

14 Sextò, extabat de hoc ſama publica,
nàm etſi ſama publica vt probetur,multa
exigantur, *Bertazzol.conſ.crim.548.num.3.*
*tom.* 2.

15 Adhùc tamen fama publica eſt maxi-
mum inditium, *idem Bertazzol.conſ.320.*
*num.1.eodem volum.*& regularitèr facit in-
16 ditium ad inquirendum, *Farinac deciſ.cri-*
*min.15.num.3.tom.*1. de qua ſatis per *Ant.*
*de Ball.in tract crim lib.1.quæſt.*13.

Et propterea *Campagna in cap.frequens,*
*ſub num.*64.oſtendit ad probandum man-
17 datum, ſufficere aliqua adminicula, ma-
ximè ſi concurrerent aliquæ veriſimilitu-
dines,vt quia mandans,erat inimicus ca-
18 pitalis illius quem occidi mandauit, vel
ſubeſſet aliqua iuſta cauſa odij,ex quo ve-
riſimilitèr fuerat motus ad mandandum
ipſum occidi,vel ſi cõmiſſo delicto, man-
datarium receptauerit,vel ſi mandatarius
erat eius familiaris, vel ſi ſtatim poſt mã-
datum ſequutum eſt homicidiũ,quæ om-
nia cumulantur, ex doctrina *Parid. de Pu-*
*teo de ſyndic.verbo tortura,§.dicitur communi-*
*tèr, col* 2. ſed meliùs hæc requiſita ponde-
rauit *Grammat in deciſ.34.nu.38.in verſ.quo*
*verò,* vbi notabilitèr hæc inditia enucleã-
tur,

9 *Piratæ omnes ter in anno ab ore S.P. excommunicantur.*

10 *Pœna impoſita percutientibus in domo, procedit etiam contra percutientes in confinibus domus.*

11 *Pœna impoſita facienti inſultum in domo, procedit etiam in facientibus inſultum in portico domus.*

12 *Latrones in publicis ſtratis, & locis graſſantur.*

13 *Mare eſt commune omnibus.*

14 *Pirata an poſſit ab Eccleſia extrahi.*

15 *Piratæ ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ.*

16 *Excommunicatus gaudet immunitate Eccleſiæ, à qua non poteſt extrahi.*

17 *Piratę an includãtur in Bulla Gregorij XIII.*

18 *Conſuetudo inducitur per binum actum.*

19 *Duo vices faciunt conſuetudinem.*

20 *Delictum commiſſum in mare, an puniri debeat per Baronem habentem feudum iuxtà mare.*

21 *Latrones quemadmodùm ſunt hoſtes publici, & ab omnibus poſſunt occidi ità piratæ.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio piratarum in mare furantiũ an concedi debeat Baroni habẽti iuriſdictionem propè mare.

## CASVS XXVI.

HÆſitatum fuit in ipſa Regia Audientia in quadã cauſa remiſſionis piratarum in lictore maris furantiũ, ſi locus erat remiſſioni ad Baronem habentem iuriſdictionem propè, mare, & talis altercationis deciſio dependere videbatur ab altera conſimili de latronibus, ac graſſatoribus viarũ, quibus aſſimilantur tales piratæ, qui graſſantur, vt pluri-
1 mum in mare, ad *tex. in l. in rebus, ff. cõmod.* ibi: *Latronum, hoſtiumuè incurſus piratarum inſidias,* & pauló poſt ibi, *Quod aut de latronibus, & piratis, &c.* & ibi, *Sine vlla dubitatione etiam piratarum, & latronum, & naufragij*
2 *caſum præſtari, &c.* & facit *text. in l. naufragia, C. de furt.* ibi, *Niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem.* & benè facit
3 *text. in Cap. Regni Prouiſa ſu is ſanctio*, ibi, *Latrones vulgaritèr, & publicè diffamatos, quæ in domibus, aut in itineribus, vel in mari violentias, aut aggreſſiones perpatrant, &c.* hoc idem aſſequitur *Peregrin. de immun. Eccleſ. cap. 6. ſub num. 5.* & meliùs hoc probat *Præſ. de*
4 *Franch. deciſ. 142. num. 2.* quod latrones publici dicuntur qui in mari furantur, & ſe-
5 quitur *num. 4.* quod latronum appellatione in ſtratis publicis, continentur etiam latrones in mari, & de hoc ſatis per *Duardum in Bulla Cœnæ lib. 2. canon. 3. quæſt. 2.*

Nec proindè dubitari poſſit, quod lictora maris in terra exiſtentia coherent territorio potiùs quã mari, etenim licto-
6 ra maris, comprehenduntur ſub nomine maris, vt colligitur ex §. *& quidèm, Inſtit. de rer. diuiſ.* ibi, *Et in mare, & pro hoc lictora maris,* vbi *Gloſ.* ideſt per conſequens eum ſit acceſſio maris, & meliùs in §. *lictorum, eod.*
7 *tit.* eſt ſicut & ipſius maris, &c.
8 Vt in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur omnes naufragium committentes non tantùm in mare, ſed paritèr in lictoribus, *vt ibidem legitur in 4. cap. in tantum*, credo antè promulgationem ip-
9 ſius Bullæ, inquit *Alber. in dictionar. verbo pirata*, quod omnes piratæ ter in anno ab ore Summi Pontificis excommunicatur, ſecundum *Hoſtienſ. in ſumma de ſent. excomm. verùm eſt licet ſuper hoc non ſit Conſtitutio, hæc ille*, quanquàm in anno 1618. ſub Pontificatu Pauli V. fuerit talis Bulla promulgata, vt ibi apparet, quæ ſiquidèm Bulla edita fuit per viam legis, & Conſtitutionis, vt ibi refert *Duard. lib. 1. cap. 1. quæſt. 1. num. 9.*
10 Et ex hoc infertur per DD. pœnam impoſitam contra percutientes in domo locum habere etiã in percutiente in confinibus domus, *Iul. Clar. in § fin. in quæſt. ſtatut. quæſt. 82. & idem in ſtatuto 9. num. 2. & in*
11 *ſtatuto 10. in princ.* concludit, pœnam impoſitam facienti inſultum ad domum, comprehendere etiam facientem inſultũ ad porticum, & ſic per viam comprehenſionis, vt optimis rationibus fundat etiã *Præſ. de Franch. ſupra relato loco*, & ità concludi videtur tale delictum commiſſum in lictore maris comprehendi ſub pirato-
12 rum delicto, quemadmodùm enim latrones in publicis ſtratis, & locis publicis graſſantur, *Paris de ſyndic. verbo latro*, ità
13 paritèr piratæ in mari, quod eſt commune omnibus, *d. §. & quidèm imò & lictora, d. § lictorum quidèm*, vſus publicus, & iuris gentium eſt ſicut & ipſius maris.
14 His præſuppoſitis inferebatur, ſi tales inquiſiti poterant ab Eccleſia extrahi, poſtquàm in *Bulla Gregorii XIII. de immunit.* nullatenùs piratæ comprehenduntur, ad hoc vt non poſſint gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & ab Eccleſia extrahi,
15 benè verũ eſt, quod inſpecta Bulla Cœnæ

Domini

Domini ſunt excommunicati, vt in ea enuntiatur, & meminit *Iul Clar. d. §. fin. quæſt.77.nu.24. Marius Italia de immunit. Eccleſ.cap.5.§.1.num.74.*

16 Nihilominus excommunicatus gaudet immunitate Eccleſiaſtica, & per conſequens confugiens ad Eccleſiam, non poteſt in ea capi, vt proſequitur *Farin.de carcer.& carcerat.quæſt.28 num.39.*

Sin autem per viam comprehenſionis loquamur, iuxtà deciſa per *Franch.vbi ſupra*, vt iſti piratæ comprehendantur ſub diſpoſitione *Regiæ Pragmaticæ*, & ſicuti ipſa locum habet in publicis latronibus, ità etiam in piratis concludi videtur ipſos
17 non debere gaudere immunitate Eccleſiaſtica, cum in *Bulla Gregorij* iſti tales connumerantur ſub illis verbis: *Quæ ſi fuerint publici latrones, viarumq; graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, tamen omnes Doctores relati à Farin. d.tit.de carcer.& carcerat.q.28. num. 50.* communitèr aſſerunt non comprehēdi latrones, qui ſemel tantùm graſſati ſunt, ſed qui ſæpiùs graſſati ſint, iſti enim non debent gaudere immunitate prædicta, vbi ſubdit *Farinac.num.51.* hodiè Bulla extendi videtur ad omnes fures,
18 quando plures commiſerint furta, nàm per binum actum inducitur Conſuetudo, inquit *Paris de ſyndic. verbo quia ſuper dictū eſt. num.2.* & per talem Conſuetudinem efficiuntur famoſi, ob quod tali immunitate priuantur, & ſucceſſiuè extrahi debent ab Eccleſia, in caſu de quo agebatur, non ſemel tale delictum fuiſſe commiſſum, ſed bis vndè ex allegatis rectè concludi poterat poſſe procedi ad extra-
19 ctionem de loco ſacro, quia duo vices faciunt Conſuetudinem, *Gloſ. in cap. per venerabilem, de elect. verſ.* . . . .

Quocirca reſpectu prætenſionis Baronis petētis remiſſionem ipſorum producebatur doctrina *Specul. Principum Bellut. in rubr.30.§.pari ratione*, vbi hanc quæſtio-
20 nem exatat, ſi crimen commiſſum in mari, debeat puniri per Baronem habentem feudum iuxtà mare, & concludit affirmatiuè, & ad hoc *Præſ.de Franch. d. deciſ.142. nu 6.* ex *Bart. Angel.& Cepoll.* concludit, quod delicta cōmiſſa in mari, cognoſcuntur ab eis, qui habent iuriſdictionem in territorio adiacenti, & propinquiori, eundem ſequitur alios citando *Gurba in conſ crim.79 num 30.* & ità fuit in præſenti caſu obſeruatum per ipſam Regiam Audientiam, ſimolizantur piratę cū latronibus, qui inter ſe differunt ratione ſitus, & in effectu ad idem tendunt, vndè
21 quemadmodùm latrones dicūtur hoſtes publici, & ab omnibus interficiūtur, *dixi ſupra caſu* . . ità etiam piratæ tanquàm hoſtes publici, impunè ab omnibus poſſunt occidi, *Caſtill. deciſ.157.num.5.* & paritèr ſpoliari, probat *Io. Boniſac. in tract. de furtis, §. animo lucrandi, num.63.*

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus ob offenſionē ſuæ perſonæ habet electionem fori.*
2 *Poſſeſſio ſola clericalis tonſuræ, & habitus, ſufficit quòad fori electionem.*
3 *Clericus amittit priuilegiū, ſi non incidit continuò in habitu, & tonſura.*
4 *Clericus vt amittat priuilegium, requiritur trina monitio, et quid ſi ſe immiſcuat enormitatibus.*
5 *Clericus comparendo in habitu cū Bullis, conſequitur remiſſionem ad ſuū Iudicem, ac ſi illum petuiſſet, & ſic deciſum.*
6 *Talis quis præſumitur in quali habitu reperitur.*
7 *Clericatus quomodò probetur per Bullas, & teſtes, iterum per literas Epiſcopi, vel eius Notarij, num.8.*
9 *Clericatus probatur per inceſſum in habitu, & tonſura copulatiuè, ſine tonſura non ſuffici, & è contra, num.10.*
11 *Clericatus probatio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, maximè quando de illius proprietate ageretur.*
12 *Clericatus probatio coràm Iudice laico fit ad inſtructionem etiā quod ad veſtimenta, n.13.*
14 *Inceſſus in habitu neceſſarius in clericis primę tonſuræ.*
15 *Clericus debet frequentèr ſeruire, & continuò portare habitum.*
16 *Vbi maius eſt periculum, ibi cautiùs agendum.*
17 *Mulieres honeſtæ potiuntur priuilegio electionis fori, ſicuti etiam inhoneſtę.*
18 *Clericatus quando ſufficit præsūptiuè probari.*
19 *Cognitio clericatus ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſi clericus ex præterito non inceſſerit in habitu.*
20 *Clericus captus ſine habitu, & tonſura per Iudicem ſecularē carceratur vſquequo non fuerit probatum de clericatu, & indè remitti.*
21 *Clericus dimittendo habitum, non præſumitur dimittere animo deſerendi, ſed vt meliùs delinquat.*
22 *Clericus ſi habitum dimiſerit, non per hoc perdit priuilegium.*
23 *Clericus reaſſumens habitum, recuperat omnia priuilegia.*

24 Cle-

24 *Clericus non admiſtitur ad fori declinationem niſi eo comparente perſonalitèr, & qualitèr aliàs non concederetur, remiſſio.*

25 *Quaſi poſſeſſio ex habitu clericali ſufficit ad priuilegium fori pro remiſſione facienda in modicis negotijs.*

26 *Clericus incedens in habitu, & tonſura, præſumitur clericus.*

27 *Clericus admiſſitur ad electionem fori pro offenſione facta in ſui perſonam, & ſic deciſũ.*

### ARGVMENTVM:

## Clericus pro offenſione ſuæ perſonæ habet electionem fori ſecularis, & quid ſi de clericatu dubitaretur.

### CASVS XXVII.

QVidam clericus dùm fuiſſet in capite vulneratus à laico, elexit in
forum Regiam Audientiam Cala-
1 briæ Citra, eo quia pro offenſa
facta in eius perſonam clericus habet fori electionem, *Carau in ritu 67. num. 1.* latè *Nouar in ſua praxi elect fori, quæſt. 52. per totam, Præſ. de Franch deciſ. 597. num. 2.*

Attamen replicabatur pro parte aduerſa, non ipſum eſſe clericum, & ſucceſſiuè carere debere tali priuilegio, nàm etſi haberet Bullas clericatus, non tamen inceſſerat continuò in habitu, & tonſura, nec etiam aliquam immunitatem vti clericus habuerat, aut ſeruiuit in diuinis, proùt
2 ex informatione deſuper capta apparebat, nàm clericalis tonſuræ poſſeſſio ſola, & habitus ſufficiunt quoad fori electionem, & paritèr ſi poſſidet beneficium, *Grammat. deciſ. 81. num. 16.* imò per Clemen-
3 tinam, & Paulinam clericus amittit priuilegium, niſi continuò incedat in habitu, & tonſura, *Vrſill. deciſ. 24 num. 9.* latiſſimè *Campag ſuper extrauag. de vita, & honeſt. cler. in princ. verſ. canonicas ſanctiones, num. 1.* & ità non gaudebit, non incedens in habitu, & tonſura, *Cauenſ. ritu 66.* & ità in caſu premiſſo dicebatur ex hoc gaudere minimè potuiſſe tali priuilegio, dùm ità non inceſſiſſet.

Ad quod replicabatur per clericum, quod ad hoc vt amitteret priuilegium,
4 neceſſè erat trina monitio præcedens, & quod ſe immiſcuerit enormitatibus, *cap. in audientia, de ſentent. excommun. Capy. deciſ. 161. in princ. Vrſill. vbi ſupra num. 5. Præſ. de Franch. deciſ. 463. num. 6.* licet hoc procedat in omnibus clericis exceptis illis primæ tonſuræ, *Iul. Clar. in §. fin quæſt. 26. num. 19.*

Et ampliùs replicabatur, quod dùm ipſe in clericali habitu comparuerat in
5 Regia Audiẽtia cum Bullis debebat gaudere, quemadmodùm ſi petijſſet remiſſionem ad ſuum Iudicem, & ità pluries deciſum fuiſſe in fauorem clericorũ, refert *Gram voto 33 & vt retuli in meo comp. par. 1. ver. clericus inquiſitus;* vbi alios citaui, & ta-
6 lis præſumitur eſſe quis in quali habitu reperitur, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 76. num. 10. & lib. 1. quæſt. 14. num. 79.*

7 Circa hoc inſurrexerunt tria dubia enucleanda, quorùm primum erat, quomodò clericatus probetur .ſ. per Bullas, aut teſtes, id firmãt *Carau. in ritu 235. nu. 21. & ritu 274. num. 18. Scaglion. ritu 65. num. 1. & ritu 195.* latè *Farinac. in tit. de inquiſit. q. 8. num 41. & ſeq. Sperell. deciſ. Eccl. 17. per tot. tom. 1.* latiſſimè *Nouar. eodem tract. ſeù praxi elect fori quæſt. 52.* poſt *Muſcard. de probat. concluſ. 302.*

8 Secundò, probari debet clericatus ex literis Epiſcopi, vel eius Notarij, *Ciarlin. controu forenſ. tom. 1. cap. 20. num. 47. Sperell. deciſ. 132. num. 51. & deciſ. 133. nu. 54. tom. 2. Dom. Epiſc. Maranta reſp. 76. num. 1. tom. 4. & reſponſ. 6. num 4. & ſeq. tom. 3.*

9 Tertiò probatur ex inceſſu in habitu, & tonſura, & hoc potiſſimùm ex diſpoſitione *Concil. Trident.* in clericis primę tonſuræ, *Carau. in ritu 235. num. 21. Ciarlin. vbi ſupra num. 46.* nàm clericus debet geſtare habitum, & tonſuram copulatiuè ad fori priuilegium, *Ciarlin. cap. 20. num. 9. & 57.*
10 nàm ſine tonſura non ſufficit, & è contra pro fori priuilegio, *Sperell. deciſ. 16. num. 5. tom. 2.*

In caſu autem præmiſſo de clerico primæ tonſuræ, licet apparebat eſſe clericum ob bullam præſentatam; non tamen probatum de inceſſu prædicto, ſed totum oppoſitum quamquàm cum veſtibus clericalibus comparuiſſet.

Hinc aliud ſecundum dubium ex hoc reſultauerat, ad quem Iudicem ſpectabat
11 talis clericatus probatio; & certum eſt ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum; *Iul. Clar. vbi ſupra num. 11. in fine, & num. 18. Carau. in ritu 235. num. 4.* comprobat *Præſ. de Franch. deciſ. 189.* potiſſimùm quando de proprietate clericatus tractaretur, & ita ſeruari aſſerit *Afflict. in Conſt. Apoſtatantes, Camp. vbi ſup. nu. 36. in fin.* latè *Farinac. de inquiſ. q. 8. nu. 33. & ſeq. Sperell d. deciſ. 133. n. 3.*

12 Ia-

12 Tamen incidentèr ad inſtructionem
Iudicis poteſt cognoſci per Iudicem ſe-
cularé in materia remiſſionis, vt per *Ca-*
*rau vbi ſup. Præſ. de Franch deciſ.* 329 *nu.* 9.
13 Imò etiam quòad veſtiméta quidquid
dixerit *Clar. vbi ſupra,* tenet *Farinac. lac. cit.*
*nu.* 34. at in pręſẽti caſu, licet incidẽtèr de
hoc fuerit tractatũ, dùm de meritis cle-
ricatus tractaretur; omiſſa tali diſcuſſio-
ne fuit ad vltimum dubium deuentum,
in quo tota vis cauſæ conſiſtebat, ſtante
tali ambiguitate, an pro clerico, vel con-
tra clericum erat iudicandum, poſtquàm
14 licet comparuiſſet cum Bulla, & in habi-
tu, non tamen conſtabat de incidentia
continuò in habitu, ſicut erat neceſsè in
clericis maximè primæ tonſuræ, iuxtà
15 *d. Concil. Trident.* nàm clericus debet fre-
quentèr ſeruire, & continuò portare ha-
bitum, *Ciarlin. d. cap.* 20. *num.* 57. aliàs non
gaudet priuilegio fori, *vt ibi num.* 2. tradit.

Huic obiectioni replicabatur per cle-
ricum aſſerentẽ prædicta procedere, quo-
tieſcunq; tractaretur de remictendo cle-
ricum ad Iudicem Eccleſiaſticum vti ca-
ptum, vel citatum per Iudicem laicum,
quo caſu agitur de turbatione iuriſdi-
ctionum, & cum ſit periculoſa, ibi magis
16 præcauendum vbi maius periculum, *cap.*
*vbi periculum, de elect. in* 6. in caſu autem
noſtro agebatur de materia fauorabili,
hoc eſt de priuilegio clericis cõceſſo per
electionem fori ob iniurias eis illatas, &
hoc ratione miſerabilitatis perſonæ, qui-
17 bus conceſſum eſt tale priuilegiũ, & pro-
ptereà quemadmodùm mulieres honeſtè
etiam potiũtur tali priuilegio, quod etiã
ad inhoneſtas porrigitur, iuxtà *deciſ. de*
*Franch* 233.

Ità paritèr ipſis clericis porrigi debe-
ret, non obſtantibus tot, tantiſq; requiſi-
tis, quibus accedebant relata per *Farinac.*
18 *nu.* 43. *&* 44. quod quando non agitur de
alicuius præiudicio iuriſdictionis, nem-
pè ſecularis, tùnc non ſufficit vnus teſtis,
ſed benè ſufficiat probatio præſumptiua
ex quaſi poſſeſſione clericatus, & ijs con-
19 uenit altera conſimilis reſolutio, hoc eſt
de clerico, cui fuerat oppoſita exceptio
habitus, & tonſura, vndè per *Camp. in d. ex-*
*trauag. num.* 36. concluditur, quod ſi cleri-
cus de pręterito non inceſſerit in habitu,
& tonſura, & iſto caſu debet talis cogni-
tio ad Iudicem Eccleſiaſticum remicti,
quia eſt non in quaſi poſſeſſione cleri-
catus, à cuius quaſi poſſeſſionis commo-
do, vel priuilegio non poteſt excludi per
Iudicem ſecularem, per *text. in cap. ſi Iudex*
*laicus, de ſent. excommun. in* 6. proptereà ad
Iudicem Eccleſiaſticum remictenda erit
cauſa, *Præſ. de Franch. per illum text. deciſ.*
329. *num* 5. & proptereà circa hoc erit ad-
uertendum, quod aut clericus dimiſſo ha-
bitu, & tonſura, fuerit captus ſine illis à
20 Iudice ſeculari, & tùnc manebit in eius
carcere, donec probetur clericatus, *Ciar-*
*lin cap.* 28. *num.* 8. *tom.* 1. *& cap.* 20. *num.* 70.
ſubdens, Verùm ſi fama eſſet eum eſſe
Clericum, vel ſi pro Clerico reputaretur,
vel alio modo haberetur fumus de cleri-
catu, perindè eſt, ac ſi in habitu clericali
eſſet captus, & ideò ſtatim debet ad Ec-
cleſiaſticum remicti, ex *Farin. Guazzin. &*
*Bellett. ibi relati.*

Sin autem non fuerit captus, neq; car-
ceratus à Iudice laico. & clericus dimiſſo
habitu, & tonſura inceſſerit, & tùnc cum
probatum ſit priùs fuiſſe ſolitum in ha-
21 bitu incedere, debet remicti ad Eccleſia-
ſticum, quia non præſumitur illum dimi-
ſiſſe animo deſerendi, ſed vt fortè meliùs
delinqueret ex *Farinac. Bellett. Ricc. Gra-*
*tian. Bonac. & Alder. Maſcard. ibidem cap.* 20.
22 *num.* 56. citatis, vndè ſi clericus habitum
dimiſerit, non per hoc perderet priuile-
gium fori ſine monitione, *Ciarlin. cap.* 36.
*num.* 48.
23 Et indè clericus reaſſumens habitum
quem dimiſerat, recuperat omnia priuile-
gia, vt idem *Ciarlin. cap.* 53. *num.* 20. probat
*Sperell. d. deciſ.* 26. *nu.* 19. *Iul. Cartar. deciſ.* 17.
*num.* 16.

Quoties autem fuerit citatus à Iudice
24 ſeculari, non alitèr admicteretur ad de-
clinationem fori, niſi eo comparente, ſe-
cundum formam Ritum M.C.V. qui eſt
in viridi obſeruantia, vt aſſerit *Præſ. de*
*Franch. d. deciſ.* 329. *nu.* 4. hoc eſt cum Bul-
lis, vt in dicto Ritu aſſeritur, & in termi-
no probare, quod inceſſit in habitu, &
tõſura, & quod ſeruiuit in diuinis, vt pro-
ſequitur *Carau. in ritu* 235. *num.* 21. eundẽ
ſequitur *Marcell. Fortun. in tract. de verit. &*
*errore, par.* 2. *memb.* 2. *num.* 16. aliàs ijs non
probatis, non fit remiſſio, & proceditur
ad vlteriora, vt ibi *Carau.* ait, licet hæc
praxis, vt inquit *Ritus prædictus,* & idem
*Carau. loco citato* ſit contrarię diſpoſitioni
Iuris Canonici.

Sed ſi ſpontè comparuerit clericus co-
ràm Iudice ſeculari petendo eius priui-
legio gaudere, non alitèr reſpectu remiſ-
ſionis fori, ſed in caſu præmiſſo electio-
nis fori, ſeù variationis ob offenſam illatã
in eius perſonam, tùnc enim ipſo compa-
rente in habitu, & tonſura, nil vltra erit

inueſti-

inueſtigandum, cum talis eſſe præſuma-
matur, vt dictum eſt ſupra, in quali habi-
tu reperitur, & clericus quis præſumitur
ex habitu clericali tantùm quãdo agitur
de modico præiudicio, & quaſi poſſeſſio
25 ex habitu clericali ſufficit ad priuilegiũ
fori, vt ille remictatur Epiſcopo, *Menoch. de
præſumpt. lib. 6 præſumpt 66. nu. 7 & 8.* quan-
to magis in priuilegiorum ſuorum con-
ceſſione, vt in caſu precnarrato, quo nam
26 caſu Iudex cernens clericum in habitu.
& tonſura incedere pro clerico haberi
decernit, ad quod facit *text. in cap. nunquid
de pæn. d. 1. in fine,* ibi, *Qualem te inuenit do-
minus cum vocat talem pariter, & indicat, &c.*
27 & ſic fuit proceſſum in cauſa iuxtà eius
petitionem, proùt quoq; in conſimili ca-
ſu obtinuiſſe fatetur *Nouar. loc. cit. num. 6.*
quod abſq; requiſitis à *Concil. Trident.* ad-
micti debet clericus ad electionem, & va-
riationem fori pro vulnere illato in eius
perſonam.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio non admictitur in cauſis, in quibus
proceditur ad modum belli.*
2 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principali.*
3 *Cauſa principalis ſummaria omnes articuli
ſint ſummarij.*
4 *Incidentia, & emergentia in cauſa principali
eiuſdẽ ſunt natura, cuius eſt cauſa principalis.*
5 *Clericus in minoribus ob crimina enormia ci-
tra degradationem tradi debet puniendus.*
6 *Iudex non debet ad vlteriora procedere ſtante
appellatione interpoſita.*
7 *Regula acceſſorij non procedit quando diuerſa
eſſet ratio.*
8 *Iudex ſecularis in incidentibus ſpiritualibus
non procedit, ſed remictit illa decidenda per
Iudicem Eccleſiaſticum.*
9 *Iudex ſecularis cognoſcit incidentèr de cleri-
catu.*
10 *Iudex ſecularis debet ſuperſedere in cauſa, do-
nec fuerit per Iudicem Eccleſiaſticum deter-
minatum incidens ſpirituale.*
11 *Doctrina* Carau. *impugnatur à* Muſcatello.
12 *Vaſſalli Baronum, ſunt etiam Regis vaſſalli.
& in eis habet dominium.*
13 *Clerici nec à Rege, nec ab alijs ſecularibus co-
gnoſci poſſunt.*
14 *Clericus penitùs eſt exemptus à poteſtate Im-
peratoris.*
15 *Appellatio, et reclamatio datur in cauſa ſtatus.*
16 *Cauſa ſtatus dicitur magna, & grauis.*
17 *Tertius quilibet poteſt appellare pro ſuo inte-
reſſe etiam pro quali quali præiudicio.*
18 *Prohibitio appellationis non ſe extendit ad
tertium.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an admictatur ad inſtantiam Epiſcopi pro clerico, contra quem procedebatur per modum belli, vbi appellatio nõ conceditur.

CASVS XXVIII.

NON modica fuit diſceptatio exor-
ta in Regia Audientia Calabriæ
Citra circa remiſſionem petitam
ab Epiſcopo de clerico primæ tonſuræ
inquiſito de diuerſis delictis capitalibus,
in quibus procedebatur ad modum belli
1 militari modo, quo nàm caſu appellatiõ
nõ admictitur, per ea, quę tradit *Io. Grand.
de bello exulũ, in ſpeciali* 48. ſuppoſito quod
cum fuiſſet pronuntiatum cauſam eſſe re-
manendam in eadem Regia Audientia,
& à tali decreto appellatum fuiſſet per
Epiſcopum dubitari contingit, ſi tali ap-
pellationi erat deferendum, vndè videba-
tur dicendum non eſſe deferendum, cum
cauſa eſſet grauis, & procedebatur ad
modum belli, in qua ceſſabat appellatio,
vt dictum eſt, ex quo reſultauerat vulgata
2 illa regula, quod acceſſoriũ ſequitur na-
turam ſui principalis, *l. cum principalis, ff.
de regul. iur. cap acceſſorium, eod. tit. in 6. Bar-
boſa principia iuris lit A. num. 7.* hinc eſt,
3 quod quando cauſa principalis eſt ſum-
maria, indè omnes articuli ſunt ſummarij
*Maranta in ſpec. par. 4. diſt. 9. num. 40.* & inci-
4 dentia, atq; emergentia in cauſa princi-
palis, quia naturam eiuſdem cauſæ prin-
cipalis aſſumit, *Præſ. de Franch. deciſ. 513.
num. 1. & deciſ. 637.*
5 Accidit in facto, quod cũ iſte clericus
inquirebatur de furto cũ comitiua alio-
rum, & adulterio violentèr commiſſo, &
& ob talia delicta citra incorrigibilitatẽ,
degradationem, ſeù depoſitionem mere-
batur dari Curię ſeculari puniendus, pro-
ut in facti contingentia fuiſſe ſeruatum,
tradit *Angel. de malefic. rubr. & ibi capud à
ſpatulis, num. 38. in fine.*
Item quando interlocutoria interpò-
nitur ſuper declinatoria fori, declarando
ſe Iudicem competentem prouidentem
cauſam remanendam forè, à tali decreto
ſi appelletur, Iudex non debet ad vlterio-
6 ra procedere in cauſa principali, maxi-
mè quãdo peteretur ad inſtantiam tertij,
ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet Baronis fortè petentis remiſſio-
nem ſui vaſſalli, per ea, quæ tenet *Carau. in
ritu 259. num. 19.*

In contrarium autèm dicebatur eſſe
deferendum, & proindè nō obſtare regu-
7 lam acceſſorij, ex quo *Dec. ibi num. 2.* limi-
tat ipſam non procedere, quando diuer-
ſa ratio reſultaret, vt quoq; *idem Barboſ.
loco citato* probat *verſ. limita tamen*, vbi.

Neq; obſtabant, quæ de incidentibus
dicta ſunt, nàm procedunt in iudicijs ci-
uilibus, vel criminalibus, in quibus eſt
8 Iudex competēs, ſecus tamen in inciden-
tibus ſpiritualibus, in quibus Iudex eſt
Eccleſiaſticus, & nō ſecularis, qui cogno-
ſcit de cauſa merè ſpirituali, etiam quod
incidentèr tractaretur corā Iudice laico,
*Præſ. de Franch decif. 189. num. 3.*

9 Eo maximè hæc materia clericatus,
quæ cum ſit materia ſpiritualis, cogno-
ſcit Iudex Eccleſiaſticus, licet incidentèr
ad inſtructionē cognoſcit Iudex laicus,
vt per *Carau. in ritu 235. n. 4. Præſ. de Franch.
decif. 329 num. 9.*

Vndè cum fuerit pronuntiatum cōtra
clericum, & appellantem à dicto decreto
10 per Epiſcopum, omninò ſuperſedendum
erat, ſicuti exequutio in cauſa principa-
li ſuperſedetur, donec fuerit cognitum
de incidenti ſpirituali per Iudicem Ec-
cleſiaſticū, vt fuit aliàs deciſum per S. C.
apud *Præſ. de Franch. decif. 189.*

11 Non obſtant adducta per *Carau. vbi ſu-
pra*, nàm ei aduerſatur *Muſcatell. in praxi
S C. lib. 2. par. 1. Gloſ. ſententia, num. 188. &
ſeq.* vltra quod ipſe loquitur in vaſſallis
12 Baronum, qui etiā Regis vaſſalli dicun-
tur, quia in eis Rex habet directum do-
minium, & multoties ab eis cauſas auo-
cat ex aliqua condicenti cauſa, *Regens de
Ponte de poteſt. Proreg. tit. de delegat. cauſ. nu. 1.*

Sed in caſu enarrato agebatur de cle-
rico, qui non eſt ſubditus Regi, nàm cle-
13 rici à Rege, nec ab altera ſeculari perſo-
na iudicari poteſt, dixit *Celeſtinus Tertius*,
vt per *Gram. voto 33. num. 3.* etenim cleri-
14 catus eſt de iure diuino, ideò penitùs
exemptus eſt clericus à poteſtate Impe-
ratoris, vt ibi ſubdit *Gram. num. 7.* vnde
clerici priuilegium emanauit à iure diui-
no, & à Deo, *ſubſequitur nu. 16.* adeò quod
15 ſicuti in cauſa ſtatus datur appellatio, &
reclamatio, vt iàm deciſū patet per S. C.
apud *Præſ de Franch. decif. 684.*

Multò magis in caſu iſto admitti de-
16 beret appellatio in cauſa ſtatus perſonæ,
quæ dicitur grauis, & magna, *Affl. in Con-
ſtit. Proſequentes, num. 18.*

Poſt hæc adducebatur punctualis *deci-
ſio Præſ. de Franch. 637.* vbi patet deciſum
in Collaterali Conſilio dari reclamatio-
nem ab incidenti criminali, non obſtan-
te quod denegatur reclamatio in Colla-
terali regularitèr.

Quaptopter in præſenti caſu ad rela-
tionē Auditoris de Tomaſe die 30. Maij
1613. fuit deciſum, vt certioretur Excel-
lentiſſimus Prorex, penès Villanum Act.
neſcio quid indè fuit ſubſequutū ob mei
abſentiam, ea propter ad corroborationē
17 præmiſſorum accenta iuris regula conſti-
tutum eſt, quod tertius quilibet poteſt
appellare pro ſuo intereſſe, latè *Scaccia de
appellat. quæſt. 5. num. 71.* etiam pro quaſi
quali præiudicio, vt ſubdit *num. 73. Rugi-
nell. eodem tract. cap. 1. num. 34.*

18 Imò prohibitio appellationis non ſe
extendit ad tertium, *idem Scaccia eod. tract.
quæſt. 17. limit. 6. memb. 4. num. 42. & Greueus
ad Gaill. concl. 122.* quem ſectatur *Ruginell.
vbi ſupra ſub num 45.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Fideiuſſor excuſatur quando facto creditoris
reus ponitur in fuga, ſimiliter quando facto
Iudicis, num. 2.*
3 *Fideiuſſor non excuſatur ad præſentandum
principalem ante bannum, ſecus tamen poſt
bannum.*
4 *Fideiuſſor tenetur præſentare reum, quando
ipſe ſe abſentauerit.*
5 *Fideiuſſor promittens præſentare reum coràm
duobus Iudicibus, & vnus ipſorum poſuerit
reum in fuga, an excuſetur.*
6 *Culpa vnius non debet alteri nocere.*
7 *Fideiuſſor an tenetur reum præſentare pro no-
ua informatione contra reum capta.*
8 *Reus comparere an teneatur ex noua informa-
tione contra eum captam, ſi non extent noua
inditia, & quid ſi fuerit habilitatus cū clau-
ſula,* toties, &c.

A R G V M E N T V M.

Fideiuſſor rei inquiſiti de il-
lum præſentando, ſi reus fuerit
ab alio Iudice citatus, & fugam
arripuit, an teneatur.

## CASVS XXIX.

CVM fuiſſet habilitatus quidam in-
quiſitus per Regiam Audientiam
Calabriæ Citra ſub cautione de ſe
præſentãdo toties quoties fuerit requiſi-
tus, & demũ citato fideiuſſore ad præſen-
randum ipſum reum principalem, com-
paruit penès acta ſe excuſando non poſſe
principalem præſentare, prætextu quod
de facto, & culpa. Iudicis locumtenentis
Ciuitatis Coſentiæ fugam arripuit ipſum
citando ad informandum pro alio deli-
cto, vndè dubitari contingit, ſi talis exce-
ptio erat admictenda, vt ipſe fideiuſſor
pœnam fideiuſſionis euitaret, eſtq; enim
1 clarum, quod ſicuti quando facto credi-
toris reus ponitur in fuga, quod tùnc fi-
deiuſſor erit excuſatus, *Præſ. de Franch. de-
ciſ. 244 num. 1.*

2 Ità paritèr quando facto Iudicis id ac-
ciderit, vt latè proſequitur *Iul. Clar. in ſua
praxi §. fin. quæſt. 46. verſ. quæro, Foller. in ſua
praxi crimin. in fragm. tit. de fideiuſſ. num. 255.
Giurba conſ. crim. 35. num. 1. & 28.*

At in præſenti caſu duo principalitèr
inſurgebant dubia perſcrutanda, quorũ
Primum erat, an hæc noua cauſa maleficij
commiſſi erit efficax exceptio, vt fideiuſ-
ſor ſit excuſandus, & circa hoc conclu-
dunt DD. quod quando ante bannum
3 fuerit citatus fideiuſſor ad præſentandũ
principalem, & tùnc non excuſaretur, vt
refert *Bonifac. in tit. de inquiſit. nu.* 50. vndè
*Clarus vbi ſupra num.* 22. notat, quod cauti
Iudices ſolent prinſquam condemnent
reos, citari facere fideiuſſorem ad præſen-
tandum, quia tùnc non liberaretur à fide-
iuſſione, & ità inquit communitèr ob-
ſeruari.

Sed ſi poſt bannum, tùnc quia facto Iu-
dicis impeditur, erit totalitèr liberatus,
aſſequitur *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ.* 158. *n.* 6.
cum alijs citatis per *Giurb. conſ. crimin.* 35.
*num.* 18. licet in hoc caſu *Foller. vbi ſupra
num.* 254. alitèr videatur concludere ex
mente *Bart. in l. ſi verò, ff. qui ſatiſd. cogant.*
dicentis, quod etſi reus eſſet bãnitus tan-
tùm, ſed non bona publicata coguntur
fideiuſſores præſentare reum, quia poteſt
venire reus, & purgare contumaciam, &
ſiſtere in iudicio, quod facit pro conclu-
ſione huius quæſtionis, quod dato, & non
conceſſo, erit excuſandus ob nouum de-
lictum commiſſum, propter quod fuerit
citatus ab alio Iudice in àlio Tribunali,
quia res erit integra, & comparere pote-
rat reus purgando contumaciam, cum
adhùc non fuerit totalitèr bannitus, aut
deportatus, &c. adhùc fideiuſſor non erit
excuſatus illum non præſentando, hæc
namq; abſentia, vel impedimentum non
4 prouenerat culpa Iudicis, ſed culpa rei
non comparentis, & ideò nõ erit talis ex-
ceptio admictenda, *l. 2. § fin. ff. ſi quis caut.*

Secundum verò dubium erat, quod ſa-
tis conferre videtur huic altercationi,
nempè quod non culpæ ipſius Regiæ Au-
dientiæ reus poſitus fuit in fuga, ſed cul-
pa alterius Iudicis habentis ſeparatam
iuriſdictionem, quo nàm caſu nõ poterat
fideiuſſor ſe excuſare, non præſentando
reum coràm alio Iudice, in cuius Tribu-
nali ſe obligauerat, & de hoc habemus
caſum ſatis nominatum, & ità concluſum
per *Cepol. conſ. crim. 25. in Chriſti nomine, cum
5 perſer Iacobum*, vbi concludit, quod ſi fide-
iuſſor promiſerit reum præſentare coràm
duobus Iudicibus, & vnus ipſorum Iudi-
cum poſuerit reum in fuga, non per hoc
erit excuſatus præſentare fideiuſſor reum
6 coràm alio Iudice, cum culpa vnius non
debet alteri nocere, ſed ei tantũ qui cau-
ſam fuit fugę, nec officit *deciſ. Vrſilli* 130.
*num.* 3. qui allegat *Par. de Puteo de ſynd. ver-
bo ſubiicio quæſtionem*, nàm ipſa procedit in
caſu ſuo, nempè quando Iudex minatus
eſſet velle mori facere reum, quod ceſſat
in caſu iſto, idcircò non ſuffragabatur
parti allegantì talem deciſionem.

Cumquè compertum fuiſſet, fuiſſe per
eandem Regiam Audientiam aliã infor-
mationem captam contra eundem reum
de homicidio cuiuſdam; eius timore
ipſe reus aufugerat, contra quem nõ fue-
rat proceſſum ad actum aliquem, ſcilicet
citationis ad informandum, per ipſam
Regiam Audientiam, quæ vt haberet ipſũ
inquiſitum citare fecerat fideiuſſorem ad
præſentandum principalem ratione pri-
ſtinæ informationis, pro qua fuerat habi-
litatus toties quoties, &c. nullis tamen
pro ea exiſtentibus inditijs alijs, ſed ſub
hoc colore intendebat ipſa Regia Audiẽ-
tia habere reum in manibus, ſed fideiuſ-
ſor indè meliùs recordatus oppoſuit ad-
uerſus prædicta non teneri illum præſen-
tare, quia timore illius informationis no-
uæ reus aufugerat, nec pro ſua vetera in-
formatione extabant inditia, propter quod
7 erat obnoxius præſentare, quinimò inſta-
bat pro abſolutione, iuxtà auream doctri-
nam punctualem *Farin. de carcer. & carce-
rat. quæſt. 34. num. 63. & ſeq.* vbi ampliſſimè
proſequitur quæſtionem allegatam, con-
cludentis pro fideiuſſore, vt ibi per eum,

poſt

poſt hæc inſurrexerunt *deciſiones Dom. Regent. Sanfelic. qui in deciſ.* 159. *tom.* 2. eundem articulum exarās, ſi fideiuſſor cogi poſſit ad reum præſentandum, qui nouitèr delictum poſt cautionem preſtitam ſuper prima inquiſitione, & cōcludit affirmatiuè, & ità deciſum per M.C.V. & confirmatū per S.C. refert per *tex in l. ſed & ſi quis, §. illud ſciendum, ff. ſi quis caut.* prouti quoq; idē *Dom. Reg. in præcedenti deciſ.* 158. *nu.* 2. *&* 3. corroborat *ſubdens num.* 5. quod fideiuſſor tenetur reum præſentare, etiam ſi pro noua cauſa eſſet carceratus ordine alterius Iudicis, & ſic fuit tùnc obſeruatum.

8 Et quid autem in principali dicendū erat, inſtante Fiſco pro incuſatione pœnę dubitari contingit, vt comparere deberet, *Farinac. in tit. de carcerat. in quæſt.* 34. *nu.* 63. *&* 64. & melius *in tit. de inquiſit. quæſt.* 4. *num.* 25. concludit non teneri comparere reum, ſi non extent noua inditia grauiora, etiam ſi fuerit habilitatus cum clauſula. *toties quoties, vt ipſe d. quæſt.* 34. *num* 66. firmat, & nouiſſimè *Petr. Caball. reſolut. crimin. centur.* 2. *caſu* 190.

*SVMMARIVM.*

1 *Curatoris authoritas in criminalibus erit neceſſaria.*
2 *Confeſſio minoris abſq; curatore in criminalibus an valida ſit.*
3 Conſtit. Minorum iura *in criminalibus an procedat.*
4 *Confeſſio minorum in criminalibus in tantum valet, quantum fuerit continuata.*
5 *Confeſſio facta in tormentis debet perſeuerari per ratificationem, aliàs non valeret.*
6 *Confeſſio per torturam validior eſt ſpontanea.*
7 *Confeſſio ſpontanea debet ratificari per torturam.*
8 *Confeſſio minoris facta in tormentis non exigit curatoris auctoritatem.*
9 *Curatoris auctoritas in confeſſione minoris quando erit neceſſaria.*
10 *Confeſſio facta in tormentis per minorem abſq; interuentu curatoris quando ſit valida.*
11 *Confeſſioni ſpontaneæ minoris non erit credendum.*
12 *Confeſſio minoris de ſtupro non exiſtentibus inditus, an valida.*
13 *Minor pro quibus criminibus poſſit, vel non poſſit puniri pœna ordinaria.*
14 *Curatoris datio non erit neceſſaria in atrocioribus delictis.*
15 *Confeſſio pueri per ſe non probat, nec inditium facit contra imputatum de crimine, ſecus tamen iunctis cum alijs adminiculis.*

ARGVMENTVM.

## Confeſſio facta per minorem ſtupratum ſpontè, non alitèr ratificata abſquè curatore, an noceat, vel proſit reis.

CASVS XXX.

Contingit hæſitari in Regia Audiētia Calabrię Citra dùm certi latrones per Campaneam diſrobantes cępiſſent quendā minorem, ipſumq; carnalitèr per vim cognouerunt, qui cum ſpontè cōfeſſus fuiſſet delictum, inſurrerat altercatio, an talis confeſſio ſit valida contra inculpatos, non exiſtente Curatore per Curiam in litem dando, neque per torturam ratificata, poſtquam de iure
1 cautum eſt eſſe neceſſariam auctoritatem Curatoris potiſſimùm in criminalibus, ex *l. clarum, C. de auth. præſt.* vbi DD. aliàs
2 non valeret confeſſio, vt concludit *Cauenſ. in ritu* 201. *num.* 4. cum alijs apud *Albmont. Ciaccium de confeſſ. rei contra fiſcum cap.* 29. idemq; affirmat *Iul. Clar. in §. fin. q.* 55. *nu.* 11. *& quæſt.* 50. concludens ei non obeſſe confeſſionē factam per minorem abſq; auctoritate Curatoris, ergo nec alijs obeſſe debet, licet ipſe in fine concludat id parum prodeſſe, cū de conſuetudine non requiratur auctoritas Curatoris, & hoc potiſſimùm in Italia, nos autem habemus
3 particularem *Regni Conſtit. Minorum iura,* per quam ſtatuitur, vt in cauſis non tantum ciuilibus, ſed etiam criminalibus, & publicis tutorum, & curatorum, ſeù baliorum auctoritas ipſa aſſiſtat, vbi *Gloſ. in princ. Andr. & Afflict.* & ſic concordare videtur cum diſpoſitione iuris communis.

4 Sed dubium reſultauerat ex eo, cum ſpontanea confeſſio in tantùm valida reputabatur, in quantum ſit per reum continuata, aliàs ſecus eſſet, vt latiùs *Gram. deciſ.* 34. *num.* 58. & latè *Clarus vbi ſup. q.* 65. *Ciacc. de confeſſ. rei contra fiſc. not.* 12.

5 Sicuti confeſſio facta in tormentis, quę debet perſeuerari, hoc eſt per ratificationem, aliàs nō valeret, *Iul. Clar. d. §. fin. q.* 64. *Ciaccius de confeſſ. rei contra fiſcum, cap.* 45.

6 Verùm, quia confeſſio per torturam eſt validior ſpontanea, *Foller in praxi crim. rubr. & ſi confitebuntur, num* 90. conſueuerūt
7 practici ipſam ratificari facere in tortura *Danza in tract. de pugna Doctor. tom.* 3. *tit. de*

*delictis carnis,num.27.& ſeq.* ex *Piguér.deciſ. 76. Plot. conſ.172.*

Er ob id reſultauerat dubium, ſi fuerit Curator adhibitus in confeſſione ſpontanea, nunquid in ratificatione eius, ſimiliter Curator intereſſe deberet, & in hoc cenſeo, quod dixerunt DD. quod confeſ-
8 ſioni minoris in tormētis non erit neceſſaria auctoritas Curatoris, vt dixit *Angel. de maleſic. verbo comparuerunt dicti inquiſiti, num 8.* vbi annuit ità ſeruari in practica, & ità concludo aſſerit *Paris de ſynd.in verbo*
9 *bo Officialis, num.8.* quod auctoritas Curatoris benè interuenire debet in cōfeſſione ſpontanea, non autem in ea, quæ fuit facta in tormētis, & ob id concludit *Foller ubi ſupra num 93.* quod licet confeſſio facta in tormentis etiam abſq; interuen-
10 tu Curatoris ſit valida, dummodò in principio cauſæ datus fuerit Curator, & adhibita fuerit cauſæ cognitio per rationem allegatam à *Parid.ubi ſupra.*
11 Quamquàm cōfeſſioni ſponraneæ minoris non erit credendum, vt ex *Anchar. conſ.24. nu.4.* firmat *Ciazius d.cap.29. nu.9.* vbi rationem aſſignat, quia natura abhorret, quod quis confiteatur, quod vitam adimit, proùt quoq; ex *Grammat. deciſ.40 .num.14.& deciſ.28.nu.5.* probat *Batard. ad Clar. in §.ſodomia, num 3.* cum alijs apud *Danzam de pugna Doctor. tom.2.tit.de delictis carnis,num.23.* & non mirùm ſi confeſſio ſubagitati non valebit, eo quod nō poteſt interrogari an fuerit ſubagitatus ab aliquo, quando non extent inditia, ex *Claro d quaſt.64.verſ.ſucceſſiuè quæro*, probat *Ciazius in d.tract. cap.33.* & quatenùs adeſſent inditia reſpectu minoris, etiam in
12 delictis atrocibus, non debet puniri pœna ordinaria, ſcilicet ſodomiæ, homicidij appenſati, furtorum, reiteratorum de nocte, falſæ monetæ, & in omni delicto,
13 præterquā in crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis, ac parricidij, ſicuti teſtatur idem *Ciazius diſcept.forenſ. tom.2.diſcept.26.num. 261.* & propterea Curatoris datio non eſt neceſſaria minori in atrocioribus, in qui-
14 bus nec aduerſus confeſſionē reſtituitur minor, proùt ex *Foller. Vrſill. & Farinac.* oſtendit *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ.57.num.8. tom.1.* vbi deciſionē minoris ſtuprati poſuit, qualitèr contra eum fuerit proceſsū per M.C.V.
15 Reſpectu verò agentium tale delictum, licet confeſſio pueri per ſe nō probet, nec inditium facit ad torturam contra imputatum de crimine, ex *Marſil.conſ.28.nu.16. & ſeq. & Boſſ.in tit. de inditijs,&c. num.160.* probat *Farinac. conſ.crim.35. num.1. tom.1.* vbi ſubdit tamen iunctum cum alijs adminiculis, ſecus erit, & in *tit de indit.& tortur. quæſt.43.nu.8.cum ſeq* de quibus latiùs per *Danzam ubi ſupra*, ſic contingit mihi obſeruari in Ciuitate Theani contra ſodomitam, exiſtente confeſſione pueri, & clamore illius peruento ad aures cuiuſdam mulieris id deponentis, dùm vellem vlteriùs proſequi impeditus fui à Iudice ſecundarum cauſarum, qui illum habilitauit in forma.

*S V M M A R I V M.*

1 *Mandatum conſtare debet quando delictum allegatur factum de mandato alicuius.*
2 *Mandatum ſpeciale debet eſſe ad delinquendū.*
3 *Index debet expreſsè pronunciare contra mandantem, ità mandaſſe.*
4 *Mandatum nunquā præſumitur datum ad delinquendum, niſi concludentèr probetur.*
5 *Inimicitia debet eſſe capitalis, quæ correſpondeat offenſæ factæ.*
6 *Fugam capiens, præſumitur delinquiſſe.*
7 Homines delinquunt, *aut propoſito, aut caſu, aut impetu.*
8 *Delinquere velle nemo præſumitur, limitatur aliquando.*
9 *Cauſa eſt regina delictorum.*
10 *Nemo præſumitur delinquere ſine cauſa.*
11 *Cauſa homicidij ceſſante, ceſſant omnia inditia contra delinquentem.*
12 *Mandatarius ſuo non alieno nomine delinquere præſumitur.*
13 *Famulus præſumitur delinquere de mandato domini,& quando.*
14 *Fama publica vt probetur, multa exiguntur.*
15 *Fama publica eſt maximum inditium.*
16 *Fama publica regularitèr facit inditium ad inquirendum.*
17 *Mandatum ad occidendum, an per adminicula probetur.*
18 *Mandatum ad occidendū ex quibus cauſis percipitur.*
19 *Mandati qualitas erit verificanda.*
20 *Verba mandantis homicidium fieri debent conſiderari.*

A R G V M E N T V M.

Citari an poſſint mandantes fieri homicidium, ſi delictum mandati non conſtabat, niſi per argumenta, & ſuſpitiones indubitatas.

CASVS

CASVS XXXI.

CApta informatione de homicidio
commiſſo per quendam ruſticum
in perſonam cuiuſdā Doctoris de
Montealto per Regiā Audientiā Calabrię
Citra,& non fuit dubitatum,põſſe contra
ipſum procedi ad citationem,eum ex di-
cto plurimorum teſtium de viſu deponē-
tium plenè conſtabat; ſed difficultatum
fuit ſi contra mandatores poterat pro-
cedi ad citationem,dùm de mandato nō
conſtabat in ſpecie, ſed per argumenta,
ſuſpiciones indubitatas tantùm aliqua
1 conſtare videbantur, poſtquàm mandatū
conſtare debet quando delictum allega-
tur factū de mandato alicuius, *Bertazzol.*
2 *conſ.crim.*29.*num.*12.*vol.*1. & mandatum
ſpeciale requiritur ad delinquendum,
*Guazziz.in tract.ad defenſam reorum,defenſ.*
31.*cap.*40.*nu.*5.ad quod adducebatur do-
ctrina *Grammat.conſ.*1.*de foriud.num.*60.vbi
expreſsè fatetur per Iudicem eſſe neceſ-
3 ſarium pronuntiare contra mandatorem
ita mandaſſe, & illud eſſe probatum, &
*num.*66. ſubdit, nàm talis dici non poteſt
niſi fuerit pro tali declaratus, verū tamen
caſus de quo loquitur *ibi Grammat.*in ma-
teria aſſaſſinij, ad hoc vt militet diſpoſi-
tio *cap.*1.*de homicid.in 6.* oportet, vt ipſa
qualitas verificetur, tamen,etſi nō fuerint
plenę probationes verificatæ, poſſunt ad
conueniendum de delicto per argumen-
ta indubitata procedi, ſicq; mandatum
4 nunquàm præſumitur datum ad delin-
quendum, niſi concludētèr probetur *Fa-
rinac.conſ.crim.*80.*num.*65.*tom.*1.

In caſu autem præmiſſo concurrebant
plura argumēta: Primò,concurrebat ini-
micitia capitalis inter mandatores,& oc-
ciſum, & mandatū vt præſumatur ex ini-
5 micitia, requiritur non ſolùm quod ini-
micitia ſit capitalis, ſed etiam quod cor-
reſpondeat offenſæ factæ, *Farinac conſ.cri-
min.*147.*num.*33 *tom.*2.

Secundò, concurrebat fuga,& latita-
6 tio poſt delictum commiſſum, fugam ca-
piens, præſumitur delinquiſſe, *Bertazzol.
conſ.crim.*135.*num.*6.*tom.*1.

Tertiò, ceſſabat cauſa delinquendi in-
ter homicidam, & occiſum, nàm delin-
7 quunt homines,aut propoſito, aut impe-
tu,aut caſu, *Bertazzol.conſ.crim.*85 *num.*3.
*tom.*1.& ſi benè deliquere velle,nemo prę-
ſumatur, *idem conſ.*32.*num.*18.*conſ.*74.*nu.*3.
*conſ.*115.*n.*23.*conſ.*6 *conſ.*188.*n.* 1. q́ proce-
8 dit etiā ſi aliquæ pręſūptiones concurrāt
cōtra imputatū, *idem conſ.*115.*n.*24.*tom.*1.

9 Adhùc tamen exigitur cauſa delinquē-
di,quæ eſt regina delictorum, *Reg. de Ponte
in conſ.*9. *num.*24. *tom* 2. hinc eſt, quod ne-
10 mo pręſumitur delinquere ſine cauſa, *Fa-
rinac.conſ.*170. *num.*15 *tom.*2.

11 Quapropter ceſſante cauſa homicidij,
ceſſant omnia inditia contra occiſorem
ex proceſſu reſultante, *Farin.conſ.*147 *nu.*4.
*tom.*2.*conſ.*151 *nu.*10.*& ſeq.conſ.*127 *n.*1.7.
*&* 13. *conſ.*130.*num.*28.*& conſ.*19.*num.*19.
*tom.* 1.

Quadere ex hoc ceſſante cauſa, præſu-
mitur ob alterius cauſam fuiſſe iunctum
ad delinquendum.

12 Licet mandatarius ſuo,nō alterius no-
mine delinquiſſe præſumatur, vt *Anton. de
Ballis in tract.crimin lib.*1. *de indit. quæſt.* 20.
*num.* 7.

Quartò,ex amicitia,quę inter mandan-
tem,& mandatariū aderat,ex eo q́ in ſer-
uitijs mandantis, mandatarius ſteterat,ea
13 propter famulus præſumitur delinquiſſe
de mandato domini quando delictum
eſt magnum,& præparatum, *Farinac.conſ.
crim.*26.*num.*16.*tom.*1.*& num.*9.*&* 10.

Quintò,receptatio mādatarij per man-
dantem, eique victum ſubminiſtrando,
& ex hoc mandatum arguitur contra re-
cipientem in domo homicidam poſt ho-
micidium præſumitur, probat *Ant.de Bal-
lis vbi ſupra num.*14.

14 Sextò, extabat de hoc fama publica,
nàm etſi fama publica vt probetur,multa
exigantur, *Bertazzol.conſ.crim.*548.*num.*3.
*tom.* 2.

15 Adhùc tamen fama publica eſt maxi-
mum inditium, *idem Bertazzol.conſ.*320.
*num.*1.*eodem volum.*& regularitèr facit in-
16 ditium ad inquirendum, *Farinac deciſ.cri-
min.*15.*num.*3.*tom.*1. de qua ſatis per *Ant.
de Ball.in tract crim lib.*1.*quæſt.*13.

Et propterea *Campagna in cap. frequens,
ſub num.*64.oſtendit ad probandum man-
17 datum, ſufficere aliqua adminicula, ma-
ximè ſi concurrerent aliquæ veriſimilitu-
dines,vt quia mandans,erat inimicus ca-
18 pitalis illius quem occidi mandauit, vel
ſubeſſet aliqua iuſta cauſa odij,ex quo ve-
riſimilitèr fuerat motus ad mandandum
ipſum occidi,vel ſi cōmiſſo delicto, man-
datarium receptauerit,vel ſi mandatarius
erat eius familiaris, vel ſi ſtatim poſt mā-
datum ſequutum eſt homicidiū,quæ om-
nia cumulantur, ex doctrina *Parid. de Pu-
teo de ſyndic.verbo tortura,§.dicitur communi-
tèr,col* 2. ſed meliùs hæc requiſita ponde-
rauit *Grammat in deciſ.*34.*nu.*38.*in verſ.qua
verò,* vbi notabilitèr hæc inditia enucleā-
tur,

Digitized by Google

tur, & demùm concludit ipſum mandan-
tem debere puniri, ſicuti cum effectu pu-
nitus fuit,& ità in præſenti cauſa fuerunt
citati vigore poteſtatis extraordinariæ
de menſe Martij 1612. referente Audito-
re Regio Franciſco Antonio Salinas, pe-
nès Villanum, quàmuis in alia conſimili
cauſa homicidij commiſſi in perſonam
cuiuſdã iuuenis per certos homines, qui
fuerunt conuicti per teſtes de viſu aſſi-
gnantes rationem, quoniam domum eius
vxoris pulſauerat, & ſi de alia inimicitia
capitali cum alijs ex informatione appa-
rebat, à quibus fuerat aggreſſus,& vulne-
ratus, ſed audito per eos tali homicidio,
ſe abſentauerunt, vndè inſtatum fuerat
contra illos abſentes procedi debere ex
præſumpto mandato,nàm vltra ſupra tra-
dita *Muſcatell. in praxi crimin. tit. de cogn. & probat. del. in gen. tit. de homic. med. mand. à nu. 16. & ſeq.* præſertim *nu.* 24. cõcludit man-
dati qualitatem eſſe verificandã, ex qui-
bus verbis inducitur *num.* 27. *ſubdit*, quod
19 ſunt teſtes interrogandi, quibus verbis
vſus fuerit ille,qui accuſatur,verum fuerit
mandatum, necne dicta, namq; ſunt pen-
ſanda, inquit *Bald. in l. 1. C. de ſeru. fugit.*
20 cumq; nõ tàm legitimè apparuerat pro-
batio mandati non fuerunt alitèr citati,
ſed tantùm illi,qui homicidiũ patrarunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Depoſitio principalis an ſufficiat in probatione furti,& quando procedat.*
2 *Depoſitio principalis diſrobati, quam probationem faciat.*
3 *Querela expoſita per diſrobatum erit verificanda,vt puniri poſſit reus.*
4 *Fama ſufficit ad probandum diſrobationẽ factam in Campanea.*
5 *Delicti in genere probatio de iure communi eſt neceſſaria, ſecus in iudicio militari.*
6 *Clamor, & lamentatio diſrobati ſufficiunt pro probatione delicti in genere.*
7 *Iuramentum ſuppletorium datur diſrobato in probatione delicti in genere.*
8 *Credendum eſt bono viro.*
9 *Credens amico,& fide digno excuſatur.*
10 *Nulla maior probatio,quam oris confeſſio.*
11 *Delictum in genere furtorum probatur coniecturis,& præſumptionibus.*
12 *Delictum in genere furtorum non probatur, niſi probetur, quod res, quæ ſubtractæ fuerũt tempore commiſſi furti fuiſſe in capſa, vel in loco vbi furtum ſucceſſit.*
13 *Furtum commiſſum in Campanea difficilis eſt probationis.*
14 *Querulans ſi vir bonæ famæ probat delictum in genere.*

ARGVMENTVM.

Delictum in genere in crimine furti in Campanea an probetur per depoſitionem principalis.

CASVS XXXII.

DVM fuiſſent quidam tranſeũtes per
ſtratam diſrobati in itinere,à qui-
bus fuerunt furati certi nummi,&
difficile probari poterat delictum in ge-
nere, ob quod fuit in Regia Audientia
dubitatum, ſi de hoc ſufficeret tantùm
1 depoſitio principalis, ad quod fuit alle-
gatus *Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt. 2. nu. 16.*
vbi ſub diſtinctione procedit, quod ſi ci-
uilitèr actum fuerit ſufficeret ſola depo-
ſitio,ſin verò criminalitèr,& tūc aut que-
relans ſit malæ famæ, & ei credi non po-
terit tales habere pecunias, nec faceret
fidem depoſitio, neq; delictum in genere
probaret ſi verò eſſet bonæ famæ,& facilè
credendum erat eos habere tales pecu-
nias, & tùnc ſi ageretur ad inquirendum
tantũ hæc ſola depoſitio ſufficeret,ſi verò
ad torquendum,& tùnc licet aliqui dixe-
rint probare delictum in genere,& ſuſpe-
cti facilè torqueri debēt, tamen cauti Iu-
2 dices hoc non faciunt, ex quo ſola depo-
ſitio principalis faceret inditium ad tor-
turam, quod eſſet abſurdum, aut ad con-
demnandum, ſequuta cōfeſſione rei con-
cludit ſecundum mentẽ *Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 55. verſ. quomodò autem*, querela præce-
dẽte, vel illius loco aliqua informatione,
3 ſubſequens confeſſio ſufficeret in mate-
ria furti ad condemnandum, tamen con-
cludit *ibi Addit. ſi Clarum* ſequatur, verifi-
canda erit querela expoſita.
Cum igitur in præmiſſo caſu verſeba-
4 tur, furtum commiſſum in Campanea
per fures diſrobãtes, quo caſu fama ſuffi-
ciens eſſet ad probationẽ diſrobationis,
*Campag. in cap. item ſtatuimus, quod Vniuerſi-*
5 *tates, num. 5.* quapropter delictum in gene-
re commiſſum eſſe de iure communi, li-
cet de neceſſitate probari debeat, ſecus
tamen in iudicio militari, vt dixit *Ioan. Grande de bello exulum ſpeciali 93.*
6 Concurrebant etiam acclamationes,&
lamen-

lamentationes illieò exortæ diſrobatorũ,
quæ ſuccedunt loco delicti in genere, re-
fert *Muſcatell. in praxi crim. rubr. de furtis, nu.*
50. hinc *Farinac de furtis, quæſt. 176. num.* 7.
aſſerit, quod acclamationibus factis de
nocte in domo, vbi dicitur furtum factũ
eſſe, adhùc dicitur furtum probatum, in
7 tantùm quod ex huiuſmodi acclamatio-
ne oritur ſemiplena probatio, propter
quam poterit deferri iuramentũ ſupple-
torium probationis domino rei furatæ,
*num.* 8. quàmuis contrarium *num. 9.* refe-
rat, adhùc tamen prima opinio poteſt
procedere quando is, qui dicit ſibi factũ
furtum eſſet homo bonæ famæ, vt ibi per
eum, proùt in caſu enarraro apparebat
diſrobatos eſſe viros bonæ famæ, ſcù mer-
8 catores, & facilè credendũ erat tales pe-
cunias habere potuiſſe, & ſic credendum
eſt bono viro, *Macerat. variar reſolut. lib. 1.*
*reſol. 74. num. 3.* talitèr quod credens ami-
9 co, vel viro fide digno excuſatur, *Farinac.*
*conſ. crim. 80. num. 26. & conſ. 95. num 92.*

Accedebãt prædictis confeſſiones reo-
rum, quæ in nihilo variabãt cum depoſi-
tionibus principalium diſrobatorũ dùm
10 fuerant torti, & confeſſi, & nulla maior
probatio, quam oris confeſſio. *l. cum te, C.*
*de probat.* cum alijs apud *Barboſ. princip. iur.*
*lit. C. num.* 40.

11 Sieq; cum delicti corpus in furto pro-
betur coniecturis, & præſumptionibus,
*Farinac. conſ. crim. 23. nu. 9. tom. 1.* proùt per
exempla oſtendit *Menoch. de probat. lib. 6.*
*præſumpt. 61. & lib. 5. preſ. 31. Felicius alle-*
*gat. 60. num. 4. & 5. par. 1.*

Et ſi delicti corpus in furto non cenſe-
tur probatum, niſi etiã probetur res, quæ
12 dicuntur ſubtractæ tẽpore commiſſi fur-
ti feciſſe in capſa, vel in loco vbi dicitur
furtum commiſſum, *Farin. d. conſ. 23. nu. 1.*
*& ſeq. & conſ. 158. num. 7. & 8. tom. 2.* & ſic
probari aſſerit *Anton. de Ball. in tract. crim.*
*lib. 2. tit. de quæſtion. num. 14.*

13 Non tamen procederet quando eſſet
commiſſum in Campanea, vt dictum eſt,
cum ſit difficilis probationis, vt aduertit
14 *Giurb. conſ. crim. 9. nu.* 10. aut quãdo quere-
lans ſit vir bonæ famæ, *Farinac. conſ. 18. ſub*
*nu. 7. tom. 2. Io. Bonif. in tract. de furtis, §. 2. n. 2.*

Et proptereà rei ipſi torti fuerunt ex
regio mandato, & indè confeſſi, fuerunt
tandem ſuſpenſi.

*SVMMARIVM.*

1 *Truffa, quæ nàm ſit de iure communi.*
2 *Dolus quis ſit.*
3 *Dolus dicitur delictum.*
4 *Dolus nemini debet patrocinari.*
5. *Dolus cum ſit delictum, debet puniri crimi-*
*naliter.*
6 *Furtum non ſit volenti, ſed inuito domino.*
7 *Furtum non committit is, qui in vſum propriũ*
*conuertit pecuniam ſibi traditam non in ſpe-*
*cie, ſed in quantitate.*
8 *Furti actione non tenetur recipiens pecuniam*
*numeratam ab aliquo, vt illam alteri ferat, ſi*
*in ſuum vſum conuertit.*
9 Text. in l. ſi quis vxori, §. Iulianus, ff. de
ſurt. *producitur.*
10 *Accipiẽs pecuniam ab aliquo, vt illam tradat,*
*tenetur actione mandati.*
11 Text. in l. ſi is cui. C. de furt. *ponderatur.*
12 *Pecuniam alienam alicui aſportandam ſi in*
*ſuum vſum conuerterit, quando furtum eſſe*
*dicatur.*

ARGVMENTVM.

## Deceptor, vulgò truffator, qua pœna debeat puniri.

CASVS XXXIII.

QVidam inquiſitus de truffa præ-
tendebat liberationem pro tali
1 delicto, & intuendo nomen truf-
fæ, quæ eſt omnis intellectus
extraneus, quæ non ſonat in auribus vul-
gi, ſecundum *Gloſ. in tit. de pace Conſtantiæ,*
*§. ſententiæ, verſ. recuperauerit, in fine,* & hoc
vocabulo ſæpè ſæpiùs vtitur *Bart. in ſuis*
*lecturis.*

Sed verè vulgò truffam adinuenit, &
& nil aliud eſt, niſi quædam deceptio, ſeù
2 dolus, & dolus eſt quædam machinatio
alterius decipiendi cauſa cum aliud agi-
tur, & aliud ſimulatur, *l. 1. §. dolum, ff. de do-*
*lo, Grammat. conſ. 68. nu. 3. Cel. Bergal. in tract.*
*de dolo, lib. 2. cap. 2. in 1. diuiſ.*

3 Et ſucceſſiuè dolus dicitur delictum,
*Gloſ. in Conſt. Pœnam eorum, quæ eſt Franc. de*
*Piſis verſ. bannitus pro delicto, in vlt. colum.* ad
quod allegat *l. item exegit in fine, ff. de dolo,*
idem *Burgal. vbi ſupra num. 3.*

4 Et cum ſit delictum dolus nemini de-
bet patrocinari, *Afflict. in Conſtit. Quicumq;*
*num. 1.* quocirca ſtante quod ſit delictum,
5 poteſt criminalitèr puniri, vt latè conge-
rit *Farinac. in tit. de delict. quæſt. 19. num.* 35.
quæ nàm ſit pœna huiuſmodi delicti, re-
mictitur arbitrio Iudicis, vt ibi per eum.

In caſu verò de quo agebatur, erant di-
uerſi termini, poſtquàm ex facto orto aſ-
ſereba-

Digitized by Google

ſerebatur, quod quædam mulier dederat
quandam pecuniarum quantitatem du-
catorum vigintiquinq; cuidam ad perfi-
ciendum quendam actum, & ille non ali-
tèr perfecto actu in ſuos vſus pecuniam
conuertit, vndè videbatur dicendum, non
6 alitèr furtum dici potuiſſe, poſtquàm fur-
tum non fit volenti, *Gloſ. in § ſed etſi credat, verſ furti actionem. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur*, ſed inuito domino, vt ex plu-
ribus probat *Farinac. de furtis, quæſt. 165. num. 5.*
7 Hinc eſt, quod furtum non committit
is, qui in vſum proprium conuertit pecu-
niam ſibi traditam, non in ſpecie, ſed in
quantitate, ex *Bart. Alber. Caſtr. Aymon & Bertazzol.* probat *Farinac. conſ. crimin. 96. num. 42. tom. 1.* ſic furti actione non tene-
8 tur recipiens pecuniam numeratā ab ali-
quo, vt illam alteri ferat, ſi in vſum pro-
prium illam conuerterit, *idem conſ. 160. num. 4 tom. 2. & conſ. 178. per totum.*

Ex aduerſo autem facere videtur *textus*
expreſſius *in l. ſi quis vxori, §. Iulianus, ff de*
9 *furtis*, vbi ſi quis acceperit à me pecuniam
vt creditori meo ſoluat, deindè cum totā
pecuniam eidē creditori deberet ſuo no-
mine ſoluerit furtum eum facere, dixit *ibi*
10 *text.* vbi *Gloſ.* ſubdit, cum dominium non
ſit tranſlatum, ac etiam mandati actione
tenetur, *l Caſſius, ff. de ſolut.* vt per *Boniſac. in tit. de furib. num 23. & ſeq.* concluditur
alia exempla demonſtrando, & vltra eum
11 eſt *text.* conſimilis *in l. ſi is cui, C. de furtis,*
vbi qui pecuniam ad alium perferendam
accipit, in ſuos vſus conuertit, furti tene-
tur, vbi DD. & cæteri, & per iſtum *text.* &
alia, *idem Farinac. d. conſ. 96. num. 82.* inquit
12 pro reſponſione eſt aduertendum, quod
aut conſignatur pecunia numerata alicui
perſonæ priuatæ ad effectum tantùm il-
lam retinendi, & reſtituendi ad libitum
conſignatis, & ſic in depoſitum ſimplex,
tùnc quia per talem pecuniam transfer-
tur dominium in recipientem ex volun-
tate domini, ideò non committitur fur-
tum, quod in re propria non cadit, ſicut
dicunt DD. præallegati, & iſte non eſt ca-
ſus noſter, ſi verò conſignatur pecunia
alicui, vt in aliquem vſum in domini vti-
litatem conuertatur, & recipiens non in
illum vſum, ſed in proprium conuertit, &
tùnc quidquid dicunt *Iaſ. & Aym. in locis præcitatis*, verior, & ſeruata opinio eſt, vt ſic
in proprium vſum conuertens, teneatur
furti, & illius pœna prout ſunt iura aper-
ta, quæ cauillari non poſſunt *in l. ſi is cui,*
& ibi præcipuè *Bald. in ſummario C. de furt.*

*& in l. ſi mandauero la ſeconda, §. ſi tibi centum, ff. mand. Foller in praxi crim. in fragm. nu. 227. Pract. Conradi tit. de furibus, num. 7. in fine, in 30. ampl. Clarus in §. furtum, verſ. poſſet etiam, Bertazzol. conſ. 412. num. 1. Io. Petr. Surd. deciſ. Mantuæ 314. num. 14.* hæc ille, quibus addo *Franc. Berard. Porrum in eius faſciculo crim. §. furtum, fol. 246. in reſponſo incip. Plurima ſuntque, Caball. reſolut crim. 136.* cum alijs recollectis per *Iul. Cartar. deciſ. 98. n 8.* poſt *Io. Boniſ. d. tract. de furtis, § contrectatio, ſub num. 3.* ibi, vel in vſum non deſtinatum contra domini voluntatē illa vtitur, *l. qui iumenta, ff. de furt.*

Quocirca ad relationem Franciſci Antonij Salinas Auditoris de mēſe Decembris 1612. fuit per Regiam Audientiam deciſum eſſe dandas defenſiones reo intus carceres, penès Villanum Act. de ijs mentionem feci in 1. *par. noſtri compendij verbo truffator.*

*SVMMARIVM.*

1 *Reus nolens reſpondere in examine, qualitèr mulctari debeat,*
2 *Clericus nolens reſpondere in examine, qualitèr cogi debeat.*
3 *Conteſtatio litis fit per negationem, aut affirmationem.*
4 *Taciturnitas tenet medium inter negationem, & affirmationem.*
5 *Taciturnitas reſpiciens incommodum tacentis conſenſum non operatur.*
6 *Regula qui tacet affirmat, limitatur in præiudicialibus.*
7 *Tacens quando conſentire videtur.*
8 *Interrogatus ſi non reſpondit, contumax Iudici reputatur.*
9 *Contumax pro confeſſo habetur.*
10 *Tacens in iudicijs dicitur fateri.*
11 *Taciturnitas præiudicat in iudicialibus.*
12 Text. in l. de ætate, §. qui tacet, ff. de interr. act. *quando procedit.*
13 *Exemplum Domini noſtri nolentis reſpondere Pilato adducitur, & quare.*
14 *Litis cōteſtatio eſt neceſſaria in cognitione extraordinaria.*

ARGVMENTVM.

Procedi an poſſit in cauſa ad vlteriora contra reum inquiſitum, qui in conteſtatione litis reſpondere noluit.

CASVS

Digitized by Google

## CASVS XXXIV.

REus quidam captus pro crimine diſ-
robationis in ſtrada, cum eo eſſet
lis conteſtanda, noluit reſpondere,
& licet in hoc caſu ſit de iure proniſum,
vt ſub pœna pecuniaria cogi debeat re-
1 ſpondere, & mulctari, poſtmodũ per ſub-
tractionem cibi, & demùm per torturam,
ex aurea *deciſ Capycii* 145. quem citat *Iu-
lius Clarus lib. 5. § fin. quæſt. 45. num 6. Foller.
in praxi crim. rubr. & ſi compar. ante contum.
exam. nu. 3.* meliùs *in 3 par. tertiæ partis nu. 4.
Farinac. de indict. & tortur. quæſt. 37. num. 176.
Ambroſin. in proceſſ. informat. lib. 2. cap. 7. in
princ.* vbi *Additio num. 3.* & ità deciſum tra-
dit *Hieron de Laurent. deciſ. Auen.* 115. vltra
alia remedia relata per *Franc. Shenard. in
dialogo cap. fin. verſ. lite non conteſt. num. 99. &
ſeq.* imò *Foller. in d rubr. & ſi comparent, n. 9.*
2 refert, quod etiã clericus nolens reſpon-
dere in examine cogendus eſt, proùt pre-
ſupponebatur in caſu iſto, dùm aſſereba-
tur eſſe clericus primæ tonſuræ.

Sed dubium erat poſtquàm nõ obſtan-
tibus remedijs prædictis induratum erat
cor, & noluerat reſpondere, vndè fuit diſ-
ficultatum an in cauſa ipſa procedi de-
3 buerat, eo quia cõteſtatio litis fit per ne-
gationem, aut affirmationẽ, *Andr. in Conſt.
Dilationes, verſ. oportet quod pars alia, Franc.
Shenard. vbi ſup. num.* 15.

4 At in caſu præmiſſo dùm non erat af-
firmatio, nec negatio, ſed tantùm taciturnitas, quæ tenet medium inter negatio-
nem & affirmationem, ſecundum *Gloſ. in
l. qui tacet, ff. de regul. iur.* ſed nè reus videa-
tur ex ſua malitia premium reportare, &
ſub hoc, velamine taciturnitatis delictũ
inultum pertranſire; cùm ex tali impe-
dimẽto curſus cauſæ impediri videretur,
concludendum videbatur in hac taciturnitate, & negotiationem, & affirmationẽ
ineſſe, ob quod rectè ad litis conteſtatio-
nem perueniri poterit, & ſic ad cauſæ ex-
5 peditionem, porrò iſta taciturnitas dùm
reſpicit incommodum ipſius, proculdu-
bio conſentire non cenſeretur, vt colligi-
tur ex *text. in l. de ætate, §. qui tacet, ff. de inter-
rog. act.* & ſic habemus negationem, nàm
6 in præiudicialibus limitatur regula qui
tacet affirmat, *l. inuitum, ff. de ſeru. vrban.
præd.* cum alijs apud *Barboſ. in princ. vtriuſq.
iur. lit. T. num.* 1.

Habemus enim, & affirmationem, nàm
inquit *text. in l qui tacet, ff. de regul. iur.* ſed
7 tamen verum eſt, cum non negare, & ſic
tacens, cõſentire videtur, *Glo. in l. quo enim,*
vbi *Bart. ff. rem ratam haberi*, cum alijs apud
eundem *Barboſ. vbi ſupra in princ.* ſed hoc
8 reſpectu fiſci, & partis, poſtquã dùm quis
interrogatus non reſpondit, Iudici, con-
tumax reputatur, vt tradit *Foller. d. praxi
9 par. 4. tertiæ partis, nu. 3. in fine*, & contumax
pro confeſſo habetur, vt probaui *voto 2.
num. 4. par. 1.*

10 Sicq; tacens in iudicijs dicitur fateri,
*Feliceus alleg. 9. num. 1. par. 1.* vbi per exem-
pla hoc demonſtrat, cum ipſa taciturni-
tas præiudicet in iudicialibus, *idem alle-
gat. 5. num 6.*

11 Et ità tacens in iudicialibus, in quibus
tacens, conſentire videtur etiam in ſibi
præiudicialibus, probat ex multis *Barbo-
ſa vbi ſupra verſ. ſecus eſt in iudicialibus.*

12 Quare non mirùm ſi lis conteſtanda
erit, & per Iudicem procedendum ad vl-
teriora in cauſa, vt optimè demonſtratur
in *d. §. qui tacuit*, ibi, *Contumacia autem pœ-
nam hanc ferre debet, vt inſolidum cõueniatur,
quemadmodùm ſi negaſſet*, vbi *Gloſ.* etiam de
criminali cauſa loquitur, dùm allegat
13 exemplum Domini noſtri tacentis corã
Pilato eum interrogãte, non animo con-
temnendi, ſed vt Pilatus admiraretur id
14 geſſit, & ampliùs, quia litis conteſtatio
non eſt neceſſaria in extraordinaria Iudi-
cis cognitione, præſertim in Iudice ha-
bente liberum arbitrium, *Farinac. conſ. cri-
min. 268. num. 63. tom. 2.* proùt erat caſus de
quo agebatur, idcircò fuit proceſſum ad
vlteriora in cauſa, referente Lęlio Tho-
maſio Auditore, die 9. Auguſti 1613. pe-
nès Villanum Act.

### *SVMMARIVM.*

1 *Compilatio proceſſus contra abſentem in ban-
niendo, & foriudicando, conſiſtit in contuma-
cia primo contracta.*

2 *Deſtructa primitiua, etiam deſtructa deriuati-
ua videntur.*

3 *Foriudicatio redditur nulla, ſi tempore primæ
citationis fuerint allegata iuſta impedimenta,
& non fuerint admiſſa.*

4 *Citatus ad informandum debet perſonalitèr
comparere.*

5 *Procurator olim nõ admittebatur ad allegan-
dam abſentiam, ſecùs tamen hodiè.*

6 *Amicus quilibet admittitur ad allegandũ ab-
ſentiam.*

7 *Excuſator admittitur ad allegandum infirmi-
tatem.*

8 *Quilibet admittitur hodiè ad allegandam in-
firmitatem cum inſtrumento infirmitatis.*

9 *Reus infirmus non tenetur comparere.*

N 10 *Ex-*

10 *Exceptio infirmitatis eſt legitima excuſatio,*
11 *Infirmitatis allegatio olim ſufficiens erat, & indè dari terminum ad probandum, & qualitèr probetur.*
12 *Fides vnius Medici an plurium Medicorum requiratur in allegatione infirmitatis, & quid obſeruatur.*
13 *Proceſſus factus contra reum ſe excuſantem non tenet.*
14 *Praxis refertur allegata infirmitate per reum.*
15 *Praxis refertur contra reum allegantem infirmitatem non repertum in domo.*

## ARGVMENTVM.

Reus citatus ſi de infirmitate oppoſuerit, eo exiſtente in Eccleſia quid agendum ſit.

## CASVS XXXV.

SVborta rixa inter certos inimicos in
Terra Roſſani Calabriæ Citra, & inter
rixantes fuit vnus occiſus, & occiſor
vulneratus grauitèr, qui cum ſe contuliſ-
ſet intus Eccleſiam S. Dominici, fuit cita-
tus ad informandum; indè oppoſuit Cu-
ria pro Tribunali ſedente eius infirmita-
tem eamquè per fidem Medicorum pera-
ctam, non tamen fuit de ea habita ratio
per Auditorem tùc pro Tribunali ſeden-
te, eo quia inquiſitus infirmus erat intus
Eccleſiã, ob quod remanſerat contumax,
nunc dubitabatur de validitate cõtuma-
ciæ, ex quo omne fundamentum proceſ-
ſus compilandi contra abſentem in ban-
1 niendo, & foriudicando ex contumacia
primo contracta dependet, vt elegantèr
oſtendit *Præſ. de Franch. deciſ. 213. num. 20.*
& ſucceſſiuè pœna foriudicationis oritur
2 ex contumacia, & ſic deſtructa primitiua,
etiam deriuatiua deſtructa vidẽtur, *cap. 1.
§. quia etiam Epiſc. vel Abbat.* ſicq; foriudi-
catio redditur nulla, ſi tempore primæ ci-
3 tationis fuerint allegata iuſta impedimẽ-
ta, & non fuerunt admiſſa, *Foller. in praxi
crimin. rubr foriudicantur, num. 34.* vndè du-
bitari contingit quid nàm circa hoc erit
dicendum, poſtquàm citrà dubium cita-
4 tus ad informandum, debet perſonalitèr
comparere, *Foller. in praxi crim. rubr. vel eis,
verbo citat. fac. num. 89. Carau. in ritu 123.
num. 7.*

Nihilominùs in duobus caſibus excu-
5 ſatur: Primo propter abſentiam, & licet
olim ad allegandam abſentiã nullus ad-
mictebatur Procurator, hodiè verò ſecus
eſt, vt per *Scaglion. in prag. 1. de duello, nu. 77.
Farinac in eius praxi quæſt. 99. num. 278.*

6 Imò quilibet amicus, & quilibet alius,
*Foller. in praxi rubr. audiant. excuſat. num. 10,*
& idem dicebatur in alio caſu, Secundo
ſcilicet propter infirmitatem olim non
7 erat permiſſum per Procuratorem illam
allegare, ſed mictere excuſatorem, vt tra-
dit *Gandin. in tit. vtrum procur. in mal. interu.
num. 6. Actius de infirmit. par. 1. cap. 30.* cum
alijs allegatis per *Io. Bapt. Gargiar. in ſing.
49. num. 1. par. 1.*

8 Sed hodiè vt dixi, admictitur etiã qui-
libet cum inſtrumento infirmitatis, ſicut
*Scagl.* tradit *vbi ſupra, Carau. in ritu 267.
num. 3.*

9 Eo quia non tenetur comparere perſo-
nalitèr ob tale impedimentum, *Iul. Clar.
in §. fin quæſt. 34. num. 4. Farinac. in praxi crim.
tom. 1. quæſt. 11. num. 53 & 59.*

Sicquè cum non teneatur comparere
perſonalitèr, parum refert, quod infirmus
ſit in loco ſacro, vel prophano, & propte-
reà ſuperſedendum erat in contumacia,
& ità de iure communi practicabatur.

Alitèr ſi fuerit actum non valeret, non
admictendo talem exceptionem, cum de
10 iure communi ſit legitima exceptio ex-
cuſationis, *Gand. vbi ſupra, & Clar. Foller. in
d. praxi, rubr. aud. excuſat. num. 33.*

Similitèr de Iure Reghi ex *ritu 267.* vbi
*Carau.*

11 Sed cum aliquali diſtinctione, nàm de
iure communi ſufficiebat tantùm allega-
re infirmitatẽ, & indè dari terminum ad
illam probandam, ex *Bart.* perpendit, &
ibidem *Actius num. 3.* ſiuè per teſtes, ſiuè
per fidem Medicorũ, vt ipſe notat, & co-
12 pulatiuè vtrumquè requiritur, vt tradit
ibidem *Carau. num. 3.* ſcilicet allegatio in-
firmitatis, & fides Medicorum, an vnius
Medici, vel duorũ, *ibidem Carau. nu. 6. & 7.*
aſſerit, quod fides vnius Medici erit ſuffi-
ciens, prout obſeruat M.C. eundẽ ſequun-
tur *Marcell. Calà de modo articul. gloſ. vnica,
§. 2. num. 100. Angel. Scialoya de foriud. cap. 8.
num. 63.*

At ſi non fuerit admiſſa, corruerit con-
13 tumacia, proculdubio ſicut proceſſus fa-
ctus contra reum tali modo excuſatum,
non tenet de iure, *Gandin. vbi ſupra num. 7.*
ea propter Iudex in hoc interloqui tene-
tur iuxtà ſupplementum practicæ deſuper
inuentæ ad tollendum obſtaculum talis
exceptionis, nè contumacia nullitèr con-
14 trahatur, vt ſuperſedeatur, donec conua-
luerit iuxtà praxim traditam ibidem per
*Carau.*

Digitized by Google

*Carau. num.7.* qua ſolet Iudex condemnare abſentem tanquàm contumacem,& in eadē interlocutoria dicere, quod ſi cómparuerit, cum primum conualuerit abſq; alia requiſitione deleatur à contumacia, ſubdēs, ſed melior practica ſeruat dicere quod ſi comparuerir infra tot dies deleatur,& ſi infra illūm terminum datum non conualeſceret, facta alia fide, prorogatur terminus, at ſi fiſcus,vel pars prætenderet ipſum conualuiſſe, vel nùm quod ſtetiſſe infirmū, capitur informatio,& quandoq; per Curiam mictitur alius Medicus,& repetita fraude, dilatione non gaudet, ſed
15 vti contumax reputatur, ad quod etiam *Foller. vbi ſupra num.36.& ſeq.* tradit, allegata infirmitate indè non reperiri infirmum in domo,ſed vagando hinc indè,ad quod refert eſſe cautelam ſeruandam per Iudicem, vt omnia in ſcriptis per Actuarium notētur,nàm tùnc præſumeretur allegata,ſed ſi verè infirmus eſſet,& in loco tuto conſtitutus,non per hoc prohibetur Iudex accedere, & eum viſitare, & alia agere, & ſubſequitur inſtante fiſco, vel parte, aſſerentibus eſſe ſanum eſſe in praxi receptum,vt accedat Actuarius,vel Iudex cum Medicis in domum infirmi, & ibi diſcuſſo negotio relaxare infirmum cum cautione de ſe præſentando,quam primum conualuerit, vt quoq; ibidem *Carau.* ſectatur, contingi enim poſſet infirmum non poſſe viſitari, dùm reperiatur in tuto loco, ſeù religioſo, vt erat in caſu iſto, vbi fiſci cautela exerceri non poterat,vndè dubitari poterat quid nàm agendum erat, poſtquā certum eſt, & clarum in iure, quod ſi locus vbi infirmus extat, eſſet prophanus, vbi infirmus reperitur,& hoc caſu cautela vt ſupra relata militabit,ſin autem eſſet locus exemptus, ex quo hoc concernir fauorem inquiſiti talis viſitatio, & dùm tractatur de veritate infirmitatis, poterit intus Eccleſiam viſitari, & ſi per aliquod impedimentum non poterit viſitari, vel facto clericorum non permictentium id fieri, aut monacorum,vel facto eiuſdem inquiſiti,tùnc præſumeretur calumnioſè oppoſita,& omnia deſcribi in actis debēt ad tollendum obſtaculum ipſum,vt indè Iudex prouidere poſſit,& ſic fuit obſeruatum.

*SVMMARIVM.*

1 Pragmat.5. vbi de delict. quis conuen. poteſt, *adducitur*.
2 *Remiſſio ad Barones fieri an debeat de reis inquiſitis de furtis publicis.*
3 *Barones vtuntur Pragmatica contra diſrobatores ſtratarum quando illos capiunt.*
4 *Barones ſunt Regij Officiales, ſed largè.*
5 *Remiſſio delinquentium inquiſitorum de furtis, & latrocinijs publicè ad Barones ſit ex ampliſſima conceſſione priuilegiorū ipſorum, & quando referuntur caſus, num.6.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio rei inquiſiti de diſrobatione in ſtrada, vel publicis latrocinijs,an erit faciēda ad Barones habentes ampliſſima priuilegia.

CASVS XXXVI.

PRæthereà difficultari contingit in Regia Audientia Calabriæ Cirra, an erit facienda remiſſio ad Baronem habentem ampliſſima priuilegia petentē reum inquiſitum de diſrobatione in ſtrata publica, vel publicis latrocinijs, & de
1 hac re videtur extare *Pragm.5. incip. Item quod Officiales Regū vbi de delict. quis conuen. deb.* ibiquè diſponitur omnes Officiales Regios debere capi facere malefactores etiam extra territorium, & illis remictere ad locum vbi delinquerunt, ſi aliàs non eſſent publici latrones, diſrobatores ſtratarum publicarū, qui poſſunt à quocunq; Officiali capi, puniri, & caſtigari, vndè per ipſam Pragmaticam videtur clarifi-
2 cari talem remiſſionem non eſſe faciendam, & licet *Foller. in praxi crim. verbo audiant. excuſat. à num.166. cum ſeq.* videatur concludere contra Officiales Regios in fauorem Baronum,& *Reg. Rouit. in d.prag.* quos citat *Io. Franc. Capiblanc. in pragm.8. de Baron num.231.* ponderantes Pragmaticam ipſam loqui de Officialibus Regijs, non autem de Baronalibus, contrarium tamen cōcludit nouiſſimè *Præſ.de Franch. deciſ.142.* vbi in fine concludit etiā quando accidens in vaſſallos Baronum,quia omnibus poteſt obeſſe,& prodeſſe, & hāc opinionem nouiſſimè ſequitur *Muſcatell. in praxi crim. tit.de furtis rapin. &c. ſub rubr. de priuil.dictorum delictorum,nu.56.* quadere poſt longam diſcuſſionem *Foller. vbi ſup. nu. 369.* licet dicat pluries obtinuiſſe pro Baronibus, ſed hodiè concludit eſſe impoſſibile, imò miraculum, & in caſu ob-

tinere remiſſionẽ à Regijs Tribunalibus,
adeò enim habent pro abſolutiſſimo nõ
debere fieri remiſſionem, quod vix per-
mictitur contra dici, & ſi permictatur, id
non fit abſq; contemptu petenrium,& ex
ijs fuir denegata remiſſio per Regiam
Audientiam in duobus caſibus contin-
gentibus,poſtquàm Barones huius Regni
non poſſunt conqueri de Pragmatica fa-
3 cta contra diſrobatores ſtratarum, à qui-
bus eis adimitur iuriſdictio eorũ vaſſal-
lorum,quando ab alijs capiuntur,qui etſi
ipſi alios capiant Pragmatica prædicta
vtuntur, *Præſ.de Franch. deciſ.732. num.15.*
etenim Barones adhùc ſunt Regij Offi-
ciales, *idem Franch.deciſ.211.num.7.*& con-
4 ſequentèr Officiales Baronum dicuntur
Regij Officiales licet largè, non ſtrictè,
ità *Carau.in ritu 49. nu.7.* qui poſſunt pro-
cedere contra eos, iuxtà Pragmaticam
prædictam, adhùc tamen locus remiſſio-
ni eſſe dubius,quanquã meritiſſimus Ad-
catus Pauperum M. C. V. *Heliſeus Danza
in ſuo tract.de pugna Doctor.tom.3.tit.de var.
crim. cognit.* referat fuiſſe pluries remiſſio
5 conceſſa Baronibus de vaſſallis ità delin-
quẽtibus,ſed proùt ipſe diſcurrit,vel pro-
cedit ex ampliſſimorum priuilegiorum
Baronis,proùt erat caſus remiſſionis vaſ-
ſalli ad Officiales Theani,cuius Dominus
eſt Ill.Princeps Hoſtiliani, qui habet pri-
uilegia ampliſſima dependentia ex Ma-
6 gno Capitaneo, vel quia aderat præuen-
tio,vt in caſu *Præſ.de Franch.deciſ.129.* vel
quia erat vnicũ furtum, & non benè pro-
batum,vt in caſu ab eo defenſo,& relato,

*Subſequuntur Allegationes pro parte Fiſci editæ à ſubſcripto Aduocato contra remiſſiones petitas in ijs caſibus videlicet.*

ADeò pernicioſũ eſt pacificos ciues latronum incurſibus ſubiacere,vt coacti ſint Principes nouas leges condere,& veteribus nouas adicere pœnas indè legitimo, ac iudiciali ordine prætermiſſo in latrones acritèr ſęuientes dyra ipſorum flagitia duris legum propugnaculis conſternerent, hinc *Diuus Adrianus*,referente *Caliſtrato in l.ne quid. §.de ijs. ff.de incend ruina,& naufr.* Præſidem iubet de latronibus grauem ſententiam dicere, quos idem *Caliſtr.in l.capitalium, §.famoſos, de pœn.* in ijs locis vbi graſſati ſunt voluit furca ſuſpendi, ſic & Imperator in *Auth. ſed nouo iure, C.de ſeru.fug.& in Auth. vt nulli Iudic. §. ſi verò aggreſſores viarum*, pœnis legalibus ſubdi mandat, nec deſunt aliæ huius Regni regiæ diſpoſitiones,quibus huiuſmodi execranda facinora pœnarum acerbitate plectuntur, vt habetur in *cap. prouiſa iuris ſanctio, in cap.iuris cenſura,& in cap. ſi cū ſceleratis, &c.* deniq; Imper, fęlic. memor. Caroli V. in *pragm.5.vbi de delict.quis cond. deb.* illorum frequentia indignatus, dùm Officialibus Regni generalitèr iubet, vt malefactores diligentèr inquirant,capiãt, & ad ſuos competentes Iudices remictãt, latrones tantũmodò à remiſſionibus excipit, volens illos à quocunquè Officiali capi, puniri, & caſtigari.

Capto igitur per Reg. Tribunal Campaneæ N. Ciuitatis Sueſſæ inquiſito de furto in ſtrata publica, de homicidio, & blaſphemia Omnipotentis DEI, & compilato proceſſu cum integerrimi, atq; ſapientiſſimi Iudicis Merlini imminentem ſententiam formidaret, comparuit generalis Procurator Ill. Ducis Sueſſæ,petens vigore ampliſſimorũ priuilegiorũ Magni Conſalui ad illius Curiam cauſã remicti, obijciebatur ipſi præfatę Regiæ Pragmaticæ diſpoſitio præuenienti Iudici in huiuſmodi caſibus cognitionem tribuentis, ſed replicatur ex aduerſo illam contra publicos latrones tantummodò ſibi locũ vendicare quaſi contrarium ſtatuendum ſit in eo,qui ſemel tantùm itinerantes aggrediatur prędandi cauſa, proùt in præſenti ſpecie,ad quod probandũ Aduerſarius meus ijs fortaſsè vritur fundamẽtis.

Primò, quia *text. in l.capitalium,§ graſſatores,de pœnis*, id prorſus in ſpecie ſtatuere videtur in illis verbis: *Graſſatores,qui prædæ cauſa id faciunt proximi latronibus habentur,& ſi cum ferro aggredi,& ſpoliare inſtituerunt,capite puniuntur,vtiq; ſi ſæpiùs,atq; in itineribus hoc admiſerunt, cæteri in metallũ damtur.* ex quo *text.* eligi poſſe videtur pluralitatem, ſeù reiterationem criminis eſſe neceſſariam ad capitis punitionem,quod voluit etiam *Gloſ.in d.l.capitalium, §.famoſos, in verbo graſſati ſunt,in 2.expoſit. & Gloſ. d.auth. ſed nouo iure,in verbo caſtigabitur*, cuius ſentẽtiam ſequitur *Decian.* & alij DD. relati per *Maſtrill. deciſ.147.in 1.vol.& Peguera deciſ.40.* verumtamen ad quæſtionis huius veritatẽ indagandam dico Primò, publicas vias eſſe ſub Regis protectione poſitas, quemadmodùm diligẽtèr docuit *Ill. Marchio Belmontis in tit. de publ. latron. num.6. & Peguera in praxi cap.15.* vndè illud deducirur eos, quam in publicis itineribus prædantur, Regiam protectio-
nem

Digitized by Google

nem violare; ideòquè rebelles, & læſæ Maieſtatis reos dici poſſe, ad text. *in l. vt qui ducenta. §. vtrum, ff. de reb. dub. Gloſ. in l. 1. ff. de regul. iur. & Alciat. in l. quod non hoſtes, num. 4. ff. de verb. ſignif.* at nemo eſt qui dubitet læſæ Maieſtatis reos à Baronibus non poſſe cognoſci, *l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt.* cum allegatis per *Caſſan. in Conſuet. Burg. rubr. 1. num.* 109. & por *Luc. de Penna in l. fin. C. de delat. lib.* 10. præſertim cum ab eorum vaſſallagio extracti ſint, proùt affirmat *Io. Grand. in tract. de bello exulum, in prædic. qualitatis, quæſt. 3. num.* 3. legitur parum refert, vtrum ſemel tantùm, vel ſępiùs in vijs publicis depredati fuerint, nàm ad hoc vt rebelles dicantur, ſufficit quod ſemel Regis protectionem violauerint, & lęſio Maieſtatis ex huiuſmodi violentia naſcitur, atquè vnico actu perficitur, proùt colligi poteſt, ex *l. 1. & 2. ff. ad l. Iul. Maieſt.* nàm quemadmodùm is, qui nuntium ad Regis hoſtes miſerit, aut milites aduerſus Rempublicam concitauerit ex vnico actu fit rebellis, vt ibi I. C. declarat, ità etiam in latrocinio dicimus, vt qui ſemel tantùm itinerantes inuaſerit prædandi cauſa ſit lęſæ Maieſtatis reus, & per conſequẽs eius cognitio ad Baronem iure licito negari poſſit.

Dico Secũdò, quotieſcunq; inferiores Iudices negligentes ſunt, vel in capiendis reis, tùnc deuoluitur cauſa ad ſuperiorẽ, ità vt illa legitimè priuari poſſint, ità docuit *Luc. de Pen. in l. 2. C. de luc. aduoc. lib. 12. Bald in Auth ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler. Afflict. in Conſt. Inſtitiarij nomen, & normam, num.* 19. cuius dicti ratio conſideratur à *Io. Grande in præfat. quæſt. 3. & Aymon Crau. conſ. 132. num.* 4. cum igitur Curia Sueſſana crimen hoc adeò neglexerit, vt non modo reum publicè ambulantem nõ cęperit, verùm nec de eo informationem inſtituerit, vt certiſſimùm eſt in facto, meritò ad eius cognitionẽ nullatenùs aſpirare debet.

Dico Tertiò, latronem à graſſatore non ſolùm nomine, ſed etiam re differre, nàm latronem dicimus illum, qui in publicis locis cum violentia furantur, vt inquit *Vinc. de Franch. deciſ. 142. num. 2. Alex. conſ. 91. vol. 4. Io. Boniſ. in tract. de furt. §. furtum num.* 41.

Graſſator verò ille dicitur qui occidere per inſidias, non per rixam ſolet, *l. aut facta, verſ. qualitate, ff. de pœn.* qualitate, inquit I. C. eum factum, vel atrociùs, vel læuiùs eſt, vt furta manifeſta à non manifeſtis diſcerni ſolet riſſæ à graſſaturis.

Ex quibus verbis colligitur graſſatorẽ à rixoſo tantùm homicida diſtingui, nàm & graſſari, vt inquit *Nonius* eſt ſupra modum ſęuire, & tùnc peſtem graſſari dicimus, cum ingenti hominem clade inualeſcit, vt *Budeus* adnotauit, at quoniam ſolent quandoq; graſſatores non tantùm occidere, ſed ſpoliare etiam, & prædari, ideò inquit *text. in d. §. graſſatores*, quod ij proximi latronibus habentur, idq; intelligendum eſt quòad pœnam, ſtante quod per mores proximi latronibus fuit, pœna enim latronum eſt furca, vt habetur in *d. §. famoſos*, itaq; graſſatores tùnc demùm furca digni ſunt, cum latronibus proximè accedunt, ideſt cum in itineribus trucidant prædandi cauſa, de iure igitur antiquo ſolùm latronibus furcarum pœna infligebatur, & graſſatoribus ijs, qui latronum more ſępiùs ſpoliarunt, & occiderent, hodie autem de Iure Regni pro vnico tantùm latrocinio, furcarũ ſuſpendio latro puniri ſolet, vt optimè docuit *Ill. Marchio Belmontis in d. rubr. de publ. latron. num.* 4. ideòq; pro vno latrocinio dici poterit famoſus latro, cum pro eo ſolo furcam mereatur, non eſt igitur in huiuſmodi crimine aliud hodie quærendum, niſi an furtum in publico itinere violentèr commiſſum ſit omiſſa quæſtione iuris antiqui, an ſcilicet ſemel, vel pluries, & an homicidio interueniente, vel abſq; eo cõmittatur, quaſi ſatis probatum ſit latronẽ eſſe illum, qui in publicis itineribus per vim prædatur, igitur non homicidia, non pluralitas delictorum, non reiteratio latrocinij latronem faciunt, ſed violentia illa qua vtitur, & via publica, in qua deliquit.

Ex ijs itaq; clariſſima apparet reſponſio ad præfatam *Reg. Pragm. 5. in tit. vbi de delicto*, etenim dùm publicos latrones excipit à remiſſionibus ad Barones de illis latronibus intelligit, qui de Iure Regni publici latrones dicuntur, ideſt qui in publicis itineribus licet ſemel prædati fuerint per ea, quæ diximus.

Nec refragantur ea, quæ allegati DD. aduerſus noſtrã ſententiam aſſerunt, nàm *Gloſ. in d. Auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit.* loquitur ſecundum ea, quę antiquitus diſponebantur, *Decian.* verò, *Peguera, & cæteri DD.* diſputant, an latrones Eccleſiaſtica immunitate gaudere poſſint, & quidẽ rectè ſenſerunt eatenùs nõ gaudere, quatenùs non ſemel, ſed pluries prædati fuerint, ea ſiquidèm in *cap. quia Summus Pontifex, in cap. inter alia, de immun. Eccleſ.* ſæcu-

lati

ſari Iudici tribuit facultatem ab Eccleſia extrahendi in caſibus reiterati latrocinij iure communi inſpecto, & *Maſtrill, in alleg. deciſ.* 47. licet diſputat de remiſſione ad Baronem, tamen in eam ſententiam ducitur, quia delictum erat commiſſum in campis, nō in publica via, vt ipſemet proſequitur in prædicta *deciſ. num.* 7.

Deniq; conſideranda erit forma, quæ contra ipſum N, vrget ex depoſitionibus plurium teſtium Fiſci aſſerentium illum eſſe publicū latronem, licet autem de pluribus latrocinijs nō ſit inquiſitus in actu, quia id fortaſsè ex Curiæ negligētia obuenire potuit, tamen eum qualitas hominis probetur ex fama, *l. tum omnis, §. à barbaris, ff. de re milit. & Bart in l de pupillo, §. ſi quis ipſi præteri, de noui oper. nunc.* ſatis erit vehemens illa fama ad probandum publicum eſſe latronem, *Paris de Puteo in verbo quidam latro, ſub num. 6. & 7. in tract. ſyndic.* per *text. in l. congruit, de offic Præſ.* vbi habetur, quod ad Præſidem ſpectat generalitèr cōtra latrones inquirere, & homines malę conditionis, & vitæ punire, vndè *Aeſchiles Orator in Timarcum* inquit de vita hominum, & actionibus, vera quidèm & minimè fallax vltro fama per Vrbem oberrat, & vulgo actiones nuntiat, *Ariſtides quoquè in ſecunda Platonica* etenim inquit, nec vulgum eſſe negligendum, nec eius opinionē contemnendam, eum in ea quoq; quædā inſit ſagacitas, quæ veritatem contingat. Nec propterea quod de criminibus non ſit iudicialis cognitio adhibita, vel quod eorum ſeries apud Iudices non peruenit, deſinit eſſe criminoſus, nàm fama, quæ ſumans rerum nuntiat nòn ordinem illud efficit, vt pro tali habeatur, *Plinius epiſt. 1. lib. 2. & Martialis* inquit

*Certus abeſt auctor, ſed vox non nuntiat omnis*
*Credo tibi, verum dicere fama ſoles.*

***Fuluius Daneſius.***

Ijs adde *Anton. Faber in eius Codice in tit. de pœnis, definit.* 7. vbi agit de differentia inter Graſſatores, & famoſos latrones, & pœnis eorum, & *in tit. de furtis, defin. 3. Muta ad pragm. Sicil. tit. 47. num. 4. & ſeq* latè *Iul. Cartar. deciſ. 9. per totum, Coler. deciſ. German.* 185. *tom.* 1. Circa verò remiſſiones vaſſallorum ad Barones aliàs deciſum fuit per S.C. de vaſſallo participante de furtis cōmiſſis per bannitos, & conuerſatione illorum, vt dixi in 3. *par. noſtri compendij verbo remiſſio vaſſalli, fol.* 78. & remiſſio vaſſalli inquiſiti de delictis, pro quibus proceditur ad modum belli, pluries deciſum retuli affirmatiuè in eodem *compendio verbo remiſſio vaſſallorum fol* 88. & de remiſſione vaſſallorum latronum furta committētia in ſtratis facienda ad Barones, latè *ibidem verbo remiſſio latronis fol.* 100. vbi plures deciſiones affirmatiuas deduxi. *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 Conſtit. Pœnam eorum *producitur.*
2 *Prorex mandare poteſt vt procèdatur ad forindicationem non expectato anni circulo.*
Pragmat. 2. & 3. de ictu ſcoppicti *ponderatur.*
3 *Appellatio nunquàm cenſetur ſublata, niſi expreſsè fuerit prohibita.*
4 *Proceditur contra reos inquiſitos de grauioribus delictis alio modo.*
5 *Cauſę delictorum exceptuatorū eſt exceptuata à iuris ordinibus, & abſq; cognitione cauſæ proſequitur.*
6 *Cauſa ſummaria ſi ità ſit, ità eius articuli.*
7 *Ordo iuris attendi debet quando reus eſſet in fortijs Curiæ*
8 *Iuriſdictio delegata eſt odioſa.*
9 *Bannitus captus infra terminum citationis extraordinariæ poteſtatis cum abbreuiamēto an torqueri poſſit vigore dictæ poteſtatis.*
10 *Clauſula*, quod fiat complementum Iuſtitiæ, *quid operetur in reſcriptis appoſita.*
11 *Principis mens talis præſumitur, qualis eſt legum conditor, & naturalitas rationis.*
12 *Clauſula*, Iuſtitiæ, *importat facultatem decidendi, & ordinem iuris ſeruandi.*
13 *Reſcripta Principis ſunt intelligenda cum iuſtitia ſaluo iure tertij.*
14 *Iudices in criminalibus ordinem iudiciarium ſeruare debent in cauſis.*
15 *Iudex non ſeruans ordinem iuris pro priuato habetur.*
16 *Iudex ſi iuri ordine obſeruat, procedit pro iuſtitia ſententiæ præſumitur.*
17 *Statutum dictans, quod in ſyndicatu non debet ordo aliquis obſeruari, ſi fuerit ſeruatus, valebit proceſſus.*
18 *Quando Iudici commiſſum ſit, vt decidat cauſam ſecundum rigorem, qualitèr procedere debet.*

ARGVMENTVM.

Poteſtas procedendi ad modum belli contra bannitos, foruſcitos, & ſimiles homicidia commicten-

## mictentes cum ſclopis, an exerceri poſſit contra ipſos exiſtentes carceratos.

### CASVS XXXVII.

DVM fuiſſet conceſſa poteſtas Regię
Audientiæ Calabriæ Citra per Ex-
cellentiſſimum Proregem proce-
dendi contra omnes delinquentes, qui
commictūt homicidia cum ſclopis abre-
uiandi tempus foriudicationis, nō expe-
1 ctato anni circulo, iuxtà *Conſtit. Regni Pœ-
nam eorum*, quod facere poteſt Prorex ci-
2 tra dubium, vt dixit *Præſ. de Franch. deciſ.
213. num. 36.*
Contingit dubitari, an capto, & carce-
rato huiuſmodi delinquente, non alitèr
bannito, ſeù foruſcito, poſſit contra eum
extraiudicialitèr procedi eodem modo
iuris ordine prætermiſſo, poſtquàm ſi cū
tali poteſtate procederetur, proculdubio
appellatio cēſeretur ſublata, & propterea
intuenda ſunt verba dictæ poteſtatis, quę
poſteà fuit conceſſa omnibus Tribunali-
bus, ex diſpoſitione *pragm. 2. & 3. de illis
ſcoppictis*, quę ſi rectè ponderentur, loquun-
tur quando eſſemus in proceſſu foriudi-
cationis formato contra delinquentem
abſentem, ad hoc vt poſſit foriudicari
infra quindecim dies, & ſic intelligenda
erint in caſu ſuo, ſcilicet foriudicationis
faciendæ contra reum abſentē, quo nàm
caſu abbreuiationis concederetur iuxtà
talem poteſtatem olim conceſſam dictæ
Regiæ Audientiæ, licet poſtmodùm am-
pliatam ad aliam Audientiam per viam
legis conditæ in *dictis Pragmaticis*, & indè
foriudicatione ſubſequuta, ceſſaret ap-
pellatio, & hoc virtute *d. Conſtitut. Pœnam
eorum*, quàmuis autem in ea non ſit dene-
gata ſpecificè appellatio, etenim appella-
tio nunquàm cēſetur ſublata, niſi expreſ-
ſe fuiſſet prohibita, *Præſ. de Franch. deciſ.
100. num. 4.*
4 Quocirca alitèr procedi mādatur con-
tra inquiſitos reos pro grauioribus deli-
ctis, vt per *Io. Grand. de bello exulum in præ-
dicamento de quantitate, quæſt. 1.*
5 Sed quando ſumus in iudicio, ſi verſe-
tur in delictis enormibus, & exceptuatis,
& tùnc quemadmodùm cauſa ipſorum
eſt exceptuata à ſuis ordinibus, & abſquè
cognitione cauſæ, vt proſequitur id *Ioan.
6 Grand. d. tract. in ſpec. 56.* nàm ſicuti cauſa
ſummaria ſit, ità omnes articuli ſūe ſum-
marij, *Maranta in ſpec. par. 4. diſt. 9. num. 9.*
7 Quando verò eſſemus in delictis non
tàm exceptuatis, & reus eſſet in fortijs, vt
in caſu præmiſſo, tùnc proculdubio erit
ordo Iuris attendendus, vt proſequitur
*Marant. d. ſpec. in princ. Cauenſ. & Carau. in
ritu 2.*
8 Et ſic cum ipſa iuriſdictio delegata ſit
odioſa, non extenditur de caſu ad caſum,
*Marant. d. ſpec. diſt. 5. num. 30. Bellon. in tract.
de mendat. iuriſdict. cap. 9. q. 10. num. 7.*
9 Pro reſolutione huius altercationis ad-
ducebatur elegans, & conſimilis deciſio
*Foller. in pragm. 2. de exul. num. 37.* vbi quæ-
rit, ſi infrà terminum citationis extraor-
dinariæ poteſtatis cum breuiamento, bā-
nitus caperetur, an poſſit torqueri, vigo-
re præeminentiæ M. C. V. eo non audito
in ſuis defenſionibus, vbi cōcludit, quod
non, & mouetur ex verbis *d. pragm. 1. de
exul.* in qua dicitur, *ſe li miniſtrerà giuſtitia
ad complimento*, quæ videntur importare,
10 quod debet audiri in ſuis defenſionibus
ordinariè iuris ordine ſeruato vigore di-
ctæ clauſulę, quę in reſcriptis appoſita de-
clarat mentē reſcribentis, *Oſaſc. deciſ. 142.
11 num. 19.* & Principis mens talis præſumi-
tur, qualis eſt lègum candor, & naturali-
tas rationis integritas, *Oldrad. in tract. de
reſcr. in prælud 6. nu. 40.* at vbi mandat pro-
cedi, proùt exigit iuſtitia importat facul-
tatem decidendi, & ordine iuris ſeruan-
di, *idem prælud. 11. num. 47.*
12 Verùm, quia talia verba in reſcripto ta-
lis poteſtatis conceſſæ, nullatenùs appoſi-
ta cernebantur, ſcilicet iuſtitiæ comple-
mentum miniſtrari, & ſic videbatur talis
deciſio corruere.
Attamen quia ſepè in reſcriptis cenſe-
tur talis reſeruatio iuſtitiæ comprehenſa,
13 eo quia reſcripta Principum intelligen-
da ſunt cum iuſtitia, & ſaluo iure tertij,
*Mïſing. centur. 5. obſeru. 8. num 6.*
Verùm tamen quia ex debito tenetur
14 iuris ordinem ſeruare, nàm Iudices in
criminalibus cauſis ordinem iudiciariū
ſeruare debent, *Afflict. in Conſtitut. Cauſas
alias, num. 3.*
15 Et Iudex non ſeruans ordinē iuris pro
priuato habetur, *Andr. Gayll. de pace publ.
lib. 1. cap. 5 num. 8.* ſubdens *num. 9.* iuſtitia
adminiſtratur, quando ordo iuris obſer-
16 uatur, & propterea Iudex ſi iuris ordine
obſeruato procedat pro iuſtitia ſententię
præſumitur, *idē And. Gail. in tract. de manum.
iniect. cap. 1. nu. 9. & in tract. de arreſtis imper.
cap. 11. num. 18.*
Hinc eſt, quod ſi per ſtatutum dictare-
17 tur,

Google

17 tur, quod in ſyndicatu non debet ſeruari
aliquis ordo, ſi ſeruatus ſit, valet proceſ-
ſus, quia non eſt receſſum à forma. & ſer-
uare formam non nocet, inquit *Paris de
ſyndic. verbo an ſi poteſtas, ſub num. 16. verſ. ſi
per ſtatutum*, & pro reſolutione huius du-
bij conuenit, quod tradit *Afflict in Conſt.
Circa violentiarum, ſnu. 25.* vbi quærit, quod
18 quando Iudex, cui commiſſum eſt, vt de-
cidat cauſam ſecundum iuris rigorem,
qualitèr indicare debet examinata alter-
catione pro vtraq; parte, aſſerit ſecundũ
æquitatem iudicare debere, quod eſt tem-
peramentum quodã, ſic Protex mandan-
do procedi ad foriudicationem non ob-
ſtante *d. Conſtit.* non enim in progreſſu li-
tis rigor erit obſeruandus, ſed ſecundum
æquitatẽ iuris ordine ſeruato per diuer-
ſitatis modum in procedendo extra iu-
dicium, & in iudicio, & ſic fuit obſeruatũ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Accuſatio in criminalibus eſt neceſſaria.*
2 *Inquiſitio hodie ſucceſſit loco accuſationis.*
3 *Querela ſucceſſit loco accuſationis.*
4 *Accuſator hodie non porrigit libellum accuſa-
torium, ſed querelam.*
5 *Cogi nemo poteſt ad accuſandum.*
6 *Accuſator tenetur adimplere ad quæ de iure
tenetur.*
7 *Accuſator tenetur ad proſequendum accuſa-
tionem.*
8 *Praxis affertur mandari per Curiã accuſato-
ribus vt declarent ſi intendunt facere partem
in iudicio.*
9 *Ad inſtantiam inquiſiti poteſt mandari offenſo,
ſi intendit facere partem in iuditio.*
10 *Accuſatore deſiſtente Curia loco partis ex of-
ficio cum Procuratore fiſcali procedit.*
11 *Accuſatore exiſtente pendente appellatione ex
officio ad vlteriora non procedendum erit.*
12 *Iudex quando poteſt procedere ad expeditionẽ
cauſæ criminalis reo carcerato exiſtente, &
qualitèr.*
13 *Fiſcus tenet locum accuſatoris.*
14 *Accuſatori eſt præcluſa via iterum accuſandi,
quando fuerit citatus ad faciendum partem
in iudicio, & non comparet.*

A R G V M E N T V M.

An exigatur in cauſis crimi-
nalibus, vt pars querelans, faciat
partem in iudicio, antequàm
terminetur.

C A S V S XXXVIII.

AN ſit neceſſè decerni per Curiam,
vt pars querelans, ſeù denuntians,
faciat partem in iudicio, antequã
cauſa terminetur, proùt in contingenti
caſu occurſo, in Regia Audientia contin-
git hæſitari, dùm fuiſſet capta informatio
contra quendam inquiſitũ de lethalibus
vulneribus, & cum fuiſſet per noua ſuper-
uenientia inditia decretum vt procedere-
tur in termino, & quod pars feciſſet in iu-
dicio partem, an proindè admictẽda erit
eius comparitio pro validitate proceſſus,
& conſideratis terminis iuris communis
eſt certum, quod in criminalibus eſt ne-
1 ceſſaria accuſatio damni paſſi, vt patet in
titulis de accuſationibus, & quæ ſit accu-
ſatio, & quotuplex, ac eius forma, & quæ
requirantur, tradit *Farinac. in ſua praxi cri-
min. in tit. de accuſat. ſiue quæſt. 12.* vbi *num. 1.*
2 probat, quod inquiſitio hodiè ſucceſſit
loco accuſatoris, & ſequitur *num. 2.* quod
3 ſimilitèr hodiè querela ſucceſſit loco ac-
cuſationis, ſicquè hodiè accuſator non
4 porrigit libellum accuſatorium, ſed que-
relam exponit, inquit *Carau. in ritu 202.
num. 6.* hoc præſuppoſito infertur, quod li-
5 cet ad accuſandum quis cogi non poſſit,
vt ex *Angel.* probat *Camp. in cap. Regni ad
conſultationem, & in cap. contingit, num. 4.*
6 Tamen quando accuſator tenetur ne-
dum adimplere ad quæ de iure tenetur, vt
per *Iul. Clar. in eius praxi* §. *fin. quæſt. 12.
num. 11.*
7 Sed etiam ad proſequendũ accuſatio-
nem *Campag. vbi ſup. num. 4. & in cap. ad au-
dientiam, num. 5.*
Inoleuit circa hoc praxis vt citari de-
beat accuſator ad faciendum partem in
8 iudicio, vt poſſit procedi ad expeditionẽ
cauſæ, de qua notabilitèr per *Foller. in eius
praxi crim. rubr. audiantur excuſatores, num. 2.*
vbi concludit, quod edita querela ſolet
peti quod mandetur querelanti, quod de-
claret ſi intendit facere partem in iudi-
cio, & ad hoc tenetur Iudex, quia per ſo-
lam querelam, inſtigationem, & ſollicita-
tionem non intelligitur querulantem fa-
cere partẽ in iudicio, ſed oportet decla-
rari, iuxtà relata per *Marant. in ſpec. par. 6.
& vlt par. principali num. 12.*
9 *Carau.* autem *in ritu 102. num. 7.* cõclu-
dit, ſi ad inſtantiam inquiſiti poſſit man-
dari offenſo ſi intendit facere partem in
iudicio, & licet dicat quod non, niſi præ-
cedat diffamatio facta per offenſum, quia
licet taceat in accuſando, & querulando
tamen

Digitized by Google

tamen ratione diffamarionis poteſt ſibi
præfigi terminus talis,& eo non veniente
decerni,quod aliàs non andiarur,tandem
coneludit in eo,qui ſemel aecuſauit, non
autem in non querulante.
10 Et ſic accuſatore deſiſtente Curia loco
partis ex officio eum Procuratnre fiſcali
procedit, *Carau.in ritu 203.num.1. & 111. & ritu 233.num.14. Campag.in d.cap.ad ron-*
*ſultationem,num.15.* ſed ante ſententiam,
11 vel poſt ſententiã accuſator ipſo exiſten-
te, pendẽte appellatione ex officio ad vl-
teriora in cauſa non erit procedendum,
idem *Carau.in ritu 21.num.1.* ſequitur *Ma-*
*ſtrill. de magiſtrat. lib.5.cap.9.nu.26.* ſed cum
talis deſiſtentia, vel ſit expreſsè, & tùnc
procederet ſupra allegata concluſio, *vt ibi*
*per Camp.* ſed quando non expreſsè, ſed
non proſequitur aecuſatio, tùne iuxtà
communem concluſionem Doctorũ,licet
poſſit Iudex procedere ad expeditionem
12 eauſæ,maximè reo carcerato exiſtente,
tamen intelligendum erit, ſi ipſe aecuſa-
tor priùs citatur, vt veniat ad proſequen-
dum litem, & ſi non comparet poſito Cu-
riæ coadintore,poterit Curia proſequi,&
finire proceſſum, & reum abſoluere, vel
cõdemnare, vt ſubdit *ibidem Camp. nu.17.*
& vbi coadiutor non extat proùt in Re-
gijs Tribunalibus,in quibus extat Fiſcus,
13 tùnc quia Fiſcus renet locum accuſato-
ris, *Carau. in ritu* 20. *num.1.* & tùne proce-
deret Iudex ad vlreriora, & hoc iure vti-
14 mur, adeò quod præcluſa erit via accu-
ſatoris, ità vt ampliùs, ſeù iterum eo deſi-
ſtente aceuſare non poſſit, *vt ibi Campag.*
*num. 22.*

*SVMMARIVM.*

1 *Calumniator quis dicatur.*
2 *Calumniator quando præſumatur.*
3 *Calumniator verè an dicatur falſam aceuſationem inſtituendo, non alitèr eam probando.*
4 *Calumniæ pœnæ tenetur qui crimen non probauit.*
5 *Calumniatores crudeles dicuntur.*
6 *Pœna calumniatorum eſt talionis.*
7 *Pœna talionis ab aula receſſit.*
8 *Calumniator tenetur ad damna, & intereſſe.*
9 *Calumniatores grauiùs puniuntur, & quando.*
10 *Calumniator tenetur pœna falſi, & quando.*
11 *Pœna falſi eſt arbitraria, & extenditur vſquè ad mortem.*
12 *Teſtes falſos examinari faciens contra aliquẽ, etiam pœna mortis tenetur.*
13 *Calumniator quãdo tenetur pœna falſi.*
14 *Deciſio affertur in caſu calumnioſæ accuſationis verificatæ per teſtes falſos.*

ARGVMENTVM.

Calumniator inſtruens proceſſum contra aliquem, examinari faciendo teſtes falſos, qua pœna tenetur.

CASVS XXXIX.

1 CAlumniatnr propriè dieitur qui falſo aliquem accuſat, ideſt ſeiẽtèr falſam accuſationẽ inſtituit, vt probat *Caball.reſol.crim.caſu 205.num.7. tom.2.ex l.1.C.de Aduoc.diuerſ.Iudic. Gloſ.in l. Athletas, in verſ. poſſunt, C. de calumn. Godoff.à Bauo in praxi crim. §.accuſatio, num 28.*

2 Et circa hoc erit aduertendum,quod ſi non probauerit accuſationem, tùnc præſumeretur calumniator, vt per *DD.in c.3. de calumn. Simon de Petris conſ.7.num.7. Cephal. conſ.491.nu.11.* & eſt communis opinio, vt per *Clarum in § fin.quæſt.62. Menoch. de arbitr. Iudic.caſu 321.num.4. Suarez verbo accuſatio, num.31.* quos prnbat *Claud. Bertazol. ad conſ.212.eius patris tom.1. lit. A.*

3 Subdens non ex hoc verè poſſe dici calumniarorem, ſi falsò accuſationem inſtituiſſet, & non probaſſet, latè *Caball.reſolut. crim.caſu 204. num.1.*

4 Nee per hoc exeuſaretur à pœna, etenim calumniaror tenetur pęna calumniatoris, qui crimen non probauit, *Bartazol. conſ.crim.391.nu.15.vol.2. Caball.caſu 205. num. 7.*

5 Poſtquàm ealumniatores crudeles *Demoſtheni dicti*, & viperinam indolem habentes, inquit *Godoff à Bauo vbi ſup. nu.30.*

6 Sed qua pœna plecti debeant, cum de iure communi ſit pœna talionis, vt inquit *Farinac. in eius praxi crim, quæſt.16.nu.1.* vbi probat eandem pœnam fuiſſe impoſitam de iure diuino.

7 Verùm quia talis pœna talionis ab aula receſſit, vt ibidem *Farinac. nu.3.* firmar, & ſeqnitnr *Muta in pragm. Sicil.tit.82. n.11. Godoff. à Bauo vbi ſup.num.21. Scaccia de iudic.cauſ.crim. & ciuil.cap.51.num.18.*

8 Succeſſit tamen vt calũniaror ad damna, & intereſſe teneatur, vr ibi *Farin.nu.15. Bertazol. vbi ſupra*, & meliùs *Caball. d. caſu 205. num.4 & 6. Muta vbi ſupra num.10. & ſeq.* optimè *Coler. deciſ. German.182.tom.1.* latè *Reg.Sanfelic. deciſ.54.* vbi deeiſionem affert de hoc *Felic.alleg.134.num.20.par.2.* Sin autem probauerit aecuſationem in-

ſtitutam procul dubio bene procederet,
9 ſed quoties accuſationem ipſam falſam
propoſuerit, & illam falſis teſtibus proba-
uerit, tùnc calumniatores plecti debent,
quam ſit ratione, & æquitati conſentaneũ
potiſſimùm verò vbi de atrocioribus de-
lictis agitur, & quidèm graui pœna ple-
ctendi sũt ex qualitatibus, & circumſtan-
tijs calumniæ, *Godoff. à Bauo vbi ſup. nu.* 30.
quocirca *Farinac. d. quæſt.* 16. *ſub num.* 4. di-
10 xit, & alium caſum in quo calumniator
etiam pœna falſi tenetur, quando ſcilicet
ad accuſationis probationẽ falſos teſtes
introduxerit, &c, & ſub *num.* 7. ſubdit, *Et
non erit abſurdum dicere hunc calumniatorem
non ſolùm teneri pœna falſi*, vt per *Laurent.
Tennin. in caut.* 1. *num.* 9. *& Baiard. ad Clar. in
d. § fin. quæſt.* 62. *num.* 32. quæ falſi pœna vt
11 ſuo loco dixi arbitraria eſt, ſed etiã quod
talis pœna arbitraria poſſit vſq; ad mor-
tem extendi, proùt in eodem presbytero,
idem *Gigas* extenſum fuiſſe *d. loco* teſtatur,
quod proptereà ad geminas columnas
laqueo ſuſpenſus fuit, hæc ille, & hãc opi-
nionem ex multis probat *Felic. vbi ſupra
num.* 19. poſt *Scacciam vbi ſup. Muta in pragm.
Sicil tit.* 35 *num.* 17, contra inducentes fal-
12 ſos teſtes pro ſubſtentando falſam accu-
ſationem, ideò grauiùs puniendos eſſe
etiam pœna mortis, vt quoq; ſectatur *Go-
doff. à Bauo vbi ſupra nu.* 3. quod tùnc pœna
falſi calũniator tenetur, quãdo ad accuſa-
13 tionis probationẽ falſos teſtes introdu-
xerit etiã in manifeſtũ vitæ periculũ, *Cri-
ſtin. dec.* 4. *n.* 23. *vol.* 4. ad quod *D. Reg. Rouit.
in pragm.* 4. *de falſ. nu.* 6. inquit, quod etiam
conſulentes, & inſtruentes falſum tenean-
14 tur pœna prædicta, & ſuas, quod hoc fuit
neceſſariò exprimendum ad euitandum
controuerſiam Doctorum, quemadmodũ
incidit nouiſſimè practicari in cauſa Io-
ſephi de Philippo de Marcianiſi, qui bi-
nos teſtes corruptos pecunia examinari
fecerat contra N. ſub prætextu, quod cõ-
miſerat quodam homicidium, cum illud
fuiſſet ab alio cõmiſſo, & capta informa-
tione per Regiam Curiam Capuanã con-
ſtabat, quinimò fuit ipſe cõdemnatus ad
amputationem capitis per Iudices Mag.
Cur. Vic. adiunctos, & teſtes examinati ad
ſuſpendium de menſe Nouembris 1652.
ad relationẽ Iudicis Anelli Portij, penès
Grimaldum Actuarium aſſumptum, nàm
etſi falſi pœna vt puniatur teſtis ſufficiens
eſſet, ſi probetur pecunia corruptus, licet
nõ probetur falſum depoſuiſſe, vt inquit
ibi *Reg. Rouit. num.* 3. quantò magis quan-
do etiam falſum examen concurriſſet,

*SVMMARIVM.*

1 Cap. prouiſa iuris ſanctio *quãdo procedit.*
2 Cap. iuris cenſuræ *ponderatur.*
3 Cap. ſi cum ſceleratis *producitur.*
4 *Latrones inſignes alij dicuntur, & alij famoſi.*
5 *Latro publicus, ſeù famoſus quis dicatur.*
6 *Procedi ad modum belli an poſſint cõtra latro-
nes vnicum furtum patrantes, & nu.* 9.
7 *Conſuetudo furandi per trinum actum induci-
tur, vt famoſus dicatur latro.*
8 *Latro publicus non dicitur ex vnico actu.*
10 *Capitula Regni contra latrones famoſos quam
exigunt qualitatem.*
11 *Latrones famoſi vltimo ſupplicio plectendi
ſunt.*
12 *Latro, qui ſemel graſſatus eſt in ſtrata dicitur.*
13 *Latrocinũ crimen graue eſt, imò atrox, nu.* 16.
14 *Latro ſufficit ſemel tale delictum commictere.*
15 *Regiæ Audientiæ ſolent in furtis publicis pro-
cedere ad modum belli.*
17 *Graſſatores, & famoſi latrones, qui dicuntur.*
18 *Diſrobatores ſtratarum, qui dicuntur.*
19 *Qualitates ſunt probandæ in diſrobatione fa-
cta in ſtrata.*
20 *Graſſatores proximi ſunt latronibus.*
21 *Graſſare verbum quid ſit.*
22 *Contra latrones, & graſſatores procedi poteſt
ex proceſſu informatiuo.*
23 *Latro aggrediens in ſtrada viatorem, ſi extra
viam deſpoliat, an dicatur in via ſpoliaſſe.*
24 *Contra latrones proceditur ex præeminentia
M. C. V.*
25 *Satellites ſunt perſonæ viles, quibus nulla fi-
des datur.*
26 *Paſtor effectus lupus actione furti tenetur.*
27 *Iura vndè naſcuntur, non debẽt iniuriæ ex illis
reſultare.*
28 *Diuidentes prædas cum alijs, eadem pœna te-
nentur, & refertur caſus deciſus in Algu-
zerio.*

ARGVMENTVM.

Latrones ſtratarum ſemel ta-
le delictum commictentes, an
ſubijciantur ordini procedendi
extraordinario ad modum belli
ex abrupto.

CASVS

## CASVS XL.

EVenit caſus ſatis admiratione dignus,
dùm ſex ſatellites Locumtenentis
Curiæ Regiæ Ciuitatis Coſentiæ in-
ſimul cũ Magiſtro Actorum iter perage-
rent extra Ciuitatem, vt caperent quendã
carceratum, & in itinere obuiam venirẽt
duo Fabri malleatores cum quadã beſtia
onerata diuerſis bonis æneis, & ſuperle-
ctilibus, & in receſſu de nocte inuenerunt
prædictos iter agentes in quadam Taber-
na, ſiuè Cauponia, ipſoſq; coegerunt, &
oneratam beſtiam deonerauerunt, & de-
mùm furto ſubtraxerunt quædam mobi-
lia, ac pecunias fortè ducatorum 30. quo
ſic peracto mane ſequenti ſe ipſos in Ci-
uitatem vna cum carcerato contulerunt,
de quo facto ipſa Regia Audiẽtia certior
facta eos carcerari iuſſit, vndè dubitari
contingit ſi contra eos procedi debuerat
ad modum belli, nullo iuris ordine ſerua-
1 to, attenta diſpoſitione *Cap. Regni incip.*
*Prouiſa iuris ſanctio*, ex qua dicebatur nul-
latenùs huiuſmodi fore procedendum,
eo quia loquitur in famoſis, & inſignis la-
tronibus, & diſrobatoribus ſtratarum, pi-
ratis, qui publicè graſſantur, contra quos
fama ſcelerum laborat, ibi, *Latrones vulga-*
*ritèr, & publicè diffamatos, qui in domibus, aut*
*itineribus, vel in mari violentias, aut aggreſſio-*
*nes perpatrant, nec non reos alios maiorum ſce-*
*lerum labe notatos vulgari quodammodò noto-*
*ria populi opinione grauatos, & labefactos infa-*
2 *miæ*, & in ſequenti *Cap incip. Iuris cenſura*,
ibi, *Inſurrexerunt latrones inſignes diſrobato-*
*res ſtratarum notabiles, & famoſi, contra quos*
*communis laborat infamia, & ipſorum delictorũ*
*graſſantia eos facit quodammodò manifeſtos*.
3 & in *cap. ſi cum ſceleratis*, ibi, *Quod ſint diſ-*
*robatores ſtratarum, aut homicidæ, fures, ſeu la-*
*trones inſignes, vel aliorum grauaminum labe-*
*factos infamia, &c.* meminit *Iacob. Gagliard.*
*in tract de delict. lib. 4. num. 74.*

Poſtquàm ſi attendamus qualitatem
ipſorum delinquentium cernimus ipſos
rectè non poſſe dici eſſe famoſos, nec in-
4 ſignes latrones, nàm alij dicũtur inſignes
latrones, alij famoſi, ſecundum *Andr. in*
*cap. 1. §. publici latrones, de pace tenenda*, rela-
tus per *Parid. de Puteo de ſyndic. verbo quia*
*ſupradictum eſt quod contra, ſub num 4.* quam-
5 uis vt ipſe dixit latro publicus, ſeu famo-
ſus dicatur non qui ſemel, ſed pluries fu-
ratur, *Ciazius diſcept. crim. tom. 2. diſcep. 25.*
6 *nu. 235.* quia tùnc erit famoſus, vt ibi *Pa-*
*ris num. 2.* decidit, vel ſaltim per binum
7 actum, per quem inducitur Conſuetudo,
tùnc diceretur famoſus latro, vt *ibi Paris.*
*& in verbo ſi latro in finalibus verbis, Campa-*
*gna in cap. Regni ad hoc, num. 56. Farin. de fur-*
*tis quæſt. 166. num. 14. Anton. de Ballis in ſuis*
*tract. crimin. lib. 1. tit. de lit. diſpenſat. cap. 9.*
*num. 1. Marius Burgius de modo proced. ex ab-*
*rupto, quæſt. 23. nu. 102. Peguera deciſ. 40. nu. 6.*
*Muta deciſ 60. nu. 2. Iul. Cartar. deciſ. 9. nu. 5.*
*Reg. Sanfelic. in deciſ. 137. num. 6. tom. 1.* poſt
*Muſcatell. in praxi crim. rubr. de furtis, rapinis,*
*& latrociniis, nu. 54.* vbi *nu. 55.* ſubdit, quod
8 ex vnico actu quis non dicitur latro pu-
blicus, ex mente aliorum DD. *Burg. vbi*
*ſupra, Peguera vbi ſupra num. 7. Giurba conſ.*
*crim. 90. num. 17.*

Proùt erat in caſu ſupradicto ob vnicũ
furtum ſic commiſſum non poterat con-
9 tra eos extraordinario modo procedi,
quemadmodùm contra illos famoſos la-
trones conſuetos pluries furari, contra
quos tali modo procedi debet, vt ibi *An-*
*ton. de Ballis, Marius Burg. loco citato*, latiùs
*Iacob. Gagliard. vbi ſupra*, ex multis id
probat.

10 Porrò iſta qualitas præſertim exigitur,
vt cantant allegata Capitula, quemadmo-
dùm teſtatur *Par. d. verbo quia ſupra ſub n. 5.*
ſicq; ceſſante tali qualitate, ceſſare vide-
batur diſpoſitio ipſorum Capitulorum, vt
nõ poſſit procedi extraordinario modo.

11 Difficultas tamen non poterat, quali-
ter ipſi tale graue delictum commiſerãt,
propter quod condigna pœna plecti de-
buiſſent, nàm latronis publici inſtar vlti-
mo ſupplicio damnandus eſt, poſt *Farin.*
*d. tract. quæſt. 167. num. 86.* licet contrarium
ſentiat *num. 85. & 88.* non eſſe pœna mor-
tis plectendos tamen tenetur, *Ciazius di-*
*ſcept. crim. tom. 2. diſcept. 25. nu. 19. & 103.* ex
12 ſeculari lege, qui in ſtrada publica ſemel
graſſatus fuit, *Giurba d. conſ. 90. nu. 10 & 22.*
13 eo quia latrocinij crimen graue eſt, *Iul.*
*Cartar. deciſ. 68. num. 28.* & nouiſſimè *Ioan.*
*Maria Campana in reſol. 16. num. 11. de foriu-*
*dicat.* probat tàm de Iure huius Regni ex
*D. Reg. Tapia*, quàm etiã in Regno Siciliæ
ſufficere ſemel id fuiſſe commiſſũ crimen
14 huiuſmodi etiam ſi eſſet paruum furatũ,
ex rationibus ibi adductis, quod etiam
aſſequitur *Reg. Sanfelic. vbi ſupra num. 7.*

15 Nihilominus ipſa Regia Audientia in
tali modo procedendi determinauit ex-
traordinario modo fore procedendum
ad modum belli, ex ſequentibus, vt quoq;
aduertit *Iacob. Gagliard. vbi ſupra ſub nu. 74.*
*in fine*, poſtquàm ſi rectè ponderentur ver-
ba dictorum Capitulorum, etiam loquun-
tur de diſrobatoribus ſtratarum, nec ibi



Digitized by Google

dicitur de aliqua famoſitate, cum tale de-
lictum nedum graue, vt dictum eſt, ſed
enormiſſimum, imò atrox, *Marius Burg.*
*d. tract, quæſt. 13 num. 99.* etenim illi vocan-
16 tur graſſatores, & famoſi latrones, non
tantùm quia ſæpius talia committere ſo-
lent, vt *Gloſ. putauit*, ſed quia cum armis
17 aggrediuntur in ſtratis publicis, & vim
inferunt, vt notat *Muſcatell, vbi ſup. nu. 19.*
18 & hoc nomine ſic vocetur diſrobatores
ſtratarum cum in ſtratis publicis id com-
mittere nitantur, vt ibi *Muſcatell. num. 7.*
*Iacob Gagliard, vbi ſupra ſub num. 46. verſ.*
*graſſatores verò.*

Et hæc diſrobatio ſimilitèr habet qua-
litatem, quæ furto ſimplici non conue-
nit. poſt *Camp. vbi ſupra num. 60.* ſubdit
*Muſcat ibidem num.* 18. quæ quidem quali-
19 tates in diſrobatione in ſtrata probanda
ſunt, ſubnectit *Muſcatell num. 37*, hoc eſt,
quod diſrobatus fuit aggreſſus ab aliqui-
bus, ſeù ab vno armatis, ſeù armato tali
genere armorum in itinere, in ſtrata pu-
blica, & in tali loco ipſum diſrobauerút,
nàm hæc qualitas, quod ſemper cum ar-
mis, & in ſtratis publicis facit particulare
20 delictum diſrobationis ſtratæ publicæ ex
*text in § graſſatores*, dùm ibi, *dicitur graſſato-*
*res proximis latronibus habentur, &c.* & ſi ſunt
proximi, non tamen idem inquit *ibi Mu-*
*ſcatell.* ſed ſi intuamus verbum graſſare,
21 idem eſt quod delinquere, vel animari ad
delinquendum, notat *Gloſ. in §. ſed ſi quis,*
*verſ. graſſandi, Inſtit. de ſuſp. tut.* & in hoc
delicto quàmuis non fuerit probata in-
ceſſio per Campaneam cum comitiua, vt
ſunt illi, qui ſtatim recedunt ex ſtrata pu-
blica, & ad domos proprias ſe côtulerint
poſt furtum, ob quod non intrat poteſtas
22 ad modum belli, tamen poteſt etiá con-
tra eos procedi ex proceſſu informatiuo,
vt notat elegantèr idem *Muſcat. vbi ſup. in*
*tit. de priuileg. prædict. delict. num. 21.* ex men-
te *Io. Grande de bello exulum ibi relati*, ete-
nim latro aggrediens viatorem in via pu-
23 blica animo illum ſpoliandi, ſed deindè
extra viam publicam eum ſpoliando, di-
citur in via publica ſpoliaſſe, & ibi deli-
ctum conſumaſſe, probat *Conſ. Io. Maria*
*Campana reſol. 16. num. 17. Iacob. Gagliard.*
*vbi ſupra ſub num 76.*

Quantò magis in præſéti caſu erit ani-
maduertendum, dùm ipſi rei inceſſerant
per Campaneam armati ad capiendum
quendam malefactorem ipſius Curiæ Lo-
cumtenêtis, & eius prætextu ipſi commi-
ſerant talem diſrobationê, ad quod *Mu-*
*ſcat. eo. loco num 54.* ſubnectit, quod contra
24 tales latrones, & diſrobatores proceditur
ex præeminêtia M.C.V. ex proceſſu infor-
matiuo, & fortiùs ſtante querela partis.
25. Præterea quia eorû qualitas erat abie-
cta, dùm erant ſatellites, & perſonæ viles,
quibus nulla datur fides, vt pôderat *Præſ.*
*de Franch. deciſ. 379.*

Inſuper dùm erant deſtinati pro ſerui-
tio Curiæ contra delinquentes nefas erat
talia delicta per eos cômitti, & tantò ma-
26 gis contra eos ſæuiendum ſicuti paſtor
ſi lupus efficiatur, furti actione tenetur,
*l. ſi ſeruum veſtrum*, vbi *Bald. C. de furtis*, quia
dependebant à Curiæ ſeruitio commiſſo
contra reos non iuſtum videbatur eos ta-
27 lia peragere, ne indè iniuriarum naſca-
tur occaſio, vndè iura naſcuntur, *l. memi-*
*nerint, C. vnde vi*, & ex ijs conuenit, quod
dixerat Dauid, Pſalm, 40. *Etenim homo pa-*
*cis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos*
*magnificauit ſuper me ſupplantationem vt con-*
*uenit*, quod dixit *Par. de ſyndic. ver. an ex eo,*
28 *num.* 8. quod diuidentes prædas cum ag-
greſſoribus viarum viui ſunt comburen-
di, quia *text.* eſt ſingularis contra Algu-
zinos, qui ſolent de nocte tollere fures in
ſocietatem eorum, & cum illis diuidere
furta, propter quod quidam Alguzinus
fuit ſuſpenſus Neap. qui diuidebat predá
cum furibus, &c.

Quapropter contra eos proceſſum fuit
ad modum belli, & cum duo ex eis con-
feſſi fuiſſent delictum, fuerunt laqueo ſu-
ſpenſi, & in fruſtra ſciſſi hoc anno 1611.
de menſe Auguſti, referente Regio Audi-
tore Frâciſco Antonio Rocca, penès Vil-
lanum Act. Mag.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vidua habet priuilegium fori, ſeù electionem.*
2 *Priuilegiû electionis fori ceſſat in vidua tran-*
*ſeunte ad ſecunda vota.*
3 *Cauſa an remitti poſſit ad Iudicem loci, ſi ex-*
*poſita querela per viduam ipſa deindè ad ſe-*
*cunda vota tranſiuerit.*
4 *Tertius habens intereſſe in cauſa criminali de-*
*bet audiri.*
5 *Electio fori, & variatio competit virgini.*
6 *Priuilegium virginis eſt magis pinguè quàm*
*viduarum.*
7 *Variatio dicitur electio, & quâdo virgini com-*
*petat pro ſuorum offenſione.*
8 *Remiſſio ad variantis inſtantiam antequâ con-*
*cedatur, erit excogitandum.*
9 *Remiſſio tunc côceditur ſi de fraude non conſtet.*
10. *Variatio à Iudice ſuperiore ad inferiorem non*
*datur, & ſic iudicatum num. 11.*

12 *Partes*

12 *Partes multoties reperiuntur concordatæ, & indè variationem petunt, ideò diligentia erit facienda.*

13 *Variatio fori an, & quando concedi debeat, vel non.*

14 *Eligẽs in cauſa criminali forum ſi ſtatim mutauerit voluntatem, an ſit audiendus.*

A R G V M E N T V M.

Variatio fori in criminalibus cõpetens viduę, an ea tranſeunte ad ſecunda vota competat, & quid in virgine pro morte fratris.

C A S V S  XLI.

PRæpoſita fuit quæſtio notabilis contingentis caſus in eadem Regia Audientia Calabriæ Citra, poſtquàm
1 certum eſt de iure, quod vidua habet electionẽ fori, *Præſes de Franch. deciſ.* 541. *nu.* 4. cum alijs apud *Nouar. in tract. ſeu praxi electionis fori, tom.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 2. *Eliſeus Danza de pugna Doctor. tom.* 2. *tit. de elect. fori, num.* 1.

Et cum quædam vidua elegiſſet in forum ipſam Regiam Audientiam variando cauſam cuiuſdam homicidij à Iudi-
2 ce ordinario loci, poſtmodùm cum eſſet nupta, ceſſauit priuilegium prędictum, *idem Præſ. de Franch. deciſ.* 257. *num.* 7. *Maſtrill.* 268. latiùs *Eliſ. Danza de pugna Doct. d. tom.* 2. *cap.* 4. *per totum.*

Sed inſurrexit eius filia virgo in capillo, & petijt reuariationẽ à Regia Audientia ad Iudicem ordinarium loci, vnde dubitatum fuit quid iuris, cum cauſa ipſa eſſet introducta in Regia Audientia, & quæſitum ius Fiſco, & circa hoc *Carau. in ritu* 233. *num.* 12. diffusè diſputat articu-
3 lum, ſi expoſita querela per viduam in M.C.V. & ipſa per mortem, vel tranſitum ad ſecunda vota remiſerit, aut ceſſauerit, poſſit ad inſtantiam Baronis, vel alterius cauſa ipſa remitti ad Iudicem loci ordinarium, & ex multis fundamentis tenet, quod ſit remittenda, licèt deindè dicat id in praxi non ſeruari, & prædictis non obſtantibus decernitur cauſam remanendã, quæ ſiquidèm practica operatur in caſu quo vidua mortua eſt, vel ad ſecunda vota trãſiſſet, ea ratione defendi poteſt, quia credi debet cum eadem voluntate deceſſiſſe, & tranſiſſe, *Præſ. de Franch. deciſ.* 257. *nu.* 7. tangit hunc punctum, & allegat *Carau. vbi ſupra*, contra quem inſurgit *Foller. in Conſtit. Statuimus*, licet pro Fiſco teneat *Marin. in Addit ad Gram. in d. Conſtit.* & de *Carau eiuſq; dictis in d. ritu*, latiſſimè diſcutit *Maſtr in d. deciſ* 268. vbi examinat conſimilem caſũ occurſum de vidua eligente forum Curiæ Principis, ſi poſt expoſitam querelam criminalem, ac captam informationem cotra reum, & ea ad ſecundas nuptias pertranſendo, poſſit per Baronem dominum rei remiſſio peti ad ſuã Curiam, rationes pro hac parte adducendo *à num.* 1 *ad* 9. & ibi refert deciſum nullatenùs fore concedendam per rationes ibidem deductas vſq; ad finẽ, prout quoquè idem *Maſtrill in deciſ.* 247. *à num* 28. *& ſeq.* idem probari cernitur poſt *Theſaur. deciſ.* 177. *num.* 4.

Sed veriùs, quia in præſenti caſu agebatur in tertio comparente pro eius propria perſona intereſſe habẽte, & erat perſona virgo, & filia defuncti, quæ petierat reuariationem ex ipſa Regia Audientia ad Curiam Baronis, & licet tertius com-
4 parens in cauſa criminali intereſſe habẽs debeat audiri, vt refert *Foller. in praxi crimin. rubr. & ſi confitebuntur, num.* 133 & notantèr tradit *Mariconda in Conſtit. Obſcuritatem*, quod ſi tertius comparens pro ſuo intereſſe poſt publicatum in cauſa, ſi eſſet perſona priuilegiata, poſſit petere beneficia, dummodò cauſa ſit indiuidua, alitèr ſi eſſet diuidua, procederetur ad inſtantiã actoris contra reum, ſaluis iuribus tertij, & ità practicatur, de quo latè per *Afflict. deciſ.* 15. *nu.* 3. *& ſeq.* vbi plura de hoc tradit, licet loquatur in cauſa ciuili, negari tamen non poteſt, quin priuilegia competentia priuilegiatis, omninò ſint cõcedenda, & ideò in caſu enarrato, quàmuis iſte tertius eſſet perſona priuilegiata, ac
5 virgo cui competit tàm electio, quàm variatio, iuxtà notata per *Andr. in d. Conſtit. Statuimus, & Præſ de Franch. deciſ* 100. *Nouar. in d praxi tom.* 2. *quæſt.* 19. *nu.* 2. *& tom.* 1.
6 *quæſt.* 13. & ipſarum priuilegium magis ſit pinguum, quam viduarum, inquit *Foller. in praxi crim rubr audiant. excuſat. num.* 87. & variare is poteſt, qui eligere poteſt, *Afflict. d. Conſtit. Statuimus, quæſt.* 13. *Franc. de Petris conſ.* 13. *num.* 10. *idem Nouar. d tom.* 1. *ſect.* 1.
7 *quæſt.* 3. *num* 3. & variatio dicitur electio, ex *Afflict. vbi ſupra num* 7. *Carau. ritu* 233. *num.* 9. *Conſil. Staiban. reſol* 84 *nu.* 11. *& Eliſeus Danza de pugna Doctor. tom.* 1. *tit. de remiſſ. cauſ. cap.* 2. *& ibi num.* 13. *ex Reg. Tapia in Conſt.*

Digitized by Google

*in Conſt. Statuimus, num.*20. quærit, ſi competat virgini tale priuilegiũ, quando proſequeretur iniuriam ſuorum, & concludit poſſe ſubſequuta morte oſſenſorum, aliàs ſecus, & ibidem ſubdit quid pro homicidio commiſſo in perſonam patris, vel fratris, & ſub diſtinctione formata à *Præſ. de Franch. in deciſ.*100. quod aut extant maſculi, & tùnc ceſſabit tale priuilegiũ, aliàs ſecus eſſet, *vt ſubdit num.*16. ex *Capiblanc. de Baron. cap.*44.*num.*13.*tom.*2. quia fœminæ admictuntur in ſubſidium, ex *Franch. deciſ.*382.*&* *Gratian.cap.*5.*num.*36.

Nihilominus variatio facit præſumi contra variantem, quia vt plurimũ præcedente concordia, variatio contingere ſolet, & ideò maximè cogitandum, antequã
8 remiſſio ad variãtis inſtantiã cõcedatur, *Maſtrill.d.deciſ.*268.*nu.*27.*&*28.& dummo-
9 dò non conſtet de fraude, in quo Fiſcus ſummoperè aduertere debet; prout ex *d.Maſtrill vbi ſupra,* notat *Nouar.d.tract. tomo* 2.*quæſt.*27 *num.*49 vltra *Sotomaior lib.*3. *controu.*25 *num.*12.& propterea non datur
10 variatio à Iudice ſuperiori ad inferiorẽ, ex *Franch.d.deciſ.*100.*in fine,* notat *Franc. de Petris d.conſ.*13.*num.*9. & meliùs hoc idem proſequitur *Nouar. d. tract. d. tom.*1.*ſect.*1, *quæſt.*4. *num.*12.*&*13. ibiq; intuetur quan-
11 do variationes ſuſpectæ præſumantur, ex *Maſtrill. deciſ.*287 *num.*30. vbi ità iudicatũ fatetur, & confirmat in *d.deciſ.*268.*nu.*29. & ſatis cogitandum circa remiſſionem faciendam, ex *Cancer.var reſol.par.*2.*tit.de iuriſd omn Iud.num.*11. non mirùm ſi à Fi-
12 ſci Patrono debeat adhibere diligentiã, nàm multoties reperiũtur partes concordatæ, ex *Gallupp. in praxi S.C. par.*2. *cap.*6. *num.*59.& pleniùs *Danza vbi ſup.à num.*410 *ad finem,* relatis opinionibus hinc indè re-
13 fert in fine non eſſe cõcedendam ex cauſis ibi traditis, vbi *num.*19. refert *Nos in* 2 *tom. compendij verbo electio,* vbi ità deciſũ in M.C.V. dixiſſe, prout fuit obſeruatum in caſu prænarrato, & ſic fori electione facta in M C.V. in cauſa criminali, quàm-
14 uis eligens ſtatim mutauerit nõ per hoc cauſa ad aliud Tribunal remictitur, refert *Donat.Ant de Marin rerum quotidian. tom.*2, *cap.*243.*num* 9.

*SVMMARIVM.*

1 Pragm.7.de armis *ponderatur.*
2 *Lex ligat vbi eſt publicata non exteros.*
3 *Pragmatica non poteſt extendi de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam.*
4 *Dictum* Apoſt, ad Rom.5. *producitur.*
5 *Legis virtus in quibus conſiſtit.*
6 *Portans arma ad nocendum, qualitèr à Iudice ſit monendus.*
7 *Armorum appellatione an veniant accepta, & ſimilia.*
8 *Arma ruralia poſſunt ruſtici deferre ligata.*

ARGVMENTVM.

## Repertus, ſeù inuentus aſportare acceptã an puniri debeat.

CASVS XLII.

CApto inquiſito de homicidio, & contumace cum accettullo in Terra Depiniani Prouinciæ Calabriæ citra, quæſitum fuit in eadẽ Regia Audientia ſi puniri debuerat ob talem aſportationem, vndè videbatur affirmari, cum talia arma in ſpecie ſint vetita per *Regiam*
1 *Pragmaticam* 7.*de armis,* ibi. *Nè tampoco daghe, e pugnali, piſtoleſi, e ſmagliaturi, cortelle, ſtorte di tre palmi in baſſo, accettulli, mazze ferrate, &c.* licet autem ipſa Pragmatica localis ſit condita in Ciuitate Neap. vt ibi exprimitur: *Tanto per queſta magnifica, & fedeliſſima Città di Napoli, come ſuoi Borghi, e diſtretti,* & cum ſit localis, extendi non poterat ad alia loca.

2 Sic lex ligat omnes vbi fuit publicata in eo loco, non tamen exteros alterius loci, *Gloſ.in Conſtit. Hominis extra Regnum, in princ.*

3 Sicuti in ſimili dicitur, quod Pragmatica non poteſt extendi de caſu ad caſũ, nec de perſona ad perſonam, probat *Reg. Rouit.in pragm.*1.*de aſſaſſin.num.*21.

Eapropter cum non reperiatur expreſſa prohibitio aſportandi talia arma, nulla
4 pœna infetri videbatur, iuxtà illud *Apoſtoli ad Rom.*5. vſq; ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex nõ eſſet, ea propter
5 cum legis virtus ſit imperare, vetare, permictere, punire, *l.legis ff.de leg.* & tùnc contra legem facit, quod lex prohibet, *l.contra legem, ff.eod.* hoc eſt expreſſim, vt ibi *Gloſ.* ſubnectit, & propterea cum nõ adſit prohibitio, nulla prorſus pœna locum habebit, eo ampliùs, quia abuſus extabat in tali loco aſportandi talia arma, quæ deſeruiebant etiam pro incidendis arboribus, adeò quod cũ talis abuſus toleratus diu fuerat, nefas erat ipſum punire.

6 Vndè

Vndè adducebatur particularis deciſio *Camp. in cap Regni & inter ſubiectos, num. 33.* 6 dicentis, quod ſi aliquis portaret mazzã ferratam, vel aliquod ſignum nodoſum ad noeendum, aut ſecurim, ſeù acceptam, certè Iudex debet arbitrari qualitatem fuſtium, perſonæ, & poterit prohibere nè talia portet, de quibus timetur ſcandalũ, & ſi contrauenerit, poterit puniri ratione ſpreti mandati, vt ibi per eum, & ſic fuit ipſe reus ob hoc abſolutus, die 17. Septẽbris 1613. ad relationem mei Conſobrini Franciſci Antonij Salinas, penès Villanum Act. Mag. & ampliùs, quia armorum 7 appellatione non veniunt malleus, manara, accepta, ronca, zappa, ligones, vel ſimilia inſtrumenta ruſticalia, vel ad aliquas artes exercendas ordinata, nec etiam fuſtes, aut lapides, aut alia principalitèr nõ adinuenta ad offenſionem, ideòq; ea portans, non tenetur pœna deferentis arma, licet ſi illis ad percutiendũ vteretur pœna percutiẽtis cum armis teneretur, probat *Caball. reſolut. crim. caſu 63. num. 4. & ſeq.* 8 arma ruralia, vt acceptã, roncam, falcem, ligones, perticam, &c. poſſunt ruſtici ferre præſertim ligata, *Muta in pragm. Siciliæ tit. 41. num. 49.* ſunt enim arma ruſticorũ, & armorum appellatione veniunt, *Farin. conſ. 169 num. 19. tom. 2.*

## *SVMMARIVM.*

1 Pragm. 1. de ictu ſcoppicti *affertur.*

2 *Emictens ictum ſcoppicti, ſi non fuerit ſubſequutus effectus, puniri an poſſit pœna ordinaria forte impeditus.*

3 *Ictus ſcoppicti deliberatum arguit animum occidendi.*

4 *Animus occidendi ex nouem coniecturis demonſtratur.*

5 *Baliſtam paratam tenens cum ſagitta, vt traheret contra aliquem, ſed pœnitentia ductus non perficit, an puniri debeat.*

6 *Emictens ictum ſcoppicti de Iure Regni punitur pœna mortis.*

7 *Pœna mortis impoſita contra emictentes ictus ſcoppicti, an extendatur ad mandãtes, & auxiliantes.*

8 *Ordinatio doloſa, & mandatum ad illicita mitiùs punitur, & qua pœna.*

9 *Actentans emictere ictum ſcoppictæ, & ſe pœnituit, non alitèr pœna mortis punitur, ſed de vi publica.*

10 *Archibuſium exonerans, non ſequuta morte, nõ punitur, ſed an ſit verum, num. 11.*

12 *Pœna mortis pro ictu ſcoppicti emiſſi, & ſi damnum non ſequatur, quid probandum, vt eſſet.*

13 *Animus deliberatus; & præmeditatus occidendi an præſumatur quando quis caſu obuians inimicum ſuum ira commotus illum aggrediendo occidit, declaratur.*

14 *Pœna ſtatuti an locum habeat delicto non conſumato, etiam ſi fuerit deuentum ad actum proximum, num. 15.*

16 *Actentatum non tamen conſumatum ex conſuetudine Italiæ non punitur, niſi ſequuto effectus.*

## ARGVMENTVM.

Volens emictere ictum ſcoppicti contra aliquem ſi fuerit ab alio impeditus, puniri an debeat.

## CASVS XLIII.

REperiebatur carceratus in carceribus Regiæ Audientiæ quidam prætextu quod cum aſportaret ſcoppictum, ſeù archibuſium, & ſibi obuiam aduenisset eius inimicus, actentaſſet tantùm emictere ictum ſcoppictæ, & re integra fuit ab alio impeditus, cum ſuperueniſſet in facto, vndè dubitari contingit, dùm per eum non ſteterat emictere ictum ſcoppictæ, ſed quia impeditus ab alio puniri debuiſſet, actenta diſpoſitione *Regiæ* 1 *Pragmaticæ 1. de ictu ſcoppicti*, puniente affectum, licet non fuiſſet ſubſequutus effectus, probat etiam de iure communi *Perſius conſ. crim. 13. num. 1.* reperi *Foller. in commento d. pragm. ſub num. 49.* dicentem, quod ſic, quia dato quod non ſit ſequutus effe- 2 ctus, adhùc punitur, quia non potuit ſubſequi ex aliquo impedimento ſuperueniente, ſecundum *Bart. in l. qui falſam, ff. de* 3 *falſ.* nàm ictus ſcoppictæ deliberatũ arguit occidendi animum, probat ex *Foller. Gamma, Bertazzol. Caual. Guazzin. Muſcat. & Pacian Giurba. conſ. 10. nu. 18.* & talis animus nocendi ex nouem coniecturis demonſtratur, vt ex *Follerio*, probat *Muta in pragm. Sicil. 41. nu. 108. & ſeq.* ſed qua pœna puniri debeat, *idem Foller. d. loco nu. 52.* conſimilem quæſtionẽ refert, quod ſi aliquis teneret baliſtam paratam cum ſagitta, vt traheret contra aliquem pœnitentia ductus non traxit, puniri debet pœna dupli qua punitur portans arma, ſecundum *Andr. in Conſtit. Aſperitatem*, ſed ibi *Afflict.* tenet, quod punitur pœna de vi publica, quia ſufficit terror baliſtæ, & quod ſit facta

cta vis, & per hæc ſubdit ipſe deciditur
quæſtio ſupra proximè dicta, & poſita, ſed
*Campag. in prælud. Capit. Regni num.* 40. in-
quit huiuſmodi, & ex hoc infertur, quod
cum per *Reg. Pragm Imper. Caroli V. de Au-*
*ſtria, quæ incipit Ad reſtringendam*, ſit indu-
ctum, vt ſi aliquis cum ſcoppictis, ſeù ba-
liſtis aliquem offendere voluit, ſi ictum
6 immiſit contra aliquem, licet non occi-
derit, tenetur pœna mortis naturalis, q
7 talis Pragmatica non extenditur ad man-
dantem, *& ſequitur num.* 41. talis tamen
mandans, licet factum non ſit ſequutum,
8 punitur, quia ordinatio doloſa, & man-
datũ ad illicita punitur, licet mitiùs pu-
niatur, vt dicit *Hippol. in l. in lege Cornelia,*
*in princ. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* & punietur
extraordinariè crimine ſtellionatus, per
ea, quę dicit *Gandin. in ſuo tract. maleſ. in rub.*
*de homic. & eorum per. col. 4 verſ. ſed pone, &*
*Auguſt. Arim. in addit. in tract. maleſ. in ver. in*
*verſ. Sempronium mandatorem, col.* 4. & huic
opinioni inhęret *Muta in prag. Sicil. tit.* 41.
9 *num.* 128. *ex Andr. in d. Conſtit. Aſperitatem, &*
*Foller. vbi ſupra num.* 452. quod ſi dùm quis
actentaret ſcoppictæ, ſeù Baliſtæ ictum, vt
eijceret, & pęnituit, quod non alitèr pęna
mortis, ſed vi publica puniri debeat, quẽ-
10 admodùm actenta diſpoſitione iuris cõ-
munis archibuſium exonerans, nõ ſequu-
ta morte, ea pœna non punitur, vt probat
*Ciazius diſcept. forenſ. tom.* 2. *diſcept.* 2. *nu* 85.
*& diſcept.* 26. *num.* 98. *& diſcept.* 23. *num* 44.
11 ſed circa hoc ſatis erit aduertendũ, qua-
litèr ex emiſſione ictus ſcoppicti certum
eſt, quod eo emiſſo, ſiuè tetigerit, ſiuè nõ,
puniri debet, emictens pœna ordinaria,
vt probat ibidem *Muta num.* 95. *& ſeq.* ſub-
dens *num* 96. quod in hoc caſu ictus ſcop-
picti punitur affectus, licet non ſit ſequu-
tus effectus, eſt enim verum, quod ex tali
12 ictu ſcoppictę vt eijciens, puniatur pœna
mortis, debet probari qualitas damnifi-
candi, & fundari intẽtio, *vt ſubnectit n.* 114.
& proptereà ſi benè ſecundum *Iaſon. cita-*
*tum à Farinac. in tit. de homicid. q.* 126. *nu* 215.
13 quod animus deliberatus, & præmedita-
tus occidendi non præſumatur, quando
quis caſu obuians inimicum ſuum, ita
commotus illum aggreditur, & occidit,
attamen id declarat *nu. ſeq. ex Boſſ. & Vul-*
*pell.* procedere quando inimicus alio di-
cto, & alio non apparente hoc fecerit, &
proptereà cum in caſu enarrato non fue-
rat conſumatus actus ictus illati non vi-
14 debatur, iuſtum puniri debere pœna ex-
traordinaria, poſtquàm pœna ſtatuti locũ
non habet delicto non conſumato, idem
*Farinac. quæſt* 124. *num.* 117. *& ſeq.* etiam ſi
15 fuerit deuentum ad actum proximum, &
immediatum, *vt ſubdit num.* 127. quod idẽ
procedit in delictis atrociſſimis, vt in an-
tecenti *num.* 125. nâm actẽtatum, & non
16 conſumatum, ex cõſuetudine totius Ita-
lię etiam in atrociſſimis non punitur niſi
ſequuto effectu, probat *idem Ciazius diſce-*
*ptat.* 14. *num* 3. *& diſcept.* 23. *num.* 25. *& con-*
*ſil.* 11. *num.* 2. & ſic in actẽtato etiam ſi de-
uentum fuerit ad actum facti, ex quo nul-
lus fuerit ſequutus effectus reo, nec tor-
tura, nec vlla pœna corporalis poteſt im-
poni, licet per conantem non ſteterit, idẽ
*diſcept.* 2. *num.* 81. & ſiç fuit iſte reus libe-
ratus, referente meo conſobrino Franci-
ſco Antonio Salinas illius Auditore die
12. Septembris 1613. penès Villanum
Magiſtrum Actorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Vulnuſculum non eſt in conſideratione, nec cõ-*
*prehenditur in ſtatuto.*
2 *Vulnus modicum non habet delictum.*
3 *Vulneratus in rixa, præſumitur vulneratus à*
*corrixante, & inditium oritur indubitatum.*
4 *Pœna ſequitur ſuos auctores, maximè quando*
*tractatur de homicidijs, aut mortalibus vul-*
*neribus.*
5 *Vulnerans ſi non apparuerit vulnerare inter*
*plures, an liberandus, ſi vulnus eſſet modicũ.*
6 *Incertitudine exiſtente de vulnerante modici-*
*tatem vulneris quid agendum.*
7 *Homicidiũ à pluribus commiſſum in rixa ex*
*vnico vulnere illato, ſi non conſtet de vulne-*
*rato ob incertitudinem, quid agendum.*
8 *Incertitudo delinquentium in rixa exiſtente*
*pœna ſtatuti locum non habet.*
9 *Incertitudinis cauſa abſolutio eſt facienda.*
10 *Incertitudo in rixa ſi ſunt plures, abſolutionẽ*
*parit.*
11 *Aggreſſores plures tenẽtur omnes, ſi vnus tan-*
*tum vulnerauerit.*
12 *In criminalibus nemo ex præſumptionibus de-*
*bet damnari.*
13 *Probationes debent eſſe luce meridianæ cla-*
*riores.*
14 *Mendicatis ſuffragijs vti non debemus.*
15 *Pœna potiùs molienda erit quando non appa-*
*ret, cuius ictu mortuus.*
16 *Rixantes ſi vulnere intuliſſe, & neſcitur, vul-*
*neret, poſſunt in pecunia puniri.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

## Vulnerantes in rixa modico vulnere, an propter incertitudinem puniri debeant.

### CASVS XLIV.

CVM fuiſſent aggreſſi Stephanus,&
Hieronxmus Palmerij quodam ſe-
ro à Io. Lautentio Falgheri, & Cæ-
ſare Romanazo, & inuicē enaginatis en-
ſibus ſe impigiſſent, hoc eſt vnus cum al-
tero,& alter cum alio,demùm reperti fue-
runt ipſi de Palmerio vnlnerati, vnus in
labijs, alter in manu, licet vulnera eſſent
1 parua,non tamen mortalia, & vulnuſculū
non eſt in conſideratione,nec comprehē-
ditur ſtatuto, *Bertazzol conſ.crim.* 85. *n.* 29.
*tom.*1. *Ciazius diſcept.*4. *nu.*6. *tom.* 2.& vulnus
2 modicū non habet delictum, *idem Bertaz.
conſ.*104. *lit. C.* aſſequitur *Almonte Ciazius
diſcept.crim. tom.*2. *diſcept.*20. *num.*16. *& di-
ſcept.* 26. *num.*198. & quàmuis reſpectu il-
lius, qui fuit repertus vulneratus in labijs
ad ſe defendendum enſe inter rixando à
pomo ſegregata, non valens ampliùs ſe
defendere, depoſuerit nō vidiſſe ſibi vul-
nus inferri, nec certitudinariè depoſuiſſe
fuiſſe dictum Cęſarem ſibi rixantem, qui
viſo tali incomodo acceſſerat ad defen-
ſionem ipſius Io. Laurentij rixantis cum
altero de Palmerio, & ſua opera illū eua-
ſiſſe à rixa, ob quod ipſe alter de Palme-
rio terto modo in manu repertus fuit
vulneratus modico vulnuſculo, qui pari-
tèr depoſuerat neſcire, à quo ex ipſis duo-
bùs fuiſſe vulneratum, talitèr quod ſi be-
nè præſumptio proxima, erat contra ri-
3 xantes, nàm vulneratus in rixa, præſumi-
tur vulneratus à corrixante,& ex hoc in-
dicium oritur indubitatum *Farinac. conſ.*1
31. *nu.*10. *verſ. & ibi inter duos, tom.*1. adhùc
4 tamen propter incertitudinem vulneran-
tis non poterat contra eos procedi, cum
pœna ſuos auctores ſequatur, *l. ſancimus,
C. de pœnis,* eò maximè cum non verſeba-
tur in caſu homicidij, aut mortalium vul-
nerum traditur in *l. item Mela*, §.1. *ff. ad l.
Aquil.* de quo ſatis per *Iul.Clar. in § homi-
cidium, verſ. alia etiam eſt defenſio.*

Neq; paritèr in caſu plurium vulnerū
illatorum in aliquam ipſorum perſonam,
5 quemadmodū in d.§. notatur, ſed in ſim-
plici vulnuſculo vni ipſorum illato, & de
hoc eſt notabilis *Gloſſella in d.l. item Mela,*
§.1. *verſ. plures quæris,* ſed quis ſi vnus & nō
apparet quis, reſpondet nullus, *arg. infra
de pœnis, l. abſentem ibi ſanctius enim, &c.* vndè
colligitur exiſtente tali incertitudine, &
6 modicitate vulneris vnici eſſe potiùs ab-
ſoluendos, quā condemnandos, & in hâc
ſentētiam inclinauit *Alm. Ciazius diſcept.
for. tom.*2. *diſcept.*15. *nu.*11. *ex Gloſ. in d.l. it̄
Mela,* §. *ſed ſi plures,* & ante eos *Petr. de Ra-
uenna in ſuo repert. verbo vulneratus il primo,
Fab. Arcad. in ſuis deciſ. caſu* 47. & in fortiori
caſu *Caball. reſol. crim. caſu* 192. *n.*12. probat,
7 quod homicidiū à pluribus commiſsū in
rixa, vnico tantùm vulnere illato, ſi non
conſtat, quis illud intulerit pœna ordina-
ria homicidij non punitur propter incer-
titudinem, & ibi plura ad hoc adduxit,
8 nàm incertitudo delinquentium in rixa
exiſtente pœna ſtatuti, locum non habet,
*Farinac. conſ.*101. *num.*13. *tom.*2. & incerti-
9 tudinis cauſa abſolutio eſt facienda, *Ber-
tazzol. conſ. crim.*299. *nu.* 2. *tom.*2. & ſic vul-
10 nerantis incertitudo in rixa omnibus ſi
ſint plures, abſolutionem parit, *idem Cia-
zius diſcept.*16. *nu.*13. *tom.*2. & ſic pronun-
ciaui dùm eſſem Iudex in Ciuitate Thea-
ni die 5. Septembris 1624. penès Santillū
Iordanum Actor. Mag.

Quàmuis autem *Colerus in deciſ. Germa-
11 niæ* 151. *num.* 10. dicat, ſic plures aggreſſo-
res tenentur omnes, etiam ſi vnus tantùm
vulnerauerit, *Bart.* poſt *Gloſ. in l. fin. num.*1.
*ff. de Sicar.* quot enim ſunt perſonæ iniutiā
inferentes tot naſcuntur obligationes, &
actiones, *d.l. ſi plures ſac. l. ſcire debemus, ff. de
verb. obligat.* tamen antè eum *Angel. de ma-
lefic. rubr. & Andream Marci artificem, nu.*21.
*& ſeqq.* concluſionem ipſam actingit, &
*ſub num.*22. ex *Gandin.* inquit, & ad hoc al-
lego illum magnum practicum *Gand.* in
*tract. malefic. ſub rubr. quomodò puniātur plu-
res aliquem vulnerantes,* & illo vulnerato de-
cedente ex aliquo dictorum vulnerum,
12 quia in criminalibus, nemo ex præſum-
ptionibus debet damnari, *l. abſentem, ff. de
pœnis,* maximè capitalitèr, licet ipſe non
alleget, eſt caſus in *cap. afferte, extra de præ-
ſumpt.* ibi hoc notat *Io. Andr. & omnes, ma-
13 ximè,* cum in maleficijs debeant eſſe pro-
bationes luce meridiana clariores, *l. vlt.
14 C. de probat.* nec debemus vti mendicatis
ſuffragijs, *l. ſinguli, C. de accuſ.* & iſte non
poteſt probare cuius ictu ſit mortuus; igi-
tur &c. & ideò dicit *text. in d.l. ſi in rixa,*
quod ictus vnicus cuiuſq; eſt cōtemplan-
dus, cum ergo deficiat vera probatio, ſci-
licet quis eorum occiderit neuter, de oc-
ciſo debet damnari ad mortem, *l. duo ſunt*

P Titij,

*Testa. ff. de teſt. tut.* nàm ſi non appareat, ex
15 cuius ictu perierit, pœna potiùs molien-
da, *l. interpetratione, ff. de pæn.* & ideò dicit
*Grand.* quod cum iſta quæſtio veniſſet de
facto conſilio plurimorum Sapientum,
16 non occidit illos malefactores, ſed quia
conſiſtit ipſos deliquiſſe, condemnauit
ipſos in pecunia, nè delicta remaneãt im-
punita, *l. ità vulneratus, ff ad leg. Aquil.* quẽ
ſequitur ibidem *Caball. in princ.* alios cu-
mulando, ad quod *Claud. Bertazzol. in Ad-
dit. ad. d. conſ. 299. eius patris in fine,* inquit,
quo verò ad pœnam pecuniariam com-
munis videtur, cõcluſio non prodeſſe in-
certitudinem, vt per *Plat. in d. cap. 12. nu. 7.*
& per *Clar. d. verſ. alia autem, in §. homicidiũ.*

*SVMMARIVM.*

1 *Citatio ad deponendum fit vbi de falſitate agi-
tur ſcriptura ob incertitudinem.*
2 *Falſificare acta maius crimen quam inducere
teſtes falſos.*
3 *Falſitas an dicatur commiſſa in abaco, vel die,
litera pro ante data.*
4 *Falſitas reſultat ex abraſione in parte ſub-
ſtantiali.*
5 *Pœna falſi tenetur mutans, vel abradens literas
iuſtitiæ.*
6 *M. C. V. eſt caput domina, & fons aliarum
Curiarum.*
7 Text. in cap. ex conſcientia, de crim. falſ.
*quando procedit.*

ARGVMENTVM.

Falſitas an committatur in
raſura, & mutatione abbaci, ſeù
literæ.

CASVS XLV.

EXpoſita cũ fuiſſet querela de falſo cõ-
tra quendam conuentum in actione
ciuili, ex quo preſẽtauerat prouiſio-
nem M. C. V. viciatam in diei appoſitione
cum quadã raſura, & mutatione abbaci,
ſeu literæ importantis diem expeditionis
ne decretum R. A. Calabriæ citra ſuũ for-
tiretur effectum, ſuper qua fuit proceſſum
1 ad citationem ad deponendum, iuxtà *tex.
in l. ſi falſos, C. de falſis,* nàm falſificare acta
maius crimen eſt, quam inducere, vel pro-
2 ducere teſtes falſos, *Bertaz. conſ. crim. 218,
num. 17. tom. 1.* vndè dubitari contingit, ſi
3 vera falſitas dici debuerat, vt eius puniri
potuiſſet de falſo, & videbatur affirman-
dum, per *text. in l. Paulus, & l. quid ſit falſum,
ff. de falſ.* & ità communitèr DD. tradunt,
nàm quando in loco ſuſpecto fuerit com-
mutata litera, quæ tempus mutauerit, tũc
falſitas committitur mutando diem, &
tempus in aliqua ſcriptura, vt vulgo dici-
tur antidata, in ſpecie tradit *Farinac. in tit.
de falſit. & ſimulat. contract. quæſt. 150. nu. 99.*
conferunt ad hoc tradita per eundem in
*deciſ. crim. 42. num. 9. tom. 2.*
4 Secundò, arguebatur falſitas ex abra-
ſione in parte ſubſtantiali, ob quod falſi-
tas reſultabat, vt ex *Menoch. de adipiſc. poſ-
ſeſſ. remed. 4. à nu. 712. & ſeq.* probat *Baiard.
ad Clar. in §. falſum, nu. 199.* & latiſſimè *Fa-
rinac. d. tit. quæſt. 153. nu. 77. & ſeq.* vbi *nu. 69.*
ad rem noſtram inquit, quod abraſio etiã
modica, & vnius ſillaba, & paucarum lite-
rarum inducit falſitatem, ſi, per eam im-
mutetur ſenſus verborum, & adſit in loco
ſubſtantiali, & ſuſpecto.
5 Tertiò, quia talis falſitas commiſſa fue-
rat in prouiſionibus M. C. V. quemadmo-
dùm pœna falſi tenetur mutans, vel abra-
dens literas Iuſtitiæ Principis, vel ſigilli
quoad facti narrationem, ex *Ploto conſ. 95.*
perpendit *Baiard vbi ſup. num. 187.* ſic fal-
ſificans prouiſiones M. C. V. quæ eſt caput
6 domina, & fons aliarũ Curiarum Regni,
*Canenſ. in ritu 1. num. 2.* & propterea quia
falſitas nedum damnificat, & offendit par-
tes, ſed etiam Iudices, & ob id poteſt pu-
niri etiam per eundem Iudicem, & Tribu-
nal, coràm quo eſt cõmiſſa, *Muta ad prag-
mat. Sicil. tit. 35. num. 1. & ſeq.*
Et ſi aduerſari videatur *text. in cap. ex
conſcientia, de crim. falſ.* vbi propterea pau-
7 carum literarum raſuram in loco non ſu-
ſpecto, reſcriptum non probatur falſum,
quod ſecus eſſet ſi in loco ſuſpecto con-
tingerit, *Farinac. d. quæſt. 150. num. 99.*
Verum, quia non apparebat à quo fue-
rant tales prouiſiones præſentatæ, idcir-
cò non fuit proceſſum ad vlteriora.

*SVMMARIVM.*

1 *Emittens ictum ſcoppicti, & ſi damnum non
ſequatur, punitur pœna mortis rigore Prag-
maticæ.*
2 *Pœna mortis contra immittentes ictum ſcop-
picti ceſſat, vbi non adeſſet palla plumbea, ſed
cum carta, vel bombace.*
3 *Teſtes deponentes vidiſſe aliquem altum occi-
dere cum gladio, vel cũ claua, an admittatur.*
4 *Tortura infertur quando pœna eſſet vltra re-
legationem.*



Digitized by Google

5 *Torqueri quãdo poteſt reus inquiſitus de ictus ſcoppicti emiſſione.*
6 *Emiſſio ictus ſcoppicti de per ſe non eſt delictũ, niſi probatis qualitatibus.*
7 *Banna potiùs ad terrorem, quam ad valorem fiunt.*
8 *Pœna magna imponuntur ad terrorem, non ad exactionem.*
9 *Pœna mortis impoſita emictentibus ictus ſcoppicti quando procedat, & quando non, refertur deciſio.*

ARGVMENTVM.

Emictens ictũ ſcoppicti contrà aliquem punitur pœna mortis per Regiam Pragmaticam, & quando id procedat, vel non.

CASVS XLVI.

REperiebantur duo inquiſiti in Curia Roccæ Monfinę de ictu ſcoppicti emiſſo noctis tempore contra formam nouellæ *pragm.* 3. *de ictu ſcoppicti ibi: Ancorche non ſequeſſe l'effetto, ò che il colpo nõ faceſſe danno in eſſerſi ſparato, ſi haueſſe per cõſumato, e s'incorreſſe ipſo facto in pena di morte naturale, volendo che per l'atrocità l'effetto venuto ad atto proſſimo, ſi caſtigaſſe come l'effetto conſumato, e complito, &c.* ex quibus verbis colligebatur ſufficere ictum fuiſſe immiſſum, vt pœna mortis ſibi vendicaret, verumtamen quia aduerſus informationem deſuper captam, tria reſultauerãt dubia oppoſita, ex aduerſo pro quibus votum proferre coactus fui vti Iudex Ciuitatis Theani, & Conſultor dictæ Curiæ Roccæ Monfinę, dicebatur Primo, & ante omnia, quod cum delictum non fuiſſet conſumatum, non tamen delictum in genere verificatum apparebat, nàm vltra emiſſionem ictus neceſsè erat fieri diligentiam, ſi erat onerata cũ palla, ad hoc vt offendere poterat, adeò quod quando
2 ſcoppictæ ictus eſſet nõ cum palla plumbea, ſed cum carta, aut bombace, ceſſaret pœna prædicta, ità ex *Par. de Puteo, Foller. & Ballis,* probat *Muta in pragm. Siciliæ tit. 41. nu. 127.* probat, & propterea quia fuerat attentatum tantùm meritò non verificabatur delictum in genere ceſſante tali qualitate immiſſionis cũ palla, quod eſt fundamentum totius informationis, ſed huic replicabatur ſatis fuiſſe probatum delictum in genere, dùm teſtes depoſuerãt vidiſſe campum Incidum, & audiuiſſe ſtrepitum ictus, ad relata per *Muſcatell. in praxi crim. rubr. de ictu ſcoppicti, nu. 6. & 7.*

Secũdò opponebatur, quod teſtes examinari erant diſcordes, & contrarij, eo quia vnus ipſorum depoſuerat audiuiſſe ab vno ex inquiſitis dixiſſe *mena, mena,* & alius teſtis depoſuiſſe, audiuiſſe *tira, tira,* & ſic erant contrarij ad inuicem in depoſitionibus; ſed huic replicabatur ſatis eſſe probatum delictum in genere, cum verba ipſa tenderent ad finem patrandi delictum in effectu, & ità fuit ſubſequu-
3 tum ex emiſſione ictus, ad quod facit doctrina *Foller. in praxi crimin. rubr. capiatur informatio, num. 64.* de teſtibus deponentibus vidiſſe Titium occidiſſe aliquem cũ cum gladio, vel cum claua.

Tertiò obijciebatur, non alitèr potuiſſe procedi ad torturæ illationem actentis prædictis, & eo fortiùs cum non fuerat cũ effectu conſumatum delictum.

Et huic replicabatur, quod ſtante dicta *nouella Pragmatica,* confirmante aliam antiquam affectum punientem, non ſequu-
4 to effectu eſſe pœnam vltimi ſupplicij, & imminente tali pœna vltra relegationẽ, tortura ſibi locum vendicaret, iuxtà *Cap. Regni Tormẽta,* & ſucceſſiuè ſi in caſu quo erit à Notario detegendus, an iocosè, vel dolosè fuerit ictus emiſſus, qui ex inſpectione ſcoppicti cognoſcitur, ſi cum
5 palla erat, & ſi nõ haberetur, poterit torqueri inquiſitus per iſtam ſolam cognitionem, vt notat *ibidem Muſcatell. num. 7.* quantò magis pro cauſa principali, & tùnc Iudex in nocturnis ob difficultatem probationum ſępiùs procedit ad torturã, *Gram. voto 21. num. 6.*

6 Dubium enim remanſerat in eo, quia cum emiſſio ictus de per ſe non ſit delictum alio non apparente, vt dixit ibidem *Muſcatell. num. 10.* exigebatur etiam verificatio illius qualitatis, nempè quod ictus nocibilis eſſe poterat ad habendum hanc in genere cognitionem, *vt ibidem num. 7.* firmat, *ſubdens num. 9.* hoc ſpectare ad Fiſcum, & cum non fuerat verificatum hoc neque de inimicitia aliqua tutius erat, vt ſuper nouis inditijs liberarentur, vt fuit
7 exequutum, verùm quia banna potiùs ad terrorem, quam ad valorem fiunt, ex *Bald. in Addit. ad Specu'.* probat *Grammat. dec. 36.*
8 *ſub num. 1.* & ſucceſſiuè pœnæ magnæ imponuntur ad terrorem, nõ autem ad exactionem, *Scappa de iure non ſcripto, num. 64. cap. 191. num. 5.* ideò hucuſq; non fuit talis

Pragmatica vſu recepta contra emictentes ictum ſimpliciter proceſſum ad pœ-
9 nam mortis, ſed benè ſubſequuta offenſione perſonali, proùt deciſum fuit per Magn. Cur. ſed indè reformata ſententia fuit per Sacr. Conſ. ad relegationem per decennium; vt refert *Conſiliar. Gizzarell. deciſ.* 25. *num.* 12. quem ſequitur *Reg. Tapia in ſuo Iure Regni tom.* 5. *tit.* 36.

*SVMMARIVM.*

1 *Exequutio mãdati attendi debet in homicidio.*
2 *Conſulens non punitur niſi ſequuto delicto.*
3 *Mandatum non ſolùm probari debet, ſed ità per Iudicem declarari talem mandatorẽ ità mandaſſe.*
4 *Mandatum fieri contingit, vel præſumptiuè, vel verè, & qualitèr.*
5 *Qui hortatur non mandat.*
6 *Conſulens, & perſuadens dicitur opem præſtare, & qualitèr.*
7 *Perſuaſio ad malum eſt pluſquam compulſio.*
8 *Perſuaſio violenta coactio eſt.*
9 *Perſuaſio ad malum præcedere debet.*
10 *Perſuaſio quando dicatur mandatum, & quando conſilium, & ſic iudicatum.*
11 *Inflammator tenetur de auxilio.*
12 *Perſuaſor, & conſulens quando pœna principali tenetur.*
13 *Teſtis vnicus facit ſemiplenam probationem.*
14 *Mulier an ad teſtimonium admittatur.*
15 *Conſanguinei, & affines an admittantur ad teſtificandum in criminalibus.*

ARGVMENTVM.

Perſuadens aliquem ad commictendũ homicidium per vnũ teſtem de auditu examinatum, an ad aliquid teneatur ſucceſſo delicto.

CASVS XLVII.

EX iuformatione capta per Cnriam Roccæ Monſinæ contra quendam de mandato, ſeù veriùs de cohortatione ad occidendum quandã communem conſanguineam, prætextu quod impudicam vitam ſecreto ducebat, quod ſiquidèm factum ex dicta informatione ſupradictum conſtabat per vnicum teſtẽ de auditu, quæ erat coniux inquiſiti, & propterea dubitari cõtingit ante omnia,
ſi contra talem inquiſitum procedi poterat ad aliud ſtante delicto homicidij indè ſucceſſo, poſtquàm clarum eſt, quod
1 in ijs attendi debet exequutio mandati, vt firmat *Grammat. deciſ.* 58. *num.* 5. de quo non dubitabatur, quia factum indè ſuc-
2 ceſſerat, hoc eſt homicidiũ, quo caſu conſulens non punitur niſi ſequuto delicto, *Farinac. de homicid. rubr. conſulens quando, & qua pœna puniatur, num.* 81. *ſub quæſt.* 129.
Sed difficultas reſidebat ſi poterat inquiri, & ſucceſſiuè ſi erat verificatum ex hoc tale mandatum, ſeù talis cohortatio per dictum vnius teſtis fœminæ, & conſanguineæ, ex quo oportet non ſolùm il-
3 lud probari, ſed ità per Iudicem declarari talem mandatorem ità mandaſſe, & illud eſſe probatum, idem *Grammat. in conſ. de foriudicat. poſt deciſ. num* 60. *&* 61.
4 Ac inſuper talis probatio mandati aliquando contingit fieri, vel præſumptiuè, vel verè, & hoc attenta qualitate verborũ per emiſſionẽ, de quo ſatis per *Muſcat. in praxi crimin. rubr. de homicid. med. mand. num.* 24. *&* 25.
At in caſu noſtro verè mandatum dici non poterat, ſed quædam perſuaſio, ſeù
5 conhortatio, & qui hortatur, non mãdat, vt ſubdit ibidem *Muſcatell. num.* 26. & nouiſſimè probat *Giurba conſ. crim.* 14. *nu* 20. vbi cõſimilia deducit, nempè qui perſuadet, non mandat, nequè qui conſulit, vel
6 permictit, & ſi conſulens, & perſuadens, dicatur etiam opem, & auxilium præſtare, vt inquit *Farinac. de homicid. quæſt.* 129. *tit. de conſult. auxiliat. & mandat. nu.* 5. tamen id procedere dixit de impropria, & larga ſignificatione.
7 Et quàmuis perſuaſio ad malũ eſt pluſquam compulſio, vt refert, *Ciazius in diſceptat. forenſ* 23. *num.* 86. *tom.* 2. adhùc tamen ipſa perſuaſio debet eſſe violenta, ex quo
8 perſuaſio violenta coactio eſt, *Giurba conſil.* 51. *num* 13. poſt *Farinac. deciſ. crim.* 112. *num.* 5. *tom* 2. & talis perſuaſio maleficium præcedere debet, vt non alitèr quam ex
9 perſuaſione illam ad occidendum motus fuerit homicida, vt inquit *Giurba dict. conſ.* 14. *num.* 18. & circa hoc aduertendum
10 erat, quod ſi perſuaſio gratia eius ſit, cui mandatum, ſemper eſt conſilium, ſi verò in gratiam perſuadentis eſt mandatum, *Giurba conſ. crim.* 7. *num.* 19. poſt *Bertazzol. in conſ.* 304. *num.* 3. *tom.* 2. *& conſ.* 185. *num.* 4. *tom.* 1.
Verum tamen quia ex informatione capta verè dici non poterat inſtigator, perſuaſor, aut ſimilis, & dato quod fuiſſet

11 per-

Digitized by Google

11 perſuaſor, non poterat dici mandator,
ſed inflammator, & hic tenetur tantùm
de auxilio, & fauore, idem *Bertazzol. conſ.*
*crim. 61. nu. 2. 3. & 4. tom. 1.* & perſuadens, &
conſulens ad delictum, punitur ſolùm pœ-
na extraordinaria, & ità fuit ſæpè iudica-
tum, & conſultum per excellentes viros,
vt ſubdit ibi *Bertazzol. num. 8. & 9.* ideò
conſilium nudum, & ſimplex ad homici-
dium, non punitur ordinaria pœna, *Fari-*
*nac. conſ. 143. num. 5. tom. 2.* adeò quod per-
12 ſuaſor, & conſulens nō poteſt teneri pœ-
na principalis, quando aliàs principalis
erat per ſe facturus delictum, quod pro-
batur per præſumptiones, & inditia, *idem*
*conſ. crim. 103. num. 9. & 10.* & extraordina-
ria pœna punietur, vt ſequitur *num. 11.*
Sed conſiderando probationes infor-
mationis percipiebatur depoſitio vnius
13 mulieris, & teſtis vnicus non facit niſi ſe-
miplenam probationem, *Gram. deciſ. 28.*
*num. 3. Farinac. de teſtib. quæſt. 63. num. 52.*
14 Secundò, quia erat mulier, quę licet re-
gulariter admictatur, vt refert *Iul. Clar. in*
*praxi crim. quæſt. 24 n. 2.* attamen ibi *Gracch.*
*in addit. lit. B.* inquit, quod non ſunt mulie-
res omni exceptione maiores, quia variũ,
& mutabile ſemper producit.
Tertiò, quia erat conſanguinea, ſeù af-
finis, & idem *Gram. deciſ. 34. num. 14.* dixit,
15 quod teſtes affines, & cognati, & alij ſi-
miles, licet non repellantur in totum, ta-
men non erunt integri, ſed ſuſpecti, latè
*Farinac. de teſtib. quæſt. 54.*
Quocirca obſtante defectu probatio-
nis fuit habilitatus ſuper nouis inditijs,
die 16. Februarij 1625. me ita conſulen-
te Iudice Ciuitatis Theani.

*SVMMARIVM.*

1 *Officialis cognoſcens commatrẽ, qualitèr ſit pu-*
*niendus.*
2 *Cognoſcens commatrẽ, eſt delictum incognitũ,*
*atq; canonicum, & mere Eccleſiaſticum.*
3 *Cognitio delicti carnalis habitũ cum commatre*
*ſpectat etiam ad Iudicem ſecularem.*
4 *Vxor non poteſt contra virum examinari.*

ARGVMENTVM.

Delictum carnis habitum cũ commatre, ad quem Iudicem ſpectat.

CASVS XLVIII.

PER Curiam Ciuitatis Caleni fuit ca-
pta informatio per illius Guberna-
torem contra quendam reum, præ-
textu quod cum eius commatre concu-
buiſſet, & de hoc certioratus ab eodem
Gubernatore vti eius Conſultor, nodum
percuntato proceſſu, ex primò aſpectu
dubitari contingit, ſi in tali caſu poterat
Gubernator prædictus procedere, an verò
2 Iudex Eccleſiaſticus, reperi in puncto *Pa-*
*rid. de Puteo in tractatu de ſyndic. in cap. incip.*
*Adulterium Officialis, in antiquis, aliàs Officia-*
*lis quidam magnus, in nouis, ſub num. 8. ver. &*
*circa prædicta,* ſic dicentem, & circa prædi-
cta ſubijcio quæſtionem, de qua nouitèr
ſum conſultus per Mag. D. Fabritium de
Lagoniſſa, cuius Officialis concubuit cũ
commatre ſua in Ciuitate qua erat Offi-
cialis, an ſit puniendus, & dico quod hoc
2 crimen videtur de Iure Ciuili incognitũ,
ſecundum *Bald.* & eſt crimen Canonicũ,
quod imponit ſi eſt publicum, pœnam
excommunicationis *30. quæſt. 1. cap. omnes,*
*& cap. non debet,* & etiam ſi ſit ſecretum, eſt
confeſſus *50. d. cap. de iis verò, & 71. d. cap.*
*presbyter, & 32. quæſt. 7. cap. quemadmodum,*
& ſubſequitur paulò poſt: *Et cum ſit cri-*
3 *men merè ſpirituale,* & à Iure ciuili per Iu-
dicem ſecularem, per ea, quæ plenè ſcri-
bit *Andr. de Iſern. in tit. quæ ſint regal. in ver-*
*bo contrahent inceſtas nuptias,* & in *Conſt. Re-*
*gni Adulter, & Io. Andr. in cap. gaudemus, de*
*diuort. & Petr de Anchar. conſ. 24. & Io. Cal-*
*der. in conſ. 12. in tit. de foro compet.* & in alio
*conſ. in tit. de iud. &c.* quem ſequuntur *The-*
*ſaur. deciſ. 200 num. 6. & Petr Caball. reſolut.*
*crim. tom. 1. caſu 200 ſub num. 70. & Farinac.*
*in ſua praxi crim. in tit. de delictis carnis q. 149.*
*ſub num. 117.*
Et tandem viſo proceſſu perlegi, tan-
tummodò vxoris inquiſiti conqueſtam
fuiſſe de hoc, & teſtes examinati paritèr
aſſerebant de tali conqueſtu, quod id po-
tiùs reſultauerat ex ipſius vxoris zeloti-
4 pia, & de iure probatum eſt, quod vxor
non poteſt contra virum examinari, *Fari-*
*nac. conſ. crim. 20 num. 7. tom. 1. & conſ. 19. nu.*
*13.* vbi *Additio lit. O.*
Quocirca ex ijs perpenſis ipſum abſol-
ui de menſe Octobris 1616.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna periurij tùnc imponitur quando redun-*
*dat in partis detrimentum.*
2 *Principalis periurus habet Deum in vltorem.*



Digitized by Google

3 *Diſpoſitio* l.c. C.ſi cert. petat. *quando verificatur*.
4 *Periurus tùnc punitur quando ſub præcepto Iudicis mandantis iurare, falſum dixit ſub certa pœna*.
5 *Iurans falſum iudicialitèr non punitur quando à parte parti in iudicium iuramentum defertur*.
6 *Periurus in criminalibus vt principalis deponens, non punitur*.
7 *Periurium non committitur à principali delinquente, etiam ſi fuiſſet principalis quòad ſe, & teſtis quòad alios, num 8.*
9 *Falſitas ex periurio proueniens in criminalibus venit in conſequentiam*.
10 *Periurus tùnc punitur quando ſcientèr, & doloſè periurauerit, & qualitèr, num. 12.*
11 *Doctrina* Paul. Caſtr. in l. qui iuraſſe, ff. de iure iur. *ponderatur*.

## ARGVMENTVM.

Periurus in cauſa ciuili conſtito de falſo iuramento, puniri an poſſit.

## CASVS XLIX.

COnuento certo debitore certæ quãtitatis frumenti non ſolùm negauit dictam quantitatẽ debere actori, ſed etiam actricis ad iurandum tactis ſcripturis, iurauit in forma, vt conſuetum eſt in Curijs extra Ciuitatem Neap. prout in Ciuitate Theani vbi vti Iudex illius ità contingit ſeruari in caſu relato, ſed actor viſo tali iuramente, expoſuit querelam criminalem contra eum de periurio, & probauit debitum predictum, quinimò ex ijs videbatur reſultari falſo iuraſſe, & ſic attenta mente *Cuiac. lib. 2. obſeru. cap. 19.*
1 tunc de periurij pœnã imponi poſſe credendum, dùm in partis detrimentum redundat, & ſic intelligitur *l. 2. C. de reb. cred. & Decian. Farinac. Barboſ. Pad. Xuarez, Petr. Gregor. Duar. & Boer.* probat *Petr. Gonzal. Salzed. in recomp. leg. nou. Hiſp. in princ. n. 71.* adeò quod cum fuiſſet per Curiam ipſius Ciuitatis citatus ad informandũ de periurio, & indè comparendo ſe excuſauerat pro ſua defenſione, aſſerendo eſſe principalem reum conuentum, & non debere puniri, alitèr cum ſe ad excuſandum di-
2 xerat, & iurauerat, nàm hoc caſu niſi Deum habet vultorem, & ſi verſaretur in lite ciuili, quo caſu ſi principalis examinatus cum iuramẽto, deponat falſum, nõ punitur de periurio, ſed ſolùm Deum habet vultorem, ex *ritu 27.* in iſto caſu po-
3 teſt verificari diſpoſitio *l. 2. C. ſi cert. petat.* inquit *Marant in eius ſpeculo par. 6. in 4. actu num. 17.* & ſequitur *num. ſeq.* poſſet tamen Iudex facere præceptum principali volen-
4 ti ſe examinare, vt verum dicat ſub certa pœna, quo caſu auctoritate præcepti poſſet illum punire, ſi falſum dicit, ſecundum *Bart. in l. ius alimentorum, ff. vbi pupill. educ. deb.* quoniam periurus dicetur, *Reg. Tapia in ſuo Iure Regni tom. 5. tit. 28. num. 8. Mancin. in tract. de iuramento, par. 2. num. 56.* & ad hoc in puncto refert *Iulius Clarus in §. periurium, ſub num. 11.* inquit: Item quando defertur in iudicio iuramentum
5 à parte parti, non poteſt pars iurans de periurio iudicialitèr puniri, ſed ſolùm Deum habet vltorem, & eſt communis opinio, vt dicit *Boer. deciſ. 305. poſt num. 4. ver. quid dicendum hæc ille*, quẽ ſequitur *Bertazzol. conſ. crim. 300. num. 1. tom. 2.* verùm quia in præſẽti caſu proceſſum fuit ex ciuilitate ad criminalitatem, & hoc etiam
6 dicebatur, quod periuriũ in reo criminalitèr examinato, ipſe nõ punitur, *Farinac. conſ. crim. 80. num 48. tom. 1. & in Addit lit. C. Bertazzol. conſ crimin 124.* vbi *Addit. lit. A.* latiſſimè *Cartar. in pract. interrogandi reorum*
7 *lib. 3. cap. 3. num. 16.* nàm periurium non committitur à principali delinquente, falſum reſpondendo interrogatorijs ſibi factis, *idem conſ. 60. num. 62. & 92.* vbi am-
8 pliatur etiam, quod quis ſit principalis quòad ſe; & teſtes quòad alios *num. 127. & ſeq.* & propterea cum in expoſitione querelæ criminalis dumtaxàt principalitèr de periurio agebatur, quia falsò iurauerat, & falſitas in conſequentiam veniebat hoc caſu, inquit *Afflict. in Conſtit. Eos, qui ſcientèr, ſub num. 1.* & propterea dicebat *Paul de Caſtr. in d. l. qui iuraſſe*, quod ſi ego accuſo te de periurio, niſi dicatur, quod ſcientèr, & doloſè periuraſti, non
10 procedit accuſatio, quia dolus debet allegari, & tũc allegato dolo, eo ipſo, quod
11 apparet periuratum, præſumitur cum dolo, aduerte, quia *Alexand. in d. l. qui iuraſſe* non reputat verum hoc dictum *Paul. de Caſtr.* pro eo, quia ſi in accuſatione de falſo, ſit mentio de falſo, intelligitur eſſe deductum doloſè factum per id, quod dicit *Cyn.* & poſt eum *Bald. in l. nec exemptum, C. de falſis*, & Ego dico, quod ipſe dicit verum hæc ille; & ſic quando ſciẽtèr iurauerit falſum, tùnc puniri poſſe, probat *Bertazzol. filius in Addit. ad d. conſ.*

*conſ.* 200. *lit. A.* & talis pœnitentia ei iniungitur, qualis homicidæ, & adultero, vt tradit *Goffred à Bauo in ſua praxi crimin.* 5. *blaſphemia, num.* 29.

Et propterea decidi, quod ſuſpenſa criminalitate ageretur ciuilitèr de menſe Maij 1615.

*SVMMARIVM.*

1 *Aggreſſores non tenentur de homicidio quando conſtat de percuſſore.*

2 *Inſultatus cum armis, qualitèr puniatur.*

3 *Pœna pecuniaria ſtatuta eſt contra inſultantem cum armis.*

4 *Negatiua eſt probanda per fundantē ſe in ea.*

5 *Negatiua probata excludit probationem partis aduerſæ.*

6 *Negatiuæ ea eſt virtus, vt omnem deneget potentiam, & neceſſitatem.*

7 *Teſtes deponentes ſuper negatiua ſunt ſuſpecti de falſo.*

8 *Negatiua eſt duplex.*

9 *Forma probandi negatiuam ad locum, & tempus, quæ ſit.*

10 *Negatiua de loco, & tempore, qualitèr probetur.*

11 *Negatiua poteſt probari per familiares, & domeſticos.*

12 *Negatiua probata de loco, & tempore reus eſt abſoluendus.*

13 *Teſtibus negantibus negatiuā ita creditur ſicut affirmantibus.*

14 *Negatiua vaga, & pura, & improbabilis magis ardua, & difficilis operatur, ſi fit à teſtibus quā ſei.*

15 *Negatiua dupliciter probatur.*

16 *Negatiua coarctata loco, & tempore ad fauorem inquiſiti magis attendenda, quam affirmatiua.*

ARGVMENTVM.

Aggreſſores ſi aggreſſum nō offendiſſent, ſed indè alio ſuperueniente aggreſſum occiderint, an teneantur ſtante probatione negatiua coarctata loco, & tempore.

CASVS I.

POſtquàm certi inquiſiti de inſultu armata manu aggrediendo domum Franciſci de Angelis in Ciuitate Theani commorantis, nulla tamen offenſa ſubſequuta, ſed poſtmodùm aperta ianua per matrem aggreſſoris, vndè exiuit aggreſſus, & aggreſſores euaginatis enſibus ad inuicem ſuperuenit N. cum ſclopo rotato, & emiſſo ictu in perſonam dicti Franciſci, ipſum interemit, & poſtquā
1 conſtabat de percuſſore, ob id aggreſſores non teneri videbantur de homicidio, ex ijs, quæ notat *Gram. deciſ.* 25. *num.* 6.

Reſpectu verò ipſorum inſultantium, & ſi nullam intuliſſent offenſionē, adhùc
2 tamen ſi cum armis fuerit inſultus commiſſus, Iudicis arbitrio puniretur, *Petr. de Monteforte in Conſtit. Aſperitatem,* & de hoc latè proſequitur *Mutta in pragm. Sicilia* 44. *num.* 6. *& ſeq.*

3 Et ſic pœna pecuniaria ex *deciſ. Peguers Catalon.* 21.

Dubitari tamen contingit, quod cum ipſi aggreſſores volentes ſe defendere in iudicio aſſeruerūt eadem hora fuiſſe alibi viſos, & ſic negatiuam loci, & tempo-
4 ris probauerant negatiua probanda erit, & per fundantem ſe in ea *Farinac. conſ.* 70.
5 *num.* 31. *tom.* 1. & negatiua probata, omnia excludit probationē partis aduerſæ, *Ma-*
6 *ſcard. deciſ.* 299. *num.* 66. negatiuæ ea eſt virtus, vt omnem deneget potentiam, & neceſſitatem inducit, *Giurb. conſ.* 19. *num.* 68.
7 & talis negatiua aduerſus teſtes examinatos vrgebat, ob quod redargui videbantur de falſo teſtes Fiſci, quàmuis negatiua ſit adeò improbabilis, vt inquit *Maſcard. de probat. concluſ.* 48. *num.* 52. ita vt teſtes ſuper ea deponentes ſint ſuſpecti de falſo, ex *text. in cap. quoniam contra, de probat.* & alijs probat *Franc. Hercul. in tract. quis tenear probat. negat. nu.* 127. vbi ſubdit, vt poſſint puniri tamquam falſarij.

Attamen in hac re *Tartagl. in praxi Mag. Cur. Vic. crimin. par.* 2. *tit. de defenſ. reor. cap.* 1.
8 *num.* 28. refert negatiuam eſſe duplicem, hoc eſt directam, & indirectā, directa eſt quando reus vult oſtendere, quod eo tempore, & loco dicunt teſtes eum commiſiſſe delictum illud non fecit, prout verificatum fuerat in caſu iſto, ad quod *Guazzin. in tract. ad defenſ. reor. tom.* 2. *defenſ.* 28.
9 *cap.* 1. *num.* 2. *& ſeq.* tradit formam probandi negatiuam ad locum, & tempus, ex *Follèr. & Claro ibi relatis,* nempè quod ille carceratus non fuit in loco homicidij tē-
10 pore homicidij, quia erat alio loco certo, & ab eo non poterat diſcedere, quin ipſi teſtes vidiſſent, & ſciuiſſent, vel non poterant adeſſe in loco delicti tempore homicidij, quin dicti teſtes ſciuiſſent, & vidiſſent, & iſto modo perfectè dicitur

probata

probata negatiua, ex multis ibi relatis, &
ſequitur in *verſ. & meliùs*, quod poterit
probari abſentia à loco delicti, ſi probe-
tur, quod ille carceratus fuerit tempore
delicti commiſſi in alio loco cum Titio,
& Caio probando, quod fuerit continuò
11 ſine aliquo interuallo temporis, & ibidē
alijs modis probari ſubiunxit, quod aſſe-
quitur *Perſius conſ.* 13. *num* 12. & demùm
idem *Guazzin. num.* 14. aſſerit, quod talis
negatiua probari poteſt per familiares, &
domeſticos, ex *Grill. & Decian. ibi relatis*, &
12 ſucceſſiuè probata tali negatiua coarcta-
ta loco, & tempore inquiſitus liberari de-
bet, etiam ſi contra eum adeſſent inditia
ad torturam, ex *Brun. & Honded. ibi citatis*,
13 nàm quando negatiua eſt coarctata lo-
co, & tempore, ad certum locum, & tem-
pus, ità creditur teſtibus negātibus, ſicut
affirmantibus, probat *Almont. Ciazius di-
ſcept. crim. ad defenſ. reor. tom.* 1. *diſcept.* 1. *nu.*
58. ſubdens *nu.* 59. quando negatiua coar-
ctata ad certum locum, & tempus, credi-
tur teſtibus pluribus numero, vel dignio-
ribus, & circa negatiuā in criminalibus
plus creditur negātibus, quam affirman-
tibus, *vt ibi num.* 62. firmat, quo fit, quem-
admodùm DD. cenſuerunt, negatiuam
vagam, puram, & ſimplicem eſſe impro-
babilem, ſecus tamen negatiuam loco, &
tempore coarctatam, *Maſcard. d. tract. con-*
14 *cluſ.* 1092. *num.* 8. & tùnc negatiua quando
eſt vaga, & improbabilis, magis creditur
teſtibus Fiſci, quam rei, *Ciazzius d. diſce-
ptat.* 1. *num.* 57. *Triuiſan. deciſ.* 62. *lib.* 2. *nu.* 16.
vndè ex ijs percipitur negatiuam duobus
modis probari, hoc eſt remouendo actum
15 à ſenſu, quia dicāt teſtes illa die, & hora,
quod aſſeritur non fuiſſe factum, eo quod
ibi fuerunt præſentes, & non potuiſſent
fieri, quin vidiſſent, & non audiuiſſent, nō
autem remouendo ſenſum ab actu, nec
enim ſufficiet, ſi diceret, quod non vide-
runt, nec audierunt illud fieri, ex quo ip-
ſis non animaduertentibus fieri potuiſ-
ſet, ex multis probat *Maſcard. ubi ſupra*
16 *num.* 9. ſicq; negatiua coarctata loco, &
tempore ad fauorem inquiſiti, magis at-
tendenda, quam affirmatiua *Farinac. conſ.
crim.* 22. *num.* 6. *tom.* 1. aſſequitur *Iul. Cartar.
deciſ.* 41. *num.* 11. *& deciſ.* 43. *num.* 19. & ſic
fuerunt liberati ſuper nouis.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes non omnes ad informationē Curiæ tor-
quentur, ſed ſufficit duos, vel tres torqueri.*
2 *Fugiens ex carcere, habetur pro confeſſo, &
num.* 13.
*Et qualitèr intelligatur, num.* 3.
4 *Fugiens ex carcere pro confeſſo habetur, ità vt
capitali pœna afficiatur.*
5 *Fractio carceris requiritur vt fugiens pro con-
feſſo habeatur.*
6 *Fractione carceris ceſſante non habetur pro
confeſſo, nec punitur.*
7 *Fugiens ex carcere aperto, non habetur pro
pro confeſſo.*
8 *Apertura hoſtij erit probanda contra fugien-
tem ex carcere.*
9 *Fugiens ex carcere aperto à tertio, non ex con-
ſilio fugientis, neq; ſuaſione, non habetur pro
confeſſo, neq; capitali pœna puniri, nu.* 10.
11 *Pœna contra effractores carcerum, quæ ſunt, re-
miſſiuè, & num.* 13.
12 *Pœna arbitraria plectuntur fractores carcerū.*
14 *Effractores carcerum non vltra puniendi ſunt,
quam pro cauſa, pro qua detinentur, & quid
ſi non aufugerunt, ſed detenti, num.* 28.
15 *Effractor carceris ſi detinetur pro delicto, pro
quo pœna extraordinaria tenetur, an pœna or-
dinaria puniatur.*
16 *Ingrediens domum cauſa furandi, ſi furtum nō
commiſit, qua pœna tenetur.*
17 *Affectus quando punitur non ſequuto effectu.*
18 *Pœna extraordinaria puniuntur fractores car-
ceris de iure communi.*
19 *Effractor carceris quando punitur pœna arbi-
traria.*
20 *Fuga ex carcere fracto ſi fuerit impedita ab
aliquo, an pœnam operatur.*
21 *Pœna exilij regularitèr imponitur contra ef-
fractores carcerum.*
22 *Nemo debet ex carcere exire, licet poſſit.*
23 *Pœna capitalis eſt contra effractores carcerum
licet arbitraria.*
24 *Carceratus iniuſtè aufugiens, non punitur, &
quid ſi reuertatur, num.* 27.
25 *Carceres non frangit qui ad Superiores vadit.*
26 *Carceratus pro debito ciuili qualitèr punitur,
& deciſio affertur.*

ARGVMENTVM.

Effractores carcerum an omnes ſint examinandi, ſeù torquēdi, vel aliqui ipſorum pro delicti probatione, & an aufugiens ex carcere aperto, teneatur aliqua pœna, & qua pœna afficiendi ſint, & in quibus caſibus ceſſet pœna cōtra ipſos effractores.

CASVS

## CASVS LI.

ANtequàm poſſeſſionem officij indi-
catus in Ciuitate Theanenſi cępiſsē
ſucceſſit fuga nonnullorum Carce-
ratorum ex Caſtro dictæ Ciuitatis, vnde
fuerunt quatuor ex eis tormentis expoſi-
ti, qui confeſſi fuerunt originē fugæ, cum-
que alij èx eis ſuperueniſſent in carcerē,
non tamen examinati ſuper dicto facto,
dubitari contingit, ſi paritèr remanentes
eſſent tormentis ſubijciendi, dùm veritas
facti occurſi circa fugam per depoſitio-
nes ipſorum tortorum apparebat; inde
ſuſcepta poſſeſſione officij prædicti die
24. Martij 1614. percunctato proceſſu re-
peri punctualem doctrinam *Foller. in pra-
xi crim. rub. cap. inform. ſub num. 24.* forma-
lia hæc verba dicentis: *Item eſt aduerten-
dum, quod non omnes teſtes ad informationem*
1 *Curiæ torquebuntur, ſed ſufficit duos, vel tres
magis factum ſcientes,* ſecundum *Brunum, &
Bald. in l. data, C. qui accuſ. non poſſ.* & ſic ob-
ſeruaui in caſu prædicto, ſed poſtmodùm
accidit per quendam carcerarum, & con-
demnatum, cum falſa claue oſtium Caſtri
apertū, & multi carcerati ex eo aufugie-
runt, & inter eos vnus inquiſitus viſo ho-
ſtio aperto ſimilitèr aufugit, & quia erat
condemnatus pro eius delicto, fuit dubi-
tatum ſi poterat ex hac fuga puniri; nàm
2 & ſi regula ſit, vt aufugiens de carcere
habetur pro confeſſo, latè *Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 820. nu. 1. Caball. reſol. crim. tom. 1.
caſu 100. num. 18. & caſu 8. nu. 33.* latiſſimè
*Farinac. de carcer. & carcerat. quæſt. 30 nu 27.
& ſeq.* nouiſſimè *Eliſeus Danza de pugna
Doct. tit. de confeſſ. & confeſſ cap 13. à nu. 4. ad
23. tom. 3. Hect. de Guido de confeſſ. par. 5. c. 3.*
3 Sed hoc ſanè DD. intelligunt quan-
do præuia conſpiratione actum fuerit,
& tùnc pro confeſſo habetur, aliàs non,
*Maſcard. vbi ſupra num. 27.* nec haberetur
pro confeſſo, & conuicto, *Ciazius diſcept.
forenſ. crimin. tom. 2. diſcept. 14. num. 7. Farin.
de carcer. & carcerat. quæſt. 30. num. 186.*
4 Et tùnc fugiens è carceribus, adeò pro
confeſſo habetur, vt capitali pœna plecta-
tur, *Maſcard. ibidem num. 9. Caball. vbi ſupra
num. 14.*
5 Benè verum eſt, quod exigitur fractio
carceris, proùt latè proſequitur *Foller. in
praxi crim rubr. & ſi confitebuntur, nu. 45. Fa-
rinac. vbi ſupra num. 162.*
6 Ceſſante fractione, non habetur pro
cōfeſſo, *Farin. deciſ. crim. 313. nu. 12.* nec pu-
nitur pœna effractionis carceris, *vt ibi
num. 11.*
7 Cæterum autem ſi aperto hodie quiſ-
quam carceratus aufugerit, non habetur
tùnc pro confeſſo, proùt in ſpecie ibidem
*Foller.* comprobat *num. 47. Ciazius diſcept.
forenſ. crim. tom. 1. diſcept. 156. num. 3. & 20.*
& carceratum aufugiſſe ex oſtio aperto,
8 in dubio non præſumitur, ideò apertura
oſtij per fugientem probanda erit, *Farin.
de carcer. & carcerat. quæſt. 30. num. 161.* ſed
mitiùs punitur, *vt ibi nu. 160. Godoffr. à Ba-
uo in praxi crim. §. fuga carcer fract. num. 46.
& ſeq.*
9 Sicq; fugiens è carceribus, nō habetur
pro confeſſo, quādo carcer fuiſſet fractus
à tertio, nec conſilio, & ſuaſione nùnc fu-
gientis, *Maſcard. vbi ſupra num. 15.*
10 Et ſucceſſiuè non debet capitali pena
puniri, proùt ſic pluries de facto vidiſſe,
teſtatur *Angel. in l. 1. ff. de effract.* quem citat
*Iul. Clar. in § fin. quæſt. 21. ſub num. 16. verſ.*
11 *ſcias etiam*, ſed circumſcriptis varijs pœ-
nis impoſitis effractoribus carcerum re-
latis per *Farinac. d. tit. de carcer. & carcerat.
quæſt. 30. num 21. ad 36.* inquit, quod veri-
tas eſt, ſiuè fuga ſit ſequuta, ſiuè non, ef-
12 fractores carcerum puniūtur pœna arbi-
traria, *Reg. Sanfelic. deciſ. 47. Danza vbi ſup.*
13 Et propterea è carceribus aufugiens,
rupto pariete carcerum, ſi plebeus eſſet
operis publici, ſi autem nobilis ſit, relega-
tionis pœna tenetur, probat *Ciazius de di-
ſcept. 14. num. 8.* & ibidem etiam aſſerit,
quod aufugiēs è carceribus rupto parie-
te, non punitur pœna criminis: ſed de
carcerum fractione; at ſi fractio non fue-
rit ſubſequuta per eum, nullatenùs ex di-
cta fractione, ac fuga teneri videbatur.

Ex ex ijs inferebam ad alium caſum
occurſū in Ciuitate Caſtri maris de Sta-
bia tēpore gubernij mei conſobrini Ho-
ratij Salinas V.I.D. quod cum quidam
noctis tempore attentaſſet apotecā quan-
dam conuicini effrangere, de quo capta
informatione delicti per vnicum teſtem
de viſu delicti aliqualitèr probati, dùm
exiſteret carceratus pro cauſa prædicta,
ac etiā quia controuenerat præcepto ſibi
iniuncto, ne in ſecreto vulnera mederet,
non data notitia priùs Officiali, iuxtà
*pragm. 1. de Chyrug.*

In quo delicto iàm priùs inciderat, &
iterum controuenerat, & in hac re fuit de
pluribus dubitatum, & principalitèr dùm
clarè de delicto non conſtabat, ex quo
attentauerat frangere carceres, vt aufu-
geret inſimul cum alijs, ſicut cum effectu
egerat, quàmuis præuentus à famulis Cu-
riæ non aufugit, propter quod communi-



Digitized by Google

tèr omnes DD. fatentur actenta fuga, ſeù
carceris fractione haberi pro cõuicto, &
confeſſo, vt cumulat *Iul. Clar. in §. fin. q. 21.*
*num. 16. & Farin. vbi ſupra*, tamen hoc pro-
cederet quãdo cum effectu effractis car-
ceribus aufugerit carceratus, at in caſu
iſto non aderat fuga, ſed tantum actenta-
tio fugæ fractis carceribus, & in hoc caſu
*Iul. Clar. vbi ſupra* inquit, item ſcias, quod
ſi carcerati non aufugerint, ſed tantum-
modò tentauerint fractis carceribus au-
fugere, Senatus non ſolet èx ea cauſa ali-
quid greue contra eos decernere propter
actentatam fugam, vel fracturam, & ita
ſubdit obſeruatum fuiſſe in Senatu, ſed
dato, & nõ conceſſo, quod in præſenti ca-
ſu haberetur pro confeſſo, & cõuicto, erit
ſciendum, quod tales effractores ſi effra-
cto carcere euadant, non ampliùs punien-
14 di ſunt quam cauſa, ex qua recepti ſunt
quam ob cauſam, ex qua recepti, *l. in eos,*
*ff. de cuſtod. reor.* vbi ſingularitèr *Gloſ. in ver-*
*bo puniendi*, notat, dùm non aperit qua pę-
na, ſed videtur referre ſe ad pœnam eius
criminis, pro quo erat ibi, vt ſic habeatur
pro confeſſo, pœna autem huius delicti
15 principalis de quo extabat inquiſitus,
non erat ordinaria, iuxtà *l. ſaccularii, ff. de*
*extraord. crimin.* nàm & ſi quis ingredire-
tur domum cauſa furandi, & non furatur,
16 & non perfecit actum, nõ tamen punitur
pœna ordinaria, ſed extraordinaria, vt
cenſet *Campag. in cap. Regni Ad hoc, ſub nu.*
85. & ſic pœna arbitraria *Godoffr. à Bano*
*in praxi crim. § furtum, num. 30.* at in fortio-
ribus terminis annuit *Gram. deciſ. 2. nu. 6.*
quod licet puniatur affectus non ſequuto
effectu, tamen vbi effectus non fuit perfe-
17 ctus, non punitur eadem pœna, ſed ex-
traordinaria, imò iuxtà conſuetudinem
Italiæ affectus nunquàm punitur, niſi ſe-
quatur effectus, vt ſentit ibi *Gram. num. 8.*
& delicti huius pœna extraordinaria erit
imponenda ex actentatione effractionis
18 ſequuta poſteà carceris fractura, quæ re-
gulatur iuxtà pœnam delicti, concluditur
eſſe pœnam extraordinariam, quæ exem-
plificatur in opus publicum, vel perpetuũ,
vel temporarium, honeſtiores autem aut
ordine ad tempus moueri, vel patriæ fi-
nes iuberi excedere, *l. 1. ff. de effract.* vbi
*Gloſ. ſuper verbo effractorem*, notat effrangi-
19 tur, vt ſurripiatur, vel vt euadatur, & ad
hoc ſingularitèr *Farinac. d. quæſt. 30. nu. 25.*
*cum ſeq.* notat, quod carceres frangẽs, ſed
præuentus à Curia ſi non poterit aufuge-
20 re, punitur pœna arbitraria, & reſpondet
contrarijs, ad quod optimè *Danza de pu-*
*gna Doctor. tom. 3. tit. de indit. proxi. cap. 8. nu.*
15. ex *Ciarlin. cap. 12. num. 37.* dixit id pro-
cedere ne dùm fuga conſumata, verùm
etiam & non deducta adeſſe, ex quo fu-
giens fuerit impeditus, idem enim ope-
ratur tentatio, ſeù fuga in promptu, ſicut
21 fuga in effectu, quare in pręſenti caſu fuit
iſte inquiſitus punitus pœna exilij, iuxtà
opinionem *Farin. d. quæſt. 30. num 4. & Fac-*
*chin. cap. 64. verſ. cæterum illam pœnam capita-*
*lem*, quos adduxit *Reg. Sanfelic. deciſ 47. ſub*
*num. 2.* vbi refert *num. 3.* quod contra ten-
tantes effracturam carcerum M.C.V, cum
conſpiratione, & ſi non euaſerint, èrit pę-
na vltimi ſupplicij, vt fuit obſeruatum, &
nouiſſimè *peritiſſimus Doctor Eliſeus Dan-*
*za in ſuo tract. de pugna Doctor. tom. 3. tit. de*
*ſentent. forindic. cap. 10. num. 12. ex Dom. Reg.*
*Hectore Capycio Latro dec. 76* probat, quod
hodiè pœna mortis in Regno non mili-
taret contra carcerum effractores, cum
conſpiratione, ſed tantùm exilij, & ſic iu-
dicaſſe Regium Collaterale Conſilium,
inſuper erit aduertendum ad regulam
22 vulgatam, quia exire nemo debet ex car-
cere licet quis poſſit, ex *Gloſ. in l. ſuccurri-*
*tur; ff. ex quib. cauſ. maior in integr. probat. Gu-*
*lielm. Koelli de public. iudic. diſquiſ 9. in 3. pręl-*
*lud. incip. Nec non*, vbi ex multis probat pro-
23 pter hoc conſtitutam eſſe pœnam capi-
talem, ex *l. 4. ff. ſi quis caut. Boſſ. Duard. Fari-*
*nac. & Hippol. de Marſil.* nihilominus in fi-
ne aſſerit durum, & coactum nimis eſſe
hanc pœnam, quocirca arbitrariam pœnã
eſſe ſubſtinet, *Menoch. de arb. Iud. caſu 301.*
24 Recipit tamen aliquas limitationes, &
Primò, ſi carceratus iniuſtè fracto carce-
re fugiat, nullam patitur pœnam, & Eccle-
ſiæ gaudet immunitate, vt probãt *Giurba*
*conſ. crim. 30. num. 31. Perſius conſ. crimin. 47.*
*num. 8.* & reddire non tenetur *Godoffr. à*
*Bano vbi ſupra num. 53.* niſi iuramento ſe
aſtrinxerit non aufugere, *Reg. Capyc. Latro*
*deciſ. 76. nu. 2. tom. 1. Hect. Guido vbi ſup. n. 31.*
25 Secundò, carceres non frangit, qui ad
Superiorem fugit, *Giurba conſ. crim. 69. nu.*
10. *Perſius vbi ſupra num. 10.*
26 Tertiò, in effractore carcerum exiſten-
te pro cauſa ciuili, ſeù debiti, nàm cum
eo mitiùs proceditur ad pœnam exilij. vt
probaui in meo *voto 41. par. 1.* de quo me-
minit *Dom. Reg. Hector Capycius Latro meus*
*Dominus in deciſ. 76, volum. 1.* vbi ità refert
deciſum per Sacr. Conſ. in caſu occurſo.
27 Quarto, effractor carceris reuerſus nõ
punitur pœna capitis, ſed mitiori, idem
*Godoffr. vbi ſup. n. 23. Hect. de Guido ibi n. 29.*
28 Quintò, vbi effractores fractis carce-
ribus

Digitized by Google

ribus non aufugerunt, ſed deprehenſi pariter pœna arbitraria puniuntur, idem *Godeffr. vbi ſup. nu. 42.* poſt *Menoch. vbi ſup.*

*SVMMARIVM.*

1 *Vendens vnam rem pro alia falſo, acritèr punitur.*
2 *Artifices vendens vnam rem pro alia, qualitèr puniuntur, quod facit cõtra buccerios vendentes carnes ſcrofinas pro porcinis, num. 3. & quid contra vendentes carnes morboſas.*
4 *Caro morticina, ſeù infirma, aut ſuſpecta, vendi debet extra menia.*
5 *Cura carnis ad præfectũ pertinet, vt iuſto pretio vendatur.*
6 *Fuga fugientem accuſat.*
7 *Fuga inducit confeſſionem, & præſumptionem contra fugientem.*
8 *Fuga eſt efficax vt reus tormentis ſubijciatur.*

ARGVMENTVM.

Vendens carnes Taurorum pro Baccinis, qua pœna tenetur.

CASVS LII.

Reperiebatur inquiſitus Quartuciarius Ciuitatis Theani, prætextu quod occidi feciſſet Taurum, vt venderetur emptoribus ad rationem granorum ſeptem pro rotulo ſicuti Boues, & ſic permiſcendo vnam rem pro alia, fraudando emptores, ſicquè vendens vnam rem pro alia, vel malam pro bona, aut puram pro
1 mixta, vel nõ verè talem qualem falsò aſſerit eſſe, acritèr punitur, vt refert *Caball. reſolut. crim. tom. 1. reſol. 177 nu. 5.* vbi id per exempla demonſtrat, ſed veriùs in Regno
2 pro iſta fraude commiſſa per artifices ſtatuta eſt pœna vnius libræ auri pro prima vice, iuxtà *Conſtit. Regni Magiſtros*, vbi ſingularitèr *Afflict. in princ.* exemplificando
3 dixit contra buzerios vendentes carnes ſcrofinas pro porcinis, & de ſimilibus ſatis patet ad noſtrum propoſitum inciſiſſe in fraudem, vndè Iudex deber eſſe diligens, eo maximè cõtra vendentes carnes morboſas, *Auiles cap. Prætor. c. 17. ver. à Razoualles pretij, num. 27.* quemadmodũ enim
4 caro morticina, nec infirma, aut ſuſpectoſa, non debet vendi niſi extra menia, & introitu loci, pro gẽte paupere, *Muta in prag. Sicil. tit. 55. nu. 24.* & ibi plura deduxit, ſic caro Taurina, quæ eſt damnoſa, & proptereà non vendenda ad ſimilitudinem Bac-
5 cinæ, & ſimilium, cura carnis omnis vt iuſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet, inquit *text. in l. 1. §. cura carnis ff de offic. Præf Vrb.*

Sed cum ipſe reus aufugiſſet, non potuit contra eum procedi ad pœnæ infli-
6 ctionem, ſed benè tale delictum ex fuga comprobatum fuit, nàm fuga fugientem accuſat, inquit *Maſcard. de probat. concl. 819. num. 2.* & ipſa inducit confeſſionem deli-
7 cti, *idem concl. 499. nu. 8.* & inducit præſumptionem contra fugientem, *idem concluſ. 1336. num. 1.* ità quod fuga eſt efficax vt
8 reus tormentis ſubijciatur, *idem d. concluſ. 819. num. 4.* fuit citatus in forma.

*SVMMARIVM.*

1 Pragm. 1. de iuriſd. non turb. *adducitur.*
2 *Mixtum comprehenditur ſub ſimplicibus.*
3 *Conceſſio cauſarum non includit cauſas criminales, & quando.*
4 *Cauſarum appellatione nõ veniunt cauſæ criminales.*
5 *Omne ius noſtrum vel ad perſonas, vel ad res pertinet.*
6 *Homo eſt digniſſima creatura.*
7 *Fructus omnes hominũ gratia comparati ſunt.*
8 *Digniora proponenda ſunt.*
9 *Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.*
10 *Pœna an ſit imponenda partim fiſco, & partim parti.*
11 *Cauſa criminalis, quænàm ſit.*
12 *Cauſa criminalis videtur dignior, & cur.*
13 *Baro ciuilis eſt verè dominus.*
14 *Cauſæ criminales pro quibus pœnæ criminales imponuntur ad iuriſdictionem criminalẽ habentem ſpectat, & quæ ad Iudicem ciuilem, & qualitèr fuit deciſum.*
15 *Caſus mixtus quando dicatur.*
16 *Cauſa liquidationis inſtrumentorũ non eſt omninò criminalis.*
17 *Criminalis cauſa quando reſpicit perſonã plectendam dicitur, vel pœnam pecuniariam contineret fiſco applicandam, num. 18.*
19 *Baiulus poteſt ciuilitèr pœnam imponere.*
20 *Caſus mixtus quando dicatur.*
21 *Natura mixti imperij quando dicatur.*

ARGVMENTVM.

Caſus mixti ad quem ex Baronibus eiuſdem loci pertinent, vel ad Baronem habentem iuriſdictionem criminalem, vel ad habentem ciuilem.

## CASVS LIII.

PRæteritis menſibus incidit altercatio
decidenda inter duos Barones eiuſ-
dem Terræ, nempè inter Eminentiſ-
ſimum Cardinalem de Roma Dominum
Terræ Lungri, & Ill. Marchionem Terre-
cuſij vnum habentem iuriſdicti' nem cri-
minalem, alterum ciuilem, & licet præte-
ritis annis ad euitandum inter eos alter-
1 cationes refertur fuiſſe editam *pragmat.* 1.
*de iuriſdict. non turb.* vt in certis caſibus ibi
declaratis Baro in criminalibus habet iu-
riſdictionem, in cæteris verò Baro ciuilis,
verùm quia ſolent caſus mixti continge-
re qui participant, de vtriſq; idcircò du-
bitari contingit, cui ipſorum tales caſus
applicari debeant, vel domino habenti
criminalem iuriſdictionem, vel domino
habenti ciuilem, ea propter ſi attendatur
2 regula illa, quod ſub ſimplicibus contine-
tur mixtum, ad *text. in l ità ſcriptum, ff. de
liber. & poſth. Euerard. in topica loco ab æqui-
pollentibus, num.* 16.

Ex quo ſub vtriſq; ſimplicibus, hoc eſt
ſub ſimplici criminali, vel ſimplici ciuile
contineri poteſt mixtum, propterea alia
ſuboritur regula concurrentibus duobus
ſimplicibus, vt mixtum ſub aliquo ipſorũ
contineatur, erit attendendum, quodnam
eorum erit magis dignum, & hac ratic ne
perpenſa videtur criminale ſimplex ma-
gis dignum eſſe, in tantum eſt verũ quod
3 conceſſio cauſarum non includit cauſas
criminales, niſi eſſet dictum de cauſis, &
negotijs, *Anna ſingul.* 85. cum appellatione
cauſarum non veniant criminales, *idem in*
4 *alleg.* 2. *num.* 6. ex eo quia cauſæ crimina-
les ſunt magis dignæ, & hoc credo ratio-
ne ſubiecti, quod eſt perſonarum, nàm
5 omne ius noſtrum quo vtimur, vel ad per-
ſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones,
*§. fin. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* vbi *Gloſ.*
6 ſubdit. nàm homo eſt digniſſima creatu-
ra, *l iuſtiſſimè, ff. de edilit. edict.* vbi allegat il-
7 los vulgatos verſus Ouidij,
*Et oẽs fructus rerũ hominũ gratia cõparauerit.*
8 *l in pecudum ff. de vſur.* non mirũ ſi digniora
ra preponẽda ſint, vt inquit *Gloſ in d. §. vlt.
ver. ignorentur*, & conſequentèr magis di-
9 gnum trahit ad ſe minus dignum, *l. quæ
religioſis, ff. de rei vend. Barboſ. lit. D. num.* 17.
& ſic *Campag in cap. Illuſtri Vicerezi, num.* 10.
10 quærendo dixit, quod ſi pœna ſit impo-
nenda partim Fiſco, & partem parti, & ſic
non ſolùm ad priuatam vtilitatem, ſed
etiam ad publicam, ad quem ſpectaret ex
dictis, & concludit ſpectare ad Iudicem
cauſarum criminaliũ, quia magis dignus,
nàm dignior eſt cauſa criminalis, quam
ciuilis, ſeù cauſa publica; quam priuata,
*vt ibi per eum.*

Præterea ſi attẽdatur, quæ nàm ſit cau-
ſa criminalis, cenſuerunt DD. eam eſſe
11 quando principalitèr agitur ad commo-
dum publicum ex delicto tantùm, ſeù ad
publicam vindictam, ità *Marant in ſuo ſpe-
culo par.* 4. *in* 1. *diſt. num.* 2. quod etiam aſſe-
quitur *Scaccia de iudic. tom* 1. *cap.* 6. vbi per
plura exempla hoc declarat, & retenta
iſta cõmuni concluſione ſubſequitur vul-
gata regula illa, quod ius publicum præ-
fertur priuato, *Gloſ. in l actione, ff. pro ſocio.*
12 Et ſic Baro criminalis videtur eſſe di-
gnior, cum habeat merum imperiũ, quod
eſt potentiùs in ſimplici iuriſdictione,
*l. Imperium, ff de iuriſd. omn Iudic Capiblanc.
in pragm.* 1. *de Baron. nu.* 62. *in notis*, & ſic re-
fertur deciſũ per S.C. vt Officialis in cri-
minalibus præcedat ciuilẽ, apud *Franch.
in deciſ.* 388.

Quatenùs autem id ſpectare videatur
ad Iudicem ciuilem ipſa cauſa mixta, ex
13 eo quia Baro ciuilis dicitur vere domi-
nus, vt fundat *Capiblanc. vbi ſupra num.* 64.
ex multis.

Secundò ex relatis per eundem *Camp.
vbi ſupra*, aſſerentem eſſe in Regno deci-
ſum hanc quæſtionem ſcilicet, quod om-
nes cauſæ, & crimina, pro quibus prin-
cipalitèr venit imponenda pœna mortis
naturalis, ſeù ciuilis, vel membri mutila-
14 tionis, ſpectat ad iuriſdictionem crimi-
nalem, in quibus non venit imponenda
pœna prorſus naturalis, ſeù ciuilis, vel
membri mutilatio, ſpectat ad Iudicem
ciuilem, de quo latiſſimè agit *D. Reg. Ca-
rolus Tapia in deciſ. S C.* 10. de conſimili
caſu occurſo inter Barones ſuper decla-
ratione cauſarum criminalium, & ciuiliũ,
quæ ſpectat ad Iudicem criminalem, &
ad Iudicem ciuilem, vt ibi per eum deci-
ſum teſtatur.

Tertiò, in hoc attendi debet origo, &
finis cauſæ, vt poſſit dici mixta cauſa, &
propterea ſi origo cauſæ eſſet ciuilis, &
pœnam in conſequentiã produceret, etiã
15 applicandã Fiſco, proculdubio ad Iudi-
cem ciuilem pertineret, & hoc caſu dice-
retur caſus mixtus, vt optimè *Iul Clar. in
praxi crim. §. fin. quæſt.* 1 *ſub num.* 2. *verſ. tertius
eſt caſus*, vt per exemplũ demonſtratur in
cauſa liquidationis inſtrumentorum, quæ
16 licet ſit criminalis ob pęnã. *Galter in pra-
xi inſtr. rubr.* 6. *nu.* 1. *ſub* 3. *par.* ſed nõ omni-
no criminalis, *Praſ de Franch. dec.* 353. *n.* 7.

Et ſic

Digitized by Google

Et ſic mixtam habet naturam, nàm eius origo eſt ciuilis principalitèr etenim debitoris intentio eſt promittere ſoluere, & non ſoluit infra tempus, ſub pœna contenta ſtatuta, quæ applicatur Fiſco, quo fit, vt tempore liquidationis Iudices ciuiles interueniunt, non autem criminales.

17 Sed quãdo finis inſpicitur, ſcilicet pœnæ debitæ, quæ ſi reſpiceret perſonã plectendam fore erit criminalis, *Iul. Clar. vbi ſupra verſ. primus eſt*.

18 Vel pœnam pecuniariam Fiſco applicandam, *Io. de Arnono in eius differentijs, in different 75. Iul Clar vbi ſupra, verſ ſecundus autem, Præſ de Franch. deciſ. 162. num 16.* & ſic procederet doctrinam *Camp. vbi ſup.* imò etiam ſi pœna ſpectaret ad Fiſcum, eſſet pecuniaria ex negotio, cuius initiũ eſſet ciuile, Iudex ciuilis cognoſceret, ex quo quantum ad ipſum pertinet pro de-
19 licto ciuilitèr pœnam ciuilem imponere debet, exemplum ponunt *Doct. in baiulo*, qui pro crimine poteſt ciuilitèr puniri, vt habetur in *cap. Regni Item ad inquiſitionẽ*, vbi *Camp & cæteri*.

20 Quando autem partim ſpectaret ad Fiſcum, & partem parti, tùnc proculdubio eſſet caſus mixtus, per ea, quæ probat *Arnon. in ſingul. 41*.

21 Et in sũma adhùc facere videtur, quod de mixto imperio tradit *Clapper. in tract. de imper. & iuriſdict. concluſ. 7. in fine*, dicens eius naturã accipere à ciuili iuriſdictione, non autem à mero imperio, quod eſt criminale, ex quibus concludendũ videtur cauſas mixtas potiùs ad Iudicem ciuilem, quam ad criminalem pertinere.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inuentus in loco maleficij, habet contra ſe inditium, quod maleficium commiſerit.*
2 *Inditium oritur contra eum, in cuius domo reperitur cadauer occiſi.*
3 *Socius repertus occiſus in domo ſocij, ab ipſo ſocio præſumitur occiſus.*
4 *Armorum delatio facit inditium, & inditium præcogitationis.*
5 *Arma inſolita apta ad occidendum reperta in domo faciunt inditium.*
6 *Inditium faciunt vulnera reperta ad menſurã armorum contra dominum illorum.*
7 *Repertus in loco delicti cũ cultello propè mortuum, habet inditium ad torturam, & ratione demonſtratur.*
8 *Puniri poteſt repertus cum armis pro illorum detentione.*
9 *Torqueri poſſunt omnes, in quorum domo delicti exiſtunt, & neſcitur à quo delictum commiſſum.*
10 *Exiſtens propè mortuum cum cultello, habet inditium contra ſe, vt poſſit torqueri.*
11 *Cauſa eſt regina delictorum.*
12 *Cauſæ requiruntur vt earũ intuitu delinquiſſe videatur.*
13 *Cauſa in delictis plurimũ expectanda, & plurimum perpenditur.*
14 *Propoſitum non ſolùm demonſtratur per cauſam, ſed reus.*
15 *Præſumitur delinquiſſe is, qui cauſam habuit delicti.*
16 *Nemo præſumitur ſine cauſa deliquiſſe.*
17 *Ceſſante cauſa delicti, ceſſat omnis præſumptio delicti.*
18 *Ceſſante cauſa, ceſſant omnia inditia, & præſumptiones.*
19 *Cauſæ debent in delicto oſtendi, aliàs inditia contra reum nullam vim habent.*
20 *Reus ſi occiderit non ex propoſito, dicitur cauſa ceſſante.*
21 *Cauſa delicti quando adeſſe dicatur.*
22 *Arma offenſibilia non prohibentur in domo teneri.*
23 *Aſportatio armorum non eſt magnum delictũ.*
24 *Scoppictæ paruulæ prohibitæ ſunt detineri in domo.*
25 *Genus armorũ ſcoppictorum eſt proditoriũ, & ratione demonſtratur ex* Foller. *concordantur opiniones inuicẽ cõtrariæ, ſed hodiè abſolutũ eſt ex diſpoſitione* nouellæ Pragmaticæ.
26 Text. in cap. lator. de pignor. *exploditur.*
27 *Pœna in homicidio caſuali ceſſat.*
28 *Homicidiũ commiſſum per conſanguineos præſumitur caſuale.*
29 *Homicidium præſumitur potiùs caſu commiſſum, ac fortuitu, quam data opera.*
30 *Socer loco patris habetur.*
31 *Factum domeſticum per domeſticos probatur, vt eſt adulterium, & furtum non ſicut alia delicta.*

### ARGVMENTVM.

Inuentus in domo vbi caſuale homicidium ex ſclopo ſucceſsũ fuit, ꝙ illud ipſe aſportauerat, an contra eum procedi poterat.

### CASVS LIV.

CApta informatione homicidij, ſeù potiùs parricidij ſucceſſi in Ciuitate Caſtri maris de Stabia, pro quo inquirebâtur gener quidã, & cognatus

Digitized by Google

tus occiſi,& in facto liquebant aliqua inditia, & adminicula, quæ ſūt infraſcripta videlicet: Primò, aderant depoſitiones filiæ occiſi, ac vxoris, & ſororis inquiſiti, quod in præcedenti ſero omnes vnanimitèr comederaut pacificè,& quietè,& poſt cœnam vnuſquiſq; ipſorum dormitum ſe contulerūt, quàmuis ipſe acceſſiſſet cum ſclopicto, vltra depoſitionem alterius teſtis deponentis vidiſſe dictum inquiſitū armatum ſero præcedenti cum ſclopicto, & de aſportatione ipſius conſtabat per alios teſtes, & informatione ab extra, & occiſus iſte in ea nocte eſſe repertum occiſum ictu ſcoppicti, poſtquàm ex dicto vxoris conſtabat in ſecunda hora noctis dictum occiſum è vico ſurgentem, apertaq; ianua ex iſto foris in cortilio vbi iacebat inquiſitus cū ſclopicto rotato iuxtà eius caput, & paulò poſt fuit auditus ictus ſcoppicti, & ad clamorē occiſi vxor conſurgens reperit virum occiſum clamantem adiuua me,quia me ipſum occidi,& illicò ab hac luce migrauit, quare præſumptio magna, ac proximum inditium reſultauerat aduerſus inquiſitum, fuiſſe viſum armatum,tali armatura in ea nocte homicidij habitaſſe in eadē domo, in qua occiſus aderat, ex hac igitur facti ſerie, primo deſumebatur primum indi-
1 rium,quod inuentus in loco maleficij habet contra ſe inditium, quod maleficium cōmiſerit,probat *Farinac.in ſua praxi crim. tit.de indit.& tortur.quæſt* 52.*num*.133.

2 Secundum inditium,quia ibidem,& in eadem domo occiſi aderat reus, & tale inditium oritur contra eum,in cuius domo reperitur occiſi cadauer, *Farin d.q.*52.
3 *num*.98. ſocius repertus occiſus in domo ſocij ab ipſo ſocio præſumitur occiſus, *Menoch.de præſumpt.lib.*1 *q*.89.*num*.90.

Tertium inditium reſultauerat ex de-
4 latione ſcoppicti, nàm armorum delatio non ſolùm facit inditium, vt proſequitur *Farinac.ead.praxi d quæſt* 52.*num*.69.& inditium præcogitationis,*vt ſubdit num*.71. &
5 multò magis ſi arma fuerint inſolita, & apta ad occidendum,vt putà ſi fuerint arma haſtata,achibuſium,& ſimilia,*ſubnectit num*.72.

Quartum inditiū erat, quia defunctus occiſus fuerat ex ictu ſcoppicti.

6 Quemadmodùm enim vulnera reperta ad menſuram armorum alicuius faciunt inditium contra dominum illorum armorum, *Farinac. vbi ſupra num.* 77. poſt *Menoch.vbi ſupra num* 137.

Quintum inditiū erat armatura ſcoppicti in eodem loco reperta, quemadmo-
7 dùm repertus in loco delicti cum cultello propè mortuū, habet inditium ad torturam, quia eſt inditium propinquum, ſecundum *Bart in l.fin.ff.de quæſt.*vbi *Blanc.*
8 *num.* 196. ſicuti poterit etiam puniri pro illorum detentione, dùm fuerat cum illis repertus, *Caball.reſol.crim.caſu* 230.*per tot.*

Quapropter cum reperti fuiſſent in eo loco delicti tres, & iuxtà communē opinionem DD.aſſerentium, quod reperti in
9 domo delicti,& neſcitur à quo,poſsūt omnes torqueri, vt concludit *Caſon in tract. delict.cap.*1 *nu*.2. tamen in hoc erit aduertendum, contra quem principalitèr inditium aliquod poterit inueſtigari, vbi ſingulariter ſub *num*.4. ſublimitādo concluſionem prædictam cenſuit eſſe præſūptionem cum inimico occiſi,vel quod aliæ eſſent cauſæ,vel ſecundum alios, quod ſint inuenti cum armis,licet ipſe putat talem circūſtantiam non eſſe neceſſariam, quia poſt delictum potuiſſet arma occultare, prout contingit Foggiæ tempore gubernij mei Conſobrini Franciſci Antonij Salinas V.I.D.in quodam aſſaſſino, qui mulierem quandam ad inſtantiam ſui fratris quadam nocte interfecit pro decem carolenis, & poſt commiſſum homicidium cultrum fregit, & poſuit illum ſub cinere, ſed indè ipſo capto, & carcerato, omnia confeſſus fuit, & poſteà ad mortem damnatus fuit laqueo ſuſpenſus, & id cōfirmatum per Regiam Audientiam Luceriæ, & deueniendo ad rem ſi extarent arma creditur proculdubio eſſe optimum
10 inditium, quemadmodùm exiſtens propè mortuum cum cultello, habet inditiū contra ſe,vt poſſit torqueri, vt inquit *Angel.* relatum per *Blanc. vbi ſupra num.* 295: at cū in caſu iſto extabat armatura ſcoppicti ex præcedenti ſero aſportata per inquiſitum, & in loco delicti reperta reſultabat inditium proximum contra talem etiam ad torquendum.

11 At cum cauſa ſit regina in delictis, vt dixit *Reg. de Ponte conſ.*9.*num*.24.*rom*.2.in
12 quibus potiſſimùm cauſæ exquiruntur, vt earum intuitu videatur delinquiſſe,*Caſon. d tract.*2.*cap*.1. *num*. 2. cauſa enim in deli-
13 ctis plurimùm ſpectanda, *Vulpell.conſ.*77. *num*.1. & plurimùm perpenditur *idem conſil.*53.*num*.2.eo maximè quando non conſtaret de delinquente, ſed præſumptiuè ex inditio,vt in caſu prædicto, tùnc potiſſi-
14 mùm exquiritur, nàm per eam non ſolùm propoſitum demonſtratur, ſed etiam reus, *Caſon. vbi ſupra cap*.2. *num*.7. cauſam

15 deli-

Digitized by Google

15 delicti,qui habuit is,nempè delinquiſſe
præſumitur, *Farinac. d.quæſt.*52. *num.*144.
16 nemo præſumitur ſine cauſa delinquere,
*idem conſ.*170. *num.*15. *tom.*2. ſicq; ceſſante
cauſa, præſumitur cauſatum ceſſare, *Ca-
ſon. in 7.tract.cap.*1.*nu.*7. non mirùm ſi ceſ-
17 ſante delicti cauſa, ceſſat etiã omnis præ-
ſumptio delicti, *Farinac. d. praxi quæſt.* 50.
18 *num.*31.*&* *quæſt.*52.*num.*150. eaq; ceſſante
ceſſat omnia inditia, & præſumptiones,
*idem conſ.crim.*151. *nu.*10. *&* *conſ* 170.*nu.*5.
*conſ.*127. *num.*2.7. *&* 13. *conſ.*130. *num.*15.
*tom.* 2.
19 Cauſæ enim debent in delicto oſtendi,
aliàs inditia cõtra reum nullam vim ha-
bent,*idem Caſon in d.tract.*1.*cap.*9.*num.*2. &
propterea rectè concluditur,aut reus non
20 occiderit, & ſi occiderit non ex propoſi-
to,*idem in tract.*2.*cap.*5.*num.*3. quæ ſiquidẽ
omnia ad hæc duo reſtringuntur, nàm &
21 ſi cauſa non adeſſet, tùnc adeſſe videre-
tùr, cum concurrat vitium in perſona, vt
idemmet ſatetur *d. cap.*5. *num.*2. *&* *in præ-
lud. num.* 3. quod ceſſabat in caſu iſto, vel
demùm ſi non ex dolo, ſaltim ex culpa,
idcircò intuendum erat, ſi iſte inquiſitus
erat in culpa,dùm talia arma tenebat pa-
rata eis vtendo,& ſi non contra occiſum,
ſed contra alium an ob hoc vti culpoſus
puniendus erat, dùm occiſus eis vſus fue-
rat, vt prætendebatur caſualitèr ſe ipſum
occidendo, quapropter ſi conſideretur
aſportatio eorum, aut illorũ detentio in
domo,non erit dubium, quin pro deten-
22 tione illorum in domo, nemo puniri de-
bet cum non ſit prohibitum in Regno ar-
ma offenſibilia tenere in domo, vt notat
*Afflict.in Conſt. Intentionis,num.*35. & dùm
non ſit prohibitum tacitè permiſſum eſſe
videtur, quadere ſi tenendo arma in do-
mo,& aliquis eis domino irrequiſito vte-
retur, non tamen videtur teneri ob culpã,
tenendo arma ipſa, ſic paritèr portando
23 ipſa ſecum, armorum enim portatio non
eſt magnum delictũ,vt ibi *Afflict.ſub n.*18.
fatetur,& hoc ob pœnam impoſitam à iu-
re,vel ſtatuto,ſed circa aſportationem,vel
retentionem ſcoppicti ad focile particu-
laritèr intuendum erit, an talis armatura
licitè detineri in domo, vel aſportari po-
terit, & portando ſit in culpa, certiſſimũ
eſt prohibitum eſſe ſcoppectas paruulas,
24 ſeù ſcoppettolos detineri ex diſpoſitio-
ne *pragmat.* 4. *de armis*, & nouiſſimè reno-
uata *in pragmat.prætermiſſ.num.*33.cumquè
ſit eorum detentio prohibita,quantò ma-
gis aſportatio abſquè expreſſa licentia,
hoc enim genus armorum eſt valdè peri-
culosũ,& non mirùm ſi *Foller.* citatus per
*Franch. deciſ.*713.*num.*11. in ratione Prag-
maticæ editæ de ictu ſcoppicti,agerit ge-
25 nus id armorũ eſſe proditorium, quàm-
uis ibidem *Franch.* infringendo dictum
*Foller.* allegatũ,dicat non eſſe ſub eadem
pragmatica ſancitum eſſe ſclopum de ar-
mis proditorijs, ſed *Foller. ibi* rationem
quærendo, qua potuit moueri conditor
Pragmaticæ prædictæ,que eſt probabilis,
non neceſſaria, cùm non ſolùm retro, ſed
de facie ad faciem, quis cum ictu ſcoppi-
cti rotati inſultari poterit,& tamen non
erit inſultus proditorius,ſunt verba *ipſius
Præſidis,*& hae ratione attenta fuerunt ad-
dita verba in eadem Pragmatica prodi-
toriè, quaſi concludendo *ibi Auctor deciſ.*
armorum id genus non eſſe proditorium
cõtra mentem *Foller.* ſed ſi cuncta riman-
tur,puto vtramq; opinionem eſſe veram,
vt ad propoſitum noſtri thematis faciat,
adeò quod *Præſ. de Franch.* in caſu per eũ
allegato, optimè concludit proditionem
ipſam cauſari ab homine, qui ſub colore
amicitiæ offendit, nec in hoc erit contra
armaturam inueſtigandum, dùm vitium
in animo malę agentis conſiſtet,ſed benè
ad propoſitum *Foller.*benè aſſerentis tale
genus eſſe proditorium in ſe dicit bene,
non quod delictum faciat proditorium
per tale genus armorum,ſed per volunta-
tem exercentis illud, quapropter ſclopũ
eſt in effectu proditorũ ex eius proprie-
tate, cum multoties ex ſe,vel aliqua occa-
ſione caſu inopinato ſtrepitat,ità vt mul-
toties euenire ſolet, & ſic caſualitèr ho-
mines interficere, aut vulnerari vlla præ-
cedente preparatione non mirũ ſi in ſe ſit
periculoſũ,quod ceſſat in alijs armis, ſed
hodiè hoc eſt abſolutiſſimum,& declara-
tum per *Reg.Pragm* 3.*de ictu ſcoppicti*,qua
fuit pronuntiatum tale genus armorum
eſſe proditorium, & delinquentes cum il-
lis proditionem committere.

Hoc igitur premiſſo in caſu iſto occur-
ſo ante *d.Prag.*editionẽ concludi videba-
tur,quàmuis peccaſſe videatur inquiſitus
in aſportatione talis ſcoppicti;& in illius
detentione, cum igitur tale delictũ repe-
riebatur commiſſum de nocte, quo tem-
pore inquiſitus dormiebat,& adhibita di-
ligentia ſcoppictũ poſuit iuxtà ſe in cor-
tilio domus dubitando ob timorem eius
inimicorũ, indè occiſus ianuam aperien-
do, adiens lectulum inquiſiti ſcoppictum
in manibus accipiẽdo faciliùs in genere
illius poterat inauertentèr ſtrepitare in
manibus, & ſucceſſiuè id caſu contingit
præter

præter mentē ipſius, & dato quod è ſomno exurgens inquiſitus ad rumorem accipientis credens eſſe inimicum, vel aliū vim feciſſet in retinendo ſcoppictum, & in tali actu ſtrepitaſſet, ceſſabat animus occidendi, licet inaduertentèr caſus euenerat præter mentem omniū, vndè redebatur tale homicidium fuiſſe caſualitèr euentum, ad quod extat particularis de-
26 ciſio *text. in cap. lator. de homicid.* ibi habetur, quod homicidiū caſuale non impu-
27 tatur ei, qui non fuit in culpa per exemplum ibi traditū, & ſucceſſiuè videbatur pœna in tali caſu ceſſare ceſſante animo delinquendi, vt per *Iul Clar. in §. homicidiū, num 28.* in ſpecie dixit *Carrer. in pract. cri-*
28 *min pag. 237. num. 155.* quod in homicidio conſanguinei præſumitur caſuale, non dolosè commiſſo; quem citat *Gracch. ad Clarum vbi ſupra, verſ. exemplum,* & homici-
29 dium prēſumitur potiùs caſu commiſsū, & fortuito, quàm data opera, *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2 num. 29.* at in caſu enarrato magis non tantùm dolus ceſſare videbatur actenta duplicata conſan-
30 guinitate, dùm occiſus erat ſocer inquiſiti, qui loco patris habetur, *Magon. deciſ. Luccen. 74 ſub num* 14 & ità cognatus per intermediam perſonam ſororis inquiſiti, vxoris occiſi, & ſic ceſſante inimicitia, actentis prædictis, ex quo alia inditia erāt remota, quibus non erat inſiſtendum, & conſequētèr principalitèr ceſſabat pœna, ceſſante dolo, fuit abſolutus ſuper nouis inditijs, etenim tortura etiam ceſſabat, nàm ſi cauſa extaret, nulli dubium erat, quin ſubijci debuerat torturæ priùs, nec prætextu depoſitionum prædictarū con-
31 demnari, cum non erat factum domeſticum, ſicut adulterium, & furtum, ſed longè extraneum, quod poterat etiam per alios probari, iuxtà deciſa per *Franch. deciſ.* 138. quo fit, vt cùm fuerat homicidiū caſuale, quod propriè non eſt homicidiū, inquit *Godoffr. à Bano in praxi crim §. homicidium, num.* 38. meritò vlla pœna plecti.

*SVMMARIVM.*

1 *Argumenta probabilia ſufficiunt ad condemnandum in crimine aſſaſſinij.*

2 *Delictum aſſaſſinij ceſſat ceſſante conuentione.*

3 *Promiſſio facta in crimine aſſaſſinij debet acceptari.*

4 *Oblatio pecuniæ in aſſaſſinio non ſufficit, quod ſit probata alias non diceretur aſſaſſinium.*

5 *Aliud eſt polliceri, aliud promittere, aliud ſtipulari.*

6 *Qualitas extrinſeca non præſumitur, niſi verificetur.*

7 *Qualitas aſſaſſinij probanda erit per illū, qui dicit illum interueniſſe.*

8 *Aſſaſſinium commiſſi an dicatur per principalem mandantem, ſed per mandatarium nolentem exequi.*

9 *Mandatario aſſaſſinij nil creditur contra mandantem, etiam quod aſſerat noluiſſe acceptare mandatum, neq; facit inditium. num. 10.*

11 *Confeſſio mandatarij an afficiat mandantem, & quando.*

12 *Ordinatio ſola non ſufficit, ſeù tractatus ad vendendum, niſi deuentum fuerit ad actum aliquem.*

13 *Hodiè de generali cōſuetudine Italiæ non punitur affectus, niſi ſequuto effectu.*

14 *Mandatarius quando confiteretur delictum, & nominaret mandantē, vel per teſtes, tunc procederetur contra mandantem.*

15 *Confeſſio mandatarij contra mandantem non facit inditium, niſi ad inſtructionem.*

ARGVMENTVM.

Aſſaſſinium an ex conqueſtu mandatarij probetur, non conſtito de conuentione pecuniæ, neq; de acceptatione mandati.

CASVS LV.

AD querelam cuiuſdam Fornarij fuit capta informatio per Curiam Ciuitatis Caſtri Maris de Stabia de attentato aſſaſſinio, & per informationem deſuper captam conſtabat per depoſitionem mandatarij, & eius vxoris, & aliorum de conqueſtu mandatarij, qui depoſuerat prēdictum inquiſitum promiſiſſe ducatos vigintiquinque, vt ipſe mandatarius certa die occidiſſet prēdictum querulantē, & hoc inuidia fretus, vt ſolus in arte remāſiſſet, vndè dubitari contingit, ꝙ poſtquā probationes integrę non aderant in hoc delicto ob ſui enormitatem etiam proba-
1 bilia argumenta ſufficiebant ad condemnandum, vt per *Iul. Clarum in § aſſaſſinium, nu. 5.* poſt *Camp in cap. frequens, ſub nu. 68. in addit Farinac. conſ 99. nu. 3 tom. 1. & conſ. 10. in addit lit. E* nihilominus poterat procedi ad punitionem talis delicti actentati, quapropter principalitèr intuendum erat de promiſſione pecuniæ, & quomodò verſabatur, nàm in caſu iſto & ſi fuiſſet dumtaxat

taxat promiſſa pecunia in eam cauſã,non
tamen apparebat fuiſſe conuentũ in ſpe-
cie, vt acceptaretur à mandatario,quoniã
ex eius depoſitione non conſtabat con-
ſenſiſſe tali delicto, ſed potiùs conquere-
batur,& proindè dùm ceſſabat cõuentio,
ceſſare debebat tale delictũ, vt ità in ſpe-
2 cie tradit *Camp. vbi ſupra num.*72.aſſaſſinij
crimen non dicitur commiſſum ex ſim-
plici obligatione pecuniæ oblatæ alteri
vt occidat, ſeù promiſiſſe, ſed requiri-
3 tur, quod fuerit talis obligatio, ſeù pro-
miſſio acceptata,poſt *Gram. voto* 11.*nu.*19
latè *Farinac. conſ. crim.*10. *tom.*1. *per totum*,
ibiq; *Addentes Giurba conſ.*41.*num.*10. *conſ.*
20.*num.*24.*& conſ.*7. *num* 1. *Caball. de omni
genere homic. num.*472. ſicq; in hoc delicto
4 non ſufficit fuiſſe probatam oblatam eſſe
pecuniam pro maleficio commictendo,
*Farinac. d. conſ.*10 *num.*27.*& ſeq.* ſed neceſ-
ſè erit probari conuentionem habitam
de commictendo homicidium, & quod
mandans promictat pecuniam, & indè
mandatarius aſſaſſinus acceptet, aliàs nõ
diceretur aſſaſſinum,*Farin. d. conſ.*10. nàm
5 aliud eſt polliceri,aliud promictere,aliud
ſtipulari,ad quod citat *ibi Camp.* nonnul-
los DD. ità tenentes ſubdens, cum iſta
6 ſit qualitas extrinſeca nõ præſumitur, niſi
verificetur,vndè benè *Farinac d. conſ.*10.*nu.*
17.*&* 23. dixit, quod aſſaſſinij qualitas
transformat homicidium in aliam ſpe-
7 ciem,& propterea aſſaſſinij qualitas pro-
banda erit per eum,qui dicit illam inter-
ueniſſe,*vt ſubdit num.*37.quæ ſiquidẽ qua-
litas probatur probabilibus argumentis,
*vt ibi Add. lit. E.* at cum iſta conuentio, &
acceptatio ceſſabant, conſequenter deli-
ctum ceſſare debuerat, licet hoc non ſte-
tiſſet per mandantem, ſed per mandata-
rium,qui noluit actum perficere,& in hoc
particulari *ibidem Camp. ſub num.*68. *ver.
ſecundus caſus eſt*, ponit quæſtionem quan-
8 do aliquis cogitauit, ordinauit, vel man-
dauit vt commictetetur aſſaſſinium, ſed
non perfecit,quia noluit,& ſe pœnituit,vel
mandatarius exequi noluit,prout erat ca-
ſus iſte, non fuit deuentum ad aliquem
actum de per ſe ordinatum ad factum, &
tùnc non punitur de aſſaſſinio, ſed ratio-
ne mandati punitur pœna extraordina-
ria,vt ibi per eum,at in caſu iſto non ple-
nè conſtabat de tractatu, niſi ex depoſi-
9 tione ipſius mandatarij, mandatario aſ-
ſerto nihil creditur contra mandantem,
etiã quod aſſerat noluiſſe acceptare man-
datum, *Farinac. conſ.*182. *num.*28. *tom.*2. &
10 mandatarij depoſitio dicẽtis ſe ab aliquo
requiſitum ad occidendum aliquem, &
noluiſſe mandatum acceptare, non facit
inditium ad torturã, *idem conſ.*192. *nu* 22.
*eod. vol. & conſ.*99. *num* 67. *tom* 1. & in for-
11 tiori caſu DD. referunt, confeſſionem
mandatarij non afficere mandantem niſi
concurrentibus alijs adminiculis,& indi-
tijs,prout *ibi Campeg. ſub eod. num.*68.*col.*2.
*verſ. contrariam opinionem optimè concludit*,
quæ ſiquidèm omnia ceſſabant in iſto ca-
ſu, & propterea in atrocioribus crimini-
12 bus ſola ordinatio, ſeù tractatus non pu-
nitur, niſi fuerit deuentum ad aliquem
actum, *vt ibi Camp. num. prædicto, verſ. ſecun-
dus caſus concludit*, ſubdens hodie de gene-
13 rali Conſuetudine Italiæ nõ punitur af-
fectus, niſi ſequatur effectus, fuit de-
mùm iſte inquiſitus liberatus in forma
ſuper nouis inditijs de menſe Octobris
1609. nàm tùnc contra ipsũ procedi po-
14 terat quando mandatarius confiteretur
delictum, & nominaret mandantem, aut
per teſtes,ex multis probat *Muta in prag.*
15 *Sicilia tit.*41.*nu.*99.& talis confeſſio man-
datarij contra mandantem non facit in-
ditium niſi ad inſtructionem, *Farinac. conſ.*
182. *num.*18.*conſ.*152.*num.*19.*tom.*2.*& conſ.
crim.*19.*nu.*18.*tom.*1.vbi *Addit. lit. R. Camp.
in cap. frequens, num.*64.vbi plura dixit.

*SVMMARIVM.*

1 *Vim vi licet repellere.*
2 *Defenſio qualibet eſt de iure naturæ,quæ tolli non poteſt.*
3 *Defendere ſe cuique,& bona permiſſum eſt.*
4 *Defenſio debet eſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, modum defenſionis eum non ſeruare, cum poſſit euadere mauult reſiſtere.*
5 *Vis erit propulſanda, non fugienda.*
6 *Modus, atquè exceſſus in defenſione in tribus conſiſtit.*
7 *Defenſio cum armis non eſt iuſta cum armis aduerſus verba iniurioſa.*
8 *Armorum appellatione etiam lapides continentur.*
9 *Percutienti cum lapide, non irrogatur pœna, & quando, num.*10.
11 *Maiori pœna punitur percutiens cum lapide, quam gladio.*
12 *Pœna extraordinaria puniri debet percutiens cum armis indefenſa.*
13 Conſtit. Si quis aliquem *qualitèr erit intelligenda.*
14 *Excedẽs modum tutelæ inculpatæ punitur extra ordinem.*
15 *Defenſio fieri debet incontinenti non ex interuallo.*

16 *Moderata defenſio quando dicatur.*
17 *Punitur de exceſſu tantùm quando modum in defendendo exceſſerit, & qua pæna, nu.18.*
19 *Intereſſe partis oritur, & actio in factum ex exceſſu in defendendo.*
20 *Vulnerans aliquem cum culpa leui tenetur ſoluere expenſas æquales.*
21 *Vulnerans aliquem tenetur ad æſtimationem operarum amiſſarum, & aliorum.*
22 *Vulnerans aliquem pluribus ictibus cenſetur feciſſe ad vindictam.*

## ARGVMENTVM.

### Vulnerans aliquem lapide in rixa, an teneatur pro exceſſu moderaminis tutelæ ad expenſas, & alia.

## CASVS LVI.

HAbita rixa inter certas perſonas cũ
pugnis ad inuicem in Ciuitate Ca-
ſtri Maris de Stabia, auctor rixæ cũ
ſe vidiſſet ab alio corrixante ſuffocari, &
alia ſibi inferri grauamina ſuperueniente
alio fratre, ſimilitèr in auxiliũ fratris re-
currente, nequiuerat ſe alitèr defendere
niſi arrepto lapide in capud rixãtis intu-
liſſet, ob quod periculosè vulnerauit, cum
indè ſanus effectus eſſet vulneratus, & in
limine expeditionis cauſa reperiretur,
pars offenſa inſtabat pro intereſſe paſſo,
paritèrq; Curiæ coadiutor pro pœna, pro
inquiſito dicebatur in facto fuiſſe rixam
ſimplicem habitam cum duobus, & non
poterat alitèr ſe defendere cũ eſſet quaſi
ſenex accepto lapide, intulit in capud ri-
xantis, poſtmodũ cum baculo proſequu-
tus fuit, & dùm hæc omnia fuiſſent geſta
in actu rixæ, nec ad pœnam, nec ad partis
intereſſe teneri videbatur, cum vim vi re-
pellere liceat, *l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure, cap. ſi verò, il primo, §. ſi verò, de ſentent. excom.*
1 defendere ſe, & vim vi repellere omnes
leges, omniaq; iura permittunt, *Farin. conſil. 35. num. 11. tom. 1* latiſſimè *Georg. Obrett. in tract. de defenſ. neceſſ. cap. 4. per totum.*

Quapropter in hac re tàm pro Curiæ
coadiutore, quàm parte intereſſata, plura
conſideranda erant, nàm quàmuis defen-
2 ſio ſit de iure naturæ, quæ tolli nõ poteſt,
*Afflict. in Conſtit. Iuſtitiariũ non per calendas,*
3 *poſt num. 2.* & defendere ſe cuiq; & bona
permiſſum ſit, idem *Afflict. in Conſtit. Pacis*
4 *cultum, poſt num. 50.* adhùc tamen talis de-
fenſio debet eſſe moderata, hoc eſt cum
moderamine inculpatæ tutelæ, vt omnes
DD. cõcludunt vbi ſupra, modum defen-
ſionis eum nõ ſeruare, DD. quoq; dicunt,
qui cum poſſit euadere mauult reſiſtere,
vt inquit *Obrect. d. tract. cap. 10. num. 9.* con-
trariam tamen ſententiam probandam
5 aſſequitur, nempè vim eſſe propulſandã,
non fugiendam *num 19.* vbi *num 11.* aſſe-
rit, quod hæc contraria ſententia certo
iure confirmatur, alitèr moderamine tu-
telæ exceſſo teneretur inquiſitus, talis igi-
6 tur modus, & exceſſus, in tribus potiſſi-
mum conſiſtere videtur, ſcilicet in modo,
tempore, & cauſa, vt colligit *Iul. Clar. in d. § homicidium, num 27.* ſed meliùs id expli-
cando ſuadet *Afflict d. Conſtit. Pacis cultum, num. 51.* annuens defenſionem ipſam mo-
deratam, & veram eſſe ex tribus conclu-
ſionibus indè ſumptis, latiſſimè *Obrect. d. tract. cap. 10. per totum*, Primò requiritur,
quod in defenſione requiratur factorum
qualitas, vt aggreſſus ſine armis non poſ-
7 ſit ſe defendere cum armis, defenſio enim
licita non eſt cum armis aduerſus verba
iniurioſa, ſeù percuſſione cum baſtone,
*Gram. deciſ. 98. nu. 1.* & in caſu iſto hoc rea-
litèr non erat tale moderamen, eo quia
iſte inquiſitus, qui cauſam dedit rixæ ex
receptione ſuffocationis, & aliorum ge-
ſtorum lapidem aſſumẽdo percuſſerat ri-
xantem in capite, & ſic cernitur hũc mo-
dum exceſſum, nàm armorum appellatio-
8 ne, & lapides continentur, *l armorum, ff. de verb. ſignif. Io. Petr. Mollegn. de appell. vtriuſq; iur. extenſ. lit. A. nu. 95. Carau. d. ritu 68. nu. 4. Muta in pragm. Sicil tit. 41. num 67.* & in hac
re erit inueſtigandum, quãdo lapides ap-
pellatione armorum contineantur, ità vt
iuxtà formã ſtatuti inquiſitus puniri de-
beat, ſicut extat in hoc Regno, in quo di-
ſpoſitum eſt per *cap. Regni qui cum ronca*,
9 quod percutientes cum lapide, non irro-
gatur talis pœna, vt notat ibidem *Camp. num. 3. & in cap. vt inter ſubiectos, num. 21.* &
proindè ſi loquamur in materia prohibi-
tiua aſportationis armorum, in tali caſu
10 non continentur lapides appellatione
armorum, iuxtà *Conſt. Regni Intentionis noſtræ*, & ibi *Andr. col. 4. verſ. non autem continetur.* per quam *Conſtit.* dicit *Camp. in d. cap. qui cum ronca, num. 4.* eſſe in hoc correctum
ius commune, ſed quando tractatur de
puniendo, tùnc armorũ appellatione con-
tinentur lapides vt in vi publica, ſingula-
ritèr *Afflict.* ponderat *in d. Conſtit. Intentio-*

11 nis

Digitized by Google

11 *nis noſtræ, num.*12. imò maiori puniri debet ille, qui percuſſit aliquẽ cum lapide, quam cum gladio, vt notat *Marin. de Caramanico in Conſtit. Si quis aliquem, in princ.* & ità puniri veniebat iſte inquiſitus exce-
12 dendo modum in vendicando, percutiẽdo cum lapide, non tamen pœna ordinaria ſtatuti punientis percutientes cum armis pœna manus, ſed extraordinaria, vt ſingulaṙitèr *Andr. in d. Conſtit. Si quis aliqu.*
13 *in princ.* notat, nàm verba *Conſtitut.* intelligenda ſunt propriè de armis in genere ſpecificata in *d. cap. qui cum ronca*, nec alitèr facienda erit extenſio de re ad rem in cri-
14 minalibus, ſicq; excedens modum tutelæ inculpatæ, vel defenſionem punitur tantũ extra ordinem, ex *Salam. in d. l. vt vim, nu.* 10. *&* 11. probat *Bellon in tract. de poteſt. eorum, quæ in contin. fiunt, lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 8.
15 Secunda concluſio eſt, quæ in iſta defenſione concurrit eſt, vt fiat incontinenti, non ex interuallo; nàm defenſio corporis ſtatim debet fieri verum etiam ex interuallo, ex *Farin.* probat *Bellon. vbi ſupra num.* 6. quod fuit obſeruatum in prædicto caſu.
16 Tertia concluſio eſt, quod moderata defenſio ſit talis quantum oportuit; ſubdens ex mente *Bart.* quod tùnc dicitur moderata defenſio quando alitèr nõ poteſt euadi, & ſic æqualis defenſio cum nõ poteſt euadi, quin tu recipias offenſiones, & ideò in hoc moderamine debet conſiderari qualitas perſonæ, vt ſi fortis, & magnus homo cũ pugno, vel baculo inſultat paruum, vel debilem cum armis, tùnc debilis poteſt ſe defendere cum armis, ſin autem exceſſerit modum in defendendo punitur de exceſſu tantùm, & ſit mitiùs, moderamen inculpatæ tutelæ excedens non tantùm ex propoſito, ſed in rixa non
17 dicitur incurriſſe in aliquam pœnam, *Gram. conſ. crim.* 56. *num.* 7. quàmuis hoc ſit relictum arbitrio Iudicis, vt inquit *Caball. reſolut. crim. caſu* 248. *num.* 35.

In facto autẽ enarrato quàmuis inquiſitus eſſet quaſi ſenex, erat tamen aliquantulum robuſtus, & reliqui rixantes robuſtiores iuuenes, non tamen erat tanta differentia perſonarũ, ſed tantùm in ſuperfluitate, nàm erant duo contra inquiſitũ, quo caſu facit illud vulgatum, nec Hercules contra duos, & propterea cum inſpexiſſet à duobus moleſtari, & opprettari accepto lapide percuſſit aduerſarium rixantem, poſtmodũ accepto baculo inſequutus fuit vulneratum, non enim poterat negari quin adeſſet exceſſus in vendi-
18 cando, & proindè mitiùs puniendus pœna exulari, vt in ſimili concludit *Gram. d. deciſ.* 98.
19 Cumquè in condemnatione corporali inſit intereſſe, nàm ex ea oritur actio in factũ ad intereſſe, vt latiùs cumulat *Præſ. de Franch deciſ.* 460. loquens in homicidiario, qui ad ſingulas expenſas aſtringitur, ſed præſertim in vulnerato habemus deciſionem particularẽ *Affl. in Conſt. Qui de alto, num.* 6. vbi concludit, quod vulnerans
20 aliquem cum culpa leui, vel leuiſſima tenetur ſoluere expenſas vulnerato in alimentis, medicinis, Medicis, & operarum, ſecus ſi vulnus fuerit caſualis factus ſine culpa, tunc non tenetur ad expenſas per iura ab ipſo allegata, & vltra eum *Plotus de in litem iurando* §. 12. *num.* 10. inquit, vul-
21 nerans etiam aliquem, vel offendens alicui cum armis, vel baculo, aut lapide, ſeù pugnis, vel alio modo, ſiuè in rixa, vel alio modo, etiam quod vulneratus, aut offenſus non moriatur, tenetur non ſolùm ad expenſas curationis tàm reſpectu medicorum, quàm medicinarum ſeruitutum infirmi, & aliarum expenſarum curationis, verum etiam tenetur ad æſtimationẽ operarum amiſſarum pro temporibus, & diebus, quibus vulneratus, vel offenſus ſtetit in lecto, vel etiam extra lectum, ſed propterea ipſam offenſionem, vel vulnus operari non potuit, per *text. in cap.* 1. vbi *Abb. num.* 1 *de iniurijs*, ac alios ibi citatos *DD. Actius in tract. de infirmit. par.* 1. *rub.* 48. *num.* 21. *Farin. de homicid. quæſt.* 119. *nu.* 115. *& ſeq. Caball vbi ſupra*, in hac cauſa non caſualitèr fuerat vulnus illatum, ſed præcedenti culpa; nàm teſtes depoſuerant vidiſſe inquiſitum lapidem accipere, & pluries dare ſupra capud illius, quo caſu
22 vulnerans aliquem pluribus ictibus cenſetur feciſſe ad vindictam, *Farinac. conſil. crimin* 35. *num.* 33. *in fine*, vndè negari non poterat, quod culpa aberat, ſed inerat, & ſic fuit condemnatus ad intereſſe partis. die 20. Nouembris 1609. Caſtri Maris.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confeſſio delicti probari debet per idoneos teſtes omni exceptione maiores.*
2 *Confeſſio probatur per binos teſtes.*
3 *Confeſſio probata per teſtes an ſit ſufficiens ad condemnandum, niſi concurrant illa requiſità per DD. tradita, num* 4.
5 *Confeſſio extraiudicialis per teſtes probata abſq; partis præſentia, an faciat inditium ad torturam.*

6 *Confeſſio extrainditialis neceſsè erit, vt ſit veroſimilis.*

7 *Furti tenetur ſocius, qui dolo malo rem communem amouet, vel ad aliũ vſum vtitur auferendo commoditatem vtendi ſocio.*

8 *Confeſſus debet in confeſſione perſeuerare.*

9 *Confeſſio extraiudicialis probata per teſtes, an faciat inditium ad torturam.*

10 *Tortura eſt remedium ſubſidiarium.*

11 *Tortura dari non poteſt indiciys non præcedentibus.*

12 *Torqueri nemo poteſt ſine inditiys.*

13 *Confeſſio extraiudicialis non facit plenam probationem.*

14 *Inditium vnicum ſufficit ad torturam.*

15 *Inditia plura exiguntur pro tortura inferenda ſaltim duo.*

16 *Tortura inferri non poteſt niſi præcedentibus inditiys.*

17 *Confeſſio extraiudicialis an pœnam meretur.*

18 *Cõfeſſio extraiudicialis in ſe ſemiplenam probationem facit.*

19 *Confeſſio extraiudicialis non eſt ſufficiens ad probationem delicti.*

20 *Cõfeſſio extraiudicialis tàm in ciuilibus, quàm in criminales, nil operatur, & quando.*

21 *Confeſſus poteſt extra ordinem puniri tanquã de delicto glorians.*

22 *Confeſſio extraiudicialis pœna extraordinaria plectitur.*

23 *Confeſſio extraiudicialis connumeratur inter inditia indubitata.*

24 *Confeſſio extraiudicialis ſufficiens eſt ad torquendum, & condemnandum, & qualitèr, num. 26.*

25 *Inditium vnicum indubitatum ſufficiens eſt ad condemnandum.*

27 *Confeſſio extraiudicialis facta ad interrogationem partis præſentis, & acceptãtis, plenè probat.*

28 *Confeſſio extraiudicialis facta parte abſente nõ facit inditium. ſed ſemiplenè probat.*

29 *Socius alium ſocium de dolo, & fraude, vel culpa poteſt conuenire.*

30 *Actio pro ſocio durat durante ſocietate.*

31 *Socius qui emit clam in fraudem ſocietatis nomine proprio debet communicare.*

32 *Socius ſi pecuniam communem in ſuos vſus conuertit, tenetur ad vſuras commodi percepti compenſatiuas.*

33 *Socius accipiẽs pecunias poſt mortem ſocii vel vel cum viderit eum in extremis, non cenſetur acceptaſſe, vel quia erat creditor, vel eſſet ſibi cautum pro negotiis ſocietatis.*

34 *Socius accipiens pecunias poſt mortem ſocij tenetur reſtituere & punitur criminalitèr.*

ARGVMENTVM.

Confeſſio extraiudicialis ſocij probata per binos teſtes an ſufficiens ſit ad condemnandũ conſocium pro furto commiſſo in ſocietate.

CASVS LVII.

FErdinandus Longobardus cum reperiretur inquiſitus de furto per Curiã Caſtri Maris de Stabia verificato ex eius confeſſione extraiudiciali per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore, dubitari contingit quid operari potuiſſet iſta confeſſio contra ipſum, & ſi rectè proba-
1 ta ſit per teſtes idoneos, ac omni exceptione maiores, *Farinac. conſ. crim. 60. nu. 43.*
2 *tom 1.* & quod probari poſſit per binos teſtes, idem *Farin. conſ. crim. 40. num. 34. eodem volum & conſ. 60. & conſ. 130. num 36. tom. 2. conſ. 182. num. 3. conſ. 193. num. 18. 38. & 47.* poſt *Foller. in praxi rubr. & ſi confitebuntur, par. 2. num. 1. Iul. Cartar. deciſ. 60. num. 7. & deciſ. 62 num. 10.*

3 Data tali probatione, non erit ſufficiẽs ad condemnandum, *idem Farinac. d. conſ. 182. num. 4. & d. conſ. 80. num. 56. in fine, Iul. Cartar d. deciſ. 60 num. 8.*

4 Niſi concurrant illa quatuor requiſita relata per *Foller. vbi ſupra num. 22. & Menoch. de præſumpt lib. 1. quæſt. 89. nu. 16.* quod probat *idem Farinac. conſ. crim. 193. nu. 38.*

Et tunc plenè probari dixit *Foller. vbi ſupra num. 31.* concurrẽtibus dictis requiſitis, putà partis præſẽtia, & cauſæ expreſſio, & loci.

5 Et ſi benè in hac confeſſione non aderat partis præſentia, quàmuis probata per binos teſtes, adhùc inditium facere poterat ad torturam, *Foller. vbi ſupra num 27. Perſius conſ. crim 18. nu. 7. Godofred. à Bano in praxi crim. § confeſſio, num. 20.*

6 Concurrente veriſimilitudine, exigitur etiam quod ſit veriſimilis, inquit *Franc. Caſon. de indit. num. 1. Blanc. eod. tract. nu. 206.* cum ipſa veriſimilitudinẽ habere debet, *Blanc. vbi ſupra num. 207.* poſt *Foller. vbi ſupra num. 5. Perſius conſ. crim 44. num. 16.*

Et de hac veriſimilitude clariſſimè liquere videbatur, dùm iſte inquiſitus inſi-
7 mul cum querulante ſocietatem contraxerant, & ſe iactauerat lucraſſe inſcio ſocio certam ſummam pecuniarum, nàm

furti

furti tenetur qui dolo malo rem communem amouit, ſicut qui re cõmuni ad aliũ
vſũ quam deſtinatũ vtitur,& ſocio auſert
commoditatem vtendi parte ſua,ex Bart.
probat Alex.Trombet.de ſociet.cap.vlt n 13.
8 Et non tantùm ſufficit eſſe veriſimilis,
ſed etiam exigitur vt confeſſus in ea perſeuerare cogatur, Brunus de indit. 2 quaſt.1.
num. 4.Blanc eod.tract.nu.36. Almont.Ciaz.
in tract.de confeſſ.rei contra fiſcum cap.4. nu.6.
Hector de Guido in tract.de confeſſ.par 3.cap.2.
num.89.
9 Ijs igitur præſuppoſitis infertur ad quęſtionem, ſi talis cõfeſſio faciat inditiũ ad
torturã, & quàmuis DD. cõmunitèr concludant affirmatiuè Caſon de torment.nu 1.
Paul.Grillan.de relaxat. carcer. tit de ſent. &
pen. execut. quaſt.2. num.4. Foller vbi ſupra
num.2. Iul.Clar.lib.5. §.fin.quaſt 19.verſ.vltimo non eſt, cum alijs apud Giurb.conſ 87.
num.10 & Vincent.Mandin.in tract.de confeſſ.
cap.2 num.8.24.& 25.& cap.3.art.2.nu.1.
10 Nihilominus quia tortura eſt remediũ
ſubſidiarium, & tunc militat quando veritas alitèr haberi non poteſt, ideò datur
in ſubſidium, Gram. conſ crim.1. num.2. &
conſ.12. num.23. & non datur niſi in defectum probationum, Farinac.conſ.65.nu.33.
vbi Additio lit.N. Coſta de remed. ſubſid. remed.26 Iul.Cartar.deciſ.94.nu.145. Scialoya
in praxi torquendi reos cap.1.num.4.& ſeq. &
cap.14 num.23.
11 Benè verùm eſt,quod tortura dari non
poteſt inditijs non præcedentibus, Foller.
d.praxi, rubr.dentur capitula quod ſuffoc.vxor.
nu.58.Afflict in Conſtit In quæſtionibus,nu.12.
& in Conſtit. Monarchiam, ſub num 3. Farin.
conſ.crim.16. num.21.tom.1.& conſ.20.nu.8.
Iul.Clar.§ fin.quaſt 64 num.9.Scialoya d.praxi cap 3.num.2.& cap.14.num.3. Farinac.de
indit.& tortur.quaſt.47.num.1.
12 Et torqueri nemo poteſt ſine inditijs,
Farinac.conſ.99.num.23.tom.1.
13 Cum igitur talis confeſſio extraiudicialis non faciat plenam probationem,
ſed tantùm inditium, Farinac.conſ.70.nu.
44.tom.1.
14 Conſequens erit videre, ſi hoc vnicum
inditium ſufficiẽs eſſet ad torturam, nàm
per ea,quę deduxit Iul.Clar.in d.§ fin.q.64.
num.14.quod ſufficiat vnicum inditium
ad torturam inferendam, adhùc tamen
ibidem probat plura inditia eſſe concurrenda, Nata conſ.42.num.6.cum alijs apud
Farinac.in praxi de indit.& tortur.quaſt.37.à
num. 43. vbi declarat Iulij Clari opinionẽ
num.43.
15 Saltim duo inditia,ex Gloſ.in l.fin. C.famil.erciſc.probat Campeg.in cap.frequens,ſub
num.64.& Farin. vbi ſupra, vt per Afflict. in
d.Conſtit.Monomachiam, num.4. & inditia
duo leuia, faciunt vnum graue ſufficiens
ad torturam, Farinac.conſ.crim.5.num.103.
tomo 1.
16 Quocirca ob inditiorum defectum ad
torturã deueniri non poterat,ex quo tortura inferri non poteſt,non legitimis præcedentibus inditijs, Farin.in eius praxi criminal.quaſt.37.num.1.& ſeq.
Reſtabat videre qua nàm probationem
talis cõfeſſio faciebat, ſi locus pœnę ineſſet,reſpondet Grillan.vbi ſupra, quod con-
17 feſſio extraiudicialis non facit notoriũ,
nec etiam plenam probationem, ex qua
condemnatio ſequi potuiſſet, ſed ſolùm
18 ad torturæ inditium, itaq; in ſe ſemiplenam probationem facit, Blanc. vbi ſupra
num.105.Farinac.conſ 89.num.1 tom.1.
19 Itaq; non erit ſufficiens ad probationẽ
delicti, Iul.Clar. d.§.fin.q.55.in princ. hinc
Carau. in rit. 255.num.17.concludit,quod
20 confeſſio extraiudicialis in ciuilibus, &
in criminalibus nihil operatur, & licet in
certis caſibus recitatis per Foller. vbi ſup.
num.26.37.& 38.plenam faciat probationem,ceſſare videtur in caſu iſto,quocirca
cum non ſufficiat ad condemnandũ ipſa,
ſed ſolùm ad torquendum, & tortura ex
ſupra allegatis inferri non poterat,tamen
21 confitens poteſt extra ordinẽ puniri tanquàm de delicto glorians, Franc.Caſon.de
torment.num.1.& ſequitur Iul Clar. optimè
d.§.fin.quaſt.21 num.19.& in hoc caſu con-
22 feſſionis extraiudicialis pœna extraordinariè puniri debere,notat Foller.vbi ſupra num.23.
23 Et ſi dicatur quod confeſſio extraiudicialis connumeretur inter inditia indubitata, Farinac. conſ. crim.25.num.23. quæ
24 ſufficiens eſſet ad torquendum, Farinac.
d.tract de indit & tortur, quaſt.37.num.47. &
conſequentèr ſufficiat ad condemnandũ,
Farinac.conſ.crim.108.num.3.tom.2.
25 Etiam ſi eſſet vnicum inditium indubitatum ad condemnationem ſufficiens
eſſet, idem Farinac.conſ.158.num.5.tom.2.
26 Hoc ſanè procedere videtur in confeſſione extraiudiciali facta ad interrogationem partis præſentis, & acceptantis,
tùnc plenè probaret, Farin.conſ.12.nu.28.
27 tom.1.& conſ.50.nu.10. confeſſio extraiudicialis facta parte præſente, plenè probat, Mandell.conſ.85.num.6. cæterum facta
28 parte abſente, non facit inditiũ, idem conſil.40.num.83. ſed ſemiplenè Mandell.conſ.
603.num.4. ideò non ſufficit ad condemnandum,

nandum, *Farinac. d. tract. quæſt. 32. ſub. nu. 16.*
Verùm, quia fuit conſideratũ hoc ne-
gotium dependere ex ſocietate cõtracta,
29 quo caſu ſocius alium ſocium de dolo,
fraude, vel culpa commiſſa vult conueni-
re, *Coſta de portione rat. c. quæſt.* 154. *nu.* 2. nàm
30 tùc durante ſocietate naſcitur actio pro
ſocio, ex *Aret* probat *Trombett. d. tract. cap.*
*vlt. num.* 27. vbi ſubiunxit, poſſe ſocium
pro hoc actu ſingulari actionem intenta-
re, quandocunq; ei expedierit, non enim
eo quidèm animo vt diſtrahatur ſocietas,
ſed ſolùm animo calculandi vt videatur,
quomodò, negotietur, an pecunia ſtet
otioſa, & an perdatur, vel lucretur hæc il-
31 le, prætereà ſocius, qui emit clam in frau-
dem ſocietatis nomine proprio debet cõ-
municare, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 6 *tit.*
16. *num.* 27. vbi alia conſimilia adduxit, &
32 ſocius ſi pecuniam communem in ſuos
vſus conuertat, tenetur ad vſuras cõmodi
percepti compenſatiuas, *Cancer. var. reſol.*
*tom* 3. *cap.* 7. *nu.* 25. & in ſumma ſocius, qui
33 accipit pecunias poſt mortem ſocij, vel
cum viderit eum in extremis, non cenſe-
tur commiſiſſe furtum, vel delictum, ſed
cenſetur accepiſſe, vel quia erat creditor,
vel eſſe ſibi cautum pro negotijs ſocieta-
tis. *Mandell. conſ.* 296. *num.* 1. vbi *num.* 5. ſub-
34 dit, quod ſocius, qui accepit pecunias
poſt mortem ſocij dato, quod indebitè
accepiſſet, & teneretur reſtituere, non ta-
men poteſt puniri criminalitèr, ex quibus
videbatur concludi, quod ſuſpenſa cri-
minalite, ciuilitèr ageretur, & ſic iudica-
tum fuit.

## *SVMMARIVM.*

1 *Clauſula,* iuſtitiam faciat, *quid denotet.*
2 *Papa quibus verbis vſus fuit reſcribendo Regi Carolo in captura Conradini.*
3 *Cognitio criminis læſæ Maieſtatis nunquã cenſetur conceſſa Baroni ex quauis clauſula generali.*
4 *Officiales Baronis ſunt Officiales Regis.*
5 *Subditus Imperatoris committens delictum contra Officialem Papæ, in quod delictum incidit.*
6 *Offenſio facta Officiali Regis, quando dicatur crimen læſæ Maieſtatis.*
7 Andrea de Iſernia *fuit occiſus à quodam Gallo.*
8 *Interfectores Magiſtratuum incidit in crimen læſæ Maieſtatis.*
9 *Offendens Officialem a latere, cui fuit officium aliud iniunctũ, an incidat in crimen læſæ Maieſtatis.*
10 *Caſus refertur de Regente M. C. qui occidit Iudicem.*
11 *Officiales Baronum non ſunt verè Officiales Regis.*
12 *Indultus conceſſus omnibus Miniſtris exceptis offendentibus Officiales Regis, an comprehendat Officiales Baronum.*
13 *Crimen læſæ Maieſtatis in indulgentia intelligitur de principale commiſſo in Maieſtate.*
14 *Barones vaſſallorum dicuntur Regij Conſiliarij, & habet iuriſdictionem ciuilem, & criminalem.*
15 *Barones dicuntur perpetui Iudices vaſſallorũ.*
16 *Barones dicuntur Reges in Terris inueſtitis.*
17 *Offendentes Barones tenẽtur crimen læſæ Maieſtatis, nec gaudent generali Indultu, & qualitèr id procedat, refertur.*
18 *Offendentes Officiales Baronum non incurrunt crimen læſæ Maieſtatis, & ſic deciſum.*

## ARGVMENTVM.

Indulgentia de homicidio cõmiſſo per vaſſallum in perſonam Officialis Baronis cui fuit remiſſa cauſa vt iuſtitiam faceret, an iure ſubſiſtat.

## CASVS LVIII.

CVM pergerem in Ciuitate Theani occurrit non modica difficultas pro exequutione Indulgentię factę per Ill. Principem Hoſtiliani Domini illius cuidam homicidæ, qui cum reperiretur inquiſitus, & carceratus in carceribus M.C.V. ex parte eiuſdem Domini, fuit petita remiſſio, & ſic cum obtinuiſſet remiſſionem dicti ſui vaſſalli per S. C. inquiſiti de homicidio commiſſo in perſonam cuiuſdam Capitanei Liardi eius feudi, fecit poſt obtentam remiſſionem ei Indulgentiam ſtante partis remiſſione, & cum eſſet difficultatum in M.C.V. ſi talis Indulgẽtia ſubſiſtere potuiſſet, dum remiſſio facta fuerat, vt iuſtitiam faceret, non autẽ gratiam, etenim debebat illum iuridicè ex-
1 pedire, ſi locus pœnę erat, talis enim clauſula nil inducit noui, ſed ſimplicitèr Principem aditum ſe referre, dicunt DD. atq; importare, vt ſeruetur ordo iuris, & cauſę veritate comperta ſecundum eam decidatur, ex multis probat poſt *Arnon. comment.* 81. *Mari ad Gram. deciſ.* 62. *num.* 8. & memini annis elapſis quando meus Conſobrinus

ſobrinus Franciſcus Antonius Salinas
V.I.D. officium Iudicatus Regij in Ter-
ra Summæ exercebat, dùm mecum quodã
ſero verba faceret de nonnullis pertinen-
tibus ad dictum officium compertum,
vidi in quadam informatione capta con-
tra quendam ſiatricidam, fuiſſe compoſi-
tum pro tali delicto in ducatis centum,
& dùm perquirerem quo ordine proceſſe-
rat, ex quo Regij Officiales nequeunt de-
licta componere abſq; licentia Excellen-
tiſſimi Proregis, ſeù Collateralis Conſilij
inſpexi memoriale porrectum Suæ Excel-
lentiæ pro dicta compoſitione facienda,
fuiſſe in eo factam prouiſionem, vt ipſa
Curia de iuſtitia prouideret, & per præde-
ceſſorem Iudicem proceſſum fuerat ad
compoſitionem, dicebam talem compo-
ſitionem non inſiſtere, dùm mandatum
fuerat vt de iuſtitia prouideret, non antẽ
ad compoſitionẽ, de quo conqueſtus fuit
Curiæ coadiutor in Collaterali Conſilio,
& tranſmiſſo proceſſu ad Ill. D. Reg. de
Ponte valdè admiratus fuit de tali com-
poſitione facta contra dictum ordinem,
neſcio quid indè fuit ſubſequutũ ob mei
abſentiam, ſed ad comprobationem præ-
miſſorum adnotanda ſunt verba *Angeli
in l.generaliter, C.de ſecund. nupt. num.* 2. di-
2 centis, & nota benè, quod tantùm eſt di-
cere non nego tibi legitimam quantum
concedo, & hoc verbo fuit vſus Papa cũ
Conradinus captus fuit. Reſcriptũ enim
fieri de eo iuſtitiam non negabat, & pro-
pter illa verba tanquàm de mandato, &
auctoritate Pontificis ipſe fuit decapita-
tus, & in eo finiuit inclitiſſimus ſanguis
Sueuiæ; hæc ille.

Difficultas remanſerat in M.C.V. quæ
denegauerat remiſſionem cauſæ dicti in-
quiſiti, prætextu quod dùm fuerat occi-
ſus dictus Capitaneus, erat crimen læſæ
Maieſtatis in quarto capite, de quo non
poterat cognoſcere dictus Ill. Princeps,
3 Baroni nunquàm ex clauſula quãuis ge-
neralis cenſetur commiſſa cognitio cri-
minis læſæ Maieſtatis, *Reg. Sanfelic. deciſ.*
335 *nu.* 1. dicet poſtmodùm per Sac.Conſ.
fuiſſet conceſſa remiſſio, adhùc tamen
ipſa M.C.V. viſa Indulgentia delicti facta
per eundem Principem obſtare videba-
tur id, quod conceſſum erat, vt iuſtitiam
faceret, non tamen indulgere, eo magis
4 quia Officiales Baronum ſunt Officiales
Regis, inquit *Carau in ritu* 49. *nu.* 7. ſequi-
tur *Præſ.de Franch.deciſ.*413. cũ alijs apud
*Maſtrill.de indultis cap.*36.*num.*13.*& ſeq.*

Et hoc attento nequiuerat hoc agere,
& contra ipſum adduci potuiſſet doctri-
na *Bart.* relata per *Boſſ. in tit.de crimin.læſæ
Maieſtat. ſub num.*108 loquens de ſubdito
5 Imperatoris committente delictum ad-
uerſus Officialem Papæ, quod incide-
rat in tale crimen, cum Imperium depen-
det à Papa, & ſub eius dominio origina-
litèr prouenit, item quia ſubditus feuda-
tarij vti ſubditus primo domini, ſubdit
idem *Boſſ. vbi ſupra num* 102.

Nihilominus contraria opinio ex ſe-
quentibus rationibus fulcita vrgere vide-
6 tur, non obſtante quod dictum eſt de of-
fenſione facta Officiali Regis, nàm intel-
ligitur ſecundum DD. de Officiali, qui
aſſiſtit ad latus corporis Principis, ad *tex.
in l.quiſquis, C.ad leg. Iul. Maieſt.* vt exemplo
7. Andreæ Iferniæ demõſtratur, qui fuit oc-
ciſus à quodam Gallo, de quo per *Parid.
de ſyndic. verſ.excedunt Conſiliarij, in fine, Affl.
in Conſtit. Poſt mundi, num.*49. vbi latè *Butr.
& Capyc. deciſ.*130 *num.*13. & in hoc caſu
ſiuè intuitu officij, ſiuè ex odio priuato
8 fuerit occiſus, adhuc interſectores inci-
dunt in crimen prædictum, probat *Gigans
in ſuo tract.de crim.læſæ Maieſt.lib.*1.*quæſt.*14
*per totam*, vbi *num* 7. memor eſt de Andrea
Iferniæ, hinc ſingularitèr dixit *Salic in d.l.
quiſquis*, allegatus per *Capyc. vbi ſupra, &*
9 *Boſſ. vbi ſupra num.*9. quod ſi Princeps de
ſuis Collateralibus Conſiliarijs crearet
Præſidem Prouinciæ, vel Capitaneum Ci-
uitatis, non committeret crimen læſæ Ma-
ieſtatis ſecundum illam legem, ſed tan-
quàm in Magiſtratum committentes, qui
illum offenderit, puniret, ex quo tùnc nõ
erat de conſilio re, ſed nomine, licet an-
teà fuiſſet re, & nomine, & tanto magis
ceſſaret hoc crimen, ſi ex odio particula-
10 ri Officialis fuiſſet offenſus, notat *Afflict.
in Conſtit. Eos tantùm, num.* 4 vel in rixa, vt
aliàs contingit inter Regentem M.C.V.
qui occidit Iudicem M.C. in caſu relato
à *Gram. conſ. crim.*29. & tantò minùs pro-
11 cederet in Officialibus Baronalibus, qui
nõ ſunt verè, & propriè Officiales Regis,
vt notant ibidem *Carau. & Præſ.de Franch.*
ibiq; concludunt, quod ſi non fit mentio
ſpecifica in ſtatutis de eis nunquàm com-
prehenderentur, quocirca ad propoſitum
in generali indultu cõceſſo omnibus Mi-
12 niſtris exceptis offendentibus Officia-
les, & Miniſtros Regis, non comprehen-
duntur offendentes Officiales Baronum,
ità in ſpecie concludit *Foller. in declarat.
ad pragmat. Card.Segunt.col.*8. *verſ.item non
intelligitur.*
13 Tantò magis quia crimen læſæ Maie-
ſtatis

Digitized by Google

ſtatis in indulgentia, intelligitur de principali cõmiſſo in Maieſtate, *Præſ. de Frãch. deciſ. 713. num. 17.*

14 Et pro coronide aduertendũ eſt, quod Barones vaſſallorũ dicuntur Regij Conſiliarij, & habent iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, *Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 2. num 64. & cap. 13. num. 13. & 56. & cap. 15. num. 19. 20. & 22.*

15 Imò nõ tantùm dicuntur perpetui Iudices ordinarij vaſſallorum, *idem d. cap. 15. num. 3. & 7.* & æquiparantur Præſidibus Prouinciarum, *idem d. cap 18. num. 4.* imò
16 dicuntur Reges in ſuis Terris inueſtitis, *Capiblanc. in pragm. 8. par. 1. num. 68. de Baronibus.*

17 Licet ſecundum aliquos DD. Barones offendentes, teneantur crimen lęſæ Maieſtatis, nec gaudent in generali Indultu, vt *Maſtrill. d. lib. 4. cap. 15. num. 18. & 21.* contrariũ ex alijs probat *Capiblanc. in prag. 3. num. 42. & ſeq. de Baron.* aſſerentibus procedere in Baronibus non recognoſcentibus Superiorem id procedere, ſed in alijs Baronibus non fuit recepta talis opinio.

18 Quantò magis in offendentibus Officiales Baronum militare videatur, vt non alitèr crimen lęſę Maieſtatis dicatur contractum, & ſic decisum retuli in *3. par. noſtri compendij ver. crimen lęſa Maieſtatis*, quare ex ijs concluditur Officiales prędictos non eſſe comprehenſos in Indulgentijs, ob quod offendẽtes, dici poſſint commiſiſſe crimen lęſæ Maieſtatis, ſed tantùm eſſe ſimplex delictum, & ſic potuiſſe Principem illi indulgere, prout fuit exequutum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Teſtes de viſu repulſati, vniti cùm illis de fama, benè probant.*
2 *Repulſa teſtium ob inimicitiam, debet continere inimicitiam grauiſſimam, ſeù grauem.*
3 *Inimicitiæ magis graues, minus leues teſtibus detrahunt.*
4 *Cauſa inimicitiæ debet probari maximè contra teſtes.*
5 *Inimicitia capitalis præſumitur inter litigantes.*
6 *Inimicitia capitalis contrahitur quando mouetur lis criminalis tàm reſpectu mouentis, quã illius, cui fuit mota.*
7 *Teſtis admittitur quando inimicitia non eſſet capitalis, vel magna, ſed leuis.*
8 *Teſtis ob inimicitiam minus fidem habet, nec facit ſemiplenam probationem, ſed relinquitur arbitrio Iudicis.*
9 *Inimicus repellitur, quàmuis inimicitia proceſſerit ex cauſa minus probabili.*
10 *Teſtis, qui contrarium depoſuiſſet in iudicio, ſi illam negaret extra iudicium contra reum an admittatur.*
11 *Dicto extraiudiciali quando erit ſtandum.*
12 *Teſtes reprobati ad condemnandum non ſufficiunt.*

A R G V M E N T V M.

Teſtes deponentes de delicto de viſu ſi fuerint repulſati ex cauſa inimicitiæ, an admictãtur, & quid exiſtentibus alijs teſtibus de fama.

C A S V S XLIX.

Reperiebatur in Regia Curia Monopolitana inquiſiti Aſcanius, Marcus Antonius, Cæſar, & Iacobus Tauari ad inſtantiam, & querelam Theodorę Caleptico vxoris Marci Gręci de male tractamẽtis, iniurijs, & verberibus illatis, quod benè duo teſtes de viſu probabant, è conuersò in eorum defenſam produxerunt alios teſtes affirmantes tales teſtes contra eos examinatos eſſe notorios inimicos, & proindè illos eſſe reijciendos, quadere dicebatur, quod licet teſtes deponentes de viſu delicti commiſſi repulſentur, hoc tamẽ procederet ſi adſint alij teſtes de fama delicti contra inquiſitum,
1 nec ſint alitèr repulſati; nàm tunc benè probabunt illi de viſu repulſati, vnitis illis de famà, *Gramat. conſ crim. 1. num. 6.* vbi ſubdit poſſe perueniri ad torturam, *idem in conſ. crimin. 33. num. 15.* de quibus omnibus meminit in *deciſ. 11. num. 11.* quem ſequitur alios citãdo *Guazzin. in tract. ad defenſam, tom. 2. defenſ 28. cap 9. num. 3.*

Et tales teſtes vltra illos deficiebant in præſenti facto, propter quod deueniendo
2 ad ſubſtantiam repulſæ, vt dùm fuerant repulſati ob inimicitiam, nedum requirebatur, quod inimicitia ſit grauiſſima, vel ſaltim grauis, ità *Gram. deciſ. 85. num. 7. & deciſ. 34 num. 26. Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 53.*
3 *num. 9.* nàm inimicitię magis graues, minus leues, teſtibus detrahunt, *Imbrian. in tract. de repulſa, conſid. 4. nu. 8. & ſeq.* vbi plura nouiſſimè *Vincent. Ferrar. in tract. de inimicitia, §. 45.* aſſerens *num. 5.* hoc eſſe relictũ arbitrio Iudicis, ſed etiã quod probetur

4 qualitas

4 qualitas inimicitiæ, ſeù qualitas ipſius
inimicitiæ. aliàs non diceretur probata;
imò requiritur probari fuiſſe commiſſam
cauſam inimicitię, aliàs non repelleretur
teſtis, *idem Gram. deciſ.88. num.6. & d. de-
ciſ.34.num.21.& 22. cum ſeq.* vbi plura *Ba-
iard.ad Clar. d.§ fin. quæſt.24.num.41.& 42.
& quæſt.21. num.115.* vbi dicit ſatis proba-
tam eſſe probata cauſa illius inimicitiæ
contra teſtes, quæ in ſpecie deducenda
eſt, *Imbrian. ibi num.27.*

Aduerſus Iacobū delle Nuce, aliàs mal
herba teſtem examinatum dicebatur ſa-
tis conſtare de inimicitia inter eos con-
tracta ex querelis porrectis tàm in Curia
ſeculari, quàm Eccleſiaſtica, & certum
5 eſt, quòd inimicitia capitalis præſumitur
inter litigantes, *Bayar.d.quæſt.21.num.114.
idem Ferrar. d. tract. §.52. num.13.* & accu-
ſatores habentur pro inimicis, & à lege
repelluntur à teſtimonio, *cap.ſi Epiſcopi 2.
quæſt 7.* cum alijs apud *Guazzin ind. tract.
6 tom.1.def.3.cap.2.num.3.* inimicitia capita-
lis contrahitur quando mouetur lis cri-
minalis tàm reſpectu mouentis, quàm il-
lius, cui mota fuit, *Ciazius conſ.1 num.118.
& conſ.3.num.63.*

7 Verum tamen vbi inimicitia non eſſet
capitalis, vel magna, ſed leuis admitterē-
tur teſtes, *Gloſ in l.3. § non ſolùm, verſ. leuis,
ff.de adim. legat.* ità vt ipſi teſti minus fidei
8 adhibeatur, & non facit ſemiplenam pro-
bationem, *Crau. conſ 6. num.3. & Conrad. in
pract crim lib 1.cap.9.num.65. circa medium,*
quàmuis *Abb.in cap inquiſitionis, § tertiù, nu.
11.* dicat, quod relinquitur arbitrio Iudi-
cis, quod ſequitur *Gram deciſ.34. num.28.*
quos omnes probat *Baiard.ad Clar.d.q.24.
num.33. Menoch. de arbitr.in d.caſu 111.* ea
9 propter inimicus repellitur, quàmuis ini-
micitia proceſſerit ex cauſa minus pro-
babili, *idem Ciazius diſcept. forenſ. diſc 34.
num.9 tom.1.*

Aduerſus alium teſtem examinatum
obijcebatur confeſſio extraiudicialis per
10 eum facta aſſerendo coràm teſtibus per-
ſequi à Curia, vt deponeret contra inqui-
ſitos, & de hoc nil ſapere, nec interfuiſſe,
dùm contrarium depoſuiſſet in iudicio,
de quo loquitur *Iul.Clar.in d.§.fin quæſt.53*
vbi *Baiard num.25.* allegat *Menoch de arbit.
caſu 108. Anton.Gabr lib.7 de malef concl.31.
Crau.conſ.75.num.31.* aſſerentes ſtandum
eſſe dicto extraiudiciali, quando haberet
plures præſumptiones pro ſe, de quo per
11 *Viuium in ſuis commun. opin in opin.903.* &
pro eius præſumptione adducebatur ne-
gatiua depoſitio alterius teſtis per ip-
ſum, & alium conteſtem conuocatum.

12 Cum igitur teſtes reprobati ad condē-
nationem non ſufficiant, vt poſt *Imbrian.
eod.tract. conſider.3.num.82. Guazzin.eodem
tract. tom.2. defenſ.28.cap.9.num.3.* ſubdens
ſufficere ad torquendū, quod magis pro-
cedit ſi contra teſtes repulſatos remanet
fama legitimè probata, ſed quia non erat
caſus vt tortura inferri potuiſſet iuxtà
*cap.tormenta,* viſum fuit illos habilitari ſu-
per nouis inditijs. Die 30. Auguſti 1625.
Monopolis.

*SVMMARIVM.*

1 *Nomen erit exprimendum.*
2 *Nomina eorū pro quibus, & contra quos pro-
ceſſus petuntur, ſunt inſerenda in omnibus.*
3 *Nomina actoris, & rei ſunt inſerenda in cri-
minalibus.*
4 *Nomen occiſi ſi ignoratur, dummodò conſtet de
corpore, poteſt formari inquiſito, & indè con-
demnatio.*
5 *Nomen accuſati debet poni in accuſatione, ac
etiam nomen accuſatoris.*
6 *Statutum mandans, quod in libellis in crimi-
nalibus debent ſcribi nomina, pronomina, co-
gnomina, an ei ſit ſatisfactum, ſi perſona pro
alia ſigna demonſtretur.*
7 *Nomen, cognomen, vel pronomen, an ſufficiat
exprimere.*
8 *Nomen proprium declarat appellatiuum.*
9 *Nomen exprimi debet cum accedentibus, &
inditijs.*
10 *Nulla maior probatio, quam oris confeſſio.*
11 *Cuſtos in culpa præſumitur, niſi probet caſū,
ſed tantùm de dolo.*
12 *Infirmitas excuſat.*
13 *Deputati ad cuſtodiam Caſtri ſi cuſtodiam in-
ter ſe diuiſerint, & interim occupatur Ca-
ſtrum, quia dormierant, non tenentur.*
14 *Magiſtri Iurati tenentur denuntiare crimina.*
15 *Denunciatio maleficiorum non fit quando eſſet
notorium delictum.*
16 *Excuſatur Iuratus, qui tenetur crimina denū-
ciare Curiæ, ſi antequā denunciat ab alio fue-
rit præuentus.*
17 *Vidua ſi delinquit, an habeat fori electionem.*
18 *Aufugere non dicitur qui ad Superiorē vadit.*
19 *Vaſſalli ſi ommiſſo medio ad Regiam Curiam
adeunt, non tenentur ad pœnam per bannum
Baronis, & quid ſi extaret regia prohibitio.
num 20.*
21 *Banna potiùs ad terrorem, quam ad valorem
emanantur.*
22 *Prouiſiones in beneficiū Baronum tutius erint
expedienda abſq; cōminatione pœnæ ne adeāt
vaſſalli ad ſuperiores.*

23 Confeſſio facta ſponte in iudicio inducit notorium.

24 Inconfeſſum nõ ſunt partes Iudicis niſi in condemnando.

25 Iudices facere debent vt rei ſe defendant contra eorum confeſſiones.

26 Defenſiones reo confeſſo, & conuicto, non ſunt deneganda, & ad ſuam innocentiam demonſtrandam.

27 Perſeuerantia in confeſſione exigitur vt reus puniri poſſit.

28 Confeſſio ſpontanea ſtatim debet notificari, vel reuocari.

29 Cautiùs eſt vt confeſſio ſpontanea ratificetur.

30 Aſſaſſinium dici an poſſit ex confeſſione facta per mandatarium.

31 Aſſaſſinium non dicitur vbi pecunia ceſſat.

32 Aſſaſſinus verè dicitur qui recepta pecunia ab aliquo mandato interueniẽte aliquem occidit.

33 Qualitas aſſaſſinij non probatur ex ſola datione, vel promiſſione pecuniæ, niſi fuerit data in illam cauſam homicidij.

34 Aſſaſſinium non probatur ex ſola pollicitatione pecuniæ, niſi acceptata fuerit promiſſio.

35 Aſſaſſinus non dicitur vbi non interuenit datio, vel promiſſio pecuniæ.

36 Aſſaſſinium non dicitur ex mandato ad verberandum.

37 Mandans, & mandatarius ſunt correlatiua.

38 Nominatio redditur ſuſpecta ſocio ſponte aliũ nominante.

39 Socius particeps criminis non poteſt recipi in teſtem, nec inditiũ facit ad inquirendum, neq; ad torturam.

40 Dictum ſocij regulariter facit inditium ad inquirendum.

41 Inquiſitio formari poteſt ex depoſitione ſocij.

42 Socius criminis non facit inditium, etiam ſi eſſet examinatus vt teſtis.

43 Socius ſine tortura deponens, non facit inditium.

44 Mandatarius non facit inditium contra mandantem ſine tortura.

45 Dictum pueri patientis ſodomiam plenam fidem non facit.

46 Mandatarij depoſitio, & inculpatio non facit inditium contra mandantẽ, etiam quod mandatarij eſſent plures.

47 Socij criminis, et mãdatarij pari paſſu ambulãt.

48 Socij, & mandatarij tùm inditium faciunt ad torturam, quando alia concurrerent adminicula, quo caſu tortura exigitur, num 49.

50 Confeſſio ſociorum at mandatorum tùm fidem facit concurrentibus adminiculis quando fuerit ratificata in tortura.

51 Mandatarius quando eſſet ſolus, & vnicus, non facit inditium.

52 Duo teſtes ſufficiunt ad probandum inditium.

53 Aſſerenti de mandato, & commiſſione ſibi facta non ſtatur.

54 Duobus mandatarijs aſſerentibus contra mandantem non creditur.

55 Pœna falſi eſt ob mutationem nominis præſertim inuentis cùm armis, num. 56.

57 Mutare nomen, & cognomen, non eſt de iure prohibitum quando non fieret in fraudem, & dolosè, num. 58.

59 Quæ ſcribuntur in memoriam futurorum refertur, quòd ſecus eſt in eo, quod voce profertur.

60 Supponendo nomen alterius in contractu, pœna falſi tenetur.

61 Mutatio nominis quando fit ad euitandum carceres, non pœnam operatur.

62 Text. in l. ſed in quemcunquè, §. ſi magiſter. ff. ad leg. Aquil. ponderatur.

63 Nemini prohibitum eſt diſcipulum corrigere.

64 Actio legis Aquiliæ datur quòad intereſſe reſpectu æſtimationis damni.

65 Verbera illata diſcipulo à magiſtro præſumuntur ad emendationem illata, proptereà iniuriam non inferunt, nec pœnam merentur.

66 Verberatio cum baculo, eſt atrox, & grauis iniuria.

67 Iniuria atrox reputatur apud nobiles, & militares, qui magis vellent vulnerari, quam verberari.

68 Atrocitas iniuriarum procedit ratione loci perſonarum, & temporis.

69 Iniuria varijs modis committitur, ideò varijs pœnis plectitur arbitrio Iudicis.

70 Pœna verberantis nobiles de Iure Regni, quænàm ſit.

71 Pubes adire Sedem Apoſtolicam ex cauſa excommunicationis excuſatur.

72 Bona contumacis ſunt annotanda.

73 Bona contumacis cur annotentur.

74 Bona cõtumacis annotantur, vt cõfiſcari poſſint.

75 Annotatio bonorum an, & quando fieri debeat.

76 Annotatio bonorũ contumacis ſtatim commiſſo delicto fieri debet.

77 Delegatus non habet iuriſdictionem propriã, ſed vice delegantis fungitur.

78 Ordinarius Iudex à quibus conſtituitur, & delegatus à quibus inſtituitur, num. 79.

80 Delegare quid ſit.

81 Delegans delegando functus eſt officio ſuo, & conquieſcit eius officium.

82 Vices ſuas committens, cenſetur totum negotiũ committere.

83 Subdelegatus poſtquàm cœpit in cauſa cognoſcere, non poteſt per delegantem ampliùs remoueri.

84 Delegatio eſt ſtricti iuris.

85 Reſcripta delegatoria ſunt ſtricti iuris, & ſunt iuris ſcripti.

86 Imen-

86 Inuentus in domo pulchrę mulieris, ſeù puellæ præſumitur ſuppoſuiſſe illam.
87 Præſumptio, ſeù probatio adulterij oritur, ſi mulier cum viro ſoli reperiantur in eadē camera, & hora ad copulam commodam.
88 Præſumptio adulterij eſt contra inuentum in domo pulchrę mulieris.
89 Adulterium præſumitur ex deprehenſione viri, & mulieris formoſæ.
90 Vir repertus in domo mulieris deformis non poteſt moleſtari.
91 Adulterium, & copula carnalis non probatur per ingreſſum in domum mulieris, niſi deprehendatur in actis venereis, licèt præſumatur voluntas ad copulam.
92 Adulterium non probatur quod fuerit inuentus iuuenis in camera cum calceis ſolutis, & muliere clauſo hoſtio negante ibi aliquem adeſſe.
93 Filius non poteſt adulterum ſuæ matris occidere, neq; matrem niſi accedente patris conſenſu.
94 Iudex, qui condemnare non poteſt, tamen poteſt declarare aliquem condemnandum eſſe.
95 Capere aliquem de perſona dicitur eſſe iuriſdictionis.
96 Carceratio in criminalibus eſt iuriſdictionis.
97 Carceratio eſt iuriſdictionis exercitium.
98 Carcerari non eſt permiſſum ſine ſpeciali mandato Superiorum.
99 Carcerari nequeunt, ſi parati ſunt dare fideiuſſores.
100 Carcerari vt quis debeat priùs videndæ ſunt informationes.
101 Labor, & ſumptus faciunt prouentus.
102 Carceres faciunt prouentus, dicunt Barones rapaces.
103 Poteſtates carcerando abſquè voto Aſſeſſoris, ſeù Iudicis, tenentur ad intereſſe.
104 Iudices, & Aſſeſſores dantes malum conſiliū vt aliquis carceretur, qui carcerari non debet tenentur, & puniuntur.
105 Captura debitorum conſtito de debito non retractatur.
106 Iudex non debet incipere à captura debitoris niſi in ſubſidium non exiſtentibus bonis, vel immineret ſuſpictio fugæ.
107 Captura pro debito non liquido, vel incerto, prohibita reperitur quando admictatur.
108 Captura in criminalibus quando ſit permiſſa.
109 Iudex regularitèr non poteſt deuenire ad capturam, niſi realitèr conſtet de delicto.
110 Captura quando eſſet notoria iniuſta, eo caſu ſtatim erit relaxandus captus.
111 Captura eſt arbitraria, & qualitèr in hoc arbitrium verſari debet.
112 Captura in fraganti crimine permiſſa eſt.
113 Captus in fraganti quiſ dicatur.

114 Excarcerari nemo poteſt niſi de ordine Iudicis, & cum apodixa Notarij.
115 Inſultus cum armis violentiam comprehendit, & pœnam deportationis continet.
116 Inſultus quis ſit.
117 Inſultus non dicitur factus abſquè motione de loco ad locum.
118 Prouocatus quidquid facit ad eius defenſionē facere præſumitur.
119 Inſultatus omnia præſumitur facere ad ſui defenſionem, non ad vindictam.
120 Tempora erint attendēda in inſultu, ſeù rixę, ſi incontinenti, vel ex interuallo proceſſerint.
121 Prouerbium ſolitum dici à ſangue caldo, vel ad ſangue freddo, refertur.
122 Inſultatus etiam ex interuallo aggreſſorē occidens incontinenti ſe defendiſſe dicitur, & ſi ad extraneos actus grauiori fortuna iactātus ſit.
123 Inſultus cum armis excogitatus, graue eſt delictum percuſſione ſequuta.
124 Teſtes debent priùs per Iudicem audiri oretenus, & cur.
125 Teſtes in informatione Curiæ ſine citatione partis recipiuntur de conſuetudine.
126 Teſtes pro informatione Curiæ debent recipi per ipſos Iudices, nec commicti Notario.
127 Teſtes examinati coràm Notario, & non corā Iudice, non probant.
128 Examinatio teſtium non poteſt commicti Notario, qui ſcribere poteſt, non autē examinare.
129 Teſtes examinati pro informatione Curiæ, nil probent, niſi repetantur.
130 Repetitio teſtium fieri debet coràm Iudice, & Notario, niſi fuerint habiti pro repetitis, num. 131.
132 Teſtes ad defenſionem reorum debent coràm Iudice examinari, & quare.
133 Redibitio rerum venditarum, inter quas fuerunt repertæ aliquæ defectiuæ, an in totū, vel pro parte concedenda.
134 Crimen ſtellionatus, in quo conſiſtere videtur.
135 Venditor dolo malo verſatur, ſi qualitates rerum venditarum non exprimat.
136 Pœna ſtellionatus, quæ nàm ſit.
137 Vulnerans cum lapide aggreſſorem, an punietur ob exceſſum inculpatæ tutelæ.
138 Modus inculpatæ tutelæ in ſe defendendo ſiuè culpa, ſiuè dolo, excedens de exceſſu, punitur.
139 Moderamen inculpatæ tutelæ non poteſt conſiderari in rixa, quia primi motus non ſunt in poteſtate, quod eſt relictum arbitrio Iudicis.
140 Certa regula dari non poteſt in moderamine inculpatæ tutelæ, ideò Iudicis arbitrio relictum eſt.
141 Moderatio inculpatæ tutelæ, in quibus conſiſtit.
142 Modus defendendi eſt cum eodem genere ar-



Digitized by Google

*morum cum eiſdem verbis, cum quibus iniuria illata fuit.*

143 *Modus defendendi conſiſtit quando inſultatus talem faciat defenſionem, qualis fuit offenſa.*

144 *Moderamen nō dicitur ſeruatū ab eo, qui percuſſit in digito percutiētē repercuſſū in capite.*

145 *Modus nō dicitur ſeruatus ab eo, qui cum poſſit euadere maluit reſiſtere, ſed contra.*

146 *Defenſio corporis ſtatim fieri debet, rerum autem ex interuallo.*

147 *Pæna extraordinaria imponitur pro exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ.*

148 *Moderamen defenſionis, & inculpatæ tutelæ non dicitur ſeruatum, quando quis ex interuallo aduerſarium offendit.*

149 *Cauſa moderaminis inculpatę tutelæ exigitur, & quando dicatur.*

150 *Qualitas perſonarum attendi debet in modceramine inculpatæ tutelæ pro defēſione, quod exemplificatur.*

151 *Æqualitas percuſſionis non requiritur in moderamine inculpatæ tutelæ.*

152 *Moderamen inculpatæ tutelæ nō conſideratur in rixa.*

153 *Moderamen inculpatæ tutelę relictum eſt arbitrio Iudicis.*

154 *Iniuria grauior exiſtimatur ex loco, & tempore, & perſona.*

155 *Pæna arbitraria punitur exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ.*

156 *Iniuria quando ſit leuis, vel grauis arbitrio Iudicis relictum eſt.*

157 *Eleuans manum vt alium offenderet, qua pæna puniri debeat ſtante querela partis.*

158 *Iniuriarum actione tenetur eleuās manum vt aliquem offendat.*

159 *Percutiens cum armis, an teneatur ad duplicitatem pænæ, hoc eſt pro vulnere, & pro armis.*

160 *Inſultus factus per eum, qui habet manus ad latus enſis, nec extraxerit enſem, an puniatur.*

161 Compoſitio *facta per Curiam, non alitèr ab Officiale, & Iudice firmata, ſi ipſa fuerit ab Erario ſignata, & poſteà fuerit firmata ab Officialibus, per quem Iudicem erit comprobanda.*

162 *Neapolitanus patiēs ab alio Officiali Regni cognoſci an videatur iuriſdictionem prorogaſſe.*

163 *Neapolitanus nō poteſt prorogare iuriſdictionem Officialium Neap. in præiudiciū Neap.*

164 *Electio erit actoris de Iudice, quando reus haberet plures Iudices.*

165 Clericus *libellum famoſum porrigens ſi non probauerit, qua pena de Iure* Canonico *tenetur.*

166 *Pæna flagellationis contra clericum non eſt in vſu.*

167 *Pæna famoſi libelli contra clericum eſt remiſſa Iudicis arbitrio.*

168 *Pæna capitalis triplicitèr conſideratur.*

169 *Pæna capitalis in Regno quoad laicos qualitèr fuit intellecta.*

170 *Pæna fuſtigationis æquiparatur cum pæna relegationis.*

171 Clericus *qualitèr poſſit fuſtigari.*

172 Pragm 4. de armis, & pragm. 34. §. item che, eod. tit. & pragm. 14. §. 8. eod. tit. *producuntur.*

173 Captus *cum ſcoppitta carrica intus habitatū non cum palla, ſed cum puluere tantùm qualitèr puniatur.*

174 *Pæna arborū furtim ceſarum quando locum habet.*

175 *Pæna legis Aquiliæ quando habet locum cum euellente arborem ex alieno territorio.*

176 *Actio legis Aquiliæ competit ad damna, & intereſſe.*

177 *Æſtimatio communis locum habet in actione legis Aquiliæ.*

178 *Pæna pro arboribus cedendis, ſeù furtim ceſarum, quæ nàm ſit.*

179 *Delinquens incidendo arbores, aut alibi tranſplantando, quare diuerſimodè punitur.*

180 *Actus factus contra prohibitionē legis eſt ipſo iure nullus.*

181 *Aſſertio falſa facit præſumere dolum, & malum animum.*

182 *Mater per tranſitum ad ſecunda vota ipſo iure perdit tutelam, etiam ſi eſſet teſtametaria, nec poterit in ea conſeruari, ſi Iudex idem decreuiſſet, nu. 183. & ſententia opus non eſſet.*

184 Diſpoſitio l. barbarius, ff. de offic. Præt. *an procedat in tutore.*

185 *Tranſactio erit nulla, quando pro modico hæreditati renunciatur.*

186 *Tutela teſtamentaria cęteris dignior.*

187 *Adminiſtratio ſimplex conceſſa in teſtamento, ſufficit tutori.*

188 *Geſta per tutorem non adimplentem quando erit valida.*

189 *Tranſactio rei iudicatæ æquiparatur.*

190 *Sententia prolata contra minorem exiſtente procuratore non legitimè conſtituto qn̄ valet.*

191 *Mater tenetur petere tutorem intra annum ne priuetur ſucceſſione.*

192 *Mater nō petens tutorem, licet ſucceſſione priuetur, non tamen tutela.*

193 *Mater excuſatur ſi tutorem non petierit exiſtente teſtamentario.*

194 *Mater non tenetur petere tutorem quando pupillo relictus eſt ſubſtitutus.*

195 *Mater tranſiens ad ad ſecunda vota, non priuatur officio executoris.*

196 *Pæna falſi de iure cōmuni non intrat pro omni aſſertione falſa, ſeù deceptione doloſa, ſed tantùm pro ea, quæ reperitur expreſſa in capitibus legis* Corneliæ.

CASVS

## CASVS LX. MISCELLANEORVM.

### *PRIMO.*

FRanciſcus de Rutigliano, aliàs Munti
Munti reperiebatur inquiſitus in Cu-
ria Regia Monopolitana de nonnul-
lis criminibus,& præſertim inquiſitus de
plattonatis illatis in perſonā Ioannis An-
tonij Bruni Iurari huius Curiæ, & indicta
informatione capta per incuriam Scribę,
nō apparebat expreſſum nomen propriū
ipſius,neq; cognomen , ſed tantùm ſupra
nomen adiectum Munti Munti hęſitatum
fuit ſi cōtra eum procedi potuerat ob in-
certitudinem perſonæ, cum de iure pro-
1 batum ſit,nomen exprimendū eſſe, ad *tex.
in l. vbi autem non apparet.ff.* de *verb.oblig.* ibi,
*Si quis fundum ſine propria appellatione, vel
hominem generalitèr ſine proprio nomine, aut
vinum, frumentumuè ſine qualitate dari tibi
ſtipuletur incertum deductū in obligatione*, vbi
*Gloſ. ver. ſine propria allegat concord.* quod
non tantum in ſtipulationibus,& contra-
ctibus procedere conſpicitur, quantum
2 etiam in iudicijs,ſiquidèm iàm in ſuppli-
cationibus,quàm citationibus inſerenda
eſſe nomina eorum, pro quibus, & contra
quos proceſſus petuntur, *Miſinger. ſingul.
obſeruat. centur.5.obſeru.50.num.1.* & potiſ-
3 ſimùm in criminalibus nomina actoris,
& rei ſunt inferenda, *Iacob. de Belloviſu in
ſua praxi crim in princ.num.1.ſub tit. de iniur.*
ex *text.in l.libellorum,ff.de accuſat.*

Licet autem *Boſſ. in ſua praxi crim. tit.de
delicto,num.33.* dicat, quod licet ignoretur
4 nomen occiſi, dummodò conſtet de cor-
pore, poteſt formari inquiſitió, & deindè
condemnatio, *Ambroſin. in proceſſu inform.
lib.1. cap.1.num.27.* vltra *Iul. Clar. in §.fin.
quæſt.52.nu.6.* & ſimilitèr ſi ignoratur no-
men homicidæ,vt per *Alex.& Iaſ ibi rela-
tos*,attamen contrariū probant, quod ne-
5 dum in accuſatione nomen accuſati de-
beat poni,*d l.libellorum*, & in inquiſitioni-
bus *Marant.in ſpec. par.6.num.37. Scaccia de
iudic. cauſ. ciuil & crim. cap.32. num.11.* ſed
etiam accuſatoris, *l. libellorum, ff.de accuſ.*
vbi *Gloſ.ver.Titius.*

Hìnc *Hippol. Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crim.
ver.nomen*, addit, quod ſi ſtatutum diſpo-
6 nat, quod in libellis criminàlibus debeāt
ſcribi nomina,pronomina,& cognomina
perſonarum, non erit ſatisfactū, & ſi per-
ſona demōſtretur,vel per alia ſigna oſten-
deretur,ex *Angel.in l.1.ff.de lib. & poſthum.*

Dubium reſultauerat ex hoc, quia iſte
inquiſitus habebat nomen, cognomen, &
ſupranomen adiectum, quod erat ſolùm
appoſitū in tali informatione, ſi hoc ſuf-
ficiens eſſet, & videbatur hoc ſufficere ex
*text in l.1.ff.de liber.& poſthum.* quid ſit no-
minatim exheredari videamus, nomen,&
7 pronomen, & cognomen eius dicendum
eſt an ſufficit, vel vnum ex ijs, & conſtat
ſufficere,vbi *Gloſ. ver. ſufficere*, ſubdit etiā
vnum ſi modo per eum poſſimus eſſe vti
8 per iura ibi citata, & ſi benè nomen pro-
prium declarat appelatiuum, *Menoch. de
præſumpt.lib.4.præſ.126.num.15.* nihilomi-
nus ad demonſtrandum perſonam debet
exprimi nomen cum duobus alijs acci-
dentibus,vel inditijs,vt exemplo oſtendit
*Maſcard.de probat. concluſ.504.num.2.* & ſic
cum ex alijs informationibus cōtra eum
9 captis apparebat ſuum nomen, & cogno-
men cum ſupranomine poſitum, & in di-
cta informatione reus confeſſus fuerat ſic
ipſum nominari,& ſupranominari, quia
10 nulla maior probatio, quam oris confeſ-
ſio, *l. cum te, C. de probat.* cum alijs apud
*Barboſ.in princ. vtriuſq; iur. lit. C. num.40.* &
ſic fuit proceſſum ad vlteriora, & inde
condēnatus in exilium de menſe Auguſti
1615. penès Ayetam Actuar.

### *SECVNDO.*

THomas Maiza Magiſter Iuratus Ciui-
tatis Monop. de anno 1624. in fine ſui
officij fuit imputatus de mala cuſtodia
per eum facta, ac etiā de ommiſſione de-
nunciationis delicti furti noctis tempore
ſucceſſi in apotheca Franciſci Pini mer-
catoris, à qua fuerunt ſubtracti duc. 300.
monetæ eneę repoſiti in nonem ſaccis cū
fractione parietis, & cum propè dictam
apothecam cuſtodia nocturna deputeba-
tur, & ibidē ſolùm iuuenculus fuit adhi-
bitus, qui ob temporis moleſtiam ſomno
vacauerat,nec aliud audiuiſſe ob ſtrepitū
vrgentis ventorum fatebatur, hęſitatum
fuit ſi veniret ex hoc moleſtandus, & licet
reſpectu primi obiecti de mala cuſtodia
contra formam capitulorum Ciuitatis te-
neri videretur, cum pro cuſtodia Ciuita-
tis plures deputandi erant cuſtodes, & eo
tempore vnus tantùm fuit repertus, excu-
ſabatur quod cum eſſet infirmus,& quar-
tano morbo laborabat,dictam cuſtodiam
commiſerat duobus capitibus guardiæ,
quorum erat onus Cuſtodes ibidem ap-
ponere,& circuire Ciuitatem,ideò potiùs
illis aſcribendum erat, quam ipſi exiſten-
te tali impedimēto, non eſt dubium quin
11 Cuſtos in culpa præſumitur, niſi probet
caſum,

caſum, *Bart. in l. ſi quis ex argentariis, §. an verò, num. 1. ff. de edendo, Specul. de loc. §. 5. verſ. quid ſi locaui, Bertacch. verſ. cuſtos*, præſumitur ſed tantùm de dolo, ex *Dyn. Bart. & Bald.* notat *Bertacch. ver. cuſtos Caſtri*, excu-
12 ſatione dignus erat nō tantùm quia erat infirmus, notat *Aclius de infirmit. 1. par. cap. 46.* ſed etiam quia alios ſubſtituerat idoneos, qui relicto ibi inuenculo abierunt, vndè verè ipſi teneri videbantur, poſtquā ſuperueniente ſomno ipſius nequiuerat ipſe moleſtari; nàm ſi aliqui deputati ad cuſtodiam Caſtri, vel arcis diuiſerunt inter ſe cuſtodiam nocturnam, ſi interim
13 occupetur qui dormiebant, non tenetur, vt ex *Girard. ſingul. 37. incip. nota quod ſigrantèr*, probat *Bertacch. eodem verbo, verſ ſi aliqui deputati, Polyd. de nocturno tēpore, cap. 75. num. 1.* vbi alia plura cumulat.

Reſpectu verò alterius obiecti replicabatur dediſſe notitiam Actuario, licet de hoc non conſtaret, ſed figurabatur, quamquam notitia de tali furto aliundè peruenerat ad aures Curiæ, & ob id videbatur puniri debere, & proindè præſuppoſito
14 onere incumbente Magiſtris Iuratis, qui principalitèr tenentur nuntiare crimina, vt in *Cap. Regni Ad quietem*, vbi *Camp. nu. 2.* & meliùs in *cap. frequens, n. 25.* vbi ſubdit, q̃ ſi Magiſter Iuratus hoc nō fecerit, diceretur quodammodò ſe reū criminis conſtituere, ſed hoc proculdubio procederet quando doloſè occultando delicta non reuelauerit, quinimò ad defenſam ipſius dicebatur excuſationē dignam eſſe quando delicta eſſent occulta, cæterum quan-
15 do eſſent notoria ad talem denunciationem teneri nō videbatur, vt tradit *Camp. in d. cap. ad quietem, num. 2.* & meliùs *in d. cap. frequens, num. 26.* in terminis dixit ex mente *Bart. in l. ſi ideò, C. de iis quib. vt indign.* quod ſi Magiſter Iuratus, qui tenetur maleficia denuntiare, ſiquidèm malefactor reperiri non poteſt, quia maleficium eſt occultū, vt furtum, & ſimilia, eo caſu non punitur, ſi non denuntiauerit, proùt in caſu noſtro, accedat prædictis etiā id, quod ſubdit *Camp.* quod quando à principali of-
16 fenſo fuit præuentus, vel ab alio, qui accuſauerit, antequàm nuntiaret, excuſatur, *l. ſororem, C. de iis, quib. vt indign.* vbi *Bart.* & ſic in facto iſto conſpiciebatur aliundè fuiſſe notitiam Curiæ datam, & per principalem diſrobatum quoquè præuia eius querela Curia informata, & ideò excuſatione dignus erat, eoq; magis cum infirmus eſſet, & ſic reſpectu ſui fuit obſeruatum non eſſe moleſtandum.

*TERTIO.*

Incidit in Regia Audientia Calabriæ Citra altercatio quædam curioſa, dùm ipſa Regia Audientia in anno 1613. reſidebat in Caſali Depiniani tempore æſtiuo me ibidem commorāte inſimul cum meo Conſobrino illius Auditore Franciſco Antonio Salinas V. I. D. dùm reperiretur inquiſita quædam vidua in Curia Locumtenentis Ciuitatis Coſentiæ, quæ elegerat in forum ipſam Regiam Audientiam, & difficultatum fuit ſi talis electio benè militaret dùm rea delicti eſſet, fuit punctualitèr pro ducta doctrina *Andr.* qui punctū
17 in terminis tangit in *Conſtit. Statuimus vt M. C. verſ ſi pupillus, & vidua delinquant*, qui concludit priuilegium prædictum militare in caſu prædicto, & ità exequutum per dictam Regiam Audientiam, & iis addo *Afflict. in d. Conſtit. num. 23.* ſequentem *Andream vbi ſupra*.

*QVARTO.*

Vt plurimùm Barones huius Regni habent cognitionem vigore eorum priuilegiorum primarum, & ſecundarū cauſarum, imò aliqui ipſorum tertiarū cauſarum, & ſæpè ſæpiùs vaſſalli eorum ommiſſo medio conuolant ad M.C.V. & ad S.C. & Regias Audientias, & hoc non ſine præiudicio eorum iuriſdictionis, & inter ipſos Barones, præſertim talem cognitionem habet Sereniſſimus Dux Parmæ, & Placentiæ vtilis Dominus Ciuitatis Caſtri Maris de Stabia, qui ad euitandum tale præiudiciū, obtinuit præuia eius petitione Illuſtriſſimo Proregе oblata prouiſiones Regiæ Cancellariæ directas omnibus Terris, & Caſtris ſiſtentibus in hoc Regno, & præſertim dictæ Ciuitati Caſtri Maris nè eius vaſſalli adeant M.C.V. & S.C. ac alia Tribunalia ommiſſo medio, ſub pœna ducatorum mille, & multoties euenit caſus contrauētionis per eius vaſſallos, ob quod fuit difficultatum pro ſolutione pœnæ contentæ in prouiſionibus ipſis, & ſuppoſita pro vera concluſio-
18 ne illa, quod non dicitur aufugere, qui Superiorem adit, *Grammat. voto 39. nu. 12.* quem citat alios allegando *Farinac. de carcer. & carcerat. quaſt. 30. nu. 171.* ad quod optimè, & notabilitèr refert *Anna in ſing. 561.* fuiſſe deciſum non debere puniri vaſſallum aufugientem à carceribus Baronis ſi recta via accederet ad M.C.V. ea propter
19 ſi vaſſallus ommiſſo medio adierit Regiā Curiam

Curiam, non tenetur ad pœnam emanatã
per bannum Baronis, ne adeant aliam
Curiam ommiſſo medio, dixit *Foller. in*
*praxi crim. fol.* 112. *num* 162. quem citat, &
ſequitur *Nunt. Tartagl. in praxi M. C. cap.* 2.
*in princ.* vbi latè *Carol. Grimald in addit. in-*
*cip. aduerte quod Baro*, vbi in *verſ. ſed vt iſta*,
tangit particularẽ quæſtionem caſus no-
ſtri de Baronibus petentibus à Proregi-
bus vt mandet vaſſallis ne adeant Regia
Tribunalia in inſtantijs Baronibus con-
ceſſis, & eo caſu Illuſtriſs. Prorex per viã
prouiſionis mandar Vniuerſitatibus, &
vaſſallis vt ſupra, & ſic remouetur diffi-
20 cultas, verùm ſi nõ obſtante regia prohi-
bitione adeunt, an puniti debeant, *Capibl.*
*in pragm.* 3 *de Baron num.* 161. memor tàm
de *Föller.* quàm de *Tartagl.* & addente ad
ipſum referente fuiſſe ſubditum abſolutũ
ab hoc, nihilominus aſſerit contrarium
fuiſſe iudicatũ per S.C. in cauſa Vniuerſi-
tatis Solofræ cum Illuſtr. Domino illius,
& hanc opinionem tuetur, benè tamen
in hoc erit aduertendum, quemadmodũ
21 banna per poteſtates Terrarum fieri vi-
deantur potiùs ad terrorem, quam ad va-
lorem, vt ex *Bald.* probat *Gram. deciſ.* 36.
*ſub num.* 1. ſic tales prouiſiones pœnales,
in quibus ſolet apponi magna pœna pe-
cuniaria, quæ non poteſt exigi à vaſſallo
non habente talem facultatem, ideò ina-
nis prouiſio redderetur, & conſequentèr
22 ſubiacetur aditus ad Superiores, & de
prædictis agens *Nouar in tract. de grauam.*
*vaſſall. tom.* 1. *in grauam.* 226. ruminato hoc
negotio demùm in fine concludit ex *Vi-*
*ſcont.* tutiùs expedite prouiſiones in bene-
ficium Baronum abſq; tamen pœnę com-
minatione.

## QVINTO.

DVo principalitèr inueſtiganda erant in
cauſa Ioannis Carreſe ciuis Caſtri Ma-
ris de Stabia inquiſiti de appenſato in-
ſultu, verberibus, & ictu ſclopicti in per-
ſonam Pyrri Martini Vignapiana, quorũ
primum erat, ſi citra torturam poterat
damnari iſte inquiſitus ex confeſſione
ſpontanea per eum facta in iudicio de de-
licto, & non eſt dubium, quia iſta confeſ-
23 ſio ſponrè facta in iudicio inducat noto-
rium, vt inquit *Afflict. in Conſtit. Si damna,*
*ſub num.* 35. vbi *Andr.* quos probat *Foller in*
*praxi crimin. rubr. & ſi confitebuntur, num.* 75.
*Præſ. de Franch. deciſ.* 654. *num.* 2. *Farinac. de*
*reo confeſſ. & conu. quæſt.* 81. *num.* 4. *Hector de*
*Guido in tract. de confeſſ. par.* 3 *cap.* 3. *num.* 10.
vndè accedente hac notorietate delicti veri-
ficata etiam per ſpontaneam confeſſio-
nem ſubſequitur, quod in Iudice nõ ſunt
24 partes in hoc, niſi in condẽnando, vt con-
cludunt *Franc. Caſon. in tract. de tormentis.*
*cap.* 10. *Foller. vbi ſupra nu.* 39. vt proſequi-
tur *Iul. Clar.* alios cumulando *in* § *fin. q.* 65.
*Farinac. de reo confeſſ. & conu. quæſt.* 81. *nu.* 3.
25 in quibus locis ipſi aduertũt Iudices vt in
prædicto faciant vt inquiſitos ſe defendãt
contra talem confeſſionem, vt ſingulari-
tèr *Afflict. vbi ſupra*, etiam concludit, poſt-
26 quàm reo confeſſo, & conuicto, defenſio-
nes non ſunt denegandæ, *Farinac. conſ. crim.*
156 *num* 3 *tom.* 2. & ad ſuam innocentiam
excuſandam, *Ciazius diſcept. forenſ. tom.* 2.
*diſcept.* 9. *num.* 628. prout fuit obſeruatum
in præſenti caſu fuiſſe conceſſum terminũ
defenſionũ per ipſam Curiã Caſtri Maris,
attamen hoc ſufficere non videbatur, niſi
ipſa confeſſio fuerit perſeuerata, eo quia
27 confeſſionis perſeuerantia in criminali-
bus exigitur, ad hoc vt reus puniri poſſit,
*Ant. Columb. de forma proced in controu. crim.*
*artic.* 209. 211. cum alijs apud *Ciazium in*
*tract. de confeſſ. rei contra fiſcum cap.* 4. *num.* 6.
*& notan.* 12 quoniam aduerſus talem con-
feſſionẽ multa poſſunt opponi, & ſic con-
feſſionem ſuam quilibet poterit negare,
interpretari, & confirmari, licet nec ſpon-
28 tanea cõfeſſio ſtatim poſſit ratificari, vel
reuocari, *Gulielm. de Suzar. de indit. & tort.*
29 *nu* 48. quare cautiùs eſt, quod ratificetur,
vt ex *Puteo, Contad. & Monticell.* firmat ibi-
dem *Ciazius*, in præmiſſo autem caſu nõ
alitèr fuit reuocata, nec impugnata, imò
tacitè ratificata ex perſeuerantia in con-
templatione proceſſus, & expreſsè iterum
examinatus ſe retulit primæ depoſitioni.

Aliud quod erat inueſtigandũ, ſi ex hac
confeſſione ſpontanea facta per reum aſ-
ſerentem tale delictum commiſiſſe de
30 mandato alterius dici potuiſſet aſſaſſi-
nium, & in hoc *Farinac. de homicid. q.* 123.
*inſpect* 5. *num.* 139. *& ſeq.* firmat quæſtionẽ
in recipiente pecunias non ad occiden-
dum, ſed putà ad vulnerandum, baſtonan-
dum, & quid ſimili, vbi prima facie pro-
bare nititur negatiuam ſententiam, ſed
poſteà *num.* 142. contrariam opinionem
ſectatur affirmatiuam, quo caſu teneri vi-
detur pœna extraordinaria, & grauiùs
quã ſi abſq; pecunia vulneraſſet, vel man-
datũ de vulnerando ſuſcepiſſet, vt ex *Ma-*
*ſcard. concl.* 138. *nu* 12. *Decian cap.* 30. *tom.* 2.
*tit. de pecun. intercept. num* 41. probat *Berard.*
*Porrus in ſuo faſcic. crim. ver. aſſaſſinium, verſ.*
*aſſaſſinus an dicetur*, *fol.* 151. *Giurba conſ.* 46.
*num.* 2.

Digitized by Google

*num.2.& 9. Muſcatell. in praxi crim. rubr. de homicid. med. mand. &c. nu.55. Iul.*Cartar.*de-ciſ.82.num.6 & 7.*

Verum quia in præſenti facto non apparebat de conſignatione pecuniæ, quod eſt principale requiſitum in hoc delicto
31 poſtquàm aſſaſſiniũ non dicitur vbi pecunia nõ interuenit, *Farin. vbi ſup. nu.153.*
32 nàm aſſaſſinus dicitur is, qui recepta ab aliquo pecunia mandato intercedente alterum occidit, *vt ibi Farinac. nu.19. Caball. de omni gen. homic. num.472 Giurba in conſ.4. num.30. & conſ.70. num.24. Muſcat. in praxi crim. rubr. de priuil. & pœn. vuln. &c. num.7. Iul.*Cartar.*vbi ſup num.15.*

Imò neq; ſufficiẽs eſſet promiſſio dan-
33 di pecuniam, & ſic qualitas aſſaſſinij non probatur ex ſola datione, vel promiſſione pecuniæ, niſi fuerit data in cauſam homicidij, & hoc fuerit probatum *Farinac conſ. crim.10. tom.1. in addit lit. A.* neq; contrahitur ex ſola ſpe receptionis pecuniarum, ſeu alterius remunerationis, *vt ibi Farinac. num.3.4. & 55 d. quæſt.123. num.41. & 42. Muſcat. vbi ſupra, & num.59 cum ſeq.*

34 Prætereà exigitur acceptatio, nàm aſſaſſinium non contrahitur ex ſola pollicitatione, ſeù promiſſione pecuniæ, non ſequuta acceptatione, *idem num 27. 34. &*
44 etenim per acceptationẽ mandati facit ſe ſocium criminis, Ciazius *diſcept. crimin. forenſ. tom.1. diſcept.164. num.6.* ſicquè
35 aſſaſſinus non diceretur vbi non interuenit datio, vel promiſſio, *vt ibi Addit. lit. A.* & ſucceſſiuè acceptatio, vt dictum eſt, reſtabat ſolùm mandatum ad verberandũ,
36 quo nàm caſu etiam ſi ſuſcepiſſet mandatum ad vulnerandum, non diceretur aſſaſſinus, *vt ibi* Caball. *num.499.* firmat.

*S E X T O.*

INcidentèr fuit orta dubitatio in Curia Caſtri Maris de Stabia dùm fuiſſet captus quidam mandans ad verberandum aliquem, ob quod fuerat contumax effectus ſtante confeſſione mandatarij, & ipſo in carcere exiſtente tuebatur, nõ alitèr poſſe moleſtari ex confeſſione ſola mandatarij per eum ſpontè facta, ipſum nomi-
37 nando; nàm etſi mandans, & mãdatarius ſint correlatiua, *Farinac. conſ. crim.73. nu.3. tom.1.* & mandantis, & mandatarij delictũ vnum & idem eſt, *idem conſ 85 nu.72. & 73* vndè ſocij criminis eſſe videbantur, quo
38 nàm caſu ſocius ſpontè alium nominando ſine interrogatione, nominatio redditur ſuſpecta, Campag. *in cap. Regni frequens,*
39 *num.53.* nàm ſocius, aut particeps criminis, non poteſt recipi in teſtem, *Farinac. conſ 60 num.14. & conſ 46. num.28. tom.1.* nõ mirùm ſi ejus confeſſio non probat, *Triniſ deciſ.14. num.2 lib.2.* nec inditium facit ad inquirendum, *idem deciſ.49. lib.2. nu.56.* neq; ad torturam, *idem deciſ.50. num.56. eodem libro.*

Debebat tamen talis confeſſio ſaltim ratificari in tortura, vt fidem facere potuiſſet, & circa hoc erat aduertendum, quando cõfeſſio ratificari debeat in tor-
40 tura, ex quo dictum ſocij regularitèr facit inditium ad inquirendum, *Ciazius diſcept. crim. tom.2. diſcept.1. num.81.*ità vt ex
41 depoſitione poterit formari inquiſitio, vt dixit *ibi Camp. ſub num.55 in Addit.* latè *Almont. Ciazius diſcept. forenſ. tom.1. diſcept.8.* ſed facit qualem præſumptionem etiam in caſibus exceptis. *Farinac. conſ crimin.60. num.38.* & ad inſtructionem, *idem conſ.19. nu 18 vbi Additio lit. B.* & ſic cernitur, quod
42 ſocius criminis non facit inditium, etiã quod ſit examinatus vt teſtis, *idem conſil. 192. num.9. tom.2. Peguera in praxi crim. §.5. num 20. Ciazius diſcept 18 nu.43 diſcept 24. num.7. diſcept.2. num 19. diſcept. 92 num.9. & diſcept.18. num 47. & conſ.3. num.2.*

Eo maximè quando nõ fuerit eius confeſſio ratificata in tortura, etenim ſocius
43 criminis ſine tortura deponens, non facit inditium contra inculpatum, *idem conſ. 182. num.25. tom 2.*

44 Et ſic mandatarius non facit inditium contra mandantem ſine tortura, & non concurrentibus inditijs, *Ciazius diſceptat. crim forenſ. tom.1. diſcept.96. nu.14. & tom.2. diſcept 1. per totam.*

45 Similitèr nec dictum pueri patiẽtis ſodomiam plenè fidem facit, *Camp vbi ſup. num.54. in addit. Farinac. de indit. & tortura, quæſt.42. num.89.*

46 Eodem modo in mandante, & mandatario dicendum erit, nàm mandatarij depoſitio, & inculpatio, non facit inditium contra mandantem, etiam quod mandatarij eſſent plures, *Farinac. conſ.182. nu.18. tom.2. & conſ.55. num.4. & 17. tom.1.*

47 Et ſocij criminis, & mandatarij pari paſſu procedunt. *Perſius conſ crim.2. num 6.*

48 Et tùnc faceret inditium ad torturam, quando alia concurrerent adminicula, præſumptiones & ſimilia, *Farinac conſ criminal.10 num.46. 31. & 55. conſ.55. num.34. conſ.122. num.6. & 9. tom.1.*

49 Et requiritur ratificatio ad torturam, *Camp. vbi ſupra num.14.*

Et hoc procederet in criminibus ex-

ceptuatis

ceptuatis, vtputà potiſſimùm in crimine
50 aſſaſſini, in quo concurrentibus alijs ad-
miniculis, confeſſio ipſa fidem faceret ra-
tificata in tortura, *Camp. ibidem num. 68. in*
*Addit.* poſt *Foller. in praxi crim. rub. & ſi con-*
*fitebuntur, n.* 103 latè *Caball reſ. crim. caſu* 84.
51 Sed in alijs delictis cũ depoſitio man-
datarij non faciat de per ſe inditium ad
torturam, quoniam mãdatarius eſt ſolus,
ac vnicus teſtis, quo caſu non faceret in-
52 ditium, nàm ad probandum inditium
ſaltim duo teſtes eſſent ſufficientes, *idem*
*Camp. ibidem num 64. in princ.* vt quoquè di-
ximus ſupra *caſu 57. in princ.*

Et propterea non fuit benè viſum talẽ
confeſſionem in tortura ratificari, dùm
non erat delictum exceptuatũ, & ageba-
tur de capienda informatione, & non de
condemnatione, & aderant alia inditia
non benè probata, & tantò magis aſſe-
53 renti, ſeù atteſtanti de mandato, & com-
miſſione ſibi factis non ſtatur, *Grammat.*
*voto 34. num* 2. imò duobus exiſtentibus
54 mandatatijs deponentibus contra man-
dantem non creditur ad effectum condẽ-
nandi, *Farinac. d. conſ. 10. num. 29.* ideò non
fuit proceſſum vlteriùs.

*S E P T I M O.*

QVidam iuuenis in Ciuitate Caſtri Ma-
ris de Stabia communitèr appellaba-
tur Ritus, ſed in effectu eius nomen erat
Ioſeph: accidit ipſum fideiuſſiſſe, & aſ-
ſeruiſſe ſe vocare Ioſeph, & incuſata eius
obligatione, & vigore literarum expedi-
tarum fuiſſe carceratum, allegabat non
alitèr Ioſeph, ſed Ritum appellari, & pro-
indè non debere carcerari, fuit dubitatũ
in Curia Caſtri Maris de Stabia de hac
55 mutatione nominis, ex qua potuerat pu-
niri de falſo, ad *text. in l. 1. C. de mutat. nom.*
vbi *DD.* nomen ſibi mutans eſt delictum,
& punitur pœna falſi, *Farinac. conſ. crim. 37.*
*nu. 1. tom. 1. & in tit. de falſit. q. 150. nu. 138.*
56 Et præſertim in inuento cũ armis mu-
tando ſibi nomen, vt carcerationem eua-
dat, pœna falſi tenetur, *idem Farinac. dicta*
*quaeſt. 150. num. 140.*
57 Ex aduerſo replicabatur non eſſe de
iure prohibitum ſibi mutare nomen, vel
cognomen, *d. l. 1.* cum alijs allegatis per
*Boſſ. in praxi crim. tit. de mutat. nom. Menoch.*
*de arbitr. Iud. caſu 318 num. 2.*
58 Hoc tamen procederet quando ſine
fraude, & dolo, quis nomen ſuum muta-
uerit, ſecus tamen ſi cum fraude, & præiu-
dicio alterius, vel doloſè id fieret, vt pro-
ſequitur *Farin. d. q. 150. nu. 144. Menoch. ibi*
*num. 19. Caball reſol crim. caſu 276. num. 12.*
*& 13. Guliel. Boekall. de publ. iudic. diſquiſ. 8.*
*in 6. notab. fol. 257. & 258.* vbi exẽpla ponit.

Videndum erat in caſu propoſito, ſi in
fraudem, vel doloſè hoc geſtum erat, nàm
citra dubium in obligatione in ſcriptis
verum nomen expreſſerat, & plus opera-
tur, quod ex ſcriptura apparet, quam id,
quod ore promulgatur, quæ enim ſcri-
59 buntur in memoriam futurorũ refertur,
quod ſecus eſt in eo, quod ore profertur,
vt elegantiſſimè ponderat *Praſ. de Franch.*
*deciſ. 533. num. 4.* malum quod dicunt ho-
mines ſcripturis eſt grauiùs quam verbis,
quia ſcriptura nunquàm amictitur, attẽ-
ditur enim mutatio nominis in celebra-
tione contractus magis, eo maximè ſup-
60 ponendo nomen alterius, quo caſu pœna
falſi ſuccederet, vt probat *ibi Farinac. num.*
243. *Menoch. vbi ſupra num. 24.* vbi *num. 26.*
aſſerit nomen immutari, tùnc dici cum
re, & verbis immutatur, & ſic conſiderata
mutatione nominis iſtius rei ad euitandũ
61 carceres, aliqua excuſatione videbatur
admitti, pro qua nulla pœna imponi po-
tuiſſet, vt optimè conſiderat *Farinac. vbi*
*ſupra num.* 141. ampliùs quia nullum præ-
iudicium attulerat alicui, dùm exiſtebat
carceratus vigore literarum exequutoria-
lium expeditarum vigore obligationis, in
qua verum nomen deſcriptum erat, idcir-
cò fuit abſolutus, ſed remanſus carcera-
tus pro eius debito.

*O C T A V O.*

QVidam Calciolarius in Ciuitate Caſtri
Maris de Stabia dùm ſuam exerceret
artem, moleſtabatur à quodam puero,
quem pluries eeprehenderat, vt deſiſteret,
& demùm inaduertentèr cum certo in-
ſtrumento ad eius artem pertinens, certo
modo in eum intulit illud eum percutiẽ-
do ſubterfugiem oculi, ob quod fuit car-
ceratus, & agebatur de pœna inferenda,
dubitari contingit, quia non doloſè id
proceſſerat, ſed ad euitandam moleſtiam
62 illius, ad hoc enim allegabatur *tex. notab.*
*in l. ſed in quemcunquè, ff. ad legem Aquil. §. ſi*
*magiſter,* vbi caſus refertur conſimilis de
ſutore, & puero diſcenti ingenuo filio-
familias parũ benefacienti, quod demon-
ſtratum erat formam calcei ceruicem ità
percuſſit, vt oculus puero perfunderetur.
Reſpondit ibi *text.* ex ſententia *Iuliani,*
iniuriarum quidèm actionem non com-
petere, quia non eſt facienda iniuriæ cau-



Digitized by Google

ſa percuſſerit, ſed monendi, & docendi
cauſa, an ex locato dubitat, quia leuis
dumtaxat caſtigatio conceſſa eſt docen-
ti, ſed lege Aquilia poſſe agi non dubitat,
ex quo reſultare videbatur aliquantulum
differri caſus ille, ab iſto, licet in ſubſtan-
tia conueniant quòad actionem iniuria-
rum benè cõcordare, nàm ſicut ceſſat ta-
lis actio in *d. §. ſutor*, eo quia ille puer erat
diſcipulus, quod non poterat huic mili-
tare, ex identitatis ratione conuenire vi-
63 detur, quàmuis non eſſet diſcipulus ad
corrigendum, tamen malos mores nemi-
ni prohibitum eſſe conſpicitur, *cap. diſci-
plina 45. diſt.* latè *Alber. in diction. ver. corre-
ctio in qua*, ſi benè exceſsũ erat ob impor-
tunitatem pueri, contra quem percuſſor
inſtrumentũ quodam in eum intulit im-
patientiæ cauſa motus, non alitèr animo
oſtendendi, & caſu vulnuſculum proceſ-
ſerat, ceſſare videbatur actio iniuriarum
64 reſtante actione legis Aquiliæ quòad in-
tereſſe tantũ reſpectu æſtimationis dam-
ni, vt probat *Io. Criſpus de Montibus in ſua
nomenclat. action. lit. legis Aquiliæ*, & ampliùs
non aderat oculi eneruatio, ſed tantùm
ſimplex percuſſio, ideò fuit abſolutus à
65 criminalitate, ſicuti verbera illata à ma-
giſtro diſcipulo ſuo, præſumuntur ad
emendationem illata, & ob id iniuriam
non inferunt, nec pœna digna ſunt, *Me-
noc. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 17. num. 13.*

## N O N O.

Contingit in Ciuitate Caſtri Maris de
Stabia, quod quidam nobilis alium
nobilem verberauit cũ baculo, talis enim
66 verberatio cum baculo eſt atrox, & gra-
uis iniuria, teſte *Grammat. deciſ. 98. nu. 20.*
& ſi iniuria, quæ verberibus fit vili, &
ignobili perſona dicatur atrox, ex *Caſtill.
deciſ. 171. num. 22.* probat *Reg. Merlin. con-
trouerſ. forenſ. tom. 1. cap 66. num. 25.* quantò
magis ſi fuerit nobili illata, poſtquàm
67 iniuria atrox reputatur apud nobiles, &
militares, qui magis vellent vulnerari,
quam verberari, inquit *Muta in pragmat.
Sicil. tit. 43. num. 3. & ſeq.*
68 Quocirca attenta iſta atrocitate iniu-
riarum, quæ procedit ratione loci, perſo-
narum temporis, & ſimilium, poſt *Menoch.
de arbitr. caſu 263. Caball reſol. crim. caſu 71.
num. 56. Perſius conſ. crim 29. num. 11. Farin.
conſ. crim. 30. nu. 26. & 112. tom. 1. & conſ. 10.
num. 112.*
69 Sed cum varijs modis committatur, vt
*ibi Caball num. 5.* proſequitur.

Varijs pœnis plecti debet iuxtà Iudi-
cis arbitrium, *Farin. in praxi quæſt. 22. nu. 15.
& quæſt. 105. num. 56.*

Idcircò circumſcriptis pœnis impoſi-
tis dè iure communi contra verberantes,
cum ſpecialitèr de hoc ſit prouiſum in
70 Regno contra verberantes nobiles, alios
nobiles prouiſum eſſe pęnã annalis exilij
extra Regnũ, vt expreſsè habetur in *Con-
ſtitut. Regni Vt dignitatum*, ibiq; *Afflict.* no-
tat, ſic tali pœna exiſtente imponenda
erat iſti nobili, ſed difficultati contingit,
quia iſte nobilis verberans erat filiusfa-
milias, & pubes, non poterat ſine maximo
incommodo, & intereſſe extra Regnum
ſe conferre, & alienæ poteſtati ſubmiſſus
parere, ideò dubitatum fuit quid iuris in
hoc erit conſiderandũ, vndè quemadmo-
dum ex conſimili cauſa excuſantur pueri,
71 quãuis puberes adire Sedem Apoſtolicã
ex cauſa excommunicationis incurſę, per
*text. in cap. antepenult. de ſent. excommun.*

Sic paritèr in hoc caſu videbatur con-
cludendum, nõ alitèr extra Regnum exu-
lari, ſed id mitigari aucto tempore exilij,
& ſic fuit obſeruatũ, vt exularet per *bien-
nium* intra Regnum.

## D E C I M O.

72 De Iure communi ſtatutum eſt, quod
bona contumacis erint annotanda,
ad *text. in l. 1. ff de requir. reis*, vbi *D. D.* poſt
*Foller. in praxi crimin. rubt. annotent. bona, in
princ. Farinac. in eius praxi crimin. quæſt. 11.
num. 2.* vbi plures allegat ad finem hoc in-
troductum eſt, vt ipſi compareant:, aliàs
73 elapſo anno ſi non comparent, bona ipſa
Fiſco incorporantur, & ſi comparent, illis
reſtituantur, *vt ibidem Foller. & Farinac.*

Quod etiam comprobatum de Iure
Regni in *Conſtit. Grandis vtilitas*, vbi *Affl.*
74 Quocirca dato quod fieri debeat iſta
annotatio bonorum, ad hoc vt confiſcari
debeant, vt ex *Pinell. in l. 1. C. de bon. matern.
par. 2. num. 25.* probat *Alfar. de offic. fiſc. gloſ.
17. num. 92.* & optimè *Guazzin. de confiſcat.
bonor. concluſ. 4.* vbi oſtendit modum, & for-
mam faciendo tales annotationes.

Sed an, & quando fieri debeat ipſemet
*Guazzin. vbi ſupra num. 11.* aſſerit, talem
75 annotationem fieri non poſſe niſi poſt
contumaciam, licet hodie non ſeruetur,
quia fit antequàm contumacia ſequatur,
imò ante tranſmiſſionem citationis, &
niſi ſaltem ſint aſſumpta inditia, ex *Pere-
grin. ibi relato*, ad quod *Foller. vbi ſupra* in-
quit, vt plurimum Iudices timentes de
non comparitione citati ante contuma-
ciam

ciam contractam ſolent procedere ad di-
ctam confectionem inuentarij, quod qui-
dem permittitur nè res Fiſco fraudentur,
& occultentur, ſecundum *Bart. & Afflict.*
*ibi relatos*, ex quo ſtatim contracta contu-
macia irremiſibilitèr ius quæſitum eſt Fi-
ſco pro tertia parte bonorũ, ad quod op-
timè *Capyc.decif.131. num* 5. inquit, quod
Officiales, & Poteſtates Terrarum hodie
76 ſtatim commiſſo delicto, faciunt deſcribi
omnia bona delinquentium, & ſequeſtra-
ri nè occultentur, & ſic in contingentia
facti mihi occurſi in Ciuitate Theani ſer-
uaui. Die 18. Aprelis 1614.

## *VNDECIMO.*

PEr Reuerendiſſimum Epiſcopum Hor-
toni Generalem Auditorem Status Se-
reniſſimi Ducis Parmæ, & Placentiæ, vti-
lis Domini Ciuitatis Caſtris Maris de
Stabia, fuit cauſa homicidij commiſſi in
perſonã Pompei Scafarti, delegata V.I.D.
Scipioni Rouito, qui in cauſa ipſa pro-
ceſſit ad certos actus grauaminum præ-
tenſorum, aliquorum inquiſitorum.

Indè quędam mulier inquiſita pro cau-
ſa prædicta obtinuit reſcriptum ab eodẽ
Reuerendiſſimo Epiſcopo delegante, per
quod mandabatur Curiæ prædictæ Ciui-
tatis, quod aut cauſam expediat, aut ipſã
habilitet in domo cũ cautione; fuit enim
difficultatum de valore talis reſcripti, ſi
de iure ſubſiſteret, poſtquàm aderat Iu-
77 dex delegatus dictæ cauſæ, qui nõ habet
iuriſdictionem propriam, ſed vice fungi-
tur delegantis, ad *text. in l. 1. §. qui mandatã,*
*ff. de officio eius, & l. ſi prætor*, notat *Gloſ. in*
*cap. 1. 94. diſt. verſ. auctoritas*, ſi benè Ordi-
78 narius conſtituitur à Principe, Papa, Im-
peratore, vel Rege, Populo lege, vel con-
ſuetudine, vt inquit *Marant. in eius ſpeculo*
*par. 4. diſt. 5. num. 23.* adhùc tamen vt ipſe
79 ſubdit delegatus verò ab omnibus præ-
dictis, & à quolibet Ordinario per iura
ibi relata, *Bellon. in tract. de mand iuriſd. c. 5.*
*quæſt. 4. per totam*, & talis poteſtas delegan-
di eſt iuriſdictionis, vt ipſe *ibi ſubdit n. 30.*
80 & delegare nil aliud eſt, quam vices ſuas
committere, vt probat idem *Bellon. eodem*
*tract. cap. 1. quæſt. 2. nu. 5.* ſubſequitur, quod
81 delegans cum cauſæ ſuo ſunctus eſt offi-
cio dicto Abbati in committendo in in-
tegrum vices ſuas dixit *text. in cap. venera-*
*rabili, de offic. Iudic. deleg.* & conquieſcit eius
officium, quinimò concludit *ibi Gloſ. ſu-*
*per verbo vices ſuas*; per multa iura, quod
delegatus committens vices ſuas, non
poſſit iterum ad ſe reuocare; nàm vices
82 ſuas ſi quis commiſerit alicuĩ, cenſetur
commiſiſſe totum negotium quod habe-
bat, vt dixit *ibi Abb. num. 11.* & conſequen-
83 tèr Subdelegatus poſtquàm cępit in cau-
ſa cognoſcere nõ poteſt per delegantem
ampliùs remoueri, *vt ibi num. 1.* probat,
quo fit, vt tale reſcriptum inualidum re-
84 putebatur, vltra quod delegatio eſt ſtricti
iuris, *Macerat. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 83.*
*num. 3.* ſimiliter reſcripta delegatoria,
85 *idem d. lib. 1. reſol. 8. nu. 4.* nàm talia reſcri-
pta delegatoria cauſarũ ſunt iuris ſcripti,
*Afflict. decif. 366. nu. 3.* latè *Oldrad in tract. de*
*liter. & mandat. Princip. in prælud. 11. num. 1.*
non fuit vlteriùs proceſsũ per ipſã Curiã.

## *DVODECIMO.*

REperto iuuene quodam intus cameram
certæ mulieris in Ciuitate Caſtri Ma-
ris, fuit de nocte arreſtatus per filium ip-
ſius mulieris, & carceratus ab eo, vſque-
quo peruenerat ad notitiam Curiæ, cum
autem id perueniſſet ad aures ſororum
iuuenis, fregerunt ianuam, & eripuerunt
dictum iuuenem, de quo conqueſtus eſt
iuuenis filius dictæ mulieris in Curia
querelam criminalem exponendo contra
dictum iuuenem repertum, de ſtupro cõ-
86 miſſo in viduam, vndè fuit dubitatum
quid iuris, *Guido de Suzar. in tract. de indit.*
*& tortura, num. 36.* inquit, quod ſi quis re-
peritur in domo pulchræ mulieris, ſeù
puellæ, vel reperitur exire de domo præ-
ſumitur ſuppoſuiſſe, & *Farinac. de delictis*
*carnis quæſt. 136. nu. 144.* probat, quod adul-
terij, & copulæ carnalis præſumptio, ſeù
87 potiùs probatio oritur, ſi mulier cum
viro ſoli reperiantur in eadem camera
hora ad copulam carnalem comoda, &
88 ſequitur *num. 158.* quod adulterij, & co-
pulæ carnalis præſumptiò eſt contra iu-
uenem deprehenſum in domo pulchræ
mulieris, & ſatis *Maſcard de probat. concluſ.*
*61. num. 1.* refert, quod adulterium proba-
tur ex eo, quod quis inuenitur in domo
alicuius vbi eſt pulchra mulier, *Bertaz. zol.*
*conſ. 273. num. 12. tom. 2. & conſ. 20. num. 123.*
*volum. 1.*
89 Et citra dubium adulterium præſumi-
tur ex deprehenſione viri, & mulieris for-
moſæ, ex multis probat *Tiraquell. de leg.*
*connub. l. 2. num. 9.*

In caſu enim allegato ſupra ceſſabat
iſta qualitas pulchritudinis, nàm hęc mu-
lier erat vetula, & monocula, vndè adultę-
rium non præſumebatur, in dubio quini-

mõ ceſſante hac qualitate, videbatur ceſ-
ſare præſumptio adulterij, quocirca con-
90 cluſio fortaſſis locum ſibi vendicare nõ
poſſet, quando vir eſſet deprehenſus in
domo mulieris deformatę, vt ex *Tiraquell.*
*vbi ſupra*, probat *Maſcard. loc. cit. ſub num.* 3.
ſic contra repertum in ſermone cum fæ-
mina in ſenectute conſtituta abeſt ſuſpi-
tio venerea cum ea, *Tuntol. in* 1. *iudicio*,
*num.* 17. & ad hoc inquit *Farinac. conſ. cri-*
*min.* 78. *num.* 34. *vol.* 1. quod adulterium
91 & carnalis copula non probatur per in-
greſſum in domum mulieris, niſi ingreſ-
ſus deprehendatur in actibus venereis,
ſed benè ex tali ingreſſu præſumitur vo-
luntas ad carnalem cognitionem, neque
adulterium probatur, ex eo quod fue-
rit iuuenis in camera cum calceis ſolutis,
& muliere clauſo oſtio negante ibi aliquẽ
eſſe, probat *Conſiliar. Paſcal. de virib. patriæ*
*poteſt par.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. inſuper videre
92 ſimpliciter ſolùm cum ſolo, non arguit
adulterium, refert *Perſius conſ. crim.* 11. *n.* 6.
ſubdens, nec adulterium probatum cen-
ſetur ex eo, quod quis ſolus cum ſola in
thalamo clauſo repertus ſit, & vir ſoluta
habeat formalia, & mulier recuſet clauſũ
reſerare hoſtium.
93 Inſuper eſt de iure poſitum, quod filius
pro vendicanda ſuam iniuriam, non ſolũ
adulterum ſuæ matris occidere non po-
terit, inquit *Gloſ. in l. quod ait, ff. de adulter.*
*Gram. in Conſtit. Si maritus, num.* 17 neque
eius matrem, ex *Cyn. in l. Graccus, C. de adul-*
*ter. Salic. & Caball.* probat *Conſiliar. Paſchal.*
*vbi ſupra num.* 18. accedente patris conſen-
ſu, *Giurba conſ. crim.* 86. *num.* 11. *&* 12. & ſi
accuſare non prohibebatur in caſu enar-
rato, non benè de delicto conſtabat, ideò
fuit liberatus in forma.

### DECIMOTERTIO.

IN Ciuitate Theanenſis, ac alijs Terris Ill.
Principis Hoſtiliani ſolent fieri commiſ-
ſiones Gubernatoribus illarum generali-
tèr, & eis prohibentur expreſſim facere
compoſitiones cum inquiſitis abſquè li-
centia Domini pro eorum delictis, verùm
quia Iudicibus aſſiſtentibus non altèr in
eorum commiſſionibus prohibebatur, &
& pluries requiſitus à Gubernatoribus vt
tales compoſitiones facere debuiſſem, re-
plicaueram id mihi non fuiſſe inhibitum,
quanquàm ipſis prohibitum erat, adhùc
tamen ſtante eorum prohibitione, quia
ad effectum peruenire non poterant, non
tamen prohibitum erat declarare ſi lo-
cus erat compoſitionibus pro delictis, ex
dictis per *Paul. de Caſtro in l. ſi quis, §. eius,*
*num.* 3. *ff. de iniuſto rupto teſtam.* vbi dixit,
94 quod qui condemnare non poteſt, pote-
rit tamen declarare aliquem condemnan-
dum eſſe, ità ſi locus erat compoſitioni,
& ſic pluries obſeruaui, declarando poſſe
reum admicti ad compoſitionem in caſi-
bus à iure permiſſis.

### DECIMOQVARTO.

MVltoties euenire ſolet in gubernijs per
Gubernatores Terrarũ carcerari de fa-
cto perſonas abſq; voto Iudicis Cõſulto-
ris, aut aſſeſſoris eis inconſultis, & dùm
abſq; eorũ conſilio id cõtingat, indè car-
cerati cõqueruntur de indebita carcera-
tione corã Iudicibus, & proptereà incidit
diſceptari an tali exiſtente carceratione
de facto erint liberandi carcerati, vel de-
tinendi.
95 Non eſt dubium, quod capere aliquem
de perſona dicatur eſſe iuriſdictionis,
*Campag. in cap. contra effrenatas, num.* 14. car-
96 ceratio in criminalibus eſt ſimplicis iu-
riſdictionis, *Giurba conſ.* 65. *num* 9. & carce-
97 ratio eſt iuriſdictionis exercitium, *idem*
*conſ.* 96. *num.* 6. & licet Officiales deputa-
ti per Terras iuriſdictionem habere di-
cantur.
98 Non tamen alijs permiſſum erit ſine
ſpeciali mandato regio, & Officialium, vt
*in cap. quod nulli aliquos.*
99 Adhuc tamen ipſi Iuſtitiarij, & ſimiles
carcerare nequeunt perſonas abſq; conſi-
lio, & voto Iudicum, & Aſſeſſorum, eò ma-
ximè ſi parati eſſent dare fideiuſſores, vt
inquit *Capit. Regni Item caueant Iuſtitiarii,*
ibiq; *Campag.* nàm carcerari vt quis de-
100 beat, prius videndæ ſunt informatio-
nes, *Muta in pragm. Sicil tit.* 2. *num.* 36. & ſine
inditijs nemo poteſt carcerari, *Anton. de*
*Ballis lib.* 5. *de pragm. Regni pragm.* 2. *tit.* 12.
*num.* 2.
Solẽt enim mali Præſides, & tranſgreſ-
ſores legum facere, & aſſerere, quod la-
101 bor, & ſumptus faciunt prouentum,
vt ex *Afflict.* notat *Camp. in cap. item quod*
*prædicti Iuſtitiarii occaſione, num* 18. & car-
102 ceres facere prouentus, dicunt rapaci
Barones, vt dixit *Capiblanc. in prag.* 19. *nu.* 9.
*de Baron.*
103 Et neſciunt, quia ad totale intereſſe
carceratorum tenentur quando de facto
ità procedunt abſquè voto Aſſeſſoris, &
Iudicis, vt dictũ eſt, ad quos ſpectat onus
conſulendi circa carcerationes ſubiecto-
rum,

rum, & *Camp. in d. cap. item caveant, num.*9.
104 dixit, quod Iudices, & Aſſeſſores, qui dant malum conſilium, vt aliquis carcerétur, qui carcerari non debet, & punitur pœna ibi tradita *num* 8 poſt *Parid de ſyndic. verbo captura, in princ. Foller. in fragm. ſuæ praxis, tit. de reor. cuſtod num.* 166.

Et proindè circa hoc exiſtente carceratione facta de facto per ipſos Iuſtitiarios, ſeù Gubernatores, inconſulto Iudice, aduertendum erit, quoties iuris ordo non fuerit ſeruatus, & verè conſtaret de
105 debito, eius captura non retractabitur, vt probat *Donat. à Fine inter commun. opin. lib.* 4. *tit. ſi certum petatur, num.* 113 vbi id limitat tripliciter, ex *Iaſ. ibi relato*, & antè *com Par. vbi ſupra num.* 1. *& ſeq.* ponens
106 regulā, quod Iudex non debet incipere à captura debitoris, niſi in ſubſidium, nō exiſtentibus bonis, aut imminere ſuſpi-ctio fugæ, de quo ſatis apud *Borgn. deciſ.* 1.
107 *par.* 1. hinc captura pro debito non liquido, vel incerto, prohibita reperitur, & qualiter procedatur in tali caſu, refert *Merenda conſ.* 96. *num.* 17. *par.* 2.

In criminalibus verò *Foller. in praxi criminali ſub. ſtudeat ſe ornar. bene vau mor. nu.* 58. quē ſequitur *Peguera in praxi crim. cap.* 12. §. 3. *num.* 4. declarat regulam illam, quod
108 in criminalibus eſt permiſſa captura, & ab ea poteſt inchoari inditijs non præcedentibus, licet non ſit capta informatio, vbi plures allegat, quod procedit facta diligentia perhabita aliquali informatione ſummaria, ex *Blan. ibi relato*, nàm regu-
109 lariter Iudex non poteſt deuenire ad capturam, niſi realiter conſtet de delicto, probat *Petr. Paul. Guazzin. in tract. moral. ad defenſ. anim. Aduoc. Iudic. & reor. lib.* 2. *defenſ.* 2. *cap.* 19 *in princ.* & ibi quando captura ſit iuſta.
110 Cæterum autem quando eſſet iniuſta captura notoria, quam ſectatur *Guazzin. pater in tract. ad defenſ. tom.* 1. *defenſ.* 5. *cap.* 4. *num.* 8. & eo caſu ſtatim erit relaxandus, vt idem probat *in defenſ.* 5. *eod. cap.* 4. prolixiùs agit poſt *Farinac. in eius praxi crimin. quæſt.* 27.
111 Ea propter ſi bene talis captura ſit arbitraria, vt ex *Claro quæſt.* 28. probat *Ambroſin. in ſuo proc. informat. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 5. adhùc tamen *nu.* 6. declarat, qualiter hoc arbitrium regulari debeat, & quæ ſint cōſideranda, vt ibi erit videre poſt *Farinac. vbi ſupra num.* 128. *& ſeq.*
112 Niſi fortè fuerit captus in fragranti crimine, vt per *Foller. in eius praxi rubr. item quod fuit in fragranti crimine*, & *Guazzin. d. tract. ad defenſam, tom.* 1. *defenſ.* 5. *cap.* 8. &
113 captus in fraganti dicitur qui in actu delicti apprehenſus eſt, *Giurba conſ.* 98. *n.* 1. & quemadmodum nō poſſunt carcerari
114 ſine Iudicis voto, ità nec poſſunt excarcerari niſi de ordine Iudicum, & cum apodixa Magiſtri Notarij, vel Iudicum, *Muta in d. pragm. tit.* 31. *num.* 8.

## DECIMOQVINTO.

Fvit dubitatum in Regia Curia Monopolitana in cauſa Mauri Galoppi ſi verè inſultus dicebatur, dùm hoſpes manus inieciſſet in eius famulum, & ipſe cōuocando alios cohoſpites, vt occurriſſent contra dictum præuaricantem armata manu,
115 poſtquàm inſultus eum armis, ſeù cum lapide, & fuſtibus videtur commiſſa violentia publica, & imponitur pœna deportationis, § *item lex Iulia de vi, Inſtit de publ. iud.* cum alijs apud *Campag. in cap. ab illo, num.* 60 *in Addit.* & ſatis per *Mutam in prag. Sicil. tit.* 44. *à num.* 6. *cum ſeq. Anton. de Balliis in tract. crim lib.* 3 *de liter. diſpenſ caſu* 4. *nu.* 2.

In caſu de quo agebatur, fuit in conſideratione habitum principaliter, quod inſultus nil aliud eſt niſi in alium ſaltus, ex *Alex. Bal. et Tuſch.* tradit *Muta in d. prag.*
116 *Sicil tit.* 45. *num.* 4 & ſic inſultus conſiſtit in amotione corporis de vno loco ad alium, ex *Alex. conſ.* 34 *& alijs.* probat *ibidē Muta num.* 3. quo ſit, quod dùm non fuerit
117 factus motus de loco ad locum, inſultus non videbatur factus, optimè *Muſcatell. in praxi crim. tit. de vuln. leth num.* 44.

Remanſerat ſimplex rixa ſic habita inter eos huiuſmodi contra inſultantem,
118 quo caſu inſultatus, & prouocatus quid quid facit ad eius defenſionem facere preſumitur, *Farinac. conſ. crim.* 35. *num.* 21.
119 *& in Addit. lit. H.* inſultatus enim omnia præſumitur facere, & feciſſe ad ſui neceſſariam defenſionem, non ad vindictam, *Bertazzol. conſ. crim.* 1. *num.* 15. *conſ.* 31. *nu.* 2. *conſ.* 128 *num.* 3. *& conſ.* 135 *num.* 5 *vol.* 1. vbi alia notatu digna diſſerit *d. conſ.* 135.
120 Ampliùs conſideratum fuit talē rixam in continenti exortam fuiſſe, non ex interuallo proceſſum ad inſultum de conſimili caſu agit *Poerbus in ſuo faſcic. crimin.* §. *inſultus, fol.* 467. quod ſucceſſo inſultu inter duos famulos, ſeù ſtabularios eodem die dixerat: *Impara à portar riſpetto alli Gentilhuomini*, fuit indè inquiſitus vnus ipſorū, quod appoſtatæ cū baculo percuſſerit, vbi duo tēpora attendi debent, nempè aliud eſſe de eo, qui commotus recēte

 dolore

dolore offenſæ acceptæ aliud in eo, qui
ex internallo præcedente deliberatione,
121 quem inſulrat, primum dici ſolet *à ſan-
gue caldo*, ſecundum dicitur *à ſangue fred-
do*, ex quibus declaratur inſultus ſi erat
punibilis, vel non, ex iuribus ibidem rela-
tis, imò cenſuit *Gurba conſil. 86. num. 22.*
122 quod inſultatus etiam ex internallo ag-
greſſorem occidens incontinenti ſe de-
fendiſſe dicitur, & ſi ad extraneos actus
grauiori fortuna iactatus ſit, verum, quia
non fuerat proceſſum ad alios actus, non
123 fuit vlterius proſecutum, nàm inſultus
cum armis excogitatus, graue eſt delictũ
percuſſione ſequuta, ità *Reg. Sa. ſelic. in ſua
praxi iudiciaria, ſectio* 18. *num.* 14.

*DECIMOSEXTO.*

DOn Franciſcus de Cordua olim Gu-
bernator Ciuitatis Monopolis, cui aſſi-
debã vti Iudex illius Ciuitatis certo die
fecit examinare quoſdam teſtes ad defen-
ſam certi inquiſiti me inſcio, quod egre-
tuli, poſtquàm de iure proditum eſt, quod
124 teſtes priùs debent per Iudicem audiri,
oretenùs nè contingat fieri impoſtura, vt
dixit *Guazzin. in tract. ad defenſam reorum,
tom. 1. defenſ. 14. cap. 2. in princ. Anton. de Bal-
lis in tract. crimin. lib. 2. de quæſt. & torment.
quæſt. 11. num.* 5.
125 Et poſtmodùm ipſi teſtes pro informa-
tione Curiæ, & ſine citatione partis reci-
piuntur de generali conſuetudine, vt idẽ
probat *d. defenſ. 14. cap. 1. nu. 1.* ſubdẽs *nu. 7.*
126 quod teſtes pro informatione Curiæ
debent recipi per ipſoſmet Iudices, nec
commicti Notario, *Farinac. conſ. crimin. 35.
num. 35. tom. 1. Grammat. voto 3. num. 42.*
127 Et ſic teſtes examinati coràm Nota-
rio, & non coràm Iudicè, non probant,
*Farinac. deciſ. crim. 215. num. 5. tom. 2.* nàm
128 teſtium examinatio non poteſt com-
micti Notarijs, ſeù Tabellionibus, qui
ſcribere poſſunt, non autem examinare,
ex *Luc. de Penna*, notat *Muta ad pragm. Sicil.
nt. 20. num. 2.*
129 Nullumq; faciunt indicium, niſi repe-
tantur, *Ambroſin. in ſuo proceſſu inform. lib. 2.
cap. 9. num. 4.* latiùs *Dom. Reg. Merlin. con-
trouerſ. forenſ. tom. 1. cap. 42. Farinac. de teſtib.
quæſt. 66. num. 310.*
130 Vndè talis repetitio paritèr fieri debet
coràm Iudice, & Notario, prout ipſemet
*Ambroſin. d. proceſſu lib. 3. c. 2. in prin. Guaz-
zin. in tract. ad defenſam reorum, tom. 2. defenſ.
25. cap. 2. num. 1. & cap. 1. num. 16.*
131 Niſi fuerint habiti pro repetitis à par-
te inquiſiti, quando teſtes examinati pro
informatione Curiæ, non dicuntur habiti
pro repetitis, niſi expreſsè habiti fuerint
pro talibus, licet reus offerret ſe habitu-
rum illos pro talibus, *Ambroſ. d. lib. 3. cap. 1.
num. 37.* vltrà alias limita.
132 Quantò magis quando teſtes recipe-
rentur ad defenſam reorum, vt in ſpecie
attingit *Iul. Clar. in § fin. quæſt. 26. in princ.*
ibi ſi teſtes reciperentur ad defenſam de-
ponunt, vt plurimum recipiuntur ab ipſis
Iudicibus, quia eo caſu maior ſubeſt frau-
dis ſuſpictio, & optimè *Caræu. in ritu 83. in
princ.* vbi praxim Neap. de hoc tradit, vt
corã Iudice, & Fiſco recipi debeant iuxtà
diſpoſitionem *pragmat. ibi relat.*

Idcircò iuſſi iterum eos examinari co-
ràm me, & non abſq; ratione, nàm ſicuti
teſtes nullitèr examinati, non poſſunt re-
peti, ſed debent de nouo examinari, niſi
pars pro repetitione inſteterit, *Farinac. de-
ciſ. crim. 31. num. 5.* vbi *Additio.*

Sic è conuerſo teſtes nullitèr recepti ad
defenſam de nouo erint examinandi.

*DECIMOSEPTIMO.*

QVidam N. de Moruillo conuentionem
fecerant cum Regia Curia vendere
biſcentum Archibuſia, de quibus quin-
quaginta oſtenderat Secretario Suæ Ex-
cellentiæ ſatis congrua, & commodè, de-
indè alia fuerunt tradita, de quibus mul-
ta eorum fuerunt reperta inualida, & pa-
rum acta, ſupponendo mala pro bonis,
difficultari contingit, ſi in totum contra-
ctus veniebat reſcindendus, vel pro parte
eorum defectiuatum, & non eſt dubium
133 quin detur redhibitio pro omnibus ſi
emptor velit, ex *l. cum eiuſdem. ff. de ædilit.
edicto, Cepoll. in l. Labeo. num. 2. ff. eod. Borgnin.*
optimè *deciſ. 31. num. 389. par. 2. & deciſ. 40.
ſub nu.* 45. addo *Nattam conſ.* 175. ad quod
faciunt cõgeſta per *Mangil. in tract. de euict.
quæſt. 133. num. 4. &* 5. quod vendens vni-
co pretio, plures res, vna euicta tenetur
reſtituere pretium, ſi emptor partem ſolũ
nõ fuiſſet empturus, & hoc ob indiuidui-
tatem contractus, licet aliàs reſciſſio da-
retur pro parte, & pro alia parte contra-
ctus cenſeretur validus, & iterum *q.* 165.

Hæc quòad ciuilitatem, quo verò ad
criminalitatem videbatur contractum
134 eſſe crimen ſtellionatus, ex *Gloſ. in l. 3.
verſ. ſuppoſuerit, ff. de crim. ſtellionat.* ſubdit in
locum earum, quas obligaturum ſe dixe-
rat, & oſtendat creditori futuro, & ſic ma-
las in locum bonarum poſuit, & ſubdit in

*verbo*

*verbo auertit*, vt quia iam obligauerat bo-
nas, ſed non tradiderat, poſteà autem
tradidit malas dicens eas eſſe quas obli-
gauerat, &c. quam ſequitur *ibi Natta*, vbi
aſſignat rationem, *& iterum conſ.* 176. idē
135 confirmat, nàm vēditor dolo malo ver-
ſari videtur, ſi rerum venditarum quali-
tates, quæ emptorem forſan ab emendo
deterruiſſet, ſupprimat ex iuribus citatis
per *Barzium deciſ.* 62. *num.* 7.
136 De pœna autem huiuſmodi delicti la-
tiſſimè agit *Farinac. in eius praxi crim. tit. de
delictis, &c. quæſt.* 19. *à num.* 33. *ad* 38.

Fuerunt tamen ipſi venditores con-
demnati ad triremes per quinquennium,
die 19. Auguſti 1628. præuia relatione
Præſidentis Corcione.

*DECIMOOCTAVO.*

QVidam inquiſitus per Curiam Roccæ
Monfinæ de vulnere illato, aſſerebat
id feciſſe ad ſui defenſionem, ex quo
vulneratus ipſum priùs verbis aggreſſus
fuerat, deinde ſe inuicem manibus per-
cuſſerunt, & præ moleſtia lapidem in ca-
put aggreſſoris intulit, ob quod vulne-
ratus remanſerat, dubitatum fuit ſi veni-
137 ret puniendus aliqua pœna, & circa
hoc DD. cenſuerunt, quod licet à tanto,
non tamen à toto excuſaretur, & ſucceſ-
ſiuè pro exceſſu moderaminis tutelæ pu-
niendus veniret *Vrſill. deciſ.* 206. *nu.* 5. *&* 11.
vt proſequitur *Farinac. de homic. quæſt.* 125.
*num.* 402. *cum ſeq.* per exempla oſtendit,
138 eo quia in defenſione non ſeruauerat
modum inculpatæ tutelæ, nàm modus in
ſe defendendo, ſiuè culpa, ſiuè dolo, exce-
dens de exceſſu tantùm punitur, *Caball. in
tract. de omn. gen. homicid. num.* 98. *&* 103.
*Paul. Bellon. tract. de poteſt. eorum, quæ incon-
tin. fiunt, lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 8.

Et ſi benè *Afflict. in Conſtit. Aſperitatem,
num.* 18. dicat eſſe menti tenendum vnum
verbum, quod iſtud moderamen inculpa-
tæ tutelæ non conſideratur, ſi indelibera-
tè, & accenſus furore iracundiæ inſultās,
exceſſit modum in defendendo, tùnc non
imputatur exceſſus in defendendo, quia
139 in hoc caſu non poteſt vti hac moderā-
tione, quia primi motus non ſunt in pote-
ſtate noſtra, & ſic tùnc non poteſt diſcer-
ni verum à falſo 11 *quæſt.* 3. *cap. ità hoc*, vo-
luit *Abb.* poſt *Gloſ. in cap. ſignificaſti. de homi-
cid.* & ſic patet, quod in rixa non poteſt
conſiderari dictum moderamen, *l.* 1. *ff. de
except. l.* 2. *ff. de damno infecto*, licet totum
hoc ſit in arbitrio Iudicis, ſecundum
DD. videlicet *Abb. Sicul. & Io. de Anan. in
d. cap. ſignificaſti*, idemq; aſſequitur *Gram.
conſ. crimin.* 29. *num.* 34. *Caball in tract. de omni
gen. homicid. num.* 101. moderatio inculpatæ
140 tutelæ certa regula comprehendi ne-
quit, ſed Iudicis arbitrio committenda,
qui arbitrabitur, an quis in meris defen-
ſionis finibus ſteterit, nec ne ex *Abb. & Sa-
lamon.* probat *Georg. Obrecht de defenſ. ne-
ceſſ. cap.* 12. *num.* 73. latè *Farinac. de homicid.
num.* 395.
141 Et propterea cum ipſa moderatio in-
culpatæ tutelæ conſiſtere videatur in mo-
do, tempore & cauſa, *Caball. reſolut. crimin.
caſu* 294. *num.* 44. & in *eod. tract. num.* 94.
*Georg. Obrecht. d. tract. cap.* 10. *num.* 2. 3. *&* 4.
*& cap.* 3. *num.* 21. *quæſt.* 125. *num.* 395. *Bellon.
eod tract. d. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 4. *Guazzin. in tract.
ad defenſam reorum, defenſ.* 29. *cap.* 5. *Franc.
Zuanet. in tract. de defenſ. tripar. par.* 2. *num.* 1.
142 Modus enim in ſe defendendo eſt cum
eodem genere armorum, & cum eiſdem
verbis, cum quibus iniuria illata fuit, *Ca-
ball. d. tract. num.* 95.

Sicquè quādo non fuerit ſeruatus mo-
dus ab inſultato ſe defendendi, & talis
modus conſiſtit in genere armorum in
animo, & voluntate, ac etiam inæqualita-
te facti, offenſionis ſcilicet, & defenſio-
143 nis, vt ſcilicet inſultatus talem faciat
defenſionem qualis fuit offenſa, *Farinac.
d. quæſt.* 125. *num.* 349. & propterea non di-
citur ſeruatū moderamen ab eo, qui per-
144 cuſſus puta in digito percutiente, reper-
cutit in capite, vt ſubdit *ibi Farin. nu.* 350.
prout erat in caſu iſto, modū defenſionis
145 eum non ſeruare, DD. quoquè dicunt,
qui cum poſſit euadere mauult reſiſtere,
*Georg. Obrecht. d. tract. cap.* 10 *num.* 9. tamen
ſequenti *num.* 10. aſſerit contrariam ſen-
tentiam eſſe probandam, nempè vim eſſe
propulſandam; non fugiendam, & hæc
contraria ſententia certo iure confirma-
tur, *vt ſubdit num* 11. vt proſequitur de-
clarando *Farinac. ibi num.* 370 *& ſeq.* alia
enarrantur ab eodem *Franc. Zuan. eodem
tract. par.* 2. *num.* 4. vltra *Farinac. loco citato
num.* 349.
146 Tempus enim erit in hoc ſeruandum,
nàm defenſio corporis ſtatim debet fieri,
rerum autem ex interuallo, *vt ibi Bellon.
num.* 6. intuetur *Caball reſolut. crimin. caſu*
294. *num.* 344 *Sperell. deciſ.* 45. *nu.* 83. adeò
quod moderamen defenſionis vbi non eſt
ſeruatum in tempore, tùnc pro exceſſu
147 imponitur non pena ordinaria delicti,
ſed extraordinaria, *Farinac. vbi ſupra num.*
342. & 344. & ideò moderamen defenſio-
nis,

148 nis, & inculpatæ tutelæ nō dicitur ſer-
uatum, quando quis ex interuallo aduer-
ſarium offendit, *Farinac. ibidem num.* 338.
aliàs non diceretur defenſio, ſed vindicta,
*Sperell. vbi ſupra num.* 84. poſt *Franc. Zuann.
d. tract. par. 3. num.* 50.

149 Cauſa autem in hoc erit ſatis attendē-
da, eo quia moderamen defenſionis, & in-
culpatæ tutelæ, exceditur etiam reſpectu
cauſæ, quoties quis alium percutit, & vul-
nerat nō animo defendiſſe, ſed vulciſcen-
di, vt *ibi Farinac. num.* 353. *&* 382. *cum ſeq.
Menoch. de arb. Iud caſu* 363.

150 Sed præ cæteris erit attendenda quali-
tas perſonarum principalitèr in hoc mo-
deramine defenſionis inculpatæ tutelæ,
quemadmodùm *Farinac. ibidem num.* 365.
proſequitur, & ſeq. ſi inſultans erit for-
tior inſultato, & eſſet puer, vel debilis, vel
robuſtus, *vt ibi conſiderat.*

In caſu de quo agebatur, non erat du-
bium, quin incontinenti facta fuerat rixa,
151 & in ea exceſſus, ob quod puniri de-
buerat, ſed quia in moderamine inculpa-
tæ tutelæ non requiritur æqualitas per-
cuſſionum, vt dixit *ibi Farinac. num.* 351. *&
ſeq.* & talis exceſſus præſumitur potiùs
culpa, quam dolo commiſſus, *idem ibidem
num.* 416. & ſequitur *num.* 417. quod mo-
deraminis inculpatæ tutelæ exceſſus nun-
quàm dicitur ex dolo, & ex propoſito cō-
miſſum, quando tempus non patitur deli-
152 berandi conſiliū, & ob id moderamen
inculpatæ tutelæ non poteſt conſiderari
in rixa, inquit *Caball. eodem tract. num.* 102.
153 non mirùm ſi hoc relictum ſit arbitrio
Iudicis, vt dictum eſt ſupra, & per exem-
pla oſtendit *Menoch d. tract. caſu* 364. con-
ſideratis perſonarum, qualitate modi,
temporis cauſę, & offenſionibus occurſis,
vt benè iudicium ſuper hoc interponere
154 poſſit, eo quod iniuria grauior exiſti-
matur ex loco, tempore, & perſona, *Iul.
Cartar. deciſ.* 37. *num.* 12. *& deciſ.* 63. *num.* 20.
155 ideò arbitraria pœna punitur, *idem de-
ciſ.* 68. *num.* 23. quæ repoſita eſt Iudicis ar-
bitrio. *Caball. reſolut.* 71. *num.* 2. *Menoch. de
arbitr caſu.* 263. *Iul. Cartar. deciſ.* 63. *num.* 17.
*deciſ.* 66. *num.* 10. *& deciſ.* 37. *nu.* 12. & quan-
156 do ſit iniuria leuis, vel grauis, ſimilitèr
eius arbitrio relictum eſt, *idem deciſ.* 82.
*num.* 31. fuit dimiſſus reus ob vulnuſculū
illatum vt carcer cederet in pœnam.

*DECIMONONO.*

REperiebatur inquiſitus quidam in Cu-
ria Theani, prætextu quod eleuaſſet
manum, vt daret cuidam alapam, & ab
157 alijs detentum non conſumauerat actū,
vndè fuit difficultatum, quod ſtante que-
rela partis, ſi condigna pœna puniri de-
buerat, & de hoc eſt *text. ſpecialis, & vulga-
tus in l. item Apud.* §. 1. *ff de iniur.* per quem
text notat *Paris de ſyndic. verſ. ſyndicantur*
158 *etiam, num.* 1. quod Officiales non ſolùm
tenentur iniuriarum actione ex verbera-
tione, ſed etiam ſi manus eleuauerint ad
percutiendum, etiam ſi non percuſſerint,
quod etiam aſſequitur *Arnon. epit.* 74. vbi
ſubdit, ſed iſta non procederent hodie
attenta *Regni Conſtit. cuius initium eſt Aſpe-
ritatem, ſub rubr de pan. eius, qui contra ali-
quem tantùm arma extraxerit*, per quem ex-
159 trahens tantùm arma contra aliquem
punitur ad duplicatam pœnam aſporta-
tionis armorum, de qua in *Conſtitut. In-
tentionis noſtræ, de illic. aſport. arm. & de pœna
percutient.* cum eis, hæc ille, & vltra eos
*Farinac. in praxi crim. quæſt.* 105. *num.* 7. & 8.
vbi plures DD. ad hoc allegat, vt tenea-
tur, eleuans manus, ſi non percuſſerit,
actione iniuriarum, quemadmodùm etiā
160 dicitur inſultus factus per eum, qui ha-
bet manus ad latus enſis, nec extraxiſſet
enſem, *Muta in pragmat. Sicil. tit.* 14 *num.* 9.
vbi ſequitur *num.* 10. ſicut de habentibus
petras, & cultellos ad manus, eſto non
eijceret; non fuit vlteriùs proſequutum
ſtante remiſſione partis.

*VIGESIMO.*

CVm fuiſſet facta quædam compoſitio
certi delicti per Curiā Ciuitatis Thea-
ni pro ducat. triginta ex cauſa ictus ſcop-
picti immiſſi, quæ tamen fuerat firmata
à Gubernatore, non autem à Iudice, neq;
ab Actuario, & ibi facta quædam prote-
ſtatio Erarij aſſerentis non eſſe validam,
ſed nullius roboris, & momenti, poſtmo-
dùm fuit reperta firmata tàm à Iudice,
quàm ab Actuario ſub ſigis pennæ factis
161 ab Erario, difficultari contingit ſi po-
terat reuocari, & à quo Iudice, pro reſolu-
tione articuli deduxi *Caran. in ritu* 276.
*num.* 6, dicentem eſſe reſidendam à Iudi-
ce ſecundarum cauſarum, & non à primo
Iudice, & ſic fuit exequutum.

*VIGESIMOPRIMO.*

QVidam ciuis Neapolitanus degens in
certa parte Regni commiſit delictum,
& Officialis illius Terræ contra eum
proceſſerat ad informationem capiendā,
& contra eum proſequendo, paſſus fuit
ſecum

ſeenm procedi, non allegando ciuilitatem Neapolitanam, & ſic prorogando tacitè iuriſdictionem contra formam pri-
162 uilegij conceſſi Neapolitanis, vt in *ritu* 301. *ibiq; Carau.* ob quod videbatur illud amiſiſſe, ex traditis per *Maſull. ad Capyc. deciſ.* 59. ſed pars aduerſa cōparuit Neap. In Magna Curia, aſſerendo ipſum eſſe Neapolitanum, & contra eum Neap. procedendum vigore dicti priuilegij, & ſic per Magn. Cur. Vic. fuit dictum, quod cauſa remaneat, & hoc bene vt conſiderat *Carau. d. ritu num.* 7. quē ſequitur *Maſull. ad Capyc. deciſ.* 9. *num.* 16. *&* 18. quod etiam ſi Neapolitanus ſemel conſenſiſſet
163 foro alterius Officialis, quam Ciuitatis Neapol, quia non potuiſſet prorogare iuriſdictionem Iudicis non ſui in præiudicium Vniuerſitatis Neap. cui per hunc Ritum conceſſum eſt, quod eius ciues, & habitantes non poſſunt trahi in alijs Tribunalibus, vbi alia plura deduxit quanquàm hoc videatur conceſſum actori querulanti adire Magn. Cur. licet extero
164 ex regula illa; quod ſi reus haberet plures Iudices, electio erit actoris de Iudice, ex adductis per *Afflict. in Conſtit. Si quis in poſterum, num.* 56. vbi dixit hoc procedere de iure communi, cæterum autem quando Iudices eſſent dati ex priuilegio particulari, tunc electio erit rei per iura ibi citata.

### VIGESIMOSECVNDO.

165 CLericus libellum infamatoriū porrigens, vel affigens ſi non probauerit iniuriam de Iure Canonico punitur pœna flagellationis, textus eſt apertus *in cap.* 1. 5 *quæſt.* 1. vbi *Gloſ.* hoc notat, quod ſequitur alios DD. citando *Farinac. in ſua praxi crimin. tit. de var. & diuerſ. crimin. quæſt.* 105. *num.* 470. de Iure Ciuili eſt pœna capitalis, *l.* 1. *C. de fam. lib.* niſi docuerit eſſe vera, quæ dixit *Goffred. à Baio in praxi crimin. §. iniuria, num.* 4. & quamuis hæc pœna
166 contra Clericos non fit in vſu, vt congruit *Iul. Clar. in eius praxi quæſt.* 70. *num.* 2.
167 nihilominus hæc pœna remiſſa Iudicis arbitrio ex diſpoſitione *text. in l.* 1. *C. de fam. lib.* canonizati *in cap. ſi qui* 5. *q.* 1. vbi imponitur pœnam capitalem, quæ licet tripliciter intelligatur, & in dubio de minori
168 criminis intelligenda *Maranta in ſpeculo par.* 4. *num.* 63. in Regno tamen quòad laicos
169 fuit intellecta pro pœna capitis, hoc eſt mortis, *Praſ. de Franch. deciſ.* 535. ſed quò ad Clericos non poteſt vltra pœnam fuſtigationis extendi per illum *text.* licet

170 enim pœna fuſtigationis videatur æquiparari cum relegatione, per ea, quæ tenet *Marant. in* 4. *par. ſui ſpeculi diſt.* 2 *num.* 6. tandem reperi *Epiſcopum Genuen. in ſua praxi Curiæ Archiepiſc. Neap. cap* 35. *num* 6. in an-
171 tiquis, dicentem, Clericum poſſe fuſtigari intra tamen Eccleſiam, non extra propter honeſtatem, & ità concordat pœna Canonis citata, à qua non erit recedendum, & ſic reſpondi.

### VIGESIMOTERTIO.

172 EXtat *Regia Pragmatica Card. Granuelæ ſituata in pragmat.* 4. *de armis*, pœnam imponens omnibus, qui ſcoppictam portant in loco habitato carricam, ſicuti ſi cum armis fuiſſet inuentus, ac alia Pragmatica Excell. Comitis Oliuares *in pragmat* 34. *§. item, che neſſuna perſona, eod. tit.* vbi imponit pœnam quinquennij ad remigandum, & inde confirmata per Excellentiſs. Comitem de Lemos *in pragm.* 14. *§.* 8. *eod. tit.*

Accidit, quod cum fuiſſet quis captus cum ſcoppicta carrica intus habitatum, non tamen cum palla, ſed cum puluere
173 tantùm, dubitatū fuit qualiter puniendus veniret in Regia Audientia Calabriæ Citra, reperi *Foller. in pragmat.* 1. *de ictu ſcoppicti num* 51. punctualiter tradens, quod ſi quis immiſerit ictum ſcoppicti abſque palla, ſed cum carta non continetur in pœna illius Pragmaticæ, ſed extra ordinem puniri debet, quem etiam ſequitur *Muta in pragmat. Siciliæ tit* 41. *num.* 127. limitando illam Pragmaticam non procedere quando ictus eſſet non cum palla plumbea, ſed cum carta, aut bombace, ex *Paride de Puteo ver. pœna, & Ballis ſuper dicta pragmat.* ſed extraordinaria pœna locū haberet, vt fuit iudicatum.

### VIGESIMO QVINTO.

EXpoſita fuit querela in Curia Theani contra quendam qui explantauit arborem ſicomorum de territorio conuicino, & in ſuum territorium paſtinauerat, propter quod fuit dubitatum qua pœna erat, afficiendus, in hoc erit diſtinguendum, quod ſi arbor fuerit ſolùm cauſa ex territorio non alibi paſtinata, & tunc ſibi
174 vendicaret titulus arborum furtim ceſarum, *text. eſt in l.* 2. *§. quod ſi quis, ff. arbor. furt. ceſ. Farinac de furtis quæſt.* 168. *num.* 17. ſin autem fuerit cauſa ab alieno territorio, & in ſuum iterum paſtinata, tunc mi-
175 litaret pœna legis Aquiliæ, ex *text. in l. furtim, §. ſi radicibus, ff. eodem, Gloſ. in d. §.* quod

*quod ſi quis, in verſ.tranſtulerit*,& ſic diuerſæ
ſunt actiones circa hoc, vt refert *Horat.*
*Carpan. ad Statuta Mediol. cap.366. num.4.*
*& cap.371.num.5.*
176 Talis igitur actio legis Aquiliæ com-
petit ad damna, & intereſſe, *l. qua actione,*
*§.ſi quis in colluctatione, ff.ad legem Aquiliam,*
cum alijs apud *Pet. Iacobi in ſua praxi, rub.*
*de action.leg. Aquil.nu.8. Io. Criſp. de Monti-*
*bus in ſuis terminis actionum, tit legis Aquiliæ.*
177 Et tùnc communis æſtimatio locum
habebit in hac actione, idem *Petr. Iacob.*
*vbi ſupra num.7.* & qualitèr æſtimatio erit
facienda arboris fructiferæ inciſæ, docet
*Carpan.in d.ſtatutis Mediol. d.cap.371.nu.13.*
*& ſeq. & cap.371.num.132. Borgn.deciſ.44.*
*num.72.par.1. Ioſeph.Ludouic. Rot. Lucenſ.*
*deciſ.27. in fine, Boer. in Conſuet. Biturig. tit.*
*des coſtumes, §.1.col 3.& 4.*
Ex ijs infertur quòad actionem de ar-
boribus cedendis, ſeù arborum furtim
ceſarum, quod pœna eſt ſuſpenſionis fur-
carum, etiã ſubiectio beſtiarum, per *l. 2.*
vbi *Gloſ. ff.arb. furt. ceſar.* & aduerte proùt
*Gloſ. in fine d.l. aduertit*,quod qui radicitus
178 arbores euellit minus punitur quã qui
arbores incidit, & hoc ideò quia qui
euellit non animo incidendi, ſed alibi
plantandi euellit, ſed qui incidit animo
eam accendendi incidit,quæ deperditur,
& quæ plantatur lucratur, quia plantatio
abundantiam, & accenſio penuriam Rei-
publicæ generat, & magis intereſt Reipu-
179 blicæ fructus,quam ligna habere,& hęc
iudicio meo credo, quod ratio eſt, quare
magis in vno, quam in altero delicto de-
linquens punitur, ſunt verba *Nicolai Car-*
*boni in ſua practica practicarum, lib. 2. cap.8.*
*num.30.* & ſic fuit practicatum.

### *VIGESIMO QVINTO.*

LAurentius de Martino in ſuo teſtamen-
to hæredem inſtituit Ioſeph Baldaſſa-
rem Franciſcum Antonium de Martino
eius filium cum tali conditione: *Però, che*
*morendo detto ſuo figlio, & herede in pupillari*
*etate, vel poſt quandocunque ſenza figli legiti-*
*mi, e naturali in detta ſua heredità,& beni ſuc-*
*ceda, e debbia ſuccedere il Venerabile, e Sacro*
*Hoſpitale dell' Incurabili maggiore di Napoli*
*ſiſtente, & per vicino la vera Eccleſia di Santa*
*Maria della Gratia ſopra Napoli, in lo quale*
*caſo detto Lorenzo ſubſtituiſce ſuo herede det-*
*to Sacro Hoſpitale dell' Incurabili di Napoli,*
*dopoi laſcia vſufruttuaria ſua moglie Siluia*
*Baſile nel modo contento in detto legato; Final-*
*mente detto Lorenzo laſcia Tutrice pro tempo-*
*re Curatrice di detto ſuo figlio, & herede detta*
*Siluia ſua moglie, alla quale dà poteſtà di man-*
*dar in eſecutione il preſente teſtamento iuſta ſua*
*ſerie, continenza, & tenore.*
Poſt hæc dicta Syluia tranſactionem
fecit cum dicto Hoſpitale non exiſtente
caſu ſubſtitutionis ſoluendo duc. . . . .
dummodò dictum Hoſpitale renunciaſ-
ſet in beneficium ipſius ſubſtitutionem,
& ſic in effectu fuit ſubſequutum die 7.
Aprelis 1636. in qua ipſa Syluia aſſeruit
eſſe viduam relictam dicti quondã Lau-
rentij præuio ordine Magn.Cur. *vt dixi in*
*3.par. compendij ver.ſubſtitutus locus.*
Indè poſt obitum dicti hæredis com-
paruit dictũ Hoſpitale petendo immitti
in poſſeſſione bonorum ſtante caſu obi-
tus hæredis poſt pupillarem ætatem ſine
filijs ſtante nullitate tranſactionis factæ
per matrem aſſerentẽ eſſe viduam, quàm-
uis Tutricem iàm nuptam de mẽſe Octo-
bris 1635. quocirca tranſactio locum ha-
bere non poterat, ſed Hoſpitale ſuccede-
re ob dictam falſam aſſertionem; nàm
actus falſus eſt ipſo iure nullus, quia falſi-
180 tas eſt cõtra ius,ſicuti actus factus con-
tra prohibitionem legis eſt ipſo iure nul-
lus *Farin conſ.81.num.3. Iul.Cartar. deciſ.93.*
181 *num.2.* ità aſſertio fàlſa, & mendacium,
facit præſumere dolum,& malum animũ,
idem *Farinac.conſ.80.num.94.*
182 Inſuper accèta nullitate tranſactionis,
poſtquàm mater per tranſitum ad ſecun-
da vota ipſo iure perdit tutelam, *Guttier.*
*de tutel. par.1.cap.8.num 88. Nicol. Carbon.in*
*ſua pract.practicarum,lib.2.cap.4.num.76.*
Etiam ſi eſſet teſtamentaria, *Amat.reſo-*
*lut.14.num.12.*
Nec poterit in ea conſeruari, ſi Iudex
ità decreuiſſet, *Càcer.variar.par.1.c.7.n.67.*
183 Ità quod ſententia non erit opus, ſe-
cundum *Raph. & Modern. in l. omne, C. ad*
*Tertullian.* quos probat ibidẽ *Guttier. n.99.*
184 Prætereà quatenùs pro Tutrice inter-
ueniſſet, vt communitèr reputabatur nõ
184 procederet diſpoſitio *l. Barbarius, ff. de of-*
*ficio Prator. Guttier.d.tract.par.3.cap.8 n.28.*
185 Et demùm tranſactio erit nulla, quan-
do pro modico magnę hæreditati renun-
tiatur, *Soccin.iun.conſ.144.num.15.vol.1.*
Ex parte ipſius Syluiæ replicabatur ip-
ſam eſſe Tutricem teſtamentariam, & tu-
186 tela teſtamentaria cæteris dignior eſt,
*Montan.de tutel.cap.8 num.1.& cap.13.nu.3.*
indè tutela teſtamentaria honor appella-
tur, *idem cap.26.num.3.* quo fit,quod ſi Tu-
tor teſtamentarius non adimpleuerit ſol-
lemnia,ex quo apparebat patrem non ſo-
lùm Tutorem, ſed etiam adminiſtratorẽ
bono-

bonorum relinquiſſe, ità vt nec decreta
187 requirantur, ſufficit vt ſibi ſit conceſſa
libera adminiſtratio in teſtamento, *Afflict. deciſ. 262. ſub num. 2. Miſinger. cent. 2. obſeruat. 37.* & proindè geſta per tutorem, qui non adimpleuit, adimplenda valebũt,
188 quando geſta per eum concernerẽt pupilli fauorem, *Vrſill. d. deciſ. 262. num. 8* nàm regularitèr non valerent, *Guttier. eod tract. par. 5. cap. 8. num. 15.* niſi fuerint confirmata per Iudicem, *Guttier. d cap. 8. num. 25.* ea
189 propter cum tranſactio, & res iudicata æquiparentur, *l. non minorem, C. de tranſact. Soccin. iunior conſ. 132. num. 7. & conſ. 146. num. 22. volum. 3.* dùm ſententia profertur
190 contra minorem, procuratore exiſtente non legitimè conſtituto, non valeret, ſecus ſi eſſet fauorabilis, *l non eo minus, C. de procur.* ad quod in terminis tutoris non legitimi, facit *text. in l. ſi tutor, C. in quibus cauſ. reſtit. in integr. non erit neceſſ.*

191 Inſuper quia mater tenetur intra annũ tutorem petere, nè priuetur ſucceſſione, *Gloſ. in l. 1. ff. qui pet tutor. Franch. deciſ. 167.*

192 Attamen ſi non petierit Tutorem, licet ſucceſſione priuetur, non tamen tutela, *Guttier. d. tract. par. 1 cap. 16. num. 131.*

In præſenti caſu quia aderat dictum Hoſpitale ſucceſſurum in adminiſtratio-
193 ne, non erat opus petitione, nàm excuſatur mater, ſi Tutorem non petierit, exiſtente teſtamẽtario, *Montan. de tutel. cap. 18. nu. 38. poſt Socc. iun. conſ. 16. nu. 7. et 12. vol. 2.*

Paritèrq; ex ſubſtitutione facta in beneficium Hoſpitalis, quo caſu mater non
194 tenetur petere tutorem pupillo, quando ei relictus eſſet ſubſtitutus, *Guttier. d. par. 16. num. 111.*

195 Inſuper quia iſta mater erat executrix, quæ tranſierat ad ſecunda vota, non per hoc priuabatur officio executoris, *Montan. d. tract. cap. 15. num. 109.* ergò nec tutela, quia non deſinebat eſſe tutrix, ſecundum *Gloſ. Io. et alios relatos à Gloſ. in d. l. omnẽ, verſ. perſoluerit,* vbi *Salyc.*

Et deniquè quia iſta mater licet dixiſſet in inſtrumento eſſe viduam, tamen aſſeruit in fine, vt non præiudicaretur eius matrimonio contracto, vel contrahendo, ob quod ſcientia Hoſpitali fuit habita, & pro legitima perſona.

Et ſucceſſiuè ceſſare videbatur aſſertio falſa, poſtquàm pœna falſi de iure cõ-
196 muni, nec etiã intrat pro omni aſſertione falſa, ſeù deceptione doloſa, ſed tantùm pro ea, quæ reperitur expreſſa in capitibus legis Corneliæ de Sicarijs, ità ex *Bart. Imol. & Monticul.* probat *Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 150. par. 1. num. 9.* nõ fuit vlteriùs proſequutum.

## POSTREMO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inditium probatur per duos teſtes,*
2 *Cadauer occiſi repertum in domo rei, eſt maximum inditium, ſed an ſufficiens ad condemnandum, vel torquendum, num. 15.*
3 *Arma ſanguinolenta reperta in domo inquiſiti eſt maximum inditium, an ad condemnandũ, vel torquendum, num. 16.*
4 *Allocutio ſecreta eſt inditium, & num. 5.*
6 *Calore iracundiæ animus perturbatur.*
7 *Nemo præſumitur ſine cauſa delinquere.*
8 *Cauſa leuis, & fatua, excuſat à dolo.*
9 *Inditia duo indubitata ſufficiunt ad probandũ.*
10 *Inditia duo ſufficiunt ad condemnandũ ad pœnam extraordinariam, nàm tendunt ad leuem pœnam, num. 11.*
12 *Inditia leuia, faciunt inditium graue.*
13 *Pragm. Card. Zapat. circa inditia indubitata ſufficientia ad condemnationem pœnæ ordinariæ, declaratur.*
14 *Inditium indubitatum quodnàm dicatur.*
17 *Tutius erit torquẽdi reũ ex inditijs indubitatis.*
18 *Deciſio M.C.V. refertur.*

### ARGVMENTVM.

Agitur ſi ex inditijs remotis, & proximis poſſit deueniri ad condemnationem, vel potiùs ad torturam.

ANnis proximè præteritis ſucceſſo quodam homicidio in perſonã N. de quo fuit imputatus quidam Medicus eius gener, contra quem fuit capta informatio, ex qua apparebant ſubſcripta inditia.

Primò, extabant depoſitiones duarum mulierũ aſſerentiũ vidiſſe ambos diſcedere ex domo ſoceri, & per alios binos teſtes maſculos trãſiſſe ipſos in domum generi.

1 Et ſic inditiũ probari debet ſaltim per duos teſtes. *Farin. conſ. 138. nu. 29. vol. 2.* latè *Guazzin. ad defenſ. reor. in defenſ. 30. cap. 31.*

Secundò, fuit repertum cadauer illinc ad 40. dies in domo ipſius generis, quod
2 eſt magnum inditium, per ea, quę deduxit *Farin. in eius praxi crim. quæſt. 51. num. 98.*

3 Tertiò, poſt certum temporis ſpatium refertur fuiſſe repertã cortellam ſanguinolentam, & vaginam in domo ipſius generis, ꝙ eſt etiam magnũ inditium, ità vt poſſit torqueri, idẽ *Farin. d. praxi q. 52. n. 56.*

4 Quar-

4 Quartò, refertur allocutio facta per ge-
nerum cũ ſocero in ſecreto de-mane an-
tequã ſurgeret, & propalauerat eius filiæ,
qualitèr ibat in domũ ſui generis, cui vo-
luerat dare quandam pecuniarũ quanti-
tatem in partẽ ſui debiti, vndè ex tali ſe-
creta allocutione paritèr reſultauerat in-
ditium, *Farinac. d. praxi q. 43. nu. 176. & 74.*

Quintò, qualitèr cum fuiſſet ipſe gener
interrogatus ab eius vxore de ſuo patre
dixit neſcire, dicendo: *foſſe ſtato occiſo.*

Ex ijs inditijs prætendebatur contra
eum procedi poſſe ex proceſſu informati-
uo, & per maiorem partem Dominorum
Iudicum M. C. V. fuit votatũ, quod den-
tur defenſiones.

Poſt defenſiones, & cõpilato proceſſu,
fuit hæſitatum ſi poterat procedi ad con-
demnationem ad pœnam ordinariam ex
inditijs indubitatis, vel ad torturam.

Et licet ex parte inquiſiti replicaretur
circa Primum, quod fuerant viſi exire de
domo, nàm poterãt in viam ſeperari, ſimi-
litèr contingi poterat aliundè exire.

Circa Secundum replicabatur in eadẽ
domo alia exiſtere appartamenta, & ha-
bitari per alios, non tantùm per ipſum
reum, item vbi ſepultũ erat cadauer, erat
locus vbi habebat introitum per quadã
portellam intus cortile dictæ domus, &
exitum habebat per aliam partem licet
obturatum cum lignaminibus.

Ad Tertium replicabatur, quia nõ fuit
reperta cortella in domo propria ipſius
Medici, nec in poſſe ipſius.

Ad Quartum, non erat tanti momenti
cum inter cõiunctos hoc ſolet contingе-
5 re, vel palam, vel in ſecreto alloqui, nàm
talis allocutio inditium leuiſſimũ eſt, ità
*Ciazius diſcept. crim. 119. nu. 1. tom. 1.* & con-
tra loquentem non facit inditiũ, niſi alia
concurrant, *vt ſubdit nu. 4. & diſc. 192. n. 99.*

6 De vltimo non curandum, quia calore
iracundiæ hoc dixit ex iuſta perturbatio-
nis cauſa, *idem in diſcept. 65. num. 6.*

7 Ex quibus inferebatur ad cauſæ expe-
ditionem eſſe priùs cauſam perſcrutan-
dam, nàm nemo ſine cauſa delinquere
præſumitur, *Farin. conſ. 170 n. 15 tom. 2.* quę
eſt Regina delictorũ, & cauſa, vt diceba-
tur erat, quia ſocer erat debitor in certa
pecuniarum quantitate, & iſta leuis de-
8 monſtrabatur cauſa, & talis cauſa leuis, &
fatua excuſat à dolo, *l. igitur, §. 1. ff de liber.
cauſ.* cum alijs apud *Cribal. de homic. ſimpl.
vol. ſeù puro, num. 6.*

Et reſpectu dictorum inditiorũ conſi-
derabatur non omnia eſſe indubitata, ſed
ad duo tantùm redigebantur, hoc eſt ad
inuentionẽ cadaueris, & cortellæ ſangui-
nolentæ, & de iure proditũ eſt, quod duo
9 ſaltim inditia indubitata ad minus eſſe
debeãt, ex quibus delictũ probari poteſt,
*Farin. conſ. 192. n. 25. tom. 2,* & conſequentèr
data tali probatione delicti procedi ad
cõdemnationẽ, erit aduertendũ, quod in-
10 ditia indubitata ſufficiunt ad condẽnan-
dum in pœnã extraordinariã, *Farin. conſ.
24. nu. 41. & conſ 78. nu. 27. tom. 1.* & ſic nõ ad
pœnã ordinariã, *idem conſ. 100. n. 10. eo. vol.*
11 ſicq; talia inditia indubitata ad inferen-
dam leuem pœnam tendunt, *Caball. reſol.
crim. caſu 288. num. 67.*

12 Reſpectu verò aliorũ inditiorũ diceba-
tur, quod etiã inditia duo leuia faciãt in-
ditiũ graue ſufficiens ad torturam, *Farin.
conſ. 5. num. 103. tom. 1. & conſ. 10.* vbi *Addit.
lit. G. & conſ. 56. num. 4.*

13 Et quãuis ex diſpoſitione Reg. Pragm.
Card. Zapat. anni 16v1. die 20. Septembris
mãdet, vt in delictis atrocioribus, & exẽ-
plaribus Iudices poſſint ex inditijs indu-
dubitatis procedere ad impoſitionẽ pęnę
ordinariæ, tamẽ ibidẽ refertur declarãdo
inditia indubitata eſſe talia, quòd probata
14 ſint legitimè, & inducant mentẽ Iudicũ
ad credendũ delictũ fuiſſe commiſſũ ab
inquiſito quietando eius intellectũ, quod
eſt etiã de iure comprobatũ ſufficere in-
ditia ad cõdemnandũ, quando vrgẽt, & quòd
animus Iudicãtis nõ poſſit perſuaderi ad
credendũ cõtrariũ, *Caball. d. caſu 288. n. 10.*

15 Si .n. attẽdatur inditiũ ex cadauere re-
perto in domo rei, tùnc .n. oritur præſũ-
ptio contra ipſũ quod occiderit, inquit
*Farin. d. praxi q. 53. n. 98.* ita vt ex ſolo ſuffi-
ciat ad torturã, vt ſubdit *n. 88.* nõ tamẽ ad
condẽnationẽ, vt ſequitur probãdo *n. 119.*

16 Similitèr & aliud inditiũ cortellę reper-
tæ inſãguinatæ, nàm maximũ oritur indi-
tium cõtra eũ, cuius gladius repertus fuit
penès cadauer occiſi, & cũ illo gladio ille
occiſus fuit, & penès inquiſitum fuerit re-
perta vagina vacua apta ad recipiendum
gladium repertũ, tùnc enim ex hoc ſolo
reũ poſſe bene torqueri, ex *Boer. Carrer. &
Menoch.* probat ibidem *Farinac. num. 74.*

17 Sed quia verę nõ fuerunt plenę talia in-
ditia probata, tùnc quãdo inditia, & præ-
ſumptiones quãdo vrgerent cõtra inqui-
ſitũ etiã indubitata, tutius eſt illũ torque-
ri, quã cõdẽnari, *Farin. d. conſ. 175. n. 18 to. 2.*

18 Et ſic facta relatione in M.C.V. per Iu-
dicẽ Philippũ Martuſcellã die 12. Septẽb.
1637. fuit deciſum, quod torqueretur, in
Banca Anaſtaſij, penès Currum Scribam.

F I N I S.

Digitized by Google

# INDEX
# MATERIARVM
## LOCVPLETISSIMVS
### RERVM OMNIVM,

Quæ in toto hoc Opere continentur vna cum correctionibus.

A


ABſentia debet probari. *caſu* 1. *num.* 110.

*Accipiens pecuniam ab aliquo, vt illam tradat, tenetur actione mandati. caſu* 33. *num.* 10.

*Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. caſu* 28 *num.* 2.

*Actentans emictere ictum ſcoppicta, & ſe penituit, non alitèr pœna mortis punitur, ſed de vi publica caſu* 43 *num.* 9.

*Actendi debet, quod principalitèr ſit. caſu* 14. *num.* 44.

*Actentatum, non tamen conſumatum ex Conſuetudine Italiæ non punitur, niſi ſequuto effectu. caſu* 43. *num.* 16.

*Actio legis Aquiliæ competit ad damna, & intereſſe. caſu* 60. *num.* 176.

*Actio legis Aquiliæ datur quoad intereſſe, reſpectu æſtimationis damni. caſu* 60. *num.* 64.

*Actio pro ſocio durat durante ſocietate. caſu* 57. *num.* 30.

*Actori, vel reo quando eſſet magis fauendum. caſu* 3. *num.* 46.

*Actus factus contra prohibitionem legis, eſt ipſo iure nullus. caſu* 60. *num.* 180.

*Actus actiuorum eſt in patiente bene diſpoſito. caſu* 8. *in Append. num.* 1.

*Actus agentium ſunt in patiente bene diſpoſito. caſu* 8. *in Append. num.* 2.

*Accuſatio contumaciæ fit per querulantem. caſu* 2. *num.* 43.

*Accuſatio contumaciarum per principalem ſibi, & fiſco operatur. caſu* 6. *num.* 6.

*Accuſator erit perquirendus ſi viuit, antequã proferatur ſententia forindicationis. caſu* 1. *nu.* 112.

*Accuſator debet accuſare contumaciam, vt forindicetur reus. caſu* 1. *num.* 153.

*Accuſatio in criminalibus eſt neceſſaria. caſu* 38. *num.* 1.

*Accuſator hodie non porrigit libellum accuſatoriũ. ſed querelam. caſu* 38 *num.* 4.

*Accuſator tenetur adimplere ad quæ de iure tenetur. caſu* 38. *num.* 6.

*Accuſator tenetur ad proſequendum accuſationem. caſu* 38. *num.* 7.

*Accuſatore deſiſtente, Curia loco partis ex officio cum procurator fiſcali procedit. caſu* 38. *nu.* 10.

*Accuſatore exiſtente, pendente appellatione ex officio ad vlteriora procedendum erit. caſu* 38. *num.* 11.

*Accuſatori eſt præcluſa via iterũ accuſandi, quando fuerit citatus ad faciendum partem in iudicio. caſu* 38. *num.* 14.

*Agnati, cognati, proximi, & amici pro forindicato poſſunt comparere, & allegare exceptiones. caſu* 2. *num.* 65.

*Agnati, & cognati, & proximiores foruſcitorum tenentur eos Curiæ tradere, vel fideiubere de eos exeundo de Regno, imò illos occidere. caſu* 17. *num.* 3.

*Ad inſtantiam inquiſiti, poteſt mandari offenſo, ſi intendat facere partem in iudicio. caſu* 38. *nu.* 9.

*Adminiſtratio ſimplex conceſſa in teſtamento ſufficit tutori. caſu* 60. *num.* 187.

*Adulterium præſumitur ex deprehenſione viri, & & mulieris formoſæ. caſu* 60. *num.* 89.

*Adulterium, & copula carnalis non probantur per ingreſſum in domum mulieris, niſi deprehendatur in actis venereis, licet præſumatur voluntas ad copulam. caſu* 60. *num* 91.

*Adulterium non probatur, quod fuerit inuentus iuuenis in camera cum calceis ſolutis, & muliere clauſo hoſtio negante ibi aliquẽ adeſſe. caſu* 60. *num.* 92.

# I N D E X.


*Æquitas tùnc præfertur, quando cum rigore eſſent ſcriptæ ipſa & rigor caſu 3.num 44.*

*Æqualitas percuſſionis non requiritur in moderamine inculpatæ tutelæ. caſu 60. num 151.*

*Æſtimatio communis locum habet in actione Aquiliæ. caſu 60. num.177.*

*Affectus quando punitur non ſequuto effectu. caſu 51. num 17.*

*Aggreſſores plures tenentur omnes, ſi vnus tantũ vulneraucrit. caſu 44. num.11.*

*Alleganti incumbit onus probandi ſimilitèr impedimenta, aliàs ſententia erit nulla. caſu 1. num 111.*

*Aliud eſt polliceri, aliud promittere, aliud ſtipulari. caſu 55. num 5.*

*Amicus quilibet admittitur ad allegandum abſentiam. caſu 35. num.6.*

*Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte ipſius. caſu 19. num 17.*

*Anima varijs nominibus appellatur ob eius diuerſa officia. caſu 19 num.18.*

Andreas de Iſernia *fuit occiſus à quodã Gallo. caſu 58. num.7.*

*Animus occidendi ex nonem coiecturis demonſtratur, caſu 43. num.4.*

*Animus deliberatus, & præmeditatus occidendi, an præſumatur, quando quis caſu obuians inimicum ſuum ira commotus illum aggrediendo occidit, declaratur. caſu 43 num.13.*

*Annotatio bonorum an, & quando fieri debeat. caſu 60. num 75.*

*Annotatio bonorum cõtumacis ſtatim commiſſo delicto fieri debet. caſu 60. num.76.*

*Annotatio bonorum, & forbannum in foriudicando ſunt de iure ciuili caſu 13. num 14.*

*Annus foriudicationis incipit à die banni, caſu 13. num. 9.*

*Annus currit à die publicationis banni. caſu 2. num. 103.*

*Annus currit à die promulgationis banni, & quid ſi tempus fuerit breuiatum. caſu 2. num.55.*

Anſelmi *verba referuntur. caſu 2. num.6.*

*Apertura hoſtij erit probanda contra fugientem ex carcere. caſu 51. num.8.*

*Appellans, debet inſtantèr petere Apoſtolos, alias Iudex non tenetur appellantẽ tradere. caſu 25. num.60.*

*Appellatio non admittitur in cauſis, in quibus proceditur ad modum belli. caſu 28. num.1.*

*Appellatio, & reclamatio datur in cauſa ſtatus. caſu 28. num.15.*

*Appellatio datur à ſententia ſtatus caſu 25. num.*

*Appellatio quamdiù pendet, tamdiù durat effectus prohibitionis. caſu 25. num. 53.*

*Appellatio in factis notorijs quando procedit, vel non. caſu 25. num.55.*

*Appellatio nunquam cenſetur ſublata, niſi expreſſè fuerit prohibita. caſu 37. num.3.*

*Appellatio catenùs remouetur, quatenùs expreſsè non indulgetur. caſu 21. num.2.*

*Appellatio eſt ſpecies defenſionis. quæ datur oppreſſis contra Iudicis ſententias. caſu 26. numer.16.*

*Appellatio ceſſat quãdo ſubeſſet cauſa publicæ vtilitatis. caſu 21. num.22.*

*Appellatio ceſſat quando proceditur de facto. caſu 21. num.29.*

*Appellari an poſſit à decreto laſo ad modum belli. caſu 21. num.21. & 28.*

*Appellandi remedium foriudicatis ceſſat. caſu 21. num.24.*

*Appellari poteſt ad Papã, omiſſo medio. caſu 25. num.35.*

*Appellatio in notorijs non ſuſpendit iuriſdictionem. caſu 25. num.55.*

*Appellatur à delegato ad delegantem. caſu 20. num. 1.*

*Appellatur à delegato Principis ad Principem. caſu 20. num.2.*

*Appellatur ad Magn.Cur. ex delegato Regis. caſu 20. num.17.*

*Appellatur à delegato Regis ad Regem. caſu 20. num 24.*

*Apoſtoli ſunt pars appellationis, ſi non petantur, deſeritur appellatio. caſu 25. num 51.*

*Apprehẽſio requiritur contra incedentem per campaneam delinquendo. caſu 22. num.4.*

*Apprehenſio contra inuentum cum armis, an ſit neceſſaria. caſu 22. num.7.*

*Arma offenſiua apta ad occidendũ reperta in domo, faciunt inditium. caſu 54. num.5.*

*Arma offenſiua non prohibentur in domo teneri. caſu 54. num. 27.*

*Arma ruralia poſſunt ruſtici deferre ligata. caſu 42. num.8.*

*Armorum appellatione, an veniant acceptæ, & ſimilia: caſu 42. num.7.*

*Armorum delatio facit inditium, & inditium præcogitationis. caſu 54. num.4.*

*Armorum appellatione etiam lapides continentur. caſu 56. num. 8.*

*Aſſerenti de mandato, & commiſſione ſibi facta non ſtatur, caſu 60. num.53.*

*Aſſertio falſa, facit præſumere dolum, & malum animum. caſu 60. num.181.*

*Artifices vendentes vnam rem pro alia, qualiter puniantur, quod facit contra buccerios vendentes carnes ſcrofinas pro porcinis, & quid contra vendentes carnes morboſas. caſu 52. num. 1. & 2.*

*Argumenta probabilia ſufficiunt ad condemnandũ in crimine aſſaſſinij. caſu 55 num. 1.*

*Archibuſium exonerans non ſequuta morte, nõ punitur, ſed an ſit verum. caſu 43. num 10. & 11.*

*Articuli ſpiritualitatem continentes ſolent remitti decidendi ad Curiam Eccleſiaſticam. per S. C. caſu 25. num.7.*


*Atroci-*

# I N D E X.


*Atrocitas iniuriarum procedit ratione loci, perſonarum, & temporis. caſu 60. num. 68.*

*Arduum negotium ſi committatur, cenſetur electa induſtria perſonæ. caſu 18 num. 39.*

*Aſſaſſinium dici an poſſit ex confeſſione facta per mandatarium. caſu 60. num. 30.*

*Aſſaſſinium non dicitur vbi pecunia ceſſat. caſu 60. num. 31.*

*Aſſaſſinium non probatur ex ſola pollicitatione pecuniæ, niſi acceptata fuerit promiſſio. caſu 60. num. 34.*

*Aſſaſſinium non dicitur ex mandato ad verberandum. caſu 60. num. 36.*

*Aſſaſſinus verè dicitur, qui recepta pecunia ab aliquo mandato interueniente aliquem occidit. caſu 60. num. 32.*

*Aſſaſſinus non dicitur vbi non interuenit datio, vel promiſſio pecuniæ. caſu 60. num 35.*

*Aſſaſſinium commiſſi an dicatur per principalem mandantem, ſed per mandatarium nolentem exequi. caſu 55. num. 8.*

*Aſportatio armorum non eſt magnum delictum. caſu 54. num. 23.*

*Aufugiens non dicitur qui ad Superiorem vadit. caſu 60. num. 18.*

*Auocatio cauſa, qua nàm ſit. caſu 8. num. 2.*

*B*

*B Aliſtam paratam tenens cum ſagitta, vt traheret contra aliquem, ſed pœnitentia ductus non perfecit, an puniri debeat. caſu 42. num. 5.*

*Banna potiùs ad terrorem, quam ad valorem emanantur. caſu 60. num. 21.*

*Banna potiùs ad terrorem, quam ad valorem ſunt. caſu 46. num. 7.*

*Banna ſunt contra ius commune, ſed municipali iure inuenta. caſu 13. num. 12.*

*Bannum ſequens redditur nullũ, data nullitate ſententiæ nullæ. caſu 1. num. 64.*

*Bannum nullum redditur, ſi nõ fuerint ſeruati termini ſoliti. caſu 1. num. 86.*

*Bannum præcedere debet, vt poſſit proferri ſententia foriudicationis. caſu 1. num. 102.*

*Bannum in foriudicatione exigitur. caſu 13. nu. 7.*

*Bannum præcedere debet, vt poſſit proferri ſententia foriudicationis. caſu 13. num. 8.*

*Bannum, eſt iuris ſollemnitas municipalis, quæ dependet à contumacia. caſu 13. num. 13.*

*Bannum vndè dicatur. caſu 2. nu. 49. & eius forma enunciatur. num. 50.*

*Bannum vltra annum non durat. caſu 2. nu. 54.*

*Bannum eſt requiſitum in foriudicatione. caſu 2. num. 48.*

*Bannum dicitur ſententia interlocutoria. caſu 2. num. 51.*

*Bannum, & contumacia quando operatur. caſu 1. num. 45.*

*Banniti, & foruſciti in campanea turbantes quietem ſubiectorũ, ideò contra eos crudelitèr agendum. caſu 4 num. 11.*

*Banniti, & foruſciti occidi poſſunt ab omnibus. caſu 4. num. 15.*

*Banniti, & forindicati, & foruſciti includuntur in pragmaticis de exulibus, licet contrarium ſit ſtatutum. caſu 4. num. 19. & 20.*

*Banniti vt poſſint ob publicam vtilitatem offendi, an ſtatui poſſit, & an extra territorium bannientis. caſu 1. num. 32. & 33.*

*Banniti non incedentes per campaneam delinquentes non comprehenduntur in poteſtate militari, ſecus quando inciderent in comitiua aliorum caſu 1. num. 34.*

*Banniti. & foriudicati vti mortui reputantur, & occidi poſſunt. caſu 2. num. 52.*

*Banniti poſſunt capi de perſona. caſu 1. nu 23.*

*Banniti elapſo anno ſi comparent, vel capti eſſent, an audiri debeant. caſu 1. num. 38.*

*Banniti ſi non comparent in termino præfixo, pro confeſſis habentur. caſu 1. num. 39.*

*Banniti dicuntur hoſtes publici caſu 1. num. 40.*

*Bannitus comparens, audiri debet in ſuis iuribus etiam poſt ſententiam. caſu 1. num. 37.*

*Bannitus captus, debet conſignari Syndico, & Electis Terræ, nõ tamen habilitari caſu 1. nu. 160.*

*Bannitus quod poſſit occidi, qualitèr intelligatur, declaratur. caſu 1. num. 1162.*

*Bannitus ab vno loco cenſetur bannitus à loco confederato. caſu 19. num 47.*

*Bannitus ab vno loco Status Eccleſiaſtici, cenſetur bannitus ab omnibus locis Eccleſiæ ſubiectis. caſu 19. num. 48.*

*Bannitus ab vno loco, cenſetur bãnitus à loco adiacenti. caſu 19. num. 49.*

*Bannitus à Caſtro, cenſetur bannitus à Ciuitate. cap. 19. num. 50.*

*Bannitus quis dicatur. caſu 1 num. 21 & 44.*

*Bannitus conuerſans cum bannitis bona fide ſine dolo, & fraude, ſed iuſta cauſa, nõ punitur. caſu 1. num. 7.*

*Bannitus comparens in Curia, an carcerari debeat, caſu 1. num. 36.*

*Bannitus captus infra terminũ citationis extraordinariæ poteſtatis cum abbreuiamẽto, an torqueri poſſit vigore dictæ poteſtatis. caſu 37. nu. 9.*

*Bannitus, ſeù foriudicatus, conſimilem occidens, an vltra remiſſionem pœnæ habebit premium: caſu 4. num. 39.*

*Bannitus dicitur confeſſus, & conuictus, & quomodò. caſu 1. num. 30.*

*Bannitus poteſt à quocunque capi non tamen occidi, ſecus de iure Regni. caſu 1. num. 31.*

*Bannitus ſi comparuerit, & voluerit contumaciam purgare ante ſententiam foriudicationis an poſſit. caſu 1. num. 158.*

*Baro ciuilis eſt verè dominus. caſu 53. num 13.*

# INDEX.


*Baiulus poteſt ciuilitèr pœnam imponere. caſu 53. num.19.*

*Barones habent facultatem componendi delicta vigore literarum arbitralium, & niſi in ſpecie non fuiſſent conceſſ: , non intelligerentur. caſu 5. num.11.*

*Barones abutentes poteſtate componendi, debent ea priuari. caſu 5 num.12.*

*Baronum praua componendi facilitas adducitur. caſu 5. num.13.*

*Barones vaſſallorum dicuntur Regij Conſiliarij, & habent iuriſdictionem ciuilem, & criminalem. caſu 58. num 14.*

*Barones dicuntur perpetui Iudices vaſſallorum, caſu 58 num.15.*

*Barones dicuntur Reges in Terris inueſtitis. caſu 58. num 16.*

*Barones vtuntur pragmatica contra diſrobatores ſtratarum quando illos capiunt. caſu 36 nu.31.*

*Barones ſunt Regij Officiales, ſed largè. caſu 36, num 4.*

*Bellum conſtitutum eſt cum exulibus. caſu 18. num.13.*

*Bona contumaciæ debent annotari. caſu 1. nu.28,*

*Bona quando debent publicari. caſu 1. num 29.*

*Bona contumacis ſunt annotanda caſu 60. nu.72,*

*Bona contumacis cur annotentur. caſu 60.nu.73.*

*Bona contumacis annotantur, & confiſcari poſſunt, caſu 60. num.74.*

C

*CAdauer dicitur corpus ſine anima. caſu 19. num.16.*

*Calumniator quis dicatur. caſu 39. num.1.*

*Calumniator quando præſumatur. caſu 39. nu.2.*

*Calumniator verè an dicatur falſam accuſationem inſtituendo, non alitèr eam probando. caſu 39. num. 8.*

*Calumniator tenetur pœna falſi, & quãdo. caſu 39. num.10.*

*Calumniator quando tenetur pœna falſi. caſu 39. num.43.*

*Calumniatores crudeles dicuntur. caſu 30. nu.15.*

*Calumniatores grauiùs puniuntur, & quando. caſu 39. num.9.*

*Calumniæ pœna tenetur qui crimen non probauit, caſu 39. num.4.*

*Capiens hominem conſequitur premium contentũ in ſtatuto. caſu 4. num.4.*

*Capientes homines per vim capitali pœna plectuntur. caſu 6 num.41.*

*Capere aliquem de perſona, dicitur eſſe iuriſdictionis. caſu 60. num.94.*

*Capitula Regni contra latrones famoſos quã exigunt qualitatem. caſu 40. num.10.*

Cap.Prouiſa iuris ſanctio *quando procedit. caſu 40. num.1.*

Cap.Iuris cenſuræ *ponderatur. caſu 40. nu.2.*

Cap.Si cum ſceleratis *producitur. caſu 40. numer. 3.*

Cap. Regni Siuè quis *ponderatur. caſu 1. numer.145.*

Cap.voluiſſent, de pœn. d.1. *adducitur. caſu 5. num 10.*

Cap.Regni Prouiſa iuris ſanctio, *ponderatur. caſu 26, num 3.*

*Captus ante Hoſtium Oratorij, an gaudeat immunitate. caſu 24. num.14.*

*Captus cum ſcoppitis carrica intus habitatum, non cum palla, ſed cum puluere tantùm, qualitèr puniatur. caſu 60. num.173.*

*Captus poſt forindicationem, an debeat audiri. caſu 2. num.159.*

*Captus in fraganti quis dicatur. caſu 60. nu.113.*

*Captura debitorum conſtito de debito, non retractatur caſu 60. num 105.*

*Captura pro debito non liquido, vel incerto, prohibita reperitur, quando admictatur, caſu 60. num.107.*

*Captura in criminalibus quando ſit permiſſa. caſu 60. num.108.*

*Captura quando eſſet notoria iniuſta, eo caſu ſtatim erit relaxandus captus. caſu 60. nu.110.*

*Captura eſt arbitraria, & qualitèr in hoc arbitrio verſari debet. caſu 60. num.111.*

*Captura in fraganti crimine permiſſa eſt. caſu 60. num.112.*

*Carceratio in criminalibus eſt iuriſdictionis. caſu 60. num.96.*

*Carceratio eſt iuriſdictionis exercitium. caſu 60. num.97*

*Carcerari non eſt permiſſum ſine ſpeciale mandato Superiorum. caſu 60. num.98.*

*Carcerari nequeunt, ſi parati ſunt dare fideiuſſores. caſu 60. num.99.*

*Carceres faciunt prouentus, dicunt Barones rapaci, caſu 60. num.102.*

*Caro morticina, ſed infirma, aut ſuſpecta, vendi debet extra mœnia. caſu 62. num.4.*

*Carceratus iniuſtè aufugiens, non punitur, & quid ſi reuertatur. caſu 51. num.24.*

*Carceratus pro debito ciuili, qualitèr puniatur, & & deciſio affertur caſu 51. num.26.*

*Carceres non frangit, qui ad Superiores vadit. caſu 51. num.25.*

*Caſtra, Villæ, & Terræ adiacentes Ciuitati, veniũt acceſſoriè ad ipſam. caſu 19. num.13.*

*Caſtra in Ciuitate ad quem finem ædificantur. caſu 19. num.6.*

*Caſtrum dicitur pars Ciuitatis. caſu 19. nu.7.*

*Cauſa inimicitiæ debet probari maximè contra teſtes. caſu 59. num.4.*

*Cauſa an remicti poſſit ad Iudicem loci, ſi expoſita querela per viduam, ipſa deindè ad ſecunda vota tranſeunte. caſu 41. num.2.*

# INDEX.


Cauſa appellationis eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt cauſa principalis. caſu 20. num.21.

Cauſa principalis ſi eſſet ſummaria, etiã cauſa appellationis ſummaria eſſet. caſu 20. num.22.

Cauſa criminalis, in qua fuit proceſſum per horas, etiam in cauſa appellationis huiuſmodi procedi debet, ſic in modo procedendi ex abrupto. caſu 20. num.23.

Cauſa principalis ſummaria, omnes articuli ſunt ſummarii. caſu 28. num.3.

Cauſa ſtatus dicitur magna, & grauis. caſu 28. num.16.

Cauſa eſt Regina delictorum. caſu 31. num.9.

Cauſa homicidii ceſſante, ceſſant omnia inditia contra delinquentem. caſu 31. num.11.

Cauſa exigitur in compoſitione facienda. caſu 5. num 30.

Caſus refertur de Regente M.C. qui occidit Iudicem ipſius. caſu 58. num.10.

Cauſa cœpta ordinariè, ſi poſteà ordo fuerit peruerſus, an poſſit de nullitate dici. caſu 8. in append num.3.

Cauſa ordinariè cępta, an poſſit ſummariè terminari. caſu 8. in append num.4. & 12.

Cauſa criminalis deuoluta ad Superiorem, an ordinariè erit terminanda, ſtantibus nouis inditus, & extraordinariè ex præminentia, affertur decisio. caſu 8. in append num.5. & 6.

Cauſa eodem modo quo cęptafuit, debet terminari. caſu 8. in append. num.10.

Cauſa incepta coràm Iudice habente ſpecialẽ poteſtatem procedendi conceſſa per Superiorem, ſi indè alteri fuerit commiſſa, an eodem modo in ea procedi poſſit, affertur deciſio. caſu 8. in append. num. 14.

Cauſa ſemel ſummariè commiſſa ſemper in ſequẽtibus huiuſmodi durat, etiam ſi ad alios Iudices deueniret, & deciſio affertur. caſu 8. in append. num.15 & 16.

Cauſa eſt Regina delictorum, caſu 54. num.11.

Cauſa in delictis plurimum expectanda, & plurimum perpenditur. caſu 54. num.13.

Cauſa delicti quãdo ad eſſe dicatur. caſu 54. n. 21.

Cauſa ſummaria ſi ità ſit, ità eius articuli. caſu 37. num.6.

Cauſa deuoluitur ad Superiorem ob negligentiam Iudicis. caſu 8. num.25.

Cauſa quodammodò fiunt immortales, & difficiliùs termineretur. caſu 8. num.23.

Cauſa criminalis, quæ nàm ſit. caſu 53. nu.11.

Cauſa criminalis videtur dignior, & cur. caſu 53. num.12.

Cauſa liquidationis inſtrumentorum non eſt omninò criminalis. caſu 53. num.26.

Cauſæ criminales, pro quibus pænæ criminales imponuntur ad iuriſdictionem criminalem habentẽ ſpectat, & quę ad Iudicem ciuilem, & qualitèr fuit deciſum. caſu 53. num.14.

Cauſa moderaminis inculpatæ tutelæ exigitur, & quando dicatur. caſu 60. num.149.

Cauſa in ciuilibus poſt concluſum in cauſa infra decem dies debet expediri. caſu 8. num.19.

Cauſæ criminales debent quamprimum expediri, licet ſit remiſſum arbitrio Iudicis. caſu 8. n.20.

Cauſæ requiruntur vt carũ intuitu delinquiſſe videatur. caſu 54. num.12.

Cauſæ debent in delicto oſtendi, aliàs inditia contra reum nullam vim habent. caſu 54 num.19.

Cauſa delictorũ exceptuatorum eſt exceptuata à iuris ordinibus, & abſq; cognitione cauſæ proſequitur. caſu 37. num.5.

Cauſarum appellatione non veniunt cauſæ criminales. caſu 53. num 4.

Cautiùs eſt, vt confeſſio ſpontanea ratificetur. caſu 60. num 29.

Certa regula dari non poteſt in moderamine inculpatæ tutelæ, ideò Iudicis arbitrio relictum eſt. caſu 60. num 140.

Citatio reſultat ex informatione capta. caſu 1. num.74.

Citatio habita informatione fit caſu 1. nu.57.

Citatio fit de ſpeciali cõmiſſione Iudicis, & de eius mandato. caſu 1. num.77.

Citatio, quæ continere debet. caſu 1. num.78.

Citatio in criminalibus debet fieri in præſentia teſtium. caſu 1. num 79.

Citatio debet committi nuntio. caſu 1. num 80.

Citatio fieri debet in præſentia teſtium. caſu 1. num.81.

Citatio nulla, reddit ſententiam nullam, & ſic deciſum. caſu 1. num.83.

Citatio domi facta, & eius ſolita habitationis, an valeat. caſu 1. num.197.

Citatio ad capitula, eſt præambula ſententiæ foriudicationis. caſu 1. num.117.

Citatio ad foriudicandum, quæ continere debeat. caſu 1. num.119.

Citatio debet committi nuntio facienda in domo rei. caſu 1. num.122.

Citatio qualitèr fieri debet nullo exiſtente habitatore. caſu 1. num.124.

Citatio ad informandum, per quæ erit concipienda. caſu 1. num.126.

Citatio ad informandum eſt modici præiudicij. caſu 1. num.142.

Citatio ad dicendum cauſam quare, non debet exequi ſententia, exigitur in foriudicationis ſententia exequutione. caſu 21. num.31.

Citatio expediri debet contra reos. caſu 1. nu.24.

Contumaciæ accuſantur poſt citationem. caſu 1. num.25.

Citatio ad deponendum fit, vbi de falſitate agitur ſcripturæ ob incertitudinem, caſu 45. num. 1.

Citatio ad informandum fieri debet, viſa priùs informatione, & quæ continere debet, caſu 2. num. 25.


Citatio

*Citatio eſt actus iudicialis, & qualitèr deſcribatur. caſu* 2.*num*.27.

*Citatio debet notificari tempore præfixo, aliàs pro non facta habetur, & circumducta cenſetur, & qualitèr. caſu* 2.*num*.29.

*Citatio debet communiti nuntio, & an perſona priuata. caſu* 2.*num*.30.

*Citatio vbi fieri debet, & in quo loco, & in quem locum. caſu* 1.*num*.31.

*Citatio die feriato concepta, an eodem die debeat notificari. caſu* 2.*num*.32.

*Citatio debet fieri coràm teſtibus. caſu* 2.*nu*.35.

*Citatio ad capitula, eſt præambulum ſententiæ forindicationis, caſu* 2.*num*.47.

*Citatio facta in contumacia per anni circulum, non comparente reo, quid operetur caſu* 2.*nu* 56.

*Citatio ad foriudicandum, quando fieri debeat, caſu* 2.*num*.57.

*Citatio ad foriudicandum fit reo antequàm foriudicetur. caſu* 2 *num* 59.

*Citatio non poteſt per Principem tolli. caſu* 6.*num*.20.

*Citatio vnica ſufficit de Iure Regni, expectato triduo. caſu* 6.*num*.23.& 26.

*Citatio debet continere terminum comparitionis, aliàs non erit valida. caſu* 6.*num*.43.& 44.

*Citatio erit nulla, ſi breuem terminum ad comparendum contineret caſu* 6.*num*.47.

*Citatio ad informandum, operatur vt reus perſonalitèr comparat. caſu* 6.*num*.47.

*Citatio agnatorum debet fieri iuxtà formam iuris traditam, aliàs eſſet nulla. caſu* 6 *num*.52.

*Citari tùnc debet reus ad informandum, & ad capitula, ſi adſint inditia ad torturã. caſu* 2 *n*.24.

*Citari debet reus inculpatus, capta informatione. caſu* 1.*num*.71.

*Citari debent proximi agnati, & amici pro ferenda ſententia foriudicationis. caſu* 1.*num*.155.

*Citatus ad informandum debet perſonalitèr comparere. caſu* 35 *num* 4.

*Ciuitas in ſe continet diuerſa membra, & quæ ſint. caſu* 19.*num*.4.

*Ciuitas habet Caſtrum, ſiuè ſortilitium, & quare. caſu* 19 *num*.5.

*Ciuitas diuiſa per quarteria, & ciues ſi viuerent ſegregatim, iuriſdictio non cenſetur diſunita. caſu* 19.*num*.45.

*Clamor, & lamentatio diſrobati ſufficiunt pro probatione delicti in genere. caſu* 32.*num*.6.

*Clauſula*, iuſtitiam faciat, vel quod faciat iuſtitiam, *non operatur de nouo dare poteſtatem, vel delegare, ſed veterẽ excitare. caſu* 8.*nu*.9.

*Clauſula*, iuſtitiam faciat, *qualitèr intelligatur. caſu* 8.*num* 10.

*Clauſula*, iuſtitiam faciat, *reſtringit reſcriptum ad iuris diſpoſitionem. caſu* 8.*num*.11.

*Clauſula*, quod fiat iuſtitia, *operatur etiam reſpectu exequutionis. caſu* 8.*num*.18.

*Clauſula*, iuſtitiam faciat, *quid denotet. caſu* 58.*num*.1.

*Clauſula*, quod fiat complementum iuſtitiæ, *quid operetur in reſcriptis appoſita. caſu* 37.*num*.10.

*Clauſula*, iuſtitiæ, *importat facultatem decidendi, & ordinem iuris ſeruandi. caſu* 37.*nu*.12.

*Clerici in profundum malorum deuenientes Curiæ ſeculari ſunt tradendi. caſu* 25.*num*.9.

*Clerici deprehenſi in crimine notabili, & conuicti degradantur. caſu* 25.*num*.18.

*Clerici nec à Rege, nec ab alijs ſecularibus cognoſci poſſunt. caſu* 48.*num*.13.

*Clericus in minoribus ob crimina enormia citra degradationem tradi debet puniendus. caſu* 28.*num* 5.

*Clericus penitùs eſt exemptus à poteſtate Imperatoris. caſu* 28.*num*.14.

*Clericus nolens reſpondere in examine, qualitèr cogi debeat. caſu* 34.*num*.2.

*Clericus qualitèr poſſit fuſtigari. caſu* 60.*nu*.171.

*Clericus libellum famoſum porrigens, ſi non probauerit, qua pœna de iure canonico tenetur. caſu* 60.*num*.165.

*Clericus beneficiatus non remittitur ad Iudicẽ laicum caſu* 25.*num*.1.

*Clericus debet manuteneri in eo ſtatu, quo reperitur caſu* 25.*num*.4.

*Clericus degradatus, poteſt per Iudicem laicũ puniri. caſu* 25.*num*.8.

*Clericus ob raptum virginis, poteſt à ſuo gradu decidi, caſu* 25.*num*.12.

*Clericus ob homicidia dignus eſt depoſitione. caſu* 25.*num* 13.

*Clericus abſque degradatione poteſt à Iudice ſeculari cognoſci in certis delictis grauioribus. caſu* 25.*num*.23.

*Clericus incorrigibilis quis dicatur. caſu* 25.*numer*.25.

*Clericus incorrigibilis quando dicatur. caſu* 25.*num*.26.

*Clericus incorrigibilis quando declaratur. caſu* 25.*num*.30.

*Clericus non incedens in habitu, priuatur beneficio fori. caſu* 25.*num*.32.

*Clericus degradatus, & Curiæ ſeculari traditus, nõ poteſt pro quocunque crimine ab eo puniri. caſu* 25.*num*.36.

*Clericus abſens poteſt eijci à foro Eccleſiaſtico, & ſubijci ſeculari, & qualitèr contra ipſum procedi debeat. caſu* 25.*num*.47.& 48.

*Clericus incorrigibilis poteſt puniri à Iudice ſeculari. caſu* 25.*num*.24.

*Clericus non poteſt foriudicari. caſu* 2.*num*.77.

*Clericus ob offenſionem ſuæ perſonæ habet electionem fori. caſu* 27.*num*.1.

*Clericus amittit priuilegium, ſi non incidit continuò in habitu, & tonſura. caſu* 27.*num*.3.

*Clericus*

Digitized by Google

# I N D E X.


Clericus vt amictat priuilegium, requiritur trina monitio, & quid ſi ſe comiſcuat enormibus. caſu 26 num. 4.

Clericus comparendo in habitu cum bullis, conſequitur remiſſionem ad ſuum Iudicem, ac ſi illũ petiiſſet, & ſic deciſum. caſu 27. num. 5.

Clericus debet frequentèr ſeruire, & continuò portare habitum. caſu 27. num. 5.

Clericus captus ſine habitu, & tonſura, per Iudicem laicum carceratur, vſquequo non fuerit probatum de clericatu, & indè remicti. caſu 27. num. 20.

Clericus dimictendo habitum, non præſumitur dimictere animo deſerẽdi, ſed vt meliùs delinquat. caſu 27 num. 21.

Clericus ſi habitum dimiſerit, non per hoc perdit priuilegium. caſu 27. num. 22.

Clericus reaſſumens habitũ, recuperat omnia priuilegia. caſu 27. num 23.

Clericus non admictitur ad fori declinationem, niſi eo tempore arcuta perſonalitèr, & qualitèr aliàs nõ concederetur remiſſio. caſu 27. num. 24.

Clericus incedens in habitu, & tonſura, præſumitur clericus. caſu 27. num. 26.

Clericus admictitur ad electionem fori pro offenſione facta in ſui perſonam, & ſic deciſum. caſu 27. num. 27.

Clericatus quomodò probetur per bullas. & teſtes, iterum per literas Epiſcopi, vel eius Notarij. caſu 27. num. 9. & 10.

Clericatus probatio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, maximè quãdo de illius proprietate ageretur. caſu 27. num. 11.

Clericatus probatio coràm Iudice laico fit ad inſtructionem etiam quòad veſtimenta. caſu 27. num. 12.

Cogi nemo poteſt ad accuſandum. caſu 38. nu. 5.

Cognoſci debet priùs de titulo clericali, à quo puniri debeat. caſu 25. num. 5.

Cognitio declarationis clericatus ad Epiſcopum ſpectat. caſu 25. num. 5.

Cognitio criminis leſæ Maieſtatis nunquam cenſetur conceſſa Baroni ex quauis clauſula generali. caſu 58. num. 3.

Cognitio clericatus ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſi clericus ex præterito non inceſſerit in habitu. caſu 27. num. 19.

Cognitio delicti carnalis habiti cũ commatre ſpectat etiam ad Iudicem ſecularem caſu 48. nu. 3.

Cognoſcens commatrem, eſt delictum incognitum, atque canonicum, & merè Eccleſiaſticum. caſu 48 num. 2.

Comes foriudicatus occidens foriudicatum, an conſequatur libertatem. caſu 4. num. 36.

Commictentes naufragia in mare, & in littoribus excommunicantur caſu 26. num. 8.

Commiſſio cauſæ vna cum iuriſdictione reſultat ex verbo recognoſcere. caſu 8. num 6.

Commiſſio facta à ſuperiore inferiori, non delegationem, ſed excitationem iuriſdictionis reſpicit. caſu 8. num. 7.

Comminatio alia eſt expreſſè, & alia tacita. caſu 7. num. 30.

Comminatio ſi expreſſè facta non fuerit, videtur facta tacitè. caſu 8. num 31.

Compoſitio facta requirit iuſtam cauſam. caſu 5. num. 5.

Compoſitio fieri debet in caſibus à iure expreſſis. caſu 5 num. 6.

Compoſitio fieri debet ante ſententiam, vel in ea. caſu 5. num 7.

Compoſitio fieri debet de crimine liquidè probato, vel per teſtes aut confeſſionem. caſu 5. nu 8.

Compoſitio ſuccedit loco pœnæ legalis. caſu 5. num. 9.

Compoſitio quomodò fieri debet, & qualitèr. caſu 5 num. 10.

Compoſitio in pœna arbitraria impoſita pro delicto, an admictatur. caſu 5. num. 11.

Compoſitio quibus perſonis prohiberi poteſt fieri. caſu 5 num. 15.

Compoſitio in cauſa homicidij, an debeat fieri. caſu 5. num 31.

Compoſitiones factæ contra formam iuris, eſſent nullæ. caſu 5. num. 2.

Compoſitio facta per Curiam, non alitèr ab Officiali, & Iudice firmata. ſi ipſa fuerit ab Erario ſignata, & poſtcà fuerit firmata ab Officialibus, per quem Iudicem erit comprobanda. caſu 60. num. 161.

Compilatio proceſſus cõtra abſentem in banniendo, & foriudicando, conſiſtit in contumacia primo contracta caſu 35. num. 1.

Conceſſio cauſarum non includit cauſas criminales, & quando. caſu 53. num. 3.

Conceſſo modo procedendi ex abrupto, vel militari modo, ceſſat modus procedendi ordine iudiciario, qui non ſeruatur. caſu 6. num. 39.

Conceſſio feudi facta Baroni cum reſeruatione caſuum, non cenſetur facta, nec tranſlata ad emptorem feudi, & ſic deciſum. caſu 18. nu. 15.

Conceſſio poteſtatis extraordinariæ ad ſucceſſorem tranſit. caſu 18. num. 22.

Condemnatio ad ſoluendum pœnam pecuniariam, ſub qua forma fieri debet. caſu 17. num. 17.

Condemnatus in exilium, vel deportatus per ſententiam an conſequatur indultũ occaſione foriudicati vigore Pragmaticæ. caſu 4. num. 27.

Confeſſio ſpontanea ſtatim debet notificari, vel reuocari. caſu 60. num. 28.

Confeſſio ſociorum, ac mandatorum, tùnc fidem facit concurrentibus adminiculis quando fuerit ratificata in tortura. caſu 60. num. 50.

Confeſſio mandatarij. an afficiat mandantem. caſu 55. num. 11.

Confeſſio mandatarij contra mandantem non facit


inditium

Digitized by Google

# I N D E X.


inditium niſi ad inſtructionem, caſu 55. nu. 15.

Confeſſio facta ſpontè in indicio, inducit notorium. caſu 60. num. 23.

Confeſſio aliorũ reorum in delictis enormibus comprobet contra alios. caſu 11. num. 5.

Confeſſio vnius alteri non nocet. caſu 11 nu. 12.

Confeſſio trium latronum, admittitur contra latrones. caſu 22. num. 19.

Confeſſio iudicialis uti erronea, poteſt quandocunque reuocari. caſu 7. num. 18.

Confeſſio erronea confitenti non nocet, etiam ſi fuerit geminata. & ratificata, & qualiter procedat. caſu 7. num. 19. & 20.

Confeſſio erronea probato errore, reuocari poteſt in iudicio etiam appellationis. caſu 7. num 21.

Confeſſio iuris nec prodeſt, nec nocet, & quare. caſu 7. num. 30.

Confeſſio per ſe ipſam legitimat proceſſum, nec eſt opus repetitione, aut comprobatione. caſu 15. num. 10.

Confeſſio eſt probatio omnibus meliori. caſu 15. num. 11.

Confeſſio ſpontanea rei, niſi fuerit probatione roborata, non operatur pœnæ impoſitionem. caſu 15. num. 12.

Confeſſio in actis, inducit notorium, & manifeſtum. caſu 15. num. 15.

Confeſſio facta ſuper proceſſu, nullo operatur, ut ſe, qui poſſit condemnatio. caſu 15. num. 16.

Confeſſio in criminalibus qualitèr eſſe debet. caſu 15. num. 18.

Confeſſio validat nullitatem proceſſus. caſu 15. num. 19.

Confeſſio in tormentis extorta, præſumitur extorta metu tormentorum, potiùs quam ſpontè. caſu 15. num. 20.

Confeſſio non dicitur metu tormentorum ex tortura, quando præcedunt inditia, eo magis quando erat ratificata, nàm diceretur perſeuerata. caſu 15. num. 22. 23. & 24.

Confeſſio metu torturæ extorta, etiã reiterata nulla, & inualida eſt. caſu 15. num. 21.

Confeſſio in tormentis exigitur, quod ſit ratificata, & perſeuerata. caſu 15. num. 27.

Cõfeſſio delicti probari debet per idoneos teſtes omni exceptione maiores. caſu 57. num. 1.

Confeſſio probatur per binos teſtes, caſu 57. numer. 2.

Confeſſio probata per teſtes, an ſit ſufficiens ad condemnandum, niſi concurrant illa requiſita per DD. tradita. caſu 57. num. 3. & 4.

Confeſſio extraiudicialis per teſtes probata abſque partis præſentia, an faciat inditium ad torturã, caſu 57. num. 5.

Confeſſio extraiudicialis neceſſè erit, ut ſit veriſimilis, caſu 57. num. 6.

Confeſſio extraiudicialis probata per teſtes, an faciat inditium ad torturam. caſu 57. num. 9.

Confeſſio extraiudicialis non facit plenam probationem. caſu 57. num. 13.

Confeſſio extraiudicialis, an pœnam meretur. caſu 57. num. 17.

Confeſſio extraindicialis in ſe ſemiplenam probationem facit. caſu 57. num. 18.

Confeſſio extraindicialis non eſt ſufficiens ad probationem delicti. caſu 57. num. 19.

Confeſſio extraiudicialis tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, nil operatur, & quando. caſu 57. num. 20.

Confeſſio extraiudicialis connumeratur inter inditia indubitata caſu 57. num. 23.

Confeſſio extraindicialis ſufficiens eſt ad torquendum, & condemnandum, & qualitèr. caſu 57. num. 24. & 26.

Confeſſio extraiudicialis facta ad interrogationem partis præſentis, & acceptantis, plenè probat. caſu 57. num. 27.

Confeſſio extraindicialis facta parte abſente, non facit inditium, ſed ſemiplenè probat. caſu 57. num. 28.

Confeſſio minoris abſque Curatore in criminalibus an valida ſit. caſu 30. num. 2.

Confeſſio minorum in criminalibus in tantum valet quantum fuerit continuata. caſu 30. nu. 4.

Confeſſio facta in tormentis debet perſeuerari per ratificationem, aliàs non valeret. caſu 30. nu 5.

Confeſſio per torturam validior eſt ſpontanea. caſu 30. num. 6.

Confeſſio ſpontanea debet ratificari per torturam. caſu 30. num. 7.

Confeſſio minoris facta in tormentis, non exigit Curatoris auctoritatem. caſu 30. num. 8.

Confeſſio facta in tormentis per minorem abſque interuentu Curatoris, quãdo ſit valida. caſu 30. num. 10.

Confeſſio minoris de ſtupro, non exiſtentibus inditijs, an valida. caſu 30. num. 12.

Confeſſio pueri per ſe non probat, nec inditium facit contra imputatum de crimine, ſecus tamen iunctis cum alijs adminiculis. caſu 30. nu. 15.

Confeſſioni ſpontaneæ minoris non erit credendum. caſu 30. num 11.

Confeſſioni ſoli ſtari non debet, niſi alitèr conſtaret de delicto. caſu 15. num. 13.

Confeſſiones tortorum ſociorum fieri debent, parte citata in crimine fractionis carceris. caſu 22. num. 19.

Confeſſus pro condemnato habetur. caſu 15. numer. 9.

Confeſſus debet in cõfeſſione perſeuerare. caſu 57. num. 8.

Confeſſus poteſt extra ordinem puniri tanquàm de delicto glorians, caſu 57. num. 21.

Confeſſus ſpontè delictum non præſumitur in ſe mentiri, etiam ſi in tortura confiteatur. caſu 11. num. 5.


Confeſ-

# INDEX.


*Confeſſus ſi ratificauerit, & per Iudicem conceſſus terminus contra confeſſionem, ſi nil probauerit, videtur perſeuerare in ea. caſu 7. num.22.*

*Confitens ſe latronem eſſe ius confitetur, & non factum. caſu 7. num.29.*

*Conſanguinei, & proximi foruſcitorum tenentur eos Curiæ præſentare, aliàs ipſi exulari, & diſcerrari poſſunt. caſu 17. num 5.*

*Conſanguinei, & affines, an admittantur ad teſtificandum in criminalibus. caſu 47. num.15.*

Conſtit. Si quis in poſterum, §. illud, *enucleatur, & qualitèr procedat. caſu 11. nu.1. & 13.*

Conſtit. Si quis in poſterum, *eſt rigoroſa. caſu 11. num.14.*

Conſtit. Pœnam eorum, *ponderatur. caſu.18. num 26.*

Conſtit. Regni Pœnam eorum, *qualitèr intelligatur. caſu 1. num.14.*

Conſtit. Regni Statuimus vt M. C. *ponderatur. caſu 20. num.19.*

Conſtit. Cum Vniuerſis, *ponderatur. caſu 5. num.18.*

Conſtit. Si quis aliquem, *qualitèr erit intelligenda. caſu 56. num.13.*

Conſtit. Minorum iura *in criminalibus an valida ſit. caſu 30. num.3.*

Conſtit. Minorum iura, *ponderatur. caſu 23. num. 2.*

*Conſtare debet de reſcripto delegationis. caſu 1. num.121.*

*Conſulens non punitur, niſi ſequuto homicidio. caſu 47. num.2.*

*Conſulens, & perſuadens, dicitur opem præſtare, & qualitèr. caſu 47. num.6.*

*Conuictus quis dicatur. caſu 25. num.19.*

*Conuictus vt dicatur, quid requiratur. caſu 25. num.20.*

*Conuictus quando condemnari poteſt. caſu 25. num 21.*

*Conſuetudo inducitur per binum actum. caſu 26. num.18.*

*Conſuetudo furandi per trinum actum inducitur, vt famoſus dicatur latro. caſu 40. num.7.*

*Conſuetudo delinquendi, inducitur per binum actũ. caſu 7. num.10.*

*Conſuetudo delinquendi quando facit inditium. caſu 7. num.12.*

*Conſuetus delinquere, & mala fama quando dicatur. caſu 7. num.14.*

*Conſuetudo per binum actum inducitur. caſu 5. num.17.*

*Conſuetudo delinquendi, pœnam aggrauat. caſu 5. num.19.*

*Contumacia ſola non poteſt operari delictum, nec ex ea foriudicationem. caſu 1. num.62.*

*Contumacia ex citatione nulla, paritèr erit nulla. caſu 1. num.84.*

*Contumacia prima, & vltima ſi non ſunt incuſatæ in actis ſcripta, citatio non tenet. caſu 1. num.91.*

*Contumacia prima, & vltima debẽt per fiſcum incuſari, & ſi adſit accuſator. caſu 1. num.90.*

*Contumacia ſola rei non facit delictum, nec ex ea ſola poteſt foriudicari. caſu 1. num.95.*

*Contumacia habetur pro vna probatione. caſu 1. num.135.*

*Contumacia quando incuſatur in crimine, vbi proceditur per reſcriptum Principis ſub breuitate. caſu 1. num.154.*

*Contumacia non poteſt fundari ſuper citatione nulla. caſu 1. num.85.*

*Contumacia contrahitur per citationem præcedentem. caſu 1. num 89.*

*Contumaciæ incuſatio exigitur de neceſſitate. caſu 1. num.5.*

*Contumaciæ quando in iudicio accuſantur, vocantur partes. caſu 6. num.7.*

*Contumaciæ non accuſantur regularitèr de conſuetudine, cum ſufficiat, quod reus citatus non comparuerit. caſu 6. num.8.*

*Contumacia prima, & vltima vt plurimum accuſantur per Procuratorem fiſcalem, & querulantes. caſu 6. num.18.*

*Contumacia vltima incuſatur in vltimo die comparitionis. caſu 6. num.48.*

*Contumacia prima, & vltima incuſantur per fiſcum, etiam ſi adſit accuſator. caſu 6. num.10.*

*Contumacia prima incuſata, elapſo termino incuſatur vltima, & interponitur decretum. caſu 6. num.11.*

*Contumacia incuſata, non ſeruato ordine iuris, eſt nulla. caſu 6. num.12.*

*Contumaciæ accuſantur, non comparẽte reo in termino. caſu 2. num.88.*

*Contumaciæ accuſantur poſt citationem. caſu 1. num.25.*

*Contumacia die iuridico debet incuſari. caſu 2. num.38.*

*Contumacia vltima quomodò accuſetur. caſu 2. num.41.*

*Contumacia non accuſatur, niſi vocato citato. caſu 2. num.42.*

*Contumacia qualitèr accuſetur ſuccedente die feſtiuo. caſu 2. num.60.*

*Contumaciæ debent accuſari. caſu 2. num.37.*

*Contumaces non audiuntur, niſi perſonalitèr compareant. caſu 2. num.73.*

*Contumaciæ quãdo erint incuſandæ. caſu 17. n.22.*

*Contumax reputari non poteſt, niſi vocetur. caſu 1. num.92.*

*Contumax declarari debet per ſententiam. caſu 1. num. 2.*

*Contumax pro confeſſo habetur regularitèr, quod limitatur. caſu 6. num.15. & 17.*

*Contumax ſatis dicitur ſi infra termini ſtatutum non comparuerit. caſu 6. num.21.*

Contumax publicè conuerſans, non tamen incedendo per Campaneam, non includitur in bannis. caſu 4. num. 22.

Contumax perdit ſori priuilegiũ. caſu 14. nu. 14.

Contumax declarari debet per ſententiam. caſu 1. num. 26.

Contumax pro confeſſo habetur. caſu 34. nu. 9.

Contraria ſimul eſſe non poſſunt, & quando ſecus eſt. caſu 3. num. 25.

Contrarium præfertur quando eſſet magis ſpeciale. caſu 3. num. 27.

Contra latrones proceditur ex præeminentia. caſu 40. num. 24.

Credendum eſt bono viro. caſu 32. num 8.

Credens amico, & fidei digno excuſatur. caſu 32. num. 9.

Conſocii quando admittuntur ad teſtificandum. caſu 10. num 14.

Conſocii admittuntur in teſtes in crimine furti, ſeu recatti in Campanea. caſu 10. num 15.

Conſocij admittuntur in teſtes, quãdo veritas aliundè haberi non poteſt. caſu 10. num. 16.

Conuictus quis dicatur, caſu 16. num. 2.

Conuictus vt quis dicatur, quæ requirantur. caſu 16. num. 3.

Conuictus condemnatur ſicut confeſſus. caſu 16. num. 5.

Conuictus teſtibus poteſt condemnari non alitèr, an ſi eſſet confeſſus caſu 16. num. 6.

Conuictus dicitur ex duorum teſtium atteſtationibus. caſu 16. num. 7.

Conuictus etiam dicitur quando teſtes in vnum rei finem concordant. caſu 16. num. 21.

Conuicti, qui dicantur. caſu 16. num. 1.

Conuictus etiam dicitur quando teſtes in vnum finem concordant caſu 16. num. 21.

Conuictus quando dicatur, vt poſſit condemnari, caſu 22 num. 16.

Conteſtatio litis fit per negationem, aut affirmationem. caſu 34. num. 3.

Copia repertorum an concedatur in crimine diſrobationis, & quando procedat. caſu 1. nu. 1. & 3.

Copia proceſſus informatiui denegatur, quãdo proceditur ex abrupto. caſu 9. num. 2.

Copia inditiorum danda erit à Iudice, habente liberum arbitrium. caſu 9. num. 4.

Copia confeſſionum ſociorum criminum concedi an debeat reis inquiſitis. caſu 9. num. 6.

Corpus ex carne, & anima conſiſtit. caſu 19. num. 2.

Corpus diuerſa habet membra, & vnumquodque ipſorum habet operationis exercitium. caſu 19. num. 3.

Crimen ſtellionatus, in quo conſiſtere videtur. caſu 60. num 134.

Crimen leſæ Maieſtatis in indulgentia intelligitur de principale commiſſo in Maieſtate. caſu 58. num. 13.

Crimen leſæ. Maieſtatis cõmittitur contra patriam in ſurgendo, vel delinquendo. caſu 19. nu. 12.

Culpa vnius, non debet alteri nocere. caſu 29. num. 6.

Cura carnis ad Præfectum pertinet, vt iuſto pretio vendatur, caſu 52. num. 5.

Curatoris auctoritas in confeſſione minoris quando erit neceſſaria. caſu 30. num. 9.

Curatoris datio, non erit neceſſaria in atrocioribus delictis. caſu 30. num. 14.

Curatoris auctoritas in criminalibus erit neceſſaria. caſu 30. num. 1.

Cuſtos in culpa præſumitur, niſi probet caſum ſui tantùm de dolo. caſu 60. num. 11.

D

DEciſio affertur in cauſa calumnioſa accuſationis verificatæ per teſtes falſos. caſu 39. num. 14.

Deciſio Pegueræ 50. declaratur. caſu 22. nu. 6.

Deciſio Peguerę 1. ponderatur. caſu 22. nu. 14.

Deciſio Afflicti 30. deducitur. caſu 25. nu. 56.

Deciſio de Franchis 602. producitur. caſu 25. num. 58.

Deciſio affertur de capto in domo propè Eccleſiam ſolitam locari, caſu 24. num. 13.

Deciſio Grammat. 48. de fure loquente, vt poſſit puniri pœna ordinaria, & ità deciſum. caſu 23. num. 5.

Deciſio Sacr. Conſ. affertur quando copia repertorum ſit cõcedenda in criminalibus fiſco reluctante. caſu 9. num. 5.

Decretum interponitur poſt incuſationẽ contumaciarum. caſu 2 num. 46.

Defenſio corporis ſtatim fieri debet, rerum autem ex interuallo. caſu 60. num. 146.

rum, quod ſimul iuncta faciant inditium
18 per regulam illam, quæ non proſunt ſin-
gula vnita iuuant, per *l cum ſcimus, C. de
agric.& cenſit.lib.*11.& attenta *Gloſ.in l.*11.
*ff de excuſat tut.* quia reſpondetur,quod il-
lud procedit,quando ſeparatæ ſunt perfe-
cta in genere ſuo vnumquodq; de per ſe,
ſed in caſu noſtro nullum inditiorum eſt
19 perfectum, per ſuperiùs adducta, & ideò
non poſſunt iungi, & ſi iunguntur, nihil
operarentur, ommiſſis alijs ſolutionibus
traditis dictę regulę,per *Hippol in conſ.*20.
*num.*47.

Tandem poſthabitis omnibus prædi-
ctis,licet in iure ſint veriſſimũ ex alio, di-
ctus Carolus debet penitùs abſolui, & li-
berari, quia qualitas in querela deducta
nec in ſpecie, nec in genere eſt probata,
non enim probatæ ſunt verbera prætenſa
illata dicto quond. Mattheo Porro, quo
20 caſu inquiſitio penitùs corruit, *text eſt in
l.*1.§.*illud autem, ad Syllan.* quod etiam per
illum *text. Bart.& Ludou. Rom. in d.*§ *illud*,
& idem *Bart.in l.fin.in* 1 *col ff de quæſt.*& eſt
*text in l.*1. *C vbi cauſ fiſcal.* immò non con-
21 ſtito priùs in genere procedendo Iudex
facit litem ſuam, & tenetur in ſyndicatu,
vt tenet *Angel. de maleſ. in verbo fama publi-
ca,in verſ.in tantum Iudex*,& per prædicta,
& alia multa ita firmiter tenet *Hippol. in
conſ.*14.*num.*13.*vol.*1. nullus enim deponit
de verberibus illatis.

Nec obſtaret ſi diceretur, quod prætẽſi
liuores, & nigredines corporis dicti qu.
Matthęi arguant dicta verbera,& præten-
ſum vulnuſculum in facie,poſtquam præ-
tenſæ nigredines,& liuores ſoleant eueni-
re propter morbum, etiam quod nulla
fuiſſent illata verbera, immò ægretudo
dicti quond. Matthęi non fuerunt pręten-
ſa verbera,ſed febris continua orta ex hu-
more colerico, commixto humore flem-
matico,prout teſtificati fuerunt, & cum
iuramento depoſuerunt duo excellentes,
ſingulares,& peritiſſimi Art. & Med. Do-
ctores, Dominis Iuſdicentibus notiſſi-
22 mi, quibus vti Peritiſſimis in eorũ pro-
feſſiones ſcientia, & arte ſtandum, & cre-
dendum eſt, *l.ſemel,C.de re milit.lib.*12. vbi
*Bart.& Luc.de Penna in l* 1. §.1. *ff de ventre
inſpiciendo*, & idem *Bart.in proem.ff.in princ.*
immò non ſolùm dictis duobus Medicis
eſt credendum, ſed etiam vni eorũ,quan-
do alius in Ciuitate nõ fuiſſet, & hoc per
*text.in auth.de non alien* §.*quod autem*,ibi aut
etiam vni, tantò magis quando fuiſſet ſo-
lus excellens D.N. prout eſt,conductus,&
23 ſalariatus à publico,& Regia Curia.quia
etiam ipſi ſoli eſſet credendum, vt voluit
*Bart.in l.*1.*C.de pond.& aur.illat. lib.*10. per
illum *text.* Prodeſt etiam ipſi inquiſito
depoſitio tot honeſtarũ mulierum,& pro-
borum virorum deponentium dictum
quond. Mattheum eſſe mortuum propter
malum regimen, ac etiam famem,ex quo
ſemper vociferabat,quod non erat, qui ei
cibum, & potum pręberet: & ex his om-
nibus ſic breuitèr adductis,dictus Magni-
ficus Carolus debet omninò abſolui,& li-
berari à prætenſis per Regiũ Fiſcũ, & in-
quiſitione cõtra ipſum formata,&c. Reli-
qua,&c. Refertur deciſio in ſequẽti Alle-
gatione.

*Franciſcus de Laurito I. C. Neap.*

Adde, qualitèr inimicitia probetur, &
& quando erit ſufficiens inditiũ,vel non,
*Maſcard. de probat. concl.*857. *& concl.* 1050.
*concl.* 899. latè *Farinac. in ſua praxi crimin.
quæſt.*49. latiùs *Vinc.Ferraroll.in tract de ini-
micitijs. Ant.de Ballis in tract.crim. lib.*1. *tit.de
inditijs quæſt.*21.

Reſpectu probationis famæ multa con-
gerit *Maſcard.eod.tract.concluſ.*754. *Farinac.
eadem praxi quæſt.*44. *Caball.reſolut.crim. re-
ſolut.*200.*tom.*1. latè *Ciazius diſcept. crimin.
tom.*2.*diſcept.*9. *Ballis vbi ſupra quæſt.*13.

*Ad num.*13. vide *Ciazium d.tom.*2. *diſce-
ptat.*25. *num.*189.

Torqueri ex inditijs quando poſſit,
*Ciazius diſceptat.*7. *Thoro.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Vbi maius periculum cautiùs agendum eſt.*
2 *Diſcutiendum eſt ante omnia id,de quo diſputatur.*
3 *Mortuus ex vulnere,an,& quãdo præſumatur.*
4 *Dies ſeptimus debet expectari in vulnerato,& quare,vt veritas eliciatur.*
5 *Mortuus ex ipſius mala cuſtodia, & culpa ſibi imputatur.*
6 *Statutum,quod offendẽs in perſonam teneatur, & omnes de eius domo, an pro furto verificetur.*

7 *Promi-*

7 *Promittens non rumpere pacem, an teneatur, ſi furtum fecerit.*

8 *Inimicitia contrahitur ob litem omnium bonorum, vel maioris partis, non pro minima.*

9 *Inimicitia cauſata. facto offenſi, non redundat in perſonam offenſoris.*

10 *Inimicus capitalis præſumitur, quando aliquis minatur velle aliquem offendere.*

11 *Teſtes debent reddere rationem inimicitiæ, etiã ſi non fuerint interrogati.*

12 *Reconciliatio tollit inditium inimicitiæ.*

13 *Inimicitia non eſt ſufficiens inditium ad torturam.*

14 *Inditium inimicitiæ, tollitur per probationem bonæ famæ.*

15 *Teſtes deponentes de auditu clamantis ſuſpictionem arguunt, quod reus fuerit viſus in loco delicti.*

16 *Inditium proximum quando dicatur eſſe.*

17 *Actus propinquus, et proximus quãdo dicatur.*

18 *Inditium remotum, debet probari per duos teſtes.*

19 *Teſtis deponens de voce clamãtis, non ſequitur, quod aliquem inuiſum offendit.*

20 *Teſtes aſſerentes vidiſſe interfici hominem, ſed ignorant nomen rei. non probant.*

21 *Operam rei licitè dat, quis ſtando intus eius rem.*

22 *Teſtis deponens audiuiſſe ab offenſo, eius offenſionem factam ab aliquo non probat.*

23 *Teſtis deponens audiuiſſe aliquem ex voce, non probat.*

24 *Dicta Virgilii, & Ouidii referuntur.*

25 *Fama ortum habens à principali, vel eius domeſtici, non probat.*

26 *Teſtis de fama deponens audiuiſſe publicè, ſed non à maiori parte populi, non probat, & hæc opinio admiſſa eſt in Regno.*

27 *Fama non probat, quando poſt informationem captam, & carcerationem orta eſt.*

28 *Fama tollitur per probationem bonæ famæ.*

29 *Teſtis deponens per dictionem* in circa, *non probat.*

30 *Mendacium ad hoc vt noceat, debet eſſe in facto principali, non in circumſtantiis.*

31 *Reus interrogatus à Iudice ſi negat, vel fatetur, & poſteà contrarium dicat ob eius ſalutem, non torquetur.*

32 *Periurus habet ſolum Deum in vltorem.*

33 *Fuga ante delictum facit inditium, & quando, num. 34. & 35.*

36 *Abſentia purgatur per iuramentum.*

37 *Exculpatio offenſi tollit quodcunq; inditium.*

38 *Regula, quod ſi non proſunt ſingula multa iuuant, qualitèr procedat.*

## ARGVMENTVM.

Homicida an dicatur verberans aliquem, qui poſtmodùm obijt exiſtẽtibus inditijs, ſcilicet famæ, inimicitiæ leuis, & depoſitionis vnius teſtis de auditu, vt puniri poſſit pœna homicidij.

## ALLEGAT. II. ET IVRIVM ADDIT.

1 QVoniam vbi maius eſt periculum,
ibi cautiùs eſt agendum, *cap. vbi*
*periculum de elect. in ſexto*, ideò
ampliando alias per nos tacta,
allegata, & aliqua ſupplendo in cauſa in-
quiſitionis formatæ contra Magnif. Caro-
lum Aldemoriſcum, ſobrinum meum, de
prætenſis verberibus, & vulnere in facie,
ex quibus prætenditur mors ſequuta in
perſonam quond. Matthęi Porro in eua-
cuatione, & annullatione prætenſorum
inditiorum, quæ afferuntur per Regium
Fiſcum, quibus eliſis abſolutio, & libera-
tio inquiſiti euidentiſſimè reſultabit.
Et ante omnia diſcutiendam eſſe qua-
litatem prætenſi delicti opere pretium
2 duxi, vt ſciatur id, de quo diſputatur, vt
ait *Cicero lib. 1. officiorum*, videlicet, an tra-
ctandum ſit de verberibus, vulnere, homi-
cidio, & morte ſequuta ſimul, vel de ver-
beribus, & vulnere tamen; cùm aliud ſit
tractare de occiſo, aliud de verberibus, &
vulnere tamen, quod autem tractandum
ſit tamen de verberibus, & vulnere, & non
de morte, apparet ex proceſſu, in quo li-
cet fuerit examinatus N. N. chirurgus,
vidiſſe offenſum prædictum cum vulnere
in facie, & cum liuoribus, nigredine, & tu-
mefactionibus in ventre, & lumbis, ex qui-
bus poterat incurrere mortis periculum,
idq; etiam aſtipulentur nonnulli alij te-
ſtes, tamen cum à die verberum, & vulne-
ris ſint tranſacti pluſquàm quinquagin-
ta dies non præſumitur ex eis mortuus;
nàm ſi vulneratus moritur infra triduum,
præſumitur ex vulnere mortuus, vel ad
plus infra quadraginta dies, poſt quos lę-
3 talitèr vulneratus, ex communi Medico-
rum opinione non poteſt viuere, prouè
pulchrè, & latè tradit in terminis *Boer. in*
*deciſ. 323. num. 11. & 12. & num. 18. par. 2.* &
ideò Medici, & Chirugici nõ debent eſſe
veloces, & ſubiti ad iudicandum, an vul-

nus

nus ſit letale, ſed bene deliberati, ſed prius
quàm accedat ad deponendū, debent ex-
pectari dies ſeptem, quia illo die conſue-
uerunt apparere accidentia, & bona, &
4 mala, ac de febre, ſincopi alienatione, &
ſpaſmo, vt ait *Galen in prognoſtic.* refert idē
*Borr.d.deciſ.propè finem,nu.24.verſic ibi vnde*
*Medici*. At in præſenti caſu ceſſant om-
nia, poſtquam duo Phyſici excellentes, &
peritiſſimi reſtantur, dictum Mattheum
eſſe mortuum ex febre continua cauſata
ex humore colerico, & flegmatico, non
autem ex alia cauſa, & verberibus, immò
quod ipſe Mattheus conualuerat, & po-
ſteà reincidit in febrem ob malum eius
guberniū, quia noluit accipere ſyropos,
& medicinam, nec obſeruare ordinem
Medicorum, quod expreſsè eſt probatum,
quo caſu imputatur malæ ipſius cuſto-
5 diæ, & culpæ, vndè percuſſor excuſatur, &
non tenetur de occiſo, vt in *l. qui occidit,*
*§ fin. & in l.ſi ex plagis ff.ad leg. Aquil.* tradit
amplè more ſuo *Borr. d.deciſ.323. num.*10.
Reſtat ergo quod tractandum ſit tantùm
de verberibus, & vulnere. Veniamus ad
inditia. & Primum inditium quod inſur-
git, eſt præſumpta inimicitia inter ipſos
ex cauſa, quod aliàs dictus offenſus fuit
inuētus furari fructus in Viridario, & Ru-
re per Robertum eius fratrem, quæ quidē
ſpecies inimicitiæ neſcio quomodò ada-
ptari poterit cū Magnifico Carolo, quid
enim cōmune habet, quod fuerit inuētus
furari fructus per Robertum, & efficiatur
inimicus cum inquiſito fratre, quę exten-
ſio eſt iſta? ex iſto furto non offendebatur
familia, ità quod poſſet dici, quod iniuria
facta vni de agnatione, cenſeatur facta to-
ti agnationi, vt per *Bart.in l.lex Cornelia.ff.*
*de iniur.* quoniam iſtud procedit in iniu-
rijs perſonalibus, in quibus offēditur per-
ſona in honore, & offenſa perſonali, ſed
furtum, quod fit alicui, non offendit nec
in perſona, nec in honore, & ideò *Bart.no-*
*tabilitèr in l.licitatio, § quod illicitè, num.6. ff.*
6 *de public. & vectig.* dixit, quod ſi ſtatutum
dixerit, quod offendens aliquem in per-
ſonam, teneatur ipſe, & omnes de eius do-
mo; quod ſi fecerit furtum, non teneantur
illi de eius domo, quia furtum non eſt in-
iuria in perſona, ſed circa res, & ideò non
extenditur ad illos de domo, nec ille, qui
7 promiſit non rumpere pacem, tenetur ſi
furtum fecerit, vt *Bart. ibidem num. 3. & in*
*l.verum, num 5. ff de furt.* & eum ſpectanda
ſit ſpecies inimicitiæ, non equidèm con-
ſideranda eſt iſta, quod propterea furtum
fructuum intelligeretur contracta inimi-
citia cum omnibus de familia, quis enim
rectè diceretur propter furtū rei tàm mi-
nimè, quod contracta eſſet inimicitia ca-
8 pitalis, quæ cōtrahitur propter litem om-
nium bonorum, vel maioris partis, non
autem propter rem minimam, certè eſſet
inimicitia irrationabilis, ità *Roman.in l.1.*
*§.hoc reſcriptum, ff.ad Syllan. & Grammat.in*
*conſil.*54. *num.*15. prætereà tali caſu iſta
9 inimicitia obueniſſet culpa ipſius Mat-
thęi inuēcti ad furandū fructus, ità quod
non eſſet imputanda inquiſito, vt notabi-
litèr dicit in ſpecie *Gram. in conſ.*30.*nu.*18.
*&* 19. & quod fuerit modica cauſa inimi-
citiæ, apparet ex eademmet informatio-
ne, dùm ſecundus teſtis examinatus di-
xit, quod habebant parum odij, & non di-
xit magnum odij, ſed parum, ità quod
inter parum, & nihil parum diſtat.

Vlteriùs maior cauſa inimicitiæ ade-
rat cum illo iuuene extero de Litio, cui
offenſus abſtulerat pallium, ex quo dictus
iuuenis minatus fuit velle ipſum offende-
re, & nuſquam aliàs fuit viſus, & quando
aliquis minatur velle aliquem offendere,
10 præſumitur inimicus capitalis, ſecundū
*Gloſ.* quem ſequitur ibidem *Card. Abb. &*
*Imol in cap.cū ſuper, extra de offic.deleg. Hip-*
*pol in l.1. §.prætereà,num.10.ff de quæſtion. &*
*Blanc.Patau. in l. fin. num.*106. *ff.de quæſtion.*
maximè quia poſt minas diſceſſit, & nuſ-
quam aliàs apparuit, & ſic cum iſta inimi-
citia potuiſſet oriri contra plures, non eſt
de ea faciendum aliquod fundamentum,
deficiunt etiam teſtes, quia non dicunt
vidiſſe ſigna aliqua inimicitiæ, ex quibus
11 ſignis arguitur inimicia, & ſic non red-
dunt rationem, quomodò ſciebant ipſos
eſſe inimicos. quam etiam non interoga-
ti reddere tenebantur, vt habetur in *can.ſi*
*inimicus 93.diſt., Luc.de Penna in l.1 C.de his,*
*qui ſe defer. lib.*10. *Felin. in proem. decretal.*
*col.*5.*num.*22. *& 2.Reg. cap.*13. eſt etiā pro-
12 bata reconciliatio, quæ tollit inditium
inimicitiæ, ſecundum *Iacob. de Beluiſ. in*
*eius praxi, tit.de iniur. in ver. quod dictus reus,*
*Blanc.vbi ſupra num.*161. *Foller.in 2.par. ſe-*
*cundæ partis, tit.recipiant defenſio. reor. num.2.*
*Hippol.in l.1. §.prætereà, ff de quæſt. Gram.in*
*voto 30. & Carrer.in eius praxi nu.*118. item
13 vltra quod inimicitia non eſt ſufficiens
inditium ad torturam, ſecundum veriorē
opinionē, de qua per *Imol.in l.fin. ff de hæ-*
*red. inſtit. & Auguſt.de Arim. in tract. maleſ.*
*in verbo fama publica, præcedente verſ. quæro*
*an vnum inditium, col.7. & Hippol.in praxi, §.*
*diligentèr, num.70. & Blanc.vbi ſupra nu.*177.
14 nihilominus tollitur hoc inditium per
proba-

probationem bonæ famæ, vt eſt *text. in l. non omnis, §. à barbaris, ff. de re milit. Angel. in l. 1. §. ſed & ſi ex improuiſo, ff. eod. tit. Corn. in conſ. 58. volum. 2. Hippol. conſ. 109. 118. 120. 130. & 135. Grammat. conſ. 35. 37. & 47. Carrer. in praxi num. 158. Dec. conſ. 189. incip. Lætatus ſum, num. 15. Soccin. conſ 88. nu. 49. lib. 2. Petr. Caleſat. conſ. 102. incip. In cauſa inquiſitionis falſitatis, num. 14. & ſeq. poſito inter conſil diuerſ. 21. lect. Venet. & Foller. in eius praxi tit. item qui ſororem venenauit, num. 24. in 2. par. ſecundæ partis,* & ſic ex omni capite ceſſat hoc inditium inimicitiæ.

Secundum inditium proprius ad delictum inſurgit, ex depoſitione Petri de lo Salice deponentis audiuiſſe vociferantem intus Rus Magnifici Caroli inquiſiti, qui occurrit, & non vidit exclamantem, ſed vidit Carolum currentem per eius Rus, & de auditu vociferantis aſtipulantur eidem duæ mulieres, ſed quod non viderunt nec offenſum, nec offendentem, ſed tantùm audiuerunt exclamantem, arguitur ex hoc ſuſpitio, quod inquiſitus
15 fuerit viſus in loco delicti, vel propinquo, maximè fugiendo, *l. 1. § quid ergo, & §. hoc autem, ff ad Syllan. Luc. de Penna in l. exceptiones, verſ. item nota, quod inuenctus, C. de curſ. publ col. 3. lib. 11. Paris de Put. in tract. ſyndic. in verbo tortura, el primo, cap 2. incip. ſi quis eſt inuenctus, & Blanc. in alleg l. fin. num.* 1300.

Sed hoc inditium tollitur ex pluribus: Primò, quia iſtud inditium eſt remotum à maleficio, quoniam proximum ad delictum eſt quando vidiſſet percutere, & ver-
16 berare, tunc enim dicetur inditium delicto proximũ, quod eſt deuentum ad actũ principalitèr propinquum, ità quod iudicatur de eius eſſe, & quaſi pars eius intrinſecè, ſecundum *Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, col. 3. C. de Epiſc. & cler.* quem refert
17 *Capyc. in deciſ. 126. nu. 2.* qui actus propinquus, & facti proximus dicitur eſſe illum, quo ſuppoſito alterius ſequitur cõtinuatio, ſecundũ *Bald. in conſ. 300. Statuto Placentia cauetur, vol. 3. & in conſ. 27. punctus ſuper quo, vol. 2.* quem refert *Boer. in deciſ. 316. num. 1. par. 2.* non enim dicetur actus proximus, ſi eſt alius magis proximus, in caſu de quo agitur actus magis proximus eſt, quod fuerit viſus percutere, vel tenere offenſum ſubtus, & illum vociferare, vel vidiſſe ipſos rixantes, & poſt rixam ſanguiuolentum, ſed quod Carolus fuerit viſus currere, & non percutere, dicetur inditium remotum à maleficio, nec poterit dici teſtis de viſu, cum ergo inditium remotum debeat probari per duos teſtes in indiuiduo, qui deponant ſimul, & ſemel actum vidiſſe, vti in terminis firmat *Bart. in l. fin. num. 7* ità declarando, & loquitur de eo, qui fuit inuentus in loco delicti, qui
18 requiruntur duo teſtes, idem *Bart. & Bal. in l. fin. C. famil. erciſc.* pulchrè *Grammat. in voto 22. num. 1. & in conſ. 59. num. 26. Angel. & Salyc. in l. fin. C. de quaſt. Angel. Caſtrenſ. in conſ. 94. nu. 26.* poſito inter conſilia criminalia diuerſorum, *Ziletti* plura ſunt etiam circa hoc cõſilia, *Alex. videlicet conſ. 5. nu. 4. vol. 1. conſ. 180. num. 2. & 6. vol. 2. conſ. 138. num 4. vol. 5. & 216. num. 8. eodem lib. conſ. 2. num. 15. vol. 7.* eſt enim in eius dicto ſingularis, qui in criminalibus non probat, ſecundum *DD. in cap. licet cauſã, extra de probat. Angel. Caſtrenſ. in allegato conſ. 94. nu. 25. Cepoll. in conſ. 3. num. 8.*

Secundò tollitur, quia tùnc probaret aliquid, quando vidiſſet offendentem, & offenſum in loco, ſed teſtis non vidit offenſum, niſi Carolum ſugientẽ intus eius Rus, cum enim tractetur de offenſa certi, & determinati hominis, videlicet Matthęi probari debet offenſum Matthęum, quem cum non viderit dictus teſtis, ſed tantùm
19 vocem exclamantis audierit, ſequitur nõ probare offenſum fuiſſe Matthęum, ità in ſpecie dicit *Angel. in l. prætor edixit, §. 1. ff de iniur.* idem *Bald. in l. ſi cum exceptione, § in hac, verſ. inducitur iſta gloſ. ad quæſtionem, ff quod metus cauſa, Paris de Puteo in tract. ſyndic. in verbo confeſſio, cap. 1. num. 1. & 2.* & latiùs *Blanc. in pluries alleg. l. fin. num. 15. 17. & 18. ff. de quaſt* & ideò optimè *Paul. Caſtr. in l. quoties, §. ſi quis hæres, ff. de hær. inſtit.* quem refert *Felin. in cap. auditis, num. 28. verſ. dic etiam quod ſi non conſtat. extra de præſcript.* dixit, quod ſi non conſtat de occiſione, quia nullus vidit occiſum, licet dicatur aliquẽ occiſum in tali loco, & infamia haberet contra ipſum, adhùc inquiri non poteſt
20 propter incertitudinẽ, alibi ſatis ad propoſitũ dixit notabilitèr *Bald. in l. data opera, col. 19. verſ. ſed quid ſi teſtes, C. qui accuſ. non poſſ.* quem ſimilitèr refert *Felin. in d. cap. auditis, num. 28. verſ. ſi tamen accuſatio diceret*, quod ſi accuſator diceret fuiſſe interfectũ Titium, & teſtes dicerent, quod viderunt interfici hominem, ſed ignorant eius nomen, quod reus eſt abſoluendus, quoniam nõ eſt probata accuſatio, quid enim probat ipſe teſtis ſingularis, qui non vidit aliquem offendi, ſed audiuit exclamantem, neſcit vbi, & fugientem per eius Rus. Præterea id, quod dicitur, quod præſumitur contra inuentum, ſeu viſum in loco de-

licti,

licti,procedit quando eſt viſus in ſtrata,
& loco ſuſpecto ; ſecus autem quando in
proprio domus ſuæ,vel Ruris ſui,quia tũc
21 nulla ſuſpitio oriri poteſt , dat enim ope-
ram rei licitè ſtando intus rem ſuam , vt
dicit *Grammat.in conſ.59.num.46.& 27.*qui
enim moratur in re ſua , non debet præſu-
mi,quod ibidem fuerit animo committẽ-
di delictum.

Vlteriùs dictus offenſus nõ fuit inuen-
tus intus Rus Caroli per teſtem , ſed ante
Paleare Minicucci, ergo non poteſt dici,
nec inuentus,nec viſus in loco delicti:

Accedat prædictis, ꝙ rectè intuenti,te-
ſtis nõ deponit contra Magnif.Carolum,
dũm dicit ; *Che affacciandoſe da vno pontone
del ſuo Giardino,e tenendo mente verſo la maſ-
ſaria de detto Carlo,doue haueа inteſo detta vo-
ce gridare,vedde detto Carlo,che ſe ne giua cor-
rendo dentro detta ſua maſſaria vicino doue ha-
uea inteſo detti gridi.* Potuit enim eſſe,& ſic
eſt credendũ,quod Carolus currebat ver-
ſus vociferationes, vt preſto eſſet in auxi-
lium vociferantis ; & ad videndum quid
eſſet,non quod offendiſſet,& ſic nec teſtis
de neceſſitate concludit offenſum eſſe à
Carolo . teſtis enim non vidit niſi Carolũ
currentem , ſi offenſus non dixiſſet Caro-
lum vulneraſſe, & verberaſſe, certè Petrus
teſtis non potuiſſet cum veritate dicere,
quis fuerit , qui dictum Mattheum offen-
dit , ergò depoſitio Petri dependet à di-
22 cto offenſi,quod non probat tanquàm à
principali,vt in *l.in omnibus, C.de teſtib.* te-
ſtis enim de auditu à principali non pro-
bat *Bart in l.1.num.29 ff ſi cert pet.*

Nec coadiuuatur ex depoſitionibus
Antonellæ, N. & Lucretiæ, N. quæ dicunt
audiuiſſe vocem intus Rus Caroli, quia
non viderunt offenſum,nec offendentem,
nec aliquos rixantes ; & experientia do-
cet,quod ſæpiùs vociferatio creditur eſſe
in vno loco , & eſt in alio longiori . proùt
vox vento , vel interpoſitione concauita-
tis deducitur,ventus enim reflectit vocem
proùt ſpirat . ſic etiam ex intercapedine
parietis,vallis,vel cõcauitatis : hinc enim
reſonat illa Eccho . & ideò teſtis non pro-
23 bat dicens,cognouiſſe aliquem in voce,
cùm vox poſſit alterari ex diuerſis acci-
dentibus , vt docet eleganter *Bart in tract.
de teſt.num* 27. & iuxtà illud *Virgil.3 Æneid.
Gemitus lacrimabilis imo . Auditur tumulo. &
vox reddita fertur ad auras.* & *Ouid.in epiſtola.*
24 *Ariadnes , reddebant nomen concaua ſaxa tuũ.
& Poeta vulgaris Arioſtus,e al nome di Bireno
Riſpondean gl'antri, che pietà n'haueno* . mu-
lieres autem non audierunt, niſi vocem
clamantis in deſerto, & non viderunt of-
fendentem , nec offenſũ . ergo nihil pro-
bationis inducunt . maximè cum offen-
ſus fuerit inuentus per Petrum extra Rus
Caroli ante Paleare Minicucci cum eius
bubulco , eſt etiam depoſitio iſtorum in-
uerisſimilis, quia ſi rumor, & clamor fuiſ-
ſet intus Rus Caroli , dictus bubulcus
tàmq; magis vicinus, occurriſſet, vidiſſet
& dixiſſet dictum Mattheum offenſum a
Carolo, & tamen non conſtat aliquid di-
xiſſe,vndè veritas alitèr ſe habet,& ex his
tollitur hoc ſecundum inditium , in quo
videbatur conſiſtere neruus totius proba-
tionis prætenſæ per Fiſcum.

Nulla etiam eſt habenda ratio de præ-
tenſa fama , quæ pro tertio inditio addu-
citur , quia corruit ex pluribus . Primò,
quia conſtat habuiſſe originem à dicto, &
25 depoſitione principalis offenſi , eum in-
culpantis , & quando habet originem a
principali,vel eius domeſticis , nihil pro-
bat ex traditis per *Aym.Crauett in conſ.41.
num 1.& ſq; ad ſeſtum, vol.1.& Foller. in eius
praxi,tit dent.capit.quod ſuffocauit vxorẽ n.35.
che teſto ò buona , ò ria , che la fama eſce fuor
d'vna bocca, in infinito creſce* . & alibi dicitur
fama volat, tranſitq; modum quocunquè
feratur,eximiè creſcit, ſed non cito fama
quieſcit.

Secundò, dicta fama eſt nullitèr , & in-
formitèr probata , cùm omnes teſtes di-
cant , quod audiuerunt publicè dici , &
non dicunt à maiori parte Populi , qui
26 non probant, quia poteſt eſſe, quod vnus
homo ſic publicè dicebat , vt in ſpecie
tradunt *Bart.& Bald.in l.3.§. eiuſdem.ff de
teſtibus*,plenè *Grammat.in conſ.26.num.12.&
13.& conſ 42.nu.13.*& hæc eſt communior
opinio,ex calculo DD.proùt refert etiam
*Hippol.in l.de minore,§.plurimum,ff.de quæſt.*
quicquid dicat *Clar.* de contraria obſer-
uantia *lib.5.ſententiarum, §. ſi quæſtio ſexta,
verſ.debent etiam dicere*, quia in Regno no-
ſtro per omnes eſt admiſſa opinio in con-
trarium,vt per *Foller. in eius praxi, tit. dent.
cap.quod ſuffocauit vxorem, num.28.*

Tertiò , quia dicta fama eſt contracta
poſt informationem,ac etiam poſt carce-
27 rationem inquiſiti , quo caſu fama non
probat, ſecundum *Bald. in l.ea quidem, col.
penult.verſ.item quæro an fama contracta,C.de
accuſat.* & poſt omnes , quos latè adducit
*Foller. vbi ſupra num.28.*

28 Quartò , tollitur per probationem bo-
næ famæ, etiam in genere probatæ,ſecun-
dum *Bald.in d.l.ea quidẽm,col.penult. verſ.itẽ
quæro an infamatus,& in l.fin.C.de probat.*latè

*Foller.*

*Foller. d.loco nu.*30, & profectò ex tot qua-
litatibus, quæ requiruntur in probatione
famæ. nunquam vidi famam meliùs pro-
batam.

Nec obſtat ſi prætenderetur aliquod
mendacium principalis, eo quod dixerat
in examine ſe contuliſſe Neap. circa me-
dietatem menſis Septembris, cum tamen
ex depoſitione Donati de Reno, & Domi-
nici Volpe examinatorum die 18. Octo-
bris cõſtet alloquutos Carolum illinc ad
quindecim dies, ſeù viginti in circa, & ſic
in fine Septẽbris, ſeù principio Octobris
inquiſitus erat in loco; nàm dico nullam
adeſſe varietatem, quia inquiſitus dixit
diſceſſiſſe circa medietatem Septembris,
non autem dixit redijſſe. in fine autem
Septembris, ſeù principio Octobris fuit
reuerſus, quoniã ſtant iſta ſimul ipſum di-
ſceſſiſſe circa medietatem Septembris, ꝙ
intelligitur paulò poſt, vel paulò ante, &
redijſſe in fine. Vndè non contradicit, te-
29 ſtis enim, qui deponit per dictionẽ *circa*,
nullitèr deponit, & non probat, cum non
deponat de certo, & determinato tempo-
re, ità *Alex. in conſ.*184. *num.*11. *vol.*6. *& in
conſ.*183. *num.*7. *vol.*7. præterea ad hoc vt
mendaciũ noceat debet eſſe in facto prin-
cipali, non autem in circumſtantijs, & ap-
pendiitijs, vti aſſerit *Grammat. in conſil.*59.
*num.*6. *&* 8. prout etiã dicimus teſtes non
30 puniri de falſo, immò probare, ſi dicunt
falſum in circumſtantijs, & non in facto
principali, per adducta per *Grammat. de-
ciſ.*60. *num.*16. *&* 17. & etiam quod dixiſ-
ſet mendacium vti principalis non tene-
tur, quia licet mentiri propter eius ſalutẽ,
& ideò ſi reus interrogatus à Iudice, ne-
get, vel fateatur aliquod, & poſteà dicat
contrarium eius, quod priùs dixerat, licet
eius aſſertio largè dicatur teſtimonium;
tamen non torquebitur; quia licet cõtra-
31 ria dicere propter ſui ſalutem; ità in ſpe-
cie dixit *Andr. de Iſern. in Conſtit. Regni Si
damna clandeſtina, col.*7. *verſ. idcircò ſi reus in-
terrogatus, lib.*1. quem ſequitur *Afflict. ibidẽ
num.*45. *& Grammat.* latè *in voto* 30. *col.* 3.
*verſ. circa tertium*, vbi dicit, quod ex com-
muni concluſione non reperiri, qui men-
dacium ſit, ſufficiens inditium ad tortu-
ram, & eſt *Ritus M.C.V incip. Item qui quan-
documque partes principales in fine*, vbi dicit,
ꝙ tàm in cauſis ciuilibus, quàm crimina-
libus principales poſſunt deponere abſq;
metu pœnæ varietatis, & periurij, vndè ſo-
32 lùm Deum habet vltorem, vt in *l.*2. *C. de
reb. cred.* igitur ex omni capite ceſſat men-
dacium prædictum, quatenùs adeſſet.

Nec obſtat prætenſa latitatio, & fuga
poſt prætenſum delictũ, & quod poſteà nõ
fuerit viſus publicè, ſed clàm, nàm licet
33 fuga ante delictum faciat inditium, vti
dixere *Bart & Roman. in l. lege Cornelia, ff. ad
Syllan.* quoniã latitatio præſupponit con-
ſcientiam malam, vt eſt *text. in l. Fulcinius,
quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* eo quia qui malè
agit, odit lucem. Nihilominus tollitur ex
pluribus.

34 Primò, quia tùnc fuga ante delictum
facit inditium quando præcedit fama le-
gitimè probata, ità *Angel. in l. ſi vacantia, C.
de bonis vacant. lib.*10. *Raphael. Fulgoſ. in con-
ſil.*107. *ſuper eo formata inquiſitione*, & latè
*Blanc in repetit. l. fin. num.*279 *ff. de quæſt.* ſed
hic ex ſuperiùs allegatis ſuper dicto indi-
tio famæ, conſtat famam ipſam non eſſe
legitimè probatam, & habuiſſe originem
à principali offenſo,

35 Secundo, fuga non facit inditium, quo-
tieſcunq; fit poſt inquiſitionem, vel parum
ante, quia præſumitur aufugiſſe timore
inquiſitionis, ſecundum *Rom. & DD.* com-
munitèr in *d. l. lege Cornelia, ad Syllan. Bart.
in l.*1. *C. de bon. eor qui ant. ſent. ſibi mort. con-
ſcin. Blanc. vbi ſupra num.*281. & ibi etiam
dicit extendi ad illum, qui dubitabat ac-
cuſationem, vel informationem capi, *vt
nu.*282. & pulchrè in terminis, *Dec. in conſ.*
234. *incip. in effectu num.*3. *part.*2. vndè cùm
eſſet diuulgatum ex ore offenſi, qui incul-
pabat ipſum Carolum, veriſimilitèr dubi-
tare potuit ſe ipſum, & informationem
capi.

Et quod non ſe abſentauerit ob deli-
ctum, ſed quia ob aliam cauſam Neapolĩ
36 venit ſtatur eius iuramento, qui cum iu-
ramento ſic depoſuit, & ſic tollitur per iu-
ramentũ purgationis, ſecundum *Cyn. C.
de requir. reis, Hippol. in eius praxi, in* §. dili-
gentèr *num.* *col.*4. *Blanc. vbi ſupra nu.*283.
quia ea, quæ conſiſtunt in animo proban-
tur ſolo iuramento aſſerentis, ſecundum
*Iaſ. in* §. *ſed iſte, num.*88. *& ſeqq. Inſtit. de act.
Arnon. in* §. *in ſingul.*44. & quia ſpontè com-
paruit, ideò non nocet ex prædictis, vt
ſuprà.

Tandem vltra, quod dicta indicia ſunt
eliſa, & ſublata, vt ſupra. Nihilominus
nulla ratio de eis haberi debet, ſtante ex-
culpatione offenſi, nàm licet inculpatio
offenſi non facit niſi ad inquirendum
37 tantùm, tamen exculpatio offenſi tollit
quodcunq; inditium, quod eſſet contra
inquiſitum, ità *Gerard. in ſingul.*55. *num.*2. &
latiùs *Hippol. in ſingul.*22. *verſ. teneas tamen*
menti caſum, in quo cõfeſſio offenſi pro-

deſt offendenti, poſt alios, quos latè adducit.

58 Nec nocet regula, quod ſi non proſunt ſingula, multa iuuant, vt in *l. ſpadonem, §. qui iura, ff. de excuſat. tutor.* quoniam procedit quando inditia ſunt perfecta, & in eorum genere probata, ſecus autem vbi ſũt imperfecta, ſeù eliſa, ità *Bald. in l. ſi quis & argentarijs, §. 1. ff. de edendo, Alex. in conſ. 18. col. fin. vol. 4. conſ. 13. col. fin. vol. 1. conſ. 150. col. fin. vol. 5. & conſ. 180. col. 2. vol. 2. Iaſ. in l. admonendi. col. 96. ff. de iure iur. Felin. in cap. cum cauſam, col. penult. in verſ. limita iſtam, extra de probat.* & poſt omnes latiſſimè *Ant. Gabr. lib. 2. commun. opin. tit. de probat. concl. 1. num. 33. & 34.* & plenè in terminis *Grammat. in conſ. 3. num. 18.* vbi ità declarat, ex quibus omnibus concluditur inquiſitum eſſe abſoluendum, & huiuſmodi debere eſſe partes Dominorũ Iuſdicentium ſperatur. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I. C. Neap.*

De anno 1598. per M. C. V. dictus inquiſitus fuit habilitatus in forma nouis ſuperuenientibus inditijs. In Banca Barreij.

Additio. Licet vulneratus mortalitèr pręſumatur ex vulnere deceſſiſſe, & vulnerans de occiſo tenetur, *Farinac. de homicid. quaeſt. 127. num. 10.* etiam ſi moriatur ex interuallo poſt vulnus receptũ, ſubdit *num. 11.* & etiam quod Medicus non fuerit adhibitus, vel adhibitus imperitus, & etiam quod probetur negligẽtia Medici, & culpa ipſius infirmi, *num. 12.* Attamen mortalitèr non vulneratus praeſumitur non deceſſiſſe ex vulnere, ſed vel culpa Medici, vel ex malo regimine infirmi, vt ibi *num. 13.* licet alij contra ſentiunt *num. 14.* & ibi alia congerit ad materiam iſtam, quibus conferunt congeſta per *Ciazium diſcept. forenſ. tom. 2. diſcept. 9.* vbi plura.

De inimicitia fuerunt in praecedẽti allegatione aliqua adicta, ſed reſpectu reconciliationis vide *Ferrar. in tract. de inimic. §. 77.*

Circa materiam inditiorum proximorum, & ſimilium, plura congeſſit idem *Almont. Ciazius d. tom. 2. diſcept. 7. Anton. de de Ballis in tract. crimin. lib. 1. tit. de indit. q. 1. cum ſeq.*

Quo verò ad teſtes deponentes de auditu vocis alicuius, latè *Farinac. de teſtibus quaeſt. 69. à num. 164. & ſeq.* hanc materiam exarat. *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Contumacia incuſari debet in quarta dies alias nulla erit.*

2 *Sentẽtia foriudicationis redditur nulla, ob nullitatem citationis, & contumaciarum.*

3 *Dies aſſignata ad vnum actum, non poteſt fieri actus alia dies nãm corruit.*

4 *Actus iudiciales nulli, nullum producunt effectum, nec conſtituunt reum in contumacia.*

5 *Annus praefixus ad foriudicandum incipit à die banni, & niſi de publicatione banni conſtet bona non confiſcantur.*

6 *Tempus foriudicationis poteſt, ex cauſa moderari per Principem.*

7 *Ordinationes Principis ſunt ſtricti iuris, & nõ extenduntur.*

8 *Bona inquiſiti ad Fiſcum peruenire non poſſunt, niſi elapſo anno.*

9 *Qualitates contrariae quando cenſentur repetita.*

10 *Terminus menſis conſtitutus in abbreniatione à Principe facta, quando incipit currere.*

11 *Procurator in cauſa criminali non admittitur.*

12 *Citatio contra abſentem extra Prouinciam debet fieri.*

13 *Exceptio indultus impedit ſententiam, & proceſſum ad vlteriora, & ratio affertur.*

14 Anna in ſingul. 56. *qualitèr procedat.*

15 *Sententia contra legem lata, eſt nulla, nec tranſit in rem iudicatam.*

16 *Paria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe inutilitèr.*

17 *Remiſſio vaſſalli poſt ſententiam foriudicationis fieri an debeat Baroni, deciſiones afferuntur.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio cauſę criminalis, poſt latam ſententiam foriudicationis fieri, an debeat Baroni illam petenti, & ampliùs exiſtentibus illius nullitatibus.

ALLEGATIO III.

AD reſcindendam aſſertam foriudicationis ſententiã minùs iuſtè prolatã per N. olim Commiſſarium, contra V. I. D. Paulum Laurenzanum, & Marcum Antonium de Simeone; quinque praecipuè nullitates afferuntur, quarum, etſi vna ſatis ſufficiens eſſet ad ipſam inualidandam, ad vberiorem tamen Dominorum Iudicantium informationem ſingulae diſcutiun-

ſcutiuntur,infraſcriptiſq; veris iuris con-
cluſionibus roborantur.

Prima enim nullitas, qua dicta ſenten-
tia corruitur, reſultat ex citatione ad in-
formandum circumducta ob primam
contumaciam malè,& non ſuo tempore
incuſatam,nàm de anno 1598.die 3.Apri-
lis citantur inquiſiti ad informandum,
& ad capitula cum termino ad primam
iuris,qui erat in quarta die ſequenti, & in
ea erat incuſanda prima contumacia,quę
verè reperitur incuſata in quinta die (li-
cet dies quarta in proceſſu reperiatur ac-
comodata , & vitiata , & ex eo colligitur
clarè iniquitas Iudicis, & falſitas in dicta
accomodatione iàm facta, eaq; refragari
1 non poteſt, cũ ex actis clarè liqueat) con-
tra ſtylum *Ritus M.C.*123.vbi *Carau. notat
num.*4.*& 6. & Foller. in ſua pract. crimin. in
verbo accuſentur contumacia, num.*2. qui dat
formam incuſandi contumacias,ſubdens,
quod ſi prima contumacia non incuſatur
die ſtatuta in citatione, citatio ipſa expi-
rat,& circumducitur, & eſt tanti momen-
ti nullitas citationis , & contumaciarum,
quod reddit proceſſum nullum contra
contumaces,adeò quod non poteſt ſubſe-
2 qui ſententia foriudicationis,quia nulla
eſt, per *Afflict in Conſtit. Pœnam eorum, à ter-
tio, vſque ad ſeptimum requiſitum , Foller. in
verbo foriudicentur, num.*27. & ea ratio aſſi-
gnari poteſt , quam ponit *Bald.in cap. cum
Marcus, 2.car de conſtit.*& ſequitur *Afflict. d.
Conſtit. num.*20. vbi dicit, quod ſi aſſigne-
3 tur vna dies, ad actũ, non poteſt fieri alia
die,quia dies eſt aſſignata pro forma,qua
non adimpleta,actus corruit. Actus enim
4 iudiciales , qui nulli ſunt,nullum produ-
cunt effectum , nec conſtituunt reum in
contumacia, *Gloſ.in cap.de cauſis, de offic.de-
leg.in cap.veniens,de accuſat.* de quo etiam
in *cap.gratum, de offic.deleg. Iaſ.in rubr. ff de
in ius voc. Afflict. in deciſ.* 366. *Bald. in l.*1.
C. . . . faciunt dicta per *Afflict. in cap.*1.
§.*prætor,quæ ſit prima cauſa.*

Secunda in ordine Nullitas , quæ ex
actis apparet, eſt defectus Banni, eſt enim
Bannũ adeò de ſubſtantia, quod foriudi-
catio dependat à Banno , & ſi non banni-
5 tur , nunquàm poteſt foriudicari inquiſi-
tus,annuſq; præfixus ad foriudicandum
à die Banni incipit *Andr.de Iſer. in d.Conſt.
Pœnam eorum,1 colum.* & ibi *Afflict.num.*19.
cũ ſequentibus ratio, dicit *Andr.* quia Iu-
dices M.C. nunquàm foriudicant , nec
bannitorum bona confiſcant, niſi de pu-
blicatione Banni conſtet,& ex tùnc cõpu-
tant annũ,*add. Foll.in ver.foriudicētur, n.*27.

6 Nec his refragari poteſt diſpenſatio
Principis,quæ moderauit terminum con-
ſtitutionis de anno ad menſem,quod iure
ex cauſa fieri poteſt, *l.digna vox , C.de leg.*
dummodò dicit *Andr. in d. Conſtit.* quod
moderatum tempus ſtatuat reo ſe ad de-
fendendum,aliàs eſſet exhaurire,& defen-
ſiones omninò tollere,& diſpēſatio odio-
ſa , & non extenditur vltra caſum ſuum,
ordinationes enim Regiæ ſtricti iuris
7 ſunt , & ad alios caſus non extenduntur,
*Gloſ.in d.Conſtit. Pœnam eorum , verbo occul-
tatores* , quem ſequitur *Afflict. num.* 92. &
ante eum *Andr.in Conſtit.Proſequentes,* & in
tantum eſt verum , quod non extenditur
vltra caſum , quod non obſtante diſpen-
8 ſatione, bona inquiſiti non poſſunt veni-
re ad Fiſcũ , niſi elapſo anno *à Conſtitutio-
ne* ſtatuto per omnes allatas ibi per *Andr.*
cùm igitur Dominus Prorex terminum
Conſtitutionis,qui erat annus ad menſem
reduxit, mēſis ille vtilis eſſe debet,& cur-
rere non incipit,niſi à die Banni,quod eſt
de forma requiſita , vt deueniri poſſit ad
actum foriudicationis , aliàs ipſa foriudi-
catio nulla,vt ſupra diximus, quando .n.
fit extenſio , fit cum qualitatibus ſuis ,
idemq; in contrario , cum contrariorum
9 ſit eadem diſciplina . Cenſentur enim re-
petitę qualitates in vtroquoq;, *argum.l.ſed
etſi manente, ff de precar.*vbi DD. notant,cũ
igitur Bannum prædictũ non fuerit ema-
natum,& ſi adeſſet,adhùc nullum ſtante
citatione circumducta,vt in Prima Nulli-
tate dictum eſt, nec etiam menſis, ad quē
10 annus reductus eſt , & abbreuiatus per
Principem currere nunquam incepit,nec
incipiet, nempè diſpenſationis verba ter-
minum anni in *Conſtitutione* præfixum mi-
nuunt,& arctant,ſed non expreſsè,nec ta-
citè tēpori , à quo annus currere incipie-
bat,derogent,vel nouitèr conſtituunt,nec
etiam alias ſollemnitates , quas numerat
*Afflict. à primo vſq; ad decimum requiſitum in
d.Conſtitut.* tolluut , remanet ergo ſub iu-
ris communis,& Conſtitutionis,argumē-
to *l.præcipimus,C de precib Imper.offer.*

Suntq; hæ duę nullitates tanti momen-
ti, quod opponi poſſunt per Procuratorē
ad inualidandam , & reddendam ſenten-
11 tiam nullam, non obſtante *Ritu M.C.*qui
non admittit Procuratores in cauſa cri-
minali, adducta per *Foller.in ver audiantur
excuſatores, num.*3.& meliùs *num* 7.

Terria Nullitas ſubſtantialis , quæ ſola
ponit gladium ad radicem , affertur ea;
nàm poſt diſpenſationem Domini Prore-
gis de anno ad menſē de ſtylo M.C.erant



Digitized by Google

denuò citandi inquiſiti ad informandũ,
& ad capitula, & poſmodùm reputati
contumaces ad foriudicandum infra mē-
ſem à Prorege ſtatutum,cum ſi ſciuiſſent
tempore primæ citationis debere ſequi
diſpenſationem Principis, vtiquè com-
paruiſſent, ſi nouitèr citati fuiſſent, quod
non fuit peractum,ſed tantùm cum inſer-
ta forma veteris citationis, & contuma-
ciarum, ad foriudicandum fuerunt tan-
tùm citati, quæ apparens nullitas etiam
per Procuratorem proponi,& allegari, vt
ſupra potrſt,
Quarta affertur Nullitas. nàm citatis
agnatis, & cognatis in ſententia foriudi-
cationis fuerunt remotiorrs affines, &
conſanguinei ipſius Pauli tantùm vocati,
& citati, & non eius vnica filia Iſabella
Laurenzana,de cujus intereſſe principali-
tèr agrbatur,& licet fuiſſet prtitum,& in-
ſtatum per illos agnatos,vt ſupra citatos,
nec de geſtis contra patrem poterat ipſa
notitiã habere, cum eo tempore degebat
in Ciuitate Troiæ, extraq; Prouinciam,&
12 ipſius citatio neceſſaria erat, iuxtà *Gloſ.
in d.Conſtit.Pœnas eorum*, & ità ibi in praxi
obſeruari,notat *Andr.de Iſern.* ac etiã tra-
dit *Follet.in verbo foriudicentur,num 4. Affl.
in d.Conſtit. num.21.* addo *Præſid.de Franch.*
in ſpecie *deciſ.516.*
Accedat poſtremò Quinta, & Vltima
Nullitas, exceptionis Indulti promiſſi, &
obtempti de ordine Illuſtriſs.& Eccellen-
tiſs.Proregis Comitis Lemmi, mediante
albarano Commiſſarij Anibalis Capaſſi,
confirmato per dictum Dominum Prore-
grm pro ſeruitio promiſſo,& ſequuto per
ipſos,Regiæ Curiæ in tradendo famoſum
latronem inquiſitum, & inſtitiatum pro
furto Regij Procacci in Terra Gruptis
Minardæ, tempore quo citati ad infor-
mandum, & ante citationem ad foriudi-
candum dictum ſeruitium erat peractum,
illudq; oppoſitum, & per publica docu-
menta probatum coram dicto Commiſſa-
rio N. ad impediendum dictam foriudi-
13 cationis ſententiam, dùm in Collaterali
Conſilio de expeditione Indultus ageba-
tur, quæ exceptio vigore dictæ *Conſtitutio-
nis* impediebat ſententiam, & proceſſum
ad vlteriora, quia præiudicialis erat ad
cauſam,& peremptoria, vt notat *Afflict.in
d.Conſtit.num.2.& 19.* attenta etiam maio-
ritate ſeruitij facti,& inquiſitionis contra
eum,vt idem *Afflict. ibidem* notat, & *Bart.
in l.conquerebatur, ff.de iudic. & in l.ſi vt pro-
ponis, col.2.C.quomodo,& quando, Lanfr. cap.
quoniam contra, de probat. num.72.* cum alijs
per *Vantium in tract. nullit, tit.8. num.10.*
Vndè idem Princeps agnoſcēs iniuſti-
tiam peractã, per eius particulare reſcri-
ptum inhibuit dicto Cōmiſſario N. quod
non procederet ad alium actum contra
ipſos inquiſitos pendente diſcuſſione di-
cti Indultus, ſicque fuit exequutum,quod
Principis reſcriptũ reddit actum ad pri-
ſtinum, ac ſi non eſſet factum, ipſiuſq; vi-
gore Reg.Cam.Summariæ,de ordine Do-
mini Proregis ſeruatis ſeruandis, facto
verbo in Aula, auditoq; Regio Fiſco, de-
creuit eos non moleſtandos,& in ſpecie
bona exequuta ipſius Pauli diſſequeſtra-
uit, ac ipſos vti non contumaces,nec for-
iudicatos reintegrauit, vt ex decreto, &
prouiſionibus exindè expeditis apparet.
Nec obſtant appoſitis his in Iure,& Fa-
cto veriſſimis, adducta per *Dom. Vincentiũ
de Anna in ſingul. ſuo 56.* quia procedit in
14 ſententia foriudicationis valida, & legi-
timè lata,quę tranſitum vtiq; fecit in rem
iudicatam, non autem in ſententia nulla,
15 & inualida, quæ nullitas ex eiſdem actis
apparet, ac etiam manifeſtè iniqua, quia
lata contra legem,ſcilicet contra *Conſtitu-
tionem Regni Pœnam eorum* & de commune
omnium Curiarum ſtylum, & præcipuè
ipſius M.C. vt *Iſern. & Afflict. in d. Conſtit.*
notant,quoniã vltra, quod hæc nunquam
tranſit in iudicatum,vt eſt *text. in cap.inter
literas,de re iud. Bald.in l.1.in fine, C.ſentent.
reſc.ind.non poſſ. Anton.Gabr.* latiſſimè *in tit.
de ſente. t concl.10.num.1.& 6. & per totum,*
eſt etiam iure nulla, vt latiſſimè probat
*Alex.conſ.81.vol.2.& conſ.82.vol.3. Bart. in
l cum prob. ff.de re iudic* & communem opi-
nionrm dicit idem *Anton. Gabr. in eod. tit.
de ſentent. concl.9.* & proindè habetur,ac ſi
16 non eſſet lata, paria enim ſunt aliquid
non eſſe, vel eſſe inutilitèr, *l.4. § con. ff.de
re iudic.*
Prætereà, & ſi *Anna in d ſing.56.* Baro-
nem non poſſe dicere ſententiã foriudica-
tionis nulla appareat, illa eſt ratio, quàm
ad ipſum aduerſus dictam ſententiam,
nullum ius principalitèr ſpectat, non ta-
men hoc locum habet in ipſis inquiſitis,
ſine eorum procuratore, qui ſententiam
nullam dicere, illamq; reuocari, petere
poſſe,ſupra demonſtratum eſt.
Cùmq; dicta foriudicationis ſententia
ſit nulla ex ſupra allatis, vtiquè Baro ſuo-
rum vaſſallorum remiſſionem petere, &
proceſſus contra eos exiſtentes poſt de-
17 claratam nullitatē,cum nihil obſtet, quo
minus patet idem *Vincent. de Anna in alio
ſuo ſingul. 55.* cum notoria ſint ſatis, am-
pliſſima

pliſſima priuilegia Illuſtriſſimi Domini Principis Abellinatum, quorum vigore ſępè ſępiùs etiam poſt ſententiam fuerũt vaſſalli carcerati ſibi remiſſi, & in ſpecie in cauſa Octauij de Hieronymo, qui condemnatus ad mortem per Regiam Aud. Principatus Vltra, fuit ſibi vna cum actis remiſſus, ac ipſa M. C. iudicauit me Patrono in quodam vaſſallo Magnif. Marci Antonij de Morra affinis mei, de Terra Munti, foriudicato eſſe remittendũ, prout remiſit ad ſuum Baronem, non obſtante foriudicationis ſententia, vt eſt deductum in proceſſu, & poſſent alia exempla afferri, quæ vt notoria Dominis Iudicantibus breuitatis cauſa omittuntur. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

Per M. C. V. fuit dictum primam, & quintam nullitatem obſtare. Anno 1600. Panſa Actuarius.

Conferunt aliæ conſimiles deciſiones per nos relatæ in 1. *parte noſtri Compendij verbo vaſſalli Baronum*, & iterum in 2. *parte verbo remiſſio cauſæ alicuius vaſſalli*, & paritèr in eadem 1. *parte verbo remiſſio cauſæ an peti poſſit per Baronem poſt ſententiam foriudicationis fol.* 458. *col.* 2. poſt *Reg. Rouitum in pragm.* 2. *vbi de delicto quis deb conuen. num.* 6. *fol.* 552. vbi aliàs retulit deciſiones, licet *Grammat. deciſ.* 26. *nu.* 5. contrarium teneat *Anna ſingul.* 55. *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 Dictum Pauli Apoſtoli *refertur*, quod ſeruus Domino ſuo ſtat, aut cadit, *enucleatur.*
2 Text. in l. fin. C. an ſeru. pro ſuo facto, *ponderatur.*
3 Trxt. in l. ſerui, & filij, ff. de furt. *ponderatur.*
4 Text. in l. reſpiciendum, §. furta domeſtica, ff. de pœnis, *enucleatur.*
5 *Accuſatio contra ſeruum in criminalibus, an recipienda.*
6 Text. in l. ſi filius, ff. pat. pot. *adducitur.*
7 *Cautela prodita contra ſeruum delinquentem affertur.*
8 *Nemo decipi debet, nec deceptus remanere debet iuris auctoritate.*
9 Text. in l. meminerint, C. vnde vi, *affertur.*
10 *Facultas offerendi ſeruos delinquentes Curiæ, à lege conceſſa eſt.*
11 *Poteſtas domini in ſeruos eſt vitæ, & necis de iure.*
12 *Dominus poteſt ſeruos ſuos ponere in vinculis.*
13 *Seruus delinquens in dominum, puniri non poteſt eo nolente.*
14 Text. in l. Iulianus, ff. de act. empt. *declaratur.*
15 *Seruus ergo fur, ſeruus ergo iniquus.*
16 *Serui fugitiui ſunt inquirendi, & dominus reddendi.*
17 *Concordia iurium à* Gloſ. *facta circa ſeruorũ delicta.*
18 *Pœna vltimi ſupplicij datur pro furto in Regno vltra vntiam.*
19 *Capitula Regni de furtis commiſſis loquentia, an comprehendant furta domeſtica à ſeruis commiſſis.*
20 *Pœna ſerui minoris furtum committentis, quanàm ſit.*
21 *Pœna furti alterata per ſtatutum, an operetur, vt furtum ſit crimen priuatum.*
22 *Pœna capitis impoſita pro furto, quãdo exequi debeat.*
23 *Incauti patres, qui denuntiãt Curiæ furta commiſſa abſque proteſtatione, quod ſua intereſt, non bene faciunt.*
24 *Maritus an poſſit agere actione furti, & poteſtas punire quando procedit, an procedat in ſeruo,*

ARGVMENTVM.

Seruus furtum committens contra Dominum, licet ab eo puniri non poſſit, ſi fuerit Curię traditus ad habendum illius cõfeſſionem, an ab ea iudicari debeat, vel Domino indè reſtitui.

ALLEGATIO IV.

1 P*Aulus Apoſtolus Prædicator egregius* dicebat: *Seruus Domino ſuo ſtat, aut cadit*, habetur tranſlatiuè in *cap. nimis, de iure iur. DD. & Gloſ. ibi primum dicunt*, ſi Domino ſuo ſtat remunerandus eſt ab ipſo, ſi cadit puniendus. quaſi dicat, ſi ſteterit remunerabitur, ſi ceciderit iudicabi-
2 tur à Domino ſuo, & eſt id, quod dicit *text. in l. fin. C. an ſeruus pro ſuo facto*. ibi, *Sint ſerui ſint hi, quorum mentionẽ feciſti domi eos conueni: Gloſ. ibi* dicit verberando, & illa
3 eſt ratio *text. in l. ſerui, & filij, ff. de furt.* ſerui, & filij noſtri, qui nobis furtum faciunt, ipſi tamen furti nobis non tenentur. audiant rationem. neque enim, qui poteſt in furem ſtatuere, neceſſè habet aduerſus

furem

furem litigare . idcircò nec actio ei à ve-
4 teribus prodita eſt. & hoc per *text. in l.re-*
*ſpiciendum, § furta domeſtica, ff de pœnis*, vbi
caſus, quod furta domeſtica, ſi leuiora ſint,
publicè vindicanda non ſunt per Iudicē,
ſed domi per Dominum, nec admictenda
eſt huiuſmodi accuſatio, cū ſeruus à Do-
mino offeratur quæſtioni, hæc iura demō-
ſtrant, quod publicè ex officio procedi
non poteſt, inſuper quod vltra procedi
non poteſt, etiā fundatur, quod dùm Ma-
gna Curia dedit defenſiones in caſu, vbi
Domino nolente procedi, non poteſt, gra-
uauit, & ab hoc grauamine interpoſita eſt
appellatio, & dictum eſt, quod M. C. ver-
bum faciat, nàm vbi lex, vt in hoc caſu
ſancit, quod non recipiatur accuſatio, &
5 ipſa M. C. procedit grauat. *text. eſt in l. ſi*
*ſeruus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ibi cri-
minationis conflandę, *Gloſ. & Bart.* per il-
lum *text. in 1 not.* ad idem *text. in l. fin C vt*
*nemo priuatus*, vbi *Iaſ.* poſt *Bald.* & hoc eſt,
quod dicit *Bart. in l. 1. § ſublata, ff ad Tre-*
*bell.* quam in criminalibus impedit ius
agendi. vndè fit, quod M.C. grauauit, &
fortiùs grauat, dùm ſeruū ad interrogan-
dum tantùm oblatum non liberauit. per
*text. in l. nec quicquam, §. de plano, ff. de offic.*
*Proconſ. & Legat.* ibi comminari & terrere
filium, vel ſeruum oblatum, verbis aut fu-
6 ſtium caſtigatione, ad idem *text. in l. ſi fi-*
*lius, C. de patr. poteſt.* ibi, *Eumq; Præſidi Pro-*
*uinciæ oblaturum dicturo ſententiam, quam tu*
7 *quoque dici volueris, & hæc eſt cantela l. mili-*
*tes agrum, §. deſertorem, ff. de re milit & l. qui*
*cum vno, §. filium. ff. eodem*, & per illa iura
*Rainerius de Forliuio Forliuii ità reſponſum, de*
*facto teſtatur, refert Cepolle cantela prima ſua,*
*& poſt eum Tiraq. de pœn ſublenand. cauſa 18.*
quare fit, quod mihi nihil propoſuiſſet, vti
8 legis conſilio ità ſeruum meum M. C.
obtuliſſe, nemo enim decipi, nec deceptus
remanere debet iuris authoritate, *l. 1. C. de*
*his, qui ven. ætat impetr.* ibi, *Ne qui cū eis con-*
*trahunt principali authoritate, circumſcripti eſſe*
9 *videantur, & l. meminerint, C. vnde vi.* ibi, *Ne*
*iniuriarum occaſio vnde iura naſcuntur. hæc fa-*
*cultas offerendi ſeruos per Iudicem interrogan-*
10 *dos à lege tribuitur.* per *tex. in l ſi poſtulauerit,*
*§ quæſtioni, ff. de adult.* ibi, *Interrogandiq; fa-*
*cultas datur. & Gloſ. ibi allegat text in l. ſi*
*ſine, §. 1. ff. de interrog. act. & probat text. in l 3,*
*§ effracturæ*, ibi, *Quæſtionem habere de ſeruis,*
*ff de officio Præfecti Vigil. & eſt text magis ex-*
*preſſus in l. cum ſeruus, ff de condit. cauſ. dat. non*
*ſequ.* ibi, *Cum in ſuſpitionē furti veniſſes, dedi-*
*ſti eum in quæſtionē ſub ea cauſa, quæ vera ad id*
*Ang. & poſt eum Iaſ. expendit in d. l. cū ſeruus.*

. Ex his iuribus apparet, quod potui
ſeruum interrogandū, & ſi opus erat tor-
quendum offerre, non tamen puniendum
me patrono nolente, nàm quàmuis ſum-
11 ma patronorum poteſtas in in ſeruos, vi-
tæ neciſq; *Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien.*
*iur.* vbi *Io. Faber* qui etiam *in l. 1. C. de priu.*
*carcer.* quod lex permictit Dominum ha-
12 bere carceres pro ſuis ſeruis, non autem
publicè accuſatos, poteſt dominus ſeruos
proprios ponere in vinculis etiam perpe-
tuis. *Bald.* dixit *in l. ſi Dominus la 11. in fin.*
*verbis, ff de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & idē
*Bald in l in ipſius, C. fam. erciſc.* per *tex. in l. 1.*
*C. de emendat. ſeruor.*
13 Quod ſeruus puniri nequeat delinquēs
in dominū, domino nolente videatur ca-
ſus ſi in furto loquitur, in quo verſamur
in *l. ſerui, & filii, ff de furt.* vbi *Alber.* dicit,
quod criminalitèr non puniuntur, dicit
idem *text in l. reſpiciendum, §. furta domeſtica,*
*ff. de pœnis*, vbi *Bart.* idem dixit, quod ſerui
criminalitèr non puniuntur in fuga, quæ
delictum eſt, *l. lege Cornelia, ff ad Syllan. &*
*l. 1. C. de ſeru. fugit.* vbi in fuga ſui furtum
facit, & tamen domino nolente non pu-
niuntur. ratio illa *l. 1.* eſt ne ſeruorum fu-
ga dominis ſuis, ex quacunque cauſa fiat
damnoſa, eſſet in poteſtate poſt hac ſer-
uorum, qui vellent ſe ſubtrahere à iugo
ſeruitutis dominorum, quod à Poetis ità
deploratur. heu ſemper, vt eſt miſerrima
ſeruitus ſubacta vi fert æquum plurima,
26 *Iura ſanguinis non ſunt in patrimonio, neque in bonis, ſed ſpectant ad eum, quem lex vocat ad hæreditatem occiſi.*
27 Text. in l. quod ſi in diem, §. Iulianus, ff. petit. hæred. *expenditur, qualitèr procedat.*
28 *Ceſſio facta à cedente, qui obiit, antequàm ceſſionarius partē ſuſciperet in iudicio euaneſcit.*
29 *Debitor cedens ius ſuum tertio vtilitèr conſequitur liberationem, ſi ceſſionarius non fuerit ad actum deuentum, & quando.*
30 *Appellatione actionis, etiā accuſatio cōtinetur.*
31 *Ceſſionarius quando incidit in pœnas de iure impoſitas, vti litis redemptor.*

ARGVMENTVM.

Compoſitio homicidij petita per occiſorem, admicti an debeat ſtante remiſſione conſanguineorum proximiorum exiſtētium in tertio gradu, non obſtāte obiectione alterius conſanguinei exiſtentis in quarto gradu, & hæredis declarati certo modo, ac ceſſionarij alterius cohæredis in tertio gradu exiſtentis.

ALLEGATIO VI.

Silluius Maeanta V. I. D. Venuſinus, ex
cauſa homicidij per ipſum patrati, vt
aſſeritur in peeſonā Vincentij Tiſeio,
dùm obtinuiſſet eemiſſionem omnium,
ad quos ſpectabat, ioſtetit admicti ad cō-
1 poſitionem, iuxtà diſpoſita per *Pragmat.*
*Regni ſin. de compoſit.* ad quam impediendā
inſurgit nunc Scipio de Bella, dicens ad
ipſum ſpectaee ius remittendi, duplici iure. Peimò hæreditario, nàm eſt hæees declaratus dicti quond. Vincentij, licet nul-

litèr, vt infra dicetur. Secundò, ex iure
ceſſo Beatricis Tiſciæ hæredis ſimilitèr
dicti quond. Vincentij occiſi, quæ ante-
quàm remitteret Siluio, ei ceſſie hæredi-
tatem dicti Vincentij cum facultate quæ-
rulandi, & remittẽdi, vt prætendit, & pro-
ptereà Siluium ad compoſitionem peti-
tam non admitti, ipſo reluctante, & non
remittente inſtabat.

Pro parte verò Siluij, quem defendi-
mus, dicitur dicto Scipioni de Bella, nul-
lam, nec accuſandi, nec remittendi com-
petere actionem, ex infra dicendis.

Curia Ciuitatis Venuſij declarauit Sci-
pionem de Bella, & Beatricem Tiſclam
hæredes Vincentij Tiſcij mediãte decre-
to præambuli fol. 44.

Hoc decretum eſt notoriè iniuſtum, &
nullum reſpectu Scipionis, quoniam ipſe
eſt conſobrinus dicti Vincẽtij, prout con-
ſtat per teſtes per eundem productos fol.
40. ad 44.

Et vti conſobrinus eſt cõiunctus mor-
tuo in quarto gradu, § *quarto gradu, Inſtit.
de gradib. cognat.* & conſequentèr eſt remo-
tior, Beatrice Tiſcia, quæ illum præcedit,
cũ ſit amita occiſi, vt ijdemmet teſtes de-
ponunt citatis folijs. Amita verò dicto
occiſo in tertio gradu coniuncta eſt, §.
3 *tertio gradu, Inſtit. eodem*, & in ſucceſſione
conſobrinos excludit ex reg. *text. in l. ab
auunculo, C. commun. de ſucc.*

Nulla ergò habenda ratio dicti decre-
ti, nullitèr, & iniuſtè, & ad complacen-
tiam interpoſiti, & propter craſſam, & ſu-
pinam iuris ignorantiam, nàm cum alij
conſobrini, ſcilicet illi de Tiſcio, vt ex
ijſdem teſtibus, dictis folijs, concurriſſent
ad eãdem hæreditatem cum præfato Sci-
pione, eadem Curia illos exclusit, vti re-
motiores, vt in decreto, vt ſupra.

Et remanet hæres legitimè declarata
ſola Beatrix, & cum ipſa concurrunt Io.
Angelus Iannottus, & Camilla Iannacta
auunculus, & matertera occiſi, vt ex actis
M.C. reproductis à fol. 44. ad 50. qui per
M. C. fuerunt declarati hæredes dicti oc-
ciſi mediante decreto præambuli, fol. 51.
cum ſint coniuncti mortuo in eodem
tertio gradu, quo eſt coniuncta prædicta
Beatrix, *d. § tertio gradu.*

Omnes autem iſti tres hæredes remiſe-
runt Siluio in ampliſſima forma, ſcilicet
illi de Iannotto, vt in inſtrumento remiſ-
ſionis omni ſolemnitate vallato, f. . . &
Beatrix in vltimis cõſtituta in Terra Sãcti
Felicis corã pluribus teſtibus remiſit, ve-
rùm actus nõ fuit extenſus propter penu-
riam Notariorũ. vndè Lucius Ruffinus fi-
lius, & hæres dictæ Beatricis mediãte de-
creto præambuli Curiæ Venuſinæ fol. . .
& Sorores Agnes, & A[illegible] moniales
profeſſę in Monaſterio S. M[illegible] de [illegible]is
dictæ Ciuitatis Venuſiæ ſimilitèr filiæ di-
ctę Beatricis, quæ poſt mortẽ matris q[illegible]e-
relauerant Siluiũ, vt fol. . . pro adim[illegible]le-
mento maternæ voluntatis remiſerunt, vt
in inſtrumentis deſuper fieri rogatis cũm
omni ſollemnitate requiſita fol. vlt.

His premiſſis reſtat reſpondendum op-
poſitis per dictum Scipionem, & in quan-
tum attinet ad ius hæreditarium, iam eſt
probatum nullum ius habere, nam remo-
tior eſt, & præambulum eſt nullum, & in-
iuſtum.

Quo verò ad ius ceſſum non habet ius
quęrulandi, nec remittẽdi, nàm huiuſmo-
di iura cedi non poſſunt tàm inſpecto iu-
re communi, quàm iure Regni.

4 Siquidèm inſpecto iure communi cedi
ea non poſſunt quę ad hæredes non tran-
ſeunt, ex *vulgata regula l ex pluri[illegible] ff. de ad-
miniſtr. tutor. cum concord.* vbi *B[illegible]* & communi-
*tèr D D. omnes*, iura verò h[illegible] ad
hæredes, vti hæredes nunquam tran[illegible]eunt,
ſed cum defuncto, cui competebãt, extin-
guntur, & hęredibus illius com[illegible]t, nõ
vti hæredibus, ſed vti ſequentibus in gra-
du, *l. fin.* vbi *Gloſ. C. ſi reus vel acc[illegible]at mort.
fuer. l. libellorum, § fin ff. de accuſat & l accu-
ſatore, ff de publ. iud. c. Gloſ.* [illegible] *in l.
vnic. C. ex delict. defunct.* vbi *Bart.* [illegible] *& Bu-
trigar.* quam cæteri DD. communitèr ſe-
quuntur, *Salic. in l qui de crim[illegible] de accuſ.
nu. 5. Gandin de mal'efic. tit. d[illegible] pœn[illegible] mor nu.* 5.
& eſt receptiſſima opinio *Clar. quæſt.* 51.
5 *num.* 9. & ſecundum eam fuit deciſum in
S. C. ex doctrina *Andreæ in Conſt. Eos, qui
ſcientèr, verſ. at ſi vt teſtatur. Capyc. deci[illegible]* 5.
*in fine.*

6 Nec prætenſis obſtat, quod actio iniu-
riarum, quæ ad hæredes non tran[illegible], ce[illegible]a-
tur, *Gloſ. in l fin C. de hæred[illegible] vel act. vendit.*

Etenim diſtinguendum eſt cum *Bart. in
l. iniuriarũ, la ſeconda, ff. de iniur.* inter actio-
7 nem nullo tempore tranſmiſſibilem [illegible] li-
cet, nec ante litem conteſtatam, nec poſt,
quæ actio nunquam tranſmiſſibilis non
eſt ce[illegible]bilis, & actionem aliquo tempore
tranſmiſſibilem, ſcilicet poſt litem conte-
ſtatam, prout eſt actio iniuriarum deſcen-
dens ex edicto Prætoris, quæ [illegible] a[illegible]quo
tempore tranſmittatur, cedi po[illegible], vt
*Gloſ.* aduertit *Bart. d. l. fin.*

8 Actio verò homicidij, de qua in prçſen-
ti caſu tractatur, nullo tempore eſt tranſ-
miſſibi-

miſibilis,nec̄ antè, nec poſt litem conte-
9 ſtatam, nàm cum homicidium ſit publici
iudicij, *§.item lex Cornelia*, *Inſtit. de public.*
10 *indic.* eius actio non tranſit in hæredem
querulantis, nec ante,nec poſt litem con-
teſtatam,*Gloſ. Magiſtralis in l.vnica,C.ex de-
lict.defunctor.* cōmunitèr approbata à *Bart.
Bald. & Butrigar. & omnibus DD.*
11 Et licet facultas accuſandi hodie in
Regno ſit reſtricta ad certum genus per-
ſonarum, ex *Ritu* 191. *&* 192. qui vocant
ad accuſandum eos tantùm,qui ſuam,vel
ſuorum proſequuntur iniuriam, non ta-
men per hoc homicidium effectū eſt pri-
uati iudicij. ſed remanſit publici iudicij,
12 vt priùs erat, quoniam huiuſmodi reſtri-
ctio propriam delicti eſſentiam non mu-
tauit, *l lege Cornelia, la ſeconda, §.fin. ff ad l.
Cornel. de falſ. & l.quàmuis, ff ad l. Iuliam de
adult.* vbi omnes,& in terminis *Bart. in l.1.
nu.56. ff de publ.iudic. & Troiſius d. Ritu* 191.
*in fine.*
13 Vlterius cum ius querulandi, & remit-
tendi ſit ſanguinis, ſpectans ad eum, cui
lex defert hæreditatem occiſi, iuxtà verā
opinionem approbatam in S. C. vt per
*Dom. Præſid. de Franch. deciſ.*611. & iura
14 ſanguinis, & qualitas proximitatis, nec
in comercio noſtro ſint, vt notant *Bart. &
Iaſon.in l.cætera, ff.de legat.*1. nec in alium
15 per ceſſionem trāſferri poſſiut, *l.ius agna-
tionis, ff.de pact. & l.iura ſanguinis, ff.de reg.
iur.* conſequens erit talia iura penitùs ce-
di poſſe.
Quinimmò cùm prædicta iura in ani-
mi ſæuitia conſiſtant *Andr. in Conſtit. Eos,*
16 *qui ſcientèr,verſ.& ſi*, & in libello actor, &
& reus, *verſ.accuſator,* & ſint animi paſſio-
nes, *Monter.deciſ.35.num.2.* non ſunt ceſſi-
bilia penitùs, quia huiuſmodi effectus
animi habent propriam, & naturalem ſe-
dem, à qua ius poſitiuum naturali ſuppo-
ſitum, eos euellere non poteſt *Monter.
d.deciſ.*
Et ex prædictis puntualitèr docuere
*Bald. in l. per diuerſas, C. mandati, quæſt.16.
num.10. Alberic. in l. fin. C. de hæred. vel act.
vend. verſ. quid in actione criminali, Petr. Plaza*
17 *in epitom. delictor. cap.47.* actionem queru-
landi, & remittendi, cedi non poſſe, & ſe-
cundum hanc opinionem refert deciſum
in Aragonenſi Senatu *Monter. deciſ.35. nu-
mer.22.*
Quæ opinio de iure Regni multò ma-
gis procedit cum *Reg. Pragmat. fin. de com-
poſit. reor.* ordinauerit, huiuſmodi iura per-
ſonalia vocando ad querulandum, & re-
mittendum proximiores tempore mortis
occiſi,ad quos hæreditas ipſius delata eſt,
18 talis namque vocatio iura prædicta per-
ſonalia conſtituit,quia quoties lex conce-
dit alicui aliquod factum, talis conceſſio
eſt perſonalis, *Bart.in l.fin. ff de ſeruit. legat.*
19 *num.4.* iura verò prædicta perſonalium
in alium per conceſſionem penitùs poſ-
ſunt transferri, vt punctualitèr in termi-
nis noſtris docuere *Bald. in cap.1. de pace
iuram.firm. § ſi quis verò, num.3. verſ. & hoc
facit ad quæſtionem, & Alex. ad Bart. in l.cum
fundum, ff. de vi, & vi arm.* quæ doctrinæ
quæſo videantur, nàm decidunt caſum
noſtrum in proprijs terminis.
Immò cum *Reg. Pragm.* prædicta requi-
rat concurſum trium qualitarum in per-
ſonam illius,qui remittere poteſt. Prima,
quod ſit proximior occiſo. Secunda,quod
ſit proximior occiſo tempore quo fuit
occiſus. Tertia,quod ad ipſum proximio-
rem fuerit delata hæreditas occiſi,& nul-
la harum qualitatum in perſonam ceſſio-
narij cōcurrat inſpecta mente *Reg. Pragm.*
ceſſionarius excluditur.
Nàm in ceſſionarij perſona non con-
currunt prima,nec ſecūda qualitas, ſiqui-
dem ſi eſſet proximior, fruſtratoria eſſet
ceſſio,& ſuperfluè,quæ arguit ceſſionariū
eſſe in remotiori, non in proximiori gra-
du,& in facto eſt deductum tempore mor-
tis proximiores occiſi fuiſſe,amitam,ma-
terteram, & auunculam; non tertia, quia
ad iſtos proximiores delata eſt hæreditas
occiſi, ideſt oblata ex iuris diſpoſitione
in eo ſtatu,vt adiri,& repudiari potuerit,
20 hæc enim eſt vis, & effectus verbi delata,
ad *text. in l.delata, ff.de verb.ſignif.*
Nec ceſſio habet vim trāſferendi gra-
dum proximioris cedentis, in remotiorē
ceſſionariū, tùm quia gradus eſt ius ſan-
guinis, quod cedi non poteſt, ad *text. in l.
agnationis, ff. de pactis*, tùm quia cedens,ce-
dit ius, & hæreditatem occiſi, non gradū,
vt in inſtrumento ceſſionis,cum demum,
quia poſito, quo gradus potuerit cedi, &
fuerit ceſſus, iſta proximitas ceſſionarij
ſuperuenit poſt tempus à *Reg. Pragmat.* ità
21 determinatum, quæ dùm requirit proxi-
mitatem tempore mortis,& quod eodem
tempore hæreditas ſit delata,omnem aliā
ſuperuenientem proximitatē non atten-
dit,vt in terminis eſt *text. in l ſciendum, §.itē
lex Ælia ſentiæ, ff de verb ſignif.*
Inſuper ſi daretur ceſſibilitas horum
iurium, *Reg. Pragm. fin. de compoſit. reor.* pro-
mulgata ad tollendas iniquitates, teſte
*Dom. Præſide de Franch. deciſ.*611. *in fine*, non
haberet effectū, nàm vnus cederet alteri,

& alter alteri,& res abiret in infinitum.

Et pro coronide accedat prædictis, 21
cum in Regno attenta diſpoſitione *Regiæ
Pragmaticæ vnicæ de remiſſione partium*, qua
diſpoſitum eſt, remiſſiones fieri debere
per partes offenſas perſonalitèr conſtitu-
tas coràm Capitaneo domicilij, Procura-
22 tor non admittatur ad remittendum etiã
cum ſpeciali mandato, vt dicunt *Carau.
ritu 275. num 3. Foller. ſuper pragmat. fin. de
compoſit. reor. nu. 77. Faiard. ad Clar. quæſt. 58.
verſ non admittatur Procurator*, ex eadem
diſpoſitione non debet, nec admitti ceſ-
ſionarius, qui eſt Procurator in rem pro-
priam; eadem enim ratio militat in hoc
23 Procurator, quę in ſimplici Procuratore,
& lex ex indemnitate rationis per modũ
comprehenſionis ad caſum non expreſſũ
porrigitur, ad notata per *DD. in l. commo-
diſſimè, ff. de liber. & poſthum.*

Quæ verò obijciuntur non obſtant,
Non Primum, ceſſionarium repreſentare
cedentem & in eius locũ ſubintrare, quia
hoc procedit in re ceſſibili; iura verò pre-
dicta ceſſibilia non ſunt, prout paritèr nõ
obſtat Secundum, heredem heredis Teſta-
24 toris, eſſe hæredem, ex quo hoc locum
habet in re tranſitoria ad hæredem, ſecus
verò in re nõ tranſitoria, vt aduertit *Man-
grell. ad Bart. in d. l. fin. C. de hæred. vel act.
vend.* vlterius *Reg. Pragm.* non vocat ad re-
mittendum hæredem, ſed proximiorem,
cui delata eſt hæreditas occiſi. Ceſſiona-
rio verò nunquàm hæreditas occiſi fuit
delata, & licet is dicatur hæres, hoc habet
locum reſpectu cedẽtis, & ceſſionarij tan-
tùm, non reſpectu tertij, vt aduertit *Gloſ.
poſt Bart. in l. 2. § fin. in ſummario*, dùm no-
25 tauit emptorem hæreditaris dici hæredẽ
reſpectu contrahentium tantùm, *ff. de hæ-
red. vel action. vend.*

Nec obſtat Tertium, iura prędicta cum
Vniuerſitate bonorum poſſe cedi, prout
iura patronatus, & congrui, alioqui non
ceſſibilia ceduntur. quoniam iura patro-
natus, & congrui, ceduntur in Vniuerſita-
te bonorum, ex quo ſunt in patrimonio,
26 & in bonis, iura verò querulandi, & re-
mittendi non ſunt in patrimonio, nec in
bonis, ſed ſunt iura ſanguinis ſpectantia
ad eum, quem lex vocat ad hæreditatem
occiſi, ex deciſis per *Dom. de Franch. de-
ciſ. 611.*

27 Nec tandem obſtat *text. in l. quod ſi in
diem, §. Iulianus, ff. de petit. hæred.* vbi actio
criminalis poteſt cedi; ſiquidem *text.* il-
le, & ſimiles procedũt, quando actio prin-
cipalitèr datur ad perſecutionem rei fa-
miliaris, non quando ad publicam vindi-
ctam, vt in conditione furtiua, notat *Gloſ.
in l. vnica, C. de delict. defunct.*

28 Verùm poſito iura prędicta cedi poſſe,
adhùc ceſſionarius nullam habet actionẽ
in præſenti caſu. Tùm quia cedens, obijt
re integra antequàm ceſſionarius partem
ſuſciperet in iudicio, & querularet, vel li-
tem conteſtaretur, quare ceſſio euanuit,
vt in noſtris terminis habent pro abſolu-
to *Bald. & Salycet in l. fin. C. de hæred. vel act.
vend. num. 3.*

Tùm etiam quia quemadmodùm debi-
tor à creditore, qui ceſſit ius ſuum tertio
vtilitèr conſequitur liberationem, ſi ceſ-
29 ſionarius ab eo partem debiti non ſuſce-
perit, ceſſionem non denunciauerit, vel
litem conteſtatus non fuerit, ex diſpoſi-
tione *text. in l. 3. C. de nouat.* ità & reus in-
quiſitus vtilitèr à cedente remiſſionem
homicidij conſequutus eſt, quia antequã
remiſſionem à cedente obtineret ſibi per
actum æquipollentem tribus prędictis in-
noteſcere non fecit de ſua ceſſione. Ea-
dem enim ratio militat in iſto caſu, quæ
in illo, & generalis eſt diſpoſitio prædictæ
legis, quæ in qualibet actione procedit, &
30 appellatione actionis, etiã accuſatio con-
tinetur, *Alberic. in rubr. C. ne liceat potentior.
num. . . .*

31 Cum demùm ceſſionarius obtinuerit
ceſſionem à cedente pro ducatis triginta
ad infeſtandum, & cruciandum inquiſitũ,
& in fraudem legis, ad tegendam eius ini-
quitatem, confici fecit inſtrumentum do-
nationis, vndè incidit in pœnas commi-
natas in *text. in l. ab Anaſtaſio, C. mand.* &
tanquàm redemptor litium priuandus eſt
omni iure ex ceſſione perueniẽte, & con-
tractus annullandus, vt notant *DD. in d. l.
ab Anaſtaſio*. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I. C. Neap.*

Fuit admiſſus ad compoſitionem per
Magn. Cur. Vic. anno 1600. penès Floril-
lum Actuar. M.C.V.

Adde, quod remiſſio partis requiritur
expreſſa, vt compoſitio facta per reum cũ
Fiſco valeat, & poteſt probari per inſtru-
mentum, & teſtes, *Guazzin. in tract. ad defen-
ſam reorum, defenſ. 34. cap. 3. num. 1. & ſeq.* &
recipi debet ab Actuarijs in capite, & per
principalem, non autem per Scribam, *Eli-
ſeus Danza de pugna Doctor. tom. 2. tit. de re-
miſſ part. cap. 1 à num. 5. ad 13.* & an fieri de-
beat per Notarium publicum, *ibi num. 8.*
& an

Digitized by Google

& an fieri poſſit per Procuratorem, iuxtà hic notatà *ibidem à num. 14. ad* 18. vbi alia plura ad ornatum materię congerit,& ad ornatum materiæ, quod remiſſio coniunctorum defuncti ad ſubſtinendam gratiā impetratam erit neceſſaria, vt probatur, & includi poſſit intra gradum ſucceſſionis,quod proximior non adſit,& ſic iudicatum, refert *Reg. Sanfelic. deciſ.* 25. *tom* 1. vbi alia congerit reſpectu ſucceſſoris ſanguinis, & proximioris, & an remiſſio facta à proximiore præiudicet alijs conſanguineis,vt non poſſint iterum accuſare, vide *Anton. de Ballis in tract. crimin. lib.* 5. *de Pragmat. Regni,in pragm.* 5. *tit.* 28.

*Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Crimen raptus non contrahitur, quando adeſt alia cauſa non libidinis.*
2 *In raptoribus tàm maſculi, quàm fœmina, debet eſſe cauſa libidinis.*
3 *Domino licitum eſt propria auctoritate ſeruū ſuum capere.& plagis mediocribus caſtigare.*
4 *Dominus in ſeruum habet manus iniectionem, nedum ius capiendi, ſed retinendi, ſicut pater in filium, & non committit priuatum carcerem.*
5 *Qui habet poteſtatem à lege ſe vendicandi, poteſt ſecum ducere amicos, vel affines, & tales non puniuntur,& nomine oſtenditur.*
6 *Conceſſo vno,omnia conceſſa videntur,per quæ peruenitur ad illud.*
7 *Tractatus debet præcedere in crimine raptus, vt pœna ordinaria locum habeat.*
8 *Raptus in dubio præſumitur caſu, non ex propoſito.*
9 *Punitur vnuſquiſque de eo, quod fecit in raptu, quando ignoranter ſucceſſit, ſecus tamen ſcienter.*
10 *Auxiliator in raptu quando tenetur,vel non.*
11 *Pœna raptus vt locum habeat, debent copulatiuè concurrere comixtio cum raptu.*
12 *Caſus refertur de rapiente puellam euntem ad fontem pro aqua, non tamen copula ſubſequuta.*
13 *Caſus rapientis nuptam non ſequuta copula, quando punitur.*
14 *Lex debet eſſe ſancta, & immaculata, & talis debet eſſe interpretatio.*
15 *Lex puniens affectum in delictis, non ſeruatur de conſuetudine, ſi non ſequatur effectus, & qualitèr, & per talem conſuetudinem cenſetur derogatum,* l. ſi quis non dicam rapere, *num.* 16.
17 *Pœna raptus ordinaria puniri debet raptor,etiā non ſequta copula, aliqui tenuerunt.*
18 *Diſpoſitio* pragm. 1. de capient. hom. per vim, *quando procedit.*
19 *Teſtes omni exceptione maiores in actibus, & teſtimonijs præferuntur.*
20 *Homo nobilitatur moribus, & vita, quæ nil aliud eſt,quam operanio virtutis.*
21 *Nobilitas etiam ex diuitijs acquiritur.*
22 *Nobilitas nil aliud eſt, quā inueterata diuitia.*
23 *Omnia obediunt pecuniæ.*
24 *Diues dicitur quaſi diuus,& bona,quia beant.*
25 *Nobilitas verè in auro conſiſtit.*
26 *Diuitiæ conferunt ad magnanimitatem, quæ virtus eſt.*
27 *Homines honeſtiores populares diuites, penès nobilium plectuntur.*
28 *Nobilitas morum plus prodeſt, quam genitarum.*
29 Text. in l. 1. ff de cenſib. *ponderatur.*
30 *Populares mediocris conditionis inclitæ Ciuitatis, præferuntur nobilibus inferioris Ciuitatis.*
31 *Natus ex matre nobile, quàmuis plebeo patre nobilis dicitur.*
32 *Nobilitas non tantùm ex paterna origine, quā ex materna peruenit.*
33 *Nobilitas patris,& matris, in filios communicari, quia iuris fictione eadem reputantur.*
34 *Nobilitas patris magis attenditur, quam aui, etiam ſi fuiſſet ruſticus.*
35 *Legitimati gaudent nobilitate patris.*
36 *Doctoratus eſt dignitas.*
37 *Vbi eſt virtus,ibi nobilitas.*
38 *Probationes leuiores ſufficiunt quando agitur de probanda aliqua qualitate incidenter.*
39 *Nobilis alio modo punitur in Regno,quā ignobilis.*
40 *Pœnæ ſunt potiùs mollienda, quam exaſperanda.*

ARGVMENTVM.

Rapiens ſeruum ſuum à domo alicuius, qui illum contaminauit, vt fugeret citra tamen delictum carnis propria auctoritate, nulla Iudicis licentia obtenta, qualitèr puniri debeat.

ALLEGATIO VII.

PRo defenſione Iulij Romani inquiſiti de prætenſo auxilio præſtito N.N. in exemptione Ioannis Fracaſſi à poſſe D.Melchioris Creſcentij.

Dici-

Dicimus non eſſe raptum, neque puniri poſſe pœna impoſita pro eo auxiliaroribus, & aſſociantibus. Namque ex depoſitionibus eiuſdẽ Ioannis, & teſtium Regij Fiſci conſtat prædictum N, N, fuiſſe eius dominum, eiq; per prius inſeruiſſe, & ex abrupto illicentiatum per dies ante diſceſſiſſe noctis tempore à Terra Grottis Minardæ mediante auxilio eiuſdem D. Melchioris Creſcentij, & vti Patritius, & offenſus voluit iniuriam eodem modo repellere, & eximere à manibus, & poſſe dicti D. Melchioris, quando adeſt alia cau-
1 ſa, quam libidinis crimen raptus nõ contrahitur, *Salyc. in l. vnica C. de rapt. virg. n. 6. Dec. conſ. 234. num. 8. Carrer. pract. crimin. in mater. rapt. caſu 2. num. 12. fol. 175. Maſcard. de prob. concluſ. 1253. nu. 33.* & quod
2 in raptoribus tãm fœminæ, quàm maſculi debet eſſe cauſa libidinis, *Farinac.* qui refert alios DD. ità tenentes, & ponit pro limitatione ad regulam *in tit. de delict. carn. quæſt. 145. §. raptus, num. 45.* & iatè *num. 75. in 2 limit. 4. vol.* & ante eum *Alex. conſil. 1. num. 23. 3. vol.* & in caſu noſtro apertè conſtat de alia cauſa ſcilicet repellendi iniuriam, quia deponit Ioannes, *Che ſtando lui alli ſeruitu di N. ſi partì vna ſera à tre hore di notte ſecretamente con le caualcature mandateli dall'iſteſſo Signor Melchiore con vn' huomo à poſta,* & deponit etiam, *che da principio, che promiſe d'andare à ſeruir detto N. dopò hauer hauuto ducati noue antecipati in denari, & in drappi, laſciò d'andarlo à ſeruire, è fù portato à ſeruire detto Signor Melchior,* & quod hæc fuit vera, vrgẽs & proxima cauſa demonſtratur ex verbis dictis in ipſo actu à N. *che detto Melchior nõ haueua fatto bene à procedere con queſti termini di farlo fuggire, che come Caualiere ſi doueua ammazzare con eſſo,* & adeò æſtimauit hanc iniuriã, quod volebat illũ occidere, & Iulium prohibuit, & etiam dixit, *di Mercordì te lo pigliaſti, e di Mercordì ne lo leuo.* & facit, quod licitum
3 eſt duo propria auctoritate ſeruum ſuum capere, & plagis mediocribus caſtigare, *Bald. in authent. ad hoc 6. de latin. libert. toll. Grammat. deciſ. 104. num. 6.* quia habet ma-
4 nus iniectionem, & non ſolùm habet ius capiendi, ſed retinendi, ſicut pater filium, & non committit priuatum carcerem, *Alber. Angel. & Salyc. in l. vnic. C. de priuat. carcer. & Abbas monacum.* & ſi retinuerit vltra 20. horas, aſſignat rationem *Farinac. in tract. variar. opin. in tit. de carcerib. & carcerat. quæſt. 22.* quia dominus habet poteſtatem à iure non ſolum capiendi, ſed & retinendi ſine incurſu pœnæ priuati carceris, & à crimine raptus, quælibet cauſa excuſat credentem ſibi licere, *Decian. lib. 8. cap. 13.*
5 *num. 56* & qui habet poteſtatem à lege ſe vindicandi, poteſt ſecum ducere amicos, vel affines, ſine quibus illam tutè facere non potuiſſet, & tales non puniuntur, ſicut
6 nec principalis punitur, quia conceſſo vno, omnia videntur conceſſa, per quę deuenitur ad illud, *Paul. de Caſtr. in l. refectionis gratia,* & ibi *Iacob. de Butr.* per illum text. *in verſ. ego, fabriq; mei, ff. commun. præd.* & dixit *Bald in cap. fin. de iur. calum.* quod ſi aliquis ex forma ſtatuti poteſt ſe propria auctoritate vendicare, licet nõ poſſit hoc ius cedere, tamen poteſt ſecum adhibere ſocios & complices, ſine quibus non poſſet tutè peragere tale factum, & tandem aduertitur, quod cępit, & aſportauit, vt caſtigaretur à Regia Audientia, in cuius territorio aufugiendo deliquit, vt in litteris miſſiuis eiuſdem Ioannis legitur ſcriptis ab eo tempore, quo in carceribus dictæ Regiæ Audientiæ detinebatur.

Præterea, & ſi eſſet raptus (quod negatur) principalis fuit N. Iulius autem pro complice, & aſſociante inquiritur, & ex ſui parte non conſtat ſuiſſe excogitatum,
7 & vt teneretur eadem pœna deberet conſtare precedìſſe tractatũ, & coadunamentum ad hoc principalitèr factum, vt rapiant, fundãt ſubſcripti DD. per *l. 3. §. homine ff. de vi bonor raptor. Ancharan conſ. 217. Bald. conſ. 229. 3. vol. Alex. in l. ſi duo patroni, ff. de iuriur. Felin in cap. ſicut, de homicid.* qui
8 dicit in dubio præſumi caſualitèr non ex propoſito, & *Hippol. de Marſil. in d. l. vnica, num. 114. & Farinac. lib. 4 in tit. de delict. carn. quæſt. 145. §. raptus, num. 35.* qui dicit habere
9 locum *d. l. vnic.* ſi ſcientèr, & doloſè opem præſtitit, ſecus ſi caſu, & ignorantèr, nullo pręcedente tractatu, quia tùnc vnuſquiſq; punitur de eo, quod fecit, idem *Farinac.* qui atteſtatur de cõmuni, & cumular omnes *in eod. libro, tit. de conſult. quæſt. 31. par 1. num. 28. 1. limit.* & ampliat *num. 32.* præſumi in dubio potiùs caſu, quam ſcientèr,
10 & maximè ſi non cooperaſſet, ſed fauorem, & auxiliũ ſimplicitèr præſtitiſſet, vel nihil adiecìſſet, quia habetur, ac ſi fauor non interueniſſet, *num. 42.* quod ſi adeſſet aliqua qualitas aggrauans in principali delinquente, tùnc auxiliator non punitur de dicta qualitate, *num. 44.* quæ omnia concurrunt pro defenſione Iulij inquiſiti, quia abſque armis acceſſit, & abſque magno numero preſonarum, ſed ſolummodò interuenit cum dicto N. & famulo, & opem, & auxilium in ipſo actu, non

ſolùm

ſolùm non præſtitit, ſed ſedebat, & nihil
operatus ſuit, nec animauit dictum prin-
cipalem, quin imò operatus ſuit contra-
rium, prohibendo facto, & verbis homici-
dium, quod dictus principalis committe-
re intendebat in perſonam dicti Melchio-
ris, nec deindè poſt delictum fuit aſſo-
ciatus.

Inſuper etſi excogitàtè interueniſſet,
(quod ſimilitèr negatur) copulariuè con-
11 currere debet, deindè commixtio cum
raptu, vt fortiùs tali pœna principalis pu-
niri poſſet, probatur ex *text. in d. l. vnica, C. rapt. virg.* ibi, *Quia virginitas corrupta non poteſt reſtaurari*, & ponunt caſum *Gloſ. Azo. Odofr. Cyn. Iacob. Butrig. Bart. Bald. Salyr. & communitèr DD.* ſi quis rapuerit per vim
honeſtam mulierem, viduam, nuptam, vel
religioſam, & habuerit acceſſum ad eam,
puniatur pœna mortis, requirendo actum
perfectum, vt ceſſante copula, ceſſare de-
beat iuris diſpoſitio, ità tenet *Angel. in d. l. vnica, & Io. de Anan in rap rum cauſa, de rapt.*
12 & ponit caſum de raptore puellæ euntis
ad fontē pro aqua. qui fuit liberatus, quia
non cognouerat, & aliàs accidiſſe, & ita
iudicatum *Cepoll. conſ. 57.* & quod ſine co-
pula non puniatur pœna ordinaria., *Dec. conſ. 234. Mari. gloſ. Conſtit. Regni Si quis rapere, in verſic. quæro vlterius de alia quæſtione, Viui. comm. opin. in verbo raptor honeſtæ, Carrer. pract. crim. caſu 2. num. 8 fol. 175. Boer. deciſ. 316. num 9 circa medium*, qui dicit eſſe
communem *Paul. de Caſtr. conſ. 27.*
13 Et *Theſaur. deciſ. 217.* qui ponit caſum
in nupta, & quod principalis (copula non
ſequuta) fuit condemnatus ad remigan-
dum per triennium, quia aliàs reſultaret
14 intellectus vitioſus, & lex debet eſſe ſan-
cta, & immaculata, & talis debet eſſe eius
interpretatio, *l. rectè, §. 1. ff. famil. erciſc.* & à
tali opinione (coitu non ſequuto) in iudi-
cando, non eſſe recedendum, *Burſat. con-*
15 *ſil 447. num 374. vol.* . & lex, quę punit af-
fectum in delictis, nō ſeruatur de generali
conſuetudine, ſi non ſequatur effectus ſal-
tim quòad imponendam pœnam ordina-
riam, *Salyr. in l. is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de Sicar.* & de conſuetudine atteſtatur
*Specul. in §. 1. de accuſat. Grammat. deciſ. 2. n 6.*
16 *& ſeq.* & per talem conſuetudinem cen-
ſeri derogatum in ſpecie, *l. ſi quis non dicā rapere* (excepto tantùm raptu Monialis)
*Farinac. in d. § conatus, num. 209. & 213. limit. 3 in d. tit. de delict. carn.* qui ponit regu-
lam *num. 196. & 198.* & refert omnes DD.
pro vtraque parte.

Et quàmuis aliqui tenuerunt contrariā
17 ſententiam puniri eadem pœna, etiam
non ſequuta copula, adeſt tertia opinio
diſtinctionis ſedere controuerſiam abſol-
uens, aut non eſt ſequuta copula, quia no-
luit, aut quia non potuit, ſi noluit, proce-
dat prima opinio, ſin autem non potuit,
vigeat ſecunda, *Iul. Clar. in §. raptus, verſ. ſed quid, Anton Gomez*, qui tenet contrariā
opinionem *ad l. Tauri, l 80 num. 40. in fine*, &
tenere contrariam eſſet nimis religioſa,
dicit *Hippol. de Marſil. in repet d. l. vnic. num. 302. & 303. C. de rapt. virg.* nàm tantùm
puniretur delictum perfectum, quantum
imperfectum, quod non eſt dicendum, cū
pœna ſit commenſuranda delicto, & iſtud
pro limitatione ponit *Farinac. in loco citato, in d. §. conatus, num 209.* & in caſu noſtro
dubitari non poteſt, quod ſi N. principa-
lis voluiſſet, potuiſſet, quod colligitur ex
depoſitione eiuſdem Ioannis, qui dicit:
*Che fù di notte, & ſmontorno alla Grotte di S. Giouanni. e N. ſe lo ritirò da parte à parlare, e poi ſe ne venne in Napoli all'alloggiamento doue alloggiaua detto N. & là ſe pigliorno le caualcature per andarſene alla Grotte Menarda, e dopoi l'iſteſſa notte andorno alla caſa di eſſo Giulio à farſi preſtare vna ſpada, e tutti due ſoli ſe ne andorno inſino al Cardinale, e ſmontorno in vna Tauerna doue ſtettero, e ſi aſciugorno; & è pur veriſſimo, che in tutto queſto tempo, e luoghi non ſi fece vn minimo atto laſcino, nè ſi diſſe parola dishoneſta.*
18 Nec diſpoſitio *Reg. Pragm. ſub tit. de capient. hom. per vim*, in hac cauſa applicari
poteſt, ſiquidèm habet locū, quoties fuit
ad obtinendam remiſſionem per vim, vel
ad comparendum, & *Cap. Regni Contra effrenatas, ne qui. auth. propr* non habet locum
quando tantùm hominem cęperit, *Afflict. in Conſtit. Duram, & Diram, num. 10. de prohib. offic. noſtr occaſ.* ſed *lex Iulia de vi publica cum armis, & ſi ſine de vi priu.* & allegat pro
eius opinione *Neapod. ſuper d. rap. & Luc. de Penna, in l. fin. C. de robort. lib. 12. in vlt. col. & nouiſſ. addent. ad d. Cap.*

Et vt ſatisfaciam Ioanni Hieronymo
Romano inquiſiti parenti, clienti bene-
merentiſſimo, vltra à me ſuperiùs conſi-
derata pro deſenſione dicti inquiſiti, con-
cernentiam cauſam principalem, & ſi eſ-
ſet locus aliquali pœnæ (quod negatur.)
Nobilium eſſe debet, non plebeorum, ob
patris, & maiorū nobilitatem, propriamq;
virtutem, ſiquidèm eſt probatum, in facto
eſſe nobilem per fidès productas inſigniū
perſonarūm regentium ſeptem Regni of-
ficia, & à latere Conſiliariorum, & aliorū
19 titulo decoratorū, & per teſtes omni ex-

ceptione

Digitized by Google

ceptione maiores, qui in actibus, & teſti-
monijs præferuntur. *l. maiorem in princ. ff. de
poſtul. l. 3. §. ff. de teſt.* & tales fuere eius
qualitates, quod non ſunt dedignati ipsũ
libentèr colere, ſecum conuerſare, & aſſi-
duè viſitare, & venerare, & nobilitèr, &
ſplendidè vixit, tenẽdo vehiculos, equos,
mancipia, & ancillas, domos palatia, &
benè comparendo, & ſe ipſum tractando,
maxima cum omniũ admiratione, & lau-
de, & quis dubitabit hominem nobilita-
20 ri, moribus, & vita? quæ nihil aliud eſt,
quam operatio virtutis, *Afflict. in Conſtit.
Regni Magiſtri Camerarii, 5 notab. num. 6.* &
21 vnica dicitur nobilitas, licet diuerſis mo-
dis quæratur, & diuitiæ per quas homines
poſſunt dici Principes, adhuc nobilitant,
latamq; viam nobilitati, & dignitatibus
aperiuntur, nempè feudorũ, vaſſallorumq;
ditione, *Luc. de Penna in l. mulieres, C. de di-
gnit. lib. 12. Bald. conſ. 129. Guid. Pap. deciſ. 385
Andr. quis dicatur Dux. verſ. cæteri. idemq; in
cap. 1. § fin. de capit. qui cur. vend. Afflict. in præ-
lud. Conſtit. Regni, quæſt. 25. in fine, Camerar. in
princ. leg. Imperialem.* mundana enim nobi-
22 litas nihil aliud eſt quam inueteratæ di-
uitiæ, vt inquit *D. Hieron. ad Helbid* poſt
*Ariſt. 4 Ethic. cap. 8. Tiraquel. de nobilit. cap. 3.
num. 8. in fine,* & qui ipſas habet, omnia di-
23 citur habere, & pecuniæ obediũt omnia,
*Bald. in l. deceptitia, C. de conſtit. pecun. Luc. de
Penna in l. ad ſplendidiaris, C. de diuerſ. offic.*
24 *lib. 10.* vndè diues, quaſi diuus, & bona
quia beant, dicit *tex. in l. bonorum ff. de verb.
ſignif.* & habetur *Eccleſ. cap. 13.* diues lo-
25 quutus eſt, & omnes tacuerunt, & verè
bilitas in auro conſiſtit, *Tiraq. d. tract. de
nobilit. num. 3.* & ſi velimus tenere opinio-
nem, quod diuitiæ dent cauſam nobilita-
26 ri, negari non poteſt quin conferent ad
eam, & ad magnanimitatem, quæ eſt vir-
tus, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 128. cap. fin.* & cum
vitæ, & bonis moribus, & poſſeſſione di-
uitiarum efficitur nobilis; hinc infertur,
27 quod in pœnis inſligendis, ne dùm nobi-
les, & patritij, ſed etiã honeſtiores popu-
lares diuites pœnis nobiliũ ſunt punien-
di, *Bart. in l. capitalium, § ſerui ceſi, ff. de pœnis,
Felyn. in cap. cum quidam, col. 3. verſ. tertia de-
claratio, de iure iur.* quam concluſionem
pluribus alijs exornat auctoritatibus *Fa-
bius de Anna optimus Iuriſconſultus, et amicus
meus cariſſimus in conſ. 34.* cum quibus con-
ſonat lex Caroli Primi hujus Regni Re-
gis, regiſtrata in Regio Archiuio Siclæ in
regiſtro ſignato 1269. lit. S. indit. 13. f. 13.
& 38. per quam nobilitèr, & cultè viuen-
tes (licet genere ignobiles) reputentur
nobiles, prout Notarij, Iudices, Cartula-
rij, Cauſidici, & aliorum honeſtę condi-
tionis homines; cuius legis reddit ratio-
nem Regina Ioanna Prima per conſimi-
lem legem regiſtrata in dicto Archiuio
in regiſtro ſignato 1346, litera C. fol. 156.
his verbis: *Nobilitas morum plus prodeſt quã
28 genitorum)* & faciunt dicta per *Ang. in l. ſi
quis ſtipulatus ſit ſticchum, §. ſi quis ità, ff. de
verb. obligat.* & eo maximè hęc vera ſunt.
& locum habent in ciue inclitę Ciuitatis
Neap. vbi eſt ipſe Iulius inquiſitus. Patrię
29 enim ſplendor ad nobilitatem plurimũ
videtur conferre *text. eſt in l. 1. ff. de cenſibus,*
vbi *Vlpianus* gloriatur originem ducere
è Syria Phœnice ſplendidiſſima Tiriorum
Colonia. & *Cicer. Rhetor. lib. 3.* Patriæ ſplẽ-
dorem inter præcipua fortunæ bona ad-
numerat. & facit doctrina *Bart. in l. vnica,
30 C. de Alex. primat. lib. 11.* vbi populares
(ſcilicet mediocris conditionis ciues)
inclytæ, & magnificæ Vrbis dicit præfe-
rendos Nobilibus, & Patritijs inferiorum
Ciuitatum, cum ſequuntur *Iaſ. in §. item
Seruiana, col. 4 de act. Bald. Angel. Io. de Platea,
Iacob. Rebuff. Dec. in cap. clerici, de iudic. Rom.
in l. ſi verò, §. de viro, in 14. fallent. ff. ſol. matr.
Luc. de Penna in l. mulieres, verſ. octauo ex loco,
C. de dignit. lib. 12.*

His accedat dictũ Ioannem Hierony-
mum in vxorem duxiſſe Magnificã Ioan-
nam Sicardã, nobilis, & peruetuſtæ fami-
liæ Ciuitatis Caſtri Maris de Stabia, quæ
aliàs Neap. ſe in matrimonium coniun-
xit cũ Familijs Illuſtribus Carrafa, Bran-
catia, Coppola, Gambacurta, & alijs, vt in
proceſſu eſt deductum. ex quibus coniu-
gibus ortus eſt dictus Iulius inquiſitus,
qui ex vtroque parente nobilis reputari
31 debet. Natus enim ex matre nobili, quã-
uis plebeo patre, nobilis dici debet, dùm
ex vteri ſplendore nobilitatem quandam
acquirit. *Caſſan. catal. par. 8. conſ. 8 Neuiz.
ſyua nupt. ſeu non eſt nubendum, nu. 26. fol. 142.*
cum quibus conſonat illud Virgil. 11.
Æneid.

*Genus huic materna ſuperbum
Nobilitas dabat.*

& Ouid. Metam. 13.

*Eſt quoq; per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas incertum de patre ferebat.*

& Faſto. 1.

*Nobilior ſacræ ſanguine matris erat.*

32 Nobilitatem verò non minus à paterno,
quam à materno latere filijs acquiri dicit
*Ariſt. Rhetor. 1. cap. 5.* & in Regno noſtro
per particularẽ legem Caroli Primi Re-
gis ſtatutum legimus in Archiuio Regiæ

Siclæ

Digitized by Google

Siciæ Neap. in regiſtro ſignato 1267. fol.
14. & 1283. lit.E. fol.13.11.ind.& in pro-
33 ceſſu eſt deductũ. Quam quidem patris,
ſeù matris nobilitatẽ in liberos communi-
nicari, indubitati iuris eſt, quoniam eadẽ
perſonæ iuris fictione reputantur, *l.filium,*
*& l.liberos, ff de ſenatorib.* vbi *Bald.& in l.fin.*
*in fine, C.de ſeru.fugit.* & notant *Canoniſtæ in*
*cap. Raynutius, de teſtam. Gloſ. Bart. Bald. &*
*Angel. in l.cum legitimè,ff.de ſtatu homin. Tira-*
*quell.de nobilit. cap.15.*& illuſtrantur filij,&
34 gaudent tali nobilitate, etiam ſi auus
fuiſſet ruſticus, dummodò pater ſua in-
duſtria, & probitate nobilitèr ſe geſſerit,
& tanquàm nobilis ſe geſſerit, & tanquã
nobilis vixerit, quia magis prodeſt probi-
tas patris, quam obſit ruſticitas aui. *Bar-*
*tholom de Capua ſingul 84. incip. Manifeſtè,*
qui allegat *text. in l.lege Iulia. §.hoc capite, in*
*verſ non obſtat auum, vel alium artem ludricã*
35 *feciſſe, ff. de ritu nupt.* & patris nobilitate
gaudent etiam legitimati, quia non ſunt
turpes perſonæ, *l.imperialem, §.præſenti, C.*
*de nupt.* ibi, *omni macula penitùs deleta.*

Accedat etiam, quod principalis inqui-
ſitus eſt benè morigeratus,& de proximo
erat doctorãdus, & Doctoratus eſt digni-
tas, *Felin.* qui dicit eſſe communem reli-
ctis opinionibus *Bart. & Bald in cap.quan-*
36 *to, in 1.concluſ. de magiſtr.*& cingendus de
proximo, habetur pro cincto, *l.penult. ff.de*
*teſtam milit. l item legato. ff de legat 3. l.ſi qui*
*cum ſciret, ff. de vſucap.* & præſentauit ma-
triculam, iuxtà formam *Regiæ Pragmaticæ,*
37 & curſum ſtudij peregit,& vbi eſt virtus,
ibi nobilitas, *Bart in d.l.ſi vt proponis, nu.6.*
& meritò ſciẽtia nobiliſſimos facit, *l.pro-*
*uidendum, C.de poſtul.cap.venerabilis, extra de*
*prab.* & per actus virtuoſos dantur digni-
tates, *l.2. ff.de orig iur.*& ibi *Bart.* & tandẽ
38 vt effugiant inquiſiti pœnam ignobiliũ,
requiruntur leuiores probationes, *Bald.*
*in l.non ignorat 2 col. verſ. verbi gratia, C.qui*
*accuſ. non poſſ.* ex regula quia quoties agi-
tur de probanda aliqua qualitate incidẽ-
tèr, & non principalitèr leuiores proba-
tiores ſufficiunt, idem *Bald. in l. prouiden-*
*dum, C.de poſt. Anton. Padilla in l.ſi ædibus, in*
*2.illas.num.5.verſ.quod probat, C.de ſeruit. &*
*aqua,*& ità iudicatum refert *Dom. Præſ. de*
*Franch.deciſ 630. 4.vol.*& in Regno noſtro
39 alio modo punitur nobilis, & alio igno-
bilis, idem *de Franch.deciſ.569.volum 4* &
40 pœnæ ſunt potiùs molliendæ, quam exa-
ſperandæ, *l.penult. ff.de pœnis,* & nil facit
*deciſ. eiuſdem Dom. Præſid.111.* quia ibi in-
quiſitus erat filius fabri, & pro concluſio-
ne Excellentiſſimi Principis, & Domino-
rum Regentium tam ampliſſimi Conci-
ſtorij, maximæ authoritatis, eminentis
ſcientiæ, magniq; conſilij, & ſingularis
virtutis, natura eſt, magis ad clementiam,
quam ad vindictam prona, vt ſupplica-
tur. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

Poſt carcerationem menſium ſeptem
fuit inquiſitus condemnatus in exilium
per triennium extra Prouinciam anno
1600. in Banca Serici, ad relationem Re-
gij Conſiliarij Pomponij Salui Delegati.

Regularitèr pœna raptus, eſt de iure
conſtituta pœna mortis, *Peguera deciſ.Ca-*
*tal.43. num.1. D.Ioannes Vela in tract.de pœ-*
*nis delict.cap.29.Godofred à Bauo in ſua praxi*
*crim § raptus. Eliſeus Danza de pugna Doct.*
*tom.2. tit. de raptu, cap.1. Reg. Sanfelic. de-*
*ciſ.266. tom.2. Horded. conſ.98.nu.2.& Tri-*
*uiſ deciſ.59. num.5. lib.2. Anton. de Ballis in*
*tract.crim.lib.3 tit.de liter diſpenſat. quæſt.13.*
qui aſſerunt ad hoc vt locum habeat ex-
quiritur, vt actus venereus interueniat,
quibus addo *Farinac.conſ crim.23.tom.1.*&
quid in muliere rapiẽte virum cauſa libi-
dinis paritèr hoc idem teſtificantur,& in
rapiente nouitium, quibus addo *Baiard.*
*ad Clar.in §.raptus.num.32.& ſeq.* & latiſſi-
mè de hac materia agit *Campagn. in Cap.*
*Regni Placuit. Ludouic. Gilhauſ. in ſuo arbore*
*crimin. cap.6 §.42.*vbi plura, & *cap.2.tit.23.*
*Leander Galgagn.ad ſtatuta Vrbis lib.2.cap.52*
*Coler.deciſ.Germaniæ 176.num.100.& ſeq.*&
de raptu pueri libidinis cauſa agit, *Hon-*
*ded.conſ.98.num.3.tom.1.*nouiſſimè *Sperell.*
*deciſ. Eccleſ.38.num.8.tom.1.* vbi alios alle-
gat, verumtamen quando non alitèr ra-
ptus contingeret ratione libidinis, ſed ob
aliam cauſam non militaret pœna *l.1. C.*
*de raptu virg.*& quomodo fuit in conſimi-
li facto obſeruatum, refert *Tiber. Decian. in*
*ſuis tract.crimin. tom.2. lib.8.cap.7.num.36.* ſi
benè de iure cõmuni raptor non ſequuta
copula carnali, nõ punitur pœna mortis,
ſed pœna arbitraria actẽta natura,& qua-
litate facti, & conditione perſonarum,
*DD. inter conſil. crimin. diuerſ. nouiſſ. tom 2.*
*conſ.59. num.1.* contrarium tamen probãt
*nu 60. ad finem,* ſed contraria opinio refer-
tur deciſa per *Triuiſan. lib.2. deciſ.41.* ſatis
ad hanc materiam collexit *Menoch.de arb.*
*Iud. caſu.291:* & quid in rapiente meretri-
cem, vt ſit locus pœnæ arbitrariæ, *Maſtrill.*
*deciſ.207.num.10.& 11.* *Thoro.*

## SVMMARIVM.

1 *Pœna minoratur minori, etiam in delicto carnis tàm de iure communi, quàm de iure Regni, num. 2.*

3 Text. in l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. *enucleatur.*

4 *Pœna minoratur in minori delinquẽte, ob adulterium.*

5 *Pœna diminuitur ob delictum carnis in minore.*

6 *Minori parcitur, quòd contracto matrimonio cũ conſanguinea coiuit.*

7 *Verbum* deprecatio, *qualitèr exponitur.*

8 *Minor non ſuccurritur in totum per reſtitutionem in integrum, ſed minoratur pœna.*

9 *Fruſtra legis auxilium inuocat qui in legem committit.*

10 *Minor committens homicidium, minoratur ei pœna.*

11 *Homicidium eſt maius delictum, quam adulterium.*

12 *Vitium ſodomiticum eſt atrociſſimum ſicut homicidium.*

13 *Deciſio M. C. V. refertur in minore radente monetam, fuit ad remigandum damnatus.*

14 *Pœna patientis muliebria eſt deportatio.*

15 *Minor nec pro ſe, nec pro alio poſtulare poteſt.*

16 Text. in l. 1. §. qui puero, ff. de extraord. crim. *adducitur.*

17 *Appellatione pœnæ, venit etiam pœna damnationis in metallum.*

18 *Pœna mortis in patiente an procedat.*

19 *Verbum* vir, *quid denotat.*

20 *Verba* in delictis, *propriè, & strictè ſunt intelligenda.*

21 *Statutum vbi imponit pœnam pro delicto, nunquam comprehendunt caſum, in quo pœna deberet de iure communi mitigari.*

22 *Iudex tenetur de iure, pœnam minorare minori.*

23 *Pœna minoratur in delictis carnis, & quare.*

24 *In ambiguis, quæ ex legibus proficiſcuntur, iudicatur ſecundum conſuetudinem.*

25 *Pœnæ ſunt molliendæ.*

26 *Femina innupta perſiſtens in corpus ſuum, delinquens culpa patris non exhæredatur.*

## ARGVMENTVM.

Minor in delictis carnis, an pœna ordinaria erit afficiendus, vel extraordinaria.

## ALLEGATIO VIII.

1 QVod minori debeat minorari pœna etiam in delicto carnis, patet ex *text. in l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor.* dum illum ſummat *Alber. de Roſat.* videlicet, in delictis atrocibus, & maximè in adulterio, minor non reſtituitur niſi quatenùs miſeratio ætatis.

2 Probatur etiam per *Conſtit. Regni Minorum iura*, quæ generalitèr loquitur nullum caſum excipiens, generalitèr igitur debet intelligi, *l. 1. §. generalitèr, ff. de leg. præſt.* non obſtat *text. in d. §. in delictis, verſ. ſed vt ad le-*

3 *gem Iuliam de adult.* dùm Fiſcus vult, quod ille *verſ.* veniat ad limitationem dictæ limitationis, niſi quatenùs miſeratio ætatis, quoniam ex eodem *text.* apparet illum *verſ. vt ad legem, includit ſub regula §. in delictis*, vt intelligatur de totali reſtitutione, recipiens limitationem dicti *verſ. quatenùs*, prout ſummat *Alber.* & idem voluit *Alber.*

4 *in l. ſi minor, ff. de adulter.* dùm vult minori committenti adulterium; licet in totum non reſtituatur minorari tamen pœnam, idem voluit *Odoffr. in d. §. in delictis, colum. 1. & 2. Io. de Anan. in cap. 1. de delict. puer. col. 5. in fine, Cuman. in conſil. 95.* vbi conſuluit cõ-

5 mittenti delictum carnis propter ætatem deberi diminui pœna, *Paul. Grillan. in tract. de hære. & omni ſa. cohit. in 3. quæſt. col. fin.* dùm determinat parci minori, qui con-

6 tracto matrimonio cum conſanguinea, cum ea cohiuit, & in *6. quæſt. col. 4.* dùm vult ſimilitèr parci minori habenti cohitum cum coniugata, cum qua contraxerat matrimonium. Nec verbum illud nulla deprecatio ætatis. ſic vniuerſalitèr habeat mouere Magnificos Iudicantes ad ſentiendum contrarium *q. 2.* intelligitur

7 de totali reſtitutione, quod probatur ex *Gloſ.* dùm exponit illa verba *deprecatio, id eſt venia, & verba* magis prægnantia vz. nullo modo ſuccurritur, pariformitèr exponit *Dom. Anton. de Alex in l. 1. C. ſi aduerſ. delict. col. 2.* vt non ſuccurratur in totum

8 per reſtitutionem in integrum, minoratur tamen pœna, vt inquit ipſe: *Idem voluit Ant. de Butr. in cap. 2. de apoſt. ſuper gloſ. 4. dùm allegat tex in d. §. in delictis, & d. cap. 1. de delict. puer. probatur etiam ex Gloſ. d. verſic. ſed vt ad legem poſita ſuper verbo nec ſi quid. dùm vult, quod fallit text. loquens de adulterio in inceſtu.* allegat *text. in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. fratres*, vbi minori committenti inceſtum fuit in totum pœna remiſſa. ergo regula de qua in *text. d. verſ. ſed vt ad legem*, loquitur de totali remiſſione, cum

falle-

fallentia declaret regulã *l, nàm quod, liqui-*
*dè de pæn. leg.* & datur intelligi, quod de
totali remiſſione intelligatur *text. d. verſ.*
*ſed vt ad legem*, ex ratione quã ſubdit v3.
9 quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui
in legem committit, nàm ſi de minoratio-
ne pœnę intelligeretur *text.* vtique in nul-
lò delicto haberet locum minorationę
pœnę in minore, cum in quolibet delicto
committatur in legem, ergo intelligendũ
eſt de totali remiſſione, quæ in quolibet
delicto denegetur, ex ratione generali
*text. 92.* fruſtra legis auxilium, & quod
hic *verſ ſed vt ad legem Iuliam*, loquitur de
totali remiſſione, & non de minoratione
10 pœnæ, *par. 3. ex eo q. 2.* ſi minor committit
homicidium, minoratur ei pœna, *Bald. in*
*l. & ſi ſeuerior, C ex quib. cauſ. not. inf. col. 2.*
11 & conſtat, quod homicidium eſt maius
delictum, quam adulteriũ, *cap. quid in om-*
*nibus, ſuper verbo grauius 32. quæſt. 7. & text.*
*in cap. ſi quid 33. quæſt. 2.* & ſic ex prædictis
apparet nullo modo dictum *verſ. ſed vt ad*
*legem*, opitulari intentioni Fiſci, allegãtis
non minorari pœnam propter ætatem in
delicto carnis, & ſi diceretur per Fiſcum,
*§. in delictis*, loqui in atrocioribus, at vitiũ
12 ſodomiæ eſt atrociſſimum, quoniam &
homicidium eſt atrociſſimũ, vt dicit *An-*
*gel. in conſ. 217. quod incipit in cauſa accuſatio-*
*nis*, quem refert, & ſequitur *Soc. conſ. 157.*
*col. 3. vol. 2.* & tamen in homicidio mino-
13 ratur pœna. idem determinatum fuit per
M.C.V. referente Magnifico Domino Pa-
tigno, in minore, qui raſit monetam, nàm
condemnatus fuit ad remigandum, & ta-
men atrociſſimum delictum eſt, quia di-
cit *Cap. Regni incip. Idm ſapè*, quod radens
monetam, veluti crimine læſæ Maieſtatis
tenetur. *Nec de iure digeſtorum reperitur tex.*
14 qui inferat pœnam mortis muliebria pa-
tienti etiam maiori, immò reperitur de-
terminatum pœnam patientis muliebria
eſſe deportationem, vt dicit *Alber. in l. 1.*
*§. remouet, ff de poſtul. ſuper gloſ. in verbo paſ-*
*ſus*, & quod ille *text.* loquatur de maiori
apparet ex illa *gloſ.* quæ vult, quod patiẽs
muliebria licet non poſſit poſtulare pro
alio, poteſt tamen pro ſe, etiam poſt ſen-
15 tentiam, cum minor nec pro ſe, nec pro
alio poſtulare poteſt vt in *d. l. 1. §. initium,*
quinimmò & in agente de *iure digeſtorum*
non erat pœna mortis, nec in puero pa-
tiente aliqua pœna. Nàm *text. in l. 1. §. qui*
*puero ſtuprum, ff. de extraord. crimin.* dicit,
16 quod ille, qui puero abducto Comitem
ſtuprum perſuaſit perfecto flagitio, capi-
te punitur, ſubducti Comites vltimo ſup-
plicio afferuntur de puero quòad pœnam
verbum nullum. Et poſtquam quòad Co-
mites expreſſit de vltimo ſupplicio, reſtat
vt illa verba, capite punitur, intelligatur
de pœna damnationis in metallum: nàm
17 appellatione pœna capitalis, venit etiam
pœna damnationis in metallum, *l. capita-*
*lium, ff de pœnis.* & ſi per Fiſcum dicatur,
18 quod *de iur. Cod.* etiam in patiente ſit pœ-
na mortis, per *text. in l. cum vir, C. ad legem*
*Iuliam de adulter.* Reſpondetur illum textũ
19 procedere in adulto, vt apparet ex illo
verbo vir, quod propriè, & ſtrictè accipiẽ-
do deſignat adultum, vt voluit *Bart. in 1.*
*not. in l. 1. ff. de minor,* & ex *text. in l. cumque*
*decedens, § codicillis,* iuncta *gloſ ff. de leg 3.*
20 & conſtat, quod in delictis verba debent
propriè, & ſtrictè intelligi, *l in delictis, ff. de*
*noxal.* Non obſtat *Reg. Pragmat.* quia ſi be-
nè inſpiciatur, loquitur in agente, & dato
quod loqueretur etiam in patiente, non
includeret minorem, quia vbi ſtatutum
imponit pœnam pro aliquo delicto, nun-
21 quam comprehendit caſum, in quo pœ-
na deberet de iure communi mitigari. ità
*Card. Zabarell. in cap. 1. de delict. puer.* ex qui-
bus licet clariſſimè appareat minorari
debere pœnam, etiam in delicto carnis,
non ex gratia, ſeù diſpenſatione Iudi-
cis, ſed *quæſt. 2.* minoratur delictum pro-
22 pter minorem ætatem, ideò tenetur Iu-
dex de iure minorare pœnam, ità *Dom.*
*Anton de Alexand.* poſt *Alexand. de Imola in*
*l. & ſi ſeuerior, C. ex quib. cauſ. infam. col. 5.*
& hoc à fortiori concludendum eſt in de-
lictis carnis, quia ſi minoratur delictum,
& ſucceſſiuè pœna in delicto homicidij
commiſſi per minorem, quod omni iure
eſt prohibitum, & ab aliquo intrinſeco
naturalitèr inhito ad id non mouetur, idẽ
& multò magis dicendum eſt in delicto
23 carnis, ad quod natura humana facilè la-
bitur, per quam rationẽ dixit *Luc. de Pen-*
*na in l. mulieres, C de incol. lib. 10.* fornicatio-
nis minus puniri, quam alia crimina, de
quo dicto meminit *Caſſan. in comment. Con-*
*ſuet. Burgund fol. 283. col. 1.* & ſi per Fiſcum
aliquid allegari contingerit, in tàm cla-
ram, & æquam firmatam concluſionem,
quod ſubſiſtere, ſeù hæſitare faciat Ma-
gnificos Iudicantes, meminerint *text in l. ſi*
*de interpretatione, & l. ſeq.* Imperator vbi ha-
24 betur in ambiguitatibus, quæ ex legibus
proficiſcuntur Conſuetudinem, aut rerũ
perpetuò ſimilitèr iudicatarum, auctori-
tatem vim legis obtinere debere; nàm
Conſuetudo optima eſt legum interpres,
fuit namque ſemper à tempore, quo fuit



Digitized by Google

erectum Tribunal M. C. delictum carnis in minori pariẽte mitiùs punitur, & nunquam pœna mortis, vt aliquibus ex Magnificis Dominis Conſiliarijs, qui in cauſa iudicare habent, pleniſſimè conſtat,

25 Pœnæ namq; moliendæ ſunt, *l. ſi Præſes, & l. interpretatione, ff. de pœnis*, & in dubio contra Fiſcum iudicandum eſt, *l non puto, ff. de iure fiſci*, & poteſt Fiſco obijci, quod cauſam delicto dedit, cum ipſum minorẽ ephebũ inter lupos dimiſit, à quibus difficile erat intactum, ſe cuſtodire, & ideò poteſt Fiſco dici, quod culpa tua hoc paſſus ſum, non potes mihi pœnam inferre, ſicut & filia illa excedens annum 25. &

26 inupta exiſtens commiſit in corpus ſuũ, obiecit patri exhęredare volenti culpam ſuam, & propterea ab exhęredatione immunis euaſit, vt voluit *Dom Abb. in cap. ex literis, de diuort. col. 2* ſtat igitur firmata concluſio, vt huic minori, minoretur pœna. Reliqua, &c. Ann. 1597.

*Franciſcus de Laurito I. C. Neap.*

Ad articulum vide noſtrum *compend. par. 1. verbo minor, fol. 137. 1. col.* vbi habes plures *deciſ. et in ſupplem verbo minor, f. 406. 1 col. Dom. Regens Sanfelie deciſ 57. num. 12.* & quod minor punitur extraordinariè in delictis carnis, *Honded. conſ. 94. num 29. & 30. volum. 1.* & quid quando minor eſſet agens in delicto carnis habito cum puella, idem procedere dixit *Hippol. Rimin. inter conſ. crimin. diuerſ. nouiſſ. tom. 2 conſ. 135. num 15.* aſſequitur *Carocc. in tract. de minore in delictis excuſandis, quæſt. 21. num. 6.* & ibidẽ alia conſimilia cumulauit, quid autem in alijs delictis, vt idem *Carocc.* proſequitur *in quæſt. 47.*

*Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Confiſcatio bonorum pro pœna impoſita eſt in Regno vſurarijs.*
2 *Bona confiſcata pertinent ad dominum territorij vbi ſita ſunt, & quid in bonis extra territorium exiſtentibus. num. 3.*
4 *Bona in alieno territorio exiſtentia de iure cõmuni veniunt in confiſcatione bonorum.*
5 *Sententia confiſcationis extẽditur etiam ad bona extra territorium ſita, ſed Fiſcus cuiuſcumque loci capiet, & ſic deciſum.*
6 *Conſtitutiones ſunt ius commune in Regno.*
7 *Bona vbique poſita veniunt in confiſcatione de iure communi, an etiam eo, quæ ſunt in iuriſdictione alterius, num. 8. & qualiter procedat, num. 9.*
10 *Sententia confiſcationis bonorũ extenditur extra territorium, dùm fertur in ſubditum ratione delicti.*
11 *Confiſcatio bonorum ſpectat ad dominum loci, vbi bona ſunt.*
12 *Bona confiſcata propter delictum pertinent ad eum, qui principaliter ex delicto lęditur.*
13 *Confiſcatio bonorum à lege, vel ſtatuto impoſita ipſo iure, vt locum habeat, requiritur declaratoria, & Principe volente.*
14 *Vſurarius debet priùs damnari, antequam Fiſcus bona accipiat.*
15 *Sententia erit neceſſaria, vbi bona publicantur ipſo iure.*
16 *Confiſcatio bonorum eſt quid acceſſorium, ad ſententiam condemnatoriam.*
17 *Fiſcus occupat omnia bona confiſcata, quando ſub vno Rege exiſtunt.*
18 *Bona in alieno territorio publicantur quando ſunt ſub eodem Principe.*
19 *Bona confiſcata extra territorium ſpectant ad Fiſcum illius territorij, exemplo oſtenditur num. 21.*
20 *Confiſcatio bonorum non tranſit ad bona extra territorium.*
22 *Conſtitutio Regni viget per totum Regnum.*
23 *Leges dicuntur particulares illorum locorum, in quibus ſunt promulgatæ.*
24 *Bona ſimpliciter confiſcata ſi delinquens, eſſet ſuppoſitus alteri territorio ratione originis, vel domicilij, nouus proceſſus fieri debet, & ſequi noua condemnatio, vt confiſcari poſſint.*
25 *Confiſcatio bonorum venit in conſequentiam delicti.*
26 *Bona confiſcata an capiat dominus delicti, vt vbi bona ſunt confiſcata.*
27 *Confiſcatio vltra diſtrictum non ſe extendit.*
28 *Fiſcus quilibet in ſuo territorio acquirit bona.*
29 *Fiſcus tenetur creditoribus ſui territorij.*
30 *Domini inferiores an fiſcum habeant, & qualiter.*
31 *Barones licet fiſcum non habeant, poſſunt tenere coadiutorem.*
32 *Inueſtitura de mero, & mixto imperio, omnes pœnas comprehendit, ità quod in eis Barones ſubintrant.*
33 *Ius confiſcandi competit ſupremo Principi, & ex priuilegio, & conſuetudine inferiori competit.*
34 *Publicatio bonorum competit Principi, cum ſit de regalibus, ſed ex cõceſſione meri, & mixti imperij communicata eſt Baronibus.*
35 *Publicatia bonorum facta à Tribunali Regio quoad bona ſita in territorio Baronis, an cedat ipſi.*

ARGV-

### ARGVMENTVM.

Cõfiſcatio, ſeù publicatio bonorum vſurariorum in diuerſis locis exiſtentium, aliorum dominio ſubiectorum, an paritèr procedat, & quomodo.

### ALLEGATIO IX.

ARticulus perſcrutãdus mihi demandatus à quodam Miniſtro Officiali, qualitèr in eo verſari cõperitur,
cum fuiſſet reus vſurariæ prauitatis condemnatus, per Curiam Roccæ Monfine
pro tali delicto, & quia pro pœna eſt con-
1 fiſcatio bonorum, iuxtà *Conſtit. Regni Vſurariorum*, approbata in *pragm. 3. de vſuris*,
& reus in diuerſis partibus cõuicinis bona poſſidebat, hoc eſt in territorio Sueſſano, Caleni, & alijs, ob quod dubitari
contingit, ſi etiam bona ſita extra territorium Iudicis punientis, & confiſcantis,
cui ex dominis acquirantur, vel Baroni loci rei, vel Baroni territorij, in quo bona
2 ſunt ſita & per ea, quæ in ſimili materia confiſcationum DD. aſſerere videantur,
nempè *Farinac. in eius praxi quaſt. 25. n. 101. Petr. Caball. reſolut. crim. centur. 1. caſu 138. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 642. num. 16. Montanus de regal. in cap. de bon. cõtrah. inceſt. nupt. num. 17. Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 5. tom. 1.* talia bona pertinere ad dominum territorij, vbi bona ſita ſunt, ijs
addo *Guazzin. in tract. de confiſcat. bonor. in limit. 16. ad concluſ. 13. num. 1.* firmantem bo-
3 na ſita in territorio cõfiſcantis Fiſcus capit; ſecus alia bona extra territorium, nouiſſimè *Angel. Stephan. de iure, & priuil. fiſci, artic. 36. num. 85.* cum alijs allegatis per *Alfarum de offic. fiſcal. gloſ. 20. num. 282.*

Conſiderabam ante omnia circa reſolutionem articuli, quod ſi attendatur diſpoſitio iuris communis, tùnc bona ſita in alieno territorio veniunt in confiſca-
4 tione, etiam quod burſæ fiſcales ſint ſeperatæ, quando confiſcatio ſit de iure communi, vt probãt *Io. Bapt. de Plotis inter conſil crimin. diuerſ. nouiſſ. tom. 1. conſ 130 nu. 15. Guazzin. vbi ſup. num 9.* ſubdens *num. 10.* quod magis procedit, quando eſt idem dominus vtriuſq; territorij, ad quod ſubdit ibidem *Angel. Stephan. vbi ſupra*, ex *Reg. de Ponte deciſ. 23. num. 16.* quod ſi confiſcatio nõ ex conſtitutione particulari illius
loci, in quo facta eſt condemnatio ſequuta ſit ex diſpoſitione iuris communis, tùc
5 ſententia extenderetur ad bona etiam extra territorium ſita; ſed Fiſcus cuiuſcunque loci capiet, *Afflict. deciſ. 282. nu. 16. Guido Papa quaſt. 76. verſ. alia verò, num. 1.* & deciſum refert *Anton. Fab. in eius Codice tit. de bonis damn. definit. 1.*

6 Quo fit, vt cum Conſtitutiones Regni
ſunt ius cõmune in Regno, vt dixit *Præſ. de Franch. in deciſ 102. num. 21.* quemadmodùm enim vt dictum eſt, ſupra attenta di-
7 ſpoſitione iuris communis ad omnia bona, vndiq; poſita extendantur, quod etiã probat *Dom. Reg. Rouit. in pragmat. de bonis prodit num. 11.* per hæc verba: *Quæ autem bona comprehendat talis pœna confiſcationis, an*
8 *etiam ea, quæ ſita ſunt in iuriſdictione alterius.*
latè explicat *Andr. ibidem num. 45. verſ. ſed ſi Iudex, Angel. Aret. de malef. verbo & eius bona publicamus, propè princip. Afflict. in § fin. in fine, quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* qui cõ-
9 cludunt comprehendi, quando condemnatio fuit de iure communi, ſecus de iure ſpeciali, vt per *Farin. deciſ. poſthum. 565.* latiſſimè *Alfar. de offic. fiſcal. gloſ. 20. num. 297.* hæc ille, ità etiam attenta diſpoſitione
10 iuris communis *Conſtit. Regni*, ſicuti ſententia publicationis bonorum extẽditur extra territorium, dùm fertur in ſubditũ ratione delicti, & bona ſequuntur perſonam, ità *Franciſc. Marcus deciſ. 728. tom. 1.*
11 quemadmodùm etiam confiſcatio bonorum mobilium ſpectat ad dominũ illius loci vbi delinquens, condemnatus eſt, nõ non autem ad dominum loci vbi bona ſunt, *Farinac. conſ. crim. 71 nu. 1. & 2. tom. 1. & conſ. 118. num. 9. tom. 2. Guazzin. vbi ſupra*
12 *num. 24.* eo quia confiſcata bona propter delictum pertinent ad eum, qui principalitèr ex delicto lęditur, idem *Farin. d. conſ. 118. num. 3.* ſicquè cum talis ciuis Roccæ Monfinę ſubditus Baroni illius loci, inquirebatur de tali delicto commiſſo contra alios conciues, videbatur offenſio facta nedum ipſi domino loci, ſed etiã conciuibus, nõ tamen dominis aliorũ locorũ, vbi alia bona illius exiſtebãt, & ob id ſi ei nullum damnũ, neq; offenſio illata fuerat, qualitèr ei acquiri poterant bona, eapropter cum fuiſſet lata ſentẽtia per Officiales dicti loci dubitari cõtingit, & quia cõ-
13 fiſcatio bonorũ à lege, vel ſtatuto impoſita ſit ipſo iure, adhuc vt habeat locũ, requiritur declaratoria, & Principe volente, aliàs ſecus, *Farinac. deciſ. crim. 61. num. 10. & 11. aliàs voto 61. tom 2.* & melius ad rem noſtram inquit *Andr. in d. Conſtit. Vſurariorum,*

*rum, ſuper verbo damnetur* 5. debet damna-
14 ri vſurarius anteqnã Fiſcus accipiat bo-
na,quod eſt de omni crimine,vt priùs cõ-
uincatur, & damnetur antequam Procu-
rator Fiſci mittat manus ad bona, *C. vbi
cauſ.fiſcal l.1 ff.ad Syllan. l.neceſſarios, & de
iure fiſci lib. 8. an bona, in gloſ. hoc idem eſſet,*
15 vbi bona publicarentur ipſo iure,& con-
tra poſſeſſorem ſententia neceſſaria pro-
pter bona, *Authent. de inceſt nupt. in princ in
gloſ ff. qui,& à quibus quæſitum pro ſocio, l.ſi
fratres,§ idem reſpondit,*hæc ille,& ratio eſt,
16 quia confiſcatio bonorum eſt quid ac-
ceſſorium ad ſententiam condemnatoriã,
*Farinac. d.conſ 118.num.4.*

Nihilominus hæc omnia benè proce-
derent, quando ſub vno domino verſare-
17 mur, vtputà Rege, aut quolibet libero
Domino,qui habet Fiſcum,& tùnc Fiſcus
poterit vendicare bona contra quemcun-
que poſſeſſorem, vt habetur in *Cap. Regni
Bona proditorum*, & ſic bona in alieno ter-
18 ritorio ſita publicantur. quando ſumus
ſub eodem Præſide, *Guazzin. ibi num.6.*

Sed cum in caſu de quo agebatur, erãt
bona delinquentis ſub territorijs diuer-
ſorum dominorum, hoc eſt principalitèr
in dicta Terra Roccæ Monfine, quæ nunc
eſt ſub dominio Ducitiæ Mondragonis,
alia in Ciuitate Sueſſæ, quæ eſt ſubdita
Duci eius Domino,alia in Ciuitate Cale-
ni,quę eſt ſubdita Principi Hoſtiliani,ali-
19 tèr dicendum videbatur, nàm bona con-
fiſcata extra territorium, ſpectat ad Fiſcũ
illius territorij, poſt *Amam alleg. 14. nu.7.
Guazz.ibid n.11.* ad ꝙ *Farin.in cõſ.crim.135.
ſub n.15 tom 2.* ꝙ quãdo diuerſi ſunt Dñi,
& burſæ fiſcales diſtinctæ,& ſeperatæ, tũc
fiſcales burſæ quoties ſunt diuerſæ, confi-
ſcatio ſpectat ad eum Fiſcum, vbi bona
ſunt in ſuo territorio, *Muta deciſ. 29. nu. 11.*
20 ex quo confiſcatio non tranſit ad bona
extra territoriũ, ex *Nello de bannitis par. 1.
2. temporis quæſt. 17.* ſequitur *Farin. d.quæſt.
25. num 99.* vbi de communi, & *Iul. Clar.
quæſt. 78. verſ. ſed hoc quæro,* & ibidẽ *Angel.
Stephan.* ſubſequitur dicẽdo: At ſi ex Con-
ſtitutione particulari illius loci, in qua
facta fuit ſententia, ſequatur confiſcatio,
tùnc comprehendentur bona tantũ in il-
lo loco ſita, etiam ſi vna, & eadẽ burſa ſit
fiſcalis. exemplum habemus apud eundẽ
21 *Bart.* in Marchia Anconitana,& Ducatu,
nàm Marchia habet particulares Conſti-
tutiones in Ducatu minimè vigentes, vn-
dè confiſcationis ſententia ex illis facta,
non porrigetur ad bona ſita in Ducatu,
quàmuis Marchia,& Ducatus ſubſint vni-
tantùm Principi, nempè S. P. imò ſi con-
tingerit in vtroque loco vigere ſimile ſta-
tutum,idem foret dicendum,quemadmo-
dùm obſeruat *Boſſ. de bonor. public. num. 62.
verſ etiam quod,* (& hoc verificari poteſt ex
22 dicta noſtra *Cõſtitutione,* quæ eſt generalis
per totum Regnum,& idem procederet,)
& ſequitur *Angel. Stephani ibidẽ.*& hæc ob-
ſeruatio mihi videtur veriſſima,quàmuis
territoria vtraq; eſſent ſub eodem Præſi-
de Prouinciæ, licet teſtetur alitèr fuiſſe
quandoq; obſeruatum in Ducatu,ex *Cla-
ro in §. fin quæſt. 78. num 26. verſ. ſed certa,* non
enim perſona Iudicis,ſed legis conſidera-
tur, militatq; ratio eadem in vtroq; caſu:
quia dictæ leges ſemper dicuntur parti-
23 culares illorum locorum, in quibus ſunt
promulgata, *Caball d caſu 158. num. 3. verſ.
quæ obſeruantia,* hæc ille,quod fortiùs mili-
tabit, attenta *d. Conſtit.* hinc eſt,quod bo-
24 na quando ſimplicitèr confiſcãtur,& de-
linquens eſt ſuppoſitus alteri territorio
ratione originis,vel domicilij,poteſt fieri
nouus proceſſus, & ſequi noua condem-
natio,vt bona ſita confiſcari poſſint, *ſicu-
ti* etiam probat *Guazzin. vbi ſupra num. 21.*
quod etiam aſſequitur *Dom Reg. Ronit. vbi
ſupra num. 12.* ex *Andr. ibi citato,* quod vt va-
leat bona committentis delictum extra
ſuam iuriſdictionem Iudex confiſcare rei
ſitæ, non ſufficiunt probationes factæ co-
ram Iudice loci delicti, ſed probandum
eſt delictum coram Iudice rei ſitæ confi-
25 ſcare volenti,&c, nàm talis cõfiſcatio bo-
norum venit in conſequentiam delicti,
*Præſ de Franch. deciſ. 102. nu. 26.* & pro con-
firmatione pręmiſſorum conferunt addu-
cta per *Alfar. vbi ſupra nu. 282.* ſic inquiens,
26 & ità quærendum eſt,an bona confiſcata
capiat dominus delicti, an verò loci, vbi
bona ſita ſunt dominus,& ad dominum
loci,vbi bona ſita ſunt pertinere,in ijs ca-
ſibus docet *Felin. in cap. poſtulaſti, num. 6. de
foro compet.* plures pro hac opinione eam
tenentes citat *Simanc. in cathol. inſtit d. cap. 9.
num. 110. Canter. in quæſt crim. in quæſtione tan-
gentibus punitionem delicti, num. 42.* nec vl-
27 tra diſtrictum confiſcationem poſſe ex-
tendi, docet *Paul. conſ. 209. 2. par. num. 1.*
28 & quemlibet Fiſcũ in ſuo territorio ac-
quirere, tenet *Rebuff. nu. 24.* quod de con-
fiſcatione ex ſtatuto,intelligit *Rota nouiſſi-
ma 1. par. deciſ. 704. & Faber in Codice lib. 9.
tit. 60. de bonis damn. definit. 1. Claper. cauſ. 41.
quæſt. vnic.* confiſcatio enim non extendi-
tur, *Farinac. in praxi crim. quæſt. 25. num. 94.
& ſeq. & deciſ. 16 num. 6 & 10.* & ita Fiſcũ
29 ſolummodò creditoribus ſui territorij
teneri.

teneri, docet *Peregr. lib.* 5, *tit.* 1, *num.* 143. ſentit cum alijs *Iulius Clar.* § *fin. quæſt.* 78. *num.* 28. quod in tantum *Camera* verum
30 exiſtimat, vt etiã ad inferiores Dominos Duces, ſcilicet Marchiones, & Comites hoc ius pertinere affirmet, eã motus ratione, quod & ij fiſcum habent, quod ego, & omnes ſciunt, vt licet fiſcum habere non poſſint, vt vidiſti ſupra *Gloſ.* 9. *num.* 5. fiſcum quodammodò habere, vel priuilegio, vel ſaltim communi ab vſu acquiſitũ, & quemadmodũ per Regios Iudices Cameræ fiſcali cõdemnationes applicantur, ità & Iudices creati per inferiores Dominos, eorundem Dominorum Cameræ
31 etiam condemnationes applicant hæc ille, eoque ſuppoſito, quod ſi benè Barones non poſſunt tenere Procuratorem fiſcalẽ. quia non habent fiſcum, vt inquit *Capibl. in pragmat.* 8 *par.* 1. *num.* 233 *de Baron.* ſubdit *num.* 234, poſſunt tenere coadiutorem
32 Curiæ aſſiſtentem in cauſis, qui Procuratori fiſcali æquiparantur, adeò quod facta inueſtitura de mero, ac mixto imperio, veniunt omnes pœnæ, & Barones ſubintrãt in locũ fiſci, ex *Iſern Capyc. Boſſ. & Carau.* probat ibidem *Capiblanc. ſub num.* 212. &
33 quia confiſcandi ius ſupremo Principi competit ex priuilegio tamen, ſeù conſuetudine poteſt inferiori cõpetere, *Giurba conſ.* 58. *num.* 3. idcircò publicatio bo-
34 norum Principi competit cum ſit de regalibus, ſed ex conceſſione meri, & mixti imperij communicata Baronibus intelligitur, vt idem *Capiblanc. in* 2. *tomo de Baron. can.* 40. *num.* 1. aſſerit, ſubdens *num.* 2. quod
35 publicatio bonorum licet facta ſit à Regio Tribunali quòad bona ſita in territorio Baronis ſunt ipſius, idem nouiſſimè aſſequitur *Giurba in ſuis obſeruat. in obſeruat.* 90. *à nu.* 1. *ad* 9. quantò magis hoc idẽ procedere debet in confiſcatione bonorũ facta ab alio Combarone; vt in caſu præmiſſo, & ità iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

*Io. Baptiſta de Thora I. C. Neap.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex poteſt ſuum arbitrium extendere vſq; ad mortem naturalem incluſiuè.*
2 Gloſ. in §. in ſumma, Inſtit. de iniur. *de qua loquitur.*
3 *Alapam inferens Officiali, pœna mortis puniri debet.*
4 Bald. *doctrina* in cap. 1. §. iniuria, de pace iuram. firm. *qualitèr procedat.*
5 *Poteſtas qualitèr intelligatur.*
6 Conſtitutio Regni Vt participatio, *de quibus Officialibus loquatur, an in Baronalibus.*
7 *Pœna vulnerantis Officialem Baronis, quæ nãm ſit, & an procedat in Officialibus inferioribus.*
8 *Officiales Baronales non ſunt propriè Regn.*
9 *Atrocitas iniuriæ conſideratur ratione perſonæ, vt grauiùs puniatur.*
10 *Atrocitas iniuriæ factæ, attenditur in Officiali pro Tribunali ſedente.*
11 Conſt. Si quis aliquem, *non extenditur vti pœnalis.*
12 *Offenſio conſideratur facta Officiali intuitu officij.*
13 Conſtit. Eos tantùm, *ponderatur, & nu.* 15.
14 *Iniuria facta Officiali, quando cenſeatur facta Regi, ob priuata negotia.*
16 *Reſiſti poteſt Iudici, qui extra iudicium iniuriã alteri infert.*
17 *Reſiſtere quando erit licitum Officialibus, & num.* 26.
18 *Offendens Officialem ſpeciali odio, vel ſe defendendo cenſetur vti priuata perſona.*
19 *Excedens modum defenſionis, & iuſtè propulſationis non debet puniri quod fecit, ſed quod plus fecit.*
20 *Homo intenſo dolore promotus, non eſt in plenitudine intellectus.*
21 *Officiali non licet aliquem iniuriare, quàm tenetur actione iniuriarum, & quæ pœna erit puniendus, num.* 22.
23 *Officialis prouocatus, adhùc ei non licet inferre iniuriam.*
24 *Propulſare eſt iniuria iniuriam retorquere.*
25 *Officialis Regis cum audit verba iniurioſa contra ſe à priuatis proferri, non debet ad iram prouocari, & qualitèr declaratur.*
27 *Reſiſti poteſt Officiali, qui iniuſtè exequitur, quod exemplo demonſtratur.*
28 *Reſiſtere comprehendit actum manualem.*
29 *Reſiſtentia eſt licita in defenſione iuſta dolore interueniente.*
30 *Iudex nõ poteſt mutare pœnam in caſibus à lege determinatis.*
31 *Pœna impoſita per* Conſt. Vt participatio, *pro iniuria, quæ nãm ſit, & qualitèr intelligatur.*
32 Conſtit. Vt participatio, *locum habet in Officiali Regio, non Baronali.*
33 *Pœna impoſita per* Conſt. Vt dignitatum, *quæ nãm ſit.*
34 Conſtit. Si quis aliquem, *qualitèr procedat, & num.* 36.
35 *Deciſ. Sacr. Reg. Conſ. contra percutientem cum cortellatio magnum vulnus inferendo, quæ nãm fuit.*

37 Con-

37 Conſtit. Vt dignitatum, *qualitèr procedat*.

38 *Miles offenſus ab aliquo, an vti nobilis, debet iudicari*

39 *Ruſticus offendens Officialem, qualitèr punitur*.

40 *Pœna illa imponi debet, quæ erit ſolita*.

## ARGVMENTVM.

Alapam in faciem Officialis Miniſtri in rixa, ac præſuppoſita etiam quodammodò prouocatione dans, an puniri poſſit pœna mortis, vel alterius arbitraria, quemadmodum reus prætendebat ex ſequentibus.

## ALLEGATIO X.

1 IN crimine iniuriarum de iure communi pœna eſt arbitraria pro loci, temporis, & perſonarum qualitate, proinde in his dubitauerunt DD. an Iudex hoc arbitrium poſſit extendere vſq; ad mortem naturalem incluſiuè, de qua re, latè agit *Menoch. de arbitr. quæſt.*86. & poſt *Iul. Clar, Viuium*, & alios collectores, *commun opin.* latè *Farinac. in quæſt.*17. *à n* 34.
2 & quod ſic famoſa eſt *Gloſ. in* §. *in ſumma de iniur.* quæ *Gloſ.* non loquitur de morte naturali, ſed de pœna capitis, & ſic venit mors ciuilis in dubio, & magis conſtet cum ea quis capite minuitur, & proinde infiniti Doctores intellexerunt illam *Gloſam* debere intelligi de morte ciuili, & non naturali: Secundò, DD. dixerũt, illam *Gloſ.* magis conſtet reprobari, vt apparet ex *Menoch. d. quæſt.*86. *Clar.* §. *fin. quæſt.* 83. *Suarez in comm. opin.* §. *pœna*, & *noſtri Regnicolæ communitèr, vt Afflict. deciſ.*276. *num.*6. *Grammat conſ.*48 *num.*2. *Caran. ritu* 41. *Vaſq. contron. vſu freq. cap.*35. *num.*16. & ex alijs relatis per *Farinac d num.*34.

Verùm pleriq; DD. limitarunt dictam concluſionẽ, niſi iniuria eſſet adeò atrox, vt ex eius circumſtantijs, & qualitatibus Iudex poſſit vſque ad mortem ſe extendere, tradunt exemplum in eo, qui intulit
3 alapam Officiali, vt Iudex illum poſſit pœna mortis afficere, fuit originale dictum *Bald. in cap.* 1. §. *iniuria de pace, iuram. firm. in princ.* allegat *Innoc.* qui hoc non dicit, & hoc dictum per eademmet verba retulerunt pleriq; *Scribentes* relati *à Farin. num*, 36. *limit.* 2.

Verùm iſthæc concluſio, quando etiam de iure procederet nullo modo adaptari
4 poteſt ad caſum noſtrum ex pluribus. Primò, quia *Bald.* dixit, ſi quis alapam dederit Poteſtati, & Poteſtas eſt Capitaneus,
5 & Iudex totius illius loci. omnes DD. referunt verbamet *Bald.* & quod hoc ſic verum, idem *Bald.* non relatus *à Farinac. in l. data opera, num.*9. *C. qui accuſ. non poſſ.* hoc idem dicit in Præpoſito, ſeù Duci Belli, vel Poteſtati, vel Capitaneo illius Terræ. allegat *tex. in argum. in l. omne delictum*, §. *qui manus, ff. de re milit.* qui *text.* loquitur in militia, cuius pœnæ ſunt grauiorea, loquitur in Duce Belli, & ſic *(in Colonnello, ò altro Generale)* vt ibi explicat *Gloſ.* idem dixit *Boniſac. Vital in tit quib. ex cauſ. poſſ. ad mortẽ condemnari, fol. mihi* 399. *col.* 1. loquens in Centurione, & addit, & idem poteſt dici de Capitaneo, & Poteſtate, allegat in argumento *l. milites*, §. *irreuerens, ff. de re milit. Arnon* non relatus *à Farinac. ſingul.*13. dat exemplũ in Prætore. *Egid. Boſſ. inſignis Doctor in tit. de iniur. num.*30. dixit quando daretur colaphus Prætori, vel alteri magno Officiali, vel alitèr verberaretur, tunc poſſet extendi vſque ad mortem, aliàs non, cum ergo in caſu noſtro Ferdinandus N. nullo modo ſit Officialis, vt ſupra probatur, vel nõ ſit Regius Officialis, vt ex *Bart.* infra ſubijcitur, nec Capitaneus ordinarius, vel Poteſtas noſtræ Ciuitatis, apparet non eſſe caſum de quo loquuntur ſupradicti DD.

6 Hoc idem clariùs apparet, cum ius certum municipale habeamus ex *Conſtitutione Regni Vt participatio*, vbi Imperator voluit ſtatuere pœnam inferentibus iniuriã Officialibus; ne dùm rebus, ſed eorum perſonæ, vt ibi notat *Afflict. num.*30. etiam *text.* dicit (Officialibus noſtris in Curia noſtra commorantibus) & *Afflict.* diſputans articulum, concludit non procedere in Officialibus Baronis, licet habeãt merum, & mixtum imperium à Rege, *ibi in* 2. *quæſt. num.*5. latiùs idem *Afflict. in Conſtit. Si quis aliquem, in* 1. *lib. num.*24. *in co. not.* in
7 illo, qui vulnerauit Capitaneum Terræ Soloſræ, fuit punitus, tanquam ſi vulneraſſet priuatum, pœna *Conſtit. Si quis aliquem*, non autem pœna *Conſtit. Vt participatio*, loquentis de Officialibus, quod dictum ſatis confirmatur per ſingularem doctrinã *Bart. in tit. qui ſint rebelles, verbo rebellando, num.* . . quod ad hoc vt quis incurrat pœnã illius edicti debet intelligi de Officialibus

cialibus

Digitized by Google

cialibus ſuis immediatis, qui (inquit de directo pro eo ſunt) ſecus in Regibus, vel Baronibus, qui licet habeant iuriſdictionem ab Imperatore, eam tamen exercent principaliter propter ſe, nõ propter Principem, ad idem facit *Calder. conſ. 6. in tit. de accuſ.* quod nõ incurrit in illis pœnis, quãdo quis delinquit contrà inferiores habentes iuriſdictionem à Principe de per ſe, ex prædictis plura inferuntur, quod Ba-
8 rones licet habeant iuriſdictionem à Rege, tamen quia illam exerceri faciunt de per ſe, & ſub eorum nomine, non dicuntur Officiales Regis. Itẽ quod licet aliquando largè poſſint dici Officiales, attamen ſtrictè nõ ſunt Officiales, vt poſſint comprehendi in dicta *Conſtitutione Vt participatio*, vt in ſpecie aduertit *Afflict. in Conſtit. Si quis aliquem, lib. 1. num. 14. in fine illius numeri* quia iuriſdictio nõ exercetur per ipſos, ſed per eorum Capitaneum, & Iudices, & quòad proprietatem tantùm, penès eos reſidet, vndè apparet, quod Magnificus Ferdinandus N. nullo modo eſt Officialis, cùm licet habeat aliquam iuriſdictionem in certum genus perſonarum, illam tamen actu non exercet, ſed tantùm retinet in proprietate, & illam exerceri facit per ſuum Iudicem, Conſultorem, & alios Miniſtros. Secundò, non eſt Officialis Regius, nempè de illis, qui in Curia, vel Conciſtorio, & Conſilio Regis reſiderent, nec illam exercet ſub nomine Regio, nec eſt Ordinarius Ciuitatis nec de maioribus Officialibus. Hinc licet iudices M.C. non exercent iuriſdictionem ſub nomine Regis, ſed ſub nomine Magni Iuſtitiarij, attamen puto etiam, quod delinquentes in eos deberent ſuſtinere illas grauiſſimas pœnas, quia eliguntur à Prorege. Secundò, quia ſunt Iudices ordinarij totius Ciuitatis. Tertiò, quia ſunt de maioribus Officialibus: idem, & multò fortius de omnibus Officialibus Regię Camerę, quia eliguntur à Rege, ſunt in Curia Regis, ſunt de maioribus Officialibus, ſecùs dicerem de Officialibus in hac Ciuitate reſidentibus in Curia Serici, Lanæ, Admira-
9 tus, Siclæ, & de qua agimus nouiſſimè vidi *Leopoldum Haklmans in diſputationibus iuris, in diſput. 7. ad ſeptimam partem pandectarum de iniur. concluſ. 3.* (ratione perſonæ atrocitas iniuriæ extimatur, quæ interdùm capitalem meretur pœnam, maximè ſi Sacerdoti ſacra facienti, aut ſupremo Principi facta ſit.)

Secunda circumſtantia, quæ attenditur in ponderando hanc atrocitatem eſt, vt
10 Officialis ſit Curia pro Tribunali ſedente, ità *Afflict. in Conſtit. Eor, num. 2.* latiùs, & benè idem *Afflict. in Conſtit. Si quis aliquem,*
11 *num. 15.* quia eſt pœnalis, & reſtringenda, & in *Conſtit. Vt participatio, num. 5.* vel exercendo actum iudiciarium, *Farinac. vbi ſupra nu. 42.* vtputà ſi officialis domi ſuæ publicè audiret negotia, quando dat audientiam publicam, reddendo ius inter partes, nullum actum iudiciarium, nullum ius reddere poteſt Magnificus Ferdinandus abſq; ſuo Iudice, & Conſultore, nec poteſt dici notorium, cum non coràm populo, & id erat clauſis ianuis, & Curia non regebatur, vt dicunt omnes teſtes, neq regi poterat, quia non aderat Iudex, & Curia non poteſt eſſe ſine Iudice, quod autem non ſit actus iudiciarius, licet iſti inquiſiti ipſum adiſſent, petendo iuſtitiã in ſequenti circumſtantia latiùs deducã.

Tertia circumſtantia eſt, vt offenſa prædicta fiat intuitu officij, nàm ſi ex odio, &
12 particulari inimicitia ſecus. ità eſt communis opinio, quã poſt *Menoch. d. caſu 263. num. 10. Roland & alios,* firmat *Farinac. vbi ſupra num. 39.* & hæc opinio diſputari poterat de iure communi, quia apud nos eſt indubitata, cum illa fuit firmata à *Con-*
13 *ſtitut. Regni, Eos tantùm*, his pulcherrimis verbis (eos tantũ Officiales de illatis ipſis iniurijs volumus prærogatiua lętari, qui officium exercendo commiſſum iniurias aliquas patiuntur non qui inimicitiarum ſuarum vindictas, vel ſua priuata negotia pertractando, dùm aliquos ſubiectos indebitè perſequuntur à Fidelibus noſtris iniuriam patiuntur.) quæ *Conſtitutio* fuit facta ad determinandum Superiorem, qua fuit prouiſum, quod iniuria fa-
14 cta Officiali, ſpectaret etiam ad offenſam Regiæ dignitatis, quia inquit *ibi Andr.* vt tùnc videatur fieri Regi, quando propter ſeruitia officij fit, ſecus ſi priuato odio, vel inimicitia ſpeciali. idq; dixit *Andr. in d. Conſtit. Vt participatio, in princ.* ibi: (Cum exercendo officium, tales iniurias patiuntur, ſecus ſi ob inimicitiam, vel ob ſua priuata negotia pertractãda.) Hanc opinionem ſequitur vbiq; *Afflict. Foller. ad Marant. diſt. 1. num. 72. Capyc. & omnes alij DD.* communiter allegati per *Farinac. num. 39. & 40.* & ipſemet *Farinac. qui num. 4.* affert rationem, quia deficiente cauſa iniurius, & contemplationis officij dicitur deficere qualitas aggrauans, & ſic arbitrandi pœnam ad mortem, & penalia per eum, difficultas eſt fundare, quod in caſu noſtro iniuria non ſit illata intuitu officij,

quod pro Fiſco videtur clarum . cum ex
actis appareat, quod iſti inquiſiti adiue-
runt Magnificum Ferdinandũ , vt ſibi re-
ſtitueret farinas, quæ prætendebantur in-
terceptæ, dicendo, *facite giuſtitia*, & ſic vi-
detur quod erat in forma officij , & in
actu iudiciario ; vltra ponderata ſupra,
quod Curia non tegebatur, quod nõ erat
Iudex, quod Ianuæ erãt clauſæ, quod ipſe
Ferdinandus nõ reddebat ius. dico, quod
ſi Iudex in actu, & forma officij commit-
tit exceſſum in ſuo officio, vel præſiden-
do extraiudicialitèr , vel faciendo parti-
bus iniuriam, vel inferendo manus , tùnc
Iudex fit ſtatim priuatus , & de omnibus
per eum talitèr geſtis iudicatur, vt de pri-
uato . afferam in primis *Andream* noſtrũ
hoc ſingularitèr decidentem *in d. Conſtit.
Eos tantùm*, vbi diſtinguens inter offenſã,
quæ fit Officiali propter ſeruitia officij,
ſecus ſi priuato odio , vel inimicitia ſpe-
ciali, addit, vel ſi exceſſiſſet in officio ſibi
commiſſo, & ſic offenſa facta propter ex-
ceſſum commiſſum à Iudice in officio, di-
15 citur facta odio , & particulari inimici-
tia . caſus in terminis eſt. facit *text. Conſti-
tutionis met*, ibi: *(Dùm aliquos ſubiectos inde-
bitè perſequuntur à fidelibus noſtris iniuriã pa-
tiuntur.) Innoc. in cap. ſi dile. ti filij. de ſentent.
excommun. in 6* dixit, licèt ſe tueri, etiam ſi
Iudex ſuus ordinarius ordine iudiciario
non ſeruato , iniuriatur ſibi in rebus , vel
in perſona. & *Alb.* referens dictum *Innoc.
in cap. ſi quando, num. 2. de offic. deleg.* quod ſi
16 Iudex iniuriatur extra iudiciũ animoſè
tanquam pars . poteſt ſibi violentèr reſi-
ſti, ſicut cuilibet alteri , & ſemper proce-
dit extraiudicialitèr ; quando ſine cauſæ
cognitione, & iuris ordine non ſeruato. &
*Dec.* poſt alios ſingularitèr *in l. factum à Iu-
dice 131. ff de regul. iur.* dicit, nàm quando
Iudex officiũ eius excedit, videtur vt pri-
uatus, & addit, & quando Iudex procedit
abſque cauſæ cognitione dicitur proce-
dere vt priuatus, *& in fine num. 3.* ſi enim
Iudex facit quod ad eius officium non
pertinet, non dicitur factum à Iudice, cu-
ius poteſtas videtur limitata reſpectu of-
ficij Iudicis , qui dicitur Iudex , quaſi ius
dicens, & ideò extra illam qualitatem nõ
dicitur Iudex. hæc *Dec.* hoc idem volue-
runt omnes alij DD. quos inferius allega-
17 bo dicentes, quod Iudex in forma iudicij
dùm excedit , & partibus iniuriatur ver-
bis, manibus, vel facto, quod licet ei reſi-
ſtere, tanquam priuato, nè bis idem repe-
tam. hinc dixit *Paris de ſyndicatu, verbo offi-
cialis offenſa, in princ.* ex *Andr.* quod ſi quis
18 offenderet Officialem ſpeciali odio , vel
vt inimicum, vel ſe defendendo puniretur
tanquam priuatam perſonam .

Quarta circumſtantia eſt, quia Magni-
ficus Ferdinãdus acritèr offendit hos mi-
ſeros inquiſitos turpiſſimis iniurijs ver-
balibus, & in perſonã cum manibus, nàm
verum eſt in facto, quod Marinus de Ale-
xandro pater , hæc tantùm verba dixit:
*(Signor Fertante li magnifici voſtri Officiali
m'hanno ſcaliata la Maſſaria, e ſcaſſata la caſa,
& robbatomi le farine mie)* vt ex quinque
teſtibus Regij Fiſci . hæc verba nullam
inferunt iniuriam Domino Ferdinan-
do , ex quo tanquam ad Superiorem con-
queſtus fuit de malè geſtis per eius mini-
ſtros , & hoc non eſt offendere Superio-
rem, eſt clarum de iure, ne ſim longus, nõ
allego cotas , maximè quia dicebat veri-
tatem , quia illi Miniſtri excedendo eorũ
commiſſionem, officium, & poteſtatem
illicite *(haueano ſcaſſata la Maſſaria, & ſcaſ-
ſate la porta della caſa , & pigliatoſi le farine)*
& habuiſſent ordinem etiam di ſcaſſare
la caſa dello Panettiero, ſeù Fornaro, qui
eſt ſubditus non ipſius Marini, Ferdinan-
dus dixit : *chi vuol dire, che l'Officiali miei ſo-
no latri, mète per la gola, & le darò bone maz-
zate .* hæc eſt grauior iniuria , quæ inter
omnes verbales poſſet dici , mentiris per
gulam, vt dicũt omnes, non allego cotas,
ſed grauiſſima fuit : *vi darò de mazzate*,
maximè quia Marcus Antonius filius erat
Doctor, qui reſpondit : *e noi le daremo bone
ſtoccate, & pugnalate.* & Ferdinandus repli-
cauit *ò forfante, forfante, e li poſe mano in pet-
to, & li diede vno ſpettorone* . alij dicunt *vna
buttata* . ex iſtis apparet Ferdinandũ fuiſ-
ſe primum , qui prouocauit abſque vlla
cauſa, & occaſione verbis; & facto, vnde
ſequitur , quod ſi Marcus Antonius Do-
ctor , & nobilis, iuſto dolore commotus,
19 modum defenſionis, & iuſtæ propulſatio-
nis exceſſerit, non debet puniri quod fe-
cit, ſed quod plus fecit, & ſic de exceſſu, vt
notat *Alex. in conſ. 140 nu. 9. vol. 2.* addens,
quod ſi pœna ordinaria eſſet mortis na-
turalis, commutaretur in relegationem ,
ex *Angel. in l. ſi adult. cum inceſt. §. Imperato-
res, ff ad l. Iul. de adulter* (ignoſcendum eſt
enim, qui voluit ſe vulciſci prouocatus.)
*l. qui cum maior. 14. §. ſi libertus, ff. de bon. li-
bert.* qui pluribus exornat *Lucas de Penna
in l. errat, num. 9. in 5. quæſt. C. de caſtr. pecul.
lib. 12 & Tiraquell. de pœnis leg. temp. cauſ. 1.*
20 *num. 9. & 12. cum ſeqq.* homo enim intèn-
ſo dolore permotus, non eſt in plenitudi-
ne intellectus, dixit *Bald. in cap. 1. §. ſi quis
verò.*

Digitized by Google

*verò,in fin.de pace iuram.firm.*& quia hæc vi-
denrur generalitèr dicta, & non de pro-
uocatione facta ab Officiale,ideò afferam
doctrinas punctuales ad hoc.
21 Aduerto in primis, quod de iure com-
muni non licet Officiali aliquem iniuria-
ri,& ſi fecerit,tenetur actione iniuriarum,
*l.nec magiſtratibus* 32. *ff. de iniur.* (Nec Ma-
giſtratibus licet aliquid iniurioſè facere,
ſi quid igitur per iniuriam fecerit Magi-
ſtratus,vel quaſi priuatus, vel fiducia Ma-
giſtratus iniuriari poteſt conueniri.) &
*ibi DD. omnes*, & vbiq; de iure *Conſtitutio-*
22 *nis Regni Hoc ſpeciali lege eſt ſancitum*,& pę-
na ſatis ampliata in *Conſtit. Eos tantùm*, *in
fine*, (quod ſi alter ipſos afflixerint, eos
fortè iniurijs propulſando tertiæ partis
bonorum omnium publicationem dam-
nandos eſſe cenſemus, & in vtroque caſu
cum perpetua infamia ab officio decer-
nimus amouendos) & declarat *ibi Andr.in
vltimis verbis*, latiùs explicat *Afflict. ibi in
4. & 5. not. nu.5.& 6. Paris de ſyndic. cap.6.
ver. ſyndicentur etiam Officiales, per totum,*
23 *fol.107. à ter.* amplio hoc dictum, vt pro-
cedat etiam ſi officialis fuiſſet priùs iniu-
rijs prouocatus,nàm adhùc non licet ipſi
inferre iniuriam,verbo,vel facto eius ſub-
diti,hoc voluit *text.in d.Conſtit. Eos tantùm*,
ibi *(iniurijs propulſare)* nàm propulſare eſt
24 iniuria, iniuriā retorquere, explicat *Spe-
cul. in tit.d. accuſatore, in princ. ver. quid ſi te
vocani.* eſt *text.in cap.ſignificaſti, lo ſecondo, in
fine,extra de homicid.* & eſt *text.in l.vt vim,de
iuſtit. & iure*, (vt vim, atque iniuriam pro-
pulſemus) ergo nō licet Officiali per di-
ctam *Conſtitutionem*, nec etiam iniuria la-
ceſſitus,alteri inferre iniuriā, & per eun-
dem *text. in princ. Conſtit.* per illa verba,
*iniurias patientur*, notat *ibi Afflict.in 2.notab.*
25 quod Officialis Regis cum audit verba
iniurioſa contra ſe à priuatis proferri nō
debet ad iram prouocari,ſed ſi eſt de ma-
ioribus, deber illum in carcerę detrude-
re,& iuxtà leges caſtigare, ſi minor adeat
ſuperiorem, *§.ſi vero egerunt, auth. de defen-
ſor.Ciuit.* ibidem *Afflict.num.2.*
26 Si verò Officialis tanquàm priuatus in-
iuriam,vel violentiam infert, licet ei reſi-
ſti de facto, vti priuato, & eſt caſus indu-
bitabilis, idem ſi in forma officij alicui
iniuriatur,*Gloſ.in l.prohibitus, C.de iure fiſci
lib.10.ver.reſiſtentibus.* (nota,quod etiam
Principis Officialibus reſiſtitur, ſi exce-
dant in ſuo officio) & *Gloſ. Can. in cap. ex
literis 29. extra de offic. deleg. ver. denuntietis*,
dicit,quod etiam violentèr licet reſiſtere,
& *Bart.quod ſint rebelles, ver.rebellando, nu.2.*
(in eo vero, quod loquitur in eo, qui re-
bellat contra Officiales ſuos, loquitur li-
mitatiuè, ſcilicet in his, quæ ad com-
miſſum eis officium pertinēt, & hoc quia
ſi vltra facerent,poſſet eis legitimè reſiſti)
*Bald.in l.vt vim,in 7.quæſt.* diſtinguit,& Se-
cundus caſus eſt, ſi in forma officij, & ꝙ
licet reſiſti de facto quando excedit, &
*Bart.in d.l.probibitus,num.2.* loquitur in of-
ficio, dum dicit, quod quando Officialis
27 iniuſtè exequitur, licet reſiſti, clariùs id
voluit in *l.omnes 33. C.de decur. lib.10.* po-
teſt, inquit,reſiſti Iudici malefacienti,vel
aliàs officium ſuum malè adminiſtranti,
de hac re latiſſimè omnes *Canon.*pręcipuè
*Abb.in cap.ſi quando, num.2 de offic.deleg.* vbi
*Dec. num 2.& Felin.*& omnes cōmunitèr,
*Dec.in l.vt vim,nu.24.*vbi *Salamo.Seyſel.& alij* repetentes. & difficultas eſt apud eos,
quando Iudex in forma officij procedit
extraiudicialitèr, & abſque partis cogni-
tione, quod licet reſiſtere, ſi verò iudicia-
litèr eſt appellandum, niſi actus eſſet irre-
tractabilis, & de hoc eſt controuerſia,
quando actus ſit irretractabilis,ſed quan-
do in forma officij Iudex procedit iniu-
riando,vel manus inferendo,non eſt quid
appellandum, verba ſingularia ſunt *Io. de
Plat.in d.l.probibitum,circa finem,* (ſi autem
facit in forma,& figura officij iniuriam,
& iniuſtitiam, tùnc ſi eſt tale quid, quod
non poteſt reparari in fine officij ſui,& ſi-
militèr licet ei reſiſtere, & ideò Iudici
percutere,vel torquere,vel maſſilatam in-
ferre volenti,licitum eſt reſiſtere, cum ta-
le grauamen per appellationem, vel alio
modo ſit irreparabile) *alios allegat adden-
do ad Alex.conſ.144.vol.2.* & per *Marant. in
1.diſput.num.34.& Afflict. in Conſtitut. Pacis
cultum.*
28 Iudici ergo quando excedit in officio,
& iniuriam infert verbis, vel manibus li-
cet reſiſtere de facto violentèr, & vti pri-
uato, & reſiſtere comprehendit etiam
actum manualem, ità not. *Luc.de Penna in
d.l.prohibitum,num.15.*allegat *l.milites,§.ir-
reuerens, ff.de re milit.* cum ergo reſiſtentia
29 in hoc caſu ſit licita, etiam ſi iuſtam de-
fenſionem exceſſerit iuſto dolore com-
motus,& propter primos motus, qui non
ſunt in poteſtate noſtra,& ideò dicit *Bal.*
quod nō ponitur pro toto, ſed pro tanto,
ſubdens, quod etiam contra Principem
licet ſe defendere dùm eſt prouocatus, &
intenſo dolore permotus in *d. cap.1. §. ſi
quis verò, lo primo, in fine, de pace iuram firm.
& omnes DD.in d.l.vt vim,*dùm tradiderūt
regulam de reſiſtentia licita tàm aduer-



Digitized by Google

ſus Iudicem, quàm aduerſus priuatum,
dixerit, quod ſi exceſſerit eum occiden-
do, non debet puniri pœna ordinaria, ſed
pœna extraordinaria, quia prouocatus,
non poteſt benè deliberare, nec habere
ſtatera in manu, nàm ſæpè excedit oc-
caſio rationem, ità *Bald. in d. l. vt vim, col. fin.*
& ibi latè *Dec. num. 18. Salam. num. 2.* latiſ-
ſimè *Sayſell. num. 104 Tiraquell. vbi ſupra
cauſ. 1. num. 8.* nec omittam ſingulare ver-
bum *Andr. in Conſtitut. Pacis cultum*, quod
quando in patior moleſtiam exigitur hoc
moderamen, ſecus quando in perſona,
vndè apparet, quod ſi in caſu noſtro à iu-
re eſſet ſtatuta pœna ordinaria mortis na-
turalis propter exceſſum etiam culpa ſui
non datur niſi extraordinaria relegatio-
nis, multò magis quia eſt arbitraria, &
proindè ſtante prouocatione arbitrium
Iudicis non poteſt extendi ad mortem.

Quintò principaliter dico, quod præ-
dicta concluſio, quod hæc pœna vt arbi-
traria poſſet extendi vſque ad mortem
non procedere quando adeſſet ſtatutum,
quod imponeret aliam pœnam certam,
30 & determinatã, ratio eſt in promptu, quia
non poteſt Iudex mutare pœnam in caſi-
bus à lege determinatis, vt per DD. alleg.
per *Farinac. vbi ſupra nu. 50. 4. limit.* ſed per
*Conſtitutionem Regni Vt participatio*, eſt de-
31 terminata pœna inferenti iniuriam in re-
bus, vel in perſonã Officialis, ergo ad plus
non poſſit prætendi niſi illa pœna, quæ eſt
quod duplicetur pœna irrogata iure, & à
*Conſtitutionibus Regni*, ſi talem iniuriam in-
tuliſſet priuato, vt explicat *Gloſ. Marin. ibi
in princ.* & ibidem *Afflict. in princ.* eſt verũ,
32 quod illa *Conſtitutio* non procedit in Ba-
rone, nec in alio, qui habet iuriſdictio-
nem à Rege, & illam exercet nomine ſuo,
ſed tantùm in Officiali Regis, & in Regia
Curia, ſiuè Conciſtorio commorante, vt
latè diximus ſupra ex *Afflict. in Conſtit. Si
quis aliquem hominem, num. 14 & in d. Conſt.
Vt participatio, & in Conſtit. Eos tantùm*, pœna
33 verò inferentis hanc iniuriam, de qua in
caſu noſtro eſt determinata per *Conſtit. Vt
dignitatum gradus*, vbi ſi burgenſis, & ruſti-
cus militem verberauerit, niſi probetur,
quod ſe defendendo hoc fecerit, manus
detruncatione punitur; eadem pœna va-
lecto imminente, ſi verò nobilem priua-
tur honore militiæ, & per annum extra
Regnum relegatur, & in duobus caſibus
34 ſubſequentibus: hæc tamen *Conſtitutio* lo-
quitur de detruncatione manus, & altera
in *Conſtitutione Si quis aliquem, in princ. lib.*
quæ loquitur de percuſſione facta cum

armis prohibitis, & requiritur magnum
vulnus, & quod ex percuſſione ipſa per-
cuſſus non moriatur, tùnc percuſſor ma-
35 num ammittat, & iſta *Conſtitutio* tempori-
bus noſtris non obſeruatur, nàm in anno
1584 dùm hic caſus accidiſſet in perſo-
nam cuiuſdam Ioannis Teleſe, qui per-
cuſſerat cum vno cortellaccio, faciendo
magnum vulnus in faciem. Magn. Cur. ad
relationem Iudicis Velli cõdemnauit ad
amputationem manus, & facta relatione
in Aula Domini Cadenæ, fuerunt in pari
voto, quia Dominus Franciſcus de Curte
aſportauit in S.C. librum Conſtitutionis
Dom. Io. Andreæ de Curte olim Præſiden-
tis S. C. qui ſua manu notauerat, qui illa
*Conſtitutio* non ſeruabatur, ſed in locum
eius ſucceſſerat pœna ad triremes, & fue-
runt dati adiuncti Dominus Lanarius, &
Dominus de Franchis tùnc Regis Conſi-
liarii, qui ſic iudicauerunt, tempore *Affli-
cti* obſeruabatur, nàm ipſe in *d. Conſtit.* re-
fert *num. 14.* quod dùm quis vulneraſſet
Capitaneum Solofræ, prætendebant eum
36 punire pœna *Conſtitutionis Vt participatio*,
quæ loquitur de offendẽtibus Officiales,
tamen fuit deciſum contrarium, quia illa
*Conſtitutio* procedit in offendentibus Of-
ficiales Regios tantùm, & ſic fuit punitus
pœna illius *Conſtitutionis Si quis aliquem*.
hic non eſt caſus noſter, quia non adeſt
percuſſio cum vulnere, cum armis prohi-
bitis.

37 Alia *Conſtitutio eſt dicta Conſtitutio Vt di-
gnitatum*, quæ dat amputationem manus,
dummodò concurrãt tria. Primum, quod
ſit villanus, ruſticus, & burgenſis, vel valle-
ctus, qui eſt, vt ibi explicat *Afflict.* qui ſunt
deputati in exercitu ad faciendam vallos,
& foſſata, vulgo *guaſtatori*. Secundũ, quod
38 percuſſus ſit miles, qui non eſt quilibet
nobilis, ſed qui viuit militalitèr cum ar-
mis & equis, *vt ibi Gloſ. Marin. in princ. &
Andr. & Afflict.* Tertium, quod non fecerit
ſe defendendo; ſi verò offendens eſt no-
bilis, non datur niſi relegatio extra Re-
gnum, vndè in caſu noſtro, cum offendẽs
non ſit villanus, vel ruſticus, ſed nobilis;
quia Doctor non poteſt tractari de pœna
manus, ſed duplicanda pœna relegatio-
nis ad arbitrium Iudicis. Secundo, quia
quod fecit ad defenſionem, vndè ſu-
mus in limitatione tradita à *Conſtitutione*,
nõ omitto vnum ſingulare, quod decidit
*Afflict. in d. Conſtit. Si quis aliquem, in 10. not.*
39 quod ſi quis villanus offendiſſet Officia-
lem, qui ſi iniuriam feciſſet priuato, pu-
niretur pœna manus, quia Officialem, du-
plicatur

Digitized by Google

pliſcatur pœna, an debeant amputari duæ manus,& dicit ſingularitèr ex *Bald.* quod non,quod dictum eſt ſingulare.

Vltimò non procedit ſupradicta primá concluſio, quando caſus aliàs accidiſſet,
40 & apparet pœna,nàm illa eſſet imponenda, tanquam ſolita, *Farinac.* alios allegat *num.* 54. nàm dùm aliàs accidiſſet caſus ſatis fortior in perſonam Petri Antonij de Summa. qui habebat eundem officium,cum viliſſima perſona,& ei ſubdita, qui erat piſcator, & publicè, quia fuit in platea, & abſque prouocatione, & & vt audeo cũ vulnere fuit amputa ei manus, quia erat vilis perſona, vel quia percuſſit cum vulnere, & aucta pœna relegationis.

Ex quibus ſatis apparet caſum noſtrũ non eſſe de exemplificatis per DD. cum Magnificus Ferdinandus nullo modo ſit Officialis, cum habeat iuriſdictionem in proprietate, vel non ſit Regius Officialis, nec Ordinarius Ciuitatis, nec in Curia, vel Conciſtorio, & Conſilio Regis commorans: nec de maioribus, nec fuit facta Curia ſedente pro Tribunali, nec exercẽti iuriſdictionem, vel Curiam Regenti, nec intuitu officij, ſed propter maximam, & acerbam prouocationem, & iniurias verbis, & manu illatis propter priuatum odium, & inimicitiam, & etiã ſi eſſet Officialis, vti priuato, quibus exiſtentibus non adſunt copulatiuè omnes illæ circũſtantiæ, qui poſſent reddere iniuriã atrocem pro extendendo arbitrium vſque ad mortem, quæ eſt deterrima pœna.

Nec poteſt tractari de amputatione manus ſtãte nobilitate perſonæ, & ex quo lex illam infert villano tantùm,& plebeo, & viliſſimæ perſonæ, nàm hoc nihil aliud eſſet, niſi implicitè Doctorem non nobilem declarare, & ſtantibus *Conſtitutionibus Regni* propter exceſſum, & iuſtum dolorẽ, & primos motus temporali relegatione mulctari. Hæc currenti calamo pro temporis anguſtia. & vt Excellentiſſimi Domini Proregis mandato obtemperarem. Reliqua ſuppleãt Dominorum Iuſdicentium ſumma pietas,& doctrina,&c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

De hoc eodemmet articulo agũt *Dom. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit.* §. 2. *num.* 18. *Dom. Epiſc. Aloyſius Riccius collect.* 1783. *& deciſ.* 31. *nu.* 5. *&* 300. *Mari ad Grammat. deciſ.* 14 *nu.* 7. *in fine, Taſſon. in pragmat de antefato, obſeru.* 7. *num.* 3. *& num.* 71. *& ſeq. fol.* 390. *& Nos in compend. deciſ. par.* 1. *verbo alapa. fol.* 28. ad materiam iſtã ſi fuerit Officialis offenſus, vel ei alapa data, à quo puniatur dans, & qua pœna, & an Baro, vel Officialis de tali iniuria cognoſcat, *Eliſeus Danſa de pugna Doct. tom.* 1. *tit. de official. in genere, cap.* 8. *num.* 32. allegat *Roland. conſ.* 48. *Maſull. ad Capyc. deciſ.* 124. *Caball. conſ.* 28. poſt *Farinac. quæſt.* 12. *de delict. num,* 39. *& ſeq.* *Thoro.*

Deciſio patet in ſeqq. Allegationibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Iniuria ex qualitatibus, & circumſtantijs ipſius grauatur.*
2 *Iniuria grauis dicitur ex qualitate perſonæ.*
3 *Banna ſiunt pro Republica benè gubernanda.*
4 *Iniuria facta perſonæ, quæ repreſentat perſonam Principis, qui vocatur Præfectus Vrbis.*
5 *Iniuria facta Officiali, lædit maieſtatẽ Principis.*
6 *Iniuria facta Officiali dicitur facta Regi.*
7 *Officialis, qui habet merum imperium de per ſe, ad inſtar Senatoris offenditur.*
8 *Locus attenditur in delictis, cum illud augeat.*
9 *Dominus noſter aduerſus alapam ſibi illatam, qualitèr reſpondit.*
10 *Pœna cum delicto compenſatur.*
11 *Pœna arbitrio Iudicis ſunt relictæ cõmunitèr.*
12 *Iniuria atrox arbitrio Iudicis relicta eſt punienda, vſque ad vltimum ſupplicium.*
13 *Percutiens Officialem odio priuato, & inimicitia grauitèr agit.*
14 *Pœna arbitraria ſe extendit vſque ad mortem ob criminis atrocitatem.*
15 *Alapa data Officiali, eſt grauis iniuria.*
16 *Iudex, cui datum eſt arbitrium, poteſt vſque ad mortem arbitrari.*
17 *Iudex debet habere latas habenas, ad punitionem malefactorum.*
18 *Conſuetudo loci erit attendenda in pœnis infligendis.*
19 Text. in l. omne delictũ, §. 1. ff. de re milit. *ponderatur.*
20 *Honor debetur Officiali.*
21 *Iudex ſi verberaſſet, dùm honorem, & ornamenta attentauerit; erit abſoluendus.*
22 *Officialis prouocatus dicendo ſi non eſſet ob reuerentiam officii benè eum caſtigaret, & indè ſi ipſe depoſuiſſet veſtem, & fuerit verberatus, an incurrit in pœnam verberantis Officialem.*
23 *Officialis non poteſt abdicare officium à ſe.*
24 *Perſona officii, & dignitas contemplatur, non tamen inimicitia particularis.*
25 *Offenſio facta Officiali dicitur etiam quando in actu aliquo exercitationis officii fiat.*



Digitized by Google

26 *Deciſiones diuerſæ facta contra afficientes iniurias Officialibus, referuntur.*
27 *Licet iniuria propulſare, & iniurioſè reſpondere.*
28 *Iniuria duplex eſt.*
29 *Mentita non eſt iniuria, ſed defenſio.*
30 *Licet homini pro defenſione ſui hororis, hominem interficere, & quando.*
31 *Iniuria per aliam iniuriam propulſatur, & compenſatur.*
32 *Iniuria facta miniſtris Officialis, cenſetur ipſi facta.*
33 *Socius pro ſocio habet actionem pro iniuria.*
34 Text. in l. prohibitum, C. de iure fiſci lib. 10. *ponderatur.*
35 *Teſtium numerus auget delicti veritatem,*
36 *Teſtes inhabiles aliorum habilitate coadiuuantur.*
37 *Iudex laicus data falſitate bullarum, procedit contra reum.*
38 *Falſitatis crimen grauiſſimum eſt, ideò grauitèr puniendum.*
39 *Producēs falſas ſcripturas, pœna falſi punitur.*
40 *Sufficit quod falſis vtatur ſcripturis, vt poſſit puniri de falſo.*
41 *Pœna mortis eſt in falſificante reſcriptū Principis, in reſcripto prælatorum eſt pœna deportationis.*
42 *Non inconuenit pœnam priſcæ ſeueritati accedere.*
43 *Pœna manus etiam plecti debet cum deliquit, offendens alapa, ſicut in ſimilibus.*
44 *Armorum exportatio eſt prohibita.*
45 *Terror armorum ſufficiens eſt.*
46 *Deciſio Collat. Conſ. refertur contra dantem alapam Officiali.*

## ARGVMENTVM.

Alapam dans Officiali, in actu exercitij ſui officij, pro re ſpectante ad illud, an pœnam mortis contineat, & qualitèr.

## ALLEGATIO XI.

QVod grauiſſimùm, & maximum ſit
delictum, de quo inquiritur Mar-
cus Antonius de Alexandro non-
nō dubitatur, & caſus ferè lugen-
1 dus, vt publicè feratur alapa Officiali,
poſtquàm ex qualitatibus, & circumſtan-
tijs ipſius grauatur ipſe Marcus Anto-
nius, vulgata *l. aut facta, ff. de pœn.* per *Bald.
in l. ſi fugitiui, & in l. quicūque, C. de ſeru. fugit.
Farinac. in tit. de delict. & pœnis, quæſt. 17. num.*
35. & eſt communis opinio ſecundum
*Dec. in cap. ex literis, de conſt.* ſi perſona du-
2 plici modo offēſa, vt Patritius Neapolita-
nus, in quo omnes ſpecies nobilitatis cō-
currunt, vt per *Bart. in l. 1. col. 7. C. de dignit.
lib.* 12. & vt Officialis, qui habet merum,
& mixtum imperium, & de eius ordine
promulgantur ſententiæ, & pœna etiam
corporalem imponit reſpectu publici of-
ficij, & publicæ vtilitatis, & in exercitio
ipſius, poſtquàm in fraganti delicto con-
tra formam banni fuerunt capti mulieres
cum farinis extra Regiam Dohanam, &
rectè fuit imploratum ſuum officium,
3 cum banna ſint facta pro Republica bene
gubernanda; & *Diuinus ille Plato* plura
ſcripſit *in ſuis dialog.* & propriè *dialog. 2. de
materia annonæ, toto tit. ad l. Iul. de annona,* of-
fenſa igitur fuit quæ repreſentat perſonā
Principis, poſtquàm vocari poteſt Præfe-
ctus Vrbis, *l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præf.*
4 vel Præfectus Annonæ, & ideò iura exiſti-
5 mare lædi Maieſtatem Principis, *l. quiſquis,
C. ad l. Iul. Maieſt. Andr. in Conſtit. Regni, Vt
participatio,* & latiùs *in cap. 1. §. & bona com-
mittentium, in tit. quæ ſint regalia,* & Officialis
extimatur pars corporis Principis, per
*Andr. in d. cap. 1. quæ ſint regalia,* & iniuria
6 facta Officiali, dicitur facta Regi conſti-
tuenti, vt per *Afflict. in d. Conſtit. Vt partici-
7 patio,* & Officialis, qui habet merum impe-
rium de per ſe ad inſtar Senatoris offen-
ditur, per *Crauett. in conſ. 168. num. 10. cum
ſequ.*

Si enim locus, & tempus attenditur in
domo propria, & tēpore quo erat in exer-
citio ſui officij in dicta cauſa, qui locus
8 conſideratur in delictis, cum augeat deli-
ctum, *l. aut facta, §. locus, ff. de pœn.* per *Bald. in
l. cum ancillis, C. de inceſt. nupt. Dec. in conſ. 65.
l. prætor edixit, §. atrocem, ff. de iniur.*

9 Si qualitas contumeliæ non audeo di-
cere cū Deus, & *Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus reſpondit in alapa,* his verbis: *quid me cæ-
dis? Io. cap.* 18. quæ iniuria ad perpetuam
memoriam, ſemper in memoria hominū
permanet, & ſic tota iuſtitia videtur læſa,
cum iniuria facta Prælato, & Eccleſiæ cen-
ſetur facta, *Gloſ. P. in §. 43. num. 117. in noua
impreſſ.*

Auſa enim nō fuit pars offenſa contra
Marcum Antonium deponere factum, &
querelam pro iniuria ſibi illata propone-
re iuſta ratione motus, quia fuit facta
Regi offenſa, ex quo principalitèr fuit of-
fenſus, vt magiſtralitèr dixit *Andr. in Con-
ſtit. Beneficium,* ibi; *Quid autem ſi intereſt
Fiſci,*

Digitized by Google

*Fiſci, vel Regis ratione iniuria ſibi facta relinquendo omne id, quod pratendere poſſit arbitrio, ſententia tàm Supremi Conſilij, & iudicio tot Procerum reſidentiũ hodiè in Collaterali Conſilio ſola enim veritas, & iuſtitia extat in eorum manibus, & quieſcere partes ſententijs prædictorũ, & nõ appellare poſſũt iudicio omniũ, et meo.*

10 Quid de pœna dicam? quod pœna de
iure cum delicto ſemper compenſatur,
*cap. non afferamus 34. diſtinct. Authent. omnes peregrini, C. commun. de ſucceſſ. Deutor. cap.* 25. & licet DD. diuerſimodè in genere pœnarum ſint loquuti, tamen commu-
11 ni conſenſu putarunt relinquendum arbitrio Iudicis, *Gloſ in l.1. in ver. parte, ff. de cuſtod reor. Bald. in cap. propoſuit, de appell. Barb. conſ. 51. col 2. lib. 1. Io. Lopez in rubr. de de donat. inter vir. & vxor. §. 2. nu. 13. Hippol. in l. quaſtionis modum. ff de quaſt.* ſi delictum hoc eſt grauiſſimum, & pœna mortis, ſecundum DD. grauiſſima certè hac pœna debet puniri, & ità de iure dicam, & fundabo; nàm licet DD. in iniuria loquuti ſunt, quod relinquitur arbitrio Iudicantium, & inter iniurias ſunt gradus, ſecundum *Clar. in §. iniuria*, nàm aliæ ſimplices, aliæ atroces, *d l. prætor edixit, Boer. deciſ. 168. Plaz. in epit. delict. cap. 6.* Si enim arbitrio Iudicis relinquitur, quod ſit atrox iniuria ſecundum *Hoſtienſ. in ſumma, in tit. de ſentent. excommun. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in ver. omnia, vel partem, C. de revoc. donat. Abb. in cap. cum illorum de ſent. excom. Alex. conſ. 203. vol. 2. Rum. cõſ. 81. vol. 4.* quis dubi-
12 tabit, quod hæc non dicatur atrox iniuria? & arbitrio Iudicis, vltimo ſupplicio condemnari, attenta opinione *Gloſ. in §. in ſũma inſtit. de iniur. Felin.* latiſſimè de pœna vltimi ſupplicij, *in cap. ex literis num. 2. de conſtit.* quod *Bald.* expreſsè dixit *in cap. 1. §. iniuria de pace. iuram. firm.* loquens in homi-
13 ne percutiente Officialem ex odio priuato, & inimicitia, quod minùs eſt, vt caſus noſter, & idem in *l. fin. de rerum diuiſ.* aſſi-
14 gnando rationem, quia iniuria non cadit in ſpeciale nomen delicti, ſi ſit factum nimis graue, nàm arbitrium datum à lege, etiam ad mortem ſe extendit in maleficijs, & cum iſta opinione concurrunt omnes data atrocitate, & qualitate delicti, vt per *Menoch. in lib. 1. de arbitr. iudic. quaſt. 86. num. 2. cum ſeqq.* & nouiſſimè *Farinac. in tit. de delict. & pœn. quaſt. 17. num 34. ampl* 2 quẽ rogo videri, & omnia dicit, & in ſpecie de
15 alapa data Officiali, *limit. 2. num. 36.* & hoc ratione mali exẽpli motus, & dicit, quod communitèr eſt obſeruatum, & non inuenit contradictorem.

Tantò magis prædicta pœna eſt imponenda inquiſito, cùm tractatur cauſa in
16 Conſilio Collaterali, & ſic in Supremo Magiſtratu, cui datum eſt arbitrium ad mortem arbitrari. *Marſ. in ſing. 397. Rolan. conſ. 99. nu. 28. lo primo, Menoch. d. quaſt. nu. 3.*
17 Iudex enim debet habere latas habenas etiam ad punitionem malefactorum ſtudere debet, *Guid. Pap. deciſ. 206. Marſil. ſingul. 181.* maximè ex cauſa. *l. hodie*, vbi *gloſ. de pœn. Marſ in l. in pœna, §. ſed etſi. ff. de falſ. Alex. conſ 65. volum. 1.* ex quibus videtur, quod poſſunt vſque ad mortem extendi, & condemnare inquiſitum, & ſecundum prædicta in hoc Regno eſt impoſita hæc pœna mortis in Doctore, qui tempore Excellentiſs. Comitis Mirandæ malè loquutus fuit, & cum ignominia fuit decapitatus, & priùs obtruncata ei manus, & ſic à Conſuetudine iſta in Regno non eſt rece-
18 dendum, quia Cõſuetudo loci attendenda in pœnis infrigendis, *Felin. & Franch. in cap. inter cætera, de reſcript. Cepol. in conſ. 39.* cum certa dicatur ſecundũ *Gloſ. in l. quid ergò, §. pœna grauior, ff de his, qui not. infam. Felin. in cap. ex literis, & ibi Dec de conſtit. cap. ſicut dignum, de homicid. Imol. in cap inquiſitionis, extra de accuſ.* & ità intelligit *Gloſ. in d. §. in ſumma, Bald in l. fin de rer. diuiſ. & in l. fin. C. de his, qui latro. & in l. incredibili, C. de pœn. Angel. in l. miles, § editum de milit. teſtam. Alexand. conſ. 111. 2. vol.* & latè per *Menoch. loc. cit. num. 26.* quod in attentatis delictis non credo, quod opinio prædictæ *Gloſæ* poteſt extendi vſque ad mortem, ſed hic non eſt caſus noſter.

Sed quid loquimur de arbitrio Iudicantium cum *Iuriſconſult. in l. omne delictũ, §. 1. ff. de re milit.* dat pœnam mortis, & de-
19 terminat caſum, & formalia verba ſunt textus: *Qui manus intulit Præpoſito, capite puniendus eſt*; augetur enim petulantię crimen, dignitate Præpoſito, & ſic conſiderat, & dignitatem, vt Officialis, & perſonam, vt Præpoſitus, & in præſenti cauſa omnia ſunt deducta, & clara.

Sed audio, quod Pars aduerſa fundat ſe dicendo delictum eſſe rixoſum, & cum prouocatione, in quo rogo Dominos Iudicantes, vt animaduertant factum: Marinus pater fuit author, quia protulit verba iniurioſa contra Officiales, minatus eſt Ferdinandum, cum eo habuit verba, & diſceſſit remanſo Marco Antonio in domo, qui vidẽs patrem diſcedentem, dedit alapam, ex iſto facto, non rixa, ſed prouocatio ex parte Inquiſitorum adeſt, cum in domo propria ex cauſa ſui officij, Ma-

rinus

Digitized by Google

rinus vocauit Officiales Ferdinãdi latro-
nes, ergo ipſe fuit author, & quod poſteà
ſubſecutum eſt, omnia à Marino ſunt or-
ta; ſi enim modeſtè, vt decet coràm Ma-
giſtratu loquutus fuiſſet, hęc omnia non
20 ſucceſſiſſent. cum honor debeatur Offi-
ciali, *l. item apud Labeonem*, *§. adiicitur*, *ff. de*
21 *iniur.* quod etiã ſi Iudex verberaſſet, dùm
honorem, & ornamenta attentauerit, ta-
men abſoluendus, formalia verba *text* &
ibi *Gloſ.* & ad hoc vide *Reg. Pragmat. in tit.*
*de offic. S.C. prag. 21. & Conſtit. Regni, quæ in-*
*cipit Cultus Iuſtitiæ*, & pro iſto caſu vide
*Caſſan. in catal. glor. mund. par. 8. conſid 13. in*
*princ.* dicens, quod ſi aliquis Officialis
22 fuit prouocatus dicendo, quod ſi non eſ-
ſet ob reuerentiam officij, benè eum ca-
ſtigaret, ſi officialis depoſuiſſet veſtem,
& fuit verberatus, numquid incurrat in
pœnam verberantis Officialem Regis, di-
ſputat quæſtionem, & tandem motus au-
thoritate *text. in l. 2. §. vſque adeò, ff. de iniur.*
23 decidit, quod ſic, quia Officialis non po-
teſt à ſe abdicare officium, *l. legatis, ff. de*
*offic. Proconſ. l. fin. C. de defenſ. Ciuit. Io. Faber*
*in l. ſeruus, C. de pœn.* & erat ex particulari
odio, ſecundum *Afflict. in Conſtit. Vt parti-*
*cipatio, quæſt. 3.* noſter autem ex cauſa of-
24 ficij, & ſic aggrauat deli[illegible], ſecundum
*Andr. in cap. 1. in ver. bona committentium, in*
*tit quæ ſint regalia*, & ibi *Afflict.* contempla-
ta enim fuit perſona officij, & dignitas, &
non particularis inimicitia, cum à parte
non ſit probata, *Paris in tract. ſyndicatus, in*
*ver. iniuria officialis, §. an officialis, Capyc. de-*
*ciſ. 130.*

Poterit tamen Pars aduerſa proponere,
quod non ſit facta tempore exercitij of-
ficij, ideſt tempore, quo regebatur Curia;
nàm clara datur reſponſio, non ſolũ tem-
pus quo regitur Curia attenditur in of-
fenſa facta Officiali, ſed etiam quando eſt
in exercitio, vel aliquo actu iudiciario,
25 nàm etiam dicitur facta offenſa Officiali
contemplatione officij, vt per *Bart. in l. ſi*
*quis obrexerit, ff ad l. Cornel. de Sicar. Cyn. in*
*l. ſi non conuicij, C. de iniur. Angel. in verbo fal-*
*ſario*, ſemper enim Officialis dicitur quã-
do tractat negotia, etiam quod non regit
Curiam. iniuria prædicta fuit facta tem-
pore quo tractabat negotium Marini pa-
tris, Marci Antonij, & hoc benè probatur
in proceſſu.
26 Si enim ad exempla recurrimus; nun-
quam in Regno noſtro talis iniuria fuit
illata Officiali, & propter nouos emergẽ-
tes caſus licitum eſt iura tranſgredi, *In-*
*noc. in cap. 1. de conſtit.*

Don Ioannes de Aualos ob verba ad
aures dicta Officiali perpetuò relegatus.

Dux Montis Alti ab Aragonia familia
deſcendens, quia per nuntium verba non
ſolita miſit Officiali, ad tẽpus relegatus.

Dux Roccę Mõtisdragonis filius Prin-
cipis Hoſtiliani deambulando per Ciui-
tatem, ex quo Officialis capud non dete-
xit, verba minatoria protulit, relegatus
per decennium fuit.

Don Petrus à Toledo Præfectus Trire-
mium, ac offenſus in ſua Regali iuriſdi-
ctione, per Iudicem Magnæ Curiæ perpe-
tuò relegatus.

Veſpaſianus de Palmerio, qui abſenti
Officiali intulit iniurias, deportatus in
Inſulam fuit.

Quidam Fabius . . . . qui intus car-
ceres M.C. dedit alapam cuidam Comi-
ti, amputata fuit ei manus dextera, & per
decennium in Inſulam deportatus.

Quidam quod Capitaneo Birruariorũ
dedit alapam prouocatus à Capitaneo,
nàm primo cũ virga magna eum verbe-
rauit. etiam fuit ei amputata manus, &
per decennium in exilium miſſus extra
Regnum.

Saluator Saullus, qui in rixa Petrum
Antonium de Summa vulnerauit de re-
tro, non ex cauſa ſui officij, fuit ei ampu-
tata manus, & ad perpetuum exiliũ extra
Regnum miſſus, cum comminatione
mortis.

Et ſi dixerit Pars aduerſa, quod Ferdi-
nandus protulit hæc verba: *Chi vuol dire,*
*che li Officiali miei ſono ladroni, ne menta per la*
*gola.* Pro parte Regij Fiſci conſideratur
id quod in principio fuit dictum ex par-
te Marini, dicendo, quod Officiales Fer-
dinandi erant latrones, & ſic fuit prouo-
catus ad reſpondendũ illa verba, tu men-
27 tiris; nàm quando aliquis eſt prouoca-
tus, & reſpondet tu mentiris, cum ſit ad
defenſionem, licet his verbis, huiuſmodi
iniuriam propulſare, & iniurioſê reſpon-
dere, ſecundum *Paul. de Caſtr. & Ang. l. fin.*
*ff. quod quiſque iur. Bologn. in l. vt vim, ff. de*
*iuſtit. & iure, per text. in l. 1. §. cum arietes, ff. ſi*
*quadrup. paup. fec. dic.* Aduertũt enim DD.
28 quod iniuria duplex eſt, facto, & verbo.
& quia naturale eſt homini, & licitum in
iure primi generis iniuriæ reſiſtere, vtiq;
licere debet in ſecundo genere, & aduer-
tendum eſt, quod mentita nõ eſt vindicta,
29 ſed defenſio, quia ita natura docemur re-
ſiſtere verbis, & factis. *Addentes ad conſil.*
*Bertaz. conſ. 135. lit. A. & conſ. 358. ead. litera,*
*Carr. in praxi crim. in ver. homicidium, §. 6.*
*num. 101.*

*num* 101. *cum ſeq. Capyc. deciſ.*58. loquens
de verbis imperſonalitèr iniurioſè dictis,
& ſunt verba Ferdinandi, poſt *Bart. in l.*
*quæ omnia*, §.1 *ff de procur.* ſi enim licet ho-
30 mini pro defenſione ſui honoris, hominē
interficere, *DD. in l. vt vim, de iuſtit. & iure*,
ergo multò magis licebit pro defenſione
ad repulſandam iniuriam incontinenti, &
31 non ex interuallo dicere mentiris, quia
iniuria per aliam iniuriam propulſatur, &
cōpenſatur. *Plaz. in tit de delict. lib. 1. cap. 1.*
*num.* 21, quod etiam militat in foro con-
ſcientiæ, ſecundum *Sotum in tit. de iuſtit. &*
*iure, cap. 5. quæſt. 9. artic. 3. col 3 in fine*, quia
32 iniuria cum ſit facta Officialibus Ferdi-
nandi, cenſetur ipſi Ferdinando illata, cū
ab ipſo ſint Officiales deputati, *Iſern. in*
*tit. quæ ſint regalia, & in Conſtit. Vt participa-*
33 *tio*. præſertim quia ſocius pro ſocio ha-
bet etiam iniuriarum actionem, ſecundū
*Iaſon. in l. turpia. num.* 10. *ff. de leg.* 1. hinc eſt
Ferdinandum culpæ non eſſe obnoxium,
& propterea inquiſitus nō poterit ſe tue-
ri per terminos *text in l. prohibitum, C. de*
*iure fiſci lib.*10. vbi dicitur licere Officia-
34 libus etiā Principis reſiſtere, ſi excedant
in ſuo officio, nàm ex ſuperioribus dedu-
ctis in nihilo exceſſit Ferdinandus cum
pro defenſione iniuriam propulſauerit.
35 Hinc deuenio ad aliam partem obie-
ctionum circa teſtium dicta, nàm ex nu-
mero quatuordecim teſtium, qui veritatē
facti depoſuerunt contra Marcum Anto-
nium poſſet quieſcere pars hoc propone-
re, ſecundum *Gloſ. in l.* 3. §. 1. *ff. de teſt. Iaſ.*
*in auth ſi verò, col.* 1. *C. de iudic. Anton. Gabr.*
*in lib. comm. concluſ. lib.* 1. *de teſt.* qui numerus
tollit affinitatem, coniunctionem, ſingu-
laritatem, intereſſe, vel commodū, & alia,
quæ contra teſtes produci poſſunt, *Anton.*
*Gabr. in d. loco*, & pro parte Fiſci fuerunt
examinati ſocij dicti Marci Antonij, qui-
bus repulſa per partem non datur, qui ve-
36 ritatem negotij depoſuerunt, & licet alij
eſſent inhabiles, vt pars dicit, & habilita-
te aliorum ſuppletur eorum inhabilitas,
ſecundū *Bald. in l. ſi quis ex argentarijs*, § *co-*
*gitur, ff. de edend. idem in l.* 1. *C. de teſtam.* tan-
tò magis, quia delictum domi fuit patra-
tum, vbi teſtes domeſtici admittuntur,
*l. conſenſu*, & ibi *Bald. C. de repud.* quod ta-
men Fiſcus negat eſſe inhabiles, & plenè
probatum per omnes, quod in facto pars
non negat.

Accedat vltimò, falſitas Bullæ in ordi-
ne Subdiaconatus per ipſum præſentatæ,
& falſitas aliarum Bullarum aliorum or-
dinum, quæ falſitas iàm detecta per decla-
rationes factas per Epiſcopum, & Actua-
37 rium, & etiam per copiam libri regiſtri
ordinationum, iuxtà terminos *deciſ. de*
*Franch.* 189. fuit dictum, quod proceda-
tur per Dominū Delegatum, non obſtan-
tibus prædictis tanquam falſis, qui enim
falſum inſtrumentum præſentat, dicitur
falſum committere, *l. maiorem, C. de falſ.* &
38 quia graue eſt delictum falſitatis, graui-
tèr eſt puniendum, *l.* 1. §. *vlt. ff. ad l. Cornel.*
39 *de falſ.* producens enim falſas ſcripturas,
pœna falſi punitur, vt per *Bal. in l. fin.* 1. *not.*
*C. de fide inſtrum. & in l ſi quis decurio, C. de*
*falſ. Bart. in l.* 1. § *tradidit, ff. eod. Gloſ. in l da-*
*mus, C eod. Bald. in rubr. C. de fide inſtrum.*
*Alex. conſ.* 77. *vol.* 1. de falſitate non dubi-
tatur, poſtquàm ità iudicatū fuit per Su-
premum Collaterale Conſilium, & poſt-
quam petijt remiſſionē, vt Clericus vſus
fuit dictis Bullis, quæ cum ſint falſæ, licet
de fabricatione dubitari poſſit, tamen
ſcientia, & dolus eſt, ſufficit enim Regio
Fiſco, quod vſus fuerit ad hoc, vt falſi pę-
40 na puniatur, *l. ſi falſas, C. ad l. Corn. de falſ.*
& in tantùm eſt verum, vt vtens re falſa
præſumatur eamdē fabricaſſe, niſi expreſ-
sè doceat de fabricante, ſecundum *Bald.*
*in l. maiorem, C. de falſ. & Alex in l. ſi quis ob-*
*repſerit. ff. eodem, Foller. praxi crim. in ver. ità*
*quod commiſit falſitatem. num.* 8. quæ pœna
41 eſt in falſificante, reſcriptum Principis
ſit pœna mortis, tamen in falſificante re-
ſcriptum Prælatorum pœna deportatio-
nis, iuxtà *text. in l.* 1. §. *fin. ff. ad l. Cornel. de*
*falſ. Boer. deciſ.* 82. *Grammat. voto* 25. *& de-*
*ciſ.* 27. *Salic. in d. l. maiorem*, dicit, quod in
Bullis Papæ eſt pœna mortis, in cæteris
mitiùs punitur.

Ex quibus clarè patet Marcum Anto-
nium pro ipſa falſitate pœna deportatio-
nis debere puniri, non recedendo à pœna
mortis, quæ ex iuris diſpoſitione, & ex ſu-
periùs deductis veniret ipſi imponenda
42 pro alapa data Officiali, poſtquàm non
inconuenit pœnam priſcæ ſeueritati ac-
cedere, *l. qui ſepulchra, C. de ſepulcr. viol.* ad-
dendo ad prædictam pœnam mortis pro
atrocitate tanti delicti, quod amputetur
43 ei manus dextera cum qua deliquit, cum
dens pro dente, oculus pro oculo erit pu-
niendus, iuxtà notata per *DD. in auth. ſed*
*nouo iure, C. de ſeru. fugit.* & ibi *Bald. Cyn. &*
*alij*, & rogo videri *Bald. in cap* 1. § *iniuria de*
*pace, iuram. firm. num.* 13. accedente etiam
mala qualitate, & fama ipſius Marci An-
tonij vt ſoliti committere facinoroſa de-
licta.

Additur his delictum commiſſum per

ſamulum Marci Antonij, nàm data alapa, euaginauit enſem animo occidendi Ferdinandum, poſtquàm teſtes dicunt, quod impulſit Marcum Antonium cõtra Ferdinandum,& ſic audacior factus Marcus Antonius, & deponunt etiam, quod ſtatim viſo enſe euaginato illi occurrerunt, nè interficeret Ferdinandum. & licet erat in domo propria. Ferdinandus erat diſarmatus, publicè officium ſuum gerendo,& iuſtitiam miniſtrando, in quo delicto famuli tria conſiderantur. Primo, aſportatio armorum abſque licentia. Secundo, enſis euaginatio. Vltimo, animus
44 offendendi; quòad Primum, iura ſunt clara,nàm tàm ex diſpoſitione iuris communis eſt prohibita armorum aſportatio, *Auth. de armis, l.1. C. vt armor. vſus,lib.11.in cap.1.§.ſi quis ruſticus,de pace ten.*& ibi *And.* quàm etiam *de iure Conſtit Regni, quæ incipit Interitionis,* & *Pragmat. ſub tit. de arm. de ſecũdo prag.1. ſub eod.tit.* dat pœnam, quatuor ictuum cordę publicę.& aliam pœnã reſeruatam arbitrio S. E. & ità iudicauit pluries M.C. de vltimo animus offendendi cognoſcitur ex eo, quod dicunt teſtes, quod cõtra Ferdinandum inſiluit animo vulnerandi, quod ſi non fuiſſet detentus, vtique peiora feciſſet, & ſic audacior fuit factus Marcus Antonius, ſufficit enim in hoc terror armorum, *l.3. §, qui armati, de*
45 *vi,& vi arm.* quæ omnia cum de per ſe ſint delicta, debet puniri pęna remigationis ad exemplum aliorum.accedente etiã quia Dominus non erat in diſcrimine vitæ conſtitutus. Dixi.

*Franciſcus Bermudez de Caſtro*
*Fiſci Patronus.*

Deniq; ad relationem Reg. Conf. Delegati Io. Thomæ Salamanca fuit condemnatus ad obtruncãtionem capitis, & & ità exequutum.

Ijs adde qualitèr alapa ſit grauis Iniuria propter grauem ignominiã ſic communitèr ab omnibus reputata, ex *Farin. quæſt.105. num 211, & 202.* probat *Perſius conſ.crim.29.num.8.* & propterea dans alapam poteſtati poteſt ſuſpendi, *Auiles in cap. Prætorum, cap.1. in gloſ. derechamente, nu. 12.* & nouiſſimè *Almon. Ciazius diſcept. forenſ. ad defenſam reorum,diſcept.27.num.105.* vbi agit ſi quis alapam Poteſtati dederit, vel Gubernatori. ex quo iniuria facta Officiali Regis,cenſetur facta ipſi Regi,& *num.110.* ſubſequitur, quando fuit data alapa Iudici actu officium exercẽti, quid agendum, & *num.112.* ſubnectit, pœna condigna delicto dari debet,& præſertim alapam Officiali inferens, punitur pœna mortis,*Farin.conſ.crim.41.n.9.vol.1. Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnæ arbitrariæ extenduntur vſque ad mortē.*
2 *Licitum eſt leges tranſgredi propter emergentes caſus.*
3 *Arbitrium Iudicis nedum vſque ad mortem extenditur, ſed ad manus amputationem.*
4 Conſt Regni Obſeruent, cum l.ſeq. *ponderantur.*
5 Conſt, Eos tantùm, *declaratur.*
6 *Offendens Officialem non ex particulari inimicitia qualitèr puniendus, dùm officiũ exercet.*
7 *Quælibet iniuria data Officiali Regis exiſtente in actu officij, intelligitur ac ſi Regi illata fuiſſet.*
8 *Alapa dicitur atrociſſima iniuria,& nu.15.*
9 *Rebelles dicũtur offendentes Ambeſciatores,& Poteſtates, & puniuntur crimine lęsæ Maieſtatis..*
10 *Atrocitas delicti deſumitur ex conditione perſonæ.*
11 *Alapam dans Officiali, eſt iniuria atrociſſima, & pœna mortis plectenda,& num.13.*
12 *Opinio* Gloſ in §. in ſumma, Inſtit. de iniurijs *communitèr recepta.*
14 *Perſona offendentis in iniurijs conſideratur.*
16 *Pœnæ arbitrariæ ad mortem extenduntur.*

ARGVMENTVM.

Quod inquiſitus de alapa data Regio Iuſtitiario, ſit puniendus pęna truncationis manus,& capitis, clarè probatur.

ALLEGATIO XII.

PRimò *Auth. Bald. in cap. iniuria punitur, ſub tit. de pace iuram.firm. in vſib.feudor.* qui in principio dicit hæc verba, *Quæro nunquid iniuria, quæ non cadit in ſpeciale nomen delicti, tamen cadit in authoritate facti, vt ſi quis dat vnam alapam Poteſtati alicuius Terræ, propter ſingularem inimicitiam, quam habet cum eo,poſſit capitalitèr puniri.*

1 Reſpondeo quod ſic, nàm pœnæ arbitrariæ extenduntur vſque ad mortem incluſiuè propter exceſſum facinoris. iſta eſt *Gloſ. ordinaria in rubr. de iniur.§.in ſumma,*

& dicit

Digitized by Google

& dicit *Innoc.* quod proptee emergentes
2 caſus licitum eſt legem tranſgredi,vt ipſe
notar *extra de conſtit.cap.1.* hæc *Bald.* cuius
doctrina multò magis procedir quando
intuitu officij, non particularis inimici-
tiæ iniuria Officiali committitur, & in
grauibus delictis, *Gloſ.* illa fuit aliàs per
3 M.C.& S.C. recepta,extendendo arbitriū
vſque ad mortem, & manus truncationē,
teſtatue *Dom.Præſidens deciſ.504.num. 9. &*
10. & poſt *Imol.Gemeſ.Marant.& alios*,qui-
bus deciſionibus ſtantibus ampliùs dubi-
tari de hac opinione non licet. Præſup-
ponendo notorium Regium Iuſtitiarium
iſtum habere à Rege iuriſdictionē ciuilē,
& criminalem, merum, & mixtum impe-
rium in Ciuitate Neap. & eius Caſalibus
in certum genus perſonarum, & exercen-
do officium paſſus fuir.
4 De Iure Regni habemus caſum *Conſtit.*
*incipientis Obſeruent,ſub tit.de iniur.curialibus*
*perſonis irrogatis,cum l.ſeq.lib.3.* quæ dat for-
mam Iudicibus vindicandi iniurias Offi-
cialibus illatas, ſtatuens pœnam per hæc
veeba, ipſis autem facta iniuria, non ipſis
5 dumtaxàt; ſed ad Regiæ dignitatis ſpe-
ctat offenſas, ſed offendens eius Officia-
lem, ſequitur *Conſtit.ſeq.qua incipit Eos tan-*
*tum*, & declaramo caſum *Conſtit.* in præ-
dictam pœnam incidere offendentē Offi-
6 cialem officium execcentē,& eius intuitu
non particnlaris alterius inimicitiæ, eſt
concluſio iſta approbata ibi per *Gloſ. Ma-*
*rini Caramanici,& Andr.de Iſern.in d Conſtit.*
*Eos tantùm*, & ibi *Afflict. & Grammat.* do-
ctiſſimam fecit *Additionem in d Conſtit.* &
etiam in *Conſtitut. ſeq. Eos tantùm*, ex cuius
thenrica caſus iſte redditur indnbitabi-
lis. & *Grammat. num.5.* refert doctrinam
*Cyni, & Lucæ de Penna in l.2. colum. vlt.*
*num.5.& 6. C.de cohortalibus lib.12.* dicens,
7 quod quælibet iniuria illata Officiali Re-
gis exiſtente in actu officij intelligitue,
ac ſi Regi illata fuiſſet, & alapa dicitue
atrociſſima iniuria, *Bald.in l.ſed ſi hoc Præ-*
*tor, ff. de in ius voc.* & ibi *Iaſ.* & offendens
8 Officialem,tenetur pœna parcicidij. *Paris*
*de ſyndic. fol.8. Grammat. d.loco num.13.* qui
9 plura alia eeferr ſimilia,& in offendente
Ambaſciarores, & Poteſtates, quod dica-
tue rebellis, & puniatur pœna læſæ Maie-
ſtatis, *Bald.in cap.1.num.7.de offic.deleg.* plu-
ra alia colligare poſſem, quæ breuitatis
cauſa ommitto, & hæc in caſu adeò atro-
ciſſimo conſiderata offenſa perſona Offi-
10 cialis,& officij intuitu,qualitate ipſius,&
offendentis,ac loco Curiæ, alijſq; à iure
ſpecialitèr conſideeatis à *Iuſtiniano in* §.
*atrox, Inſtit. de iniurijs, cum concordant.*
Conſideratur Primo, locus, ideſt do-
mus, in qua iniuria facta fuit Ferdinan-
do, in qua regitur Curia. Secundo perſo-
na Magiſtratus. Tertio inęqualitas perſo-
næ, omnia hæc reddunt atrocem iniuriā,
& hæc currenti calamo tetigiſſe ſufficiat,
ſub clypeo tamen doctiſſimi Fiſci Patro-
ni, cuius correctioni ſubijciantur,&c.
De iure communi, & Regni vt ſupra
pee collegam eſt iàm fundatum,dans ala-
11 pam Officiali eſſe iniuriam atrociſſimā,
& proindè pœna vltimi ſupplicij poſſe
plecti,& vltra allegata affero *final.Glo.ver-*
*bo placuit,in l.omne delictum,§.qui præpoſitum,*
*de re milit. Ægid.Boſſ.in tit.de iniur. num.30.*
qui recitando opiniones Doctorum cir-
ca intellectum *Gloſ.in §.in ſumma*, tenet in-
12 diſtinctè, quando iniuria eſſet enormis,
& quæ in facto, non ſolo verbo conſiſte-
rer, ab opinione *Gloſæ* in iudicando non
eſſe recedendum, cùm & ponit exemplū
13 de iniuria enormi, vtputà ſi Officiali ef-
ſet datus colaphus motus, ex clara do-
ctrina *Bald in cap.1.§.iniuria,in princ.de pace*
*iuram.firm.* idem tenet *Felin* & clariùs *Dec.*
*in cap.ex literis,de conſtit.*& idem *Bald.in l.1.*
*in fine,C.de his,qui laut. Paris de Puteo in tra-*
*ctatu ſyndic. verbo pœna, verſ.an ſi, l.vlt. circa*
*princ. fol.mihi 266* quibus additue *Farinac.*
*in quæſt.17. in 12. ampl. vna cum limitatione*
*dictæ ampliationis.num.39.vſque ad 70.* fuſiùs
omnes DD. adeò quod hanc opinionem
referēs, hæc quæſtio ſatis claria redditur.
Ferdinandum eſſe Officialem exercen-
tem merum, & mixtum imperium in hac
Ciuitate in perſonis viginti mille, cum
commiſſione Illuſtriſſimi, & Excellentiſ-
ſimi Proregis huius Regni eſt notorium
facti permanentis, ſententiæ ſub eius no-
mine proferuntur tàm ciuiles, quàm cri-
minales,quæ vſque ad pœnam mortis ex-
tenduntue.
His additue qualitas perſonæ offenſæ,
illuſtris proſapię,& circumſpectiſſimi Iu-
14 dices conſiderent perſonam offendentis,
ex traditis per *Grammat.deciſ.14.* locus vbi
iniuria fuit illata, nàm in propeia domo
Ferdinandi, vbi ius redditue, & in qua
acceſſit pater offendentis ad petendam
iuſtitiam, adeòq; intuitu officij iniuriam
factam eſſe non dubitatur; qualitas iniu-
rię atrociſſimæ,vitam,& morem percuſſi;
& percutientis conſiderant Iudices in
tantùm, quod omnes iſtæ qualitates fun-
15 dant de iure atrociſſimam iniuriam, vt
vt ſigillatim loquitur *Imperator in §.atrox,*
*Inſtit. de iniur.* & proindè ille arbitrium

Iudicis mouere debent, vi capitali pœna feriatur.

Præterea dico, quod pœna Iudicis arbitrio remiſſa, quando poteſt extendi vſq; ad mortem, quando iniuria, & delictum eſt in ſe atrox, vt ex eius circumſtantijs, & qualitatibus illud grauantibus, Iudex ad mortis pœnam imponendam ſe diſponat, prout eſſet caſus noſter, & procedit de iure, quando Iudex ſolus procedit in cauſa, at quando conſulitur Princeps, quiſnam dubitabit omnes pœnas arbitrarias
16 ad mortem extendi, prout ſibi viſum fuerit, & facti, & perſonarum qualitatibus, hoc firmat *Farinac in d quæſt. 17. num. 60 in 1. ſublimitat. nonæ limit ad 12 ampliat. alleg. Aug. ad Angel. de malef. verbo & capus aſpotalis, verſ. quando aliqua lege*, prout illum refert *Io. Mar. Monticell. in pract. crim regul. 2. num. 8 verſ. quod autem*, dictum eſt ſupra.

Ex his enim percutientem debere mori iàm eſt fundatum.

Reſtat, vt vni obiectioni in facto conſiſtenti reſpondeam, prætendit enim inquiſitus pœnam mortis euadere ex eo, qui verbis fuerat à Ferdinando offenſus dicendo, quod mentiebatur.

Huic obiectioni duobus modis reſpondetur. Primò, quod prouocatio verbalis quatenùs vera eſſet, habuit originem ab inquiſito, qui tàm irreuerentèr alloquutus fuerat cum Ferdinando, qui proteſtatinè hinc loquutus fuerat, dicendo: *Non dire un'altra volta, che li miei Officiali ſono ladri, che dirò, che ne menti per la gola*. Secunda reſponſio eſt etiam clariſſima, nàm altercatio verbalis non erat inter Ferdinandum, & Marcum Antonium, ſed cum Marino patre, adeòq; illa atrociſſima iniuria per Marcum Antonium Ferdinando illata egreditur à Marco Antonio ſolo, nulla inter ipſum, & Ferdinandum cauſa præcedente, & ſic obiectum hoc partis nõ obſtat.

Poſſé dicere multa circa notorias falſitates bullarum ab inquiſito fabricatas, & conſtructas de per ſe ſufficiẽtes ad pœnam vltimi ſupplicij iuxtà *Pragmat. huius Regni*. Attamen quia hoc negotium eſt exemplatiſſimum, & tangens iuriſdictionem Regis, in hoc ſperatur à ſupremo Collaterali Conſilio, vt præſentibus inquiſitis irrogetur pœna talis, ob quã alij forſan in futurum hoc attentare volentes perterreant, tàm graue facimus patrare, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Intereſſe non venit in delictis, vel quaſi maximè, ſi illud eſſet ſingulare, & extra rem, nu. 2.*

3 *Querulatus tenetur ad expenſas, quas fecit querulans, & non ad impendia operarum.*

4 Text. in l. ex hac lege. ff. ſi quadrup. paup. & l. fin. ff. de ijs, qui deiec. vel effu. *qualitèr procedant.*

5 *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.*

6 *Medicamenta per incantationes prohibentur.*

7 *Querulans de vulnuſculo, ſi offenſus periret, non tenetur de occiſo.*

8 *Argumentum validum eſt à ſufficienti partium enumeratione.*

9 *Argumenta etiam in materia pœnali, & odioſa locum habent.*

10 *Impenſa medicorum offendens, tenetur ſoluere ad quam rationem.*

ARGVMENTVM.

## Intereſſe an debeat ſoluere offendens pro leui vulnuſculo.

ALLEGATIO XIII.

IN cauſa Nobilis Iuuenis Pompei de Laurito, aliàs Monforte V.I.D. nepotis mei, inquiſiti de caſuali vulnuſculo lato in brachio cuiuſdam Petri Verde, in qua de intereſſe ipſiuſmet querulãtis tractatur, & licet dictus inquiſitus condemnatus ſit per M.C.V. ad ſoluendum ducatos . . . . eidem Petro, qui appellauit ad S.C. & cauſa ipſa commiſſa de intereſſe paſſo tractatur, vt in actis, circa quod videndum eſt, an petitũ intereſſe debeatur, & quanquam ſuperfluũ ſit in præſenti materia certas denigrare. Attamen vt innocentiæ ipſius inquiſiti magis eluceſcat, dicendum eſt, petitũ intereſſe non deberi, nam clarè conſtat in delictis, vel quaſi in-
1 tereſſe non venire, per *text. in l. in furti, ff. de fur.* & latè *Philipp. Dec. in l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. num. 19.* eo maximè
2 cum petitum intereſſe ſit ſingulare, & extra rem, quod nullo modo debetur, *l. ſi ſeruum meum, ff. ad legem Aquil.* vbi *I. C.* ait, *Pretia rerum non ex affectione, vel vtilitate ſingulorum extimanda, ſed communitèr fungi*; adeòq; dictum intereſſe non ex affectione, vel vtilitate petentis eſt liquidandum, ſed ſolùm querulatus tene-
3 tur ad expenſas quas fecit querulans tàm

pro

Digitized by Google

pro ſe, quã pro medico, iuxtà *Conſt. Regni
Pœnã præcedenti ſanctione*, & non ad impen-
4 dia operarum amiſſarum, *l. ex hac lege, ff. ſi
quadrup. pauper. feciſ. dic. l. fin. ff. de his, qui de-
iec. vel effu.* cum dictæ leges habeant locũ
in caſibus vbi interuenit ſaltim leuis cul-
pa, vt dicit *Afflict. in Conſtit. qui de alto, nu. 6.*
ſed in caſu de quo agitur, nec leuis, nec
leuiſſima culpa interuenit, vt ex actis cõ-
5 ſtat, & diceretur, quod impenſæ opera-
rum amiſſarum debeantur per regulam,
qui cauſam damni dat damnum dediſſe
videtur, vulgata *l. nihil intereſt. ff. de Sicar.* re-
plicatur hoc non obſtare, cum querulans,
ſiuè vulneratus ipſe noluit ſe mederi fa-
cere à medicis peritis, ſed à quadam mu-
6 liercula medicante per incantationem,
quod medicaminis genus à lege prohi-
betur, *l. 1. § medicorum, verſ. non tamen ſi in-
cantauit, ff. de var. & extraord. cognit.* cum ta-
lia non ſint medicinæ genere, & ſi queru-
7 lans ipſe de prædicto vulnuſculo periret,
nequaquam querulatus de occiſo teneretur,
tur, vt latè tenet *Hippol. in cit. ita l. nihil inte-
reſt, num. 10.* ergo ad impenſas, & intereſ-
ſe operarum amiſſarum querulatus non
tenetur, vt vulneratus prætendit cum va-
lidum ſit in iure argumentũ à ſufficienti
8 partium enumeratione, *cap. cui licet, de reg.
iur. in 6. l. non debet. ff. eodem,* vbi *Dec. n. 8.*
9 quod argumentum etiam in materia pę-
nali, & odioſa, vindicat ſibi locum l. nec
in ea, & ibi *Bart. num 3 ff. de adult. Alex. in
l. in ſuis, num. 3 ff. de liber. & poſthum. Dec. con-
ſil. 76. num 3.* ergo immò dictus querula-
10 tus non tenetur impenſas Medicorum
ſoluere, niſi ad rationem granorum decẽ
pro dieta, vt in *Conſt. Quia nunquam,* & ibi
*Afflict. num. 3. verſ. quæro,* & in præſenti caſu
ità de iure arbitror. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurino.*

Per Sacrum Conſilium fuit confirmatum decretum Magn. Cur. Vic. in Banca Danielis.

Ad ornatum quæſtionis vide *Dom. Reg. Merlin. controuerſ. forenſ. centur. 1. cap. 19. per totum, fol 90. & ſeqq.* intereſſe, & damna quando debeãtur ab occiſore hæredibus occiſi, oſtendit *Caball. reſol. crim. tom. 2. caſu 248. num. 27.* & latè *Plotus in tract. de in litẽ iuran. § 41.* vbi *nu. 10.* in ſpecie dixit, quod vulnerator tenetur ad expenſas curationis vulnerati, & ad æſtimationem operarum amiſſarum, & ad omne damnũ emergens.

*Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictionem habens cum mero, & miſto imperio, ex qua in dominium, non in officium, & iure proprietatis verſatur, an poſſit indulgere reis.*

2 *Gratia reis fieri poteſt pro delicti à Baronibus iuriſdictionem habentibus in proprietate cum poteſtate indulgendi.*

3 *Poteſtas indulgẽdi eſt de regalibus, & ſoli Regi competit.*

4 *Barones nequeunt facere gratias, & compoſitiones poſt ſententias latas.*

5 *Determinatio vnica reſpiciens plura determinabilia, æqualitèr terminari debet.*

ARGVMENTVM.

Indulgentia pro homicidio facta reo, à ſubſtituto generali Baronis habentis iuriſdictionem cũ mero, & mixto imperio poſt iudicatum, an ſuffragatur.

ALLEGATIO XIV.

LVcas Albanus inquiſitus de homicidio ex cauſa honoris, vt prætenditur annis retro elapſis per Curiam Inſulæ Procitæ, fuit condemnatus ad pœnam mortis naturalis, à qua ſententia ipſe pauperrimus appellauit, & coram Iudice appellationis proceſſum adduxit, & fuit facta apertura, quo negotio ſic ſtante, fuit miſſus ad Regias Triremes loco depoſiti, & in libro dicitur qualitèr vaſſallus Baronis, & appellatione pendente mictebatur, & dum propter ſui notorium impedimentum, & paupertatem extremam de eius inquiſitione, non potuiſſet obtinere, citiùs expeditionem, obtinuit nouiſſimè de dicto prætenſo homicidio gratiam ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinale de Aragonia poteſtatẽ habente nomine Illuſtriſſimi Domini Marchionis Vaſti, & adfuit partis remiſſio, & dũm inſtantiam ipſe Lucas feciſſet pro dictæ gratiæ exequutione, fuit per M.C.V. prouiſum, quod non gaudeat gratia prędicta. à qua prouiſione Ill. Marchio tanquã grauatus appellauit, & modo punctus decidendus eſt, quod gratia prædicta potuit fieri, & præſuppono per Priuilegium conceſſum, hoc eſſe clarum, nàm dicitur cum poteſtate indulgendi, & commutandi pœ-

nas,

nas,& cum primis,& ſecūdis cauſis,ſicuti
eſt Ill. Marchio in poſſeſſione. Baro enim
habens iuriſdictionem cum mero. & mix-
to imperio poteſt hoc facere, quia habet
in dominium, non autem in officium, &
iure proprietatis.& benè in propoſito di-
1 cunt DD.videlicet,*Io Faber, in l.& ſi ſeue-
rior, in fine, in verbo, & hoc videtur procedere,
C.ex quibus cauſ.in fin.irrog. Angel.in authent.
vt nulli Iudicum, in §.vt autem, num.29. Dec.
in l. principalibus, num. 12. in verbo non obſtat
illa ratio, ff.ſi cert.pet.* dùm allegat *Bald. in l.
ſolent,§ fin ff de offic.Proconſ in 2.quæſt. Frecc.
lib.2.de ſubfeud. in vlt.diff feudi plani, & qua-
tern.num.27.Capyc deciſ.27.nu.17.ibi in ver-
bo,ſed dictæ authoritates,Paris de ſyndic.in rub.
de officio ſyndicatorum, in cap. dicitur autem,
num.13.*dum allegat *Bald.in l.fin C.de arbit.*
qua ratione cum nō ſint tantùm Iudices,
2 ſed iure proprio iuriſdictionem exerceāt,
& habeant poteſtatem indulgendi, & fa-
ciendi gratias de omnibus delictis, ſine
dubio gratia iſta potuit fieri, vt ex clauſu-
lis iſtis notant *Iacobinus & Capycius in in-
ueſtituris,in verbo & cum mero,& mixto impe-*
3 *rio*,& licet hæc poteſtas ſit de regalibus,&
ſoli Principi competat, vt per *Andr. in tit.
quæ ſint regalia.in verbo & bona committentiū,
poſt num.75.in fine,* dum dicit,quod hoc ſit
de iure ciuili, & tamen ex vi horum pri-
uilegiorum Barones poſſunt ſine dubio,
vt *Iacobinus, & alij*, neque obſtat ſi oppo-
nantur duæ difficultates.
4 Prima eſt, vt licet Barones ex clauſulis
poſſint facere gratias.& commutationes,
tamen non poſſunt poſt ſententiam latā,
per *text.in l.1. in §.quis vltro, ff.de quæſt.* per
*Bart.in l.alia, §.de amplianda, ff.de re iud.* per
*Andr. in d.tit. quæ ſint regal. in verbo & bona
committentium, num.75.* dum allegat *text.in
l.1.§.1.ff ad turpill.& l.ordine, ff.ad municip.
cum ſimil.*

Secūda,vt diù ſit lata ſentit,adeò quod
poſſit dici,quod ſit tranſacta in rem iudi-
catam,& tantò magis nō potuit fieri,qui-
bus reſpondetur.

Primo nō militare in caſu noſtro, Pri-
mo,quia dum eſt priuilegium cum facul-
tate indulgendi, & cum primis, & ſecun-
dis cauſis iſta poteſtas, & hoc priuilegiū
comprehendunt tàm caſus in primis cau-
ſis,quam in ſecundis. poſtquàm datur fa-
cultas indulgendi, in primis, quod in ſe-
cundis cauſis ex his concluſionibus pro-
5 batur. Primo,quia vnica determinatio re-
ſpiciēs plura determinabilia debet æqua-
litèr determinare, vulgata *l. iàm hoc iure,
ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. l.quàmuis,C.de im-
pub.& alijs ſubſtit.* ſic ergo ſi in primis cau-
ſis intelligitur ſine dubio poteſtas indul-
gendi eo modo,at in ſecundis, & æquiſſi-
mas concluſiones in fauorem horum mi-
ſerorum,qui cauſas ſuas defendi facere
nequeunt, & iſtum maximè propter pau-
pertatē conſiderent, & quotidiè videmus
non obſtante temporis lapſu,quod cauſæ
ipſorum tractentur ſemotis difficultati-
bus, nec non Barones fuerunt,& ſunt in
hac poſſeſſione,ideò cū caſus non ſit gra-
uis,meritò gratia facta potiri debet miſer
homo iſte, vt ſine dubio Domini iudica-
buntur. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

De Anno 1576. per S. C. fuit deciſum ſecundum allegata in fauorem Illuſtriſs. Marchionis Vaſti, penès Panza Actorum Magiſtrum M.C.V.

Facit *deciſ. Dom.de Franch.* 370. *Caſtbl. de Baron. pragmat.6.num.170.in vltima compilatione*, cum alijs per me allegatis in *1.par. noſtri compendij deciſ.Regni verbo Barones habentes priuilegia iuriſdictionis. Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Habitatio ſola longiſſimi temporis, ciuem non facit.*
2 *Tempus non eſt modus inducendi, vel tollendæ obligationis.*
3 *Animo opus erit ad inducendum incolatum.*
4 *Pupillus, vel impubes domicilium conſtituere, nec incolatum poteſt,& ratione demonſtratur num.5.*
6 *Ciuilitatem acceptans, cenſetur ſe obligare ad onera illius loci.*
7 *Pupillus non poteſt ſe obligare ſine auctoritate tutoris.*
8 *Renunciare videtur,quis deſerendo ciuilitatem priùs contractam.*
9 *Domicilij ratio temporaria eſt.*
10 *Renunciare incolatui quando poteſt.*
11 *Ciuitas poteſt eius ciuem vendicare, quando alibi ſe tranſtulit,& num.17.*
12 *Appellatione ciuis non venit incola.*
13 Text. in l.eum,qui certarum, ff.de verb. oblig. *quando locum habet.*
14 *Electio cadit inter plura.*
15 *Priuilegium ſtrictè interpetrandum, dùm non ſit clauſum in corpore iuris communis.*
16 *Electio fieri poteſt, & per primum actum tollitur.*
18 *Ciuis quando dicatur.*

19 *Habi-*

19 *Habitare non dicitur, ſi non contulerit domicilium.*
20 *Scolaris habitare non dicitur.*
21 *Habitare dicitur pro maiori parte anni, & per decem annos cum vxore, & familia, ac maiore parte fortunarum ſuarum.*

### ARGVMENTVM.

## Remiſſio rei inquiſiti pro delicto commiſſo in Ciuitate Neapolis, in qua ipſe inhabitauerat, an erit concedenda Baroni eius Domino, ea non obſtante ciuilitate.

### ALLEGATIO XV.

[illegible]uod M.C. grauauerit iuriſdictionē [illegible] Ill. Marchionis Lauri, prouidendò, quod cauſa Palmerij Vallicti [illegible] remaneat, & tractetur in eadem [illegible]C. e[illegible]pite prætenſæ, & figuratæ ciui[illegible]x infraſcriptis demonſtrabitur. P[illegible]mò, quia diſcuſſis probationibus fa[illegible]is [illegible]x parte Palmerij nulla probatur ci[illegible]tas. Secundò, quia dato, quod aliqua [illegible]uilitas adfuiſſet iàm per querelā priùs [illegible] in Terra Lauri, & ſic in loco originis re[illegible]iatū fuit huic ciuilitati, quæ renunciatio ne dùm ipſi, ſed & Magnificæ Ciuitati Neap. obſtat, cum ſit contracta ex incolatu, vt inferiùs demōſtrabitur.

Ad Primum, non eſſe probatum de ciuilitate. videantur teſtes partis, qui dicūt matrem Palmerij veniſſe ad hanc Ciuitatem ad ſeruitia cuiuſdam Nobilis Nidi, & ſecum aſportaſſe Palmerium tùnc infantem annorum trium, qui per 12. 13. & 14. annos habitauit, & per hoc tempus ſæpiùs declarauit animum continuandi, incolatum. ex hac habitatione dico ego nullam fuiſſe contractam ciuilitatē, quia
1 habitatio ſola quàmuis longiſſimi temporis ciuem non facit, *l. eſt verum, C. de*
2 *incol.* Tempus enim modus non eſt inducendæ, vel tollendæ obligationis, *l. obligationum ferè, §. placet. ff. de verbor. oblig.* & ideò
3 ad inducendum incolatum, animo opus eſſe, *DD.* concludunt vnanimitèr *in l. heres abſens, de iud. & in l. placet ad municip.* &
4 alibi ſæpiſſimè animo autem pupillus, vel impubes domicilium conſtituere nō poteſt, nec incolatum acquirere, *Bart. & cæteri in l. 1. ff. de tutor. & curator. dat. ab his, & in l. 1. C. vbi petant. tutor.* cuius rei duplex
5 eſt ratio. Prima, quia pupillus iudicium perfectum non habet, vt ex *Bart. in d. l. pla-*
6 *cet.* Altera, quia qui ciuilitatem acceptat, cenſetur ſe obligare ad onera illius loci, etiam ſi illa ignoret. *Caſtr. in l. ſi duo, ff. de*
7 *acquir. hæred.* ideòq; non poteſt pupillus ſine authoritate tutoris ſe obligare, vndè cenſuit *Rubeus Alexandrin. conſ. 9. poſt nu. 5.* non poſſe pupillos etiam per allectionem Ciuitatis creari ciues ſine auctoritate Principis, dùm ergo teſtes dicunt habitaſſe Palmerium 10. 12. vel 14. annos, totum hoc tempus ferè pubertatem non capit quod etiam ex aſpectu Sacrū Conſilium vidit, vt ſic nullus incolatus, nulla ciuilitas, quod eo magis comprobatur, quia habitatio fuit cauſa addiſcendi artem. vndè militat deciſio DD. qui dicūt ſcolarē inhabitantē cauſa ſtudij etiā per viginti annos non acquirere ciuilitatem.

Ad Secundum, fuiſſe renunciatū ciuilitati ſaltim tacitè, adeſt querela expoſita in Curia Lauri loco originis dicti Palmerij, adeſt etiam, quod paulò ante fuerat per eandem vti vaſſallus Marchionis inquiſitus, & demùm carceratus. petijt gratiam à Marchione, & in memoriali dicit ſe vaſſallum, per hunc actum geminatum, iàm agnouerat locum originis, &
8 incolatui renunciauerat deſerendo ciuilitatem priùs contractam, ſi qua fuiſſet, quod quidèm fieri poteſt *l. libertus, § patris*
9 *ff. ad municip. ibi q. 2.* domicilij ratio temporaria ſit, *Gloſ. in l. origine, C. eod. tit. lib. 11.* ex quo *text. & gloſ.* concludunt DD. poſſe incolam ad ſui libitum domiciliū mutare, nec alitèr recedere prohibetur, niſi fortè dùm in loco eſſet publicis muneribus deſtinatus fuiſſet, tùnc enim renun-
10 ciare incolatui non poteſt niſi perfecto munere, *l. incola 9. ff. eod. tit.*

Hæc renunciatio etiam Ciuitati obeſt, nouiſſimè comparuit allegando in præſenti cauſa non potuiſſe Palmerium in præiudicium ſui renunciare, quia hæc vera ſunt in ciue, non autem in incola, licet
11 enim Ciuitas ſuum ciuem reuocare, & vindicare poſſit, ſi alibi ſe transferat, vt ex *Gloſ. & Bart. in l. 1. §. per hanc, ff. de rei-uend.* hoc nunquàm locum habebit in in-
12 cola, tùm quia in materia diſtincta, & differenti appellatione ciuis non venit incola, vt per *Bart. & DD. in l. ſi maritus, le vndecima, ff. ad l. Iul. de adulter. & in l. pupillus, §. territoriū, ff. de verb. ſignif.* tùm etiam ſi alitèr diceretur, non eſſet vera concluſio ſu-

ſio ſupradicta, poſſe incolam ad ſui libitū
domicilium mutare. ideò licet priuile-
gium trahendi per Capitula Neapolitana
comprehendat ciues, incolas, & habitan-
tes. in caſu tamen renunciandi huic pri-
uilegio maxima fieri debet differentia
inter ciues, & incolas, quia licet ciuis non
poſſit renūciare, procedit quia magis al-
ligatur, & ob fauorem publicum poteſt
Ciuitas illum alibi ſe transferentē reuo-
care, quod non eſt in incola, quia tamdiù
priuilegio gaudebit, quamdiù habitare
voluerit, & ſic noua comparitio Ciuitatis
nihil obſtat. Accedat rurſus, quia ex par-
te Marchionis plenè probatum, Palmeriū
ſubijſſe onera Terre Lauri, & cum ad pro-
priam originem redijt. facilè conuinci-
tur incolatum Neapolis deſeruiſſe.

An autem ſi verè eſſet ciuis, competat
variatio pro nunc non diſputo *q. 2.* ſupra
dicta benè fundant intentionē Marchio-
13 nis. Benè dico pro nunc terminos *l. cum
qui certarum, ff. de verb. oblig.* nō poſſe ada-
ptari in ciue Neapolitano, quia habent
priuilegium, quod dicit poſſe trahere, &
non trahi, non datur ipſis electio aliqua,
quia nō conſtituuntur ex priuilegio plu-
14 ra tribunalia. electio autem cadit inter
plura. *Bald. in l. 1. C. de fur.*

Nec eſt priuilegium hoc extendendū,
immò ſtrictè interpetrandum, & ità vt in
quantum minus poteſt iura communia
lędat, quia non clauſum in corpore iuris,
15 vt illud quod habetur in *tit. quando Impe-
rator inter pupill.* cuius priuil gij alia eſt,
& fauorabilior ratio; concludendum er-
go breuibus cauſam remittendam, cum
inter vaſallos, & delictum in territorio
Marchionis. cuius Curia iàm habet in-
fortijs ſuſpectos de hoc delicto. Reli-
qua, &c.

*Franciſcus de Laurito.*
*Io. Camillus Bilotta.*

VLtra doctiſſimè allegata per Magnicū
Dominum Collegam, dico, quod ipſe
non poteſt variare, ſiuè ciuis fuerit, ſiue
habitans, vel habitator poſtquàm ſemel
eligit forum domicilij Illuſt. Marchionis
Lauri, & hoc ſiuè per authoritatem iudi-
cij, ſiuè quod renunciauerit fauori ſuo,
16 quod fieri poteſt, vel quod electione pri-
mo actu fuerit ſublata poteſtas, vt latè
conſiderat *Andr. in tit. de ſtatu, & conſuet. in
verſ. lite ſecunda,* vbi de ſcolari loquitur qui
habet plures Iudices, vt videri poteſt.

Sin autem tractatur reſpectu Ciuitatis,
quæ hodie comparet, dico quod licet Ci-
17 uitas poſſit vendicare ſuū ciuem, & age-
re pro eo, argumento *l. de iure, ff. ad munic.*
18 tamen hic non eſt ciuis, cum non inter-
uenerit aliquid, de his quibus conſtitui-
tur, vt dicitur in *l. 1. & toto tit. ff. ad muni-
cip. & in l. ciues, & toto tit. C. de incol. lib. 10.*
de quibus per *Afflict. deciſ. 384. & Gram-
mat. 87.* meritò tanquàm ciuis vendicare
non poteſt.

Si verò tanquàm habitans, vt videtur
dicere capitula, adhùc dico, quod nec
habitare poteſt prætendi, cum ipſe non
19 contulerit domicilium in Ciuitate, iuxtà
*text. in l. pupillus, §. incola, ff. de verb. & rer. ſi-
gnif.* ſed venit adiſcendi tantummodò ar-
20 tem, in qua nunquam ſcolaris habitare
dicitur, *l. nec ipſi C. de incol. lib. 10. l. lex. Cor-
nelia, § ſi tamen, ff. de iniur. Salic. Ludou. Alex.
& alij. in l. cum filius, ff. ſi cert. pet.* aliàs ſi nō
21 didiceret artem, debuiſſet habitare pro
maiori parte anni, & per decem annos cū
vxore, & familia, *l. abſentem, cum gloſ. ff. de
iudic. l. eſt verum, cum Gloſ. C. de incol.* & ma-
iori parte fortunarum, aliàs non dicere-
tur habitare, *Bart. in l. cum de lanionis, §. Sabi-
nus, ff. de fund. inſtrut. idem in l. 1. §. 1. num. 7. de
lib. agnoſc. in l. vxori,* vbi *text. ff. de leg. 3, & in
l. ſi mulieri, ff. quibus mod. vſufruct. ammittat.
Bart. in l. lex Cornelia, §. ſi tamen, ff. de iniur.*
vbi *apoſtilla Alex.* qui multa allegat, dixit
*Luc. de Penna in l. ciues, C. de incol. Bald. in au-
thent. habita, in 5. notab. C. ne fil. pro patre nu. 5.
Felin. in cap. quoniam in princ. extra de offic.*
& ſic quomodocunque ſit, debet cauſa
agnoſci per Officiales Illuſtr. Marchionis
Lauri non obſtantibus oppoſitis pro par-
te fideliſſimæ Ciuitatis.

*Vincentius Siccodus.*
*Fabius Marcheſius.*

Hanc materiam exactè pertractat *Dom.
Regens Scipio Rouitus in prag. 1. vbi de delict.
quod conuen. deb. à num. 9. & ſeq.* dùm inter
duos Barones lis verteretur de inquiſito,
ſi in loco originis; vel delicti erit cogno-
ſcendum, & refert deciſum ſpectare ad
Iudicem loci delicti, & ad ornatum ma-
teriæ vide noſtrum *compendium par. 1. verbo
habitans, fol. 250. 1. col. & in ſupplem. verbo ci-
uis fol. 85. 2. col. in fine,* vbi multa *Petra ad
Grammat. deciſ. 87. Mari ad eundem d. deciſ.*
& nouiſſimè *Heliſeus Danza in Addit. ad
eandem deciſ. Gram.* plura collexit. *Thoro.*

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna deportationis, & publicationis bonorum eſt de iure commmuni pro falſitate, & nu. 3.*
2 *Pœna mortis eſt in falſificante literas Regis.*
4 *Pœna mortis eſt, in falſificante literas Regis de Iure Regni.*
5 *Pœna mortis ex* Conſt. Regni Contra falſarios, *non eſt exorbitans à iurè communi, cũ ſit correctoria.*
6 Conſtit. Regni Qui literas, *qualitèr intelligatur.*
7 *Pœna contra falſarios, an detur aſſiſtenti falſitati literæ, & ea vtenti.*
8 *Falſarius acritèr punitur quã qui vſus fuerit litera falſa.*
9 *Pœna vltimi ſupplicij non imponitur de iure communi fabricanti, vel vtenti literis Regis.*
10 *Agentes, & patientes pari pœna puniuntur.*
11 *Auxilians, & faciens in delicto falſitatis, arbitrio Iudicis punitur, non eadem pœna ſicut principalis.*
12 Text. in §. interdum, Inſtit de oblig. quæ ex delict. naſc. *ponderatur.*
13 *Præſtans opem maleficio nõ dando cauſam ipſi malefacit, ſed mitiori pœna punitur.*
14 *Pœna ordinaria non erit puniendus, quando nõ fuit cauſa immediata ob delictum patrandũ.*
15 Text. in l. ſi pignori, § ferramenta, ff. de furt. *ponderatur.*
16 *Pœna mitiori punitur, ſi non fuerit principalis delinquens, & ſic deciſum.*

ARGVMENTVM.

## Aſſiſtens in crimine falſitatis alicuius literæ Regis, & ea vtendo, qua pœna erit plectendus.

ALLEGATIO XVI.

1 Regularitèr pœna *legis Corneliæ de*
*falſ.* de iure communi, in homine
libero, non eſt pœna mortis natu-
ralis, ſed pœna deportationis, & publica-
tionis bonorum, *L. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel.*
*de falſ. l. lex Cornelia, ff. de publ.* indic. *Inſtit.*
*de publ. indic. §. item lex Cornelia,* ibiq; *Ioan.*
*Faber, Gloſ. in cap. in criminali 5 quæſt. 7 &*
*Io. de Anan. in conſ. 12. niſi in partu ſuppoſito,*
*l. 1. C. de falſ. in ſeruo,* vt in *d. §. fin.* & aliquã-
do in humili perſona, eſt pęna damnatio-
nis in metallum, *l. ſi quis aliquid, §. qui viui,*
2 *ff. de pæn.* in falſificante verò literas Regis,
licet *Gloſ. in l. vbi, C. de falſ.* dixerit, quod
imponitur pœna mortis, tamen *Angel. in*
*l maiorem, C. de falſis,* tenuit contrarium
dicens, quod maioritas pœnæ, de qua in
*d. text.* conſiſtit in inueſtigando, & non
3 in puniendo, & quod ſolùm pœna depor-
tationis, & publicationis bonorũ punia-
tur, immò dicit *Afflict. in deciſ. 21.* quod de
iure communi non habemus expreſſum,
quod ſit pœna mortis naturalis.

Hodie tamẽ in Regno in falſificãte Re-
gias literas, & Regiũ ſigillum, pœna mor-
4 tis imponitur per *Conſtit. Regni, Qui literas.*
Dubitari modò contingit nunquid Fran-
ciſcus Veggius, qui non ipſe fabricator
literarum Illuſtriſſimi Domini Proregis,
ſed potiùs ſciens aſtetit, vt per alium fa-
bricarentur, ſed per Antonium Principa-
tum, poſſit pœna *dictæ Conſtitutionis* puni-
ri, & quod pœna *dictæ Conſtitutionis* non
poſſit imponi dicto Franciſco, ex infra-
ſcriptis pluſquam liquidò demonſtratur,
nàm ſi de iure communi, vt benè fundatũ
eſt, pro hoc delicto non imponitur pœna
mortis, ſequitur quod cum hæc *Conſtitutio*
5 imponens pœnam mortis, negari nequit,
quod non ſit exorbitans à iure communi,
cum ſit correctoria, *Bart. in l omnes populi,*
*ff. de inſtit & iur in 4. & 6. quæſt. Alber de Roſ.*
*in 3. par. ſtatut. quæſt. 55. l. ſi verò, §. de viro, ff.*
*ſol. matr. l. fin. C. de inter. ma. cap. 2. de reg iur.*
*lib 6.* habetur in *Authent. quas actiones, C. de*
*Sacroſ. Eccleſ. & in l præcipimus, C. de appell.*
6 modo cum *Conſtitut. Qui literas,* loquatur
in fabricante literas Regias falſas, non
7 extenditur ad hunc caſũ in eo, qui ſciens
aſtetit fabricationi, & ea vſus eſt. ità di-
xerunt *Abb. & Io de Anan. in cap. ad falſario-*
*rum, de crim. falſi,* faciunt, quæ idem *Abb* di-
xit *in cap. ſicut dignum, § illi autem, de homic.*
& in ſpecie conſuluit *Hippol. in conſ. 24. &*
47. quem rogo videri. & *Guid. Pap. deciſ.*
455. facit etiam, quod fabricans falſum
inſtrumentũ, & vtens illo paritèr punian-
tur, *l. 2. C. de fide inſtrum. l. ſi falſos,* iuncta
8 *Gloſ. C. de falſ.* attamen ille, qui fabricauit,
acriùs, & duriùs punitur quam ille, qui eo
vſus fuerit, ità dicit *Gloſ in d. l ſi falſos,* &
optimè *Cynus in d. l. 2. C. de fide inſtrum.* &
latè per *Hippol. in d conſ. 47 num. 5.*

Vltimo, caſus eſt deciſus in indiuiduo
in *deciſ. Boer. 82. par. 1.* in qua allegat tàm
*dictam Conſtitutionem Qui literas,* quàm *de-*
*ciſ. Afflicti* 21. licet non alleget aliam *de-*
9 *ciſ.* 404. vbi fuit deciſum non eſſe impo-
nendam pœnam vltimi ſupplicij, de iure
communi fabricanti, vel vtenti literis Re-
gis, facit ad hoc *deciſ Gram.* 27. ex qua etiã
hic caſus deciditur, & in *voto* 25. *per tot.*

Quod autem dicitur de ſecunda litera Illuſtriſs. Proregis, quæ ſimilitèr ſalſificata dicitur, non tamen ab hoc Franciſco, ſed ab eodem alio pattatore, & fabricatore prędictæ literæ, non poteſt ex hoc maior pœna imponi, ijſdem iuribus, & rationibus allegatis, & per præſertim per ea, quæ in dicta ſua *deciſ.82. Dominus Boer.* in indiuiduo dixit, ad quod faciunt, quæ DD. & maximè *Veron. in auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit.* & in ſpecie idem *Boer. in ſua deciſ.219. in 2.par.* dicens, minimè lex illa reiteratione poſſe pœnam augeri.

Reſtat modo videre, an ex quo dictus Franciſcus requiſitus ab Antonio, vt aſſiſterat fabricationi dictę ſalſitatis in dictis literis, illiſq; vtendo, exhibendo illas Illuſtriſſimo Marchioni de Sancta Cruce, dicatur incidiſſe in pœnam *legis is qui opem*, & doctrinæ *Bart. ibidem, ff. de furt.* ità agē-
10 tes, & patientes pari pœna puniantur, vel mitiori pœna tanquàm aſſiſtens, & opem præſtans in vendendo gratiã, & accipiendo pecuniam.

11 Et in hoc Ego reperio caſum noſtrum, etiam in fortioribus terminis deciſum, limitando dictam doctrinam *Bart.* per *Io. Andr. in cap. filius, de pœn. lib.6.* vbi dicit, ꝙ vbicunque auxilium, & fauor eſt ſimplex, ità quòd abſq; eo quis eſſet commiſſurus maleficium, prouì in caſu noſtro, tùnc auxilians, & faciẽs arbitrio Iudicis puniendus eſſet, non autem eadem pœna, qua puniretur principalis, & hoc eſt mirabile dictum ad caſum noſtrum, ità *Angel. in l. in furti, §. quæ, ff. de furt. & Angel. etiam in d.l. is, qui opem,* vbi dicit eſſe perpetuò menti
12 tenendum *text eſt ad literam*, omninò videndus *in §. interdum, verſ. ope, vſque ad finẽ,* & ibi *Gloſ. in verſ. non tenetur furti, Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. Gloſ* eſt conſimilis *in clem. 1. de pœn in verbo defenſauerit, in med. Auguſt.* poſt *Angel.* omninò videndus *in addit. ad Angel. de maleſic. in §. dicto maleficio ſemper aſtitit, in verſ. tu autem in hac materia, num. mihi* 16. qui dicit ſe aliàs euaſiſſe vnũ à pœna furcarum, qui præſtitit auxilium quinq; latronibus, qui furati fuerunt vnã apotecam cum violẽtia, & is ſemper aſtitit in via, cum alijs quatuor latronibus, & hoc per rationem ſupra allegatam, quia eſt abſque eo erant commiſſuri dicti latrones delictum huiuſmodi.

Iſtam opinionem, & deciſionem ſequitur *Salyc.* pleniſſimè, qui hanc quæſtionẽ examinat diligentèr in *l.1. C. de rapt. virg.*
13 *num.24.* quam rogo videri, vbi dicit fuiſſe conſultum *Dinum Bononia,* & alios, qui deliberatè reſponderunt, quod præſtans opem maleficio, ſed non dando cauſam ipſi maleficio, debet mitiori pœna puniri, ità dicit dictus *inſignis Doctor in verſ. tamen credo. Soccin in conſ.188. incip. viſa bulla,* vbi plura elegantèr ponit ad caſum noſtrum *Cepoll. in conſ. crim. 27. num. 9. & 10. Hippol. in conſ. 24. num 22. verſ. qui præſtans auxilium, & in conſ. 47.* & ſic omnes DD. concludunt, quem non eſſe pœna ordina-
14 ria puniendum, ſicut principalis quando non fuit cauſa immediata ad delictum committendũ, prout in caſu noſtro, quoniam Franciſcus Veggius non præparauit aliquid ad maleficium perpetrandum videlicet cartam, atramentum, cęram, ſigillum ſalſum, neque etiam copias literarum ſcripſit, ſicut fecit ſcolaris, qui eas
15 ſcripſit, & ſic non ſumus in caſibus *l. ſi pignori, § ferramenta, ff de furt* neq; accomodauit ſibi domum, vt delictum committeretur quando fuit in domo ipſius Antonij, iuxtà *l. ſi amici, §.1.* & ibi *Bart. ff. de adulter.*

Sed in caſu noſtro ante maleficium nõ conſtat de conſilio, quia ipſe Antonius dixit: *detto Franceſco che voleua fare la gratia falſa,* & deindè, *che voleua fare vn bel colpo.* & Franciſcus contentatus fuit, ſed Franciſcus tanquam ignarus ad ſcribendum, non potuit eidem Antonio præſtare, prout non fecit, ergo.

Ex quibus omnibus cum dictus Franciſcus non fuerit mediator, neque mandans ad delictum perpetrandum, neque conſilium, aut opem in delicto delinquẽti præſtiterit, ſed ſolùm aſtando in illius fabricatione. Cenſeo de iure non ſolùm pœna ordinaria, non eſſe plectendum, ſed alia pœna extraordinaria, maximè concurrente fide Regia dicto Franciſco per Illuſtrem Dominum Lanarium data, vt ex proceſſu apparet, qui erat in Ciuitate Beneuenti ad effectum capiendi Antonium, prouìt in eius depoſitione, ac defenſioni-
16 bus apparet, quo caſu mitiùs cum eo agendum eſſet per ſupradicta, ex eo maximè cum iàm fuerit caſus deciſus per *Grammat. d. deciſ. 27.* & per *Boer. d. deciſ. 82.* Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

Adde, quod licet falſum etiã committere dicatur, qui ſciens, & dolo malo falſis ad alio fabricatis inſtrumentis vtitur, non tamen quòad pœnam infligendam inter componentem falſum inſtrumentũ,

& inter

Digitized by Google

& inter vtentem, nàm ille ordinaria pœna plectatur, hic verò extra ordinem punitur, *l.1.de falſ. Menoch.de arb. Iudic.lib 2.caſu 315.num.2.& ſeq. Gilhauſen.in arbore criminu.cap.2.tit.26.num.17.* & circa iſtam materiam, vtendi falſis ſcripturis, & qua pœna locum habet ſatis proſequitur *Farin. de falſit.quaſt.151.per totam*, & falſa ſcriptura vtens, non debet puniri, proùt fabricans, *Muta in prag.Sicil.tit.35.nu.52.* quàmuis falſum committatur de iure fabricando, & vtendo, *Giurba conſ.5.num 2.* requirit tamen vſum ipſa falſitas, vbi *num.1.* probat, nàm ad hoc vt is, qui vtatur falſa ſcriptura, duo debent concurrere, dolus proprius, & eo vſus, *Godoffr. à Bauo in praxi crimin.§.falſum, num.53.* ſed qui minus delinquit, vtitur falſo, & falſum non fabricauit, *vt ibi num.32.* & quod pœna falſi in nobile eſt deportationis cũ publicatione bonorum, in plebeo damnatio in metallum in ſeruo vltimum ſupplicium, refert *Caball.reſolut.crim caſu 165.num.19.* vbi in ſequenti *numero* aſſerit, quod Iudices duos tantùm gradus conſtituunt, quæ tamen pœna hodie non eſt in vſu, ſed deficiente ſtatuto Iudicis arbitrio conſtituitur, & quomodò arbitrari debeat, *ibidem nu.24. & ſeq.* refertur, & quando punitur pœna mortis, *idem in caſu 206. num.4.& ſeq.* & in falſificante literas Regis, quod non punitur pœna mortis, ſed falſi, *idem caſu 216.* & in falſificante literas Proregis, vel Locumtenenris, aut Vicarij Regis, leuiori pœna coercetur, quam ſi falſificaſſet literas ipſius Regis, *idem caſu 206. num.2.* latè *Anton. de Ballis in tract. crim. lib.3. tit de lit. diſpenſat.caſu 12. à 4.ad 6.* *Thoro.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Negatiua probata videtur, attenta probatione facta per reum in alio loco delicti commorantem.*

2 *In dubio ſemper præſumitur pro eo, quod delictum excuſat.*

3 *Iudex maiorem honorem ex abſolutione, quã condemnatione conſequitur.*

4 *Teſtes deponentes de auditu de inimicitia rei cum occiſo, & repulſanti, nec dantes cauſam ſcientiæ repelluntur.*

5 *Teſtes repulſati ob inimicitiam capitalem contractam cum reo non probant.*

6 *Inimicitia probata ad repellendum teſtes, ſi dicantur capitales, vel leues remittantur arbitrio Iudicis.*

7 *Inimicitia quando non eſſet capitalis contra teſtes faciunt tantùm inditium ad torturam.*

8 *Teſtes repulſati an faciant inditium ſaltem ad torturam.*

9 *Reus ſtante probatione negatiua, vrgentibus etiam inditiis ad torturam liberandus erit.*

10 *Delicta puniri Reipublicæ intereſt.*

11 *Officium Iudicis eſt proſequi malefactores, vt puniantur, & delicta eorum.*

12 *Fiſci Patronus dicitur reorum Inquiſitor, qui accuſat quemlibet de populo.*

13 *Fiſcus ſemper, & quandocunque poteſt in criminalibus procedere, licet interueniat accuſator.*

14 *Fiſcus dicitur magis dominus cauſæ criminalis, quam accuſator, in omnibus delictis.*

15 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandum delictum ex præcepto dominico.*

16 *Teſtis ſufficit, vt concordent in depoſitionibus.*

17 *Teſtes poſſunt eſſe conteſtes, licet vnus dicat, quod nullus alius erat præſens, vel de præſentia aliorum.*

18 *Fuga poſt homicidiũ commiſſum inditium, & præſumptionem, ac ſuſpicionem facit.*

19 *Fugiens ex fuga, in dolo patrati criminis eſſe dicitur.*

20 *Exul iudicabitur, quando inter exules repertus aufugit.*

21 *Fuga multum præualet, ad probandum homicium.*

22 *Fama per tres teſtes probata, iuncta cum vno de viſu, plenam fidem facit.*

23 *Fama de per ſe ſola, plenam facit probationẽ.*

21 *Fama probata cenſetur, per duos teſtes aſſerentes ità audiuiſſe.*

25 *Teſtes infames, & inhabiles ad probationem famæ admittuntur.*

26 *Conuictio oritur ex dolo præſumpto, ex varietate procedente ex dicto vnius teſtis.*

27 *Delicti præſumptio oritur, ex dolo rei negantis veritatem.*

28 *Inditium contra reum inquiſitum de homicidio, quando oriatur.*

29 *Teſtis vnus contra producentem plenè probat.*

30 *Teſtes probantes negatiuam, qualitèr deponere debent.*

31 *Teſtibus numero maioribus, & conteſtibus vera deponentibus, magis ſtandum, quam duobus præſertim in criminalibus.*

32 *Teſtibus duobus affirmantibus magis ſtandum, quam mille negantibus.*

33 *Metus videtur per actus extrinſecos illum incutientis.*

34 *Inimicitia capitalis, quæ dicatur.*

35 *Teſtis vt repellatur ob inimicitiam, qualitèr fiat, remiſſiuè.*

36 *Deciſio quæſtionis refertur.*

ARGVMENTVM.

Pęna homicidij commiſſi per clericum, quæ nam ſit, & ſi probata fuerit negatiua, ac etiam contra teſtes defectus probati.

ALLEGATIO XVII.

DE anno 1651. die 18. menſis Maij Reuerendus D. Iacintus Faugnus de Terra Circelli, fuit inquiſitus de homicidio cõmiſſo in perſonam D. Franciſci de Simone eiuſdem Terræ, captaq; de eo diligenti informatione ad inſtantiam Violantis de Simone querelantis dicti occiſi germanæ fol. 13. conuito de eo, fuit per Adm. Reuerendum Archidiaconum Beneuentanũ dictus D. Iacintus condemnatus ad remigandum per decenniũ fol. 53. à ter. cumque ſe grauatus intenderit, ſupplicationem porrexit Sanctiſſimo appellando à ſupradicta ſententia, à quo Apoſtolicum obtinuit reſcriptũ directè Illuſtriſs. Domino Epiſcopo Acerrarum, eiuſq; Vicario, & obtempta inhibitione cum inſerta forma, ac tranſmiſſis actis, querelans ipſamet de Simone comparuit coràm dicto Domino Delegato, inſtando confirmari prędictam ſententiã, nec non dictum inquiſitum declarari excommunicatum, ſeruata tamen poteſtate abſoluendi Summo Pontifice, vt legitur fol. 64.

Pro parte tamen inquiſiti dicebatur, ex teſtibus in termino ſibi ad faciendas defenſiones conceſſo, vt fol. 71. examinatis, forè, & eſſe abſoluendũ dictum D Iacintum inquiſitum de prædicto homicidio oppoſitis non obſtantibus contra ipſum in dicta Reuerenda Curia Terræ Circilli. Primò, cum ſit probatum dictum inquiſitum tempore homicidij commiſſi, & ſignantèr in eadem hora ſe ipſum reperiri in aliqua ſua Villa ſita, & poſita in Caſtello Pagano, & ſic non poterat adeſſe in loco delicti commiſſi tẽpore homicidij, quia probata præſentia in vno loco, dici-
1 tur probata abſentia in alio loco, & iſto modo perfectè dicitur probata negatiua, ex *Föller. in pract. crimin. verbo recipiantur defenſiones, num. 31. Io de Amic. conſ. 82. nu. 1. Iul. Clar quæſt. 52. verſ. ſcias autem, Grammat. decis. 56. nu. 4.* communitèr ex *Canoniſtis omnibus in cap. ex tenore, de teſtibus, & Legiſtis in l. actor, de prob. & c.* prout concludit *Sebaſtian. Guazzin. in tract. de defenſ. reor. defenſ. 28. cap. 1. num. 13.*

Qua negatiua ſic probata, dictum inquiſitum liberandum eſſe puto; non obſtant teſtes examinati contra dictum inquiſitum. Primò, quia ſtantibus proba-
2 tionibus pro vtraque parte, in dubio ſemper pręſumitur pro eo, quod delictum excuſat, *l. meritò, ff. pro ſocio, Alex. conſ. 5. vol. 1. Iaſon. in l. 1. ff de verb. oblig. & in l. ſciendum, C. de ſeru. fugit.* & adeſt etiam regula iur. *in 6.* in pœnis benignior eſt interpetratio facienda, tantò magis, quod teſtes examinati in dicta negatiua, ſunt melioris conditionis, quam teſtes Fiſci, & Iudex maio-
3 rem honorem ex abſolutione, quam condemnatione inquiſiti conſequitur, *Paul. de Caſtr. conſ. 319. Petr de Ambe. in ſuo conſ. 24.* & contra faciẽtes Iudices, dicunt hi Doctores eſt facere cõtra *l. abſentem, ff. de pœn.* quam ſequitur *Dec. conſ. 175. Innoc. in cap. quam veriſimile de præſumpt.*

Confirmatur, quod non eſt veriſimile dictum inquiſitum huiuſmodi homicidiũ commiſiſſe, cum probatum fuerit, eſſe Sacerdotem magnæ deuotionis, Canonicũ, Confeſſorem, Prædicatorem, non iracundum, & beneuolum dicti D. Franciſci, & ſimilia, & in illa die cõmiſſi homicij, ſanctam Miſſam celebraſſe, quæ omnia animum Iudicis Inducere debent ad abſolutionem inquiſiti, vt aſſerunt ſupra allegati DD.

Neque obſtat contra dictum inquiſitũ obſtare, inimicitiam contractam cum dicto mortuo, tempore quo viuebat, vt aſſe-
4 runt teſtes Fiſci, quia dicti teſtes ſunt repulſati, & deponunt de auditu tantùm, nõ dantes cauſã ſcientiæ, deficientibus etiã omnibus alijs requiſitis neceſſarijs approbatis à Doctoribus, ità *Clar. in §. fin. quæſt. 6. verſ. illud tamen, lib 5. Bart. in l. de minori, §. plurimum, num. 19 ff. de quæſt. Simanc. cap. 63. num. 16.* & communitèr DD. omnes, quapropter excluditur etiam inditium contra ipſum inquiſitum, per publicam famã homicidij commiſſi per Fiſcum probatã deficientibus prædictis omnibus requiſitis.

Secundò, quia dicti teſtes de viſu fuerunt repulſati, propter inimicitias capita-
5 les contractas cũ dicto inquiſito, quæ inimicitiæ fuerunt in ſpecie probatæ, vt volunt DD. inter quos *Bald. in l. ſi quis teſtis, in fine, ff. de teſtibus, Iaſon. in l. ſororem, ff. de his, quibus vt indign. Imol. in cap. Raynutius, de teſtam. Grammat. decis. 34. nu. 21. cum ſeq. Föller. vbi*

*ter. vbi ſupra verbo conceditur repulſa, nu.21.*
*Sebaſt.Guaz. in tract.de defenſ.reor.defenſ.*28.
*cap.* 8. *num.*2. & an prædictæ inimicitiæ in
6 actu probatæ, dicantur capitales, vel leues
ad repellendum teſtem ad probandum
contra reum, remittitur arbitrio Iudicis,
*Bart.in l.maritus,ff.de quæſt.Marſill.in l.*1.§.1.
*ff.eodem, Innoc. in cap.cum oportet, de accuſat.*
aſſerentes etiam quod quando inimicitia
non eſſet capitalis, neque dictum teſtem
7 congruentèr probare, ſed tantùm facere
inditium ad torturam, vt aſſerit dictus
*Grammat.deciſ.*34.*num.*28. quod non mili-
tat in caſu noſtro, cum ſint dictæ inimici-
tiæ probatæ capitales, vt apparet ex pro-
ceſſu.

8 Neque Secundò obſtat inquiſitionem
aliquorum, & dictos teſtes ſic repulſatos
facere ſaltem inditium ad torturam, inter
quos idem *Guazzin. cap.*9.*nu.*3. *Grammat.*
*num.*11. alijq; per eos allegati, quia idem
9 *Guazzin.cap.*1.*num.*15. dicit, inquiſitum
probata negatiua vt ſupra liberandum
eſſe, quàmuis adeſſent inditia ad torturã,
vt per eum, cum dicta probatio ſit plenè
probatio, ità etiam *Alex. conſ.*24. *num.*17.
*lib.*2. vndè ex variatione, & inhabilitate
teſtium Fiſci examinatorum contra dictũ
inquiſitum, puto liberandum forè.

Ex aduerſo ipſe fiſcale munus gerens,
nè facilè delictum in vltum totalitèr per-
10 tranſiret, contra iura diſponentia, quod
Reipublicæ intereſt delicta puniri, ad *tex.*
*in l.ità vulneratus,§.quod ſi quis,ff. ad l.Aquil.*
cum alijs per *Dom. Io. Baptiſtam de Thoro*
*I.C.celeberrimum par.*2.*voto* 66.*num.*74. *vo-*
*to* 93.*num.*2.*&* *voto* 97.*num.*8. pro punitio-
ne delicti inſtando, cuius proprium ſit of-
ficium (ſcribit idem *Dom.Thorus voto* 22.
11 *num.*3.) perſequi delinquẽtes vt punian-
tur *Hieron.de Laurent.deciſ.Auen.*121 *nu.*7.
ſed etiam agere vt delicta puniãtur, idcò
agit criminalitèr pro intereſſe publico,
*l.omnes,C.de delat.lib.Mill.in praxi crimin.* §.
*exhibere, in* 6.*commiſſ.fol.*118. *num.*3. & ſic
accuſat de iure, & Conſuetudine Regni,
*idem in* §.*viſo indiciorum,fol.*38.*num.*1. & di-
citur vltor delictorum, *Burg. de modo pro-*
*cedendi ex abrupto,quæſt.*19.*num.*2. nimirùm
12 quia Fiſci Patronus dicitur reorum in-
quiſitor, qui accuſat quemlibet de popu-
lo, *Maſtrill.deciſ.*214.*num.*32. idcircò tene-
tur ea, quæ proponit contra inquiſitum
probare, *Farinac.conſ.*114.*num.*48. imò ne-
dum delictum facientẽ probare, ſed qua-
litatem delicti, idem *Farin.conſ.*175.*nu.*12.
13 quapropter Fiſcus ſemper, & quãdocun-
que poteſt in criminalibus procedere, li-
cet interueniat accuſator, ità *Maſtrill. de-*
*ciſ.*213. *num.*2. ſubdens *num.*3. ex quo Fi-
ſcus dicitur magis dominus cauſæ crimi-
14 nalis, quam accuſator, & in omnibus de-
lictis publicis, & Priuatis ſubintrat, idem
*Maſtrill.deciſ.*207. hactenus *Dom. Io. Bapt.*
*de Thoro*.

Eſſe exequendam ſententiam latam
cõtra inquiſitum, vtpotè de prædicto ho-
micidio commiſſo in perſonam dicti D.
Franciſci conuictum, nec non declarari
eum in pœnam excommunicationis inci-
diſſe, eiuſq; abſoluendi poteſtatem, reſer-
uando Sanctiſſimo ſequentibus meum
aperui ſenſum.

Quodque dictum homicidium fuiſſe
à dicto D.Iacinto de eo inquiſito cõmiſ-
15 ſum, apertiſſimè demõſtrabatur: Primo,
ex teſtibus de viſu nu.4. vt legitur fol.19.
20. 21. 22. 23. & 24. cum duo tantùm ad
illud probandum ſufficiant, iuxtà illud
Dominici præceptum *Deuteronom* 19.15.
(non ſtabitis teſtis vnus contra aliquem,
quicquid illud peccati, de facinoris fue-
rit, ſed in ore duorum, vel trium teſtium
ſtabit omne verbum.) Item *Matth.*18.16.
ſic etiam *Apoſtoli ad Corinth.* 13.1. ecce
tertio hoc venio ad vos (loquens) in ore
duorum, vel trium, ſtabit omne verbum,
& teſtatur Summus Pontifex *Alexander*
*Tertius in cap. licet vniuerſis* 23. *in fine, verbo*
*de teſtib.& atteſtat.* ibidemq; aduertit *Gloſ.*
*verbo duorum.*

Nec Aduerſarius aduerſus huiuſmodi
fundamentũ erit in eius obiectione exau-
diendus, quod nulla eſt prædictis teſtibus
fides adhibenda, tanquã ſingulares, & non
ſine falſitatis labe, ex quo ſe ipſos in con-
teſtes non allegent.

16 Decipitur apertiſſimè Aduerſarius, ſuf-
ficit enim, vt in depoſitione concordent,
vt clariſſimè patet ex proceſſu, ità ſingu-
laritèr dixit *Paul. de Caſtr.in l.fin.C.de bon.*
*poſſeſſ. ſecundum tabulas nu.*6. quod vt quo-
tidianum admonet ipſe eſſe menti tenen-
dum, quem ſequitur *Hyppol.de Marſil. ſin-*
*gul.*401.*nu.*2.*Farinac.de teſtib.quæſt.*64.*nu.*29
*Anton.Gabr.* per eum relatus *commun. concl.*
*concl.*2.*num.*5. qui *num.*6. ampliat, quod te-
17 ſtes poſſunt eſſe conteſtes, licet vnus di-
cat, quod nullus alius erat præſens, vel de
præſentia aliorum nõ recordetur, ex ſen-
tentia *Hyppol.de Marſil.d.ſingul.*401. idem
conſulendo tenuit *Iacob.Mandell.conſ.*602.
*num.* 23. *& conſ.* 623. *num.* 6. vbi *Addentes*
*volum.*4.

Secundò ex fuga ſtatim poſt homici-
dium commiſſum ſequuta, per duos teſtes
probata,

Iudicis mouere debent, vi capitali pœna feriatur.

Prætereà dico, quod pœna Iudicis arbitrio remiſſa, quando poteſt extendi vſq; ad mortem, quando iniuria, & delictum eſt in ſe atrox, vt ex eius circumſtantijs, & qualitatibus illud grauantibus, Iudex ad mortis pœnam imponendam ſe diſponat, proùt eſſet caſus noſter, & procedit de iure, quando Iudex ſolus procedit in cauſa, at quando conſulitur Princeps. quiſnàm dubitabit omnes pœnas arbitrarias
16 ad mortem extendi, proùt ſibi viſum fuerit, & facti, & perſonarum qualitatibus. hoc firmat *Farinac in d quaſt.* 17. *num.*60. *in* 1. *ſublimitat. nonæ limit ad* 12 *ampliat. alleg. Aug. ad Angel. de maleſ. verbo & caput aſpotalis, verſ. quando aliqua lege*, proùt illum refert *Io. Mar. Monticell. in pract. crim regul.* 2. *num.*8 *verſ. quod autem.* dictum eſt ſupra.

Ex his enim percutientem debere mori iàm eſt fundatum.

Reſtat, vt vni obiectioni in facto conſiſtenti reſpondeam, prætendit enim inquiſitus pœnam mortis euadere ex eo, qui verbis fuerat à Ferdinando offenſus dicendo, quod mentiebatur.

Huic obiectioni duobus modis reſpondetur. Primò, quod prouocatio verbalis quatenùs vera eſſet, habuit originem ab inquiſito, qui tàm irreuerentèr alloquutus fuerat cum Ferdinando, qui proteſtatiuè hinc loquutus fuerat, dicendo: *Non dire vn'altra volta, che li miei Officiali ſono ladri; che dirò, che ne menti per la gola.* Secunda reſponſio eſt etiam clariſſima, nàm altercatio verbalis non erat inter Ferdinandum, & Marcum Antonium, ſed cum Marino patre, adeòq; illa atrociſſima iniuria per Marcum Antonium Ferdinando illata egreditur à Marco Antonio ſolo, nulla inter ipſum, & Ferdinandum cauſa præcedente, & ſic obiectum hoc partis nō obſtat.

Poſsē dicere multa circa notorias falſitates bullatum ab inquiſito fabricatas, & conſtructas de per ſe ſufficiētes ad pœnam vltimi ſupplicij iuxtà *Pragmat. huius Regni*. Attamen quia hoc negotium eſt exemplariſſimum, & tangens iuriſdictionem Regis, in hoc ſperatur à ſupremo Collaterali Conſilio, vt præſentibus inquiſitis irrogetur pœna talis, ob quā alij forſan in futurum hoc attentare volentes perterreant, tàm graue facimus patrare, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Intereſſe non venit in delictis, vel quaſi maximè, ſi illud eſſet ſingulare, & extra rem, nu.* 2.
3 *Querulatus tenetur ad expenſas, quas fecit querulans, & non ad impendia operarum.*
4 Text. in l. ex hac lege. ff. ſi quadrup. paup. & l. fin. ff. de ijs, qui deiec. vel effu. *qualitèr procedant.*
5 *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.*
6 *Medicamerta per incantationes prohibentur.*
7 *Querulans de vulnuſculo, ſi offenſus periret, non tenetur de occiſo.*
8 *Argumentum validum eſt à ſufficienti pārtium enumeratione.*
9 *Argumenta etiam in materia pœnali, & odioſa locum habent.*
10 *Impenſa medicorum offendens, tenetur ſoluere ad quam rationem.*

ARGVMENTVM.

## Intereſſe an debeat ſoluere offendens pro leui vulnuſculo.

ALLEGATIO XIII.

IN cauſa Nobilis Iuuenis Pompei de Laurito, aliàs Monforte V.I.D. nepotis mei, inquiſiti de caſuali vulnuſculo lato in brachio cuiuſdam Petri Verde, in qua de intereſſe ipſiuſmet querulātis tractatur, & licet dictus inquiſitus condemnatus ſit per M.C.V. ad ſoluendum ducatos . . . . eidem Petro, qui appellauit ad S.C. & cauſa ipſa commiſſa de intereſſe paſſo tractatur, vt in actis, circa quod videndum eſt, an petitū intereſſe debeatur, & quanquam ſuperfluū ſit in præſenti materia cartas denigrare. Attamen vt innocentiæ ipſius inquiſiti magis eluceſcat, dicendum eſt, petitū intereſſe non deberi. nam clarè conſtat in delictis, vel quaſi in-
1 tereſſe non venire, per *text. in l. in furti, ff. de fur.* & latè *Philipp. Dec. in l. vnica, C. de ſent. qua pro eo, quod inter. num.* 19. eo maximè
2 cum petitum intereſſe ſit ſingulare, & extra rem, quod nullo modo debetur, *l. ſi ſeruum meum, ff. ad legem Aquil.* vbi *I. C.* ait, *Pretia rerum non ex affectione, vel vtilitate ſingulorum extimanda, ſed communitèr fungi*; adeòq; dictum intereſſe non ex affectione, vel vtilitate petentis eſt liquidandum, ſed ſolùm querulatus tene-
3 tur ad expenſas quas fecit querulans tàm

pro

pro ſe, quã pro medico, iuxtà *Conſt. Regni*
*Panã præcedenti ſanctione*, & non ad impen-
4 dia operarum amiſſarum, *l.ex hac lege, ff.ſi*
*quadrup. pauper fecis dic. l fin. ff. de his, qui de-*
*iec. vel eff.* cum dictæ leges habeant locũ
in caſibus vbi interuenit ſaltim leuis cul-
pa, vt dicit *Afflict in Conſtit. qui de alto, nu.6.*
ſed in caſu de quo agitur, nec leuis, nec
leuiſſima culpa interuenit, vt ex actis cõ-
5 ſtat, & diceretur, quod impenſæ opera-
rum amiſſarum debeantur per regulam,
qui cauſam damni dat damnum dediſſe
videtur, vulgara *l nihil intereſt ff de Sicar.* re-
plicatur hoc non obſtare, cum querulans,
ſiuè vulneratus ipſe noluit ſe medeti fa-
cere à medicis peritis, ſed à quadam mu-
6 liercula medicante per incantationem,
quod medicaminis genus à lege prohi-
betur, *l.1. §. medicorum, verſ. non tamen ſi in-*
*cantauit, ff. de var. & extraord. cognit.* cum ta-
lia non ſint medicinæ genere, & ſi queru-
7 lans ipſe de prædicto vulnuſculo periret,
nequaquam querulatus de occiſo tenere-
tur, vt latè tenet *Hippol in cit. ma l. nihil inte-*
*reſt, num.10.* ergo ad impenſas, & intereſ-
ſe operarum amiſſarum querulatus non
tenetur, vt vulneratus prætendit cum va-
lidum ſit in iure argumentũ à ſufficienti
8 partium enumeratione, *cap cui licet, de reg.*
*iur. in 6. l non debet, ff. eodem,* vbi *Dec. nu.8.*
9 quod argumentum etiam in materia pe-
nali, & odioſa, vindicat ſibi locum *l.* nec
in ea, & ibi *Bart. num 2 ff. de adult Alex. in*
*l.in ſuis, num.3 ff. de liber. & poſthum. Dec con-*
*ſil.76. num 3.* ergo immò prictus querula-
10 tus non tenetur impenſas Medicorum
ſoluere, niſi ad rationem granorum decẽ
pro dieta, vt in *Conſt. Quia nunquam,* & ibi
*Afflict. num.3. verſ. quæro,* & in præſenti caſu
ità de iure arbitror. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito.*

Per Sacrum Conſilium fuit confirma-
tum decretum Magn. Cur. Vic. in Banca
Danielis.

Ad ornatum quæſtionis vide *Dom. Reg. Merlin. controuerſ. forenſ. centur. 1. cap.19. per totum, fol 90. & ſeqq.* intereſſe, & damna quando debeãtur ab occiſore hæredibus occiſi, oſtendit *Caball. reſol. crim tom.2. caſu 248. num.27.* & latè *Plotus in tract. de in litẽ iuran. §.41.* vbi *nu.10.* in ſpecie dixit, quod vulnerator teneretur ad expenſas curationis vulnerati, & ad æſtimationem operarum amiſſarum, & ad omne damnũ emergens. *Thoro.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Iuſdictionem habens cum mero, & miſto imperio, ex qua in dominium, non in officium, & iure proprietatis verſatur, an poſſit indulgere reis.*

2 *Gratia reis fieri poteſt pro delicti à Baronibus iuriſdictionem habentibus in proprietate cum poteſtate indulgendi.*

3 *Poteſtas indulgẽdi eſt de regalibus, & ſoli Regi competit.*

4 *Barones nequeunt facere gratias, & compoſitiones poſt ſententias latas.*

5 *Determinatio vnica reſpiciens plura determinabilia, æqualitèr terminari debet.*

A R G V M E N T V M.

## Indulgentia pro homicidio facta reo, à ſubſtituto generali Baronis habentis iuriſdictionem cũ mero, & mixto imperio poſt iudicatum, an ſuffragatur.

A L L E G A T I O XIV.

LVcas Albanus inquiſitus de homicidio ex cauſa honoris, vt prætenditur annis retro elapſis per Curiam Inſulæ Procitæ, fuit condemnatus ad pœnam mortis naturalis, à qua ſententia ipſe pauperrimus appellauit, & coram Iudice appellationis proceſſum adduxit, & fuit facta apertura, quo negotio ſic ſtante, fuit miſſus ad Regias Triremes loco depoſiti, & in libro dicitur qualitèr vaſſallus Baronis, & appellatione pendente mittebatur, & dum propter ſui notorium impedimentum, & paupertatem extremam de eius inquiſitione, non potuiſſet obtinere citiùs expeditionem, obtinuit nouiſſimè de dicto prætenſo homicidio gratiam ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinale de Aragonia poteſtatẽ habente nomine Illuſtriſſimi Domini Marchionis Vaſti, & adfuit partis remiſſio, & dum inſtantiam ipſe Lucas feciſſet pro dictæ gratiæ exequutione, fuit per M.C.V. prouiſum, quod non gaudeat gratia prędicta, à qua prouiſione Ill. Marchio tanquã grauatus appellauit, & modo punctus decidendus eſt, quod gratia prædicta potuit fieri, & præſuppono per Priuilegium conceſſum, hoc eſſe clarum, nàm dicitur cum poteſtate indulgendi, & commutandi pœ-

nas,

nas,& cum primis,& ſecũdis cauſis,ſicuti
eſt Ill. Marchio in poſſeſſione. Baro enim
habens iuriſdictionem cum mero, & mix-
to imperio poteſt hoc facere, quia habet
in dominium, non autem in officium, &
iure proprietatis & benè in propoſito di-
1 cunt DD. videlicet, *Io Faber, in l. & ſi ſeue-*
*rior, in fine, in verbo, & hoc videtur procedere,*
*C. ex quibus cauſ. in fin. irrog. Angel. in authent.*
*vt nulli Iudicum, in §. vt autem, num. 29. Dec.*
*in l. principalibus, num. 12. in verbo non obſtat*
*illa ratio, ff. ſi cert. pet.* dùm allegat *Bald. in l.*
*ſolent, §. fin ff. de offic. Proconſ. in 2. quæſt. Frecc.*
*lib. 2. de ſubfeud. in vlt. diff. feudi plani, & qua-*
*tern. num. 37. Capyc. dec. ſ. 27. vn. 17. ibi in ver-*
*bo, ſed dictæ authoritates, Paris de ſyndic. in rub.*
*de officio ſyndicatorum, in cap. dicitur autem,*
*num. 13.* dùm allegat *Bald. in l. fin. C. de arbit.*
qua ratione cum nõ ſint tantùm Iudices,
2 ſed iure proprio iuriſdictionem exerceãt,
& habeant poteſtatem indulgendi, & fa-
ciendi gratias de omnibus delictis, ſine
dubio gratia iſta potuit fieri, vt ex clauſu-
lis iſtis notant *Iacobinus & Capycius in in-*
*ueſtituris, in verbo & cum mero, & mixto impe-*
3 *rio*, & licet hæc poteſtas ſit de regalibus, &
ſoli Principi competat, vt per *Andr. in tit.*
*quæ ſint regalia, in verbo & bona committentiũ,*
*poſt num. 75. in fine*, dum dicit, quod hoc ſit
de iure ciuili, & tamen ex vi horum pri-
uilegiorum Barones poſſunt ſine dubio,
vt *Iacobinus, & alij*, neque obſtat ſi oppo-
nantur duæ difficultates.
4 Prima eſt, vt licet Barones ex clauſulis
poſſint facere gratias & commutationes,
tamen non poſſunt poſt ſententiam latã,
per *text. in l. 1. in §. quis vltro, ff. de quæſt.* per
*Bart. in l. alia, §. de amplianda, ff. de re iud.* per
*Andr. in d. tit. quæ ſint regal. in verbo & bona*
*committentium, num. 75.* dùm allegat *text. in*
*l. 1. §. 1. ff. ad turpill. & l. ordine, ff. ad municip.*
*cum ſimil.*
Secũda, vt diù ſit lata ſententia, adeò quod
poſſit dici, quod ſit tranſacta in rem iudi-
catam, & tantò magis nõ potuit fieri, qui-
bus reſpondetur.
Primo nõ militare in caſu noſtro, Pri-
mo, quia dùm eſt priuilegium cum facul-
tate indulgendi, & cum primis, & ſecun-
dis cauſis iſta poteſtas, & hoc priuilegiũ
comprehendunt tàm caſus in primis cau-
ſis, quam in ſecundis. poſtquàm datur fa-
cultas indulgendi, in primis, quod in ſe-
cundis cauſis ex his concluſionibus pro-
5 batur. Primo, quia vnica determinatio re-
ſpiciẽs plura determinabilia debet æqua-
litèr determinare, vulgata *l. iàm hoc iure,*
*ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. quàmuis, C. de im-*
*pub. & alijs ſubſtit.* ſic ergo ſi in primis cau-
ſis intelligitur ſine dubio poteſtas indul-
gendi eo modo, at in ſecundis, & æquiſſi-
mas concluſiones in fauorem horum mi-
ſerorum, qui cauſas ſuas defendi facere
nequeunt, & iſtum maximè propter pau-
pertatẽ conſiderent, & quotidiè videmus
non obſtante temporis lapſu, quod cauſæ
ipſorum tractentur ſemotis difficultati-
bus, nec non Barones fuerunt, & ſunt in
hac poſſeſſione, ideò cũ caſus non ſit gra-
uis, meritò gratia facta potiri debet miſer
homo iſte, vt ſine dubio Domini iudica-
buntur. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

De Anno 1576. per S. C. fuit deciſum ſecundum allegata in fauorem Illuſtriſs. Marchionis Vaſti, penès Panza Actorum Magiſtrum M.C.V.

Facit *deciſ. Dom. de Franch. 370. Caſtbl. de Baron. pragmat. 6. num. 170. in vltima compilatione*, cum alijs per me allegatis in *1. par. noſtri compendij deciſ. Regni verbo Barones habentes priuilegia iuriſdictionis. Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Habitatio ſola longiſſimi temporis, ciuem non facit.*
2 *Tempus non eſt modus inducendi, vel tollendæ obligationis.*
3 *Animo opus erit ad inducendum incolatum.*
4 *Pupillus, vel impubes domicilium conſtituere, nec incolatum poteſt, & ratione demonſtratur num. 5.*
6 *Ciuilitatem acceptans, cenſetur ſe obligare ad onera illius loci.*
7 *Pupillus non poteſt ſe obligare ſine auctoritate tutoris.*
8 *Renunciare videtur, quis deſerendo ciuilitatem priùs contractam.*
9 *Domicilij ratio temporaria eſt.*
10 *Renunciare incolatui quando poteſt.*
11 *Ciuitas poteſt eius ciuem vendicare, quando alibi ſe tranſtulit, & num. 17.*
12 *Appellatione ciuis non venit incola.*
13 Text. in l. eum, qui certarum, ff. de verb. oblig. *quando locum habet.*
14 *Electio cadit inter plura.*
15 *Priuilegium ſtrictè interpretandum, dùm non ſit clauſum in corpore iuris communis.*
16 *Electio fieri poteſt, & per primum actum tollitur.*
18 *Ciuis quando dicatur.*

19 *Habi-*

19 *Habitare non dicitur, ſi non contulerit domi-
cilium.*
20 *Scolaris habitare non dicitur.*
21 *Habitare dicitur pro maiori parte anni, & per
decem annos cum vxore, & familia, ac ma-
iore parte fortunarum ſuarum.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio rei inquiſiti pro de-
licto commiſſo in Ciuitate Nea-
polis, in qua ipſe inhabitauerat,
an erit concedenda Baroni eius
Domino, ea non obſtante ciui-
litate.

ALLEGATIO XV.

QVod M.C. grauauerit iuriſdictionē
Ill. Marchionis Lauri, prouiden-
dò, quod cauſa Palmerij Vallicti
remaneat, & tractetur in eadem
M.C. ex capite prætenſæ, & figuratæ ciui-
litatis, ex infraſcriptis demonſtrabitur.

Primò, quia diſcuſſis probationibus fa-
ctis ex parte Palmerij nulla probatur ci-
uilitas. Secundò, quia dato, quod aliqua
ciuilitas adfuiſſet iàm per querelā priùs
expoſitā in Terra Lauri, & ſic in loco ori-
ginis renuntiatū fuit huic ciuilitati, quæ
renunciatio ne dùm ipſi, ſed & Magnifi-
cæ Ciuitati Neap. obſtat, cum ſit contra-
cta ex incolatu, vt inferiùs demōſtrabitur.

Ad Primum, non eſſe probatum de ci-
uilitate. videantur teſtes partis, qui dicūt
matrem Palmerij veniſſe ad hanc Ciuita-
tem ad ſeruitia cuiuſdam Nobilis Nidi,
& ſecum aſportaſſe Palmerium tùnc in-
fantem annorum trium, qui per 12. 13.
& 14. annos habitauit, & per hoc tempus
ſæpiùs declarauit animum continuandi,
incolatum. ex hac habitatione dico ego
nullam fuiſſe contractam ciuilitatē, quia
1 habitatio ſola quàmuis longiſſimi tem-
poris ciuem non facit, *l. eſt verum, C. de
2 incol.* Tempus enim modus non eſt indu-
cendæ, vel tollendæ obligationis, *l. obliga-
tionum ferè, §. placet. ff. de verbor. oblig.* & ideò
3 ad inducendum incolatum, animo opus
eſſe, *DD.* concludunt vnanimitèr *in l. hæ-
res abſens, de iud. & in l. placet ad municip.* &
4 alibi ſæpiſſimè animo autem pupillus, vel
impubes domicilium conſtituere nō po-
teſt, nec incolatum acquirere, *Bart. & ca-
ſteri in l. 1. ff. de tutor. & curator. dat. ab his, &
in l. 1. C. vbi petant. tutor.* cuius rei duplex
5 eſt ratio. Prima, quia pupillus iudicium
perfectum non habet, vt ex *Bart. in d. l. pla-
6 cet.* Altera, quia qui ciuilitatem acceptat,
cenſetur ſe obligare ad onera illius loci,
etiam ſi illa ignoret. *Caſtr. in l. ſi duo, ff. de
7 acquir. hæred.* ideòq; non poteſt pupillus
ſine authoritate tutoris ſe obligare, vndè
cenſuit *Rubeus Alexandrin. conſ. 9. poſt nu. 5.*
non poſſe pupillos etiam per allectionem
Ciuitatis creari ciues ſine auctoritate
Principis, dùm ergo teſtes dicunt habi-
taſſe Palmerium 10. 12. vel 14. annos, to-
tum hoc tempus ferè pubertatem non
capit quod etiam ex aſpectu Sacrū Conſi-
lium vidit, vt ſic nullus incolatus, nulla
ciuilitas, quod eo magis comprobatur,
quia habitatio fuit cauſa addiſcendi ar-
tem. vndè militat deciſio DD. qui dicūt
ſcolarē inhabitantē cauſa ſtudij etiā per
viginti annos non acquirere ciuilitatem.

Ad Secundum, fuiſſe renunciatū ciui-
litati ſaltim tacitè, adeſt querela expoſi-
ta in Curia Lauri loco originis dicti Pal-
merij, adeſt etiam, quod paulò ante fue-
rat per eandem vti vaſſallus Marchionis
inquiſitus, & demùm carceratus, petijt
gratiam à Marchione, & in memoriali
dicit ſe vaſſallum, per hunc actum gemi-
natum, iàm agnouerat locum originis, &
8 incolatui renunciauerat deſerendo ciui-
litatem priùs contractam, ſi qua fuiſſet,
quod quidèm fieri poteſt, *l. libertus, § patris
9 ff. ad municip. ibi q. 2.* domicilij ratio tem-
poraria ſit, *Gloſ. in l. origine, C. eod. tit. lib. 11.*
ex quo *text. & gloſ.* concludunt DD. poſ-
ſe incolam ad ſui libitum domiciliū mu-
tare, nec alitèr recedere prohibetur, niſi
fortè dùm in loco eſſet publicis muneri-
bus deſtinatus fuiſſet, tùnc enim renun-
10 ciare incolatui non poteſt niſi perfecto
munere, *l. incola 9. ff. eod. tit.*

Hæc renunciatio etiam Ciuitati obeſt,
nouiſſimè comparuit allegando in præ-
ſenti cauſa non potuiſſe Palmerium in
præiudicium ſui renunciare, quia hæc ve-
ra ſunt in ciue, non autem in incola, licet
11 enim Ciuitas ſuum ciuem reuocare, &
vindicare poſſit, ſi alibi ſe transferat, vt
ex *Gloſ. & Bart. in l. 1. §. per hanc, ff. de rei-
uend.* hoc nunquàm locum habebit in in-
12 cola, tùm quia in materia diſtincta, &
differenti appellatione ciuis non venit
incola, vt per *Bart. & DD. in l. ſi maritus, l.
vndecima, ff. ad l. Iul. de adulter. & in l. pupil-
lus, §. territoriū, ff. de verb. ſignif.* tùm etiam
ſi alitèr diceretur, non eſſet vera conclu-
ſio ſu-

ſio ſupradicta,poſſe incolam ad ſui libitũ
domicilium mutare. ideò licet priuile-
gium trahendi per Capitula Neapolitana
comprehendat ciues, incolas, & habitan-
tes, in caſu tamen renunciandi huic pri-
uilegio maxima fieri debet differenti
inter ciues,& incolas,quia licet ciuis non
poſſit renũciare, procedit quia magis al-
ligatur, & ob fauorem publicum poteſt
Ciuitas illum alibi ſe transferentẽ reuo-
care,quod non eſt in incola, quia tamdiù
priuilegio gaudebit, quamdiù habitare
voluerit,& hic noua comparitio Ciuitatis
nihil obſtat. Accedat rurſus, quia ex par-
te Marchionis plenè probatum,Palmeriũ
ſubijſſe onera Terræ Lauri,& cum ad pro-
priam originem redijt. facilè conuinci-
tur incolatum Neapolis deſeruiſſe.

An autem ſi verè eſſet ciuis, competat
variatio pro nunc non diſputo *q. 2.* ſupra
dicta benè fundant intentionẽ Marchio-
13 nis. Benè dico pro nunc terminos *l. cum
qui certarum, ff. de verb. oblig.* nõ poſſe ada-
ptari in ciue Neapolitano, quia habent
priuilegium, quod dicit poſſe trahere, &
non trahi, non datur ipſis electio aliqua,
quia nõ conſtituuntur ex priuilegio plu-
14 ra tribunalia, electio autem cadit inter
plura. *Bald. in l. 1. C. de fur.*

Nec eſt priuilegium hoc extendendũ,
immò ſtrictè interpetrandum, & ità vt in
quantum minus poteſt iura communia
lędat, quia non clauſum in corpore iuris,
15 vt illud quod habetur in *tit. quando Impe-
rator inter pupill.* cuius priuil gij alia eſt,
& fauorabilior ratio: Concludendum er-
go breuibus cauſam remittendam,cum
inter vaſſallos, & delictum in territorio
Marchionis. cuius Curia iàm habet in
fortijs ſuſpectos de hoc delicto. Reli-
qua, &c.

*Franciſcus de Laurito.*
*Io. Camillus Bilotta.*

VLtra doctiſſimè allegata per Magnicũ
Dominum Collegam,dico,quod ipſe
non poteſt variare, ſiuè ciuis fuerit, ſiue
habitans, vel habitator poſtquàm ſemel
eligit forum domicilij Illuſt. Marchionis
Lauri, & hoc ſiuè per authoritatem iudi-
cij, ſiuè quod renunciauerit fauori ſuo,
16 quod fieri poteſt, vel quod electione pri-
mo actu fuerit ſublata poteſtas, vt latè
conſiderat *Andr. in tit. de ſtatu, & conſuet. in
verſ. lite ſecunda*, vbi de ſcolari loquitur qui
habet plures Iudices, vt videri poteſt.

Sin autem tractatur reſpectu Ciuitatis,
quæ hodie comparet, dico quod licet Ci-
17 uitas poſſit vendicare ſuũ ciuem, & age-
re pro eo, argumento *l. de iure, ff. ad munic.*
18 tamen hic non eſt ciuis, cum non inter-
uenerit aliquid, de his quibus conſtitui-
tur, vt dicitur in *l. 1. & toto tit. ff. ad muni-
cip. & in l. ciues, & toto tit. C. de incol. lib. 10.*
de quibus per *Afflict. deciſ.* 384. *& Gram-
mat.* 87. meritò tanquàm ciuis vendicare
non poteſt.

Si verò tanquàm habitans, vt videtur
dicere capitula, adhùc dico, quod nec
habitare poteſt prætendi, cum ipſe non
19 contulerit domicilium in Ciuitate, iuxtà
*text. in l. pupillus, §. incola, ff. de verb. & rer. ſi-
gnif.* ſed venit adiſcendi tantummodò ar-
20 tem, in qua nunquam ſcolaris habitare
dicitur, *l. nec ipſi C. de incol. lib. 10. l. lex. Cor-
nelia, § ſi tamen, ff. de iniur. Salic. Ludou. Alex.
& alij. in l. cum filius, ff. ſi cert. pet.* aliàs ſi nõ
21 didiceret artem, debuiſſet habitare pro
maiori parte anni,& per decem annos cũ
vxore,& familia, *l. abſentem, cum gloſ. ff. de
iudic. l. eſt verum, cum Gloſ. C. de incol.* & ma-
iori parte fortunarum, aliàs non dicere-
tur habitare, *Bart. in l. cum de lanionis, §. Sabi-
nus ff. de fund. inſtrut. idem in l. 1. §. 1. num. 7. de
lib. agnoſc. in l. vxori,* vbi *text. ff. de leg. 3. & in
l. ſi mulieri, ff. quibus mod. vſufruct. ammittat.
Bart. in l. lex Cornelia, §. ſi tamen, ff. de iniur.*
vbi *apoſtilla Alex.* qui multa allegat, dixit
*Luc. de Penna in l. ciues, C. de incol. Bald in au-
thent. habita, in 5 notab. C. ne fil. pro patre nu. 5.
Felin. in cap. quoniam in princ. extra de offic.* . .
& ſic quomodocunque ſit, debet cauſa
agnoſci per Officiales Illuſtr. Marchionis
Lauri non obſtantibus oppoſitis pro par-
te fideliſſimæ Ciuitatis.

*Vincentius Siccodus.*
*Fabius Marcheſius.*

Hanc materiam exactè pertractat *Dom.
Regens Scipio Rouitus in prag. 1. vbi de delict.
quod conuen. deb. à num. 9. & ſeq.* dùm inter
duos Barones lis verteretur de inquiſito,
ſi in loco originis, vel delicti erit cogno-
ſcendum, & refert deciſum ſpectare ad
Iudicem loci delicti, & ad ornatum ma-
teriæ vide noſtrum *compendium par. 1. verbo
habitans, fol. 250. 1. col. & in ſupplem. verbo ci-
uis fol. 85. 2. col. in fine,* vbi multa *Petra ad
Grammat. deciſ.* 87. *Mari ad eundem d. deciſ.*
& nouiſſimè *Heliſeus Danza in Addit. ad
eandem deciſ. Gram.* plura collexit. *Thoro.*

*SVM-*

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna deportationis, & publicationis bonorum eſt de iure commmuni pro falſitate, & nu.3.*
2 *Pœna mortis eſt in falſificante literas Regis.*
4 *Pœna mortis eſt, in falſificante literas Regis de Iure Regni.*
5 *Pœna mortis* ex Conſt. Regni Contra falſarios, *non eſt exorbitans à iurè communi, cũ ſit correctoria.*
6 Conſtit. Regni Qui literas, *qualitèr intelligatur.*
7 *Pœna contra falſarios, an detur aſſiſtenti falſitati literæ, & ea vtenti.*
8 *Falſarius acritèr punitur quã qui vſus fuerit litera falſa.*
9 *Pœna vltimi ſupplicij non imponitur de iure communi fabricanti, vel vtenti literis Regis.*
10 *Agentes, & patientes pari pœna puniuntur.*
11 *Auxilians, & faciens in delicto falſitatis, arbitrio Iudicis punitur, non eadem pœna ſicut principalis.*
12 Text. in §. interdum, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. *ponderatur.*
13 *Præſtans opem maleficio nõ dando cauſam ipſi malefacit, ſed mitiori pœna punitur.*
14 *Pœna ordinaria non erit puniendus, quando nõ fuit cauſa immediata ob delictum patrandũ.*
15 Text. in l. ſi pignori, § ferramenta, ff. de furt. *ponderatur.*
16 *Pœna mitiori punitur, ſi non fuerit principalis delinquens, & ſic deciſum.*

ARGVMENTVM.

Aſſiſtens in crimine falſitatis alicuius literæ Regis, & ea vtendo, qua pœna erit plectendus.

ALLEGATIO XVI.

1 REgnlaritèr pœna *legis Corneliæ de falſ.* de iure communi, in homine
libero, non eſt pœna mortis naturalis, ſed pœna deportationis, & pnblicationis bonorum, *l. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. lex Cornelia, ff. de publ. iudic. Inſtit. de publ. iudic. §. item lex Cornelia,* ibiq; *Ioan. Faber, Gloſ. in cap. in criminali 5. quæſt. 7 & Io. de Anan. in conſ. 12. niſi in partu ſuppoſito, l. 1. C. de falſ. in ſeruo,* vt in *d. §. fin.* & aliquãdo in humili perſona, eſt pęna damnationis in metallum, *l. ſi quis aliquid, §. qui vini,*
2 *ff. de pœn.* in falſificante verò literas Regis, licet *Gloſ. in l. vbi, C. de falſ.* dixerit, quod
imponitur pœna mortis, tamen *Angel. in l. maiorem, C. de falſis,* tennit contrarium dicens, quod maioritas pœnæ, de qua in *d. text.* conſiſtit in inueſtigando, & non
3 in puniendo, & quod ſolùm pœna deportationis, & publicationis bonorũ puniatur, immò dicit *Afflict. in deciſ. 21.* quod de iure communi non habemus expreſſum, quod ſit pœna mortis naturalis.

Hodie tamẽ in Regno in falſificãte Regias literas, & Regiũ ſigillum, pœna mor-
4 tis imponitur per *Conſtit. Regni, Qui literas.* Dubitati modò contingit nunquid Franciſcus Veggius, qui non ipſe fabricator literarum Illuſtriſſimi Domini Proregis, ſed potiùs ſciens aſtetit, vt per alium fabricarentur, ſed per Antonium Principatum, poſſit pœna *dictæ Conſtitutionis* puniri, & quod pœna *dictæ Conſtitutionis* non poſſit imponi dicto Franciſco, ex infraſcriptis pluſquam liquidò demonſtratur, nàm ſi de iure communi, vt benè fundatũ eſt, pro hoc delicto non imponitur pœna mortis, ſequitur quod cum hæc *Conſtitutio*
5 imponens pœnam mortis. negari nequit, quod non ſit exorbitans à iure communi, cum ſit correctoria, *Bart. in l. omnes populi, ff. de inſtit. & iur in 4. & 6. quæſt. Alber. de Roſ. in 3. par. ſtatut. quæſt. 55. l. ſi verò, §. de viro, ff. ſol. matr. l. fin. C. de inter. ma. cap. 2. de reg. iur. lib 6.* habetur in *Authent. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. præcipimus, C. de appell.*
6 modo cum *Conſtitut. Qui literas,* loquatur in ſabricante literas Regias falſas, non
7 extenditur ad hunc caſũ in eo, qui ſciens aſtetit fabricationi, & ea vſus eſt. ità dixerunt *Abb. & Io de Anan. in cap. ad falſariorum, de crim. falſi,* faciunt, quæ idem *Abb* dixit *in cap. ſicut dignum, §. illi autem, de homic.* & in ſpecie conſuluit *Hippol. in conſ. 24. & 47.* quem rogo videri. & *Guid. Pap. deciſ. 455.* facit etiam, quod fabricans falſum inſtrumentũ, & vtens illo paritèr puniantur, *l. 2. C. de fide inſtrum. l. ſi falſos,* innẽta
8 *Gloſ. C. de falſ.* attamen ille, qui fabricauit, acriùs & duriùs punitur quam ille, qui eo vſus fuerit, ità dicit *Gloſ. in d. l. ſi falſos,* & optimè *Cynus in d. l. 2. C. de fide inſtrum.* & latè per *Hippol. in d. conſ. 47. num. 5.*

Vltimo, caſus eſt deciſus in indiuiduo in *deciſ. Boer. 82. par. 1.* in qua allegat tàm *dictam Conſtitutionem Qui literas,* quàm *deciſ. Afflicti 21.* licet non alleget aliam *de-*
9 *ciſ. 404.* vbi fuit deciſum non eſſe imponendam pœnam vltimi ſupplicij, de iure communi fabticanti, vel vtenti literis Regis, facit ad hoc *deciſ. Gram. 27.* ex qua etiã hic caſus deciditur, & in *voto 25. per tot.*

Quod autem dicitur de ſecunda litera
Illuſtriſs. Proregis, quæ ſimilitèr falſifica-
ta dicitur, non tamen ab hoc Franciſco,
ſed ab eodem alio patratore, & fabricato-
re prędictæ literæ, non poteſt ex hoc ma-
ior pœna imponi, iiſdem iuribus, & ratio-
nibus allegatis, & per præſettim per ea,
quæ in dicta ſua *deciſ.* 82. *Dominus Boer.* in
indiuiduo dixit, ad quod faciunt, quæ
DD. & maximè *Veron. in auth. ſed nouo iure,*
*C. de ſeru. fugit.* & in ſpecie idem *Boer. in*
*ſua deciſ.* 219. *in* 2. *par.* dicens, minimè lex
illa reiteratione poſſe pœnam augeri.

Reſtat modo videre, an ex quo dictus
Franciſcus requiſitus ab Antonio, vt aſſi-
ſterat fabricationi dicę falſitatis in dictis
literis, illiſq; vtendo, exhibendo illas Illu-
ſtriſſimo Marchioni de Sancta Cruce, di-
catur incidiſſe in pœnam *legis is qui opem,*
& doctrinæ *Bart. ibidem, ff. de furt.* ità agē-
10 tes, & patientes pari pœna puniantur, vel
mitiori pœna tanquàm aſſiſtens, & opem
præſtans in vendendo gratiā, & accipien-
do pecuniam.

11 Et in hoc Ego reperio caſum noſtrum,
etiam in fortioribus terminis deciſum,
limitando dictam doctrinam *Bart.* per *Io.*
*Andr. in cap. filius, de pœn. lib.* 6. vbi dicit, quod
vbicunque auxilium, & fauor eſt ſimplex,
ità quod abſq; eo quis eſſet commiſſurus
maleficium, proùt in caſu noſtro, tùnc au-
xilians, & faciēs arbitrio Iudicis punien-
dus eſſet, non autem eadem pœna, qua pu-
niretur principalis, & hoc eſt mirabile di-
ctum ad caſum noſtrum, ità *Angel. in l. in*
*furti, §. quæ, ff. de furt. & Angel. etiam in d. l.*
*is, qui ouem,* vbi dicit eſſe perpetuò menti
12 tenendum *tex. eſt ad literam*, omninò vi-
dendus *in §. interdum, verſ. ope, vſque ad finē,*
& ibi *Gloſ. in verſ. non tenetur furti, Inſtit. de*
*obligat. quæ ex delict. naſc. Gloſ.* eſt conſimilis
*in clem.* 1. *de pœn in verbo defenſauerit, in med.*
*Auguſt.* poſt *Angel.* omninò videndus *in*
*addit. ad Angel. de malefic. in §. dicto maleficio*
*ſemper aſtitit, in verſ. tu autem in hac materia,*
*num. mihi* 16. qui dicit ſe aliàs euaſiſſe vnū
à pœna furcarum, qui præſtitit auxilium
quinq; latronibus, qui furati fuerunt vnā
apotecam cum violētia, & is ſemper aſti-
tit in via, cum alijs quatuor latronibus, &
hoc per rationem ſupra allegatam, quia
eſt abſque eo erant commiſſuri dicti la-
trones delictum huiuſmodi.

Iſtam opinionem, & deciſionem ſequi-
tur *Salyc.* pleniſſimè, qui hanc quæſtionē
examinat diligentèr in *l.* 1. *C. de rapt. virg.*
13 *num.* 24. quam rogo videri, vbi dicit fuiſ-
ſe conſultum *Dinum Bononiæ*, & alios, qui
deliberatè reſponderunt, quod præſtans
opem maleficio, ſed non dando cauſam
ipſi maleficio, debet mitiori pœna puni-
ri, ità dicit dictus *inſignis Doctor in verſ. ta-*
*men credo. Soccin in conſ.* 188. *incip. viſa bulla,*
vbi plura elegantèr ponit ad caſum no-
ſtrum *Cepoll. in conſ. crim.* 27. *num.* 9. & 10.
*Hippol. in conſ.* 24. *num* 22. *verſ. qui præſtans*
*auxilium, & in. conſ.* 47. & ſic omnes DD.
concludunt, quem non eſſe pœna ordina-
14 ria puniendum, ſicut principalis quando
non fuit cauſa immediata ad delictum
committendū, proùt in caſu noſtro, quo-
niam Franciſcus Veggius non præpara-
uit aliquid ad maleficium perpetrandum
videlicet cartam, atramentum, cęram, ſi-
gillum falſum, neque etiam copias litera-
rum ſcripſit, ſicut fecit ſcolaris, qui eas
15 ſcripſit, & ſic non ſumus in caſibus *l. ſi pi-*
*gnori, § ferramenta, ff de furt* neq; accomo-
dauit ſibi domum, vt delictum commit-
teretur quando fuit in domo ipſius Anto-
nij, iuxtà *l. ſi amici*, §. 1. & ibi *Bart. ff. de*
*adulter.*

Sed in caſu noſtro ante maleficium nō
conſtat de conſilio, quia ipſe Antonius
dixit: *detto Franceſco che volena fare la gra-*
*tia falſa,* & deindè, *che volena fare vn bel col-*
*po.* & Franciſcus cootentatus fuit, ſed
Franciſcus tanquam ignarus ad ſcriben-
dum, non potuit eidem Antonio præſta-
re, proùt non fecit, ergo.

Ex quibus omnibus cum dictus Fran-
ciſcus non fuerit mediator, neque man-
dans ad delictum perpetrandum, neque
conſilium, aut opem in delicto delinquē-
ti præſtiterit, ſed ſolùm aſtando in illius
fabricatione. Cenſeo de iure non ſolùm
pœna ordinaria, non eſſe plectendum, ſed
alia pœna extraordinaria, maximè con-
currente fide Regia dicto Franciſco per
Illuſtrem Dominum Lanarium data, vt ex
proceſſu apparet, qui erat in Ciuitate Be-
neuenti ad effectum capiendi Antonium,
proùt in eius depoſitione, ac defenſioni-
16 bus apparet, quo caſu mitiùs cum eo
agendum eſſet per ſupradicta, ex eo ma-
ximè cum iàm fuerit caſus deciſus per
*Grammat. d. deciſ.* 27. & per *Boer. d. deciſ.* 82.
Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

Adde, quod licet falſum etiā commit-
tere dicatur, qui ſciens, & dolo malo fal-
ſis ab alio fabricatis inſtrumentis vtitur,
non tamen quòad pœnam infligendam
inter componentem falſum inſtrumentū,

& inter

& inter vtentem, nàm ille ordinaria pœna plectatur, hic verò extra ordinem punitur, *l. 1. de falſ. Menoch. de arb. Iudic. lib 2. caſu 315. num. 2. & ſeq. Gilhauſen. in arbore criminu. cap. 2. tit. 26. num.* 17. & circa iſtam materiam, vtendi falſis ſcripturis, & qua pœna locum habet ſatis proſequitur *Farin. de falſit. quæſt.* 151. *per totam*, & falſa ſcriptura vtens, non debet puniri, prout fabricans, *Muta in prag. Sicil. tit. 35. nu. 52.* quàmuis falſum committatur de iure fabricando, & vtendo, *Giurba conſ. 5. num* 2. requirit tamen vſum ipſa falſitas, vbi *num.* 1. probat, nàm ad hoc vt is, qui vtatur falſa ſcriptura, duo debent concurrere, dolus proprius, & eo vſus, *Godoffr. à Bauo in praxi crimin. 5. falſum, num.* 53. ſed qui minus delinquit, vtitur falſo, & falſum non fabricauit, *vt ibi num.* 32. & quod pœna falſi in nobile eſt deportrationis cũ publicatione bonorum, in plebeo damnatio in metallum in ſeruo vltimum ſupplicium, refert *Caball. reſolut crim caſu* 165. *num.* 19. vbi in ſequenti *numero* aſſerit, quod Iudices duos tantùm gradus conſtituunt, quæ tamen pœna hodie non eſt in vſu, ſed deficiente ſtatuto Iudicis arbitrio conſtituitur, & quomodò arbitrari debeat, *ibidem nu.* 24. *& ſeq.* refertur, & quando punitur pœna mortis, *idem in caſu* 206. *num.* 4. *& ſeq.* & in falſificante literas Regis, quod non punitur pœna mortis, ſed falſi, *idem caſu* 216. & in falſificante literas Proregis, vel Locumtenentis, aut Vicarij Regis, leuiori pœna coercetur, quam ſi falſificaſſet literas ipſius Regis, *idem caſu* 206. *num.* 2. latè *Anton. de Ballis in tract. crim. lib. 3. tit de lit. diſpenſat. caſu* 12. *à* 4. *ad* 6.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Negatiua probata videtur, attenta probatione facta per reum in alio loco delicti commorantem.*

2 *In dubio ſemper præſumitur pro eo, quod delictum excuſat.*

3 *Iudex maiorem honorem ex abſolutione, quã condemnatione conſequitur.*

4 *Teſtes deponentes de auditu de inimicitia rei cum occiſo, & repulſanti, nec dantes cauſam ſcientiæ repelluntur.*

5 *Teſtes repulſati ob inimicitiam capitalem contractam cum reo non probant.*

6 *Inimicitia probata ad repellendum teſtes, ſi dicantur capitales, vel leues remittantur arbitrio Iudicis.*

7 *Inimicitia quando non eſſet capitalis contra teſtes faciunt tantùm inditium ad torturam.*

8 *Teſtes repulſati an faciant inditium ſaltem ad torturam.*

9 *Reus ſtante probatione negatiua, vrgentibus etiam inditiis ad torturam liberandus erit.*

10 *Delicta puniri Reipublicæ intereſt.*

11 *Officium Iudicis eſt proſequi malefactores, vt puniantur, & delicta eorum.*

12 *Fiſci Patronus dicitur reorum Inquiſitor, qui accuſat quemlibet de populo.*

13 *Fiſcus ſemper, & quandocunque poteſt in criminalibus procedere, licet interueniat accuſator.*

14 *Fiſcus dicitur magis dominus cauſæ criminalis, quam accuſator, in omnibus delictis.*

15 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandum delictum ex præcepto dominico.*

16 *Teſtis ſufficit, vt concordent in depoſitionibus.*

17 *Teſtes poſſunt eſſe conteſtes, licet vnus dicat, quod nullus alius erat præſens, vel de præſentia aliorum.*

18 *Fuga poſt homicidiũ commiſſum inditium, & præſumptionem, ac ſuſpictionem facit.*

19 *Fugiens ex fuga, in dolo patrati criminis eſſe dicitur.*

20 *Exul iudicabitur, quando inter exules repertus aufugit.*

21 *Fuga multum præualet, ad probandum homicium.*

22 *Fama per tres teſtes probata, iuncta cum vno de viſu, plenam fidem facit.*

23 *Fama de per ſe ſola, plenam facit probationẽ.*

24 *Fama probata cenſetur, per duos teſtes aſſerentes ità audiuiſſe.*

25 *Teſtes infames, & inhabiles ad probationem famæ admittuntur.*

26 *Conuictio oritur ex dolo præſumpto, ex varietate procedente ex dicto vnius teſtis.*

27 *Delicti præſumptio oritur, ex dolo rei negantis veritatem.*

28 *Inditium contra reum inquiſitum de homicidio, quando oriatur.*

29 *Teſtis vnus contra producentem plenè probat.*

30 *Teſtes probantes negatiuam, qualitèr deponere debent.*

31 *Teſtibus numero maioribus, & conteſtibus vera deponentibus, magis ſtandum, quam duobus præſertim in criminalibus.*

32 *Teſtibus duobus affirmantibus magis ſtandum, quam mille negantibus.*

33 *Metus videtur per actus extrinſecos illum incutientis.*

34 *Inimicitia capitalis, quæ dicatur.*

35 *Teſtis vt repellatur ob inimicitiam, qualitèr fiat, remiſſiuè.*

36 *Deciſio quæſtionis refertur.*

ARGVMENTVM.

## Pena homicidij commiſſi per clericum,quæ nàm ſit, & ſi probàta fuerit negatiua , ac etiam contra teſtes defectus probati.

ALLEGATIO XVII.

De anno 1651. die 18. menſis Maij Reuerendus D. Iacintus Faugnus de Terra Circelli,fuit inquiſitus de homicidio cōmiſſo in perſonam D.Franciſci de Simone eiuſdem Terræ, captaq; de eo diligenti informatione ad inſtantiam Violantis de Simone querelantis dicti occiſi germanæ fol.13. conſtito de eo, fuit per Adm. Reuerendum Archidiaconum Benenentanū dictus D.Iacintus condemnatus ad remigandum per decenniū fol. 53. à ter. cumque ſe granatus intenderit, ſupplicationem porrexit Sanctiſſimo appellando à ſupradicta ſententia , à quo Apoſtolicum obtinuit reſcriptū directè Illuſtriſs.Domino Epiſcopo Acerrarum,eiuſq; Vicario , & obtempta inhibitione cum inſerta forma , ac tranſmiſſis actis, querelans ipſamet de Simone comparuit coràm dicto Domino Delegato, inſtando confirmari prędictam ſententiā, nec non dictum inquiſitum declarari excommunicatum, ſeruata tamen poteſtate abſoluendi Summo Pontifice , vt legitur fol.64.

Pro parte tamen inquiſiti dicebatur, ex teſtibus in termino ſibi ad faciendas defenſiones concesſo, vt fol.71. examinatis, forè, & eſſe abſoluendū dictum D Iacintum inquiſitum de prædicto homicidio oppoſitis non obſtantibus contra ipſum in dicta Reuerenda Curia Terræ Circilli. Primò,cum ſit probatum dictum inquiſitum tempore homicidij commiſſi,& ſignantèr in eadem hora ſe ipſum reperiri in aliqua ſua Villa ſita, & poſita in Caſtello Pagano,& ſic non poterat adeſſe in loco delicti commiſſi tēpore homicidij, quia probata præſentia in vno loco, dici-
1 tur probata abſentia in alio loco , & iſto modo perfectè dicitur probata negatiua, ex *Föller. in pract. crimin. verbo recipiantur defenſiones,num.31. Io de Amic.conſ.82.nu.1. Iul.Clar quæſt 52.verſ.ſcias autem,Grammat. deciſ.56.nu.4.* communitèr ex *Canoniſtis omnibus in cap.ex tenore,de teſtibus, & Legiſtis in l.actor,de prob.tt.* proùt concludit *Sebaſtian. Guazzin. in tract. de defenſ. reor. defenſ. 28. cap.1.num.13.*

Qua negatiua ſic probata , dictum inquiſitum liberandum eſſe puto; non obſtant teſtes examinati contra dictum inquiſitum . Primò , quia ſtantibus proba-
2 tionibus pro vtraque parte,in dubio ſemper pręſumitur pro eo,quod delictum excuſat, *l meritò, ff.pro ſocio, Alex.conſ.5.vol.4. Iaſon.in l.1. ff de verb.oblig. & in l.ſciendum, C.de ſeru. fugit.* & adeſt etiam regula *iur. in 6.* in pœnis benignior eſt interpetratio facienda,tantò magis,quod teſtes examinati in dicta negatiua, ſunt melioris conditionis,quam teſtes Fiſci,& Iudex maio-
3 rem honorem ex abſolutione,quam condemnatione inquiſiti conſequitur, *Paul.de Caſtr.conſ.319. Petr de Ancha.in ſuo conſ.24.* & contra faciētes Iudices , dicunt hi Doctores eſt facere cōtra *l.abſentem, ff.de pæn.* quam ſequitur *Dec.conſ.175. Innoc. in cap. quam veriſimile de præſumpt.*

Confirmatur , quod non eſt veriſimile dictum inquiſitum huiuſmodi homicidiū commiſiſſe,cum probatum fuerit,eſſe Sacerdotem magnæ deuotionis, Canonicū, Confeſſorem,Prædicatorem, non iracundum , & beneuolum dicti D.Franciſci, & ſimilia,& in illa die cōmiſſi homicij, ſanctam Miſſam celebraſſe , quæ omnia animum Iudicis Inducere debent ad abſolutionem inquiſiti, vt aſſerunt ſupra allegati DD.

Neque obſtat contra dictum inquiſitū obſtare, inimicitiam contractam cum dicto mortuo, tempore quo viuebat, vt aſſe-
4 runt teſtes Fiſci , quia dicti teſtes ſunt repulſati,& deponunt de auditu tantùm,nō dantes cauſā ſcientiæ , deficientibus etiā omnibus alijs requiſitis neceſſarijs approbatis à Doctoribus,ità *Clar.in §.fin.quæſt.6. verſ.illud tamen, lib 5. Bart.in l.de minori, §. plurimum,num.19 ff de quæſt. Simanc.cap.63. num.16.* & communitèr DD. omnes, quapropter excluditur etiam inditium contra ipſum inquiſitum,per publicam famā homicidij commiſſi per Fiſcum probatā deficientibus prædictis omnibus requiſitis .

Secundò , quia dicti teſtes de viſu fuerunt repulſati,propter inimicitias capita-
5 les contractas cū dicto inquiſito, quæ inimicitiæ fuerunt in ſpecie probatæ, vt volunt DD. inter quos *Bald. in l. ſi quis teſtis, in fine,ff.de teſtibus, Iaſon.in l.ſororem,ff.de his, quibus vt indign. Imol.in cap. Raynutius, de teſtam. Grammat.deciſ.34.nu.21.cum ſeq. Foller. vbi*

*ter. vbi ſupra verbo conceditur repulſa, nu.*11.
*Sebaſt.Guaz. in tract.de defenſ.reor.defenſ.*28.
*cap.*8. *num.*2. & an prædictæ inimicitiæ in
6 actu probatæ, dicantur capitales, vel leues
ad repellendum teſtem ad probandum
contra reum, remittitur arbitrio Iudicis,
*Bart. in l.maritus,ff.de quæſt.Marſill.in l.*1.§.1.
*ff.eodem, Innoc. in cap.cum oportet, de accuſat.*
aſſerentes etiam quod quando inimicitia
non eſſet capitalis, neque dictum teſtem
7 congruentèr probare, ſed tantùm facere
inditium ad torturam, vt aſſerit dictus
*Grammat.deciſ.*34.*num.*58. quod non mili-
tat in caſu noſtro, cum ſint dictæ inimici-
tiæ probatæ capitales, vt apparet ex pro-
ceſſu.

8 Neque Secundò obſtat inquiſitionem
aliquorum, & dictos teſtes ſic repulſatos
facere ſaltem inditium ad torturam, inter
quos idem *Guazzin. cap.*9.*nu.*3. *Grammat.*
*num.*11. alijq; per eos allegati, quia idem
9 *Guazzin.cap.*1.*num.*15. dicit, inquiſitum
probata negatiua vt ſupra liberandum
eſſe, quàmuis adeſſent inditia ad torturã,
vt per eum, cum dicta probatio ſit plenè
probatio, ità etiam *Alex. conſ.*24. *num.*17.
*lib.*2. vndè ex variatione, & inhabilitate
teſtium Fiſci examinatorum contra dictũ
inquiſitum, puto liberandum forè.

Ex aduerſo ipſe fiſcale munus gerens,
nè facilè delictum in vltum totalitèr per-
10 tranſiret, contra iura diſponentia, quod
Reipublicæ intereſt delicta puniri, ad *tex.*
*in l.ità vulneratus,§.quod ſi quis,ff ad l.Aquil.*
cum alijs per *Dom. Io. Baptiſtam de Thoro*
*I.C.celeberrimum par.*2.*voto* 66.*num.*74. *vo-*
*to* 93.*num.*2.*& voto* 97.*num.*8. pro punitio-
ne delicti inſtando, cuius proprium ſit of-
ficium (ſcribit idem *Dom.Thorus voto* 22.
11 *num.*3.) perſequi delinquẽtes vt punian-
tur *Hieron.de Laurent.deciſ.Auen.*111.*nu.*7.
ſed etiam agere vt delicta puniãtur, ideò
agit criminalitèr pro intereſſe publico,
*l.omnes,C.de delat.lib.Mill.in praxi crimin.* §,
*exhibere, in* 6.*commiſſ.fol.*118. *num.*3. & ſic
accuſat de iure, & Conſuetudine Regni,
*idem in §.viſo indiciorum,fol.*38.*num.*1.& di-
citur vltor delictorum, *Burg. de modo pro-*
*cedendi ex abrupto,quæſt.*19.*num.*2. nimirùm
12 quia Fiſci Patronus dicitur reorum in-
quiſitor, qui accuſat quemlibet de popu-
lo, *Maſtrill.deciſ.*214.*num.*32. idcircò tene-
tur ea, quæ proponit contra inquiſitum
probare, *Farinac.conſ.*114.*num.*48. imò ne-
dum delictum facientẽ probare, ſed qua-
litatem delicti, idem *Farin.conſ.*175.*nu.*12.
13 quapropter Fiſcus ſemper, & quãdocun-
que poteſt in criminalibus procedere, li-
cet interueniat accuſator, ità *Maſtrill. de-*
*ciſ.*213. *num.*2. ſubdens *num.*3. ex quo Fi-
ſcus dicitur magis dominus cauſæ crimi-
14 nalis, quam accuſator, & in omnibus de-
lictis publicis, & Priuatis ſubintrat, idem
*Maſtrill.deciſ.*207. hactenus *Dom. Io. Bapt.*
*de Thoro*.

Eſſe exequendam ſententiam latam
cõtra inquiſitum, vtpotè de prædicto ho-
micidio commiſſo in perſonam dicti D.
Franciſci conuictum, nec non declarari
eum in pœnam excommunicationis inci-
diſſe, eiuſq; abſoluendi poteſtatem, reſer-
uando Sanctiſſimo ſequentibus meum
aperui ſenſum.

Quodque dictum homicidium fuiſſe
à dicto D.Iacinto de eo inquiſito cõmiſ-
15 ſum, apertiſſimè demõſtrabatur: Primo,
ex teſtibus de viſu nu.4. vt legitur fol.19.
20. 21. 22. 23. & 24. cum duo tantùm ad
illud probandum ſufficiant, iuxtà illud
Dominici præceptum *Deuteronom.*19.15.
(non ſtabitis teſtis vnus contra aliquem,
quicquid illud peccati, de facinoris fue-
rit, ſed in ore duorum, vel trium teſtium
ſtabit omne verbum.) Item *Matth.*18.16.
ſic etiam *Apoſtoli ad Corinth.* 13. 1. ecce
tertio hoc venio ad vos (loquens) in ore
duorum, vel trium, ſtabit omne verbum,
& teſtatur Summus Pontifex *Alexander*
*Tertius in cap. licet vniuerſis* 23. *in fine, verbo*
*de teſtib.& atteſtat.* ibidemq; aduertit *Gloſ.*
*verbo duorum.*

Nec Aduerſarius aduerſus huiuſmodi
fundamentũ erit in eius obiectione exau-
diendus, quod nulla eſt prædictis teſtibus
fides adhibenda, tanquã ſingulares, & non
ſine falſitatis labe, ex quo ſe ipſos in con-
teſtes non allegent.

16 Decipitur apertiſſimè Aduerſarius, ſuf-
ficit enim, vt in depoſitione concordent,
vt clariſſimè patet ex proceſſu, ità ſingu-
laritèr dixit *Paul. de Caſtr.in l.fin.C.de bon.*
*poſſeſſ ſecundum tabulas nu.*6. quod vt quo-
tidianum admonet ipſe eſſe menti tenen-
dum, quem ſequitur *Hyppol.de Marſil. ſin-*
*gul.*401.*nu.*2. *Farinac.de teſtib.quæſt.*64.*nu.*29
*Anton.Gabr.* per eum relatus *commun. concl.*
*concl.*2.*num.*5 qui *num.*6. ampliat, quod te-
17 ſtes poſſunt eſſe conteſtes, licet vnus di-
cat, quod nullus alius erat præſens, vel de
præſentia aliorum nõ recordetur, ex ſen-
tentia *Hyppol.de Marſil.d.ſingul.*401. idem
conſulendo tenuit *Iacob.Mandell.conſ.*602.
*num.* 23. *& conſ.* 623. *num.* 6. vbi *Addentes*
*volum.*4.

Secundò ex fuga ſtatim poſt homici-
dium commiſſum ſequuta, per duos teſtes
probata,

18 probata, fol 7. & 11. quæ indicium, præ-
ſumptionem,ſuſpicionemq; non leuem,
nulla eſt apud DD. dubitatio,quin faciat,
vt expreſſè deſumitur ex *text.in § igitur,ae
latente eo. auth.de exhibend.reis, in l.in eos, ff.
de cuſtod.reor.in l.in puber,§ in puberibus,ff de
ſuſpect. tutor. & in l 3. §. ſi ad diem , ff de re
milit.* ex quibus iuribus hoc ipſum firma-
runt *Bart. & DD. in l ſi quis ità fugitiuus ,
§ ſicuti, ff.de ædilit edict. & in l.Cornelia, ff.ad
Syllan. Bald. in l.voluntatis, num 11. C.de fi-
deicommiſſ.& conſ.250.num 3 vol.1 Felin.in
cap.nullus,num 3 de præſumpt.Guid.de Suzar.
in tit.de indit.& tortura nu 33.verſ.item ſi au-
fugit, Carrer.in praxi crimin.tract.2. tit de in-
dit.& tortura.§.tertium inditium, num.1. Lau-
rent Abocca inter conſ.crim.diuerſ.conſ.63.nu.
17. lib.2.*

19 Ex fuga namq; huiuſmodi in dolo pa-
trati criminis auſugiens eſſe dicitur ob-
ſeruat,*Maſcard.tom.1.de probat.concluſ.532.
num.23.* ex *reſponſ.Vlpian in d.l.in puberibus.*
qui *tom.2. concluſ.819.num.7.* generalem
ampliando concluſionem, inquit, vt fuga
faciat probationem , quòad tollendam
incertitudinem, & dubitationem, quando
20 dubitatur quis commiſerit delictum , vt
ſi duo ſint exules eiuſdē nominis,& igno-
ratur, vter ipſorum ſit exul, tùnc ille, qui
fugit, iudicabitur ille, qui exilio mulcta-
tus eſt, vt retulit *Franciſc.Caſſ. in tract. ma-
leſ. tit.de fug cap.4. num.23.* quod placuit
*Marſil in praxi crim.in § diligentèr,poſt nu.47
verſ ſed tu vltra,& in rubr.C.de probat. num.
285. in fine,* vbi refert *Bald.* ità ſentiente *in
l.voluntatis, nu.11. C.de fideicommiſſ.* ex quo
dixit *Menoch.de præſumpt.lib.1. præſūpt.89.
num.36. & ſeq.* quod multum præualet ad
21 probandum homicidium , & ſequuntur
DD. ſuper eum,ex cuius ſententia obſer-
uat *Farinac. in praxi crim. tit.de indic.& tort.
quæſt.48 num.69.* quod ſi fuga fuerit iuncta
cum vno teſte de viſu immediatè de deli-
cto diſponente, tùnc forſan poterit ſuffi-
cere ad condemnandum; eo magis,quod
in caſu noſtro duo ſunt teſtes , qui de fu-
ga deponunt,vt coſtat in facto.

22 Tertiò , ex fama per tres teſtes ad eius
defenſionē examinatos, vt legitur fol.78.
à ter.lit.C.& fol.94. à ter. lit.B. qui iuncti
cum vno de viſu , plenam faciunt proba-
tionem,notat *Felin. in cap.veniens, num.16.
in fine,de teſtib. Angel de maleſic.in verbo quod
fama publica, num.41. verſ. tene tamen menti,
Marſil.in l.de minore, §.plurium,num.11.ff.de
quæſt.Corrad.in praxi rubr.de teſtib. §.dicta te-
ſtium aſſumendo,num.54. verſ.ſed hanc limita-
tionem,fol.142.Maſcard.tom.2.de probat. con-
cluſ.753. num.11. Magon. deciſ. Lucenſ.46.
num.15.* ſiquidèm cum veriſſima ſit ſentē-
23 tia , fama de per ſe ſolā ſemiplenā facere
probationem, iuxtà tradita per *Bart.in l.de
minore, §.pluriū,verſ.& alibi, ff.de quæſt.Felin.
in d c.veniēs,de comun.*& ità in praxi ſeruati
teſtatur *Dec.* cōtrarijs ſatisfaciēs *in d. cap.
veniens,nu.24.& in cap.1 nu.36.* vbi *Addentes
lit.B. Io.Bapt.Villalob in ſuis com. opin. verbo
fama, num.6.idem Maſcard.d.concl.753.nu.6.*
cenſuitq; *S. Roman.Rot. deciſ 330. alias 15.
de re iudic.in nouiſſ.& deciſ.82 num.2.in princ.
par.1.diuerſor. Caputaquenſ.deciſ.208.num.7.
par.7. Bellam. deciſ.740.* iuncta ergo cum
alia ſemiplena vnius teſtis de viſu plenā
probationem facit, ex ſuperiùs traditis
ſufficientèr namque famam probatam
24 eſſe dicitur per duos teſtes aſſerentes ſe
publicè ità audiuiſſe,tradunt *idem Bart.in
d. l de minore, §. plurium, verſ.quæro qualitèr
probetur, Villalob.vbi d.num.9. Viuius in com-
mun. opin. verbo teſtes in his, quæ percipiuntur
ſenſu corporeo ,* qui de communi teſtantur,
ſequuntur *idem Maſcard. concluſ. 749. nu.1.
Farinac.d.quæſt.47.num.208.*& ità in Curia
Romana ſeruari,refert *Pariſ.conſ 52 in fin.
Ferrett. conſ.168. poſt num.19.* quam quidē
Romanæ Curiæ obſeruantiam (fateor) in
materia probationū omnes alias Curias
imitari debere.

Quibus accedit, quod ſupradicti teſtes
fuerunt à parte ad eius defenſionem pro-
ducti ab ea,quæ eorum dicta fides, & per-
ſonæ approbata, quæ omnia adeò vera
25 ſunt,vt tametſi teſtes fuerint infames , &
inhabiles , etiam ad eam probandam ad-
mittuntur, docet *Iaſon. in cap.cum poteſt, de
accuſat.*

Quodq; de huiuſmodi delicto commiſ-
ſo dicatur cōuictus,aperitur ex dolo præ-
26 ſumpto, ex varietate, de qua ipſemet in-
quiſitus ab vno ex teſtibus ad eius defen-
ſionem examinatis,vt fol.97.à ter. cōuin-
gitur , vt I.C. loquitur in *l.ſeruus, §. ſi per-
ſuaſerit, ff. de dolo, & in l. ſi quis affirmauerit,
Bar in l.procurator, qui pro euictione,ff de pro-
curat.Crauett.conſ.1.nu.23.lib.1.& conſ.281.
num.7. Imol. conſ.78.in princ. Riminald. conſ.
274.num.66.lib.3. Dec conſ.32.nu.24.& ſeq.
lib.1.Maſcard.vbi ſupra concluſ.532.num.19.
& ſeqq. Grammat.conſ.5.nu.6.*& ſtante dolo
27 negantis veritatem,non eſt mirum,quod
contra ipſum oriatur delicti præſumptio:
Et hæc concluſio non ſolùm eſt commu-
nis, prout teſtatur *Roland.conſ.14.* ſed etiā
ab omnibns approbata, apertiſſimè enim
deponere in eo fatetur, poſt peractū ſan-
ctiſſimum ſacrificium Miſſæ ſolus ab ea
eximit,

Digitized by Google

exiuit. vineamq; verſus iter fuit, vt legi-
tur fol. 43. At primus teſtis ad eius de-
fenſionem examinatus, dicit peractis miſ-
ſis, dictus inquiſitus inſimul cum quondã
D. Franciſco de Simone ab ea diſceſſerũt
domum verſus iter facientes, ſumentes,
vulgò dicto *Tabacco*, quod dictus quondã
D. Franciſcus dicto inquiſito præbebat, vt
legitur d. fol. 97. à ter. ex eo enim maxi-
28 mum contra eum oritur inditiũ, ad *text.
in l. vnius teſtis, § teſtes, ff de quæſtor.* vbi *Bart.
num. 3. Felin. in cap. literas, extra de præſumpt.
Alex conſ. 62 vol. 3. Grammat conſ. 17. num. 9.*
de communi teſtatur *Roland. conſ. 14. n. 19.
lib. 4.* vbi alios refert concordantes.

Nec obſtat proindè, ſi pro parte inqui-
ſiti objiciatur vnicum eſſe teſtem hoc de-
29 ponentem: Cum quod vnicus teſtis con-
tra producentem pleniſſimè probat, no-
tat *Iaſon. in l admonendi, ff. de iure iur. Specul.
in tit de teſtib. §. reſtat, num. 11. in fine. Maſcard.
de probat. tom. 3. concluſ. 1366. num. 5.* alijſq;
quos longa ſerie allegari, & ſequitur *Fa-
rinac. de teſtib. quæſt. 63. nu. 51. Dom. Io. Bapt.
de Thoro par. 1. voto 35. num. 15. Dom Regens
Sanfelic decif. 163. num. 5. par. 2.* ex doctrina
*Roman conſ. 104. num. 6.*

Ad Primum ergò obiectum, in quo di-
citur inquiſitũ tempore homicidij com-
miſſi, & ſignantèr in eademmet hora re-
periri in aliqua ſua villa ſita, & poſita in
Caſtello Pagano, & ſic non poterat adeſſe
in loco delicti tempore homicidij com-
miſſi, ex regula illa, quod probata præſen-
tia in vno loco, dicitur probata abſentia
in alio modoq; iſto, perfecta dicitur pro-
bata negatiua. Reſpondetur, quod teſtes
30 ad probandam negatiuam pro parte in-
quiſiti producti, non benè concludunt, eo
quia deficit forma verborum, qua ipſi ad
eam probandam debebant, vt enim con-
cludi, & dicere debebant, quod continuè
per id tempus continuum, de quo depo-
ſuerunt teſtes accuſatoris, ipſe fuit in ſua
villa, vt ex *Ioan. Andr. Doctoriſq; reliquis in
cap. ex tenore de teſtib. Bald. in d. l. optimam ſu
per verbo die,* & *text.* vbi *Gloſ. in §. item verbo-
rum, Inſtit de inutil. ſtipulat.* firmat *Boſſ. in tit.
de defenſ. reor. num. 24. fol. 126. à ter. 1. colum.*
maximè vbi locus parum adeſt, ità vt po-
tuiſſet ire, & redire, vt in facto probatur,
quod dicta Villa, in qua dicitur ſe fuiſſe
parum diſtat à Terra Circelli, vt legitur
fol. 94. à ter. lit. B.

Sed quàmuis perfectè eſſet probata ne-
gatiua, vt ex aduerſo præſupponitur, duo
ſunt teſtes illam probantes, verum teſtes
pro Fiſco ſunt numero maiores, propte-
reà his ſtandum ſit numero maioribus, &
31 conteſtibus, atq; vera deponentibus ma-
gis, quam duobus, ad *tex. in cap in noſtra 32.
de teſtib. Anton. Gabr. lib. 1 tit. de teſtib concl. 4.
num. 10 & ſeq. Rota Romana deciſ 272. nu. 3.
& deciſ. 299. nu. 2. par 3. in recent.* plenè *Bar-
boſ. in d cap. in noſtra, nu. 11. & in cap. licet cau-
ſam, num. 11. de probat. Dom. meus Maranta
par. 2. reſponſ. 45. num. 8.* præſertim verò in
criminalibus, & ad criminis excluſionẽ,
*Gabriel vbi ſupra num. 20. & 50. Viuius deciſ.
377. num 9. lib. 2.*

Immò eitò, quod teſtes negantes eſſent
numero plures, non eſt ipſis credendum,
32 cum potiùs ſit duobus teſtibus affirman-
tibus fides adhibẽda, quam mille negan-
da, quam mille negãtibus, vt probat *Gloſ.
in l. diem proferre, § ſi plures, ff. de arbitr.* quã
ſequitur *Bart in l. 1. in princ. ff de ventre in-
ſpiciendo,* alijſq; quos refert *Gratian. tom. 5.
forenſ diſcept. cap. 843. num. 18. Farinac. de te-
ſtib. quæſt. 65. num. 201. & 241.* quemadmo-
dum in teſtibus de metu deponentibus,
receptiſſima eſt ſententia, quod magis
fides duobus habetur teſtibus de metu
atteſtantibus, quam ille de ſpontanea vo-
luntate deponentibus, cùm hæc res ſit,
quæ in præcordijs deliteat, neque appa-
33 reat; Metus verò videtur per actus extrin-
ſecos illum incutientis, *Innoc. in cap ſuper
hoc 5. de renunciat. Sanchez de matrim. tom. 1.
lib. 4. diſput. 27. nu. 1. Gamma deciſ. Luſit. 250.
num. 4.* vbi *Florez de Mena in addit. Marant.
conſ. 39. num. 34. Rota Romana in vna Leodien.
Caſtrorum coràm Reu. P. Dom. Motmanno de-
ciſ. 315. num. 1. par. 5. diuerſ. Barboſ. voto 1. à
num. 80 lib. 1.*

Ad Secundum verò obiectum, quod in-
ter Fiſcales, & ipſummet inquiſitum capi-
tales contractas eſſe inimicitias, ſicque
vtpotè inimici fuerunt ab eo repulſati;
Facilis eſt reſponſio, nàm capitalis, quæli-
bet exiſtimari haud debeat inimicitia,
prout talem teſtes ad eius defenſionem
producti exiſtimant, qualis non probatur
ità, ſi rectè ipſemet aſſertæ perpendantur
34 inimicitiæ. Capitalis enim inimicitia
eſſet ſi vno contingerit ex caſibus enume-
ratis per *Franciſc. de Auiles in cap. 25. Prætor
verbo la pragmatica num. 8.* & talis ad repel-
lendum teſtem vt inimicum requiritur,
notant DD. plena manu relati per. *Fari-
nac. de teſtib. quæſt. 53. num. 17. & 52. limit. 1.
Gratian. tom. 2. forenſ diſcept. cap. 184. nu. 28.
Dom. Regens Capycius Latro deciſ. 90 nu. 17.
tom. 1. Ciarlin. tom. 2. forenſ. contron. cap. 174.
num. 45* ex pluribus iuris fundamentis fir-
mauit *recolendæ memoriæ ſapientiſſimus ille*

*I. C.*

Digitized by Google

I.C. D. Franciſ. Merlinus olim S.R.C. Praſ. tom. 1. controuerſ. cap. 98. per tot. qui in cauſa Auguſtini Porrecta de blaſphemia inquiſiti, eum de capitali non conſtabat inimicitia ad repellendos teſtes contra ipſum examinatos, ſic cenſuit, quod decretum in cauſa reclamationis ad eius relationē per Collaterale Conſilium fuit confirmatum.

36 Et ità dixi, & voti fui poſtmodùm die 4. menſis Aprilis 1653. ſententia remigationis per decennium lata per Reuer. Archidiaconum Beneuentanum, reuocata fuit per Adm. Reu. Dom. Vicarium Aerarum Apoſtolicum Delegatū, & per decennium ad exulandum condemnatus, nec non excommunicatus, & irregularis declaratus. Verùm pro parte querelantis porrecta fuit cōparitio appellando à ſententia quoàd relegationem, & fuit admiſſa appellatio, ſed vlteriùs non proſequutum. Acta ſunt penès Tepedinum cauſæ Actuarium.

*Ioſeph Spera.*

## SVMMARIVM.

1 *Doctores torqueri an poſſint de iure communi, ſecus de iure conſuetudinario, nu 2. & an de iure valeat, num 3.*

4 *Doctores antequàm torqueantur degradandi ſunt, & refertur deciſio, num. 5. & in quibus delictis, num 6.*

7 *Modus torturæ adhibēdæ arbitrio Iudicis relictum eſt, quod eſſe debet regulatū à iure. n. 8.*

9 *Iudex facere debet illud, quod ſi in eius perſona euenerit, fieri vellet.*

10 *Iudex in atrociſſimis, debet obſeruare iuris diſpoſitionem.*

11 *Sollēnitates, quæ in aliis criminibus obſeruantur, in enormibus obſeruari debent.*

12 *Ordo eſt ordinem non ſeruari, conſulto Principe, & non alitèr, num. 13.*

14 *Arbitrium Iudicis in torquendo qualitèr verſari debeat.*

15 *Iudices in torquendo, nō debent abuti arbitrio.*

16 *Tormenta adhibenda ſunt non qūto accuſator poſtulat, ſed vt moderata rationis temperamenta deſideranda.*

17 *Iudicibus ſæuientibus immodicè freni temperies adhibenda erit.*

18 *Iudices canes appellantur, immoderatè ſine iuditiis reos torquentes.*

19 *Iudex iniuſtus homo appellari non poteſt, ſed inter animalia bruta connumerandus.*

20 *Confeſſio extorta à reo immoderatè nulla erit.*

21 *Argumentum à poteſtate dominica ad poteſtatem Iudicis validum.*

22 *Immoderata ſæuitia, & quæſtio etiam in ſeruū à quacunque perſona habenda, punitur in iure.*

23 *Quod enim prohibitum eſt, & punibile in priuatis, fortiùs in Magiſtratibus, qui ſub colore iuſtitiæ delinquunt, & nullum effectum operari.*

24 *Crimen falſi ſub atrociſſimis delictis, an commeretur.*

25 *Iudices caueant, nè torqueant in delictis ordinariis cum ſubtili corda.*

26 *Ratificatio confeſſionis per atrociora tormenta eruta, an procedat.*

27 *Ratihabitio confeſſionis, an ex iniuſtitia torturæ ſuppletur.*

28 *Vſurpator Regiæ iuriſdictionis qua pœna debet puniri, & num 34. & 38.*

29 *Vſurpantes Regiam Iuriſdictionem committūt crimen leſæ Maieſtatis.*

30 *Falſi crimine tenetur nomen ſibi vſurpando, quod realitèr nōn habet.*

31 *Falſum eſt veritatis mutatio.*

32 *Falcem ponere in alienā meſſem, non eſt licitū.*

33 *Vſurpare iuriſdictionem quando dicatur.*

35 *Iuriſdictionis creatio eſt de regalibus.*

36 *Vſurpator iuriſdictionis, quis dicatur.*

37 *Iuriſdictio exercetur de mandato Regis in Regno, & non ab extero.*

39 *Vſurpare iuriſdictionem quando dicatur.*

40 *Barones quando dicantur iuriſdictionem Regiā vſurpare.*

41 *Magiſtri Iurati, quando vſurpant iuriſdictionem.*

42 *Vſurpare iuriſdictionem, vel excedere, quandò dicatur.*

43 *Nomen alicuius aſſumens dignitatis, & ſimilis, qua pœna punitur.*

44 *Crimen ſtellionatus quando locum habet.*

45 *Pœna falſæ aſſertionis, quæ nàm ſit.*

## EPITOME.

Doctores nùm torqueri valeant? In quibus delictis procedat tortura? Confeſſio per atrociora tormēta exorta, an valeat? Et nùm eius ratificatio ſpontanea ipſius torturæ iniuriam ſuppleat? Et vbi quæſtionibus veniunt ſubijciendi quænam genera tormentorum ſint adhibēda? Regalem vſurpans iuriſdictionē, qua pœna ſit puniendus?

ALLE-

## ALLEGATIO XVIII.

Hieronymus N. I.V.D. in conſeſſu Illuſtriſſimorum Senatorum noſtri Almi Collegij vti ciuis admiſſus, inquiſitus de prætenſis falſitatibus,& in M.C.V. per quinquennium continnum carceratus,receptis defenſionibus,dùm erat ex decreto ipſius M.C. torquendus, fuit ſpoliatus non more ſolito, ſed vſque ad pudenda denudatus,pluribus verberibus afflictus, ſuniculis tortus,& demùm cum eiſdem funiculis ad cordam alligatus,non obſtante proteſtatione per ipſum facta,in qua aſſerebat ſe vti erniosum non debere ſubijci cordæ tormenro. Per hęc igitur tormentorum genera fuit confeſſus ſe animo extorquendi pecuniam cum qnibuſdam ſocijs acceſſiſſe ad nonnullos Oppidos Aprutij, ibiq; finxiſſe ſe Cõmiſſarium M.C.V. præuio ordine Regij Collateralis Conſilij ad explorandas contrauentiones ſactas per Vniuerſitates illas circa ſtatum diſtinctum per Dominum P. olim ad hoc deſtinatum pet S.E. Faſſus etiam fuit expediuiſſe literas exequutoriales contra Syndicos, & Electos Terræ Atini, quarũ vigore exequutũ fuit ſuper quibuſdam Animalibus Vaccinis per eius ſocios,quibus ipſe vti Commiſſarius licentiam dederat aſportandi arma.. Plura etiam confeſſus fuit, quæ cum leuiora ſint, vel iuris indaginem non requirant, nè prolixiùs quàm par eſt, protrahatur oratio, prætermittuntur.

Euenit ex huiuſmodi facti contingentia de duobus dubitari: Primò numquid præfata confeſſio extorta per huiuſmodi tormenta ſit *ipſo* iure nulla? Secundò,dato quod legitimè ſaſſus eſſet, qua nàm pœna veniret pro prædictis puniendus. Nos pro ſolutione Conſulti,noſtrũ,vt aperiremus ſenſum, quòad Primũ caput plures reſpondimus eſſe examinandos caſus. Primò, an legũ Doctores, aliarumq; ſciẽtiarum torqueri valeant? Secundò, eſto quod poſſint torqueri, quibus in delictis procedat tortura? Tertiò, an arbitrium Iudicis debeat eſſe regulatum in illis torquendis. Quartò,an præfata tormentorũ genera illis in torquẽdis ſint adhibenda. Vltimò, an ratihabitio extra locum torturæ ſuppleat in iuſtitiam ipſius torturæ.

Et ſanè quòad Primum diſtinguendo reſpondimus, quod iure communi inſpe-
1 cto,legum,aliarumq; ſcientiarum Doctores,iuxtà theoricam *Bart. in l.1.num.2.C.de dignit. lib.*12. haud valent torqueri, cuius theoricam ſequitur *Alex. in addit. ad eundẽ Bart. in l. medicos, C. de profeſſ. & medic. lib.*10. *Paris de Puteo in tract ſynd. verbo an Doctor, num.*1.3.*&* 8. *Boſſ. in tit. de indit. & conſider. ante tortur num.*111. *Gomez de delict. cap.*13. *ſub rubr. de tortur. & qualitèr ad eam ſit deueniend. num.*3. *Iul. Clar. quæſt.*64. *verſ. quæro an Doctores, Brunor. à Sole conſ. crim.*180. & cõmunitèr teſtatur tenere DD. *idem Gomez tom.*3. *variar. d cap.*13. *num.*3. *verſ. item reperitur prohibitus Doctor,* cum relatis *Farinac. in praxi de indic. & tortur. quæſt.*41. *à num.*37. qui *à num.*40. *vſque ad* 44. multis hoc am-
2 pliat in caſibus. Secus autem conſuetudinario attento iure, vt per *Grammat. voto crimin.*25. *num.*4. *Franc. Marc. deciſ.*707. *nu.*1. *&* 2. *par.*1. *Franc. Caſon. de torment cap.*10. *num.*14. *verbo decuriones*, qui de generali totius Italiæ conſuetudine teſtatur *Petr. Caball. caſu* 200. *in fine, Vulpell. reſponſ. crimin.*141. *in fine*, & in conſulendo,& iudicando
3 etiam quod talis conſuetudo de iure non valeret, ità tenendum eſſe ſcribunt, *Brun. tract. de indit. & tortur. par.*2. *quæſt.*4. *num.*23. *ad finem, verſ. ſed de conſuetudine, Grammat. d. voto* 25. *num.*4. *Farinac. cum per eum d. q.*41. *nu.*54. *&* 56. quidquid alij dixerint *nu.*55.
4 & vbi eſſent torquendi, priùs ſunt degradandi, inquit *Alex. in addit. ad Bart d. l. medicos, & in l. omnes Iudices,* per *text. in l. exempta, ff. de maleſic. & mathem.* ibi (*præſidio dignitatis exuſi*) allegatũ à *Roman. in ſuo quodam ſermone incip. Manifeſtiſſimum*, & relatis alijs perpendit *idem Farinac. num.*44. & ob-
5 ſeruatum per M.C.V. in perſonam cuiuſdam Auditoris Prouinciæ manum ſalſificantis Gubernatoris, qui poſt degradationem Doctoratus fuit perpetuò deportatus, refert cum per eum *D. Thor.* 2. *par. compend. verbo falſificans literas Regis*, obſeruauitq; etiam *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ.*56. *ſub num.*18. *num.*1.

Verum tamen hoc intelligimus, quoli-
6 bet haud delictorum genere, at in atrociſſimis tantùm (& ad ſecundum deuenimus caſum) quæ enumerat *Bald. in l. decuriones, ff de quæſt. Aretin. tract de maleſic. verbo quod fama publica, quæſt.*5. *fol.*90. *à ter.* ibidemq; *Addentes, Sforz. Odd. tract. de reſtit. in integr. par.*2. *quæſt.*80. *num.*5. *& ſeqq. Clar. §.*1. *verſ. ſunt etiam*, qui iuxtà per eum ænnunerata refert annuiſſe Mediolanenſes Senatum petitioni Sereniſſimi Regis, ſequiturq; *Farinac. de delictis, & pœnis, quæſt.*18. *num.*89. *&* 90.

7 Quibus ex caſibus modũ torturę adhibendæ,remiſſi Iudicis arbitrio,dixit *Bal. in l. vnica, num.*9. *C. de confeſſ.* & quamplures

quos congerit *Menoch. de arbitr. caſu* 271.
*num.* 2. qui tamen modum ſeruare debet
iuxtà conſuetudinem, & qualitatem per-
ſonæ, docet *Dom. de Marin. tom. 1. reſol. quo-*
8 *tid. cap.* 205. *num.* 3. hoc autem arbitrium
debet eſſe regulatum à iure, vt voluit idẽ
*Angel. vbi ſupra num. 9. Corrad. in praxi, tit. de*
*denegat. crimin. & torment. nu.* 16. *Hippol. Ri-*
*minald. conſ.* 361. *num* 50. *in fine vol.* 4. *Eugen.*
9 *conſ.* 27. *num* 67. vbi inquit Iudicem debe-
re facere illud, quod ſi in eius perſona
euenerit, fieri vellet, idemque ſcripſit *Fla-*
*min. Cartar. in tract. de interrog. reis, cap.* 1 *n.* 57.
*&* 128. *Paris de Puteo de repetit. tortur. verſ.*
*& ſemper in dubus, Clar. d. quæſt.* 64. *verſ hac*
*autem omnia. Farinac.* cũ alijs longè, latèq;
coacernatis *vbi ſupra nu.* 193. qui quomo-
dò cõmunitèr huiuſmodi opinio decla-
retur, latè explicauit *quæſt* 36. *num.* 232. &
idem pro more docet recolendæ memo-
riæ *Dom. Præſ. Merlin. omni virtutum genere*
*I.C. ornatiſſimus tom.* 1 *forenſ. controu. cap.* 96.
*num.* 17.
10 Cum receptiſſimum ſit apud DD. quod
Iudex etiam in atrociſſimis debet obſer-
uare iuris diſpoſitionem, prout tradit *Io-*
*doc. in praxi crimin. cap.* 55. *rubr. de condemnat.*
*& punit. nu.* 9. *Clar. §. fin. quæſt* 31. *verſ. arbitr.*
11 quodq; in enormibus etiã ſeruandæ ſint
ſollemnitates, quę in alijs criminibus ſer-
uantur, voluit *Grammat. voto* 34. *col fin.* &
conſuluit *Roland. à Valle conſ* 12. *num.* 76.
*vol.* 3. poſt *Marſil. in praxi crimin. §. diligen-*
*tèr, num.* 175. *idem Clar. d. quæſt.* 64. *verſ. dixi*
*etiam*, & licet plures crediderint in atro-
12 ciſſimis licere Iudici iura tranſgredi, re-
quiſitas ſollemnitates non abhibere, & ꝙ
ordo ſit non ſeruare, ex *Innoc. in cap.* 2. *de*
*conſtitut.* quem ſequuti ſunt paſſim DD.
tamen hoc non erit etiam in atrociſſimis
13 ſeruandum, niſi priùs conſulto Principe,
& non aliàs, ſicuti poſt *Roman.* voluit *Iaſ.*
*Marſil. & Grammat.* quos allegat, ſequi-
turq; *Roland. à Valle conſ.* 6. *num.* 45. *vol.* 1.
& pluries practicatũ, ex teſtimonio *Dom.*
*Reg. de Ponte*, refert idem *Dom. Reg. Sanfe-*
*lic. d. decis.* 56. *ſub num.* 18. *in fine*, prout in ſi-
monia improbatum oſtendit, niſi Princi-
pis conſenſus, & licentia accedat, *Gigas*
*tract. de crim. læſæ Maieſt. lib.* 2. *tit. quomodo, &*
*per quas crimen læſæ Maieſt. probetur, num.* 8.
quem congeſtis alijs refert *idem Farinac.*
*d. quæſt.* 41. *num.* 100.
Iudiciſq; huiuſmodi arbitrium verſa-
tur, vtendo magis vſitatis tormentis, & il-
14 lis proprię, quibus vtuntur alij Iudices in
illa Prouincia, in qua contingit reum
torqueri, vt poſt *Anton. Gomez vbi ſupra d.*
*cap.* 13. *nu.* 5. *& Clar. d. quæſt.* 64. voluit *Fran-*
*ciſc. Bernard. in ſchol. ad Ambroſ. lib.* 4. *num.* 2.
*Guazzin. de defenſ. reor. cap.* 21. *num.* 4.
15 Enim apud DD. cautum reperitur, nẽ
Iudices prætextu arbitrij, modum in tor-
quendos reos excedant, teſte *Clar. d. q* 64.
*verſ. hac autem omnia*, quippè dicebant *I.C.*
*in l. de minores, §. tormenta, ff. de quæſt*, tormen-
16 ta ſunt adhibenda, non quanta accuſa-
tor poſtulat, ſed vt moderatè rationis tẽ-
peramenta deſiderant, & *I.C. magnus ille*
*Vlpian.* quæſtionis modum arbitrari Iudi-
ces oportere, & ità quæſtionem habere,
vt reus ſaluus ſit, vel innocentia, vel ſup-
plicio, in *l. quæſtionis modum, ff. eod. tit.* Iudi-
17 cibuſq; immodicè ſęuiẽtibus fręni tem-
periem adhibendam eſſe, ſtatuit *Conſtan-*
*tin. Auguſt. in l. ſi quis in ea, C. de cuſtod. reor.*
propterea cõtra eos maximè inuehit *Ro-*
*land. à Valle conſ.* 12. *num.* 96. *& ſeqq. vol.* 3. &
18 canes prædicti Iudices immoderatè, le-
gitimiſq; ſine inditijs reos torquẽtes ap-
pellat, poſt *Vital. de maleſic. tit. de inquiſit n.* 8.
quem allegat *Flamin. Cartar. in ſua praxi in-*
*terrog. reor. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 50. *&* 57. *in fine*,
eius dicti rationem reddens, quia iniuſtus
Iudex homo appellari non poteſt, ſed in-
19 ter Animalia Bruta connumerandus eſt,
ſecundum *Ariſtot. politic.* 1. at qua pœna,
& quando ſint dicti Iudices puniendi, la-
tiſſimè in puncto examinat *idem Farinac.*
*in praxi de indit. & tortur. quæſt.* 37. *à nu.* 112.
*Dom. de Marin. d. cap.* 205. *per tot.* qui *nu.* 16.
20 nullam voluit eſſe confeſſionem implici-
tè à reo immediatè torto extortã, ex *Fol-*
*ler. & Grammat.* quos allegat, & ante eum
poſt alios ad amuſſim adductos, ſcripſit
21 *idem Farinac. num.* 110. à poteſtate domi-
nica ad poteſtatem Iudicis arguẽs, quod
iſto caſu validum putat, ex *text. in l. poteſta-*
22 *tis, ff. de verbor. ſignific.* inquit, quod ſicut
immoderata ſęuitia, & quæſtio, nec etiam
in ſeruos à quacunque priuata perſona
habenda eſt, & ſi habetur, punitur in iure,
*l. ſi conſtante, §. maritus, ff. ſolut. matrim §. quæ*
*quidem poteſtas, in fine, Inſtit. de his, qui ſũt ſui,*
*vel alien. iur. l. ſed etſi quęcunque, §. ſi magiſter,*
*ff. ad leg. Aquil. l. locum, § fin. ff. de vſufr. legat.*
*l. elegantèr, §. planè. ff. de pignor. act.* Ità multò
23 magis punibilis eſt indebita quæſtio in
liberos etiam à Iudice, & Magiſtratu illa-
ta: quod enim prohibitum eſt, & punibile
in priuatis, multò magis illicitum repu-
tatur, & prohibitum in Magiſtratibus, qui
ficto ſub colore iuſtitiæ delinquunt, ex
*l. nec Magiſtratibus, ff. de iniur.* per quæ iura
ſic firmarunt DD. prolixiùs per eum cita-
tos, nullumq; operari effectum poterit, &

nulla

nulla de ea ratio erit habenda, ſicuti poſt
alios, quos referunt antiquiores, tradidit
*Vant. de nullit. in rubr. quib. mod. ſentent. nullit.*
*reparet num. 126. Cartar. de exequut. ſent. capt.*
*bandit. cap. vlt. nu 217. Erunor. à Sole in com-*
*pend. verbo confeſſ. inualid. & verſ. ſequenti,*
*Roman. conſ. 167. num 3. in fin. & 4. de Marſil.*
*conſ. 14. num. 3. & 17. & conſ. 39. num. 9. Ber-*
*tazzol. conſ. 341. nu. 17. lib. 2. Roland. conſ. 31.*
*num. 8. lib. 1.*

24 Nec quod pro Fiſco obici poterat, re-
ferebat, ſub atrociſſimis delictis, etiã falſi
crimen comprehendi, ex *Farin. d. quaſt. 41.*
*num. 56.* cui reſpondendũ eſſe cenſui falſi
crimen in hoc intelligi debere propriè
de eo, qui falſificat ſigillum Principis, ex
ſupradictis, quod non eſt in caſu noſtro.

Prætereà fac velimus, pro ſupradictis
Hieronymũ ipſum potuiſſe torqueri, nul-
latenus tamen præfata illis in torquendis
abhiberi haud potuiſſent genera tormen-
torum (& ad quartum progredimur ca-
ſum,) quæ ſcimus ex conſuetudine diu-
turnæ M.C.V. Regniq; Tribunalium om-
nium, solùm aſſaſſinij, graſſatoribus, pi-
ratis, vel huiuſmodi criminoſis inferri
conſueuiſſe. Nimirùm, quia præcenſa cri-
mina per Hieronymum cõmiſſa ordina-
ria ſunt, non atrociſſima, ſequitur ſtante
qualitate, perſonaliq; priuilegio non po-
tuiſſe cũ funiculis torqueri, verberibuſq;
affligi, quemadmodùm contra Iudices
exclamat *Par. de Put. tract. ſyndic. verbo tor-*
*tura il terzo, cap. 4. nu. 5. in fine, Farinac q. 38.*
*num. 62. Giach. ad Clar. d. quaſt 64. Guazzin.*
*vbi ſupra cap. 21. num. 8.* admonentes, quod
25 caueant Iudices ne torqueant in delictis
ordinarijs cum corda ſubtili; quãtò ma-
gis exclamaſſent, ſi vidiſſent legum Do-
ctores Almi Collegij Conſenatorem pro
delictis ordinarijs verberatum, denudatũ,
funiculiſq; tortum? ait enim *Preſ. de Fran-*
*chis decif. 630. num. 2.* vbi *Ricc in addit. allega-*
*tus nouiſſimè per Dom. meum Io. Baptiſtam de*
*Thoro I. C. peritiſſimum, in annotat. ad Ioan.*
*Grand de bello exulum, in ſpeciali 91. in princ.*
quod tortura pro exceſſibus diuerſo mo-
do infertur nobilibus à popularibus.

Hanc proindè ob cauſam, quàmuis ex-
tra locum torturæ coràm alio Iudice, qui
26 metum nõ intulit ratihabitio fuerit ſub-
ſequuta, haud ratificatur confeſſio ipſa
per atrociora tormenta eruta, (& poſtre-
mò caſui facimus ſatis) firmauit *Marſil. in*
*l. dictum, num. 25. 29. & 30. ff. de quaſtionib. &*
*conſ. 14 nu. 20. in fine, Capyc. decif. 345. Gram-*
*mat. conſ. crim. 37. num. 6. 7. & 8. & voto 6. à*
*num. 7. Carrer. in praxi crim. tract. de indit. &*
*tortura, §. circa tertium num. 26. Viuius in com-*
*mun. opin. opin. 698. num. 1. tom. 1.* qui hanc
communẽ ſe Doctorum habere teſtatur,
& poſt eos communem dixit *Farinac. q. 37.*
*num. 110. quaſt. 41. num 95. & quaſt. 47 nu. 8.*
27 non enim ſupplet in iuſtitiam ipſius tor-
turæ confeſſionis ratihabitio ex quocun-
que capite fuerit indebitè illata tortura,
*Anton. Gomez d. cap. 13. num. 25. in fine,* vbi
latè defendit hanc opinionem tanquàm
communem, iuriſq; explorati eſſe cõfeſ-
ſionem huiuſmodi, etiam ratificatam non
ſufficere ad reum condemnandum, affir-
mat *Hieron. de Laurent. decif. Auen. 139 nu. 5.*
*& 6.* vbi refert in contingenti caſu pro-
poſitam dubitationem in illa Rota, & ta-
men cõcludit omnes illos Dominos fuiſ-
ſe in voto, quod nec ad condemnandum,
nec ad torquendum ſufficiebat. Ideòque
ſtante grauamine in prima confeſſione
illato, forè ipſum confeſſum liberandum.

Ad Secundum verò ex principalibus
quæſitis videlicet, ſuppoſito quod legiti-
mè fuerit confeſſus, qua nàm pœna veni-
ret puniendus? Reſpondeo plures reperi-
riri Doctorum opiniones.

28 Prima eſt, quòd tanquã vſurpator Re-
giæ Iuriſdictionis debet puniri pœna
mortis, publicationis bonorũ, & falſi, tàm
de iure communi, ad *text in l. 3 ff. ad l. Iul.*
*Maieſt. in l. eos, qui ſe, ff. de falſis, in l. eorũ,*
*l. fin. ff ad ad l. Iul. Maieſt.* iuncta *Gloſ. & in*
*§. publica, Inſtit. de publ. iudic.* vbi *Gloſ. in ver-*
*bo & memoria,* cum Romanorum iure læſæ
29 Maieſtatis crimine teneatur. & plerumq;
capitalis pœna eodem met iure ſtatuatur
in vſurpantes talia ſine iuſſu, & licentia,
perpendit *Bart. in d. l. 3. verbo is, qui prima-*
*tus, Iſern. in Conſtit. Regni Terminum vitæ, &*
*duram, & diram,* ibidemq; *Petrus de Monte-*
*forte, Afflict. ſub num 3. ipſis relatis, Petr. Pic-*
*col. in addit. ad d. Conſtitut. Duram, & Diram,*
*Capyc. decif. 130. nu. 9. 20 21. 24. & 28. Cam-*
*pagna in cap contra effrenatas, nu. 8. Guid. Papa*
*decif. 423. num. 2. Menoch. de arbitr. Iudic caſu*
*320. nu. 2.* & poſt eos *Gratian tom. 1. forenſ.*
*diſcept. cap. 16. num. 18 Giurba conſ 92. nu. 7.*
nouiſſimè *Dom. Io. Bapt. de Thoro voto 14.*
*num. 5. & 14. Dom. Reg. Sanfelic. decif 340.*
30 *num. 61. 62. 63. & 64.* & falſi etiam crimi-
ne nomen ſibi vſurpando, quod realiter
non habebat, voluit *Bald. in l. data opera, C.*
*qui accuſare non poſſunt,* per *text. in l. eos, § fin.*
*ff. de falſis, idẽ Dom de Thoro voto 29. nu. 11.*
cum relatis *Conſiliar. de Bottis in addit. ad d.*
*Conſtit. Duram, & Diram;* falſum eſt enim
31 veritatis mutatio, notat *idem Iſern. in d.*
*Conſtit. Terminum vitæ, & duram, & diram,*

*Muta in cap. Regis Federici* 82. *num.* 3. Etenim non poterat Commiſſarij nomen aſ-
ſumere, & in præfatos Oppidos accede-
re, & ea, quæ per Dominũ P. à Sua Excel-
lentia ſpecialitèr deputatum Vniuerſita-
tum ipſarum ſancita fuerant, eſſent ritè
obſeruata, explorare, vt ij, qui ſe culpoſos
crederent, pecuniæ pœnam luerent, cuius
32 non erat officium, propterea in alienam
meſſem ponere falcem haud poterat, *cap.
venerabilem, de elect.* notat *Afflict. in Conſtit.
Cum ſatis, num.* 1. vſurpando iuriſdictionẽ
alterius, in malum vſum eam prætenden-
33 do, tùnc enim vſurpare dicitur iuriſdi-
ctionem, animaduertit declarando, idem
*Campagn, num.* 16. *Neapod. Sebaſtian. in addit.
ad cap. contra effrenatas, Afflict. d. Conſtit Regni
Duram. & Diram, num.* 6. & vbi nullam Of-
ficialis habet iuriſdictionem, ſubſequitur
idem *Giur. d. conſ.* 92 *nu.* 22. ſequiturq; *Fol-
ler. in Conſtit. de quaſt. num.* 14. *Regens Roult.
in pragm.* 8, *num.* 1. *de Baronib.* allegati per
eundem *Dom. de Thoro d. voto* 14. *num.* 7. *&*
10. quàm de Iure Regni, vt in *Conſtit. Cum
ſatis officia. & in Cap. Regni Contra effrenatas,*
dicunt *Iſern. in d. Conſtit. Cum ſatis, Afflict. &
Campagn. d. Cap Contra effrenatas,* ibidemq;
idem *Neapod. Sebaſtian in addit.*

34 Secunda eſt opinio eorum, qui credi-
derunt irrogandam eſſe pœnam proſcri-
ptionis, bonorumq; amiſſionis, per *text in
l. probatorios, l. fin. C. de diuerſ. offic. lib.* 12. *in
l. Actuarios, C. de enumerar. eodem libro, in l. po-
nuls & l. Praſes, ff. de pœnis, in Conſtit. Regni
Duram. & Diram,* & eaque ſcribunt idem.
*Iſern. ibidem, & in Conſtit. Regni Terminum
vita,* vbi *Afflict. num.* 3. *& in d. Conſtit. Cum
ſatis, num* 6. *Capyc. citata deciſ.* 130. *num.* 8. *in
fine* 22. 29. *&* 30. *Campag. in Cap. Regni Quia
de Vicarijs, num* 6. & ſequitur *Ann. in d. Con-
ſtit. Terminum vita,* cum prædictorum crea-
35 tio iuriſdictionalium fit de regalibus, in-
quit idem *Iſern.* ad Principem ſolùm ſpe-
ctantibus, *cap.* 1. *verbo poteſtas creandorum,
tit. qua ſint regalia,* idcircò vſurpantes pu-
niuntur ad omnia bona, haud enim debet
quis vſurpare iuriſdictionem, & vtilitatẽ
authoritate propria, *l. nemo, C. de indic. can.
qua ad perpetuam* 25. *quaſt.* 1. & refert idem
*Capyc. ſupradicta allegata deciſ.* 130. *num.* 26.
à Maieſtate Regia dependentem, notat
*d. Petrus Piccol. in addit. ad d. Conſtit. Eaque,*
36 & vſurpator dicitur iuriſdictionis huiuſ-
modi. & dicit ex *text. in cap. conqueſtus de fo-
ro compet. Afflict. in d. Conſtit. Duram, num* 8.
qui in allegata *Conſt. Cum ſatis, num.* 8. ait,
quod ipſe ſolitus erat per iſtam Conſtitu-
tionem dicere, quod ſi aliquis Rex exte-
rus, vel Ciuitas faceret Conſulem inter
ſuos homines habitantes in Regno: quod
ſine mandato Regis, ille Conſul non po-
37 teſt exercere iuriſdictionem virtute crea-
tionis ſuæ factæ à Domino extero: & di-
ceretur tùnc quando cum mandatis Re-
gis exercet iuriſdictionem inter illos ha-
bere iuriſdictionem à Rege huius Regni,
& non ab extero, per *l. obuenire, ff. de verb.
ſignific.* ſecundum *Gloſ. hic,* & per not. in
*l. & quia, ff. de iuriſd. omn. Iudic.* hæc *Afflict.*
nouiſſimèq; latiſſimè adduci in *forẽſ. mea
diſſertat. de paſcuis.*

38 Tertio ſunt, qui aſſerunt Iudicis arbi-
trio debere illum puniri, teſtantur *Salic. in
l. damus, C. de falſ. Bart. in l. ſi quis legatum, ff.
eod. tit. in l. reddatur, C de profeſſ. & med. lib.* 11.
citati ab eodem *Afflict. d. Conſtit. Duram, ſub
num.* 5. *Iſern. in Conſt. Regni Domini à vaſſal-
lis, ſub num.* 80. *Guid. Pap d. deciſ.* 423 *num.* 4.
*Menoch. de arb. caſu* 318. *d nu.* 17. *& caſu* 320.
*num.* 4. *&* 5. *Gratian. d. cap.* 10. *num.* 19. idem
*Dom. Thor. cit voto* 14. *num.* 14.

Ego verò prædictorum opiniones om-
nes veras eſſe crediderim; at quamlibet
ſuo in caſu intelligendam; ſunt enim, re-
ſpectu primæ, quidam adeò ſceleribus in-
uoluti, vt vel Principis ſigillũ falſo effin-
gere, vel literas commiſſionales falsò ef-
formare, vel aliud huius modi audent ve-
39 rè, & realitèr Regiam iuriſdictionẽ vſur-
pando, & de his loquuntur iura ſuperiùs
allegata, iuncto *text in l qui nomine, ff. ad leg.
Cornel. de falſ. Regniq; Conſtitutionem Cum ſa-
tis officia, & Cap. Regni Contra effrenatas,* iun-
cta *Conſtit. Qui literas, & Cap. vtque ab Ex-
cellentia,* ibidemq; *Gloſ.* proùt declarant,
idem *Afflict. d. Conſtit. Duram, num.* 4. *Capyc.
d. deciſ.* 130. *num.* 21. *& deciſ.* 30. *per tot.* idem
*Afflict. deciſ.* 21. *&* 404. *Boer. deciſ.* 82. *Gram-
mat. deciſ.* 27. *num.* 9. *& in addit. ad Capit. vtq;
ab Excellentia, Crauett. conſ.* 46. congeſti per
*Conſiliar. de Bottis in addit. ad d. Conſtit. Qui
literas, & Capit. Regni Vtque ab Excellentia,*
vbi etiam *Bartholom. de Capua, Menoch. cit.
caſu* 320. *à num.* 6. deciſumq; refert dictus
*Dom. de Thoro in compend. verbo falſificans li-
teras ſub nomine, tom.* 1.

Reſpectu ſecundæ, & alij, nullum ſigil-
lum, nullaſq; effingentes literas, ſolummo-
dò ad proprium vſum, Regiam conuertũt
iuriſdictionem, temere illam vſurpando;
40 huiuſmodi ſunt Barones, qui ampliantes
propriam iuriſdictionem, Iudices prima-
rum, vel ſecundarũ cauſarum faciunt, ius
non habentes, vel aliud huiuſmodi ex Re-
giæ iuriſdictionis fonte hauriũt, quod eis
de iure vetitum eſt; vt animaduertit *Ca-*

*pyc.*

*pyc.* poſt *Luc. de Penna*, *& Parid de Puteo d.deciſ.*130.*num.*10.*&* 24. & Magiſtri Iura-
41 ti, qui etiam temere excedentes eorum iuriſdictionem.de qua per *Capiblanc.* poſt *Grammat.& Campag in pragm* 10.*num.*86.*de Baronibus*, ex iuriſdictionis Gubernatoris illius Terræ.cui pro tempore præeſt, fonte hauriunt, quod eſt ipſis prohibitum, vt ſcribit idem *Dom. Io.Bapt de Thoro d. voto* 14 qui *nu.*11.*&* 12.ex *Maſtrill.deciſ.*241.
42 *num* 101. dicit,quod inter tales non dicitur vſurpare alienam, ſed eorum excedere vltra quam poſſunt,& hi ſunt, qui proſcriptionis pœna,& amiſſionis bonorum plectendi veniunt,ſubaudiunturq; iura in *d.l.probatorias, & in l.fin.C.de diuerſ.offic. lib.*10. notat *Iſern. in d.Conſtit. Terminum vitæ, & eaque, Ioan.de Platea,ibidem Iſern. Capyc. num.*21. & in contingentia caſus, in Magiſtro Iurato Franciſco Mariano concedente licentiam faciendi Muſicam noctis tempore ſtante prohibitione Andreæ Lopez Zurilla Gubernatoris Monopolis cũ pœna arbitraria plectendum eſſe,voti fuit dictus *Dom Thor ſæpiùs cit.voto* 14.

Denique ſunt & Tertio alij, qui nec ſigillos falſificant, nec literas commiſſionales efformant, nec animum habẽt vſurpandi Regiam Iuriſdictionem. itá vt illã ad proprium vſum conuertere audeant, ſed tantummodò aliquo inducti intereſſe,vel cupiditate, aſſerũt ſe Officiales eſſe cum non ſint vendicantes nomen illud, quod non habent, & hi pœna extraordinaria, & admodum leui puniri debent ex falſa illa aſſertione, quæ licet alteri noceat,vel nocere poſſit,nihil tamen comune habent cum vſurpatione Regiæ Iuriſ-
43 dictionis,in qua punitur temeritas,pertinaciaq; vſurpantis, docet *Menoch.de arbit. caſu* 318. *num.*17.*&* 18. ſuitq; ſequutus in caſu,de quo ibi agebatur *Gratian d.cap* 10. *num.* 19. *idem Dom. Thor. ſupracit. voto* 14. *num.*12. *&* 14. quemadmodum firmatum refert in eo, qui in fraudem ſibi aſſumit nomen Clerici, vel Doctoris, ex *Bart in l. qui ſub prætextu, in fine, C.de ſacroſ.Eccleſ. in l.reddatur, C.de profeſſ.& Medic. lib.*12.*& in l.eos, § qui pro ſe milite, ff. de falſis, Felin. in procem. Gregoria. num.*38. *Ruin conſ.*99 *nu.*16. *lib.*1. idem *Menoch num.*19.*&* 20. vt puniri debeat, ſed pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, cum nomen tantùm ſibi aſſumpſit, concludit *num.* 21. iuxtà notata per *Alexand.in addit.ad Bart.d.§.qui pro ſe milite, Tiraquell.de nobilit.cap* 13,quos allegat, ve-
44 rùm ſi ad dolum inſpicias; dico, quod ſtellionatus crimini locus eſſe poterit,obſeruat citatus *Menoch. caſu* 320.*num.*11. & latè *caſu* 381. de quo etiam crimine ſcripſit ſupradictus *Dom.Io.Bapt.de Thoro voto* 29. *par.*2.

Inſpiciendum ergò ex his eſt,quę nàm ex ſupradictis pœnis aptari poſſit in caſu noſtro. Et quidèm ſi Hieronymi verba in confeſſione prolata perpendantur,pœna erit hæc vltima infligenda: Inquit enim ipſe, quod animo extorquendi pecuniam cum aliquibus fuit alloquutus, cum quibus deſtinauit in præfatos Oppidos accedere, ibidemq; tanquàm Commiſſarium velle explorare nunquid ea, quæ à D. P. ad ſtatum Vniuerſitatum ipſarum ſancita fuerant, eſſent ritè obſeruata (vtinam re vera huiuſmodi exploratio quandoq; fieret) acceſſarunt, aſſeruerunt præfata,ſeque Commiſſarium finxit, nullis adhibitis literis cõmiſſionalibus; ſed tantummodò id oretenùs aſſerendo; & ſcilicet intentione, vt ij, qui ſe culpoſos crederent pecuniæ pœnam luerent; idque vt efficeret, citauit Electos,vt venirent coràm ipſo; contra verò non comparentes, exequi mandauit; quæ nàm erit igitur iuriſdictionis vſurpatio? Vſurpat ea, quæ nemini fuerunt conceſſa, vtitur ijs,quæ nemo poſſidet: nullus enim ad hoc Commiſſarius deſtinatus fuerat, nullo vſus fuit falſo duplomate, nulloq; ſigillo, quid igitur? erit falſa aſſertio, vt diximus, cui facilè obuiari poterat per ipſos Electos, ſi literas commiſſionales exhiberi poſtulaſſent: quibus cum careret, nulla erit ei præſtanda obedientia.
45 Per ea igitur, quæ ex huiuſmodi falſa aſſertione exacta,vel extorta eſſent, quatruplum tenetur reſtituere, neque alia erit pœna coercenda. Ità doctiſſimè docuit *Aurig. noſter Andr.de Iſern. in d Conſtit. Durum, in fine,* his loquens. Illi verò, qui dicunt ſe Officiales cum non ſint ad aliqua miniſteria, putà ad recolligendam pecuniam fiſcalem puniuntur in quadruplum, *C. de ſtat. & imag. l.*1. & hoc non mutatur per hanc Conſtitutionem capitalem pœnam commutantem in priuatione bonorum,& in prædicto caſu non eſt pœna capitalis, hactenus *Andreas*, cuius doctrinã ſequitur *Afflict. ibidem ſub num.* 5. eius dicti rationem reddens; quia exigere pecuniam fiſcalem ſine mandato, non eſt vſurpare iuriſdictionem, ideò ceſſat eius pœna; ſed ſi feciſſet falſum mandatum Regis, tùnc eſſet pœna capitalis, & adaptaretur pœna huius Conſtitutionis plectentis vſurpantes officium iuriſdictionem

concer-

concernens. Quæ opinio tamquàm magis æqua ſanioris, iudicijq; melioris haud. exploia virga à Dominis Iuſdicentibus ſectanda erit.

Rogatus vt veritatē aperirem; meumq; darem ſenſum reſponſionem hanc dedi: Quem autem finem lis viderit, Compertum minimè habeo. Sapienti occaſionem dedi, vt ſapientior ipſe ſit, ſuam manifeſtans eruditiorem ſententiam.

*Ioſeph Spera*;

*S V M M A R I V M.*

1 Text. in l. aut facta, §. cauſæ, ff. de pœnis, *quando locum habet.*
2 *Teſtes deponentes de minis, non faciunt fidem, & quare.*
3 *Iterpetratio pro reo eſt facienda.*
4 *Suggeſtio quando fidem non facit.*
5 *Verba quando in fauorē rei referuntur quando confeſſio extraiudicialis per binos teſtes probatur.*
6 *Falſitas, & inueriſimilis, eſt imago falſitatis.*
7 *Confeſſio extraiudicialis fieri debet coràm duobus teſtibus.*
8 *Teſtes deponentes de duobus inditiis, non coniunguntur ad faciendum vnum.*
9 *Depoſitio abſq; cauſa ſcientiæ non valet.*
10 *Teſtis voluntariè deponens, & non creditur vti inimicus.*
11 *Depoſitio teſtis quando cum altera confunditur, neutri creditur.*
12 *Teſti deponenti ob timorem non creditur.*
13 *Teſti vario in ſubſtantia negotij non creditur.*
14 *Teſti inimico non creditur.*
15 *Nemo præſumitur ità fatuus, & inſanus qui eſt innocens, & verus reus velit ſe priuare libertate, & conſtituere ſe in carcere.*
16 *Carceratio longa, pœnam tollit.*
17 *Iudicandum eſt pro reo in dubio.*
18 *Probationes vbi pares ſunt, ſemper è latere rei vna adeſt præſumptio iuris ne delinquiſſe credatur.*

A R G V M E N T V M.

Homicidium probatū ex inimicitia, minis conſilio, & teſtiū depoſitionibus, an ipſis reiectis ceſſet, ità puniri non poſſit reus.

A L L E G A T I O XIX.

INquiritur Io. Franciſcus Comite, qui de menſe Iulij 1600. de eius mandato fuiſſe interfectum D. Iacobum Antonium Gommarinū. Vndè Fiſcus prætendit fundare eius intentionē ex infraſcriptis cauſis. Primo ex inimicitia, minis, conſilio. & ex depoſitionibus teſtium.

Et ex infraſcriptis iuridicis rationibus dicitur ſupradictum Io. Franciſcum forè, & eſſe abſoluendum à dicta prætenſa inquiſitione, & ab omnibus in ea contentis, & quòad Primum.

Præſupponit Fiſcus adeſſe inimicitiā, quæ realitèr non adeſt. deponunt enim omnes teſtes vnanimitèr de ordine ſupra dicti inquiſiti, fuiſſe perpetratum homicidium ex cauſa cuiuſdam beneficij impetrati ab interfecto, quod poſſidebatur per D. Iulium Cæſarem Comite fratrem dicti inquiſiti. & quia per publicam ſcripturā in actis præſentata fol. . . . apparet dictum D. Iulium Cæſarem renunciaſſe dictum beneficiū occiſo longè ante homi-
1 cidium. ideò *text in l. aut facta, §. cauſa, ff. de pœnis*, vendicat ſibi locum, & per conſequens deficiente cauſa inimicitię, corruūt minæ, & conſilium non conſideratur, homicidiumq; neque fuiſſe commiſſum de mandato ſupra dicti inquiſiti.

Quod aliqui teſtes deponunt fuiſſe ortam inimicitiam etiam ex depoſitione quā fecit Io. Andreas Gomatinus frater occiſi contra prædictos de Comite, dicitur neque obſtare poſtquā depoſitio prędicti Io. Andreæ fuit de anno 1598. de menſe Iunij, & renunciatio beneficij fuit facta de eodemmet anno, & de menſe Septembris, vt in proceſſu homicidij Detij Fictipaldi fol. 56. itaque poſt examen, & reconciliatio præſumitur.

2 Teſtes, qui deponunt de minis, non faciunt fidem, ex quo ſunt ſingulares, iuxtà *Gloſ. in l. fin. in verſ. inditiis, C. famil. erciſc.*

Conſilium non pręſumitur, ſi qua cauſa inimicitiæ non eſt vera, ac etiam quia teſtes non depoſūt audiuiſſe verba, ſed tantùm *(queſto traditore ci haue ruinato)* ita quod ſumus in dubio, & eſt facienda interpetratio pro reo, *l. ſi Præſes, ff. de pœnis*,
3 & in dubijs inditia ſunt abſolutoria, *§. fin. Inſtit. de perpet. & temp. action.*

Depoſitionibus teſtiū dicitur pro parte inquiſiti non eſſe credendum pluribus ex cauſis. Primo, quia fuerunt ſpecialitèr interrogāti de inquiſito, vt eſt videre in depoſitionibus Lucretiæ, & Io. Caroli, &

4 proindè

4 proindè eſt ſuggeſtio,& non faciunt fidē,
vt dicit *Scaccia in tomo ſuo de indic.cauſar.ci-
uil.& crim.cap.86 ſub num.7.* allegans *Boſſ.
& Clar.* dicentem eſſe communē opinio-
nem *Fanc.Caſſ. in tract.de torm.cap.15.text.
eſt ad literam in l.1. §. in cauſa tributorum.
verſ qui quæſtioni habiturus eſt.ff.de quæſt.*
Et deueniendo ad particularem, depo-
nit prædicta Lucretia, *che quando ſe ſebbe la
morte del detto D.Iacono Antonio, haueſſe det-
to lo Gio. Franceſco ben' ſtà, eſſo è ſtato la roina
de caſa noſtra; ſtà ben freſco.* verba iſta non
ſolùm nnn faciunt inditium, ſed neque
præſumptionem, poſtquàm ſunt conſide-
5 randa in fauorem rei, proùt dictat *text.in
d l ſi Præſes. ci hà maltrattato à noi, Dio l'hà
caſtigato.* ſicut ordinariè,& in dies euenire
ſolet, ſi autem accipimus verba iſta per
confeſſionem extraiudicialē, non facit fi-
dem, ex quo neceſſarium eſt probari per
duos teſtes, *d l fin.Gloſ ibi.*
Depoſitio Io. Caroli non nocet inqui-
ſito, poſtquàm ex eademmet depoſitione
apparet falſitas,ac etiam inueriſimilis.de-
ponit in 4.interrogat. *che paſſando vna ſera
per la caſa di Ceſare de Rimola, qual'è diſha-
bitata,doue ſtauano impoſtati tre. ò quattro.non
poſſette bene conoſcere, perch'era vn'hora de
notte in circa, & quaſi ſe naſcondeuano, & ac-
cappucciauano da eſſo teſtimonio, & de perſone,
che le poſſeano vedere, & in quello inſtante ve-
dea Gio.Franceſco. & Gio.Matteo Comite an-
dare intorno per la ſtrada,come faceſſero la ſpia,
ſe paſſaua detto D. Iacono Antonio, & vedendo
queſto, andò ſubito alla caſa del detto D.Iacono
Antonio,& l'auisò, & ritornò ſubito,& conoſcè
vno delli impoſtati,ch'era Egidio Comite.*
*Se non poſſette conoſcere, perche era vna ho-
ra di notte, & ſe naſcondeuano; come dopoi le
conobbe.che trà tanto, che andò in caſa del detto
D. Iacono Antonio,ſe fè più notte; & ſe ſi na-*
6 *ſcondeuano, per non eſſerno viſti, come dopoi le
vede;* ideò falſitas,& inueriſimilis, quæ eſt
imago falſitatis, *Marſil. in l. 1. ff. de quæſt.
num.15. circa medium, Egid. Boſſ. in tit.de op-
poſit.contra teſtes, num.94.*
*Che deponga, che Gio. Franceſco dice anda-
mogenne, non è paſſato, che facemo quà? meno
ſi deue credere. à che propoſito volcano eaggio-
nare de manieca che foſſero inteſi, e publicarſi,
facēdo publico quel,che ſecreto trattauano.*idtò
ſimilitèr inueriſimilis, & propterea falſi-
tas, *Bald in l.1 in 3.col. C.de ſeru.fugit. tanto
più, che il detto teſtimonio dice,che ſi naſconde-
uano per non farnoſe conoſcere.*
*Che detto inquiſito l'habbia detto, che hauea
fatto ammazzare il detto D. Iacono Antonio,*
nequaquam creditur,poſtquā vltra, quod
7 in confeſſione extraiudiciali neceſſariū
eſt, quod ſit facta coràm duobus teſtibus,
*Gloſ.in verbo inditijs, d.l.fin.* neceſsè eſt etiā
quod ſit facta cum cauſa,ſit veriſimilis, &
teſtes ſint omni exceptione maiores, ita
*Blan. in tract. de indit num.207. & 208.* quæ
cauſa mouebat prædictum Io. Franciſcū
ad confitendum delictum, quæ vtilitas ex
8 prædicta confeſſione oriebatur? ſed ma-
gis pœna igitur ſtantibus prædictis non
creditur, *Bald.in l fin. in fine, C.de edendo,* &
teſtes deponentes de duobus inditijs non
coniunguntur ad faciendum vnum indi-
tium perfectum, *Egid.Boſſ.de inditijs,& con-
ſiderationibus ante torturam,num.20.*
9 Nec minus nocet dicta depoſitio in-
quiſito, ex quo deficit in ſalutari, poſt-
quam non deponit de cauſa ſcientiæ, ità
ſingularitèr dixit *Salyc.in l fin.C.de probat.*
quem refert,& ſequitur *Alex.in conſ.15.in-
cip.viſo proceſſu inquiſitionis formatæ,in 8.col.
1.volum.Paul Geill in art 225.in controuerſijs
criminalibus.Specul.in tit.de teſte, §.1 verſ.itē
quod interrogatus,* quod procedit,proùt di-
cit *Ludouic.Rom.in l ait Prætor, ff.de iur.iur.*
quando venit imponenda pœna corpora-
lis, proùt in caſu noſtro, vt patet in dicta
eius depoſitione in 5.interrogatorio.
Neque obſtat depoſitio Franciſci delle
Roſe,qui deponit,*che vede lo detto D.Iaco-
no Antonio in mezo di Egidio, Gio. Geronimo
Comite,& Roberto Gomacino* ex duodus.
Primò,quia deponit voluntariè abſque
citatione, & ſpontè acceſſit ad Commiſ-
ſarium, proùt ipſemet deponit fol.110. à
10 ter. & proindè non creditur tanquā ini-
micus, *Decian.in primo ſuo tract.crim.cap.25.
de cauſa inimicitiæ,num.62.& 63.* dicens eſſe
communem opinionem, idem affirmat
*Blanc.in tract.de indic.num.153. Egid.Boſſ.in
tit.de oppoſit.contra teſtes, num.29.* quod non
fuit citatus à Commiſſario fol.40.
Secundò, interrogatus de conteſtibus
circa homicidium dixit, *che lo potea vede-
re Floeio Perrone,* qui examinatus fol. 22.
deponit, *che la ſera dell'homicidio io vede in
mezo di Notare Gio. Aleſandro Ferraro, &
Roberto Gomarino,*& proindè ex doctrina
*Egid.Boſſ.in tit.de falſis,num.22.* dicitur di-
11 ctam depoſitionem nō nocere inquiſito,
poſtquàm vna inquiſitio confunditur per
aliam, & neutri creditur, & ideò pro reo
*d.l ſi Præſes.*
Quo verò ad depoſitionē Angelæ Ro-
tundæ in hoc proceſſu duas inueni depo-
ſitiones,vnam factam fol.31.in qua inter-
rogata de interfectoribus, dixit neſcire.
aliam fol.88. poſt multos dies,in qua de-
ponit

ponit, *che vede detto D. Iacouo Antonio in mezo di Egidio, & di Gio. Geronimo*, & interrogata ex qua cauſa nō depoſuit, ità in prima eius depoſitione dixit ob timorem, quem habebat de prædictis de Comite, & proindè non creditur, *Menoch. de arb. Iud.*
12 *quæſt.* 25 *num.* 3 & ideò creditur primę depoſitioni tanquàm magis, veriſimili, ita *Menoch. vbi ſupra caſu* 108. *num* 17. nàm idē timor, & plus militabat tempore ſecundæ depoſitionis poſtquàm prędicti de Comite erant etiam extra carceres. vndè ſtantibus prædictis, dicitur prædictus teſtis
13 varius, quia variauit circa ſubſtantiam negotij, *Bart. in l. eos, num.* 50. *de falſis, l. qui vario, vel falſo, ff. de teſtib.* debebat enim torqueri ad videndum, cui depoſitioni inhęrebat, & quod prædictæ depoſitioni non eſt ſtandum in terminis decidit *Foll. in pract. crimin. in verbo capiat informationem, num.* 60, *per totum*. Kurſus rogo vt aduertatur vnū, & eſt, quod informatio fuit incepta ab inimico, & ſic, qui priùs ſe examinauit fuit Octauius Nepita frater carnalis D. Pompei Nepita, quam clarè con-
14 ſtat eſſe inimicum prædicti inquiſiti, & indè non eſt prædictæ informationi credendum, iuxtà tradita per *text. in l.* 3. *ff. de teſt.* & nō ſine ratione, nàm lex omne malum ab inimico præſumit, *l.* 1. *§. præterea, ff. de quæſt. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt.* 28. *per totum*, & inimicus ſemper præſumitur male de eius inimico cogitare, & inire conſilium, quo pacto illi nocere poſſit, *D.D. in d. l.* 1. *§. præterea*.

Et vltra quod ex prædictis ſupra allegatis, clarè conſtat ſupradictum inquiſitum eſſe innocentem, demonſtratur etiā eius innocētia ex ſpontanea comparitione, nàm dicunt DD. ſpontaneam comparitionem non eſſe debile indicium in ſignum innocentiæ rei, & aſſignant rationem, nemo enim præſumitur ità fatuus, &
15 inſanus, qui ſi eſt nocēs, & verus reus delicti velit ſe priuare libertate, & cōſtituere ſe in carcerem, & hoc quādo tractatur de pœna vltimi ſupplicij, prout in caſu noſtro *Marſil. in §. diligenter, num.* 204. *Grammat. conſ.* 29. *num.* 31. *circa medium*, fuit etiam habilitatus ſub fideiuſſoria cautione vnciarum 25. & peruenīēdo ad aures inquiſiti, Egidium eſſe torquendum ante tempus aſſignatum in fideiuſſione, demonſtrando eius innocentiam, ſe conſtituit carceratum.

16 Adde carcerationem tàm longam, quæ vt dicit *Grammat. conſ.* 63. *num.* 5. tollit pœnam ordinariam, quæ magis fuit ad pœnam, quam ad cuſtodiam, & quis non duplici pœna puniri. fuit etiam prætenſus mandatarius tottus, & nihil dixit.

Ex quibus omnibus prædictā Io. Franciſcum abſoluendum ſperatur, tùm maximè quia præſumptiones Regij Fiſci ex iàm dictis rationibus ſunt reiectæ. & ſi
17 eſſemus in dubio iudicandū eſt pro reo, ad *text. in l. ſciant, C. de probat. Maſcard. concluſ.* 36. *num.* 26. in qua dicit, quod non ſolùm in dubio pronunciandum eſt in fauorem rei, ſed etiam ſi probationes eſſent pares, & aſſignat rationem, quia vbi pa-
18 res ſunt ſemper ex latere rei, vna adeſt præſumptio iuris, ne deliquiſſe credatur, *l. merito, ff. pro ſocio, Cepol. conſ.* 152 *nu.* 30. *col.* 2. *Dec. conſ.* 390. *num.* 9. ac etiam quia ſumus in claris, poſtquàm ex depoſitionibus dictorum teſtium apparet notoria eius innocentia. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

Qualitèr fuit deciſum, habetur in Banca Copplulæ.

Quot modis committatur homicidiū, refert *Maſcard. de probat. concl.* 864. & quomodò verificari poteſt homicidiū, oſtendit *Ciazzius diſcept forenſ. crimin tom* 2. *diſcept.* 1. *num.* 241. & reſpectu inimicitiæ eſt clarum, quod inimicitia eſt inditium remotum à maleficio, & ex ea non oritur inditium ad torturam, niſi ſit adminiculatum, *Ciazz. diſcept forenſ. tom.* 1. *diſcept.* 34. *par.* 3. & ibi plura, & inimicitia non facit inditium, niſi fuerit grauis, & magna, *Farinac. conſ crim.* 130. *nu.* 4. *tom.* 2. minę quando faciunt inditium, & quando non, vltra *Farinat. d. conſ.* 130. *Ciazzius d.* 2. *tom. conſ.* 6. *& tom.* 1. *diſcept* 65. & conſilium nudum, & ſimplex ad homicidiū non punitur ordinaria pœna homicidij, *Farinat. conſ crim. num.* 5. *tom.* 2. & quomodò conſilium perſuaſio inflammatio portās literas, vel ambaſciatas ad homicidiū puniatur, *Guazzin. in tract ad defenſam, defenſ.* 33, *cap.* 10. *nu.* 20. reſpectu variationis teſtium copioſè agit *Ciazzius tom.* 1. *diſcept. crim. in conſ.* 2. *& tom.* 1. *diſcept.* 11. *per totam.* *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Proceditur in fragantia criminis, non datis defenſionibus, ſecus in notorio delicto.*

2 *Dilatio ad defendendū, nulla datur in fragantia delicti,*

3 *Defenſio*

3 *Defenſio in omni crimine conceditur, & quid ſi non fuerit petita, & quid in condemnatione num. 4.*
5 *Dilatio defenſionis non petita, operatur renunciationem.*
6 *Arbitrio Iudicis relictum eſt concedere defenſiones, & quando.*
7 *Captus ab Officialibus abſq; defenſionibus, ad torturam, imò ad condemnationem deuenit, ſecus ſi ab alijs captus fuiſſet.*
8 *Dilatio aliqualis datur capto, poſt illatam torturam antequàm condemnatur.*
9 *Fragantia qualitèr probetur.*
10 *Quando poteſt procedi ad condemnationem abſq; defenſionibus.*
11 *Officialis an incidat in pœnam, non dando defenſiones reo.*
12 *Faciliùs denegantur defenſiones reſpectu torturæ.*
13 *Tortura faciliùs datur, abſq; defenſionibus, & quando.*
14 *Iudex iudicans ſecundum opinionem vnius doctoris excuſatur à pœna, & qualitèr.*
15 *Iudex credere tenetur vni Doctori atteſtanti de conſuetudine, & qualitèr.*
16 *Iudex qualitèr debet ſe informare de conſuetudine.*
17 *Iudex iudicans contra ſtatutum, aut conſuetudinem non in ſcriptis redactam, an excuſetur.*
18 *Teſtes recepti parte non audita, aut præſente, non faciunt inditium ad torturam.*
19 *Iudex grauitèr errat, qui ex teſtibus non ritè receptis, torqueret reum.*
20 *Ordo fragãtia delicti requirit partis præſentiã.*
21 *M.C.V. ſola ex præeminentia infert torturas, ob defectum teſtium non ritè receptorum.*
22 *Ignobilis quiſquàm præſumitur, niſi ſe nobilẽ probauerit.*
23 *Pœna damnationis in metallum, in cuius locũ ſucceſſit.*
24 *Tortura priùs datur captis in fraganti, antequàm ad condemnationem deuenitur.*
25 *Confeſſio facta à capto in fraganti, & ſi non ratificata, an valeat.*
26 *Tortura modica non dicitur tortura.*
27 *Electio pœnę alternatiuè ſpectat ad Iudicem.*
28 *Arma reperta ad pedes alicuius ſufficit ad cõdemnandum, quantò magis ad torturam.*

## ARGVMENTVM.

Tortura in ferri, an poſſit per Iudicem capientem aliquem in fraganti crimine aſportationis armorum, contingit in facto occurſo ventilari,

## ALLEGATIO XX.

PRo Magnifico Paulo Gallo olim Capitaneo Terræ Paulæ, in caſu torturę illatæ Petro Antonio Romano capto in fraganti cum pugione, ſiuè dagha.

1 Fragantia eſt maioris potentię, quam notorium, nempè in fragãtia proceditur, non datis defenſionibus, *Clar quæſt. 8. verſ. ſed nunquid*, at in notorio debent dari, idẽ *Clar quæſt. ſeq. nona*, licet in fragantia appelletur, non in notorio, ibidem. Propterèà *Afflict. in Conſtit. Humanitate, 6. not.* ea ponit ſeparatè, & reprehendit ea confundentes.

2 In fragantia nulla datur dilatio ad defendendum, *Bald. in l. vt vim, de inſtit, & iure, Puteus in verbo condemnatio, §. an poteſtas, Columb. in tract. quom. proced. art. 6. Boſſ. de confeſſ. num. 17. Foller. in verbo fiat lit. cont. nu. 2. Grammat. deciſ. 36. num. 50 cum ſeq. Clar. d. quæſt. 8.* idem *Grammat. ſuper Conſtit. Humanitate, fol. 48.* licet in omni alio crimine
3 defenſio negari non poſſit, *Clar. quæſt. 49. verſ. eſt igitur, & verſ. ſeq.* & ità obſeruari quotidiè in practica, & de conſuetudine indiſtinctè refert *Clar. in d. quæſt. 8.* poſt *Grammat. & Foller. ibi per eum relatos.*

4 Quod maximè procedit quando non fuit petitum per partem, *Foller. in verbo item, quod fuit capt. in frag. num. 12.* quia etiã in omni alio crimine reſpectu torturæ, nõ datur non petenti, *Boſſ de indit nu. 79. Clar. quæſt. 49. verſ ſcias*, ſecus quòad condemnationem, quia tùnc etiam non petenti concedenda, quia de maiori præiudicio agitur, immò in fragantia, nec petenti etiam reſpectu condemnationis eſt danda, vt annuit *Clar. ead. quæſt. verſ. vlteriùs.* Maximè quando à die capturæ ad torturam interuenit aliquod interuallum, quia nõ fuit ſtatim tortus. infra quod cogna-
5 ti, amici, aut ipſi non petendo dilationẽ, videntur dicere non habere, & renunciare. *Boſſ de confeſſ. num. 6. & 13.* quod maxi-
6 mè procedit quando Iudex videt nullas competere defenſiones, & allegari calumnioſè, vt ſit in arbitrio Iudicis concedere, aut negare, *Foller. in d. verb. num. 12.* vt in præſenti caſu, vbi poſteà habito termino ter, aut bis, nihil probauit de allegata excuſatione, & vbi non fuit petitum.

Quod longè magis procedit in capto per Officiales proceditur, non datis defenſionibus non modò ad torturam, ſed
7 etiam ad condemnationem. ſecus in capto per alias perſonas non habentes officium. ità diſtinguit *Afflict. in Conſtitut. Iuſtitiarij*

*ſtitiarij, non per calendas.* 4. *notab. num.* 11. hic
ſumus in capto per Officialem.

Maximè quãdo ſumus ante torturam,
quia ante torturam indubitantèr, & indi-
ſtinctè proceditur abſque defenſionibus
8 quòad torturam, poſt verò illatam tortu-
ram, ſi negat, debet dari aliqualis dilatio
ante condemnationem, iuxtà diſtinctio-
nem *Afflict. in d. Conſt. humanitatem, 6. notab.*
quam refert, & ſequitur *Carr in princ. pract.*
*num* 41. nos ſumus in tortura.

9 Quæ multò magis, & abſque ſcrupulo,
cum fragantia. Probatur, non tantùm per
deprehenſores, qui cum videantur loco
partis, non ſunt omninò integri, ſed etiã
per alios teſtes vltra deprehenſores, *Clar.*
*d. quæſt.* 8. *verſ. ſcias, & verſ. nunquid*, diſtin-
guens ſimilitèr inter torturam, & hoc ca-
ſu poſſit procedi non datis defenſionibus
in fragantia probata tantùm per depre-
henſores, aut non ſolum probata per de-
10 prehenſores, ſed etiam per alios teſtes, &
hoc caſu poſſit procedi abſq; defenſioni-
bus, etiam ad condemnationem, *d. 9. verſ.*
*ſed nunquid, & d. verſ. ſcias*, dicens ibi: *Qui*
*ſecurè, & abſque ſcrupulo precederet, non da-*
*tis defenſionibus, quando vltra deprehenſores*
*fragantia probatur per teſtes*. Alioquin ipſe
dicit, non obſeruare practicam, non dandi
defenſiones. Nos ſumus in fragantia pro-
bata per alios teſtes, vltra deprehenſores,
& ſumus in tortura, non in condemna-
tione.

Quæ opinio maximè eſt amplectenda,
dùm ſumus in determinando, an Officia-
11 lis inciderit in pœnam per non dationẽ
defenſionis, & ſic poſt factum, nõ ante fa-
ctum. *Alex. conſ.* 65. *vol.* 1. quem ſequitur
*Boſſ. de indit. num* 80.

12 Faciliùs proceditur ad torturam, quã
ad condemnationem, propterea faciliùs
denegantur defenſiones reſpectu torturę,
*Boſſ. de indit. num.* 79. *Clar. quæſt.* 49. *verſ. ſcias.*

Et ideò aduertatur ad capita præcedẽ-
tia, quia omnes DD modificantes, aut di-
ſtinguentes doctrinam *Bald. in d. l. vt vim*,
13 & communem practicam loquuntur, &
modicant reſpectu torturæ indiſtinctè, &
abſque aliqua modificatione loquuntur
poſſe procedi non datis defenſionibus; le-
gantur benè, quia aut loquuntur per ver-
bum condemnate, aut exequi quando di-
ſtingunt, non de tortura, licet in caſu no-
ſtro concurrant omnia requiſita, etiam
ad condemnationem, vt paret diſcurren-
do per vnumquodq; caput ex præceden-
tibus.

14 Iudex iudicans ſecundum opinionem
vnius Doctoris excuſatur ab omni pœna,
*Bald. de ſyndic. quæſt.* 51. 58. *&* 61. *Amod. num.*
112. *cum ſeqq. Paris in verbo Iudex num.* 10.
*&* 11. *& in verbo licet aliàs, num.* 3. *& in ver-*
*bo an ſi Iudex, num.* 3. dummodò in eo caſu
non reperiatur communis, *Angel. & Alex.*
*in l. cum prolatis, de re iud.* dummodò non
ſit communitèr reprobata, *Cardin. clem.* 2.
*de elect.*

In caſu iſto non ſolùm vnius opinio,
ſed omnium non ſolùm communitèr re-
probata, ſed viua omnium voce, nec vno
quidèm diſcrepante in contrarium ap-
probata.

Vni Doctori atteſtanti de conſuetudi-
15 ne, Iudex poteſt, immò tenetur, & crede-
re, quòad ſibi demonſtratur contrarium
communis opinio, de qua teſtatur *Aym.*
*conſ.* 166. *num* 9. *Rota Bonon quæſt.* 95. ſaltim
Iudex credens vni Doctori excellenti de
conſuetudine dicitur eſſe in iuſta credu-
litate, *Pomar. ad Bart in l de quibus, de leg.* Iu-
dex, qui facit quicquid excuſatur ab er-
rore, *Paris in d. verbo licet aliàs, & verbo an ſi*
*Iudex*.

Feci ego quicquid potui, ſtudui, & ità
reperi de iure ſcriptum, nec aliquem con-
16 tradicentem informari volui de conſue-
tudine, & practica, & ità quotidiè practi-
cari de conſuetudine, teſtantur *DD. vbi*
*ſupra*, & ità in Terra Paulæ, & in Prouin-
cia Calabriæ, vt patet ex fide præſentãda.

17 Iudex iudicans contra ſtatutum, refor-
mationem, aut conſuetudinem non reda-
ctas in ſcriptis, aut ſibi productas excuſa-
tur, *Catald. num.* 38. *& ſeq. Amod. num.* 130.
*& ſeq.* eſto quod alibi foret obſeruantia
M. C. cum non ſit redacta in ſcriptis, nec
producta, excuſat.

Maximè in hoc caſu, vbi tot, & tanti
Viri Regnicolæ, & in hoc foro, in magi-
ſtratibus, & practica verſatiſſimi, de pra-
ctica teſtantur non antiqui, ſed moderni
tempeſtate noſtra.

Proceſſus informatiuus duos patitur
defectus. Primus & hic eſt maximus, quia
18 teſtes recepti, parte non audita, aut præ-
ſente etiam ſi eſſent mille, non faciunt in-
ditium, nec ad torturã, *Grammat. deciſ.* 34.
& ideò grauitèr erraret Iudex, qui ex te-
19 ſtibus talitèr receptis torqueret, quia di-
ceretur torquere ſine inditijs, *Clar. quæſt.*
. . . in quocunque crimine etiam læſæ
Maieſtatis teſtes examinandi parte præ-
ſente, aliàs eſſet defectus de iure naturæ,
*Bart. in tract. ad reprimendam, in verbo figura,*
*verſ. ſed an præſente*, & hoc pro maximo
defectu ponderat *Afflict. in deciſ.* 391. dùm

loquitur

loquitur de præeminentia Magnæ Curiæ.

20 Iſte defectus non concurrit in fragantia, quia ordo ipſius requirit partis præſentiam, *Afflict. in d. Conſtit. Humanitate*.

Alius defectus in proceſſu informatiuo, quia vltra quod creditur teſtibus non facientibus fidem proceditur non datis defenſionibus, & iſte defectus in fragantia, & multis alijs caſibus poteſt interuenire, maximè reſpectu torturæ, dummodò non adſit primus defectus in teſtibus parte abſente, quia iſte defectus eſt intollerabi-
21 lis apud inferiores, ſola M.C. ex præeminentia, & ſtilu ſuppler, per *cap ſi cum ſceleratis, in cap. Regni, ſub tit. de præem. M.C.* in *text.* ibi. (Tu ſolus per teſtes, quos ad tui tantùm informationem receperis parte aliter nõ vocata.) & ſic teſtes recipi parte non citata, nec præſente.

Præeminentia non poteſt procedere abſq; defenſionibus ad condemnationẽ, ſed ad torturam tantùm. Fragantia etiã an condemnationem non datis defenſionibus, & ſic ſunt diuerſa, & maioris potẽtiæ fragantia, quam præeminentia.

22 Pœna aſportationis daghæ in ignobili remigatio, quiſq; præſumitur ignobilis, & proceditur tamquàm vnumquemq; vti ignobilem, donec ſe probauit nobilem . *Bald. in d. cap. ſi quis ruſticus, de pace tenenda, Apoſtilla ad Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 11.* quia facti, & eſt qualitas accidentalis.

Etiã ſi ſit notoria, non releuant ab onere allegandi, ſed probandi, & ideò ſaltim alleganda, quando eſſet notoria.

23 Pœna damnationis in metallum, in cuius locum ſucceſſit remigatio, eſt maior relegatione, etiam ad metallũ ad tempus, *l. aut damnum, §. in miniſterium, de pæn.* quia per eam perditur Ciuitas, vt in *d. §. & non per relegationem, l. relegatorum de releg.*

24 Capti in fraganti, & conuictis, vt poſſit procedi ad condemnationẽ, debet priùs inferri tortura, ordo traditur per *Afflict. in Conſt. Humanitate*, in negante vltra quod conuictis ad tollendum appellationem de generali conſuetudine in omni caſu infertur, *Grammat. voto 2. Clar. quæſt. 28.*

25 Confeſſus in fraganti, in tortura, & nõ ratificans, nihilominus valet confeſſio, *Grammat. deciſ. 36. Foller. 3. par. num. 115.*

26 Modica tortura, non dicitur tortura, *Boſſ. de tortura, nu. 15. Catalan. q. 19. Grammat. voto 6.*

27 Pœna alternatiuè impoſita per ſtatutũ, proceditur vti veniret corporalis, donec arbitretur, & eligatur per Iudicem ad quẽ ſpectat electio, non ad partem, *Bart.* in terminis Pragmaticæ noſtræ de dagha, *in l. 2. de publ. iud.*

28 Arma reperta ad pedes alicuius, ſufficiunt ad condemnationem, quantò magis ad torturam, *Afflict. in Conſtit. Intentionis, quæſt. 2.* Hic reperta ad pedes, & viſa cadere deſuper ipſum. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

Proceſſus eſt in Banca Barreſij.

Adde quis dicatur captus in fraganti crimine, & quomodo contra eum procedatur, optimè *Vulpell conſ. 137.* & licet omni iure erint defenſiones reis concedendæ, vt prolixiùs agit *Farin. in eius praxi crimin quæſt. 39. per totam*, nihilominus *ibidem num. 103. & ſeq.* probat illas non eſſe concedendas notorio delinquenti, ſeù reperto in fraganti delicto, ex *Grammat. deciſ. 36. num. 69.* cætera autem pertinentia ad materiam defenſionum reis concedendorum, agit *Ciazius tom. 1. diſcept. forenſ. diſcept. 32.* adde *Franc. Tuntol. in ſuis iudic. & vot. iudic. 1. num. 7. & 8.* *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Abolitio nulla redditur, ſi impetrans indultum, omnia delicta non expreſſerit, etiam de illis, de quibus fuit liberatus.*

2 *Factum generalitèr expreſſum in indultu non ſufficit, niſi modi, & qualitates fuerint expreſsè.*

3 *Dans operam rei illatæ, non ſolùm punitur de eo, quod fecit ex propoſito, ſed etiam ob delictum ſucceſſum.*

4 *Pœna vltimi ſupplicij punitur, dans operam rei illicitè, ſi ex ea homicidium ſubſequatur.*

5 *Qualitas quælibet erit exprimenda in gratia indultus, etiam minima.*

6 *Sacrilegium committitur ex iniectione manum in clericos.*

7 *Delictum commiſſum ſub tractatu pacis, dicitur proditorium.*

8 *Indultus reditur inualidum ex relatione facta per Fiſcum, qui fuit Aduocatus partis.*

9 *Gratia redditur nulla, ſi fuerit tacitum illud, quod potuiſſet retrahere Principem ad illam non concedendo.*

10 *Gratia vitiatur per ſubreptionem minimam, ſi non fuerint narrata delicta per ignorantiam, vel ſimplicitatem.*

11 *Ignorans non habet culpam.*

12 *Gratia Principis probanda erit per ſcripturas, non per teſtes.*

13 *Teſtis vnicus non probat.*

14 *Quæ ſunt de conſuetudine Principis non poſſunt mutari.*

15 *Poteſtas bannito conceſſa nominandi, ſi fuerit facta elapſo temporis ſpatio, an ſuffragatur.*

ARGVMENTVM.

Indultus, ſeù abolitio conceſſa bannito, an ei ſuffragatur, ſi non fuerint ſpecificata omnia delicta, & eorum qualitates.

ALLEGATIO XXI.

ET infraſcriptis iuridicis, & indubitatis rationibus, Indultū Cæſaris Caballi dicitur eſſe nullum, & Primò.

Trita regula eſt in iure, & communis opinio, quod impetrans Indultum, tenetur exprimere omnia delicta non ſolùm
1 illa, de quibus non fuit punitus, ſed etiam de quibus fuit liberatus, aliàs abolitio eſt nulla, ſecundum *Bald in l. quicunque, C. de ſeru. fugit. l. 3. C. de Epiſc. aud. Gloſ. Abb. & Io. Anan. in cap. 1. de cler. percuſ. Bart. in l. ſi cui, in fine, de accuſat. Afflict. in Conſt. Cum vniuerſis, nu.* 8. nàm ex illa multitudine delictorum poterat moueri Princeps ad non concedendum.

Et non ſolum tenetur exprimere delicta, ſed etiam modum, & qualitates, nàm ad tollendum ſubreptionem non ſufficit exprimere factū aliquod generalitèr, niſi
2 etiam exprimatur modus, per quē factum fuit, & qualitates, *Brun conſ. feud* 12. *col.* 4. *Grammat. conſ* 34. *nu.* 10. *Ber. conſ.* 104 *vol.* . *Menoch de arbitr. Iudic. caſu* 103. *nu.* 31. aliàs gratia erit nulla.

Sicut fecit Cæſar Caballus, nàm ipſe non ſolùm omiſit delicta, ſed etiam modum, & qualitatem aggrauantes, & quod ità ſit, legatur memoriale porrectū à Cæſare, & relatio M.C.V. nàm in prædictis non fit mentio de cauſa tantorum homicidiorum, & ſic de ſcalatione domus, in qua degebat Iſabella N. virgo nobiliſſima, & honeſtiſſima, quam prædictus Cæſar in vxorem petierat, vt ex iuſtiſſimis cauſis fuit repulſatus.

Ad quod Primum caput nullitatum fuit replicatum ex aduerſo, non adeſſe tale delictum. ideòq; fuiſſe ommiſſum; ſed quia in M.C.V. adeſt proceſſus dictæ ſcalationis, & ipſe fuit examinatus vti principalis ſuper dicta ſcaliatione, & teſtes de viſu fol. . . . ideò ſubreptio, & obreptio.

Secundò dicitur, quod in prędicto memoriali non fit mentio de tribus homicidijs commiſſis per dictum Cæſarem tempore inſultus facti à dicto Cæſare in perſonam V.I.D. Sartorij N. auunculi prędictæ Iſabellæ, & nihil intereſt, quod in relatione M.C.V. fuerit facta mentio de prædictis homicidijs, poſtquàm in dicta relatione ſimplicitèr dicitur.

Cui Secundo capiti fuit replicatum, ex aduerſo quod ſufficit, quod in relatione fuerunt prænarrata homicidia, ſed in rixa.

Replicatur huic reſponſioni, quod prædicta homicidia fuerūt commiſſa appenſatè, nàm appenſatè acceſſit Cæſar Caballus ad domum ſupradicti Sartorij, & vltra quod infraſcripti teſtes deponūt fol. . . . apparet, poſtquàm prædictus Cæſar erat aſſociatus cum foriudicatis, & contumacibus de homicidijs, de furro in ſtrata publica, & alijs, proùt eſt videre fol. . . . & in tantùm eſt verum, quod prædicta homicidia fuerunt per dictum Cæſarem commiſſa, quod M.C.V. licentiauit illos de N. inſultatos; & ſocij prædicti Cæſaris fuerunt torti, & citati ad informandū alij, vt fol. . . . & ipſe Cęſar examinatus vti principalis ſuper prædicto inſultu, & homicidijs commiſſis, & non ſine ratione, poſtquàm dedit operam rei illicitæ,
3 & propterea non ſolùm punitur de eo, quod ex propoſito deliquit, ſed etiam ob delictum conſequutiuum, *l. ſi quis aliquid, §. cui abortionis, ff. de pœn. l. qui ſaccum,*
4 *ff. de furt.* & ideò venit puniendus pœna vltimi ſupplicij, *text.* eſt ad literam in *l. quoniā multa facinora, C. ad l. Iul. de vi publ.* debebat enim præuidere futura, *l. qui occidit, §. in hac quiq; actione, ff ad l. Aquil.*

Tertiò dicitur etiam nullum, ex quo Io. Andreas N. vnus ex occiſis erat clericus, vt clarè conſtat per Bullas, & tàm in memoriali porrecto à Cæſare, quàm in relatione, de prædicta qualitate non fuit facta mentio, & quàdo gratia impetratur,
5 eſt exprimenda quælibet qualitas etiam minima, & vltra *DD. ſupra citatos,* ità affirmat *Bald. in l. præſcriptione, C. ſi contra ius, vel vtilit publ.* & ibidem *Iaſ. num.* 31. *Grammat. in d. conſ.* 34. tantò magis, ex qua erat qualitas tanti momenti, ex qua vltra homicidium fuit commiſſum ſacrilegium, quod
6 committitur ex violenta in Clericos manus iniectione, *cap. ſi quis ſuadente Diabolo* 17. *quæſt.* 4. *l. ſi quis hoc genus, C. de Epiſc. & cler.* vbi *Bald.*

Et nihil

Et nihil facit, ſi ex aduerſo dicatur nõ fuiſſe Clericum. poſtquã apparet ex Bullis contrarium fol. . . .

Quartò, tacuit homicidia in perſonas V. I. D. Loyſij Antonij N. & Clerici Io. Andreæ N. fuiſſe commiſſa proditoriè, ex quo tempore quo fuerunt illa commiſſa, agebatur de pace; poſtquàm Excellentiſſimus Dom. Prorex dedit authoritatem Domino Carolo Spinello de contrahendo illam, & erat notum omnibus, & teſtes
7 fol. . . . & committẽs delictum ſub tractatu pacis, proditoriè dicitur, *Marſil. conſ. 121. vol 2. num. 15.* & cum ſit enormiſſimũ delictum, *Decian. in 2 tom. cap. 30 in princ.* idem *Marſil. in d. conſ. num. 16.* dicit *Bald. in l. ſi quos,* per illum *tex. C. de poſt limin reuerſ.* quod non gaudet beneficio iuris, neque immunitate Eccleſiæ, ſi ad illam confugerit, *Decian. vbi ſupra num. 6.*

Ad quod caput ex aduerſo non fuit reſponſum, ſed tantùm quod fuerunt commiſſa cum hominibus armatis.

Et non mirùm ſi relatio ità fuit facta à M. C. V. poſtquàm tempore relationis erat Fiſci Patronus Reg. Conſ. de N. qui fuit Aduocatus prædicti Cæſaris, & ſocio-
8 rum in dicta cauſa, vt fol. . . . & ideò vendicant ſibi locum dicta, *Decian. in ſuo 2. tract. crimin. cap. 35. nu. 91.* vbi dicit, quod ex prædicta cauſa indultus dicitur nullũ, & ꝙ Fiſcus erat, cum qua decet reuerẽtia Aduocatus Cæſaris. Aduertatur vnum, & eſt, quod prædictus Cæſar bis petije gaudere indultu pro captura Cæſaris dello Furno, pro qua fuit nominatus, & Ill. Dom. Comes de Lemos noluit admittere ex cauſis prænarratis tempore quo fuit facta dicta relatio erat Fiſci Patronus D. Reg. Conſil. de N. & fuit facta ſub die 12. Martij 1599. & pro captura Nardi Antonij Playtani, fuit petitus indultus ſub die 8. Ianuarij 1600. quo tempore erat Fiſci Patronus Dom. Laurentius de Franchis, & pro obtinendo indultu vltimo loco petito, præſenrauit illam relationem factam ſub die 13. Martij 1599. tẽpore quo erat Dominus de N. & non aliam, ex quo dubitabat non habere ſimilem.

Fuit replicatum ex aduerſo, non obſtare, poſtquàm à Regio Fiſci Patrono fuit acerrimè defenſa cauſa.

Replicatur huic reſponſioni, nàm fuerunt ommiſſa ſupra narrata delicta, & modus, & qualitates, vt clarè conſtat in dicta relatione, & rogo, vt legatur relatio Alexandri Tranſi præſentata in actis, qui erat inquiſitus de ſimplici homicidio, & & quia non erat amicus dicti de N. fuit tàm acritèr facta ſub die 2. Octobris 1600. & prædictus Cęſar inquirebatur de pluribus homicidijs, & enormibus delictis, & fuit facta ſimplicitèr, & de plano, ſicut ſi eſſet inquiſitus de pugillis.

Cum igitur tacitũ fuerit id, quod mentem Principis potuiſſet retrahere à con-
9 ceſſione gratiæ, gratia ipſa redditur nulla, *cap. poſtulaſti, de reſcript. Abb. in cap. præſentiam, & in cap. cæterorum, eod. tit.* & in tantùm eſt hoc verum, quod *Franciſc. Marcus in ſuo 1. tom. deciſ. 504. num. 16.* dicit, quod
10 per minimam ſubreptionẽ vitiatur gratia, & hoc etiam ſi in ſupplicatione, non fuerunt narrata delicta per ignorantiam, vel ſimplicitatem, *Felin. in cap. ſuper literis, num. 1. verſ. limita primo, de reſcript. Socc. ſen. in conſ. 174. poſt princ. & in conſ. 268. col. vlt. poſt num. 12. lib. 2. & Crau. conſ. 68. num. 9.* & ratio eſt, quia non inſpicitur culpa, nec
11 ignorantia impetrantis, quam culpa non habet, ignorans, *l. ex maleficiis, ff. de action. & obligat.* ſed propoſitum, atque voluntas concedentis, *cap ad aures, de reſcript. & cap. dudum, de elect.*

Vltimò dicitur nullum, ex quo nõ conſtat de poteſtate nominantis, niſi per fidẽ Secretarij N. N. in qua atteſtatur fuiſſe conceſſum per Dominum D. Franciſcum de Caſtro Capitaneo Dominico Antonio de Sanctis nominare quatuor delinquentes, qui valeant obtinere indultũ pro delictis per eos patratis, non obſtante quod non haberent partium remiſſiones, in locum quatuor ſociorũ prædicti Nardi Antonij, quibus fuit facta promiſſio indulgendi, tùnc quando erit mediãtibus ipſis, dictus Nardus Antonius in poſſe Curiæ.
12 Cui fidei non eſt danda fides, ex quo gratia Principis probãda eſt per ſcripturas, & non per teſtes, *l. probatorias, C de diuerſ. offic. lib. 12.* & ità teſtatur *Afflict. deciſ. 243. num. 4. 319. num. 11. & 398. num. 6. & 7.* communem dicit eſſe opinionẽ *Maſcard. concluſ. 846 per totam, Baiard. quæſt. 59. nu. 9.* & dato, & nõ conceſſo, quod gratia Principis poſſit probari per teſtes, neque eſſet probata, poſtquàm non adeſt niſi fides vnius, qui licet eſſet teſtis iuratus, nõ probaret concludentèr, ex *text. in cap. licet, & cap. veniens, il primo, de teſtibus,* cum teſtis
13 vnicus non probet, etiam quod ſit Senator, vel Cardinalis, *cap. in nomine Domini, de teſtibus, Iaſ. in l. ſi quando num. 9. C. vndè vi, Felin. in cap. ſuper ijs de fide inſtrum.* & quod non ſit eredendũ prædictæ fidei habemus conſuetudinem in contrariũ, nàm quando Pro-

do Proreges faciũt ſimiles promiſſiones,
ſemper per literas roboratas eorum ſub-
ſcriptione apponunt verba illa, *ſub fide, & verbo Regio*, quæ ſunt de ſubſtantialibus,
ſicut in nominatione cõceſſa Regio Con-
ſiliario Carolo Tironi pro captura Cæſa-
ris dello Furno præſentata in actis, & in
14 nonnullis, & quæ de conſuetudine Prin-
cipis ſunt, non poſſunt mutari, *Maſcard. concluſ.* 46. *nu.* 8. *l. minimè, ff. de legib. l. illud,*
vbi *Bald. de excuſat. tutor.*

Dico etiam ſi fuit cõceſſa dicta nomi-
natio, quomodò non procurauit illam
ſtatim completo ſeruitio, poſtquàm ſtetit
per ſpatium quinque menſium; ſeruitium
in mẽſe Aprilis, & fides fuit facta de men-
15 ſe Septembris cur tandiù tacuit? vnde
vendicat ſibi locum *conſ. Bald.* 37 *incipiente Quidam Tabellio. fundatum ſuper cap.* 1. *de frigid. & maleſ.* & ideò ſuſpecta eſt. dicitur
in fide, quod fuit conceſſa nominatio pro
illis ſocijs Nardi Antonij, quibus fuit
facta promiſſio pro captura dicti Nardi
Antonij, dico quod talis promiſſio non
apparet, & tale bannũ nunquàm fuit ema-
natum: ſi fides fundatur ſuper banno, &
tale bannum non apparet, ergo talis pro-
miſſio non eſt vera, & deficiẽte principali
deficit acceſſorium.

Adde etiam, quod cum prædicta fide
fuerunt indultati viginti octo, & in quoli-
bet indultu fuit dicta fides præſentata:
Dato, & nõ conceſſo, quod prędicta fides
ſit vera, fuerunt indultati vltra promiſſa,
& nihil intereſt, quod prædictus Cæſar
fuit ſecundo loco indultatus, & ſunt ex-
cludendi vltimi. Dico, quod vigintiquin-
que ſunt indultati, quia fuerunt in ſerui-
tio, & ità fuit promiſſum, vt per literas
S.E. & eo ipſo, quod completum fuit ſer-
uitium, intelliguntur indultati, & non qui
per pecuniam fuit indultatus.

Vndè ex iàm dictis rationibus reijci-
tur reſponſio ex aduerſo ad vltimũ caput
nullitatum, dùm fuit probatum dictum
indultum fuiſſe inualidũ ex defectu præ-
ſentatis nominantis.

Ex quibus omnibus currenti calamo
congeſtis inſtatur, indultum iàm dictum
declarari nullum. Reliqua, &c. Proceſſus
extat in Banca Bruni.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

Adde quod indulta concedũtur delin-
quentibus ob capturam malefactorum,
etiam parte non concordata, & in præiu-
dicium Baronum ratione fauoris publi-
ci, *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ.* 53. *nu.* 22. *tom.* 1.
& vt ſortiatur effectum indultus neceſsè
erit, vt delicta indultanda ſint commiſſa
ante publicationem banni, *Reg. Rouit. in rubr. pragmat. de exul. num.* 16. & non mirùm
ſi indultandus debet exprimere omnia
delicta qualitercumq; de eis ſit notatus,
etiam ſi de eis non adſit informatio, *Capiblanc. de Baron. tom.* 2 *cap.* 31. *num.* 36. aliàs
poſſit arreſtari pro delictis non expreſſis,
*vt ibi num.* 21. ad ornatum articuli vide
*Farinac. in pract. crimin. quæſt.* 6. *nu.* 49. *& ſeqq. Dom. de Franch. deciſ.* 330 *num.* 3. vbi *addent. Baiard. ad Clar. § fin. quæſt.* 59. & nouiſſimè
copiosè *Reg. Conſ. Staiban. in* 1 *lib. reſolut. reſolut.* 1. *Catalan. de indultu cap.* 39. *in* 3 *limit. num.* 36. vbi committens tria homicidia
non debet gaudere indultu. *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 Text. in l. illicitas, §. veritas, ff. de officio Præſid. *ponderàtur.*

2 *Reus ſubijcitur tormentis apparentibus ſufficientibus inditijs.*

3 *Copula carnalis quando præſumatur interueniſſe inter amaſium, & amaſiam.*

4 *Præſumptio inducitur ex confeſſione mulieris aſſerentis ab aliquo cognitam.*

5 *Probatio bonæ famæ alicuius, tollit præſumptiones contra ipſum exortas.*

6 *Præſumptiones, & inditia, tolluntur contrarijs præſumptionibus, & inditijs.*

7 *Fama bona tollit præſumptionem delicti, ex allocutione cum muliere.*

8 *Inimicus meus dicitur ille, qui eſt inimicus fratris mei, vel mei affinis.*

9 *Inimicus repellitur à teſtimonio.*

10 *Inimicus dicitur, porrigendo accuſationem contra aliquem.*

11 *Variationi principali, non creditur quando deponit contra aliquem.*

12 *Teſtes ſingulares deponentes de mala fama alicuius, probant.*

13 *Teſtes deponentes de mala fama alicuius mulieris, præferuntur illis deponentibus de bona.*

14 *Iura multum deferunt innocentiæ.*

ARGVMENTVM.

Teſtes cortinati deponentes vidiſſe aliquem cum aliqua muliere alloquentẽ in ſecreto per fiſſuram parietis, an probãt ſtuprum, & raptum.

ALLE-

## ALLEGATIO XXII.

IN cauſa,& proceſſu fabricato in M.C.V.
contra morigeratũ iuuenem Tiberium
de Caprio de, & ſuper prætenſis raptu,
& ſtupro commiſſis in perſonam cuiuſdã
mulieris nomine Prudentię,pediſſeq; Ma-
gnificæ Victoriæ de N. ſubſcripta breui-
tèr in iure allegantur ad eius fauorem, ex
quibus omne ſperatur eius abſolutio. Et
Primò eſt diſcutiendum ex meritis dicti
proceſſus, ſecundum quem quilibet re-
ctus Iudex ad decidendum arctatur ex
1 præcepto, *text. in l. illicitas, §. veritas, ff. de
officio Præſid.* an ſcilicet dictus Tiberius ex
deductis contra ipſum veniat puniendus
pœna capitali, ſi delictum quo inquiritur,
apparuerit plenè contra ipſum verificatũ,
vel ſaltem plena deficiẽte probatione, ip-
ſum debere ſubijci quæſtionibus, & tor-
mentis pro veritate ab ipſo eruenda, ſi in-
ditia contra ipſum appareant ſufficiẽtia.

Et videtur prima facie dicendũ, quod
deficientibus plenis probationibus ad ip-
ſum Tiberium condemnandũ dicta pœna
capitali, & quod apparentibus ſufficien-
tibus inditijs contra ipſum eſſe quæſtio-
nibus, & tormentis ſubijciendum, iuxtà
doctrinam *text. l. diuus. ff. de quæſt. l. edictum,*
2 *cod. tit.* & ꝙ inſunt ſufficientia inditia ad-
ducitur depoſitio Martini N. teſtis exa-
minati contra Tiberium ipſum, deponen-
tis ſe adinueniſſe eundem Tiberium allo-
quentem, atque perſiſtentem cum dicta
Prudentia ſolùm cum ſola in quodam
foramine facto in pariete exiſtente in me-
dio domorum Magnif. Alphonſi de Ca-
prio patris ipſius Tiberij, & Magnificę Vi-
ctoriæ patronæ dictæ Prudentiæ, ob quod
teſtem ipſum tùnc temporis ſuſpicaſſe
dictum Tiberium carnalitèr voluiſſe co-
gnoſcere dictam Prudentiam, ex qua de-
poſitione inducitur maximum inditium
ad torturam contra Tiberium ipſum, cũ
carnalẽ copulam præſumatur inter ipſos
3 interueniſſe, vt colligitur ex doctrina
*DD. in cap. literis, de præſumpt.* & maximè
per *Felin. & Sicul. ibi* per *Aret. in tract. ſuo
maleſic. in rubr. quod fama publica præcedente,
in verbo quæro, an per vnum inditium*, & ibi
per *Auguſt. de Arim. Alex. in l. 1. ff. ſi cert. pet.
& in conſ. 576. 4. part.* & ratio, quæ per ip-
ſos aſſignatur, eſt quod ſufficiat in caſu
de quo agitur, teſtem ipſum præſumptiuè
depoſuiſſe, cum probatio directa haberi
non poteſt, concurrẽtibus nonnullis alijs
coniecturis, atq; præſumptionibus con-
tra ipſum Tiberium, prout colligitur ex
depoſitione Scipionis N. teſtis producti,
& examinati contra ipſum, deponentis de
dicto foramine in dicto pariete reperto,
de verbis ſibi per dictũ Tiberium dictis,
Prudentiã ipſam eſſe formosã, cõcurten-
te etiã confeſſione ipſius Prudentiæ con-
fitentis ſe fuiſſe carnalitèr cognitam ab
ipſo Tiberio, per quam confeſſionem in-
ducitur contra ipſum Tiberium præſum-
ptio de dicto aſſerto delicto, vt habetur
4 in *cap. interrogatum 10. quæſt. 5.* ac etiam
depoſitione dictæ Magnif. Victorię, vt do-
minæ, & patronæ ipſius Prudentiæ depo-
nentis de foramine prædicto nouitèr fa-
cto in dicto pariete per dictũ Tiberium.

Attamen ijs in contrariũ adductis non
obſtantibus contrariam ſententiam iuris
eſſe arbitror in fauorem dicti Tiberij, ex
meritis dicti proceſſus, ſtantibus depoſi-
tionibus nonnullorum teſtium examina-
torum pro ipſius Tiberij parte, adducen-
do primo bonam ipſius Tiberij famam
verificatam, perſonæ non actinræ de ſimi-
libus, nec de alijs delictis: bonæq; vitæ,
famæ, & cõditionis, ob quæ prædicta om-
nia tolluntur dictæ præſumptiones indu-
centes contra ipſum inditium, quod ipſe
rem habuiſſet cum dicta Prudentia, vt ha-
betur elegantèr per *Alex. in l. fin. in apoſtil-
5 lis, ff. de quæſt.* & per *eundem in ſuo conſil. 90.
incip. Viſo themate ante ſcripto 3. volum.* per
*Bald. in l. fin. C. de probat* & ijs regula illa
6 reſultat, quod pręſumptiones, & inditia,
cõtrarijs præſumptionibus, & inditijs eli-
duntur, vt refert *Bart. in l. fin. C. famil. erciſc.*
& per *Franc. Brun. in ſuo tract. de indit. & tor-
tura vol. 10. fol. 98.* ex quibus omnibus de-
ductis, & verificatis in fauorẽ dicti Tibe-
rij officium recti Iudicis eſt perpendere,
& conſiderare, quod dato, & non conceſ-
ſo, quod dictus Tiberius viſus fuiſſet in
dicto foramine exiſtens, quod non malo
animo, nec ad malum effectum, ſed bonũ,
cum de iure non alitèr præſumatur, ipſũ
ibi permanſiſſe ſtante dicta eius bona vi-
7 ta, fama, & conditione, & alijs vt ſupra
verificatis, & hoc eſt, quod tenet, refert
*Gam. in rubr. de præſumpt. & in dictis, §. quia
ſupra dictum eſt cum ſeq.* accedente etiam
in ijs depoſitione ipſius Victoriæ factæ
ſub die vigeſimo primo menſis Maij, ex
qua apertè colligitur dictum Martinum
dixiſſe ſe reperijſſe eandem Prudentiam
cum ipſo Tiberio alloquentẽ *in vna ſenga
di muro ſpaccato*, vbi ad præſens tempore
prætenſi raptus reperitur factum magnũ
foramen, & tàm per ipſum Martinum, quã
etiam per ipſam Prudentiam fuiſſe ipſi

Victoriæ dictum, quod ex ipſa ſiſſura pa-
rietis ligna ipſius Victoriæ furto ſubtra-
hebantur per pediſſequã patris ipſius Ti-
berij, & quod Tiberius ipſe ad rumorem,
quam ad inuicẽ faciebant dictę pediſſeq;
de dictis lignis; ſuperuenit dicendo di-
ctam ſiſſuram fabricare, & obturare velle,
& ſimilitèr idem Martinus in dicta eius
depoſitione facta ſub eodem die, aſſeruit
ſe reperijſſe dictam Prudentiam in loco
prædicto alloquentem cum ipſo Tiberio,
ac Prudentiam ipſam tùnc temporis ſe
excuſaſſe, ꝙ dicta pediſſequa dicti Magni-
fici Alphonſi furto ſubtrahebat ligna di-
ctæ Victoriæ, & per dictum Tiberium tũc
temporis fuiſſe dictum prædictorum oc-
caſione velle obturare, & fabricare, proùt
fabricauit dictam ſiſſuram, ſeù foramen
illud magnum, vt factũ prætenditur tem-
pore prætenſi raptus ipſius Prudentiæ per
ipſum Tiberium illud fore factum, cum
probatur plenè per Magnificam Ferandi-
nam N. & Victoriam N. illud fuiſſe factũ
per ipſam Victoriam, & non per ipſum
Tiberium, tantò fortiùs, quod depoſitio-
nes tàm ipſius Martini, quàm etiam dicti
Scipionis, nullam inducunt contra ipſum
fidem, nec iudiciũ, tanquàm legitimè per
ipſum Tiberium repulſatorum, vt nepotũ
dictæ Victoriæ eorum auiæ maternæ, &
querulantis ipſius Tiberij de dictis aſſer-
tis ſtupro, & raptu, criminalem contra ip-
ſum porrigendo accuſationem ac illos,
vt habitantes, & commorantes in eadem
domo cum dicta eorũ auia, proùt ipſimet
in eorum depoſitionibus confitentur, ob
quod ipſi fuerunt, & ſunt effecti inimici
8 capitales ipſius Tiberij, proùt effecta ex-
titit dicta eorum auia, vt colligitur ex do-
ctrina *Hippol de Marſil. in l. 1. § præterea, co-
lum 12. cum ſeqq. verſ modo redeundo ad prin-
cipalem materiam, ff. de quæſt.* vbi habetur,
quod inimicus meus dicitur ille, qui eſt
inimicus fratris mei, vel mei affinis, ac
etiam ille, qui eſt amicus mei inimici, di-
citur meus inimicus, & hoc eſt quod cõ-
ſulendo meminit *Alex. in conſ. 98. 1. vol.* &
9 hoc præcipuè quòad repulſandum ipſos
ab eorum teſtimonijs, ex eleganti doctri-
na *Bald. in l ſi quis teſtibus, col. 3. C. de teſtibus*,
vbi habetur copulans amicitiã cum ini-
mico meo, dicitur meus inimicus, ita
quod ab eius teſtimonio repellatur, hoc
tamen maximè quando ex tali amicitia
reſultat odioſitas alteriùs, tantò fortiùs
in caſu de quo agitur, cum ipſi sũt nepo-
tes ipſius Victoriæ eorum auiæ maternæ,
& cum ea in vna, & eadem domo habitãt,
quæ Victoria capitalis inimica effecta ex-
titit ipſius Tiberij propter dictam por-
rectam contra ipſum criminalem accuſa-
10 tionem, vt voluit *tex. notab. in authent. de te-
ſtibus, §. 1 verſ. ſi verò quis dicatur odioſus*, &
ibi *Gloſ. in verbo de crimine*, & non ſolùm
ipſa Victoria effecta eſt capitalis inimica
ipſius Tiberij occaſione prædicta, & ipſi
prædicti nepotes, ſed etiam Io. Petrus N.
pater ipſius Martini, & gener ipſius Vi-
ctoriæ tanquàm productor teſtium con-
tra ipſum, ac inſtigans, vt moriatur, aut
quæſtionetur, ipſumq; etiam armata
manu tùnc temporis pręſenti raptus, vt
plenè probatus extitit pro eius Tiberij
parte in eius exceptionibus repulſatorijs.

Et ſimilitèr nec confeſſioni factæ per
dictam Prudentiam, & fides aliqua adhi-
benda, nec ex ea contra ipſum Tiberium
aliqua præſumptio inducitur, tùm pro-
pter variationem in eius depoſitionibus
11 per ipſam factã, cui nõ creditur, vt habe-
tur per *Innocent. in cap. præterea, de teſtib.* per
*Anton. de Butr. in cap. in tua, eod. tit. Hippol.*
hoc idem per *Hippol. in ſingul* 103. tùm
etiam propter inhoneſtam vitam ipſius
Prudentiæ verificatam per nonnullos te-
ſtes pro ipſius Tiberij parte examinatos
in eius repulſatorijs exceptionibus in nu-
mero decimę exceptionis, ac etiam de-
ponentes de eius vili conditione, fama, &
reputatione, qui teſtes ſi qui fuerint ſin-
gulares, attamen probant dictam inhone-
ſtam vitam, malamq; famam ipſius Pru-
dentiæ, vt colligitur ex doctrina *Alex. in
conſ. 13. vol. 7.* qui tanquàm deponentes in
12 ſpecie de mala fama ipſius Prudentiæ,
præferuntur teſtibus ex aduerſo produ-
ctis, & deponentibus de bona ipſius Pru-
13 dentiæ famà in genere; & hoc eſt, quod
dicit *Innoc. in cap. auditis, de præſũpt.* conſu-
lendo illud idem tenuit *Alex in conſ. 77. in-
cip. in cauſa accuſationis, 1. vol.* plenè *Hipp. in
eius auerolda § diligentèr, num* 98. ex quibus
omnibus in facto, & in iure ſubſiſtentibus
in fauorem ipſius Tiberij, ipſum propte-
reà tanquàm innocentem abſoluendum
14 de dictis raptu, & ſtupro, cui eius inno-
centiæ iura multum deferuntur, vt idem
*Hipp.* refert *in d. eius auerolda, § opportunè,
num. 14. cum ſeq* & iura in contrarium ad-
ducta, & allegata haberent locum, atque
loquuntur quando teſtes deſuper exami-
nati, fuiſſent omninò integri, omni ex-
ceptione maiores, ac etiam quando ipſi
depoſuiſſent ipſos vidiſſe eundem Tibe-
rium tùnc aſſerti temporis in loco præ-
dicto oſculantem, atq; tangentem mam-
millas,

millas, aut alias partes pudendas ipſius Prudentiæ, quod ceſſat in caſu noſtro, eo maximè quod ex aduerſo non probatur locum de quo ſupra ſecretum, & occultum eſſe. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C.Neap.*

Adde, quod iſti teſtes coniurati regularitèr non probat in criminalibus, vt refert *Farinac.conſ.*50.*vol.*1 *num.*1.& quando ibi oſtenditur *num.*15. & idem *Farinac. in tract.de teſtib.q.*69.*nu.*175.*& ſeq.* *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 Text.in l.1.§.qui quæſtionem,ff.de quæſtionib. *qualitèr procedat.*
2 *Teſtis interrogatur per extenſum in articulis, vel interrogatorijs, Iudici porrectis extra torturam.*
3 *Teſti deponenti in tortura ob metum, non creditur.*
4 *Teſtes examinari debent iuxtà formam commiſſionis data:*
5 *Iudex, cui peccaſſet, ſi ſic interrogat reum, vel teſtem exiſtentibus inditijs manifeſtis.*
6 *Ius oritur ex facto.*
7 *Teſtibus aſſerentibus in cauſis criminalibus, nõ ità dixiſſe contra Notarium, an ſit credendum.*
8 *Teſtis, qui depoſuit coràm Iudice, & Notario, ſi indè aſſerit non ità depoſuiſſe, poteſt de falſo puniri.*
9 *Depoſitio prima teſtis attenditur, quãdo interrogatur de ſe tantùm, vel de ſe, & alijs.*
10 *Depoſitio teſtis ſpontanea cum iuramento, attenditur.*
11 *Depoſitio prima actuarij attẽdi debet, vti magis veriſimilis.*
12 *Iudex non debet ſtare correctioni teſtis ſimpliciter, ſed attendere ad modum correctionis.*
13 *Teſtis an poſſit in continenti corrigere dictum ſuum, & quando.*
14 *Homo quilibet quærit ſanguinem ſuum, qualitercunque à morte redimere.*
15 *Teſtis tortus volens confiteri delictum, non cenſetur ſpontè crimen alterius magnum confiteri, niſi corruptus.*
16 *Commiſſio data à Prorege alicui ad inquirendum, & denuntiandum, non extẽditur ad carcerationem.*
17 *Geſta omnia à carente iuriſdictione ſunt nulla.*
18 *Dictum pro eruenda veritate, intelligitur etiã de principali.*
19 *Tortura non imponitur, niſi vltra relegationem.*
20 *Pœna vltimi ſupplicij impoſita eſt contra coniurantes.*
21 *Pœna mortis eſt contra ſeditioſos.*

ARGVMENTVM.

## Teſtes examinati de coniura facienda, ſi illinc ad certos menſes contrarium aſſeruiſſent, an eis credendum, vel Notario eos examinantes.

ALLEGATIO XXIII.

SVggeſſiſſe non dicitur quando Magnificus Nicolaus Antonius Quaranta
V. I. D. examinauit Franciſcum Nigrum, aliàs Amelium, & Troylum Melegari, teſtes ſuper coniura, & narrauit factum, & modum coniurationis, ſeù illiciti collegij, nàm hoc licuit, ex quo *text. in*
1 *l.*1. §. *qui quæſtionem, ff. de quæſt.* qui hanc ſuggeſtionem prohibet, loquitur in teſte, qui examinatur in tortura, ſecus eſt in teſte, qui examinatur extra torturam, quia
2 tùnc per extenſum, interrogatur ſuper articulis, capitulis, vel interrogatorijs Iudici porrectis, ità *Bart.in d.l.*1. §.*qui quæſtionem, num.*3.& latiùs ibidem *Marſil. num.*3. *verſ. ſubdit poſteà, & verſ.quæ omnia,*& ratio diuerſitatis aſſignatur per *Salycet. in l fin. verſ. quæro tùnc de modo, C.de accuſat.* quem refert, & ſequitur *Angel.in tract. maleſic. in verbo quod fama publica præcedente, num* 118. *verſ. tertio ſit bene cautum*, quia teſtis exiſtens in tortura ſic ſuggeſtus, vel doctus metu tormentorum illud diceret, quod
3 nunquàm ſciuiſſet, nec potuiſſet dicere, propter metum torturæ, immò ad euitandum torturam, dixit *Boſſ. in ſua pract. in tit.de reſponſion. à reo facien.* §.1.*num.*12.qui vltra *Angel.*citat etiam *Brun. in tract. de indit.car.*3.*col.*3.*verſ.qualis aut ſit modus*, quod ceſſat in teſte ſpontè deponẽte, quia tùnc poſſunt per extenſum interrogari ſuper capitulis, vel inſtructionibus datis, vt fecit prædictus Magnificus Quaranta, qui dictos teſtes examinauit iuxtà inſtructio-
4 nes ſibi datas per Collaterale Conſilium ſcriptas intus eius commiſſionem, iuxtà *text. in cap. præſentium, de teſtib. in ſexto*, ibi, *Super poſitionibus in Bulla noſtra tranſmiſſis.* Rogantur Domini Senatores, vt hoc aduertant.

Secundò, quando inditia ſunt multum

manifeſta, teſtem, vel principalem reum
commiſiſſe delictum, non vi eo quare Iu-
5 dex ad conuincendum malitiam negan-
tis, ad demonſtrandũ qualitèr Iudex ſcit
omnia, quare Iudex peccaret, ſi ſic inter-
rogaret. ità *Aug. ad Angel in d. verbo quod*
*fama publica præcedente; in d. num. 118. Boſſ.*
*d. tit. de reſponſ. à reo fac. §. 1. num. 22.* ibi, *Niſi*
*inditia eſſent ità magna.* & hoc etiam vide-
tur eſſe de mente *Bart. in d. §. qui quæſtionem,*
*num. 1. verſ. item debent eſſe aliqua inditia con-*
*tra teſtes, qui debent hoc ſcire;* & ſic apparet
non fuiſſe ſuggeſtum, tantò magis cum
coniuratio ſit quædam res iuris, de qua
non poteſt reddi cauſa ſcientiæ per ſensũ
corporeum, & propterea ſuper ipſo facto
6 teſtis interrogari debet ex quo facto ori-
tur ius, quod eſt coniuratio. ità *Bart. in l.*
*ſciendum, ff. de verb. obligat. num. 6. ante lit. B.*
ex quibus apparet non poſſe tractari de
ſuggeſtione, & in hoc non eſſe ſuggeſtum.
7 Dictis duobus teſtibus poſt quinque
menſes dicentibus non dixiſſe de coniu-
ra, prout ſcriptum repèritur non credi-
tur, quia quando proceditur criminalitèr
non creditur dicto teſtis contra Notariũ,
nec ſcripturæ Notarij contra teſtem, etiã
ſi plures ſint teſtes, cum ſint ſingulares, ità
*Abb. in cap. ad audientiam, extra de præſcrip.*
*num. 7.* & ibi *Felin.* latè *Capyc. deciſ. 94. in*
*cauſa Io. Pauli, & deciſ. 62. in cauſa Magnifici*
*Carraſelli,* & ità *Iul. Clar. in verbo falſum, nu.*
*10. verſ. pone teſtis negat,* qui allegat *Alex. in*
*conſ. 74. num. 12. in 1. volum. Rimin. al. conſ. 56.*
*num. 2.* & complures alios. Vndè cum non
credatur eis ſic deponentibus, nulla eſt in
eis facienda vis. Tantò magis, quia iàm
dicti DD. loquũtur quando Notarius ſo-
8 lus examinauerat teſtes, ſed ſi vltra Nota-
rium interuenit Iudex in examine non
auditur, teſtis poſteà dicens, non ità de-
poſuiſſe, vt ſcriptum eſt à Notario, immò
poteſt, & debet de falſo puniri, vt per plu-
res fundat authoritates prædictus *Clar. in*
*§ fin. pract. crim. quæſt. 53. num. 17.* vndè cum
in caſu de quo agitur, interuenerint, &
Actuarius, & Commiſſarius, omninò eſt
credendum eorum ſcripturæ. & dicti duo
teſtes debebãt de falſo puniri; tantò ma-
gis, quia apparet eſſe falſos per ea, quę sũt
ſcripta in memoria facti.

Actuarius Alexander Simeonus non
nocet Magnifico Quarantæ, immò ip-
ſum releuet, & veritatem totius negotij
eius prima depoſitione dilucidat, enu-
dando diligentiam dicti Magnifici Qua-
rantæ in toto negotio, & quod ſcripſerat
veritatem, & id quod eſt ſcriptum in de-
poſitionibus dictorum teſtium coràm
Magnifico Quaranta eſt verum, & id de-
poſuerunt teſtes, & ipſe tanquàm Actua-
rius id ſcripſit, & eſt ipſa veritas, & ipſe
cum iuramento coràm Domino Catena
ſpontè deponit, in qua depoſitione iterũ
examinatus perſiſtit, & tertio perſenera-
uerat in affrontatione Amelij, ſeù Fran-
ciſci Nigri, & quarto in affrontatione
Troyli Melagari, & ſic in quatuor depoſi-
tionibus dixit veritatem, & licet ex poſt
facto reuocauerat id, & depoſuit ſcripſiſ-
ſe falsũ de conſenſu dicti Magnifici Qua-
rantæ, & in hac depoſitione cum tortura
perſeuerauerat; non eſt dubium, quod de
iure debet attendi prior depoſitio ſpontè
facta, nàm quando teſtis interrogatur de
ſe tantùm vel de ſe, & alijs, attenditur de-
9 poſitio prima ſpontè, & non ſecunda, etiã
in tormentis facta, & prima eſt validior,
ità *Bart. in l. 1. §. quæſtioni, ff. de quæſtionib.* &
*Dec. in conſ. 189. num. 12.* qui decidit caſum
in proprijs terminis, & conſuluit pro Ma-
gnifico Quaranta, & in *conſ. 175. num. 8.*
*Crau. in conſ. 6. num. 4. & 5. Aret. in conſ. 61.*
non obſtat *Bart. in l. eos, ff. de falſ.* vbi dixit
attendi depoſitionem teſtis factam in tor-
mentis, quando variat, quia illud proce-
dit, quando teſtis interrogatur de alijs
tantùm, quia tùnc eſt validior depoſitio
facta in tormentis, secùs quando interro-
gatur de ſe tamen, vel de ſe, & alijs, vt in
caſu noſtro, quia fuit interrogatus tàm
de ſe, quàm de Magnifico Quaranta, quia
10 tùnc attenditur prior confeſſio ſponta-
nea cum iuramento, ità *Bart. ſe declarat fa-*
*ciendo tres caſus, in d. l. 1. §. quæſtioni, ff. de quæſt.*
quod refert, & ſequitur *Didacus Couarr.*
*lib. 2. variar. reſolut. cap. 13. num. 8. verſ. quod*
*autẽ,* ſcripſit *Bart. in d. l. eos,* & maximè quia
prima depoſitio dicti Alexandri fuit plu-
riès reiterata, quo caſu fortior, & magis
deliberata videtur iuxtà *Gloſ. fin. 2. quæſt. 3.*
*cap. ſi quis iuratus;* vt dicebat *Dec. d. conſ. 189.*
*num. 10. verſ. & maximè iſta concluſio,* & pri-
ma depoſitio eſt magis veriſimilis cõcor-
dans cum depoſitionibus dictorum teſtiũ
coràm Magnifico Quaranta, & depoſitio
dicti Actuarij concordat cum depoſitio-
ne dicti Magnifici Quarantæ, & vnus non
ſciebat depoſitionem alterius, tantò ma-
gis, quia Actuarius fuit examinatus Ca-
tanzarij, & Quaranta Neap. & ſic tan-
11 quàm magis veriſimilis, prima depoſitio
Actuarij debet attendi, vt tradit *Soccin. in*
*conſ. 253. in princ. & Dec. d. conſ. 189. num. 10.*
*verſ. ſecundo reſpondit, & conſ. 175. nu. 8. verſ.*
*tertio reſponderi poteſt,* maximè cum non

ſic de

ſic de facili talea reuocationes ſunt ad-
mittendæ, vt dixit *Innoc. in cap. præterea, ex-*
12 *tra de teſtib. cog.* vbi dicit, quod etiam ſi te-
ſtis incontinenti, ſe corrigit, non debet
Iudex ſtare dictæ correctioni ſimpliciter;
ſed attendere modum correctionis, & ibi
*Abb.* quem refert, & ſequitur *Felin. ibidem
num.* 14. & melius *num.* 11. *& Bart. in l. eos,
num.* 3. *ff. de falſ.* qui dixit, quod teſtis po-
13 teſt incontinenti corrigere dictum ſuum,
ſi iuſtam cauſã erroris alleget, & hoc Iu-
dici videbitur, aliàs tanquàm varius de-
bet puniri; immò dicit *Tindar. in tract. de
teſt. var. cap. 4. incip. Alteram,* quod Iudex de-
bet aduertere ad cauſam correctionis, ſi
ſit conſona, vel ne, & ſi nõ probabilis eſſe
videtur, puniat teſtem tanquàm varium;
ſequitur *Boſſ. in pract. tit. de public. proc. &
teſt. in princ. num. 32. cum ſeq.* vndè cum iſte
Actuarius reuocauerit eius depoſitionem
poſt quatuor conformes depoſitiones, &
reuocatio eſt inueriſimilis, cum in primis
depoſitionibus non aderat delictum, & in
reuocatione ſpontè confitetur delictum,
metens pœnam mortis, qui Iudex prudẽs
non iudicabit hunc Actuarium, vel à par-
tibus ſubductum pecunia, aut ſpe indul-
tus, ſuadendo, quod Dominus Catena ha-
14 bebat facultatem, cum quilibet homo
quærat ſanguinem ſuum qualitercunq; à
morte redimere? iuxtà *text. in l. 1. ff de bo-
nis eorum, qui ante ſent. mort. conſc.* maximè
15 cum hic aliàs tortus per duas horas in
M.C. pro furto noluit cõfiteri; ergo quo-
modò volebat confiteri ſpontè tàm ſce-
lus ingerens pœnam mortis? niſi corru-
ptus, vel ſeductus, vt dicit *text. in l. ſi ità quis,
verſ. qui nemo ſanus diceret, ff. de euict.* & latè
diſcurrit hoc *Marſil. in l. 1 nu. 35 ff. de quæſt.*
accedat etiam, quod in tortura bis noluit
ratificare, & eſt varius in ſuis depoſitioni-
nus reuocãtibus, & varietas inter ipſum,
& teſtes maxima, vt in nota facti dictum
eſt, ex quibus patet depoſitionem Actua-
rij in tortura non obeſſe.

Vltimo dicitur omnia facta per Domi-
num Catenam nulla ex defectu poteſta-
tis, nàm ſibi fuerat commiſſum ab Excel-
lentiſſimo Prorege, quod inquireret tan-
16 tùm, & denuntiaret quomodò ſe geſſerũt
Magnifici Quaranta, & Maſtrillus, ergo
non poterat procedere ad carcerationẽ,
& alios actus, ità *Bart. in l. 1. C. de cohortal.*
17 *lib. 10.* & conſequenter omnia geſta à ca-
rente iuriſdictione ſunt nulla, vt notat
*Abb. Felin. Dec.* & communitèr Scribentes
*cap. at ſi clerici, §. de iis, de adulter. extra cum
vulg.*

Nec obſtat ſi diceretur de defectu po-
teſtatis, quod prçheminentia cum ſit con-
ceſſa pro eruenda veritate, intelligitur
quòad teſtes tantùm, quia hoc negatur,
18 quia dictum pro eruenda veritate, intelli-
gitur etiam de principali, prout eſt *text.
ad literam in l. 1. §. quæſtionis fides, ff. de quæſt.
l. edictum, eod. tit.* & hoc ſuadetur, quod cũ
cõmiſſione fuiſſet conceſſa prçheminen-
tia generalis, poſt illatam torturam Ioan-
ni Alphonſo, Excellẽtiſſimus Prorex iuſ-
ſit, quod ex nùnc in anteà præheminentia
dictus Magnif. Nicolaus Antonius vtere-
tur contra teſtes, vt patet fol. 110. 1. vol.
ergo ab initio porrigebatur etiam cõtra
principales, contra quos fuit inducta prç-
heminentia per *Capit. Regni.*

Nec minus obſtat, ſi diceretur pœnam
19 iſtius coniuræ non importare torturam,
cum non eſſet pœna vltra relegationem
per *Capit. Regni Tormenta*, quia immò iſta
20 pœna vltimi ſupplicij, & crimen læſæ Ma-
tis, per *text. in l. 1. ad l. Iul. Maieſt. in verbo
quouè cçtus conuentuſuè fiat*, vel pœna, quæ
imponitur ſeditioſis, quæ ſimilitèr eſt vl-
timi ſupplicij, nàm hçc coniura fiebat cõ-
tra Ciuitatem Catanzarij pro illa ſuppe-
21 ditanda, quo caſu eſt pœna mortis, *l. 1.
C. de ſedit.* & ibi *Salyc. nu. 1. Iul. Clar. in lib. 5.
pract. §. fin. quæſt. 68. num. 36. Iaſ. in conſ. 167.
lib. 4. Dec. in conſ. 26. Grammat. in voto 19.* tan-
to magis, quia coniura habuit effectum
in committẽdo per coniuratos tot enor-
miſſima delicta, quæ fuerunt verificata in
proceſſu Magnif. Troyli de Troianis Cõ-
miſſarij, vt deponunt teſtes fol. 20. ad 34.
in 4. vol. & propterea fecit bannum, quod
non fiat coniura, nec cõgregatio, & com-
burit trabem coniutç, & prohibuit de cç-
tero poni fol. 78. ex quibus patet Magni-
ficum Quarantam rectiſſimè proceſſiſſe
abſq; fraudè, & propterea abſoluendum.
Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I.C. Neap.*

Adde hic, quod teſti dicenti nõ dixiſſe,
quod Notarius ſcripſit, non creditur, nec
Notario contra teſtem ad finem puniendi
de falſo, ex *Capyc. deciſ. 94. & 61. Caball. re-
ſol. 183. nu. 3.* cum alijs apud *Giurb. conſ. 78.
num. 16.* probat *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 231.
nu. 2. tom. 2.* vbi non aſſerit teſti dicenti nõ
dixiſſe, quod Notarius ſcripſit, non credi-
tur, & punitur de falſo, ſi eius depoſitio eſt
ſubſcripta ab ipſo teſte, vel ſi ſit facta co-
ràm Iudice. *Thoro.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor rei inquiſiti, an teneatur ad pœnam, ſi reus aliud fecerit delictum.*

2 *Pater, & filius eſt vna eadem perſona.*

3 *Pater an ſit in dolo, non obuiando delicto filij.*

4 *Fideiuſſor pœnã euitare non poteſt, quando poteſt obuiare delicto rei.*

5 *Fideiuſſor tenetur ad pœnam quando reus ex ſecundo crimine, non eſt bannitus cum publicatione bonorum.*

6 *Fideiuſſor rei non tenetur ad pœnam quando Fiſcus cœperit bona illius.*

7 *Fideiuſſor non liberatur, & ſemper tenetur ſi principalis mutauerit ſtatum.*

8 *Libellus neque ordo iudiciarius requiritur contra fideiuſſorem rei, ſed fit præceptum de ſoluendo, aut in vinculis ſe defendat.*

9 *Intereſt Reipublicæ delicta puniri.*

### ARGVMENTVM.

Fideiuſſor rei inquiſiti, qui poſteà aliud delictum patrauerat, an teneatur ad ſolutionem pœnæ pro eo.

### ALLEGATIO XXIV.

QVidam Hieronymus N. commiſit maleficiũ, de quo fuit per M. C. V. relaxatus ſub fideiuſſoria cautione de repræſentando eum toties, & quoties, ſub pœna vnciarum auri vigintiquinque, poſteà nulla habita ratione fideiuſſionis prædictus Hieronymus principalis, commiſit aliud maleficiũ, & ſtatim fugam arripuit, vt eſt notorium, & de dicto vltimo delicto non extitit accuſatus, deindè poſt paucos dies per M. C. fuit citatus dictus principalis pro vltimo crimine, & non comparuit; demum tàm principalis, quàm fideiuſſor ad inſtantiam Regij Fiſci citatur pro primo maleficio, vt exhibeatur principalis, & ſiſtatur in iudicio, aliàs procedatur ad pœnam contra fideiuſſorem; fideiuſſor non exibuit, nec præſentauit principalem; quæritur; an fideiuſſor teneatur ad pœnam quantitatis contentæ in obligatione; circa quã quæſtionẽ quatuor ſunt breuitèr diſcutiendæ.

Primò, an fideiuſſor procurauit ſecundum maleficium.

Secundò, an fideiuſſor non procurauerit, nec fuerit in dolo.

Tertiò, an principalis ex ſecundo delicto fuerit accuſatus, & condemnatus ad publicationem bonorum.

Qartò, an fideiuſſor quãtitatis habeat aliquam excuſationem.

Circa Primum, Doctores ſunt concordes, quod ſi fideiuſſor procurauerit principalem committere ſecundum delictum,
1 quod fideiuſſor teneatur ad pœnam, vt latiſſimè per *Hippol. de Marſil in rubr. de fideiuſſor. in 19. quæſt.* & per *Bart. poſt alios in l. ſi verò, ff. qui ſatiſd. cogant.* vt eſt in caſu noſtro, quia fideiuſſor procurauit, quod principalis, qui eſt ſuus filius committeret ſe-
2 cundum maleficium, quia pater, & filius vna eſt perſona, *l. fin. C. de impuber. & alijs ſubſtit.* & pater ſcit, & ſcire poteſt, quod filius agat, *l. octaui, ff. vnde cog.* ergo fideiuſ-
3 ſor, qui erat pater, fuit in dolo, quia non obuiauit delicto, vt debent facere cauti, & boni patres, *l. culpa, ff. de regul. iur. l. quod ſeruius, ff. quod vi, aut clam*, & hoc caſu fide-
4 iuſſor pœnam euitare non poteſt, per ea, quæ congerit *Felin. in cap. fin. de teſt.* & per ea, quæ ponit *Iaſ. in l. ſi verò, ff. qui ſatiſd. cogant.*

Circa Secundum, quod ſi fideiuſſor nõ procurauerit, nec fuerit in dolo, an teneatur ad pœnam, & in iſto caſu DD. ità diſtinguunt, aut ex ſecundo crimine principalis non eſt bannitus cum publicatione
5 bonorũ, & tunc fideiuſſor tenetur ad pœnam, vt per *Specul. in tit. de accuſ. in 3. lib. §. 6. verſ. item quæritur eſſe*, quam opinionem tenet *Bart. in d. l. ſi verò, ff. qui ſatiſd. cog. Bart. etiam in l. capitis, ff. de fideiuſſ.* idem *Bart.* & *Iaſ. in l. ſed etſi quis, ff. ſi quis caut. Bonifac. in tit. de inquiſit. num. 50. verſ. ſed pone, & in tit. de comparit. nu. 66. verſ. ſed pone quod aliquis. Gandin. ſũmus practicus in tit. de multis quæſt. de pœnd. & ſta. num. 330. in verſ. pone quæſt. de facto*, & iſte eſt caſus noſter apertiſſimus, quia Fiſcus præuenit bannum.

Circa Tertium, aut principalis fuit cõdemnatus cum publicatione bonorum, & in hoc caſu Scribentes diſtingunt, aut Fiſcus cepit bona, aut non, primo caſu fi-
6 deiuſſor liberatur, quia Fiſcus intus habet quod petit, vt per *Bart. in d. l. ſi verò, ff. qui ſatiſd. cogant.* idem *Bart. in l. capitis, ff. de fideiuſſ.* ſecundo caſu non liberatur dictis iuribus, & iſte etiam eſt caſus noſter.

Circa Quartum, an fideiuſſor quantitatis habeat aliquam exceptionem, & circa iſtud vltimum Scribentes conſentiunt in hoc, quod ſi principalis mutauerit ſtatũ,
7 quod fideiuſſor non liberatur, ſed ſemper tenetetur, vt per *Alexand. & Soccin. in d. l. ſi verò,*

*ber. ff. qui ſatiſd. cogant.* & iſte etiam eſt caſus noſter.

Reliquum eſt, vt tali fideiuſſori fiat præceptum de ſoluendo dictam pœnam, quia
8 in hoc nec libellus, nec ordo iudiciarius requiritur, vt per *Bald. in l. qui crimen, in 6. quæſt. C. qui accuſ. non poſſ.* per *Boniſac. in tit. de inquiſ. num.* 58. aut in vinculis ſe defendat, vt per *Grammat. decis.* 95. intereſt enim
9 Reipublicæ nè delicta remaneant impunita, *l. ſi vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* & vt Ciuitas malis hominibus euacuetur, *l. congruit, ff. de offic. Præſid.* hæc currenti calamo pro temporis anguſtia, & vt Excellenti Domino N. Nemorem geceram. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Lauzito I. C. Neap.*

Adde ad hanc materiam *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 158. tom. 2.* vbi hunc articulum exarat, ſi fideiuſſor de præſentando reum infra certum tempus ſit liberatus reo citato ob nouum delictum per idem Tribunal, coràm quo comparuit, & fuit relaxatus cum mandato nè diſcedat à Palatio, vbi *Nor allegat in 3. par. noſtri compendij verbo fideiuſſor an teneatur*, vbi deciſiones afferuntur, & quid ſi reus ex ſecundo delicto fuerit bannitus, an teneatur ad pœnam, diſputat articulum pro vtraq; parte *Giurba conſ. 35.* vbi plura, & tales fideiuſſores ad pœnam ſoluendam coguntur executiuè, ideò non audiuntur proponétes exceptiones requirentes altiorem indaginé, *Hett. Felic. in alleg. 53. nu. 7. par. 1.* Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 Pragm. 3. §. 5. de procur. *adducitur, & ponderatur.*
2 *Verbum poteſt, præciſè inducit neceſſitatem.*
3 *Formæ ommiſſio vitiat actum in totum.*
4 *Peccans in minima parte formæ, ipſa tota vitiatur.*
5 *Defectus maior dicitur formæ, quã ſubſtantiæ.*
6 *Lex prohibens. ſemper cenſetur actum in contrarium annullare.*
7 *Forma inducitur per illud verbum, & non alitèr.*
8 *Verbum,* & non alitèr, *cuius ſit natura.*
9 *Actus induxit formam decreti irritantis, ſeù annullatiua.*
10 *Forma erit obſeruanda ante actum, vel ſaltim in ipſo actu nec conualidatur, ſi ex poſt facto ſeruetur.*
11 *Ratum haberi non poteſt, quod eſt ipſo iure nullum.*
12 *Actus nullus de conſenſu partium, non ſubſiſtitur.*
13 *Actus nullus per ratihabitionem, non ſubſtinetur in præiudicium tertij.*
14 *Omnia, quæ ſubſequuntur ex actu nullo corruunt, quod exemplo demonſtratur, nu.* 15.

ARGVMENTVM.

## Supplicatio data nomine Vniuerſitatis contra Officiales, non ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, an ſit nulla.

ALLEGATIO XXV.

1 PEr *Pragmaticam ſanctionem tertiam, ſub rubr. de procurator. §. 5. ſancitur,* quod Vniuerſitatum Decuriones non valeant porrigere contra quoſuis, capitula Vniuerſitatis nomine, niſi conſilio congregato, & fuerit per maiorem partem ità concluſum; verba autem *Pragmaticæ*, vt faciliùs per nos annotanda ſuper illius elucidatione intelligantur inſerere libet.

*Comandando ſimilmente, ſotto le medeſime pene, che li ſopradetti Sindici, Eletti, & altri Officiali di detto gouerno non poſſano, nè debbiano ſcriuere ſotto nome di loro Vniuerſità, contro li detti Officiali, nè d'altri, che prima nõ ſia congregata l'Vniuerſità more ſolito, & conſueto, & ſe ne faccia concluſione, e deliberatione con diſtintione delli capi, che ſe l'hanno da ſcriuere cõtro, e conforme à detta cõcluſione debbiano ſcriuere, e non altrimente.*

Per quę verba nullitatem actus in contrariũ facti induci ipſo iure per ſatis. exploratum eſt.

2 Primò, quia cum negatiua præcedit verbum *poteſt*, præcisè inducit neceſſitatem, tollitq; omnimodam potentiam alitèr diſponendi, actum in contrarium reddens nullum, *Gloſ. celebris in cap. 1. verba nõ poteſt, de regul. iur. Gloſ. in l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dent. Bart. & Scribentes in l. de his, ff. de tranſact.* idem *Bart. in l. Gallus, in princ.* vbi *Iaſ. ff. de liber. & poſthum. Panorm. in cap. cum ex officio, not. 3. de præſcript.* vbi *Anton. de Butr. Couar. de pact. 1 par. relect. §. 4. num. 4. verſ. ſed aduerſus*, vbi plures adducit, ſed ipſe pro pluribus ſufficit *Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 1. 1. num. 12. Nicol. Bellon. conſ. 8. nu. 10. Ceball. commun. contra commun. quæſt. 404. num. 5.*

Secundò, quia per dictam Pragmaticã ſtatuitur

ſtatuitur certa,& determinata forma, cu-
3 ius omiſſio,vel in minima parte vitiat, &
annullat totum actum, *text. in l. Iulianus;*
*§.ſi quis.ff.ad exhib.in l.cum hi,§.Prætor, ff.de*
*tranſact.in l.vbi ità donatur.de donat.cauſ.mort.*
*in l.cum precario,de precar.in l.prolatum, C.de*
*ſentent. in l.cum lege. ff de fideiuſſ. in cap. cum*
*dilecta*,& ibi, *Felin.de reſcript. in cap. Piſanis,*
*de reſtit.ſpoliat. Rota Romana in nouiſſ collect.*
*per Farinac. deciſ.30. num.3. par.1. Bald.in l.*
*humanum, C.de legib.num.3. in l.comparatio-*
*nibus, 3 oppoſit.In fine,C.de inſtrum. Ang.conſ.*
*186.num.1.& conſ.216.num.2. Parlador.rer.*
*quotid. lib.2,cap.fin.§.3.num.5.* plura conge-
rit *Tiraquell. de r. tract.lignag.§.36.gloſ.2.nu.*
*29. & de retract.conuent. §.4. gloſ 6. num.51.*
*Oſaſc.* ſatis latè,& doctè *deciſ.165.num.8.&*
*16. Afflict.deciſ.378.nu.4.* peccatum enim
4 in minima parte formæ, eſt tota forma,
quia eſt indiuiſibilis, ideòq; non poteſt
vitiari in parte, quin & in totum corruat,
vt docet *I.C.in l.4.§.Cato,ff.de verbor.oblig.*
ibi: *Ab omnibus ſi id factum,de quo cautum eſt,*
*indiuiduum ſit,in l.ſi is qui,§.quadam, ff.ad leg.*
5 *falcid.* quapropter dicitur maior defectus
formæ,quam ſubſtantiæ, *text.in l.an inutilis,*
*ff.de acceptilat.* vbi *Bart. num.51. Caſtr.nu.3.*
*Alex.num.3. Iaſ.nu.21.* & communitèr no-
ſtrates docent in *l.1. §. ſi quis ità, ff de ver-*
*bor. oblig. & in l.2. §. ex his, eod. tit. Albert.*
*Brun de form,& ſolemn.in rubr.quando ſentia-*
*tur aliquid pro forma,concl.12.Vinc.de Frãch.*
& ab eo relati *deciſ.441.num.5.& 6.*
6 Tertiò,quia etſi ſimplicitèr lex actum
prohiberet, ſemper cenſetur actũ in con-
trarium annullare,iuxtà protritum *text.in*
*l.non dubium, C.de leg.in cap exibita de iudic.*
*in cap.dilecta de reſcript. Tiraq. in l ſi vnquam*
*verb.reuertatur, à num.58. C.de reuoc. donat.*
*Caſſan.in conſuetud. Burg rubr 4. §.7.in princ.*
*num.1. Cald. Pereira recept.ſentent. concl.19.*
*num.12.*
7 Quod autem per diſpoſitionem dictæ
*pragmaticæ* inducatur forma,docet ex plu-
ribus *Ozaſcus cit.deciſ.165.num.11.* omninò
quo loci *num.13.* probat, quod per illa
verba, *e non altrimente*; inducitur etiam
forma,ex *deciſ.text.in l.fin.* vbi *Gloſ.& Bart.*
*C.de vendit.rer.Ciuit.lib.11.* vbi innumeros
8 affert,vt probet verba prædicta, *& non ali-*
*tèr,* eſſe annullatiua diſpoſitionis,in qua
proferuntur, ſi in actu non ſeruentur om-
nes qualitates præcedentes, ità vt modifi-
catio aliqua non ſit admittẽda, *nu.14.* pro-
bat prædicta verba, *& nõ alitèr,* habere vim
decreti irritantis,ex *Iaſ.in l.fin.num.25.&*
*26. ff. de ferijs,* ex *Soccin.conſ.21.vol.4.* ex *Dec.*
*conſ.52. num.1.* & ex alijs quampluribus,

quos ibidẽ refert, & ſequitur, quibus ad-
do *Caran ſuper rit.44.num.5.* clauſula verò
9 decreti irritantis, ſeù annullatiua actus,
inducit formã, *Matrienſ.in l.1.gloſ.4.nu.19.*
*tit.4.lib.5.noua recopilat. Gutier.pract.quæſt.*
*lib.3.quæſt.15. Garcia de nobilit. gloſ.15.nu.9.*
*Flamin.de reſignat.lib.5.quæſt.6.num.226.Ce-*
*uall.commun contr.commun.tom.4.quæſt 9000*
*num.13.Vulpell.de propoſit. & aduerbiorum ſi-*
*gnificatione in dictione non alitèr,pagina 65.Ce-*
*nedo pract.& canon.quæſt.65.num.1.* ....
10 Cum ergo prædictæ qualitates ſint pro
forma à lege introductæ fatendũ eſt per-
necesſè forè adimplendus ante actum,vel
ſaltem in ipſo actu,nec eum conualidare,
ſi ex poſt facto ſeruentur,iuxtà *text. in l. ſi*
*quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acquir. hæred.*
*Ozaſc. deciſ.165.in fine,* ſed latiùs *deciſ.166.*
*nu.8.&9. Dec.in l.ſemper qui non prohibet 60.*
*ff.de regul.iur.num.17.* cuius veriſſimę con-
11 cluſionis ea eſt ratio, quia ſcilicet ratum
haberi non poteſt, quod eſt ipſo iure nul-
lum, *Paul.de Caſtr.in l.bonorum,num.6.ff.rem*
*ratam haberi, Guid.Papa deciſ.13. Balb.deciſ.*
*253.& 126.Ioſeph.Ludou.deciſ.18.nu.8.& 9.*
12 *Afflict deciſ.300.* ideò nec de cõſenſu par-
tium ſubſtinetur actus, *Menoch. conſ.348.*
*num.48.*
Et quàmuis eſſemus in caſu, in quo ra-
tihabitio locum habere poſſet, nec tùnc
13 conualidaretur per eam actus in præiu-
dicium tertij, quemadmodũ eruditè pro-
bat *Ozaſc.vbi ſupra num.10.ex Ruin. Afflict.*
*Dec. & alijs,* etiam ſi Princeps reſcriberet
cum clauſula perindè valere ....
Igitur cũ ſupplicatio porrecta per Syn-
dicos, & alios de regimine Vniuerſitatis
Terræ Lauriti in Prouincia Principatus
Citra (nominatus pręter alios familiæ
meæ ab annis ſupra tercentum, à quo ſic
ſępiùs cognominata eſt; penè poſthabito
Gentilitio cognomine de Monforte. Dei
Omnipotentis benignitate adhùc perſe-
uerans, in perſonam Magnifici Ferdinan-
di de Laurito, aliàs Monforte ſobrini ne-
potis mei,Patritij optimi.) contra Simo-
nettum Graſſum Capitaneum eiuſdem
14 Terræ ſit nullius roboris ex defectu for-
mæ à lege introductæ,& omnia,quæ indè
quuntur,ſunt ſimilitèr nulla, iuxtà vulga-
tam deciſionem,*text.in d.l.non dubium,C.de*
*legib.* ibi,ſed etſi quid fuerit ſubſequutum
ex eo, vel ob id, quod interdicente lege
factum eſt, illud quoquè caſſum, atque
inutile eſſe præcipimus, quod perindè
15 eſt, ac ſi dixiſſet, quod mediatè, vel
immediatè ſequitur, etiam eſt nullum
*Vulpell. de propoſit.& aduerb. ſignif. in dictio-*
*ne, ex*

Digitized by Google

*ne, ex num. 2. Bertazzol. de clauſ. inſtrum. clauſ. 36 gloſ. 10. num. 1.*

Nec obſtat dicere, quod ſuper prætéſis criminibus, quæ imputantur dicto Simoni, poteſt etiam ex officio procedi, quia, reſpondetur, quod Regius Auditor non recepit informationem prædictam ex officio, neque id proceſſit vigore ordinariæ iuriſdictionis, ſed vigore commiſſionis nullitèr obtentæ per Syndicum; & alios de regimine, qui ei dietas ſoluerunt, & ſic quod potuit, non fecit, & quod fecit, non potuit.

Minus etiam aduerſatur aſſerere, quod cnm per Regium Collaterale Conſilium ad preces Syndici, & Electorū dictæ Vniuerſitatis fuerit expedita commiſſio, tacitè fuit diſpenſatum Pragmaticæ prædictæ; reſpondetur namque, quod Regium Collaterale Conſilium ſuppoſuit, & merito ſeruatam fuiſſe formam à lege introductam, cui contrauenire eſt delictum, quod non præſumitur, vulgato *text. in l. merito, ff. pro ſocio.* Reliqua, &c. die 3. Aprilis 1600.

*Franciſcus de Laurito I. C. Neap.*

Ad quæſtionem vide *Barboſ. in ſuis remiſſionibus dictione 226. fol. 106. Dom. Merlinus controuerſ. forenſ. cap. 73. num. 1. par. 1. Dom. Capyc. Latro deciſ. 29. num. 3. Marta de iuriſd. par. 4. cent. 1. caſu 49. nu. 19. & de clauſul. par. 1. clauſ. 225. num. 1. idem Dom. Merlin. controu. forenſ. cap. 68. num. 12. & cap. 71. d. par 1.* *Thoro.*

## SVMMARIVM.

1 *Proximior in gradu admittitur ad accuſandū, deſiſtente ſeu remittente altero proximiore.*

2 *Iniuria facta vni, cenſetur facta toti agnationi.*

3 *Proximior an admittatur ad accuſandum ſtante remiſſione, vel ſententia, aut tranſactione alterius.*

4 *Remiſſio omnium proximorum, an ſit neceſſaria, vel vnius, aut maioris partis conſanguineorum declaratur.*

## ARGVMENTVM.

Accuſare an, & quando ſit permiſſum agnatis, & quid ſtante remiſſione aliorum, ſeù tranſactione, vel ſententia.

## ALLEGATIO XXVI.

Cvm quæritur, an vno remittēte alius agnatus licet in vlteriori gradu poſſit admitti ad accuſandum; diſtinguendum eſt, aut cauſa accuſationis, adhuc non eſt finita, nec per ſententiam, nec per indulgentiam, nec per compoſitionem, aut prædictis modis eſt finita:

1 Primo caſu deſiſtente, & remittente proximiore in gradu, alius admittitur, *l. ſi maritus, §. ſi negauerit, ff ad l. Iul. de adulter l. qui cætu, §. qui vacante. ff. ad l. Iul. de vi publ. Gloſ.* quæ allegat illa iura in *l. tranſigere in ver. prohibitum, C. de tranſact.* quam ibi communitèr ſequuntur *DD. & Bald. ibi col. fin.* dicit, quod accuſator, qui venit ad accuſan-

2 dum, ſuam iniuriam dicitur proſequi, cū iniuria facta vni, toti agnationi facta dicatur, *l. negando, C. de his, qui accuſ. non poſſ. l. lex. Cornelia, ff de iniur.* & ideò *ibi num. 27.* concludit, quod nec vi præuentionis poteſt hic alius excludi, dicit *Luc. in l. 1. in 14. quæſt. C. publ. letit.*

Si autem ponamus cauſam ſtante partis remiſſione eſſe ſopitā, vel Iudicis ſententia, vel tranſactione, vel compoſitione,

3 tùnc regularitèr iſte non eſſet admittendus, per *l. ſi cui, §. iiſdem. ff. de accuſat.* & per *l. 2. C. de abolit.* hanc diſtinctionem facit *Luc. de Penn. in l. 1. C. publ. let. quæſt. 14. & 15.* & idem tenet in *l. 1. C. de deſert. col. 17.* vbi loquitur ſtante cōpoſitione, an alius committatur, & hoc eſt de mēte *Gloſ in d. l. tranſigere in ver. prohibitum,* dùm opponit de *l. præuaricationis, ff. de præuaricat. & l. eum qui, §. in popularibus, ff. de iure iur.* & reſpondet, quod ibi interceſſerat Iudicis decretum, & auctoritas hic ſimplex partis cōſenſus. *Pragmatica,* in hoc nihil innouauerunt. Nàm primo fuit diſpoſitum, quod omniū

4 remiſſio requiratur, ad quos de iure actio competit, & hoc fuit inductum ad tollendum dubitationē, de qua per *DD. in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig.* vbi dubitant, an requiratur remiſſio omnium, vel ſufficeret remiſſio vnius, vel maioris partis, & in hoc non ſolùm Pragmatica non derogat iuri accuſandi, quinimmò fauet accuſantibus, alia declaratio, quod cum remiſſione omnium illorū, ad quos ſpectat hæreditas poſſit tractari compoſitio ſimilitèr nihil obeſt. Nàm eſt conformis diſpoſitioni iuris communis, quæ vt ſuperiùs dictum eſt, permittit compoſitionem poſſe fieri cum remiſſione proximiorū, ſed ſi ante compoſitionem alius comparet, & & vult accuſare, an debeat excludi, verbum

bum nullum, remanet ergo ſub diſpoſitione iuris communis, quod permittitur accuſare ante rem compoſitione finitam, per notata in *d.l.tranſigere*,& alijs ſuperius allegatis. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito I. C. Neap.*

Adde,quod accuſatio fit ab eo,qui ſuā, vel ſuorum proſequitur iniuriam, & qui ſunt ſub ſuorum, vel conſanguineorum nomine contineantur, refert *Reg. Rouit. in pragm.t.1. de accuſat. num.1.* ſicq; accuſare poſſunt omnes,qui à iure prohibiti non reperiūtur,*Iul.Clar.in § fin quaſt.*14. & maximè ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur,*ut ibi verſ.volo etiam, Caball reſol. crimin.tom.1.caſu* 114.*num.6.* vbi *num.7.* id declarat, qualitèr procedat, & in Regno per *ritum* 191. poteſt quis proſequi ſuam iniuriam, & necem ſuorum, *Reg. Sanfelic. deciſ.*55 *num.*20.*tom.*1.& an fœmina in Regno ſit excluſa à iure vindictæ, & quid ſi renunciauit,*idem Reg.Sanfelic deciſ.*27.*n.*1. *eodem tomo*, reliqua pertinentia ad hanc materiam diffusè agit *Godoffr. à Bano in ſua praxi crim.§.accuſatio,per tot.* Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Fugitiuus quid ſit.*
2 *Fuga in militibus, eſt delictum graue.*
3 *Deſertor quis dicatur.*
4 Text. in l.præſenti lege, C.de ijs, qui ad Eccleſ.confug. *producitur.*
5 Gloſ. in d.l.præſenti,verbo conditionis, *expreſsè loquitur de milite, vt poſſit gaudere immunitate Eccleſiæ, num.6.*

ARGVMENTVM.

## Milites confugientes ad Eccleſias, an poſſint ab eis extrahi.

ALLEGATIO XXVII.

CVm fuiſſem à certo Miniſtro Regio interrogatus ſi milites fugiētes ad Eccleſiam, gaudere debeat immunitate Eccleſiarū, eo quia effecti ſunt ſer-
1 ui pœnæ, ex quo ille fugitiuus eſt, qui extra domini domum fugæ cauſa, quo ſe à domino celaret, māſit ex ſententia *Offilij*, inquit *text.in l.quis ſit fugitiuus,ff.de ædilitio edicto*, vbi refertur altera definitio *Celij* dicentis fugitiuum eſſe, qui ea mente diſcedit, nè ad dominum redeat, ſiquidèm
2 fuga in milite eſt delictum graue, nam fuga in militibus eſt graue delictum, vt dixit *Tull. Criſpol. in ſuis caſib. milit. ca-*
3 *ſu* 11. proſequitur, vndè deſertor nuncupatur, *l.deſertorem, §. deſertor, ff.de re milit.* cum alijs apud *Ayalam de iure belli par.* 3. *cap.*12. & nouiſſimè idem *Tull. Criſpol. in ſuis caſib.milit. caſu* 28. quo fit, vt cum magnam feciſſem diligentiam inter DD. adhùc vſque non inueni quæſtionem iſtā ſpecialitèr tactam, ſed cōfiſus gratiæ Spiritus ſancti, qui me illuminauit, vt inſpicere debuerā titulum *Codicis de iis, qui ad Eccleſiam confugiunt*,vbi reperi *text.* illum
4 incipientem *præſenti lege*, cuius verba ſunt hæc: *Præſenti lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac Vrbe Regia, in qua nos vicinitate propria degentes) quoties vſus exegerit inuocati ſingulis cauſis, atq; perſonis præſentanea Conſtitutio præſtamus, nullum penitùs cuiuſcunque conditionis ſint de ſacroſanctis Eccleſiis ortodoxæ fidei expelli,aut trahi, vel protrahi confugas, nec pro iis Venerabiles Epiſcopos,vel religioſos Oeconomos exigi,quæ ab ipſis debeantur iis, qui hoc moliri,aut facere,aut nuda ſaltem cogitatione,atq; tractatu auſi fuerint tentare capitali,& vltimi ſupplicij animaduerſione*
5 *plectendis*,vbi *Gloſ.ſingularis,& abſcondita ſuper verbo conditionis, in fine*, inquit: *Vel die tertio,quod largè hic conditio dicitur;quaſi dicat ſiuè miles, ſiuè non, ſiuè diues, ſiuè pauper, ſiuè magnus, ſiuè non, & erit eadem ſecunda,& tertia ſolutio*; ecce quomodo hæc *Gloſ. nota-*
6 *bilis* nominat milites, vt nō poſſint extrahi ab Eccleſia,quando ibi confugiunt, vt poſſint gaudere tali immunitate, niſi fortè fuiſſent per eos delicta commiſſa, quæ continentur in Bulla Gregorij XIII. ob quæ priuantur tali beneficio,& ſic reſpondi ad laudem Domini noſtri.

*Io. Baptiſta de Thoro I. C. Neap.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna ordinaria delicti imponi non poteſt, niſi qui conuincatur legitimè ex confeſſione, aut teſtibus.*
2 *Semiplena probationes, ac inditia in Regno nō ſufficiunt ad probationem.*
3 *Inditia indubitata in Regno ex noua Pragmatica cum moderatione, ac requiſitis ſufficiunt.*
4 *Modus probationis delicti in genere in defenſione facienda producitur.*
5 Text.in cap.cauſam matrimonij,de probat. *ponderatur.*
6 *Diſpoſitio loquens in obſtreticibus, procedit in medicis.*

1 *Proba-*

7 *Probationes in contrarium admittuntur in crimine ſodomiæ.*
8 *Condemnari non poteſt ſodomita, niſi fuerit confeſſus.*
9 *Periti in criminalibus quandoque ad torturam faciendum probant.*
10 *Teſtes duo deponentes de facto, debent eſſe omni exceptione maiores, & quando non.*
11 *Teſtes probant quando per vnum, aut quinque ſenſibus corporis deponunt.*
12 *Periti dicuntur deponere de indicio, & ſcientia intellectus.*
13 *Probatio vera, an dicatur quæ ex dictis peritorum habetur, an erit ſufficiens ad condemnandum, quid in ciuilibus. num. 14.*
15 *Credi an debeat depoſitioni expertorum de re ad eorum artem pertinente.*
16 *Plena probatio medicorum, quando non debet admitti.*
17 *Probatio debet eſſe luce meridiana clarior.*
18 *Inditium in crimine ſodomiæ, quando adeſſe dicatur.*
19 *Stuprum probatur ex medicorum dicto.*
20 *Emiſſio ſeminis in crimine ſodomiæ, qualitèr requiratur.*
21 *Inditium indubitatum quando dicatur.*
22 *Inueriſimile, & incredibile factum admittitur.*
23 *Reus non conuincitur, ſi alius aderat magis captus in lecto.*
24 *Falſitas præſumitur dùm inimicus adeſſet.*
25 *Delictum ſodomiticum ceſſat, quando ſigna nō apparent.*
26 *Confeſſio Clerici in criminalibus eſt nulla.*
27 *Teſtis contrarius in depoſitionibus non admittitur, & quare.*
28 *Dormitio in lecto cum pueris, an faciat inditium, & quando.*
29 *Inditium indubitatum in crimine ſodomiæ non datur.*
30 Pragm. 1. & 2. de ſodom. *ſolùm loquitur de confeſſis, aut conuictis.*
31 *Confeſſio exigitur ad puniendum ſodomitas.*
32 *Inditium vnum indubitatū, ſit ex pluribus inditijs dubitatis, qualitèr procedat.*
33 *Naturalia ſunt immutabilia.*
34 *Deciſio refertur.*

ARGVMENTVM.

Sodomita, ſiuè fuerit agens, ſiuè patiens ex inditijs indubitatis, an poſſit puniri pœna ordinaria, vel extraordinaria, ſequentia fuerunt allegata per ſubſcriptū olim doctum Aduocatum, nùnc Regium Cōſiliarium videlicet.

ALLEGATIO XXVIII.

1 INdubitata iuris communis concluſio fuit, non poſſe, quem condemnari pœna ordinaria delicti, niſi legitimè ex confeſſione, aut teſtibus conuinceretur, *l. qui ſententiam, C. de pœn.* vt proindè nun-
2 quàm in Regno ſemiplenæ, nec quæuis alia inditia fuerint ſufficientia, iuncta ad probationem inducendam, teſte *Dom. de Franch. deciſ. 538. num. 16.*
3 Sed quia iure nouo Regni vicem plenè probationis obtinuerunt inditia indubitata, cum moderatione tamen, & requiſitis, vt ex *pragm. 12. & 13. de offic. Iud.*

Et Marcus de N. non eſt confeſſus neq; conuictus, meritò ſententiā mortis contra ipſum per M.C.V. delegatam, latam in gradu admiſſæ reclamationis, reuocandā eſſe ſperatur, nec confirmari poſſe prætextu indubitati inditij.

At quia in facto præſupponitur pauperum hunc nō ſolùm ſodomiam exercuiſſe cum adulto quodam, ſed poſteà ipſum nupſiſſe in fœminam cū eodem, & ex hoc vltimo delicto conuictum, aiunt ex delicto in genere, ſinè nefanda vitiatura in perſonam ipſius Marci, & expertorum dictis reperta, & probata.

Aduertendum in facto duxi, Marcum in termino produxiſſe nonnullos Medicos numero, & qualitate maiores teſtimonium perhibentes, non ſolùm nō dari cognitionem nefandi in tàm decrepita; & ſenili eius ætate, immò naturalitèr euenire ex ſolitis ſenū fluxionibus ſigna eadē, per quæ Medici Regiæ Curiæ ſodomitatum teſtarunt.

Inſuper inſtantèr petijſſe, vt à Medicis in teſtibus citatis videretur, & recognoſceretur, vt conſtaret de ſua notoria infirmitate, qua patiebatur, & paſſus fuit per multos annos, quod etſi comitaretur ex alio (vt penè demōſtratio oriebatur eius innocentiæ) nàm tēpore quo Medici Curiæ ipſum recognouerunt (quod fuit mane ſequenti, dùm ex criminali eduxerūt) audita Medicorum dubietate ex inflammatione in illis partibus reperta, ſtatim Marcus ipſe ex erumena multa ſaccari catapotia Dominis Iudicibus exhibuit, certiorando ſe multis ab hinc annis ſolo remedio ipſorum, corpus expurgare potuiſſe.

Tamen genus hoc defenſionis ſuperiùs
allegatæ, tàm iure ſuffultum denegatum
vidimus, vt dici poſſit ſublatum homini-
bus videri liberam, & naturalem faculta-
tem, ſe ipſos medēdi facere, ſeù recogno-
ſcendi à Medicis, & quod peius priuari
veniant proprijs defenſionibus, cum val-
dè conterat, Medicos viſis locis, & parti-
bus paſſis teſtificare, & ſi medela per priùs
præſtarunt, narrare ſigna, quæ nunc tem-
poris, & ad præſens adſunt, quæ forſan
erunt eadem cum illis viſis à Curiæ Me-
dicis.

4 Dixi iura fulciri modum hunc defen-
ſionis, quia ex *cap. cauſam matrimonij. de pro-
bat.* nō ſolum permiſſum eſt partibus pro-
bare, quicquid velint, ſed contra proba-
5 tiones expertorum in propria materia
delicti in genere teſtes inducere, ibi: *Re-
cepturi non ſolùm probationes viri, quas induce-
re voluerit contra mulieres illas, quæ ad inueſti-
gandum ſigna virginitatis ex parte puellæ fue-
runt inductæ, verum etiam probationes alias hoc
negotium contingentes, quas pars vtralibet du-
xerit producendas. vbi Gloſ. in verbo mulieres
illas, & ibi Gloſ. margin. lit. A.* narrant mo-
dos omnes reprobandi expertos, qui *text.*
etſi loquatur de obſtetricibus, tamen cō-
prehendit & Medicos, qui in iure pariſi-
6 cantur, adeò vt diſpoſitio loquens de ob-
ſtetricibus, procedit in Medicis, ac èon-
tra *l. 1. §. ſed & obſtetrices, ff. de var. & extra-
ord. cognit. l. fin. C. commun. de leg.*

7 Quod & DD. in propria materia fun-
darunt, permiſſi probationem in contra-
rium criminatis de tali vitio, vt teſtatur
*Scacc. a de indic. cap. 83. num. 3. Guazzin. de-
fenſ. 4. cap. 6. ex num. 8.*

Hoc poſito, poſſet inferri durum nimis
eſſe, ex iſtis expertorum dictis probatio-
nem dari, ſed ſtringendo me ad caſum,
vtrum ex regula peritis in arte creditur,
poſſit Marcus conuictus appellari.

Dico Primò, me nullum inueniſſe Do-
ctorem profitentē in criminalibus, & ca-
pitalibus cauſis, præſertim in nefanda ma-
teria. Peritorum teſtificationē ſuper de-
licto in genere, conuictionem inducere
cum patiente, immò in contrarium adeſ-
8 ſe, qui profitentur in tali crimine neminē
condemnari poſſe, niſi confeſſum, *Affl. in
Conſtit. Regni Legum aſperitate, num. 13. in fin.
& Muſcatell. de adult. & ſtupro, &c. nu. 33.*

Secundò, ſi regulas generales attendi-
mus in comparationibus, vel huiuſmodi
9 factis per Peritos, in ciuilibus ſoli non
probant, in criminalibus quandoquè ad
torturam, ex *l. at ſi contractus, C. de fide in-
ſtrum. Grammat. deciſ. 34. nu. 16. Nicol. de Paſ-
ſer. in tract. de ſcript. priuat. lib. 2. quæſt. 1. ex
num. 65. 109. 110. & ſeq. Guazzin defenſ. 20.
cap. 23. Mart. voto 45. num. 4. Farin. quæſt. 53.
num. 118.*

Tertiò, tùnc datur conuictio, quando
duo teſtes de veritate facti deponunt, & hi
10 omni exceptione, ſiuè indubitatæ fidei
maiores ſint, ex *l. vbi numerus, ff. de teſt.* ſed
periti non ſunt veri teſtes, ſed præſumpti,
*Bald. l. data opera, num. 23. C. de ijs, qui accuſ.*
(qui loquitur de Medicis deponentibus
ſuper cicatrice) adeò vt non comprehen-
dantur ſub ſtatuto de falſis teſtibus, vt ex
eodem *Bald. in cap. propoſuiſti, de probat.* er-
go ſi iſti non ſunt teſtes, & ſic non omni
exceptione maiores, non probant, ex *Buc-
car. de differ. inter Iud. ciuil. & crim. differ. 65.
num. 8 & 9.*

11 Quartò, teſtes illi dicuntur, qui dictum
probant per vnū ex quinque ſenſibus cor-
poris, *l. qui teſtamenta 20. §. & veterem, ff. de
teſtam. & qui teſt. fac. poſſ. Gloſ. in l. iubemus,
verbo decem, C. de erog. milit. ann. lib. 12.* Peri-
12 ti dicuntur deponere de iudicio, & ſciē-
tia intellectus, vt ex *Purpur. in l. admonendi,
num. 17. ff. de iure iur.* fundauit *Additio ad
Dec. d. cap. propoſuiſti, num. 51. lit. E. Bald. d. l.
13 data opera, num. 23.* ergo non eſt vera pro-
batio, quæ ex ipſorum dictis habetur, ſed
priuilegiata, *Felin. in d. cap. propoſuiſti, nu. 10.*
vndè nec rationabile eſt, vt in negotijs
præſertim arduis, ad condemnationem
ſufficiant, *Buccar. in d. differ. 65. nu. 8. & dif-
fer. 189. num. 30.*

14 Vndè contrarij, aut in ciuilibus proce-
dere, vt de *Paſſer. vbi ſupra ex nu. 65. & 109.*
aut fœdere diſtinctionis cōciliandi erunt.

15 Nàm aut loquimur de expertorum de-
poſitione in re ad eorum artem pertinen-
te, quæ oculari inſpectione, ſeù per alium
corporeum ſenſum percipitur, ad *text. in
l. ſi duobus, §. idem Pomponius ſcribit. ff. ſi menſ.
falſ. mod. dix.* & procedat regula, quod ſtan-
dum eſt Peritis.

Aut verò loquimur in caſu, quo vltra
perceptibilia viſu, requiritur iudicium,
16 ſeù ſcientia, intellectus, & tùnc non indu-
citur ex eis plena probatio, nàm ipſimet
Medici in definitione eorum artis iudi-
cium difficile cōfitentur, & iuris pruden-
tes iudicium fallax atteſtantur, *d. cap. cau-
ſam matrimonij, in fine*, ibi, *ſæpè manus fallitur*,
& oculus obſtetricum, *Gloſ. in d. cap. propo-
ſuiſti, verbo per aſpectum*, ergo ſi fallax eſt
17 dictum eorum, vndè plena probatio in-
fertur? quæ luce meridiana clariùs eſſe
iubetur, *l. fin. C. de probat.* quæ diſtinctio
colligi

Digitized by Google

colligi videtur ex diſcuſſis à DD. præcipuè *Felin. d.cap.propoſuiſti,num.9.* vbi *Dec. num.46. Cepoll. conſ.28. num.19. & conſ.61. num.9.* cum alijs relatis à *Guazz.dtfenſ.4. cap.12.ex num.14.* vbi tractant quando Periti poſſunt deponere de indicio, vel crudulitate,& quando præcisè teneatur dicere, ità eſt,vel non eſt.

In caſu autē noſtro nulla adeſt fractura in podice Marci, ſed ſolùm inflammatio, ergo nulla adeſt perceptibilis,& ocularis viſio, ſed iudicium intellectus exer-
18 cent Periti,& quando adeſſent fractura, & inflammationes ſimul, & ſemel, dùm Medici proceſſiſſe illud ex nefando concludunt,etiam iudicium exercent intellectus,vt ex *Felin.d.cap.propoſuiſti,nu 9.*nàm & fractura,& ſtuprum ipſum aliundè peruenire poſſe, fundarunt *Scaccia de iudic. d. cap.83.nu.3. Guazz.in. defenſ 4.cap.6.nu.11. & 12.* quos refert, & ſequitur teſtādo caſus conſimiles practicaſſe *Dom. Baldaxar de Angel.in addit.ad Foller. in pract. verbo capiat informationem,ex num.30.*
19 Quod videtur ſenſiſſe *Iul. Clar. in* § *fin. quæſt.4. à num.4. in fine,* vbi probari ſtuprū, ex Medicorum dictis ſatis dixit quòad hoc, vt contra delinquentem poſſit procedi,& non dixit,quod condēnari poſſit.
20 Et tandem ſi requiritur emiſſio ſeminis intus podicem, vt morte moriatur ſodomita,ex *Dom.Epiſc.Riccio deciſ. Archiep.82. par.3.*cum alijs relatis à *Dom. Reg.Sanfelic. in addit.ad deciſ.47.verſ.nàm etſi pœna,* quando dictum iſtud Medicorū probaret podicem vitiatum ex nefanda cauſa, nulla emiſſio probatur ſeminis ex proceſſu, cū neque in ſubuncula Marci, neq; in illa adulti agentis macula vlla ſeminis,aut alterius fuerit inuenta,ex quibus indubitatam probationem collexit *Dom.Reg.Sanfelic. vbi ſupra,* ergo ex delicto in genere præſertim vbi non eſt fractura (vt eſt in caſu noſtro) non probatur vitium nefandum ad finem puniendi pœna ordinaria, & cum ex ſola fricatione abſque alia immiſſione, aut emiſſione intus poſſit cauſari inflammatio.

Probatio iàm non eſſe conuictū ex delicto in genere in ſui perſonā ſupereſt videre, vtrum tanquàm agens in ſodomia ex inditijs indubitatis ſaltim cōuincatur.

Et pro intelligentia ſciendum eſt in facto Marcum nocte quadam dormientē (vt moris erat) tanquàm ſuſfectum, ſeù Aiutante Carcererij in Sala Carcerū Regij Iuſtitiarij circa horam quartā noctis fuiſſe vocatum, prætextu quod carceratū quendam ibi reponere intēdebat,& aperta ab eo ianua, Satellites, denunciator, & teſtes ad hoc vocati introeuntes, inuenerunt tres lectulos, ab vno quorū Marcum ſurrectum aſſerūt,& in alijs duobus duos Iuuenes inuenerunt, facta diligentia in vno ex dictis lectulis,vbi adultus quidam iacebat abſque linteis, in eius culcita tomentitia maculas duos ſpermatis aſpexerunt,cui deniq; viſo,ac recognito à teſtibus prædictis podice, ſprem elabantem vidiſſe non erubeſcunt.verùm in ſubucula,& lectulo Marci nihil fuit inuentum.

Mane ſequenti in genere conſtauit cū fractura, & ſanguine reſpectu ipſius patientis per expertos,ipſum Adultum conſeſſum vidimus. Alium iuuenē ibi de nocte carceratum vti teſtem examinatum,& vltra diffamationem contra Marcum, ipſum nempè publicum eſſe ſodomitam,nō adeſſe in loco capturæ alium aditum, neque exitum,legimus probatum.
21 Si indubitati inditij definitionē attendimus,tūnc dari traditum eſt,quando Iudicis quieſcit animus, *Bald. in l.eaque lege, C. de accuſ.*qui quieſcere dicitur, quando aliud in contrarium nō dari poteſt, vndè ſi poſſibile fuerit rem alitèr ſe haberi poſſe, non erit indubitatum, ad *textum in l. 1. §.mulier ſi inter, cum § ſeq. ff de ventre inſpic. Boer.deciſ.164. Ant.Gom.de delict.tom.3.c.12. num.15.Maſcard.de probat.concl.1221.nu.49. Farinac.quæſt.36.& quæſt.86.num.67.Caball. conſ.288.num.10. Guazz.in.defenſ.33.cap.15. Giurba conſ.71. num.3. Dom.Reg.Rouit. deciſ.63.*
22 Et ſi poſſibile in contrarium dari poſſe iuuat,ergo inueriſimile,& incredibile factū admittitur, *Gloſ. l.Mæuius, ff.de leg.2. verbo nàm incredibile,* vbi ait. poſſibile tamen eſt, ad quod facit caſus relatus à *Farinac. quæſt.52. num.111.* qui vt reuideatur rogo,nàm ibi non aderat niſi ſolus caminus ignis, & fuit comperrum ex eo alium delinquiſſe,& deſcendiſſe.
23 Vndè ſi hæc attendenda ſunt, non poteſt in caſu noſtro indubitatum dari,nàm ſi ſpem ex podice fluentē conſideramus, hoc non infertur contra Marcum, dùm alius ibidē aderat magis idoneus, & ætatis annorum quindecim,ex *Farin.quæſt.52. num.111.* & facta diligentia in ſubucula ipſius Marci, macula vlla eſt inuēta ſpermatis.
24 Teſtes,qui deponunt,ſuſpecti ſunt,dùm idem denūciator, & inimicus illos adduxit,& in ſimilibus, vbi inimicus adeſt, facillimè falſitas,ſeù impoſtura præſumitur, vt ex

vt ex *Dom. de Thoro in ſuo compend. tom.3, par.3. verbo ſodomita vt puniri, colum.5. incip. Quarto cum per prædictum*.

Item patiens ipſe in cōfeſſione per Fiſcum acceptata aſſerit, ſprem lapſam fuiſſe, & eſſe illam in culcita fomentitia repertam.

Quod & conſiderato temporis internallo, non poteſt non credi elapſam, nàm delictum præſumitur hora prima noctis pulſata, & hæc captura fuit hora quarta, & ex motu in agendo per patientem facto non poterat non efflui.

Si delictum in genere de recenti opponitur, conſtat ex Regij Fiſci probationibus, ipſum adultū hora prima noctis pulſata dormitum introiſſe in loco capturæ, vndè potuit parum ante ab alijs ſodomi-
25 tari, & mane ſequenti recognitionis, ſimilitèr de recenti delictum apparere, vel eadem noctæ ab alio adulto ibi reperto delictum committi, quia nullum apparuit veſtigium ſanguinis in ſubucula Marci, ex *Thoro vbi ſupra col.4. & 5*.

26 Si confeſſionem adulti cōtra Marcum, hæc poſteà fuit reuocata, ex quo clericus, & ſic nulla de ea haberi poteſt ratio, ad *text. in cap. at ſi clerici, de iud*.

27 Si adultum in teſtem examinatum hic eſt periurus, nàm in prima ſua depoſitione audiuiſſe aſſerit, Marcum luce extiucta iter arripuiſſe eius lectulum patiētis, & in ſecunda depoſitione dicit ſe hoc vidiſſe ad lumen aeris per cancellos introeuntis; item ſentit commodum, quia ad ſe exonerandum, ad *text. in l. omnibus C. de teſtibus, Graſſ. de except. except. 11. num.95. Bertazz. conſ. crim. 225. nu.16. Giurb. conſ. 37. nu.35*.

Si capturam in eodem loco, ibi aderāt tres, & non ſoli ipſi duo, Marcus è ſuo lectulo ſurrexit, & diligentiæ non fuerunt factæ cum alio adulto, neq; in ſubucula, neq; in ſuo lectulo an eſſent maculæ ſpermatis, aut alterius.

Et tandem ſi ipſa dormitio cum pueris in vno eodemq; lectulo, non facit inditiū
28 ad torturam, niſi adſit mala vita, & fama, & rationabilis cauſa dormitionis cum eis non aſſeratur, *Farinac. quæſt.148. nu.69. Maſtrill. deciſ.294. ex num.30. Dom. Ricc. deciſ. Archiep.39. num.7. & 8. par.2. & in praxi par.1. deciſ.451. & 452*.

Quomodò poteſt dici indubitatè conuictum Marcum, ſi aduerſus ipſam dormitionem ſolus cum ſolo, naturalis præſumptio inſurgit, & malam, & prauam reprehendamus cauſam nō ſinit oriri, vt ex *Maſtrill. d. deciſ.295. num.31. Gom. ad ll. Tauri 80. num.18. & Ricc. vbi ſupra* & hinc aderant tres, & vnuſquiſq; manebat in lectulo ſuo, & rationabilis cauſa dormitionis datur.

Et ſi natura reſiſtit præſumptionibus tàm vrgentibus, quomodò poteſt animus cōquieſcere Iudicis, aut contrarium dari non poſſe affirmare, ex quibus pendet indubitatum, vel dubitatum iudicium?

29 Et ex hoc credo moti DD, non dari indubitatum in ſodomiæ crimine aſſeruerunt *Decian. reſp.83. num.11. lib.3. Gomez ad ll. Tauri 80. nu.18. & Farin. quæſt.136. nu.25. & quæſt.86. num.113. & ſeq*.

30 Et hac de cauſa in *pragm.1. & 2. de ſodomia*, ſolùm de confeſſis, vel legitimè conuictis loquutū fuit, vt ponderauit *d. Campan. vbi ſupra à Thoro in comp. tom.3. par.3. verbo ſodomita vt puniri, col.2*.

31 Et noſtri Regnicolæ confeſſionem requiri ad puniendos ordinariè ſodomitas affirmarunt, vt ex *Afflict. & Muſcat. vbi ſup*.

32 Nec obſtabit, quod ex pluribus dubitatis inditijs vnum fit indubitatum, vt ex *Farinac. quæſt.36. num.41. & quæſt.86. ex nu. 159. & ſeq.* quia vt vt ipſemet *Farin.* fatetur, procedit quando inditia hæc dubitata plenè appareant probata, & nō ad pœnam corporalem, ſed pecuniariam, vt ex *num.78. & 113*.

33 Item hoc dictum *Farinac.* eſt contra regulas iuris, quod naturalia ſunt immutabilia, vt ex §. *ſed naturalia, Inſtit. de iur. nat. contra l. cum furti, ff. de in lit. iur.* vbi quod pluris eſt, vtiq; tanti eſt. ſi ergo inditia, quæ iunguntur, ſunt dubitata dr ſui natura, quomodò poſſunt effici indubitata, ex quo iuncta, ſi plus, vel minus, non differunt in ſpecie?

Hæc ſi conſiderentur in hac inquiſitione formata inſtante inimico denunciatore, qui, & oretenùs, & in ſcriptis procurauit carcerationem ſuppreſſo proprio nomine, & expreſſo nomine carceratorum aliquorum, infamando ipſum Marcum cū quodam alio iuuene; quem proceſſum non vidimus, nec inditia probata, iuncta decrepita ætate ipſius Marci, ac inhabilitate, nunquàm de ſimilibus criminibus notati, non ſolùm indubitatè nō conuinci arbitrabitur, ſed ſuſpectiſſimam inquiſitionem eſſe iudicandam ſperatur. Cætera ſuppleāt de more Domini Iudicantes.

*Anellus Portius Regius Aduocatus Pauperum M. C. V.*

34 Ad relationẽ Iudicis Baldaſſaris de Angelis Iudicis M.C.V. delegatæ fuit dictus Marcus inquiſitus tortus, & ex quo non confeſſus, fuit condẽnatus intus carceres M.C.V. vita durante; ſed ſuccedente deindè Populi tumultu, fuit è carceribus emangipatus. Penès Meulam Scribam.

Ad ornatum articuli vide *Dom. de Thoro in ſupplemento verbo ſodomita an poſſit puniri, col. 1 fol. 605. & voto 4. fol. 12. 2. par.*

*SVMMARIVM.*

1 *Carceratus pendente gratia erit relaxandus, nec poteſt recomendari, ſeù emparari, & ratio affertur, num 2.*

3 *Interdictum de libero homine exhibendo, conceditur à iure.*

4 *Guidatus non eſt moleſtandus, ſed reduci in priſtinam libertatem.*

5 *Gratia obtempta à Principe pro pœna debita pro delicto etiam pro bonis intelligitur.*

6 *Pœna pecuniaria Baronibus debetur ex diſpoſitione Pragmaticæ.*

7 *Princeps nequit in praiudiciũ iuria tertij gratiam facere.*

8 *Priuilegiũ Ducis Parmæ ex confiſcatione feudorum remanſit extinctum.*

9 *Renouatio feudi ex inueſtitura, debet per inſtrumentum probari.*

10 *Derogatio* l. vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. *debet in ſpetie fieri.*

11 *Feudum nouum nouo indiget priuilegio, ac noua inueſtitura.*

12 *Contractus feudalis eſt ſtricti iuris, ità extendi non poſſit.*

13 *Feudum ad Regem reuerſum liberum deuoluitur, & ſine oneribus.*

14 *Conceſſio noua feudi exigitur, quando illud alteri conceditur.*

15 *Reſtitutus ad feudi ammiſſi, quando primęua iura reacquirat.*

16 *Conceſſio priuilegij* l. vnicæ, C. quando Imperator inter pupill. & vid. *expreſsè eſſe debet.*

17 *Remiſſio cauſæ in ciuilibus non ſit Baroni ſtante fori electione in M.C.V.*

18 *Deciſio cauſæ refertur.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio vaſſalli delinquentis petita per Baronem, an concedi debeat, ſi fuerit captus, pendente controuerſia gratiæ obtẽptæ à Prorege, vt inſeruiret in bello, ſi erit admictẽda, vel non.

ALLEGATIO XXIX.

IN anno 1641. cũ in Ciuitate Caſtri maris de Stabia fuiſſet ictu ſcoppictæ peremptus Andreas Donnarumma, capta informatione per M.C.V. per viã electionis fori factã per N. viduam matrem dicti occiſi, fuit pro dicto homicidio per eandem M.C.V. reputatus cõtumax Hiacintus de Puteo.

Cumq; adhùc penderet generalis abolitio, ſiuè Indultus Excellentiſſimi Domini Proregis, fuit dictus Hiacintus concordatus ad ſeruiendum bello; non obſtante quod delictũ pręedictum fuiſſet commiſsũ poſt publicationẽ dicti Indultus, & quamuis ad inſtantiam partis qụerulantis, & Regij Fiſci fuiſſet ab eodem Excellentiſs. Prorege obtentum, quod dicto Hiacinto aboleretur gratia aſſientus, & non admitteretur ad dictum militare ſeruitium. Nihilominus habito per dictum Hiacintum recurſo ad dictũ Excellentiſs. Proregem aſſerendo M.C.V. non alitèr velle admittere eius ſcripturas, ſiuè concordiã dicti militaris ſeruitij, & aſſientus; & per eundem Excellentiſſimũ Dominum fuit particulari reſcripto ordinatum dictæ M. C. quod concordiam dicti militaris ſeruitij debitæ exequutioni demandaret.

Medio tempore fuit dictus Hiacintus captus, & exiſtens nùnc in fortijs dictæ M.C.V. comparuit Procurator Sereniſſimi Regis Poloniæ vtilis Domini Ciuitatis prædictæ Caſtri maris, inſtando pro remiſſione dicti Hiacinti ad Curiam dictæ eius Ciuitatis, nec pro pœna ducatorum mille ex cauſa dicti delicti commiſſi cum armis igneis ſeruata forma *Regia Pragmatica*, ſuper qua petitione fuit terminus impartitus.

Et verſa vice pro parte dicti inquiſiti fuit inſtatum excarcerari ſtãte dicta gratia, & concordia militaris ſeruitij, & ad pœnam prædictam ducatorum mille minimè teneri, quod ſuadetur.

Primò, quia licet per Excellentiſs. Proregem fuiſſet gratia prædicta reuocata, & ordinatum dictum Hiacintum abolcri à libro aſſiẽtus militaris ſeruitij, attamen dicta reuocatio pręuio particulari decreti Excellentiſſimi Domini reſcripto fuit confir-

confirmata, & ordinatum, quod ſeruetur
dicta Regia decretatio, vt ſupra dictum
eſt.

Secundò, quia & ſi gratia prædicta fuit
reuocata, non alitèr fuit abolita à libro
aſſientus, & tempore quo fuit dictus Hia-
cintus captus aſſientus prædictus erat in
ſuo robore, & non abolitus, ſicut etiam
ad præſens extat purus, & intactus.

Tertiò, quia dicta reuocatio nec minus
fuerat notificata dicto Hiacinto, ideoquè
ſtabat ſub bona, & Regia fide.

Nec obſtat, quod aſſeritur, & præten-
ditur pro parte dicti Sereniſſimi Regis,
ſcilicet quod Articulus validitatis, vel in-
ualiditatis dicti Indultus, & repoſitionis
in priſtinam libertatem debeat remitti, &
decidi per dictam eius Curiam Ciuitatis
Caſtri maris, quia reſpondetur Primò, cũ
1 iàm conſtet iniuſtè dictum Hiacintum
carceratum. & ſic ante omnia relaxandus,
nec ab alio recomendari, ſeù emparari
poſſe, vt latè fundat *Bart. in quæſt. 6. incip.
Loquens, num. 1. & 2.* & in hoc caſu quando
quando Iudex carcerat eum, qui carcera-
ri non poterat, ait *num. 18. verſ. ſecũdo caſus*
2 & ratio eſt, cum is per carcerationẽ ſpo-
liatur libertate: ideò ante omnia hæc ſpo-
lij cauſa eſt cognoſcenda, & ſic ad liber-
tatem reſtituendus, nec vlla alia exceptio
valet opponi, quin excarceretur, *l. 2. C. ſi
per vim, vel alio modo, l. ſi quis ad ſe fundum,
ff. quod vi, aut clam,* competit enim hoc ca-
3 ſu interdictũ de libero homine exhiben-
dum, *l. plerique, in fin. ff. de lib. hom. exhib.*

Secundò, quia hic Hiacintus ſub ſaluo
conducto manebat, & guidatico militari,
4 quo caſu nec directè, nec indirectè eſt
moleſtandus, ſed ante omnia in priſtinam
debere libertatẽ reduci, ità vt alitèr mo-
leſtari non poſſit, ex pluribus fundat *Fa-
rinac. quæſt. 29. num. 11. Paris de Puteo verbo
captura, cap. 4. nu. 3. & verbo ſaluus conductus,
cap. 1. poſt num. 11.*

Hanc autem reſtitutionẽ ab ipſa M. C.
Vic. faciendam eſſe, nec Baronis locum
eſſe remiſſioni, & communis eſt praxis, &
ex ſupradictis DD. & iuribus clarè eli-
citur.

Reſpectu verò pœnæ ducatorum mille,
nec minus ius aliquod dictæ Curiæ Caſtri
maris competit, cum ſit comprehenſa in
concordia ſeruitij militaris, tùm etiam
quia adeſt electio fori M. C. V. & conſe-
quentèr ſi deberetur, (quod negatur) eſ-
ſet ſoluenda M. C. V. cum qua fuit tran-
ſactum.

Nec primò obſtat, quod in prædicta
concordia militari de pecuniaria pœna
nulla ſit facta mẽtio; etenim cum pro de-
licto igneis commiſſo armis ſit cõcorda-
tus ad bellum, pro omni pœna ex tali de-
licto debita, & ſic tàm pro corporali, quã
pro pecuniaria gratiatus debet intelligi,
& ideò ſi Princeps delinquenti dicat fa-
5 cio tibi gratiam, & pro pœna corporali,
& pro bonis etiam intelligitur gratiatus,
dixit *Iul. Clar. in §. fin. 59. verſ. quæro nun-
quid ſi Princeps, & Bart. in l. fin. num. 10. C. de
ſent. paſſ.* & ità deciſum per *Senat. Mediol.
Clar.* vbi teſtatur de illius ſtatus praxi,
quod in gratijs sẽper additur quòad cor-
poralem pœnam facio tibi gratiam, aliàs
enim omnes pœnæ in gratia permanerẽt
comprehenſæ; prout in caſu noſtro ait
*Gomeſ. variar. reſol. tit. de delict. cap. 13. nu. 29.
verſ. 3.* & in ſpecie expreſsè ait *Gloſ. in l. 2.
verbo concedi, C. de in ius voc.* ex *text. in l. re-
ſcripta, C. de precib. Imper. offer.*

Tantò magis; quod in caſu noſtro eſt
ſimplex gratia, ſed pœnæ potiùs eſt com-
mutatio, quo caſu cum hoc pœna perſo-
nalis ſeruitij in bellum præſtandi ſucce-
dat loco aliarum pœnarum ex dicto deli-
cto de iure debitorum; ideò omnes illas
valet comprehendere.

6 Nec obſtat, quod hæc pœna pecuniaria
vigore *Regia Pragmatica* Baronibus eſt de-
bita, etenim cum hæc militaris cõcordia
pro bono pacis ſit facta, certum eſt hoc
poſſe Principem ius tertij tollere, & gra-
7 tiam in præiudicium iuris tertio quæſiti
concedere *l. Lutius Titius ff. de euict. l. item ſi
verberatum, § ſi fortè, ff. de rei vind.* ità *Afflict.
deciſ. 361. num. 4. Menoch. de recup. poſſ. remed.
10. num. 55. verſ. declarat primo, Boer. deciſ. 39.
num. 2.*

Tantòq; magis, quod in caſu, & viduæ
querulantis in M. C. V. fori eſt facta ele-
ctio, quo caſu tantò minus ius aliquod
dictæ Curiæ competit.

Nec Secundò obſtat, quod per dictam
Curiam Caſtri maris de Stabia prætendi-
tur habere, nimirùm priuilegium etiam
contra viduas, & perſonas priuilegiatas
cum ſpeciali derogatione, *l. vnica, C. quan-
do Imper. inter pupill. & vid.*

Reſpondetur enim, quod licet tempo-
re Sereniſſimi Ducis Parmæ hoc in ſuo
robore manebat priuilegium, attamen
poſtmodùm ex nota cauſa, cõfiſcatis feu-
8 dis, prædictum priuilegium remanſit ex-
tinctum, ex punctuali *deciſ. D. de Franch.
192.* quo caſu, & extinctum remanſit feu-
dum, & omnia eius euanuerunt priuile-
gia, ait *Afflict. deciſ. 361. num. 35.* ex *Iſern. in
cap. 1.*

*cap.1. col.vlt. ex quib. cauſ. feud. ammitt.*
Et licet ad præsẽs prædicta Ciuitas Ca-
ſtri maris loco pignoris conceſſa ſit prę-
9 dicto Sereniſſimo Regi Poloniæ, vt datur
intelligi, nulla tamen exhibetur inueſti-
tura, nulla priuilegij agnoſcitur renoua-
tio. Hanc autem feudi inueſtiturã per in-
ſtrumentum omninò eſſe probandam, ait
*Andr.de Iſern.in cap.1.§.verò,de feud.Guard.*
10 proùt nec prædicti priuilegij cum dero-
gatione *l.vnic.* renouatio,aut noua præſu-
mitur conceſſio,cum de illa ſpecialiſſima
ſemper ſit facienda mẽtio, ex notatis per
*Grammat.deciſ.*20.
Imò cum ex cauſa prædictæ confiſca-
tionis extinctum remãſerit feudum, dùm
hodie prædicto Sereniſſimo Regi feudũ
allegatur conceſſum, ex hoc nouum dici-
11 tur feudum, & ſic noua priuilegiorum
ęget conceſſione, & nouam etiam requi-
rit inueſtiturã, ità *Iſern. in cap.1.§.1.nu.1.
verſ. ſi autem perdatur ipſo iure*, vbi *Liparul.
verbo & ſi hæres, tit.de vaſſall decrep.ætat.* ex
*Odoffr.Io.Rayn. Bald.& Aluar. in cap.1.§.in-
ſuper,de probib. feud.alien. per Feder.* cum
igitur nulla ad præſens inueſtitura, nulla
prædictæ *legis vnic.* exhibeatur derogatio,
ideò fori electionem in M.C.V. firmam
remanere cognoſcimus,ex quo nulla etiã
prædictæ Curiæ Caſtri maris, pecuniaria
pœna dicitur acquiſita.
Eò fortiùs quod cum hac noua inueſti-
tura ſit contractus feudalis,ideò vt ſtricti
12 iuris, nec de perſona ad perſonã, nec de
loco ad locum, proùt nec de tempore ad
tempus valet extendi,vt ait *Iacob.de Fran-
chis tit.de feud. defunct.controu. fuer.quæſt.*11.
*num.*12. quare cum prædictũ Sereniſſimi
Ducis priuilegium iàm extinctũ reman-
ſerit, ideò de illo ad hunc Dominum Re-
gem extendi non poteſt, non entis enim
ſunt qualitatrs.
Iàm dictis adde, quod cum prædictum
feudum ad noſtrum Catholicum Regem
13 deuoluerit liberum, & ſine oneribus, ac
extinctis prinilrgijs remanſerit, ex *Bald.
in cap.1. §.ad hæc,de pace iuram.firm.* propte-
reà cum illud loco pignoris Sereniſſimo
Regi Poloniæ ad præſens conceſſum di-
catur, quòad fructuum perceptionem,
non quòad alia ſpecialiſſima iuriſdictio-
nis priuilegia (quæ iàm remanſerunt ex-
tincta) conceſſum debet intelligi, in qui-
bus noua etiam ſpecialiſſima requireba-
tur conceſſio, ex *Grammat. d.deciſ.*20.
Nec obſtat, quod prædictus Sereniſſi-
mus Dux ad omnia feuda, & priuilegia
14 ampliſſimè ſit reſtitutus, nunquàm enim
ad ea porrigitur reſtitutio, quæ vel per
Principis donationẽ,vel per alterius præ-
occupationem alteri dicuntur acquiſita,
vt ait *Luc. de Penna in l. penult. num.6 circa
medium, verſ.vel ſolutio, C. de his, qui in exil.
dat vel ord.mot.lib.*10. cum igitur prædicta
Ciuitas Caſtri maris per dictum Dominũ
Regem Poloniæ tempore reſtitutionis re-
periretur occupata: ideò ad illam talis
porrigi non poteſt reſtitutio.
Eo magis, quod licet quis ampliſſimè
per Principem dicatur reſtitutus, nun-
quàm tamen primęua iura recuperat, niſi
priorum iurium reacquiuerat poſſeſſio-
15 nem, in hac autem reacquiſitione iudi-
cialis, & actualis poſſeſſionis neceſſaria
eſt traditio, vt in terminis noſtris dicit
*Afflict.deciſ.*116.*num.*1 *in medio.& deciſ.*361.
*num.*12. in caſu autem noſtro nulla reſpe-
ctu dictæ Ciuitatis Caſtri maris tradita
eſt poſſeſſio, ergo nec nullum etiam ius,
aut priuilegium cognoſcimus reacquiſi-
tum, & per conſequens firma prædicti fo-
ri in M.C. remanſit electio.
Nec prædictus Srreniſſimus Poloniæ
Rex huius priuilegij valet opponere poſ-
16 ſeſſionem, in illo enim ſpecialis *d.l.vnicæ*
requiritur derogatio,ac ſpecifica requiri-
tur inueſtitura, ſecundum DD. omnes re-
latos per *Dom. Reg. Tap.in Conſtit. Statui-
mus, num.*15.*&* 30.*Maſtrill.deciſ.*127. *Capi-
blanc. de Baronib.pragmat.*8.*par.*1. *num.*154.
in inueſtitura enim eſt fundãda poſſeſſio,
*cap.1.§.ſi verò,de mil. vaſſ. cum illa ſit de ſub-
ſtantia feudi,cap.1.quib.mod.feud amitt.* tantò
magis, quod in iuriſdictionibus poſſeſſio
in nihilum releuat, niſi & de eius titulo
doceatur.
Et ità per M.C.V. in ciuilibus aliàs eſt
deciſum cõtra dictum Sereniſſimum Re-
17 gem non eſſe locum remiſſioni petitæ,
ſtante fori electione in M.C. facta per vi-
duam, penès Actuarium Albanum, & ità
ſimilitèr deciſum in Banca Canalis,proùt
ſic tàm ratione electionis, quàm ratione
militaris concordiæ excarcerandum di-
ctum Hiacintum,& pro pecuniaria pœna
non moleſtandum ſperatur.
18 De anno 1645. per M.C.V. (nota,quod
graria militaris ſeruitij fuit habita pro
ſubreptitia) ad relationem Domini Iudi-
cis Cioffi fuit dictus Hiacintus remiſſus
ad Curiam Caſtri maris de Stabia, penès
Sportellum Actuariũ M.C.V. Mirabaſſus
Scriba.
Hæc habui ex annotatis ſingularibus
per Magnificum Franciſcum de Laurito
iuniorem I.C.Neap.

*S V M-*

Digitized by Google

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor non tenetur reum præſentare, niſi ſuperuenerint noua inditia.*

2 *Inditia pro præſentatione rei liberati ſub cautione debent eſſe ſufficientia ad torturam.*

3 *Exceptio* l. dolo facis, ff. de doli except. *quando militat.*

4 *Fideiuſſor quando ceſſat Fiſci intereſſe, non tenetur reum præſentare.*

5 *Inditia quando dicantur eſſe ſufficiẽtia pro præſentatione principalis ſub fideiuſſione liberati.*

6 *Depoſitio primo loco facta, an erit ſufficiens, ità vt reuocari non poſſit in præiudicium illius, & quando procedat, num. 7.*

8 *Inditium nullo modo producitur ex confeſſione extraiudicium facta, contra primam depoſitionem.*

9 *Fideiuſſor pro nouo delicto, an teneatur præſentare reum, vt moleſtari poſſit.*

10 *Circuitus inutilis erit euitandus.*

### ARGVMENTVM.

Fideiuſſor alicuius rei inquiſiti, iàm liberati ſub cautione de ſtando iuri, qui depoſuerat in iudicio de falſitate donationis factæ, indè per aliam cartulam extra iudicium cõtrarium affirmans, an teneatur ad præſentandum reum.

### ALLEGATIO XXX.

SAnctorus Gambardella in anno 1594. publico mediante inſtrumento donauit Santulo Langella eius priuigno irreuocabilitèr inter viuos quandam eius domum in diuerſis membris conſiſtentẽ ſitam hìc Neap. in platea Portus, nec non annuum cenſum ducatorum 83. ſequuta tamen eius morte, qua deindè eodem anno ſequuta fuit dictus Santolus Iudicis decreto immiſſus in poſſeſſionem dicti cenſus, & domus: cumq; fuiſſet poſtmodùm Sebaſtianus Veſpulus dicti Sanctori ex ſorore nepos, hæres ab inteſtato declaratus; comparuit in M.C.V. & oppoſuit de falſitate donationis prædictæ, fuitq; pro dicta cauſa per eandem M. C. ad deponendum citatus Dominicus Menſa teſtis, qui inter alios interfuit in inſtrumẽto donationis prædictæ, qui ſtatim dictæ M. C. mandato obtemperans, cum iuramento depoſuit interfuiſſe pro teſte in dicto inſtrumento donationis, & per dictam M.C. fuit habilitatus cum cautione de ſtando iuri in forma, & pro eo fideiuſſit Cæſar de Mario, illinc ad annũ, & menſes, dictus Sebaſtianus hæres præſentauit quandam cartulam publici Notarij, & teſtium ſubſcriptione vt aſſeritur roboratã, in qua dictus Dominicus Menſá confitetur ſe non alitèr interfuiſſe inſtrumento donationis prædictæ, ſed vi, & metu ad id deponendum fuiſſe inductũ, ideòq; confeſſionem prædictam in iudicio per ipsã factam pro exoneratione ſuæ conſcientiæ reuocabat. Fuit eapropter dictus Dominicus per M.C.V. citatus ad ſe præſentandum, & dictus Cæſar fideiuſſor ad dicendum cauſam quare non debet procedi ad incuſationẽ fideiuſſionis prædictæ, fuit per dictum Cæſarem appellatum ab indebita citatione, & obtentum, verbum fieri in S.R.C. à quo omninò ſperat iudicandum ad eius fauorem, & his iuridicis, & indubitatis rationibus, quæ ſubnectuntur.

Siquidèm indubitati iuris eſt habilitatum cum cautione de ſtando iuri in for-
1 ma, non poſſe cogi, nec moleſtari ad præſentandum pro eodem delicto, niſi noua ſuperueniant inditia, dicit *Pirr. Maur. Arct in ſuo tract. de fideiuſſ. cap. 3. nu. 75. Boſſ. in tract crim. tit de ſentent. nu. 61. Caball. reſol. crim. caſu 193. num 36. & ſeqq.* optimè *Fa. in. conſ. 50. num. 25. & quæſt. 4. num. 25. Foller. in ſuis pragm. poſt pract crim. tit de fideiuſſ. nu. 251. Muſcatell. in pract. fideiuſſ. par. 1. modo 1. num. 14 & 15.*

2 Quæ quidèm inditia nulli dubium eſt debere eſſe ſufficientia ad torturam inferendam, vt per præcitatos DD. qui quàmnis loquantur quando reus fuit liberatus, datis defenſionibus, & publicato proceſſu, nihilominus id etiam locum habent, quãdo quis fuit habilitatus cum cautione de ſtando iuri in forma, non alitèr publicato proceſſu, vt in caſu noſtro, ſed cũ ſequenti declaratione, & diſtinctione videlicet, quando quis eſt liberatus, datis defenſionibus, quia inditia reperiuntur euacuata, ideò ea, quæ ſuperueniunt, debent à primis ſpecie, & ſubſtantia differre, ità quod ſint grauiora, & de per ſe ſufficientia ad torturam inferendam, quando verò reus fuit habilitatus cũ cautione de ſtando iuri in forma ante publicationem proceſſus, tùnc inditia poſſunt eſſe

cuiuſ-

Digitized by Google

cuiuſcumq; qualitatis, ità tamen vt inno-centis cum primis poſſit ad torturam perueniri.

Ratio eſt ſatis clara, quia aliter iudiciũ inutile eſſet; nàm ſi reus non exiſtentibus nouis inditijs ad torturam citaretur, ſi ſponte venerit, itrrũ ſine dubio eſſet ſub
3 eadem fideiuſſione habilitandus, & Fiſco reſpondeo, q obſtaret exceptio, *text. l. dolo facit. ff. de doli except.* cumq; dicto caſu ceſ-
4 ſet fiſci interreſſe, non tenetur principalis ad deputandum, prout neq, tenetur fideiuſſor, dicit *Farinac. quaeſt. 34. nu. 64 & ſeqq.* qui teſtatur ſecundum praedicta deciſum in Vrbe Romae, *Iul Clar. quaeſt 64. num. 10.* latè *Boſſ. tit. de carcer. fideiuſſ. committ. nu. 19.*

Corroborantur iàm dicta alia ratione, & in caſu fortiori, nàm multoties per eandem M. C. habilitentur rei ante publicationem proceſſus cũ cautione de ſe praeſentando ad omnem ordinem, etiam nouis non ſuperuenientibus inditijs, & eo
5 caſu minimè poteſt reus moleſtari vigore dictae fideiuſſionis ad libitum Iudicis, ſed neceſſe eſt, quod inditia ſint de proximo peruentura, & promptiora, & ſufficientia ad torturam inferendã, nàm aliter vt ſupra diximus, iudicium redderetur eluſorium, & teſtatur *Tull. Criſpalt. in ſuis caſibus milit. caſu 39.*

Nunc ad caſum noſtrum deueniendo inditia contra dictum Dominicum non apparent ad tortura ſufficientia, nàm etſi ex ſcriptura praeſentata appareat primam depoſitionem in iudicio factam reuocaſſe, attamen cum talis reuocatio non habeat vim niſi extraiudicialis confeſſionis, meritò prima depoſitio attendi debet, & per dictam declarationem primae
6 depoſitioni nullum praeiudicium infertur etiam ſi fuiſſet in articulo mortis exiſtente facta, *text. eſt in cap. ſicut, extra de teſt.* vbi *Gloſ. Innoc. in cap. cum dilecti. de elect. Roman. & Angel. in l. ſi quis in graui, §. ſi quis moriens, ff. ad Sillan. Bart. in l. 1. in 1. col. in princ. ff. de falſ. Bald. in l. 1. col. 1. C. de non numer. pecun. Marſil. in pract. §. reſtat, Maſcard. de probat. concluſ. 1135. nu. 13. Clar. § fin. quaeſt. 53. verſ. ſecundo eſt caſus, & in § falſ. nu. 9.* quod procedit etiam quando quis deponit tanquã principalis quòad ſe, & vti teſtis quòad
7 alios, prout in caſu de quo agit *Couarr. variar. reſolut. lib. 2. cap. 13. num. 7. & ſeq. verſ. caeterum, propè finem.*
8 Cum igitur dictae declarationis, depoſitionis, & reuocationis, nulla eſt habenda ratio, ſeu attendi debeat, quod fuit depoſitum in depoſitione facta in indicio, nullum inditium producere poteſt, *Foller. in pract. crim. 1. par. tertia partis, verbo etſi confitebuntur, num. 91.*

Sed dato (citra verò veritatis praeiudicium) quod dictae declarationi eſſet locus, quodnàm delictum commiſit dictus Dominicus, qui negauit, non interfuiſſe pro teſte in dicto inſtrumẽto donationis? certè nullum, prout ſi tempore primae depoſitionis in iudicio factae, ità quoq; declaraſſet, licentiandum veniebat, & cõtra ipſum ad nihilum procedi poterat.

Nec obſtat ſi Fiſcus replicaret, quod dictus Dominicus in crimen falſi incidit per depoſitionem in iudicio factam, quae conſtat ex praedicta eius declaratione, & proindè vbi falſus ſit puniendus.

Reſpõderur, nàm non, quia dictus Dominicus principalis incidit in falſitatem, debet eius fideiuſſor moleſtari, & cogi ad
9 praeſentandum, cum fideiuſſio fuerit praeſtita pro illa cauſa tantùm, & non pro nouo delicto, quod commiſit, & vltra id, quod promiſit, non tenetur, *text. eſt in l. fideiuſſores 69. ff. de fideiuſſ.* vbi DD. & ſi non poteſt reus pro hoc nouo delicto cogi ad ſe praeſentandum cum pro primo delicto, pro quo fuit fideiuſſio praeſtita noua non ſuperuenerint inditia, ità pariter moleſtandus non erit fideiuſſor, *l. fideiuſſor 58. ff. eodem, Farinac. d. quaeſt. 34. num 31.*

Idque alia indubitata confirmatur ratione, quoniã ex eadem ſcriptura, in qua Regius Fiſcus ſe fundat, ex eademmet fideiuſſor releuatur; nàm ſi ex declaratione facta in ea, in nouũ crimen dictus Dominicus principalis incidit, non ſic dicitur notorius delinquens? ſi ex eodẽ fonte inſpicitur, & ex actis apparet, & quando notoriè conſtat reum patraſſe nouum delictum, fideiuſſorem moleſtari non poſſe, ex multis firmat *Farin. d. quaeſt 34. nu. 56.*

Ex quibus ſatis, ſuperq; apparet non modo, non adeſſe inditia ſufficientia ad torturam contra dictum Dominicum, verum etiã ex ipſamet declaratione obnoxium apparere, proindè citatio ad prae-ſentandum inutilis redderetur, & vt eui-
10 tetur circuitus inutilis, & vanus ſuſtineri non poteſt, iuxtà notata in *l. ſingularia, ff. ſi cert. petat.* latè *Anton. Erinc. in tract. de fideiuſſ. cap. 22. num. 59. & 61.* & ità iudicandum ſperatur, & ſupplicatur. Reliqua, &c. Anno 1596.

*Franciſcus de Laurito.*

His inſpectis non fuit ampliùs de cauſa loquutum.

Ad materiam vide *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 2. cap. 7. num. 16. & defenſ. 6. cap. 4. num. 38. & 33. & defenſ. 4. num 15. Ricc. deciſ. 24. num. 4. par. 1. & deciſ. 148 nu. 4. Dom. Reuit. in pragm 4. de falſis num. 28. Thoro.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Mandatum corruit ſi in eo peremptorium, aut æquipollens, non apponatur.*

2 *Contumax non dicitur qui fuit citatus abſque peremptorio aut habente vim peremptorii.*

3 *Iudex ſi ommittat verbum peremptoriè, facit contra legem, & non valet, quod agit potiſſimum citatio.*

4 *Mandatum pænale corruit, ſi eius forma non fuerit ſeruata.*

5 *Aſſecuratio debet inſeri in citatione, quæ fit reo ad valuas Curiæ, vt legi poſſunt.*

6 Reg. Sanfelic. deciſ. 236. *quo caſu loquitur.*

7 *Comparere an quis teneatur in caſu loci non tuti, vel iuſti timoris.*

8 *Comparere in caſu abſentiæ neceſſariæ, an teneatur.*

9 *Iuſtitia, ac æquitas potiùs inſpici debet, quam culpa delinquentes.*

10 *Abſenti ex ſua culpa ſuccurrendum erit.*

11 *Nemo carnem ſuam odio habere debet.*

12 *Nemo dominus membrorum ſuorum.*

13 *Obligatio ad pænã oritur, perpatrato crimine.*

14 *Suſpictio quęlibet, & cauſa etiam parua locũ non tutum conſtituunt, & à non comparendo excuſant.*

15 *Citatus ad locum ſuſpectum, ire non tenetur.*

16 *Solus timor etiam de futuro excuſat.*

17 *Timor infert iuſtum motum, & excuſatur.*

18 *Citatus debet mittere excuſatorem ad allegandum exceptionem loci, non tuti, & qualitèr procedat.*

19 *Notorium releuat ab onere probandi, non autem proponendi.*

20 *Reus iuuabitur ope reſtitutionis in integrum, ſi Iudex ignoraſſet impedimentum illius.*

21 *Reus debet citari priùs ad dicendum cauſam quare, non debet ſoluere pænam contentam in mandato.*

22 *Contumacia debet incuſari, vt pæna poſſit exigi à reo.*

23 *Contumacia vera exigitur non ficta, vt poſſit reus mulctari.*

24 *Pæna magna pecuniaria, quæ abſorbet patrimonium, continet ſpeciem confiſcationis.*

25 *Procurator in cauſis criminalibus non admittitur in Regno.*

26 *Inſtructor ſimplex in cauſa capitali pro abſente reo officium Iudicis implorare debet, quod etiam in bannito, & contumace procedit, num. 27.*

28 *Excuſator, ſiuè inſtructor in criminalibus admittitur etiam ſi de nullitate ageretur nu. 29.*

30 *Contumax ſictè non prohibetur appellare, ac ſupplicare.*

31 *Contumax quis dicatur.*

32 *Procurator in cauſa pæna pecuniaria admittitur.*

33 *Ritus 269. qualitèr intelligatur.*

34 *Procurator admittitur in crimine vſurarum, pro quo imponitur pæna cõfiſcationis bonorũ.*

35 *Pæna amputationis manus erat priùs impoſita periuro, ſed nunc pecuniaria.*

36 *Nullitas quando ex eiſdem actis reſultat, tunc Iudicis officium ſupplere debet.*

37 *Nullitas reſultans ex eiſdem actis, poteſt per excuſatorem proponi.*

38 *Nullitas non tantùm per Procuratorem, quàm etiam per quemcunq; opponi poterit, & qualitèr.*

39 *Contumaciam nullam, nullum producit effectum.*

40 *Paria ſunt aliquid non fieri, vel nullitèr.*

41 *Nullum quod eſt, nullum præſtat impedimentum.*

42 *Actus ſi ex facie apparet, vt impugnari poſſit, tùnc nõ obſtante ſtatuto, vel prohibitione, nunquàm intelligitur precluſa via opponendi.*

43 Pragm. 8. cap. 7. de inſtrum. liquid. *producitur, & qualitèr fuit iudicatum ob nullitatis cauſam propoſitam contra liquidationem inſtrumenti.*

44 *Impeditus legitimè excuſatur, dùm impedimentum remouere nequit.*

45 *Deciſio cauſæ refertur.*

### ARGVMENTVM.

Mandatum pęnale factũ reo ſub pęna certæ quantitatis pecuniarum abſq; peremptorio, an ob eius controuentionem exequi debeat pro exactione pœnæ in eo contentæ.

### ALLEGATIO XXXI.

ADuerſus incuſationem aſſerti mandati pęnalis duc. 20. mil. iniuncti, vt prætenditur ſub die 19. Septembris 1553. Illuſtr. D. Antonio Vrſino Pacentri, Oppidiq; Comiti per affiſſionem ad Ianuam domus Ioſeph de Fuſco (in qua tùnc ſupponebatur dictum Illuſtr. Comitem incolatum habere) plura fuerant oppoſita

poſita per eius Procuratorem, ſiuè excu-
ſatorem, ex quibus reſultat euidens nulli-
tas dicti aſſerti mandati, eiuſuè incuſa-
tionis; ac propterea inſtatum ipſum mi-
nimè moleſtari pro dicta prætenſa pœna.
1 Primò, & principalitèr dictum manda-
tum corruit, cũ in eo minimè perempto-
rium, aut ſaltim aliud æquipollens appo-
natur, ex *Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus, num. 4. ff de damno infecto*, vbi benè declarat, & in
*l. inter minores, num 10 verſ. & intelligas non contumaciam, ff. de in integr. reſtit* vbi dicit,
2 quod non dicitur contumax ille, qui fuit
citatus abſq; peremprorio, ſiuè habente
vim peremptorij, *Andr. de Iſern in Conſtit. Edictorum, col 3. verſ. quid ergo ſi Iudex mandauit*, vb etiam *Afflict. num. 11.* dicit, quod
3 ſi Iudex omittat verbum peremptoriè,
facit contra legem, & proindè non valet,
idem ſequitur *Foller. in pract. in verſ. vel eos verbalitèr citari faciat, num. 5.* vbi etiam con-
cludit, quod aliàs eſſet nulla citatio, opti-
mè *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 235*, vbi ita de-
ciſum refert, & in *deciſ. 142.* vbi ponit for-
ma mandati, in terminis etiã *Bened. Plot. conſ. crim. diuerſ. 3. num. 10. tom. 2.*

Secundò, fundatur, ex quo dictũ aſſer-
tum præceptum pœnale emanauit ex ab-
rupto cum reuer. abſq; vlla aſſecuratione
tàm prætenſæ disfidæ, ſiuè duelli (cuius
pœna pro ſecunda vice eſt vltimi ſuppli-
cij, vt in *pragm. 1. de duello*) quàm aliorum
aſſertorum criminum, de quibus dictus
Illuſtr. Comes antea inquirebatur in ipſa
M. C. pro quorum aſſecuratione ante ta-
men incuſationem dicti aſſerti mandati,
pluries nomine dicti Illuſtr. Comitis fuit
proteſtatum, qua non oblata, non teneba-
tur parere, nec in aliqua mora, ſiuè contu-
macia conſtitui poterat, cum legitimam
cauſam non comparendi habuerit, ne ſe
euidenti periculo exponeret, ac propterea
dictum mandatum corruit, prout tradit
4 pro forma in hiſce præceptis pœnalibus
*Dom. Reg. Sanfelic. d. deciſ. 142.* vbi hæc ver-
ba ſubnectit: *Cum aſſecuratione tamen pro pœna delictorum ex cauſa prædicta mandati, & præſentationis*, quod ipſum ante eum opti-
mè adnotauit *Roland. conſ 68 num. 8. vol. 2.*
5 vbi docet, quod aſſecuratio debet inſeri
in citatione, quæ fit reo ad valuas Curiæ,
ità quod ab omnibus legi poſſit, & ita
practicari, & obſeruari dixit *Farinac. de inquiſit. quæſt. 11. num. 58. in fine*, & alibi paſſim
per DD.
6 Eoq; magis cũ non de delicto (in quo
caſu loquitur idem *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 236.*) ſed de capitalibus, & mortis pœ-
nam irrogantibus pertractetur, quo in
caſu ratione euidentis periculi, quod in-
ſtabat dictus iuſtus timor, propter quem
quis excuſatur. Nec conſtituendam eſſe
differentiam cenſeo, an ſi quis pro priori
crimine reperiatur bannitus, vel ſolum-
modò inquiſitus, vt in primo videntur lo-
7 qui nonnulli DD. cum vtroq; caſu ratio
loci non tuti, ac iuſti timoris non compa-
rendi, (quam I. C. conſiderauerunt) ven-
dicat ſibi locum, vt colligitur ex reſpon-
ſo *S. P. in cap ex parte*, vbi *Gloſ. in verbo periculoſa, de appell.* alius *text. in cap. ſiuè coniugi 33 quæſt. 2.* vbi *Gloſ. notab. in verſ. etiam locus*,
alia *Gloſ in cap. bonæ memoriæ, verſ ſecurè, de elect. Bart. poſt Gloſ. in l metus, ff. ex quib cauſ. maior.* idem *Bart & Bald. in l. 2. § ſimili modo, ff ſi quis caut.* vbi etiam *Iaſ. in § quod diximus, num. 10. & 11.* facit *text. in l. vbi eſt ibi (tutiſſimo loco) ff. de reb. dub.* & in ſpecie nõ
8 comparente ex cauſa commiſſi criminis,
vt dicatur abſentia neceſſaria, tradit *Bal. in l. ab eo, in princ. C. quomodo, & quando Iudex* quem ſequuntur *Add. ad Bart. in l. inter minores, ſub num. 7. lit. C. verſ ex cauſa neceſſaria tantùm, ff. de in integr. reſtit. Vant. de nullit. rubr. de nullit. ex defectu iuriſd. & vndè, & quibus modis &c. nu. 165.* vbi ponit vtrumq;
caſum ſcilicet quando timetur corporis
cruciatus, & quando eſſet bannitus, quod
9 procedit etiam ſi locus non ſit tutus cul-
pa, & delicto citati, cum potiùs iuſtitia
& æquitas inſpici debeat, quàm culpa de-
linquentis, ad *text. in l. Papinianus exuli, ff. de minorib. Afflict. deciſ. 289. num. 26.* in termi-
nis etiam *Bart. in l. 2. §. ſi propter, & in §. ſimili modo, ff ſi quis caut. Bald. in d. l. 2. in addit. poſt num. 3. Baiard. ad Clar. quæſt. 34. num. 30.*
10 cum etiam abſenti ex ſui culpa ſuccur-
rendum ſit, dicit *Bald. in l. Diuus Antoninus nu. 2. ff. de integr. reſtit.* aliàs enim, vt inquit
*Boſſ. de citat. num. 35.* eſſet valdè impium,
vt quis euidenti periculo ſe ſubijciat, cũ
11 nemo carnem ſuam odio habere debeat,
argumento *text. in l. 1. §. item Diuus, in verſ. ſibi, & ſuis. ff. de Sicarijs*, & alibi etiã dicitur,
12 quod nemo ſit dominus membrorum
ſuorum, ad *text. in l. ità vulneratus, ff ad leg. Aquil.* nàm vt ait *S. P. in clem. paſtoralis, de re iudic* hæc de iure timentur, hæc de mo-
re vitantur, hæc humana fugit ratio, hæc
abhorret natura, vbi *Gloſ. in verſ. vitantur*,
citat illud *Ouidij*.

*Quæ nimis apparent retia vitat auis.*

Nec ob id ſecuritas offerenda non erat,
præſertim reſpectu dictæ disfidæ, quia
forſan tũc vlla de ea capta eſſet informa-
tio, nàm ſat erat, quod de eo crimine Co-

mes ipſe potuiſſet inculpari, licet formi-
tèr non eſſet in iudicio deductum, cum
13 ſtatim perpetrato crimine, oritur obli-
gatio ad pœnam, vt dicit *Bald. in l. metum
autem, §. ex hoc edicto, num. 1. ff. quod metus
cauſa*, quod quidèm ipſi Iudici benè inno-
tuerat, cùm ea de cauſa præceſſerit dictum
mandatum pęnale, quapropter non vanus
timor, ſed probabilis tùnc ſuberat, qui
iuſtam excuſationem non parendi præ-
buit.

14 Immò de iure qualis qualis timor, ac
quęlibet ſuſpictio, & cauſa etiam ſi parua,
locum non tutum conſtituunt, & à non
comparendo excuſant, vti fundat *Bened.
Plot. d. conſ. crim. diuerſ. 3. nu. 29.* & ante eum
*Aretin. in l. 2. notab. 2. C. de Carbon. edict.* quod
ipſum etiam annotauit *Bart. in d. l. metus,
ff. ex quib. cauſ. maior, & in l. recuſare, §. ſi quis
in alio, num. 1. ff. ad Trebell & in l ſciendum,*
15 *ff. de legation.* quibns in locis docuit, quod
citatus ad locum ſuſpectum non tenetur
ire, ſequitur *Bald. in l. ea quæ, circa finem, C.
quomodo, & quando Iudex, & in l. vnica, §. hoc
iudicium, num. 7. verſ. ex quo nota, ff ſi quis ius
dicen non obtemp.* vbi concludit, quod quale
quale impedimentum excuſat, ſolus enim
16 timor etiam de futuro excuſat, ad *text in
l. 1. §. metus, verſ. vel futuri ff quod met. cauſa,*
dicit *Bald in l. non eſt, § ſi iuſto metu, eod. tit.*
17 & præſertim *in addic. num 3.* ſolùm timorē
inferre iuſtum metum, argumento *l. nouiſ-
ſime, in princ. ff. quod falſ. tutor. auctor.* ibi,
quod compulſus, vel metuens, nè compel-
leretur; nō ne debet eſſe excuſatus? ad idē
*text. in l. prohibere, §. fin. ff. quod vi, aut clam,*
ibi. *Si modo timuit eius controuerſiam, vel de-
buit timere.*

18 Et licet aliqui videantur in opinione,
quod vt excuſetur citatus, debeat mitte-
re excuſatorem ad allegandum exceptio-
nem loci non tuti, contra quos optimis
rationibus inſurgit *Farinac. d quæſt. 11. poſt
num 60. verſ. quibus non obſtantibus*, data pro
nùnc dicta opinione, ea procedit quoties
Iudex de impedimēto inſcius eſſet, ſecus
verò ſi eſſet ei notorius (vt in caſu noſtro)
ex *Bart. in l. recuſare, § ſi quis in alio, num. 2.
ff. ad Trebell.* vbi dicit, quod aliàs citatio
eſſet ipſo iure nulla, *Afflict. deciſ. 289. nu. 24.
& deciſ. 29. num. 3.* vbi *Vrſill num. 4.* ſequitur
*Farinac. d quæſt. 11. poſt num. 55. verſ. quæ qui-
dem concluſio*, vbi plures DD. allegat, quæ
notorietas reſultat ex eodem mandato,
fuit iniunctum ratione, & cauſa diſfidæ,
quam ſupponebatur tùnc miſiſſe dictum
Illuſtr. Comitem, quapropter nulla poteſt
cadere ignorantia in Iudice, cui hoc erat
notorium, quod etiam ratione compro-
batur, quia etſi regularitèr notorium re-
19 leuet ab onere probandi, non autem pro-
ponendi, cum tamen illud Iudici, aut ex
actis conſtet etiam à proponendo, & alle-
gando excuſat, doctrina fuit *Angeli in l. fin.
ff. de petit. hæred. Dec. in l. lecta, num. . . . ff. ſi
certum petatur*, maximè reo abſente, ad tra-
dita per *Abb. in cap. ex parte, el primo, de ap-
pellat.*

20 Immò, quod magis eſt, etiam ſi Iudex
ignoraſſet impedimentum, ope reſtitutio-
nis in integrum reus iuuabitur, vti poſt
*Bart. Alex. Cephal. et alios*, bene fundat *Fa-
rinac. d quæſt. 11. poſt d. nu. 60. verſ. mouet me
ſecundo.*

21 Tertiò, ex ſupra dictis infertur, quod
multò minus poterat procedi ad incuſa-
tionem dicti aſſerti mandati, & appoſitio-
nem pœnæ in libro Inferui, ſiuè prouen-
tuum, minimè priùs monito, ac citato di-
cto Illuſtr Comite ad dicendum cauſam
quare non debebat ſoluere pœnam in di-
cto mandato contentā, ex doctrina *Bart.
in l. 2. num. 17. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* vbi
etiam *Iaſ. num. 8.* idem *Bart in l. 1. num 13.*
vbi etiam *Iaſ. num. 30. ff ſi quis ius dicent. non
obtemp.* ſequitur etiā poſt *Afflict. in d. Con-
ſtitut. Edictorum, Vrſill. d. deciſ. 289. nu. 8. Fa-
rinac. tit. de delict. & pœn. quæſt. 18. num 44.* vbi
in fine dicti numeri teſtatur ità in Vrbe
practicari, & maximè deficiente dicto pe-
remptorio, ſiuè æquipollenti, vt colligitur
ex poſitis per *Bart. in d. l. ſi finita, §. Iulianus,
num. 4. & 25. ff. de damno infecto*, & per *Abb. in
cap. 1. num. 30. de iudic.* quæ eo magis vrgēt,
22 cum nec etiam appareat contumacia ali-
qua incuſata, prout diſponit *rit. 118.* qui
loquitur in ſpecie de mandato pęnali, ſe-
cundum *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 142. nu. 3.*
vbi dicit ità fuiſſe per Reg. Collat. Conſ.
interpetratum.

Quandò, & tandem, quia dictum prę-
ceptum fuit affixum in ianua domus Io-
ſephi de Fuſco, in qua vnquam dictus Il-
luſtr. Comes domicilium habuit, ſed in
domibus V.I.D. N.N. in quibus paucis
meulibus anteà fuerat eidem Comiti or-
dine M.C.V. aliud mandatum iniunctum,
vt ex actis penès Scribam præſentis cau-
ſæ, & in promptu etiam fundatur, & exin-
dè nullatenùs in contumacia cōſtitui po-
terat, ad notata per *Iſern. in Conſtitut. Cita-
tionis litera*, & in terminis per *Dom. Præſ.
de Franch. deciſ. 514.* ità vt ſatis non ſit quē
domi citari, niſi etiam dicatur ſolitæ ha-
bitationis, ex *Bart. in l. 3. §. Prætor ait, nu. 13.
ff. de damn. infect.* vndè ſi quis in hoſpitio
citatur,

citatur, non valere citationem, aic *Bald. in l. ea qua, num. 9. C. quomodo, & quando Iudex.*
23 Nec omittam, quod attenta diſpoſitione iuris, ad hoc vt quis poſſit mulctari, vera requiritur contumacia, nec ſatis erit ficta (prout in caſu noſtro) vti notat paſſim DD. & præſertim *Iaſ. num. 31. in l. vnica, §. fin. ff ſi quis ius dicent. non obtempt.* præſertim vbi de pœna pecuniaria graui, & contra notorium Neapolitanum agitur, vt in caſu noſtro, in quo pœna pecuniaria
24 ferè abſorbet patrimonium, ac confiſcationis ſpeciem continet, ex his, quæ latiori calamo perbellè, ac ſatis doctè fundat *Dom. Reg. Capyc. Latro conſult. 1.*

Ex quibus ſic in iure veriſſimis tolluntur duæ obiectiones, quæ ex aduerſo in ordine fieri poſſent, quarum prima deducitur ex *ritu* 269. qui in cauſis criminali-
25 bus minimè Procuratorem admitti iubet, per quem *text.* dicit *Carau in ritu* 118. *poſt num.* 3. quod diſpoſitio iuris communis ſit correcta, & tantò magis, quia caſus noſter verſari videtur in contumace, cui omnis audientia denegatur.

Secunda inſurgit, eo quod poſt incuſationem dictæ pœnæ, fuit etiam pœna prędicta poſita in libro prouenctuum M. C. ac per conſequens obſtare videtur non eſſe audiendum niſi in vinculis, vel facto depoſito.

Verũ enim verò licet hæ obiectiones, ac ſimiles prima fronte vrgere videantur, attamen facillimè ex infraſcriptis diluũtur.

26 Et quoàd Primum adnotandum duxi, quod de iure licet in criminalibus cauſis, maximè capitalibus Procurator minimè admittatur, non tamen prohibetur ſimplex inſtructor, etiã in cauſa capitali pro abſente reo, Iudicis officium implorare, vti eſt ſingularis doctrina *Bart. in l ſeruum quoque, §. publicè intereſt, num. 4. & 5. vbi Paulus, & alij ipſum ſequuntur ff de procurat. Iaſ. in l. 1. num. 9. & ſeq. ff. de iuriſd. omn. Iud. Marſil. in rubr. de fideiuſſor. num* 325. *Vant. de nullit. rubr. quis poſſit dicere de nullitate, num.* 12.
27 Et in bannito, ſiuè contumace, in ſpecie adnotauerunt ijdem *Iaſ. in l. 2. num. 7. C. qui teſtam. facere poſſ. & Marſil. in pract. §. ſequitur, num.* 43. *&* 46. qui concludunt
28 etiam pro contumace admitti excuſatorem, ſiuè inſtructorem, quod etiam voluit *Theſaur. deciſ.* 165. *nu.* 9 qui loquitur, quod magis eſt in vero contumace, & tamen ait, poſſe eius defenſorem de nullitate dicere, & in terminis *ritus* 269. voluit *Carau. ibi ſub nu.* 11. *verſ. quinto limita*, & ante ipſum *Auguſt. ad Angel. in pract. crim. rub qui dominus Iudex videns, ante nu.* 20. vbi dicit,
29 quod quando agitur de nullitate, etiam ſi cauſa ſit criminalis, admittitur excuſator pro abſente, idem etiam ante eos voluit *Bald. in l. reós, num.* 25. *C. de accuſ. Vant. de nullit. rubr. quis poſſit dicere de nullitate, nu.* 12. aliàs dixit *Abb. in cap. dilectus, num* 5. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fructuũ*, quod licet verus
30 contumax non appellat, non tamen prohibetur grauamen ſibi illatum per viam querelæ proponere, immò contumax fictus non prohibetur etiam appellare, ac ſupplicare, *Marantæ in pract. rubr. & quandoque appellatur, nu.* 284. *& ſeqq.* & verus con-
31 tumax dicitur ille, ad quem re vera, & nõ veriſimiliter notitia citationis prouenit, vti aduertit *Theſaur. deciſ.* 265. *num.* 5.
32 Eoq; maximè cum pertractetur de pœna pecuniaria, in qua Procurator de iure admittitur, *Gloſ. & DD. in d. l. ſeruum quoq; §. publicè, ff de procurat. & in l penult. §. ad criminen, ff. de publ. iudic.* quod non videtur immutatum de iure Regni, nàm quàmuis
33 *rit.* 269. loquatur in quibuſcunque cauſis criminalibus, propter quam generalitatẽ videtur corrigere *ritum* 91. tamen diſpoſitio dicti Ritus poteſt, & debet intelligi non tantùm in criminibus à relegatione ſupra, vti eſt mortis naturalis, vel ciuilis, verum etiam infra relegationẽ, prout eſt ipſa relegatio, exilium, depoſitio ab officio, & ordine, & his ſimilia, nàm autem in pœna abſolutè pecuniaria, vt minus quã fieri poſſit, lędat ius commune, quod videtur eſſe de mente eiuſdem *Carau. in d. ritu* 269. *poſt num.* 9 *ampliat.* 2. 3. *&* 4. *& ritu* 68. *num.* 14. *&* 17. quibus in locis ſi rectè illius verba intueantur implicitè, concludit etiam attenta diſpoſitione Rituum, poſſe in cauſa criminali (in qua venit imponẽda pœna pecuniaria) intereſſe Pro-
34 curatorem, quod etiam fundatur, quia in crimine vſurarum, pro quo imponitur de Iure Regni pœna publicationis bonorum, Procurator admittitur, vbi dicit idẽ *Carau. ritu* 21. *nu.* 8. nec aliquid facit, quod in cauſa liquidationis inſtrumẽti vbi agitur de pœna pecuniaria Procurator non admittatur, iuxtà *ritum* 109. ex quo olim
35 illius pœna erat amputationis manus, inſpecta dicta origine, quæ omninò attendi debet, reputatur vt cauſa criminalis ſupra pœnam pecuniariã, ex doctrina *Guid. Pap. deciſ.* 338. *nu.* 5. & aduertit *Carau. d. ritu* 109. *à num.* 2.

Quæ quidèm quatenùs poſſent in practica in dubium reuocari, illud tamen in

36 præ-

36 præſentiarum ceſſabit,vbi nullitas oritur
ex eiſdemmet actis mandatis, & illius in-
cuſacionis, ex ſuperiùs adductis vti p...ſt
*Angel in l nàm,& poſteà, §.ſi dammetur,ad finè,*
*ff de iure iur.* & alios,notat *Iaſ. in d l.1. poſt*
*num 9.verſ. Angelus tamen ff de iuriſd.omn in-*
*dic.* quem etiam ſequitur *Marſil. in rubr.de*
*fideiuſſ. num.326. verſ.& ſubdit Iaſ.* & ratio
eſt,quia quandò nullitas inſurgit ex facie
eiuſdem actus, tùnc Iudex debet ex offi-
cio ſupplere,vti dicunt *Iaſ. in d.l.1 num.9.*
*in fine, ff de iuriſd.omn.Iudic.*& alij ſupra ci-
tati,& poſt eos *Vant. d.rubr quis poſſit dicere*
*de nullitate,num.*11.quod ſi tenetur ex offi-
cio,quantò magis excuſatore inſtante,vti
dicit *Bart. in d §.publicè, num.4. & 5.* quod
non potuit negare *Clar.in pract. §.fin.q 32.*
*num.* 20. quem ſequitur *Farinac. quaſt. 99.*
*nu.*180.& 181.& ſequitur *Clarus*, qui con-
37 cludunt, quod quãdo nullitas reſultat ex
eiſdem actis,poteſt per excuſatorem pro-
poni, optimè etiam faciunt adducta per
*Dom Præſ.de Franch deciſ.*688.

Et magis in indiuiduo in terminis di-
cti *rit.*269.(vltra allegata) tenuit expreſsè
idem *Carau.in d. ritu num.*20. vbi docet in
38 practica ſeruari, nullitatem ex eiſdem
actis apparentem poſſe non tantùm per
Procuratorem, verum per quemcunque
proponi, cuius verba ſi rectè intueantur,
loquitur etiam ſi contra reum proceſſum
eſſet ad incuſationem contumaciæ,vt pa-
tet in illis verbis: *& contumaciam non eſſe*
*incuſatam ſuo die*; & paulò poſt, *aut contu-*
*macia incuſata*. & ſubdit, quod comperta
aliqua nullitate non proceditur vltra ad-
uerſus non comparentem.

Et ratio eſt, quia illud, quod dicitur pro
contumace neminem poſſe loqui, proce-
dit quoties contumacia ritè, & rectè pro-
39 ceſſit, ſecus ſi nullitèr, quia contumacia
nulla,non poteſt dici contumacia, nec vl-
lum effectum producere, vt dicit *Præſ. de*
*Franch. d. deciſ. 688. poſt num.3.* & patet ex
40 pluribus iuribus, in quibus habetur par
eſſe aliquid non fieri, vel nulliter, *l.1. in*
*fine,cum l.ſeq. ff de author.tutor. l.non dubium,*
41 *C.de legibus*,nàm quod nullum eſt,nullum
præſtat de iure impedimentum, *cap. quæ*
*contra ius, & cap. non præſtat, cum concord. de*
*reg.iur. Andr.in cap.1. §.propterea,quæ ſit pri-*
*ma cauſ.benef.*

Ex quibus etiam clarè patet reſponſio
ad ſecundam obiectionem de incuſatio-
ne pœnę dicti mandati, & eius poſitione
in libro prouentuum, nàm etſi tali caſu
aliàs prohibitum ſit, quem audiri niſi fa-
cto depoſito, vel in vinculis; tamen hoc
ceſſat,quoties exceptio,ſiuè nullitas, quæ
proponitur, eſt euidens, nihilq; extrinſe-
cus deſiderat,& maximè ſi ex facie eiuſdẽ
42 actus,quod impugnatur appareat, nàm
tùnc non obſtante quolibet ſtatuto, ſiue
prohibitione, nunquàm intelligitur præ-
cluſa via ipſam opponendi, prout benè
fundat *Cacher: deciſ. Pedem.* 142. *num.* 33.
omninò videndus *Afflict. deciſ.283.num.1.*
latè *Vant.de nullit.tit.de nullit. rubr.quis poſſit*
*dicere de nullitate,à num.51.cum ſeq.*& faciũt
etiam adducta per *Præſ de Franch.dec.*688.
43 Et magis ad rem *Dom. Reg. Sanfelic. de-*
*ciſ* 299. vbi refert bis iudicatum per Re-
gium Collaterale Conſilium, quod non
obſtante *Reg. Pragmat.8 cap.7.de inſtrum.li-*
*quidat.* qua expreſsè cauetur, omnem au-
dientiam denegandam poſt inſtrumenti
liquidationem, niſi facta priùs reali ſolu-
tione pœnæ Fiſco debitæ,fuiſſe admiſſam
nullitatem ex actis reſultantem, & impe-
ditam exequutionem inſtrumenti iàm li-
quidati (prout etiam fuit practicatum in
alijs conſimilibus caſibus) & tamen nulli
dubium eſt, quod cauſa liquidationis in-
ſtrumẽti ſit merè criminalis inſpecta eius
origine, prout ſupra fundaui, nec in ea
admittitur Procurator, & in cauſa dictæ
deciſionis fuerat iàm proceſſum ad actũ
liquidationis in contumaciam, & ſucceſ-
ſiuè poſitionis pœnæ in libro prouentuũ
ad beneficium Regij Fiſci.

Nec in præſentiarum poteſt redargui
de maiori culpa, ac contumacia dicti Il-
luſtr.Comitis,quare perſonalitèr ſe non
conſtituat ad prædicta proponendum?
ſtante dicto notorio impedimẽto,& iuſto
timore allegato, & ante incuſationẽ præ-
dicti mandati, fuit eius nomine inſtatum
pro aſſecuratione, ad hoc vt tutè valeret
mãdatis M.C. parere,de quibus per anteà
vllam notitiam habuerat,quapropter nul-
la poteſt ei imputari culpa,nec contuma-
cia,cum de per ſe non ſtet,nec ſteterit com-
parere, prout ſuperiùs adductis fundaui.

Et tantò minus poterit ei imputari,
quare non faciat depoſitum, vt impedi-
mentum remoueat,cum pertractetur de
tàm graui, & notabili pœna, maximè hi-
ſce temporibus ſic anguſtis,& deponere
dictam quantitatem eſſet omninò non
dico ferè impoſſibile, & de iure dicitur
44 legitimè impeditus, excuſatus,qui impe-
dimentum de facili remouere non po-
teſt, ad text. *in l. ſed etſi, §. ſed nec ad eos, ff.*
*ex quibus cauſ. maior. cap fin. de elect. Iaſon*
*in l. 2. §. ſi quis in iudicio, in fine, ff. ſi quis*
*cautionibus*...

Cætera

Digitized by Google

Cætera ſuppleat Dominorũ Iuſdicentium integritas, & doctrina; quorum cenſuræ omnia ſubmitto. Laus DEO.

*Franciſcus Maria Pratus.*
*Mutius Gazella.*
*Petrus Antonius Spatacenta.*

45 Die ... Nonembris 1653. per M.C.V. facto verbo per Iudicem D. Ioſeph Filiũ Commiſſarium, fuit dictum, ſecundam nullitatem obſtare. & proindè Illuſtr. Comitem non eſſe moleſtandum pro pœna. fuitq; etiam reſtitutum exequutũ per Regium Fiſcum, penès Armenante Actuar. M.C.V. Bertonus Scriba.

Iàm dictis conſonãt, quæ in ſimili queſtione ſatis doctè, & eruditè pro D. Octauio Capycio Bozzuto allegauit, & obtinuit Franciſcus de Laurito Iunior I.C. & Aduocatus Neap. Domini Franciſci de Laurito ſenioris Viri Patritij maximi, Iuriſconſulti, & Aduocati celeberrimi. Almi Collegij Neap. Senatoris, viceq; Cancellarij meritiſſimi; & Magnifico Michaele filio nepos, & adducta abundantèr per *Nos in noſtro ſupplemento compend. deciſ. verbo contumaci* 3. *col. fol.* 115. vbi alias deciſiones habes. *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1. *Tria concurrere debent in falſitate.*
2. *Dolus in dubio non præſumitur.*
3. *Probationes debent eſſe liquidè, nec præſumptiuè ad conuincendum de falſo.*
4. *Relatum eſt in referente cũ omnibus ſuis qualitatibus.*
5. *Ea, quæ ſunt in ſcriptura, ad quem ſit relatio, nihil nocet, ſed ex ſcoprire dicitur.*
6. *Notario quando creditur.*
7. *Notarius promittitur ante ſtipulationem teſtamenti interlineare. addere, & cancellare.*
8. *Quando aliquando per errorem ſcribitur, non inciditur in pœnam falſi.*
9. *Exitus cauſa ciuilis in crimine falſi erit expectandus.*
10. *Ratificatio inſtrumenti falſi, ſeù nulli, non facit illud verum nec validum.*
11. *Omnia contenta in inſtrumento nullo debent in ratificatione contineri.*
12. *Pœna falſi vt locum habeat, ſufficit quod potuit nocere, aliàs ſecus.*
13. *Error potiùs quàm falſitas in Notario præſumitur.*
14. *Falſitas ſine cauſa non præſumitur.*
15. *Deciſio quæſtionis producitur.*

ARGVMENTVM.

Notarius, qui contrariam fidẽ fecerat de tranſactione habita inter partes, an pœna falſi teneat, licet inaduertentèr non viſo protocollo.

ALLEGATIO XXXII.

NOtarius Franciſcus B. filius quondã V. I. D. Ioſeph B. inquiritur in M.C.V. de falſitatibus ad querelã Magnificæ Victoriæ Baſilis, aliàs Suarez, prætextu quod cum in anno 1571. quondam Nicolaus Maria de Abenauolo filius Ioannis Baptiſtæ, & Lucretiæ Caracciolæ, ex maiorum ſucceſſione vtilis Dominus Terrarum Amendoleæ, Sancti Laurentij Montis belli, &c. in Prouincia Calabriæ quondam Dominæ Siluiæ de Abenauolo auiæ meæ, vxoris quon. Franciſci de Laurito ſenioris præclariſſimi I.C. aui mei germanus frater in ſuo vltimo quod condidit teſtamẽto, ſuos vniuerſales hæredes inſtituiſſet Io. Iacobum, & Io. Vincentium de Abenauolo eius fratres vtrinque coniunctos, legaſſetq; inter cętera Hectori, & Racheli de Abenauolo eius filijs naturalibus duc. 1500. item poſthumo naſcituro ex Sibilia de Giane eius Amaſia alios ducatos 1500. cum ſubſtitutione inter eos ad inuicem, nec non dictæ Sibiliæ vncias centum, ex qua deindè Sibilia, orta fuit Lucretia poſthuma, quæ ex cauſa dicti legati relicti ad ſui beneficium, & medietatis portionis Rachelis eius ſororis iàm ſine liberis defunctæ ad ipſam ſpectantis vigore ſubſtitutionis iunctim cum dicta Sibilia eius matre pro conſequutione dictorum legatorum inſteriſſent in S.C. contra dictos hæredes de Abenauolo, vna cũ intereſſe, & aliorùm iàm liquidato vſque ad annum 1612. in duc. 6013. 2. 10.

Deindè in anno 1597. dicta Lucretia donauit, & ceſſit omnia eius bona, iura, & actiones dictæ Sibiliæ eius matri, quæ ſimilitèr in anno 1615. donationem fecit omnium eius bonorũ dictæ Victoriæ Baſili, aliàs Suarez querulanti cum reſeruatione tamen ducat. 12. eius vita durante, & ducat. centum diſponendorũ in mortis articulo, quæ cum in dicto mortis articulo manu dicti Not. Franciſci B. teſtamento iàm diſpoſuiſſet in beneficiũ dictę

Victoriæ

Victoriæ eius donatariæ, aſſerendo etiam
in dicto teſtamēto ad concordiam deue-
niſſe, & ſe tranſegiſſe cum dictis hæredi-
bus de Abenauolo per inſtrumentum ma-
nu Not. Franciſci Antonij Sacchetella,
vigore cuius tranſactionis reſtabat credi-
trix dictorum de Abenauolo in duc. 700.
quos voluit à dicta Victoria eius hærede
recuperari.

Cumq; plures poſt annos dictus Not.
Franciſcus fuiſſet requiſitus de fide dicti
teſtamenti in ea aſſeruit, quod dicta Sibi-
lia confirmauit donationem per ipſam
factam dictæ Victoriæ duc. 12. ann. & ra-
tum habuit tranſactionem factam cum
dictis de Abenauolo inſtrumento manu
dicti Not, Sacchetella, cum totum oppo-
ſitum aſſerere debuiſſet, fuiſſetq; per di-
ctam Teſtatricem ordinatum. Cuius oc-
caſione dicta Victoria Baſilis non alitèr
expectato exitu cauſæ ciuilis, inſtetit cri-
minalitèr contra dictum Not. Franciſcū
aſſerendo contenta in dicta eius fide non
alitèr eſſe vera, nec aſſeriam tranſactionē
per dictam Teſtatricem factam, & ordi-
natam, qui deindè pro dicta cauſa fuit in
M. C. V. carceratus, & interrogatus, in
eius depoſitione aſſeruit facti veritatem
videlicet; *Che l'errore di detta fede è caggio-
nato perche hauendo fatto il ſudetto teſtamento
in tempo, che ſtaua alla Curia di Notar Iacobo
Aniello Iouene, li ſuoi protocolli, ſaſcicoli, &
manuali reſtarono al detto Iouene come capo
della Curia, & eſſendo richieſto eſſo Notare per
una fede di detto teſtamēto, trouò frà le ſue ſcrit-
ture un ſtizzo del detto teſtamento, & regola-
toſi da detto ſtizzo, e non dal teſtamento ſtipula-
to, che reſtò à detto Notaro ſè detto errore, ſeù
equiuocatione, dicendo donataria de ducati 12.
volendo dire, che la riſerba era de ducati 12. ma
che la verità ſtaua ſcritta nel teſtamento ori-
ginale.*

*Stando hoggi il negotio in prouiſione, giuſta-
mente pretende eſſo Notare Franceſco, che in
ciò non habbia commeſſo falſità alcuna, e che
dell'hauere fatta la detta fede ſenza prima ve-
dere l'originale; ne habbia hauuto baſtante pe-
na di noue meſi di carcere. ſunda non eſſerci fal-
ſità;* ex infraſcriptis iuridicis annotatio-
nibus, ſiquidèm vulgata eſt iuris regula,
1 quod ad hoc vt dicatur falſitas, tria con-
currere debent: dolus, mutatio veritatis,
& intereſſe partis, prout fundat *Iul. Clar. in
§. falſum, verſ. excuſatur autem à crimine, &
pœna falſi, lib. 5.* in caſu de quo agitur, om-
nia prædicta requiſita deficere clariſſimè
patet.

2 Primò, dolus deficit, quia cum dolus
probatus à parte non reperitur, in dubio
non præſumitur, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de
probat. l. dolum, C. de dolo, Bald. conſ. 250. col. 2.
lib. 1.* & ad conuincendum Notarium de
3 falſo probationes debent eſſe liquidiſſi-
mè, & non ſufficiunt præſumptiones, &
coniecturę, *Foiler. in ſua pract. crimin. in ver-
bo item quod commiſit falſitatem, num. 59. Ma-
ſcard. de probat lib. 2. num. 18. concluſ. 1094.*

Secundum requiſitum mutationis ve-
ritatis non reperitur, quia ſi attendemus
fidem donationis, nihil facit æquiuoca-
4 tio prædicta; nàm cum fides ſe referat ad
contractum donationis, contractus, & nō
fides attenditur per regulam relatum eſt
in referente cum omnibus ſuis qualitati-
bus, *l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit.* vbi *Bart. Ro-
man. conſ. 30. Dec. conſ. 43. nu. 2. Crau. conſ. 45.
num. 4. & Pariſ. conſ. 94. num. 20. lib. 1.* ait ſub
his verbis, qui explicat in ſcriptura, refe-
5 rente ea, quæ ſunt in ſcriptura, ad quam
ſit relatio, nihil nociuum facit, ſed ex ca-
pite dicitur id, quod eſt in relatum, idem
*Bald. conſ. 212. lib. 5. Dec. conſ. 647. num. 3.* re-
6 ſpectu verò ratificationis tranſactionis,
talitèr apparet in teſtamento, & creditur
Notario, *Caualcan. & alij,* quos citat *Dom.
de Thoro voto 97. num. 106.*

Nec obſtat ſi dicatur, quod ratificatio
prædicta non reperitur in corpore teſta-
menti, ſed in margine dicti teſtamenti,
quod repetitur cum cācellationibus, adi-
tionibus, abreuiaturis, & alijs defectibus,
proùt etiam dictum mentionatum ſtiz-
zum, quia reſpondetur, quod Notarij an-
te ſtipulationem teſtamenti in illius ma-
trice, ſeù ſtizzo, ſolēt facere interlineatio-
7 nes, cancellationes, & additiones, proùt à
teſtatoribus (mutādo eorū volūtates) fuit
iniunctū, vel ſublatum, & id Notarijs pro-
mittitur, proùt in puncto *Corn. conſ. 118.
num. 33. lib. 1. in fine lib. 4. Clar. in § teſtamen-
tum, quæſt. 7. verſ. aliquando, Pariſ. conſ. 28. nu.
21. lib. 1.* teſtatur eſſe de conſuetudine
Notariorum.

Tertiò, requiſitum de intereſſe partis
nullatenùs adeſt, quia ſi tractetur de ſu-
pradicta fide reſpectu donationis nullum
parti infertur præiudicium, quia refertur
ad inſtrumentum donationis, quod attē-
ditur per regulam ſupradictam relatum
in referente, & quando alitèr per errorem
ſcribitur, non inducitur in pœnā falſita-
8 tis, nec punitur falſi, nec derogatur veri-
tati. *text. in l. nec exemptū, C. ad l. Cornel. de
falſ.* vbi DD. communitèr *Goffred. in rubr.
de crimine falſi, num. 2. verſ. item alitèr tranſcri-
bendo,* facit *text. in cap. cum venerabilis, de ex-
cept.*

*cept.* & quod tali caſu non dicitur falſitas, *Sforz. Odd. conſ.* 77. *num.* 34. *in fine, Natta conſil.* 314. *Gloſ. in* §. *fin auth. de tabell. verſ. ſi eſſet dubitatio in inſtrumento*, tantò magis, quod ſi eadē donataria eſt donantis hæres vniuerſalis, ad quid contendendum de donatione? Reſpectu verò ratificationis, tranſactionis, vera enim tranſactio præſumi debet habito reſpectu perſonæ, cum mulier pauper pro lite ſe tranſegit in ducatis mille, & vigore dictæ trāſactionis modernè habuit ducatos 1510. 2. 10. de quibus ſatis eſſet contenta, ſi ex calamitate noſtri temporis nō adeſſent nonnulli magnates (prout in hoc caſu) qui lites emūt, & tendunt ad ruinam aliorum; ſed quicquid ſit Deus ſcit, & Domini Iudicantes non ignorant. Alter ex tribus, aut inſtrumentum tranſactionis eſt verum, & validum, prout præſupponitur, & ratificatio illa nihil ponet, nec indiget; quia tanquā factum à maioribus, à principalibus non
9 requirit ratificationem, vel eſt dubium, & dependet certitudo ab euentu cauſæ ciuilis, & in iſto caſu expectādus eſt exitus validitatis ipſius, & ſic cauſæ ciuilis, iuxtà *text. in l. damnus licentiam, C. ad leg. Cornel. de falſ.* vbi communitèr DD. & *text. in l. prabemus, C. eodem*, ſi inſtrumentū eſt falſum,
10 & nullum, ratificatio inſtrumenti falſi, ſeu nulli, non facit illud verum, nec efficitur validum reſpectu ratificationis, in puncto *Roman. conſ.* 194. *hæc confeſſio, per totum, ibidē in apoſtilla alij multi DD. citati, Bald. conſ.* 351. *lib.* 5. *Dynus conſ.* 191. *num.* 6. *verſ. præterea*, & quando datur caſus, quod inſtrumentum nullum conualidetur, & vires accipiat à ratificatione neceſsē eſt, quod in
11 ratificatione inſerentur, & explicentur omnia contenta in inſtrumento nullo, *Aret. conſ.* 128. *num.* 2. *& ſeq. verſ. ſecundo ſpecies, Gem. conſ.* 128. *num.* 4. *verſ. quando iura, Signorell. conſ.* 87. *num.* 9. *verſ. hinc reſpondet, Oldrad. conſ.* 329. *num.* 10. *&* 332. *nu.* 12. *Caſtr. conſ.* 4. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 146. *num.* 13. *lib.* 5. *& Bald. conſ.* 322. *circa finem, lib.* 2. ait, quod eadem ſollemnitates, & partium internentus, quæ requiruntur in contractu, requiruntur in confirmatione, ſeu ratificatione contractus, vt ratificatio aliquid operetur, ſi igitur in caſu noſtro pdicta omnia deficiunt dubitationi locus nō remanet,
9 dicta ratificatio deſeruiat ad aliquid.

Et ſi ex aduerſo dicatur cum *Farinac. in ſuo tract. de falſ. quæſt.* 150. *num.* 355. *par.* 12.
12 quod ſufficit (vt pœna falſi puniatur) ſi ſcriptura potuit nocere, quàmuis non noceat, quia ex ſupra dictis ceſſat hæc concluſio, nàm non nocet, nec potuit nocere, & tali caſu nulla pœna erit puniendus. *Farinac. d. tract. de falſ. quæſt.* 150. *num.* 336. *&* 338. *Foller. in pract. crim. in verbo etſi confitebuntur, num.* 102. *Alex conſ.* 74. *num.* 10. *lib.* 1. *Paul. de Caſtr. conſ.* 130. *lib.* 1.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod cum dicta fides donationis ſit falſa, cadit regula, falſum in vno, falſum in omnibus, quia in
13 dubio in Notario potiùs dicitur error, quā falſitas, *l. penult. C. de ijs, qui ſibi abſcripſ. Menoch. de præſumpt. præſ.* 20. *num.* 1. *lib.* 5. *Dec. conſ.* 175. *num.* 5. *Riminald. iun. conſ.* 145. *num.* 3. *lib.* 3. *Maſcard. de probat. concluſ.* 745. *num.* 3. & in ſcriptura relatiua ad aliam, prout ſupra, non cadit falſitas, ſed error, & recurritur ad originale, immò ex dicta fide poteſt contrarium argui, cum non poſſit conſiderari cauſa, propter quod in dicta fide dolo noluiſſet errare eum illa, vt in facto nemini prodeſt, nec nocet, &
14 falſitas ſine cauſa nō præſumitur, *Cuman. Aymon. & alij multi*, quos citat *Farinac. de falſ. quæſt.* 153. *num.* 203.

Tandem non oſtſtat, quod ſit aliàs de falſo inquiſitus, quia licet per M.C. & S.C. in cauſa appellationis fuiſſet dicto Notario impoſita pœna reſpectu falſitatis, vt ampliùs non exerceat, & exulet per quinquennium, tamen poſteà cognita eius innocentia, & quod totum fuit commiſſum per ignorantiam (abſq; dolo) ſententia fuit reuocata, & dictum, carcer cedat in pœnam, & quia in hoc caſu ſimilitèr videtur potiùs ſimilis ignorantia, quam falſitas iuſtiſſimè ſperat determinari, dùm idem ſtetit carceratus per menſes nouem, quod carcer cedat in pœnā. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito iunior.*

15 Die 7. Aprilis 1645. Neap. fol. 193. Per M.C.V. prouiſum, & decretū eſt, quod dictus Not. Franciſcus vt ſupra inquiſitus pro cauſa prędicta exulet, & exulatus permaneat à Ciuitate Neap. eiuſq; territorio, & diſtrictu, locis omnibus reſidentiæ collateralis à propria patria, & loco delicti per annum continuum, & ampliùs non exerceat pro falſitate, & caueat de ſeruandis finibus, & pro minis, & iniurijs eius carcer cędat in pœnam. hoc ſuum.

*Vrraca.* *Velaſco.*

Penès Tartaglia Actor. Magiſter M.C.V. Grimaldus Scriba.

Nota, quod iſte Notarius fuit punitus, vt nobilis, ex quo filius Doctoris.

## *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium Regis Ladislai affertur.*

2 *Scientia multis modis colligitur.*

3 *Confirmatio priuilegij facta cenſentur cum in priuilegio ſit clauſula,* ex certa ſcientia.

4 *Citatio partis in confirmatione priuilegy non requiritur, quod ſecus in confirmatione inſtrumentorum, & aliorum actorum inter partes.*

5 *Citatio partis non requiritur, vbi eſt appoſita* ex certa ſcientia,

6 *Clauſula,* ex certa ſcientia, *quid operatur, vt non ſit neceſsè, vt conſtet de confirmato.*

7 *Clauſula,* ex certa ſcientia, *operatur, quod non liceat dubitare de eo, quod Princeps aſſeruit.*

8 *Clauſula,* ex certa ſcientia, *eſt maxima importantiæ.*

9 *Clauſula,* ex certa ſcientia, *operatur idem, quod ſpecialis ipſa expreſſio.*

10 *Confirmatio primi habetur, ac ſi de verbo ad verbum fuerit inſertum.*

11 *Confirmatio priuilegiorum, nedum operatur nouam conceſſionem, ſed maiorem tribuit auctoritatem.*

12 *Confirmatio tribuit facultatem præſcribendi.*

13 *Princeps mentionem faciens in ſuo priuilegio alterius priuilegij, illud præceſſiſſe præſumitur, ſiuè extet, ſiuè non, & num. 16.*

14 *Confirmatio quando ſpectat ad Principem, tũc qui confirmat dat, vel datum confirmat.*

15 *Conceſſionarius non tenetur probare de priori conceſſione.*

17 *Priuilegium in tantùm amittitur, in quantùm fuerit contra eum iudicatum, vel data occaſione illo vtendi non fuerit admiſſum, ſecus nulla data occaſione illo vtendi, & iudicatum refertur.*

18 *Negligentia non vtendi priuilegio ſucceſſori, non nocet, nec præiudicat.*

19 *Priuilegium conceſſum ob merita, non amittitur per contrarium vſum, etiam reſpectu perſonæ quæ non eſt vſa tali priuilegio.*

20 *Priuilegiũ tùnc amittitur quando ſcientèr quis contrauenit, ſecus ignorantèr.*

21 *Scientiam allegans, probare tenetur maximè contra ſucceſſorem, vt per exempla demonſtratur.*

22 *Error, & ignorantia in facto proprio non præſumitur.*

23 *Scientia in facto antiquo nunquàm præſumitur.*

24 *Renuntiatio quid ſit.*

25 *Renunciaſſe in ſui præiudicium quando præſumitur.*

26 *Renunciari priuilegio quando non poſſit.*

27 *Vaſſalli demaniales nequeunt præiudicare Fiſco ex renunciationibus ipſarum.*

28 Text. in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, *qualitèr procedat.*

29 *Præiudiciũ oritur quòad actum factum in contrarium, non quòad alios.*

30 *Priuilegia contrario actu, licet vnico, quando ſunt momentanea, ſeù reiterabilia.*

31 *Conceſſio generalis non poteſt comprehendere iura priùs alteri conceſſa.*

32 *Princeps non præſumitur velle vni præiudicare, & auſerre ius ſuum, & alteri dare.*

33 *Verba priuilegij licet ampla, & importẽt conceſſionem cum præiudicio tertij debent ſtrictè interpetrari, vt minus lędant, quod ampliatur.*

34 *Clauſulæ generales derogatoriæ derogatoriarum, & amplæ in præiudicium tertij, an operentur in priuilegijs.*

35 *Princeps non poteſt ius quæſitum alteri tollere ſine cauſa legitima.*

36 *Cauſa legitima intelligitur de publica, nõ priuata.*

37 *Princeps ex cauſa donationis factæ, per ipſum alicui, nequit tollere ius alteri quæſitum, & ratione oſtenditur, etiam ob ingratitudinẽ ipſius reuocari non poteſt.*

38 *Priuilegium in contractum tranſlatũ, vel pars illius nequit à Principe reuocari de abſoluta eius poteſtate.*

39 *Rex tenetur contractus à ſe geſtos ſeruare, maximè in remunerationem factos.*

40 *Princeps tenetur obſeruare contractum etiam inefficacem.*

41 *Principis boni eſt timere culpam vbi non eſt.*

42 *Reuocatio priuilegiorum, nec iure ordinario, nec ex plenitudine poteſtatis à Principe fieri poteſt, neque reſtringere, & alijs modis.*

43 *Donatio nunquàm præſumitur in dubio, ſeù potiùs error, & ſtultitia.*

44 *Donatio valida reputatur, & ſi mentio facta non fueris de meritis.*

45 *Donatio remuneratoria præſumitur probatis meritis aliundè.*

46 *Princeps cõcedendo priuilegium alicui ex cauſa meritorum illa ſuſpexiſſe refertur.*

47 *Officium Mareſcalli, in quo conſiſtit.*

48 *Donatio irreuocabilis efficitur, nedum quia ex titulo oneroſo proceſſit, ſed in vim contractus adeo quod reuocari nequit.*

49 *Celeſtinus Papa, quod de mane cõcedebat, ex ſero reuocabat.*

50 *Principi conuenit illud, nàm ſemel emiſſum vocat irreuocabile verbum, & alia conferentia.*

51 *Princeps non ligatur ſua conſtitutione contrarium faciendo, videtur ſe ſubieciſſe.*

52 *Contractus cur reuocari non poſſint.*

53 *Merita in ſubditis cõſiderari nequeũt, ſed contrarium demonſtratur.*

54 *Meritum, ſeù premium, liberè eſt voluntatis.*

55 *Pro-*

55 *Prorex poteſtatem non habet reuocandi priuilegia à Rege conceſſa.*

56 *Ratificatio Regis ſi non reperitur deſcripta in quinternionibus,& infra annum,an ſubſiſtet.*

57 *Clauſula*,nullius efficaciæ,& valoris, *quid operetur.*

58 *Succeſſores nequeunt reuocare conceſſiones factas per prædeceſſores,& ratio affertur.*

59 *Succeſſor ligatur ſicut Princeps, qui contraxit.*

60 *Succeſſores per electionem in dignitate tenentur obſeruare geſta per prædeceſſores, etiam ſi ſucceſſor tantùm ſit in dignitate.*

61 *Contractus anteceſſorum, an ligant ſucceſſores in dignitate.*

62 *Regnum ſemper idem,& vnum ſit.*

63 *Dignitas conſideratur in Regno, quæ nunquàm moritur.*

64 *Tirannus concedens ſub nomine dignitatis, obligat ſucceſſorem, quod exemplis demonſtratur.*

65 *Conceſſio facta à Rege pro ſe, & ſucceſſoribus hæreditaria cenſetur.*

66 *Regnum Neap. hæreditarium.*

67 *Succedere nequeunt in Regno, niſi ſint hæredes.*

68 *Imperator ſuccedens in Regno Neapol. an teneatur ſeruare prædeceſſorum Regum conceſſiones.*

69 *Reges antiqui Regni huius Neap.differũt qualitèr ſucceſſerunt.*

70 *Conceſſiones à prædeceſſoribus ratas haberi debent ſucceſſores.*

71 *Succeſſores in feudis tenentur ad debita prædeceſſorum, etiam ſi præter defuncti voluntatẽ ſucceſſiſſent.*

72 *Baro nequit renũtiare cognitioni cauſæ in præiudicium vaſſalli,& è contra.*

73 Pragmat.4. de poſſeſſ. non turb. *qualitèr procedat.*

74 *Priuilegium à Rege conceſsũ familiæ vaſſalli, latiſſimè erit interpetrandum.*

75 *Exitus cauſæ oſtenditur.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio cauſæ vaſſalli alicuius baronis illam petenti, an erit facienda obſtante priuilegio legis, declarante familiam ipſius forè,& eſſe de demanio.

ALLEGATIO XXXIII.

Priuilegium Regis Ladiſlai.

1 L*Adislaus Rex, &c. Vniuerſis præſentes literas inſpecturis tàm præſentibus,quã futuris. Laudabile opus agere credimus, ſi fideles noſtros in eorum libertatibus conſeruamus. Sanè moti nouitèr ſupplicationibus per Virum nobilẽ Galiottum Paganum de Nuceria militem, Regni noſtri Siciliæ Mareſcallũ, noſtriq; Hoſpitij Seneſcallum, dilectũ fidelẽ noſtrum, aſſerentem omnes de genere Paganorum certas habuiſſe hactenùs franchitias,& immunitates, & de noſtro ſemper demanio extitiſſe, illaſq; ipſis per Nos confirmari,& concedi ſupplicitèr poſtulauit. Volentes nihilominus fideles noſtros, in eorum libertatibus conſeruari præfatiſq; omnibus, & ſingulis de dicto genere de Paganis,iàm dictas immunitates,& frãchitias omnes, & ſingulas de cætero ipſis conceſſas, & in quorum poſſeſſione hactenùs extiterunt iuxtà ipſarum mentem,& ſeriem cõfirmamus,& concedimus harum ſerie, de ſcientia certa noſtra, eoſq; tenere perpetuò in noſtro demanio, & dominio, tenore præſentium firmitèr publicemur, mandantes ipſarum tenore præſentium de dicta certa noſtra ſcientia vniuerſis, & ſingulis noſtris Officialibus ad quos ſpectat, & ſpectare poterit præſentibus, & futuris, quod idm dictos omnes de præfato generẽ de Paganis in poſſeſſione frãchitiarum,& immunitatum prædictarum,& demaniali etiam libertate manuteneant, protegant, & defendant, nec eos ſuper illorum poſſeſſione impetant, vel moleſtent, & ſuper illis non permittant ab alijs indebitè moleſtari; in cuius rei teſtimoniũ præſentes literas exindè fieri,& pendenti Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Datum Neap. &c. vt ſupra die 9. Iulij ſeptimæ inditionis Regnorum noſtrorũ anno 13.*

PRiuilegium conceſsũ à Sereniſſimo Rege Ladiſlao nobili Familiæ Paganorum ad inſtantiam Galeoti Pagani de Nuceria Mareſcalli, Hoſpitijq; dicti Regis Seneſcalli, quod omnes de dicto genere ſemper ſint de demanio ipſius Regis debere operari in beneficiũ Dominici Pagani ex dicto genere, & familia Paganorum deſcendentis, qui in præſentiarum reperitur inquiſitus in M.C.V. ità vt non debeat remitti ad Curiam Ciuitatis Nuceriæ Paganorum, ſed cauſam ipſam eſſe cognoſcendam per eandem M.C. non obſtante remiſſione petitã pro parte Ill. Ducis dictæ Ciuitatis Nuceriæ, ex infraſcriptis ſuaderi poſſe arbitramur.

Primò, quia licet dictus Sereniſſimus

Nn à Ladiſ-

Digitized by Google

Ladiſlaus confirmauerit omnes immuni-
tates,& franchitias dictę familiæ Pagano-
rum. in quarũ poſſeſſione exiſtebat iuxtà
ipſarum tenorẽ,& ſeriem,adeò quod non
videatur facta conceſſio principalitèr,ſed
confirmatio priuilegiorum hactenus ex-
peditorum in forma communi, cùm non
adſit clauſula, *& de nouo concedimus*, & ſic
deberet exhiberi priuileginm per priùs
couceſſum, nihilominus adhùc dicendũ
eſt in caſu noſtro, dictum priuilrgium
fuiſſe expeditum in forma ſpecifica,& di-
ſpoſitiua, nàm illud requiritur, vt valeat
confirmatio in forma ſpecifica, & tribuat
ius ei, in cujus beneficium ſit, quod talis
confirmatio ſit facta ex certa ſcientia
Principis,qui confirmat,quæ certa ſcien-
2 tia multis modis colligitur, inter quos il-
le eſt præcipuus, quoties in confirmatio-
ne expreſsè dicitur ex certa ſcientia,ita
*Gloſ.in cap ſtatutum, in verbo literas in fine,de
reſcript. in ſexto, in clem,2. in gloſ.fin. eod.tit,
de reſcript. Dec.in cap.porrecta, num.13. cum
ſeq de confirm.vtil. vel inut. & in cap. cum in-
ter,num.19 de except Alex.conſ.14.num.2.vo-
lum 7, Reg.Rouit.in pragm.4.num.20.de poſſ.
non turb.* vndè cũ dictus Sereniſſimus Rex
Ladiſlaus confirmauerit priuilegium di-
ctæ familiæ Paganorum, cùm dicta clau-
3 ſula, *ex certa ſcientia*, dicitur facta confir-
matio in forma ſpecifica, quæ habet vim
principalis, & nouæ diſpoſitionis; qui
enim confirmat, dare videtur, *l.lege obue-
nire,ff.de verb & rer ſignific.Bart.in l.& quia,
ff.de iuriſd omn.Iud,*

4 Nec in tali cõfirmatione vt valeat con-
firmatio ſpecifica requiritur citatio par-
tis, cùm in priuilegijs, quæ Princeps re-
nouat, & confirmat ea non requiritur;
quidquid ſit in confirmatione inſtrumen-
torum, & aliorum actorum inter partes
factorum, *Abb.in cap.ex parte, 3.not. de pri-
uileg. Butr.Zabar.Hoſtienſ.& Imol* quos re-
ferr, & ſequitur *Dec, in cap.1. num. . . de
5 confirm. vtil. vel inut.* quæ citatio eò magis
non requiritur,quoties eſt appoſita dicta
clauſula,*ex certa ſcientia,Innoc.in cap. Alberi-
cus, in fine, de reſtitut. ſpoliat. Abb in cap cum
olim.de re iudic. Rom.conſ.369. Ruin.conſ.76.
num 15. volum . .* alijſq; quos refert *Gabr.
commun.concluſ.tit.de clauſul.concl.1.nu.12.*

6 Secundò, quia dicta clauſula, *ex certa
ſcientia*, appoſita in confirmatione,facit vt
non ſit neceſsè, vt conſtet de co firmato;
*Innoc.& alij in cap.inter dilectos, de de inſtru-
ment. Specul.in tit.de inſtrum.edit.§.nunc autẽ,
poſt princ. Ruin. conſ.12.num.5.vol.1. Gabr.
concluſ.1.num.37.*

Tertiò, quia licet in confirmatione di-
xerit,dictus Sereniſſimus Rex confirmare
immunitates, in quarum poſſeſſione exi-
ſtebat,nihilominus clauſula,*ex certa ſcien-
tia*, operatur,vt non liceat dubitare de eo,
7 quod Princeps aſſeruit, cùm dicatur ple-
nè informatus, *Alex.conſ.217. col 5.vol.2.
Felin.in cap nonnulli, §.ſunt & alij, col.16. de
reſcript.Grammat,conſ.100.num.2 Guid.Pap.
ſingul. 7.* nec in dubium reuocari poteſt,
quod à Principe conceditur ex certa
ſcientia, *Bart.in l.fin col.2. C.ſent reſcind.non
poſſ.Oldr conſ.157.col.3. Bart.in l.conficiuntur,
§.codicilli,ff de iur.codicill. Grammat. conſ.ci-
uil.8.col.2* cum alijs per *Gabr.concl.1.nu.29.
8 & 31*, eſtq; maximę importãtiæ hęc clau-
ſula, *ex certa ſcientia*,vt poſt *Dec.& Cagnol.*
refert *Bertazzol. clauſ.11. gloſ. 2. num.1.* &
9 idẽ operatur, quod ſpecialis ipſa expreſ-
ſio,*Guid.Pap.conſ. 5.& 178.Socc.ſen.conſ.3.
num.3.& conſ.63. lib 3.*& poſt *Menoch. Reg.
Capyc.Latro conſult.41.num.41.vol.1.*& hoc
10 eò magis ſuadetur, quia Princeps in hoc
priuilegio,quod confirmauit,meminit de
priuilegio confirmato, quò fit,vt primum
confirmando habeatur, ac ſi de verbo ad
verbum tenorẽ primi priuilegij inſeruiſ-
ſet, *l.omnes*,vbi *Angel.num.2. C.de præſcript.
30. vel 40.ann. Gloſ.in cap dudum,verbo con-
ceſſionem,de decim. Lanar.conſ.21.ex num.1.* cũ
*ſeq.* & poſt innumeros DD. *Dom.Reg. Ca-
pyc. Latro d.conſult.41. num.38. & 39.* imò
inquit *Reg. Galeot. reſponſ. fiſc.16. num.16.*
11 quod confirmatio priuilegiorum,nedùm
operatur nouam conceſſionem,ſed maio-
rem tribuit authoritatem, ex *Gloſ.ſingul.in
cap.quia diuerſitatem,verbo forma communi,de
conceſſ. præbend. & Franciſc.Marc. deciſ.330.
num.7.lib.1.*

Quartò, quia dato, quod eſſet confir-
matio in forma communi, nihilominus
12 talis confirmatio nõ eſt adeò inutilis, vt
nullum tribuat ius, cùm tribuat ſaltim
facultatem præſcribendi, *Abb.antiq in cap.
dudum,extra de elect Hoſtienſ.in ſumma de cõ-
firmat.vtil vel inut Put.deciſ* 80.*l.b.1.* cum
alijs per *Reg. Rouit. in pragm.4. num.31. de
poſſeſſ.non turb.* per *text in d.cap.dudum,§.cer-
tum,.de decim.* vndè cum tractetur de pri-
uilegio conceſſo à Sereniſſimo Rege La-
diſlao,nulli dubium eſt,fuiſſe acquiſitum
titulum habilem ſufficientem ad præſcri-
bendum.

Hinc non obſtat, Primò, non apparere
alias conceſſiones per retro Reges factas,
quia prætérquàm quod dictus Ladiſlaus
Rex denuò ipſe conceſſerit, attamen da-
to, quod de nouo ipſe non conceſſiſſet;

adhùc

adhùc non oporteret eas produci, ſiqui-
13 dèm quoties Princeps in ſuo priuilegio
alterius priuilegij mentionem facit, illud
proculdubio præceſſiſſe præſumitur, ſiuè
extet, ſiuè non, *Gloſ. in cap. ſi Romanorum,*
19. *diſt.* & ibi *Dom. & Card. in cap. Abbate,*
vbi *DD. de verb. ſignificat. Innoc. & Felin. in*
*cap. inter dilectos, de fide inſtrum. Bart. in l. ad-*
*monendi num* 7. vbi *Iaſ. num.* 18. *ff. de iure iur.*
*Oarz. de nobilit. gloſ.* 113. *num.* 3. *Maſcard de*
*probat. concl.* 923. *nu.* 9. *Giurba conſ.* 59. *nu.* 55.
14 quia quando datio, & cõfirmatio ſpectat
ad eundẽ Principem, tùnc qui confirmat,
dat, vel datum confirmat, *d. l. obuenire. ff. de*
*verb ſignif.* & ibi *Alberic. de Roſ. & Abb. Si-*
*cul. & Felin.* poſt *Innoc. in cap. inter dilectos,*
*col.* 9. *verbo in gloſ. & in verbo confirmari, in* 3.
*& 4. fallent. de fide inſtrum. Reg. Capyc. Latro*
*d. conſult.* 41 *num.* 34. *vol.* 1.

15 Neque is, cui eſt facta talis conceſſio,
tenetur de priori conceſſione probare,
*Oldr. conſ.* 121. *col.* 2. *verſ. ad ſecundam quæſtio-*
*nem,* qui multis hoc plenè probat, & præ-
ſertim ex *cap. Abb. Sancti Syluani, de verbor.*
*ſignific.* quem innumeri DD. ſectãtur, quos
refert, & ſequitur *Boer. dec.* 247. nàm Prin-
ceps concedendi priuilegia facultatem
habens, alterius priuilegij effectum reſe-
16 rens, aut illud probat, licèt non extet, aut
illud de nouo inducit. *Curt. iun. in d. l. ad-*
*monendi, num.* 53. vbi *Scrad. r. num.* 205. *Ma-*
*ſcard. d. concluſ.* 913. *num.* 10. *Giurba d. con-*
*ſil.* 59. *num.* 55. *in medio,* vtroq; modo nobis
ſat eſt.

Neque obſtat Secundò, quod priuile-
gium per non vſum amittatur, ad *text. in*
*l.* 1. *ff de nund.*

17 Nam reſpondetur Primò, priuilegium
in tantùm amittitur, in quantum fuerit
contra illud iudicatum, vel data occaſio-
ne illo vtendi non fuerit admiſſum, aliàs
ſi vnquam fuerit data occaſio illo vtendi,
ſtandum eſt priuilegio, etiam ſi per centũ
annos priuilegiatus illo vſus non fuerit,
*Gloſ. in cap. vt priuilegia, § illud, in verbo ſe-*
*mel, de priuileg.* cum alijs per *Crau. conſ.* 111.
*num.* 3. *Ruin. conſ.* 117. *nu.* 138. *& ſeqq.* alijſq;
quos refert, & ſequitur *Gizzarell. deciſ.* 70.
qui etiam iudicatum refert per S.C. *Anna*
*ſingul.* 300. *Dom. Præſ. de Franch. deciſ.* 115.
*num.* 3. *Verall. deciſ.* 382. *par.* 2. *Gratian. diſcep.*
*forenſ. tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 55. *Natta conſ.* 304.
*num.* 9. *Menoch. conſ.* 908. *num.* 19. *vol.* 10. *Ce-*
*phal. conſ* 179. *num.* 47. *vol.* . . *Surd. conſ.* 179.
*num.* 27. *Decian. conſ.* 40. *num.* 89. *vol.* 4. *Seſe*
*deciſ.* 6. *num.* 17. *par.* 1. *Ann. conſ.* 129. *num.* 9.
*lib.* 2. *Maſtrill deciſ.* 96. *num.* 6. *Camill. de Me-*
*dic. conſ.* 53. *nu.* 2. *& Reg. Tapia in l. fin.* 2. *par.*
*cap.* 1. *num.* 10. vndè cùm nunquàm fuerit
data occaſio dictæ familiæ vtendi dicto
priuilegio, non poteſt dici amiſſum per
non vſum.

Secundò reſpondetur, dato quod fuiſ-
ſet data occaſio vtendi, & perſonæ inter-
mediæ dictæ familiæ Paganorum, negle-
xiſſent vti tali priuilegio, huiuſmodi ne-
18 gligentia ſucceſſoribus non præiudicat,
*Otolora de Hidalgia, ſiuè de nobilit. & immun.*
*Hiſpan.* 2. *par. princ. cap.* 9. *num.* 11. *&* 12. *Reg.*
*Rouit. conſ.* 80. *vol.* 1. & eſt *text. ad literam in*
*l.* 3. *ff. de interd. & releg. in l. emancipatum, § fin.*
*ff. de Senat.* quinimò priuilegium conceſſũ
19 ob merita, neque amittitur per contrariũ
vſum etiam reſpectu perſonæ, quæ non eſt
vſus tali priuilegio, *Aldac. conſ.* 20. *nu.* 155.
*Gabr. conſ.* 151. *num.* 11. *vol.* 2. *Surd. conſ.* 419.
*nu.* 36. *Maſtrill. deciſ.* 96. *nu.* 8. *Bardell. conſ.* 22.
*num.* 38 *Rimin. ſen. conſ.* 385. *num.* 9. *lib.* 2. & in
ſpecie *Giurba d. conſ.* 59. *num.* 43.

Quibus addo, quod tùnc ex contra-
20 rio actu priuilegium amittitur, quando
ſcientèr quis contrauenit; ſecùs ſi igno-
rantèr, *cap. ſi de terra,* vbi *Dec. de priuileg.*
*Henric. Boyc. in cap. cum acceſſiſſet, num.* 9. *de*
*conſtit. Tappia d. l. fin. cap.* 2. *num.* 23. *Decian.*
*conſ.* 43. *num.* 35. *lib.* 3. *Giurba d. conſ.* 59. *nu.* 41.
neq; ſcientia præſumitur, *l. veriùs, ff. de pro-*
*bat. Magon. deciſ. Lucen.* 49. *num.* 11. cum in
dubio ignorantia potiùs præſumatur, *d. l.*
*verius, l. hoc autem, ff. de admin. tutor. l. vlt. ff.*
*pro ſocio, l. ſuper ſeruis, C. qui mil. non poſſ. lib.*
11. *§. quod autem, Inſtit. de leg. cum concord.*
*Marant. in l. is poteſt, num.* 224. *ff de acquir. hæ-*
*red.* latè *Ioſeph Ludou. deciſ.* 19. *nu.* 22. ideò
21 qui hoc in caſu ſcientiam allegat, etiam
probare debet, *Bald in l quicunque, num.* 2. *in*
*fine, C. de ſeru. fugit.* & maximè ſi cõtra ſuc-
ceſſorem ea allegetur, contra quem nun-
quàm præſumitur, *l. qui in alterius, ff. de reg.*
*iur. cap. cum quis, de regul. iur. in ſexto,* etiam
ſi ſit filius, *Bald. conſ.* 392. *& conſ.* 295. *lib.* 1.
& cum patre habitauerit, *Aret. in l. qui Ro-*
*ma, §. duo fratres, nu.* 15. vbi etiam *Rip. nu.* 50.
*&* 51. *ff. de verb. oblig. Dec. conſ.* 495. *num.* 21.
alijq; apud *Crau. conſ.* 193. *num.* 6. etiam ſi
paternæ ſe immiſcuerit hæreditati, vt ex
*Bart. Crot. Cagnol. Neuiz.* & innumeris DD.
eam communem eſſe refert, & ſequitur
*Ioſeph. Ludou. d. deciſ.* 19. *num.* 20. *ſeq. &* 24.
*verſ. vndè veriſſima.*

22 Imò etiam ſi eſſemus in facto proprio,
quo caſu error, & ignorantia non præſu-
mitur, *l. quanquã, ff. ad Senat. Conſ. Vell. l. plu-*
*rimum, ff. de iur. & fact. ignor. & d. l. vlt. ff. pro*
*ſuo,* adhùc in caſu noſtro ignorantiam
eſſe pro certo præſumendam putò, cum

ſimus

23 ſimus in facto antiquo, quo in caſu DD.
afferunt ſcientiam nunquàm præſumi,
*Dyn. in cap. præſumitur, in fine, de regul. iur in
ſexto, Soccin. in tract. fallent. in verbo ignoran-
tia, ll primo, fallent.* 2. poſt *Bart. in l. peregrè, ff.
de acquir. poſſeſſ. & in l. non fatetur, num. 10. in
fine, ff. de confeſſ. Gandin. in tract malefic. tit. de
falſ. num. 28. Grammat. conſ. crim. 47 num. 13.
& voto 36. num. 2. Maranta in d. l. is poteſt, nu.
277. verſ. tertiò limita,* & deniquè *Menoch. d.
præſumpt. 23. num. 38.*

Et tandem dato, quod ſcientèr aliquis
dictæ familiæ Paganorum actum contra-
rium dicto priuilegio feciſſet, quod non
admittimus, adhùc tamen non præſumi-
tur huic priuilegio renunciaſſe, ſiquidèm
24 renunciatio nil aliud eſt, quã proprij iu-
ris donatio quædam, quæ non præſumi-
tur, *l. cum de indebito, cum concord. ff. de probat.*
cum alijs plenè manu congeſtis per *Me-
noch. lib. 3. præſumpt. 45. num.* 11. quod licet
limitent DD. quando actum contrarium
quis fecerit, ex *cap. ſi de terra,* vbi *Gloſ. &
Dec. num. 21. de priuileg.* & idem *Dec. in cap.
cum acceſſiſſent, num.* 17. vbi *Felin. num. 28. de
conſtit.* attamen id DD. intelligunt, quòad
perſonam ipſius actum contrarium priui-
25 legio gerentis, cui quidèm ad ſui præiu-
dicium renunciaſſe præſumitur, ſecus ve-
rò quòad alios, quibus præiudicare ne-
quibit, vt copioſè docet *Felin. in d cap. cum
acceſſiſſent, nu. 28. verſ. hanc regulam, Menoch.
lib. 3. præſumpt. 41. num* 5. etenim priuile-
26 gium, quod nedum priuilegiati fauorem
reſpicit, ſed alterius in eius præiudicium
contrario actu renunciari non poteſt, *cap.
cum tempore, de arbitr. cap. 2. de reſtit. in integr.
cap. cum olim, de priuileg. in ſexto, Felin. in cap.
cum accedentibus, num.* 28. vbi *Dec. num. 284.
de priuileg. Reg. Tapia d. l. fin. cap. 2. num. 19.
Trentacinq. variar. reſolut lib. 1. tit. de reſcript.
reſol. 10. par. 1. Menoch. lib. 6. præſumpt. 41.
num. 5. 7. 8. & 9. conſ. 1261. nu. 23.* & optimè
*Giurb. d. conſ. 59. nu. 47. in fine,* & in caſu no-
ſtro non tantùm de præiudicio totius fa-
miliæ Paganorum agitur, ſed etiam M.C.
& ità Regij Fiſci, cùm ſint vaſſalli dema-
27 niales, quo caſu eorum conſenſus Regio
Fiſco præiudicare non poterit, *Felin. in c. 1.
nu. 20. verſ. quarta declaratio, de tregua, & pa-
ce, Alex. conſ. 132 lib. 2. & conſ. 33. col. 2. verſ.
nec obſtat, lib.* 5. prout de vaſſallo Burgenſi,
inquit *Dom. de Franch. deciſ. 417. num. 2. Ca-
pyc. deciſ. 9. num. 15.*

28 Neque enim procedit *text. in l. ſi quis in
conſcribendo, C. de pact.* ſi de alterius quam
renunciãtis præiudicio agatur, vt ibi no-
tat *Dec. num. 29. de Franch. deciſ. 540. nu. 20.
Menoch. d conſ. 1261. num 25. & conſ. 1129.
num. 2. Reg. Tapia d cap. 2. num. 19. Trentacinq.
d. tract. reſol. 9. num. 1. & 6 & reſol. 10. num. 4.
& Giurba d conſ. 59 num. 42.*

29 His accedit, quod actum contrarium
faciens quòad caſum, & actum illum ſibi
præiudicaſſe præſumitur, non autẽ quòad
alios actus, *Felin. in d cap. cum acceſſiſſent, nu.
29.* & ibi etiam *Dec. col. penult. in princ. &
conſ. 469 num. 13. Put. deciſ. 188. num. 3. lib. 1.
Alex. conſ. 33. vol. 5. Menoch. d. præſumpt. 41.
num. 6. Trentacinq. d. reſol 9 nu. 5. & reſol. 10.
num. 2. Giurba d. conſ. 59. num. 48.* quibus ipſe
addo optimũ *text.* & quod ibi dixit *Bart.*
30 *l. voluntariè, C. de excuſat. tutor.*
*in* Et deniq; tùnc priuilegia cõtrario actu
liceat vnico amittuntur, quando momen-
tanea ſunt, non autem quando reiterabi-
lia, vel quæ tractum habent ſucceſſiuum,
ità omnes DD. inquiũt, teſte *Dec. conſ. 469.
Alex. conſ. 33. lib. 5. Reg Tapia d. cap. 2. d n. 26.
Trentacinq. d. reſolut. 9. num. 6. & d. reſolut. 19.
num. 3. Borrell conſ. 1. num. 202. Gayll. lib. 2.
obſeru. 60. num. 11. Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 4. gloſ. 10. par. 1. num. 132. Valenzuela
conſ. 79. num. 134.* & poſt *Surd. Dec. & Garz.
Giurba d conſ. 59. num. 49.*

Neq; obſtat Tertiò, quod Ciuitas Nu-
ceriæ fuerit conceſſa ab Inuictiſſimo Ca-
rolo V. Don Tiberio Carrafa cum cogni-
tione cauſarum ciuilium, & criminalium
pro omnibus delictis commiſſis, tàm in
territorio, quàm extra territorium.

Nàm reſpondetur, dictum priuilegium
fuiſſe conceſſum in anno 1523. & ſic poſt
priuilegium conceſſum dictæ familiæ Pa-
31 ganorum, vndè conceſſio illa generalis,
non poteſt comprehendere iura per priùs
alteri conceſſa, *Bald in cap. 1. nu. 2. de Capit.
qui cur vend. Anna alleg. 53. num. 23. Reg. Ro-
uit. in d. pragmat. 4. num. 44.* & eſt ratio, quia
nunquàm venit in conceſſione, niſi ius,
quod habet conceſſor, *l. Publius, §. 1. ff. de
condit. & demonſtrat. l. qui tabernas, ff. de con-
trah. empt.*

Neque replicari poteſt, quod in dicto
priuilegio conceſſo dicto Ill. Duci Nuce-
riæ in dicto anno 1523. expreſsè fuerit di-
ctum, *non obſtante quouis priuilegio in contra-
rium expedito,* de quo oportet fieri expreſ-
ſam mentionem, & quod fuerit cõceſſum
cum cognitione cauſarũ ciuilium, & cri-
minalium in quaſcunq; perſonas, etiam ſi
delinquerint extra territorium.

Quoniam videtur per tale priuilegium
ſecundo loco conceſſum noluiſſe Inuictiſ-
ſimum Carolum V. præiudicare iuribus
dictæ familiæ Paganorum, & dato quod
voluiſ-

Digitized by Google

voluiſſet, non potuiſſet, etiam de plenitu-
dine poteſtatis præiudicare.
32 Noluiſſe inquã præiudicare, patet, quia
Princeps vti iuſtitia plenus, non præſumi-
tur velle vni præiudicare, & auferre ius, &
alteri dare, etiam in priuilegijs, *l. 2. §. me-
rito, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in lo-
co publico, l. nec auus, C. de emancip. liber. cap.
quàmuis, de reſcript. in ſexto,* licet verba pri-
33 uilegij viderentur ampla, & importare
conceſſionem cũ præiudicio tertij, *Ruin.
conſ. 88. vol. 4.* quia debent ſtrictiſſimè in-
terpretari, vt minus præiudicent tertio,
quàm fieri poſſit, *Clement. paſtoralis, de pri-
uileg.* etiam ſi neceſsè fuiſſet impropriare
verba priuilegij, & ſic impropriando ea,
redderentur otioſa, *cap. ſuper eodem, de offic.
deleg.* vbi *Dec. in 1. limit.* rurſus ſi voluiſſet
reuocare, mentionem in ſpecie in ſecun-
cundo priuilegio conceſſo dicto Ill. Duci
Nùceriæ de primo feciſſet, vt requireba-
tur ad tollendum primum, *cap. cæterum, de
reſcript. Feder. de Sen. conſ. 233. in princ.* vbi
etiam quod requiritur, vt fiat ſpecifica, &
indiuidua mentio, nec ſufficiant clauſulæ
34 generales derogatoriæ derogatoriarum,
quamuis amplæ in tertij præiudicium,
*Gonzal. & Gomeſ. in reg. Cancell. de iur. quæſit.
non tollen.* poſt *Calder. conſ. 176. aliàs 11. de
priuileg. Corn. conſ. 140. num. 14. lib. 1. Couarr.
in 2. par. relect. cap. poſſeſſor, de regul. iur. nu. 4.*
& nouiſſimè *Reg. Capyc. Latro conſult. 66.
num. 22. & 23. lib. 1.* quod cum in priuile-
gio Ill. Ducis Nuceriæ penitùs non appa-
rent, non poteſt dici voluiſſe Inuictiſſi-
mum Carolum V. præiudicare dicto pri-
uilegio.

Et ſupponendo (quod expreſsè nega-
mus) quod valida eſſet dicta ratificatio, &
Princeps etiam abſq; cauſa potuiſſet pri-
uilegium prædictum reuocare, videamus
an Princeps reuocauerit, & quidẽ apertè
videtur hoc à mente Principis ſatis alie-
num fuiſſe, ſiquidèm ſi hoc voluiſſet men-
tionem in ſpecie in dicto Ill. Ducis Nu-
ceriæ priuilegio feciſſet, vt requirebatur
ad tollendum primum.

Neque potuiſſe præiudicare etiam de
plenitudine poteſtatis iuri dictæ familiæ
Paganorum; patet, quia ſi nõ poteſt Prin-
35 ceps tollere ius quæſitum abſq; cauſa le-
gitima, *Fulgoſ. Roman. Corn. Iaſ. & alij in l. ſi
teſtamentum, C. de teſtam.* quæ cauſa legiti-
36 ma intelligitur publica, nõ priuata, *l. Lu-
cius, ff. de euict. Bald. in l. quicumque, C. de fide
inſtrum. lib. 10. Oldrad. conſ. 224. Crau. de an-
tiq. temp. par. 1. cap. 1. num. 51. Peregr. de iure
fiſci lib. 5. tit. 2. num. 4. & 8. de Ponte conſ. 4.
num. 9.* latè *Gabr. lib. 3 commun. concluſ. tit. de
iure quæſito non tollendo, concl. 1. num 1.*

Quod procedit etiam ſi quæſitum eſſet
37 ius ex cauſa donationis factæ ab ipſo
Principe, *Ruin. conſ. 31. col. penult. vol. 5.* quia
niſi lege contractus Princeps ligaretur,
nemo cum eo contraheret, humana com-
munione priuaretur, omnia ad tirannidẽ
reducerentur, aliaq; ſequerentur abſur-
da, quę optimè aduertit *Reg. Tapia d. cap. 9.
in princ. & deciſ. 5. num. 3.* quapropter etiam
38 ob ingratitudinem Principis reuocare
nequit, vt ex *d. l. ſi pater, ff. de donat.* docet
*Surd. d. conſ. 140. num. 38. Cancer. variar. reſol.
cap. 3. de priuil. num. 155. Tiraquell. in l. ſi vn-
quam, ver. donatione largitus, ex num. 38. ad 42.*
alijq; apud *Giurb. conſ. 59. num. 62. propè fin.
& num 63. verſ. alia eſt iuriſdictio.* Nec quidẽ
de abſoluta Principis poteſtate, quando
in contractum tranſijt priuilegiũ, vel fuit
pars contrahens, *Reg. Galeota d. cap. 55.* &
nedùm per ſe, ſed etiam per Magiſtratus,
39 Officiales ſuos Rex tenetur contractus à
ſe geſtos ſeruare indemnes, *Cabed. deciſ. 80.
nu. 3. par. 2.* præſertim, ſi in remunerationẽ
meritorum, idem *Cabed deciſ. 19. nu. 1. Becc.
conſ. 129. num. 44. Grammat. deciſ. 65. nu. 24.
de Ponte conſ. 60. num. 22. Belognett. conſ. 1. nu.
136. Paſcal. de virib. patr. poteſt. cap. 1. nu. 853.
par. 1. Turrett. conſ. 9. num. 8. & 20. Menoch.
conſ. 377. num. 7. Decian. conſ. 25. nu. 29. Giurb.
40 d. conſ. num. 8. & 12.* teneriq; Principem
obſeruare contractum, etiam ſi inefficа-
cem, addit *Menoch. conſ. 1. num. 140.* quia
41 boni Principis eſt timere culpã, vbi nul-
la eſt culpa, *Mantica de tacit. & ambig. lib. 1.
tit 9. num. 46 Decian. d. conſ. 25. num. 98. vol. 1.*
42 quod nequit reuocare, nedum iure ordi-
nario, vt docet *de Franch. deciſ. 125. num 6.*
ſed nec etiam ex plenitudine poteſtatis,
*Surd. conſ. 419. num. 55. Villau. conſ. 8. num. 20.
33. 34. & 36.* imò neque reſtringere, aut
modificare, quia eſſet in parte aliqua re-
uocare, *Gammacurt. de immun. Eccleſ. lib. 3.
cap. 12. nu. 17.* & ex ratione *Gloſ. in cap. quia
circa, de priuileg. & text. in cap. 1. 16. quæſt. 7.*
defendit *Giurba d. conſ. 94. num. 13. & d. con-
ſil. 59. num. 62. poſt verſ. alia verò ſunt,* neque
ſi in ſecundo adſit clauſula, *non obſtante,
Guttier. in l. nemo poteſt, num. 175. ff. de leg. 1.
Barboſ. claſ. 43. num. 5.* vel clauſula, *motu pro-
prio, Caſtr. in d. l. digna vox, Grammat. deciſ. 65.
num. 29. Gabr. conſ. 133. num. 12. in 2. & tit. de
iure quæſit. non tollen. concl. 1. num. 1.* Innume-
riq; apud *Giurb. d. conſ. 59. d. ver. alia verò
ſunt, in med.* cùm Dominus illius priuilegij
ampliùs non ſit, concedens, *Viu. deciſ. 126.
num. 11.*

Hoc

Hoc priuilegium reuocari non poteſt,
43 ſiquidèm certum eſt, donationem in dubio nuquàm præſumi, *l. cum de indebito, ff. probat.* cùm potiùs error,& ſtultitia,quàm donatio præſumatur, vt poſt innumeros DD. probat *Maſcard.de probat.concluſ.155. num.5. & 7.* & potiùs remuneratio, quàm ſimplex eſt præſumenda, cùm lex magis ex neceſſitate, quàm ex voluntate.quem
44 donare præſumat, nàm donatio etiam ſi abſq; meritorum mentione ſimpliciter ſit facta, ſi verò merita præcedant,ob eadem merita facta cenſebitur, quàmuis de eis quãdo donatio fit, nulla ſit facta mentio, *Bart.in l.1. §.nec Caſtrenſe, col.penult. verſ.& hic eſt aduertendum,ff.de collat.bonor. Bart.in l. & ſi mortis, ver.quæro nunquid, C.ad leg. falc. Tiraquell.in l. ſi vnquã, in verbo donatione largitus,num.21.& 74. in fine, C.de reuoc. donat.* & optimè aduertit *Grat. diſcept for. tom.5. cap.984.nu.5.*quibus addo *Soccin. conſ.147. lib.1. argum. l.ſi verò non remunerandi, §.idem Papinianus,ff.mand.*ex qua quidèm lege docet *Coraſ.in l.qui liberos, nu.38. ff de rit.nupt.*
45 donationem in dubio remuneratoriam præſumi,quod etiam in prohibitis perſonis locum obtinere modo in illis merita aliundè probantur, probat poſt innumeros DD. & præſertim poſt *Bald. ex l. nec adiecit, ff.pro ſocio,& l.1.C.de ann.ciuil.lib.11. Tiraquell. d.num.71. 50.& 77.* & nouiſſimè defendit *Franc. Salern. conſ.19 lib.1.§.4.nu. 61.& 62.*qui in præcedenti *§.3.nu.37* ma-
46 gis in ſpecie inquit,Principem, cum priuilegium gratuitum indulſit,ex aliqua iuſta cauſa fuiſſe motum, vt illud concederet arbitrari debeamus, nè illum ſine ratione operari arbitremur, & ità optimè refellit *Reg.Galeota in reſp fiſc.23 num.33.* ſpecialẽ meritorum mentionem in priuilegijs requirentem, inquiens ipſe *Salern.* remunerationem Principis non eſſe obſequia ipſa,vel merita,ſed affectus,quo illa exhibita fuere, qui tamen qua mente, quauè intentione fuerit, intelligi nequaquam poteſt ex ſpecifica meritorum mentione, vt ex *Dino Thoma,& alijs DD.* ipſe *§.4.* deducit.

47 Quod eo magis eluceſcit, ex quo prædictus Rex quãdo prædicto Galeotto dictam immunitatem conceſſit eum Mareſcallum, ſuiq; Hoſpitij Seneſcallũ appellauit, vt apertè in priuilegio patet, quo caſu illa officia potiùs inſpexiſſe præſumitur,argumẽto *l.quod Principi, ff.de leg.2. l.annua in fine,ff.de ann.legat.cap.quoniam Abbas,ff.de offic.& poteſt.Iud.deleg.Menoch.de arbitr.Iud. quæſt.68. num.20. & 21. & de præſumpt.præſ 121.lib.1. Maſcard.de probat. concluſ.968.num.24. Mantica de coniectur.vltim. volunt.lib.8.tit.17* & ità ad remuneratione̅ illorum munerum oneribus annexorum, conceſſio prædicta facta cenſetur.Nec in dubiũ reuocare poteſt dicta officia multa onera,multaq; ſeruitia præſeferre,nàm ad Mareſcalli officium ſpectat prouidere de exercitu,de cuſtodia, de excubijs, de loco vbi Caſtra ponet exercitus,& detentorijs,ſeù Bannerijs Regijs & magnatum inſtruere, acies equitum, ac peditum, & deniquè omnia, quæ ſunt ad exercitum neceſſaria prouidere, vt refert *Freccia de ſubfeud lib 1.tit.de ſeptem offic.Regni, verſ. de offic. Magni Comeſtabilis, num.15.* Seneſcalli verò onus erat prouidere de victualibus, vino, carnibus, recentibus, & ſalaris ſpeciebus, cera, & alijs victui hominum neceſſarijs, & equorũ hoſpitijs, & de animalibus foreſtis,equis,pullis,& omnibus, quæ pro hoſpitio, & viuere ſecundũ temporum, & locorum qualitatem expediebãt; inſuper Regijs ſeruitoribus,& alumnis in dicto Hoſpitio, omneſq; familiares dicti Regij Hoſpitij in Curia ipſa delinquẽtibus præter Collaterales, & Cambellanos Regios poteſtatem coercẽdi, & puniendi habebat,& ſingulis duodecim diebus dare computum expenſarum Regij Hoſpitij tenebatur, qui propriè ſtructor, & Archimelinus appellatur, ideſt qui curam domus Domini habebat, & quem Scalcum *Boccac.* vocauit, cuius verba refert *Frecc.d.tract.lib.1.tit.de offic.magni Seneſcalli,num.1.in fine.*

48 Vndè non ſolùm eſt irreuocabilis,quia ex titulo oneroſo proceſſu,ſed etiam quia vti remuneratoria in vim cõtractus tranſijt,vt poſt *Bart. Iaſ. Afflict. Grammat. Crau.* & ibi *Troyſ. Fabr. Paſcal.* & alios innumeros docet *Reg.Tappia in d l.fin.cap.9.num.1. de conſtit.Princ.& deciſ.ſupremi Senat.Ital.5. num.34.& ſeq. Reg.Galeota d.cap.55.num.53. & 54.*ad cuius obſeruantiam vti priuatus Princeps tenetur *l Princeps,ff de leg. l.digna vox,C.eodem,de Franch.deciſ.17.num.6.* poſt *Bald.in d.l.qui ſe patris,C.vndè liberi,Tiraq.de iure primogen.quæſt.35.nu.23.& ſeq. Gratian. tom.1.diſcept cap.167.nu.31.* neq; ab eo poteſt reuocari, *Io.Andr. & Imol. in cap.1. de probat. Abb.in cap.1.de conſtit. DD.in d.l. digna vox, & in l.donationes quas parentes, C.de donat.inter vir.& vxor.*vbi præſertim *Ignat. Gabr. lib.3. commun.concluſ. tit.de iur.quæſit. non tollen. concl.5. Curt.in diuerſ. feud. §.reliquum eſt, num. 27. & 29.* & innumeri DD. quos (ne prolixior ſim) non refero, quos enume-

enumerat,& ſequitur *Giurba conſ.94. nu.5.*
*& 6. & Io. Andr. de Georg. allegat. 15. nu.15.*
quibus ipſe addo id,quod ex *text.in cap.1.*
*de renunc. in ſexto*, adduxit *Bald.* quòd Ce-
49 leſtinus Summus Pontifex, qui de mane
concedebat gratiam,& de ſero auferebat,
reputatus fuit animal irrationale, & non
homo,vt ipſe *in conſ.327.num.3.lib.1.* cùm
ad Principem propriè ſpectet illud Ho-
50 ratij dictum,*Nàm ſemel emiſſum vocat irre-*
*uocabile verbum*,imò dixit *Bald d.conſ.327.*
*nu.5.*quòd bonus,& verus Princeps debet
perſiſtere in liberalitate conceſſorũ, ſicut
Polus in Cœlo, & debet dicere,*quòd ſcripſi,*
*ſcripſi*,& eius verba debent eſſe immobilia
ſicut lapis angularis,eiq; conuenit præci-
puè illud ſeruare, *Semel loquutus eſt Deus,*
Pſalm.88. *quæ proceſſerunt de labijs meis non*
*faciam irrita*, vt optimè ex nonnullis DD.
authoritatibus aduertit *Rouit. ſuper rubr.*
*de reuocat. Grat. num.10.* & meliùs *Salern.*
51 *conſ.1.num.19.lib.1.*nàm licèt non ligetur
Princeps ſua Cõſtitutione. *d cap.1. de con-*
*ſtit.in 6.* quia eſt agens liberum, & nulla
neceſſitas ei imponitur, *Fulgoſ. conſ.143.*
*Bald.in prima conſtit. Felin.in d cap.1.de conſt.*
attamen faciendo aliquid videtur diſpo-
ſitioni illius actus ſe ſubieciſſe, *d. L.digna*
*vox, clem. paſtoralis, de ſent. & re iud. cap.1.*
*de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Roman. conſ.369.*
*Tiraquell. d. quæſt. 35. num. 18.* quod adeò
verùm eſt, vt priuilegium conceſſum
ex contractu, ex cauſa oneroſa reuocari
nequeat, etiam ſi contractus cum ſubdito
52 fieret, cùm contractus ſint irreuocabiles
tanquàm iuris gentium, & non poſſunt
proindè aliqua ratione mutari,vt latè *Re-*
*gens Tapia d.l.fin. 2.par.cap.9.num.14.& ſeq.*
& poſt *Afflict.decіſ.282.nu.7.Oſasc.deciſ.90.*
*Burſat.conſ.16.& 18.num 6. Gabr. commun.*
*concluſ.concl.5.num.9. Gomez variar. reſolut.*
*cap.1 par.1. Riccius deciſ.142. num.9.& 13.*
*Azeued.in l.1.num.18.& l.3. num.67.& 19.*
*tit.10.lib.5.recomp. Giurba d.conſ 94. num 6.*
*in fine,& nu.11.*& ante eum *Gayll.obſeru.56.*
*& 60.lib.2. Roland. conſ.66.lib.2. Caſtr.conſ.*
*58. Maluaſ.conſ.1.Petr.de Princ.poteſt. c.34.*
*quæſt.2. num.48. & quæſt.3. num 93. Gabr.de*
*iur.quæſit.non tollend.concl.5.num.19.*

Et quàmuis contrariũ defenderit *Reg.*
53 *Galeota d.reſp.23.num.32.*dicens,in ſubdi-
tis merita non cõſiderari cum ea ceſſent,
vbi quis ex debito operatur, ex *Afflict.*
*Grammat. Rouit. Reg.de Ponte,Pinell.& alijs,*
contrarium tamèn veriùs eſſe demonſtra-
tur à dicto *Salern. d.conſ.29.§.5.* dicens, q;
aut ipſe Regens negat meritum condi-
gnum ex iuſtitiæ legibus debitum,conce-
ditq; congruum,aut vtrumq; inficiatur,ſi
primum eligat nobis ſanè ſatis eſt ex op-
timè ab ipſo perpenſis ex *Diuo Thoma, &*
*alijs in præcedenti §.4.* vbi tenet, & benè cõ-
tra eundem Regentem dicentem, merita
debere eſſe æquiualentia rei conceſſæ, vt
ipſe optimè ſuo more *num.53.*probat,atq;
defendit, ſi verò vtrumque inficiatur, &
apertè ipſius doctrinã euerti ex pluribus
ſacræ Scripturæ locis,quas ne trãſcriptor
ſim nõ refero,ipſe apertè fundat,inquiẽs,
aliam eſſe neceſſitatem coactionis, aliam
verò neceſſitatem conſequentẽ obedien-
tiam. Prima enim cum faciat inuolunta-
rium, nullum meretur premium, & de his
ſunt intelligenda in contrarium ab ipſo
Regente perpenſa. Secunda verò,quia li-
54 berę eſt voluntatis meritum, premiumq;
meretur,vt optimè *D.Thom. 2.2. quæſt.86.*
*num.5.*quantum,quæ nàm ſint in caſu no-
ſtro ſeruitia prænominata demonſtrant.

Sed quorſum hæc diſputare de volun-
tate,& poteſtate Principis? ſi in caſu no-
ſtro in mandato facto per Inuictiſſimum
Imperatorem Carolum V. Domino Ex-
cellentiſſimo D. Raymundo à Cardona
non aderat ſpecialis derogandi poteſtas
55 alijs priuilegijs,quòd de per ſe non pote-
rat ipſe Dominus Prorex facere, cùm in
mandatis nõ habebat, prout docent DD.
etiam exiſtente clauſula, *non obſtante qua-*
*uis Regni lege*, vt *Iacob.Gallus conſ 125. nu.*
*25. & conſ.130.num.66.* imò,neq; ea clau-
ſula vti potuiſſe Protegem,ex *Bellon. conſ.*
*25.num.20.& Petr. de Princip. poteſt. cap.3.*
*quæſt.4. num. 22.* admonet *Giurba conſ. 99.*
*num.38. reſp.5.* qui in *reſp.6.* inquit, quod
ſi ea clauſula vti poſſet Dominus Prorex,
nedùm Priuilegia,ſed etiam Regni Capi-
tula remoueret.

56 Neq; obſtat prætenſa ratificatio prędi-
cti Imperatoris Caroli V. in anno 1564.
quia cùm ea non reperiatur deſcripta in
quinternionibus Regiæ Cameræ, nec in-
fra annum exequutoriata, nullam habet
firmitatem, *Pragmat.vnica de priuileg. infra*
*annum exhib. Præſ.de Franch.deciſ.62.nu.11.*
*in fine*,imò inquit *Reg. Rouit. d.pragm. nu.4.*
quod ex eo, quod in *d. pragmat.* dicitur,
quòd elapſo anno nullius efficaciæ, valo-
57 ris, & momenti priuilegia exiſtant talis
clauſula latam ſententiam importat, ip-
ſoq; iure nullitatem inducit, ex cumula-
tis per *Gratian.diſcept.forenſ.tom.4.cap.691.*
*num.2.& 3.* imò aſſerere audeo, venditio-
nem metipſam ab Excellentiſſ. Domino
Vicerege factã,nullius eſſe roboris,& mo-
menti, ſiquidèm cùm à Rege confirmata

haud appareat, pro nulla haberi deber, ex diſpoſitione *Pragm. 2. §. 1. de reuocat. & ſuſpenſ. grat.*

Nequè obſtat Quartò, hæc omnia procedere in eodemmet concedente, non in
58 ſucceſſore. Quoniam reſpondetur verius
eſſe, nequè ſucceſſorem reuocare poſſe conceſſiones factas per prædeceſſores, *c. 1. de probat.* ibi: *quatenùs, &c.* & in *cap. ſi ea 25. quæſt. 2* ibi: *Si ea destruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non construct?or, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer,* & in *l. donationes,* la *ſeconda, C. de donat. inter vir. & vxor. Cyn. Bald & Caſtr. in d. l. digna vox, Abb. & Canoniſtæ in d. cap. 1. de probat. Affl. in cap. 1 nu. 19. qui ſucceſſ. teneant & cap. 2. num. 20. & deciſ. 128. num. 10. Boer. deciſ. 104. num. 42. Oſaſc. deciſ. 139. num. 11.* & poſt *Iaſ. in l. 1. num. 13. ff. de conſtit. Princ. Reg. Tapp. d. l. fin. d. cap. 9. nu. 11. Reg. Galeot. d. controu. 55. in med.* alijq; apud *Giurb. d. conſ. 94. num. 7* proùt de ſucceſſore Pontificis dixerunt *Iaſ. conſ. 86. colum. 5. lib. 2. Roland. conſ. 1. num. 42. lib. 2.* & de ſucceſſore Regis *Bald. in d. l. digna vox, Igm. d. l. donationes, Surd. alleg. 8. num. 9 & 9. Paris conſ. 2. num. 132. lib. 4. Ruin. conſ. 7. num. 12. lib. 1. & conſ. 69. num. 22. lib. 2. Trentacinq. conſil. 43. num. 9. & deciſ. 17. num. 5.* & ibi *Vrſill. num. 2. Capyc. deciſ. 121. num. 14.* & eò magis hæc procedere inquit *Reg. Tapp. d. deciſ. 5. n. 54. in fine,* vbi innumeros enumerat DD. quia ſumus in ſucceſſore iure hæredita-
59 rio non electionis, quapropter obligatur
ſucceſſor ſicut idem Princeps, qui contraxit, *Bald. conſ. 326. num. 6. lib. 1. Menoch conſ. 534. num. 3. lib. 6. Lafred. d. conſ. 38. num. 18. & Paſcal. d. tract. de vir. patr. poteſt. par. 1. cap. 1.*
60 *num. 87. & 88.* imò etiam ſi ſint ſucceſſo-
res per electionem in dignitate adhùc teneri obſeruare geſta per prædeceſſores, inquit *Bart. in l. prohiberi, num.* ... *Iaſ. in l. 1. num. 13. & 14. ff. de conſtit. Princip. Afflict. deciſ. 18. num. 9. & 10.* idem *Paſcal. num. 51. Natta conſ. 122. num. 3. & conſ. 636 num. 16. Roniz. conſ. 8. num. 10. Menoch conſ. 201. nu. 29. conſ. 263. num. 24. & conſ. 264. num. 20. Grat. diſcept. forenſ. cap. 169. num. 5. Capyc. d. deciſ. 121. Peregr. de iure fiſci lib. 1. tit. 13. num. 43. Scrader. de feud. par. 10. ſect. 1. num. 56. Anna conſ. 129. num. 14. Giurb. d. conſ. 94. num. 7. & conſ. 197. num. 6.* etiam ſi ſucceſſor tantùm ſit in dignitate, *Vin. d. deciſ. 141. num. 8. Menoch. d. conſ. 264. num. 20. per tot. 24. Morot. conſ. 45. num. 9.* nàm quod *Bald.* ſcripſit *in tit. de pace confirm. verſ. ſucceſſorum noſtrorum,*
61 contractus anteceſſorum non ligare ſuc-
ceſſorem in dignitate, reprobatur ex *Menoch. conſ. 201. num. 178. & conſ. 203. num. 24.*
vel in lege, non in cõtractu admittendum eſt, cùm illa ſucceſſorem non obliget, ſed cõtractus, ſic *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 5. num. 22. Natta d. conſ. 122. num. 7. Me-*
62 *noch conſ. 201. num. 171.* cùm iddem & vnũ
ſemper ſit Regnum, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 167. num. 51.* & latè *Giurba d. conſ. 94.*
63 *num. 7. & 8.* nec mirũ, quia in Regno con-
ſiderari debet dignitas, quæ nunquàm moritur, *Becc. conſ. 159. num. 4. in princ. lib. 2.*
64 vndè fit, quòd etiã Tirannus quãdo con-
cedit ſub nomine dignitatis, obligat ſucceſſorem in illa dignitate, proùt in conceſſis per Manfredum, qui fuit Tirannus, & non Rex Regni, quòd obligauit Carolum Primum Regem inueſtitum à Sancta Romana Eccleſia, ponit *Guido de Luz. in l. decernimus,* vbi etiam *Alber. de Roſ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* imò de intruſo in Regno, hoc idem *DD. not. in cap. nihil. de elect. & in l. Barbarius, ff. de offic. Præt.* & in *l. ſi vrbana, ff. de conduct. indeb. Alexand. conſ. 138. vol. 1.* & in ſpecie *Io. Andr. de Georg. alleg. 15. nu. 14. & 15.* qui *num. 12.* pro certo firmat priuilegia, quæ in contractum tranſiere, ſucceſſores Regum ſeruare debere etiam ſi prædeceſſorum non fuerint hæredes, ex *Bald. in conſ. 773. num. 1. vol. 1.* qui in famoſo illo *conſ. 159. vol. 3.* in ſpecie loquitur Rege, & Summo Pontifice per electionem electis à Republica, & à cetu Cardinalium, quos teneri ad obſeruantiam conceſſorum à prædeceſſoribus ſub nomine dignitatis plenè docet, & probat præſertim *num. 3. 4. & 5.*

Quapropter à fortiori dicendum eſt in caſu noſtro, cùm apertè pateat illud Carolo Primo Andegauenſium Duci, & Prouentiæ Comiti, à Sancta Romana Eccleſia, & pro ea à Summo Pontifice Vrbano IV. 4. Kalend. Iulij 1266. in Ciuitate
65 Romæ conceſſum fuiſſe pro ſe, & hæredi-
bus ſuis, igitur hæreditarium cẽſeri probat *Andr. de Iſern. in cap. 1. §. quid ergo, in fine, de inueſt. de re alien. fact.* & in ſpecie *text.* Regis Caroli Secundi *in cap. Prælatis Eccleſiarum,* ibi: *Vt peculiare Domini Patris Prædilectum noſtrum hæreditarium Regnum Siciliæ,* & deniquè optimè aduertit *Camill. Salern. in addit. ad Conſuet. Neap. Et ſi teſtator, ver. diſponere, in verſ. incip. Napodanus fol. mihi 176. lit. E.* qui in *fol. 177. lit. F.* reprehendendo *Bald.* inquit, ipſum non rectè hiſto-
66 rias inſpexiſſe, cùm verè hoc Regnum ſit
hæreditariũ, quòd etiam affirmauit *Gaſp. de Leo in addit. ad dictam Conſuetudinem* poſt illam *Camill. Salern. incip. dicitur hic, fol. mihi 178.*

Nequè

67 Neque in eo ſuccedere niſi ſit hæres,
docet *Iacobut. de Frāch. in vſib. feud. quæſt. 2.*
*num.* 109. & vti hæreditarium in hæredi-
tatis petitionem venire, ex *Gloſ. in l. item*
*veniunt, §. fin. ver. ſiuè iure, ff. de petit. hæred.*
probat *Andr. de Iſern. in cap. 1. in fine, qui ſuc-*
*ceſſ. ten. & in § hoc quoquè, 2. colum. ver. ſi feu-*
*dum, de ſucceſſ. feud. & in d. §. quid ergo, in fine,*
*& in cap. 1. col. 1. ver. item loquitur, de alienat.*
*feud. pater. & in cap. 1. col. 1. in princ. an agnat.*
*& in cap. 1. § huius autem generis, col. 3. ver. ſi*
*ergo, ex quib. cauſ. feud. amitt.* & poſt *Alexand.*
*& Curt.* notat *Iacobut. de Franch. d. quæſt. 2.*
*num.* 108. *& Io. Andr. de Georg. alleg. 19. nu. 3.*
verùm meliorem *text.* prædicta *gloſ.* adno-
tauit *Camill. Salern. in d. ver. dixit Napodanus,*
*propè finem, in d. fol. 178. lit. D.* nempe *text. in*
*l. ſi familiæ, C. famil. herciſc.* deprauate in-
quiens illam *gloſ.* allegari, & non dictum
*textum*.

68 Ex his vltro fluit ſolutio, ſi diceretur,
quod Ladiſlaus Rex cum Andegauenſis
fuerit, Imperator verò Carolus Quintus,
à quo Illuſtr. Nuceriæ Dux cauſam habet
ex Aragonenſi familia deſcenderit non
teneri ipsū Imperatorem tanquàm nouū
dominium, prædictum priuilegium à La-
diſlao Rege conceſſum ratum habere.

69 Siquidem ex prædictis facilè hoc obie-
ctum diluitur, vltrà quod, ſi hiſtorias per-
legamus, apertè videbimus Reges Arago-
nenſes hoc Regno fuiſſe inueſtitos non
ex perſona propria, ſed vti prædeceſſorū
hæredes, nàm ab Alphonſo Primo Arago-
nenſium Rege, hoc Regnum ad Arago-
nenſes Reges deuenit; cùm enim Regina
Ioanna Secunda ex Andegauenſi familia
filios non haberet, prædictum Alphonſum
Primum in filium adoptauit, ipſumq; hæ-
redem in Regno inſtituit, qua diem fun-
cta hoc Regno vti prædictæ Ioannæ hæ-
res ab Eugenio IV. Summo Pontifice in-
ueſtitus prædictus Alphonſus fuit, in quo
poſt Ferdinandum Primum, Alphonſum
Secundum, Ferdinandum Secundum, Fe-
dericum, & Ferdinandum Tertium Ara-
gonenſes Reges Regina Ioanna Tertia
deſcendit, quæ nupta Principi Philippo
de Auſtria Archiduci, Carolum Quintū
Inuictiſſimum Romanorum Imperatorem
genuit; qui vti Matris hæres, hoc Regno
coronatus fuit, à quo prædictus Ill. Nuce-
riæ Dux priuilegium aſſequutus fuit, qua-
propter ambigendum non eſt, prædictum
Carolum Quintum Imperatorem vti ſuc-
ceſſorem in Regno, quod iure hæredita-
rio ei deuolutū fuit debuiſſe omnia præ-
deceſſorum tàm Andegauenſium, quàm
70 Aragonenſium Regum priuilegia, & con-
ceſſiones ratas habere, ex vulgata regula
*l. cum à matre, C. de rei vend.* imò tanquam
71 in feudo hæreditario ſucceſſorem etiam
ad omnia prædeceſſorum debita teneri,
ſiuè filius, ſiuè agnatus foret, probat *text.*
*in cap. 1.* vbi *Iſern. in princ. an agnat. Capye. in*
*inueſtit. feud. ver. feudorum exequutiones, verſ.*
*ſucceſſor vaſſalli, Frece d. tract. lib. 2. auth. 29.*
*num. 10. Gayll. lib. 2. obſeru. pract. cap. 154. nu.*
*18. de Franch. deciſ. 1. Anna conſ. 4. volum. 1.*
quod ampliant DD. etiam ſi quis præter
defuncti voluntatem ſucceſſiſſet, *Capyc.*
*deciſ. 198. Lanar. conſ. 30. Campag. in cap. Re-*
*gni Conſiderantes, num. 31. & ſeq. de Ponte con-*
*ſil. 13. num. 19. & 26.* poſt *Dom. de Franch. d.*
*deciſ. 1.* & latiſſimè *Gizzar. deciſ. 28.*

Nec obſtat Quintò, hanc ſecundā con-
ceſſionem factā præiudicare iuribus eiuſ-
dem Regis, qui ſibi reſeruauerat iuriſdi-
ctionem in familia Paganorum, & ſic po-
tuiſſe ſibi præiudicare tanquàm iuri ſibi
quæſito non alteri.

Nàm reſpondetur per tale priuilegiū,
quòd prædicta familia Paganorum ſit in
demanio ipſius Regis, fuiſſe etiam quæſi-
tum ius dictæ familiæ, neq; poſſe ipſis de
familia inuitis Inuictiſſimum Regem al-
teri concedere iuriſdictionem, prout di-
cimus in iuriſdictione conceſſa Baroni;
non poſſe ipſum renunciare cauſæ cogni-
72 tioni in præiudicium vaſſalli, neq; vaſſal-
lum præiudicare Baroni, latè *D. de Frāch.*
*deciſ. 417. & 141. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1.*
*diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 2. nu. 808. & 958. ſect. 2.*
*num.* 1059.

73 Neque Sextò, & tandèm obſtat, quod
prædictus Illuſtr. Dux Nuceriæ, tanquàm
poſſeſſor dictæ Ciuitatis poſſit ſe defen-
dere except. *pragmat. 4. de poſſ. non turb.*

Nàm reſpondetur, illam *pragmat.* non
prodeſſe illis, qui acquiſiuerunt ius poſt
Reges Aragoneos, *Anna alleg. 87. num. 11.*
*Reg. Rouit. d. pragm. 5. num. 9.*

74 Accedat tandèm, quod cùm tractetur
de beneficio Principis conceſſo dictæ fa-
miliæ Paganorum eſt latiſſimè interpre-
tandum, ſi aliqua oriri poſſet dubietas,
quòd non admittimus, *l. fin. ff. de conſtitut.*
*Princip. cap. cum dilecti, de donat. cap. olim, de*
*verb. ſignif.* cum infinitis quos refert, & ſe-
quitur *Reg. Tap. in d. l. fin. in rubr. cap. 7.*

Vndè cum priuilegium prædictum ſit
expeditum in forma ſpecifica cum clau-
ſula, *ex certa ſcientia*, vigore cuius non eſt
neceſsè pateficeri confirmatum, nec dubi-
tari poteſt de eo, quòd Princeps aſſerit, &
eſto, quod eſſet in forma cōmuni, tribuit

tamen facultatem præſcribendi minimè refragantibus cum priuilegio conceſſionis factæ Ciuitatis Nuceriæ Illuſtr qu. Tiberio Carrafa, vti poſtmodùm expedito, per quod neq; præſumitur voluiſſe, neq; poterat etiam ſi non eſſet idem concedēs, ſed ſucceſſor, & cauſam nō habeat à prædeceſſore iuribus dictæ familiæ, iàm acquiſitis præiudicare maximè cum in remunerationem ſeruitiorū fuerit conceſſum, rurſus non à Sereniſſimis Regibus Aragoneis, ſed ab Inuictiſſimo Carolo V. tùm nō vſu dicti priuilegij, vel quia nunquàm fuit data occaſio vtendi, vel quia negligentia maiorum nō præiudicat ſucceſſoribus in illis, quæ à genere proueniunt, ſperat dictus Dominicus eſſe pro-
75 cedendum per M.C.V. quod procedatur in ea, non obſtante remiſſione petita per Illuſtr. Ducem Nuceriæ.

Cętera ſuppleat Dominorum Iudicantium Religio, & doctrina.

*Franciſcus de Laurito iunior I.C. Neap.*

*SVMMARIVM.*

1 *Probatio homicidij in genere ex requiſitis ortis, admittitur.*

2 *Ædificium corruit, ſi minus idoneę ſupra poſitum ædificatum ponatur.*

3 *Iudex non conſtito de delicto, etiam ſi eſſet conuictus, vel confeſſus reus, nequit procedere ad citationem, & alia.*

4 *Argumentum à rubrica ad nigrum validum.*

5 *Lectura magis verior conuenit legi, quæ rubricæ conuenit.*

6 *Canon in dubio debet intelligi, vt conueniat rubricæ.*

7 *Armorum delatio leue eſt delictum, quod de facile remittitur quando ad finem non offendendi deferuntur arma.*

8 *Credulitas, ſeù cauſa qualibet excuſat ab exportatione armorum etiam iniuſta, vel fatua.*

9 *Officialis quilibet pro aſportatione armorum non tenetur.*

10 *Teſtis non deponens de loco, & tempore, falſus redditur.*

11 *Aſſertio negatiuè facit cenſeri in lata culpa, & ratione temeritatis, reus extra ordinē puniendus.*

12 *Teſtes non ſolùm negatiuam expreſsè deponentes repelluntur, ſed etiam implicitam.*

13 *Teſtis falſus in vno, præſumitur falſus in omnibus.*

14 *Teſtis vltroneus quando dicatur eſſe.*

15 *Teſtis, qui ſpontè vadit ad teſtificandum, torqueri debet vti ſuſpectus.*

16 *Teſtis ſpontaneus deponens, præſumitur inimicus.*

17 *Teſtis citatus, & non allegans priuilegiū, quod quod habet, dicitur ſpontè deponere.*

18 *Teſtes in iudicio reperti præſumuntur citati, et quando hoc procedit.*

19 *Teſtes viles, qui dicantur, vt poſſint repelli.*

20 *Teſtes pauperes repelli an poſſint, & quando.*

21 *Teſtis, qui ſpontè ſe offert, nil ei creditur.*

22 *Teſtis inimicus an, & quando excludatur.*

23 *Inimicitia cauſata ex lite, an ſit iuſta cauſa probabilis repellēdi, qua durare præſumitur, quod limitatur.*

24 *Teſtis inimicus dicitur, qui non citatus ſubiecit ſe examini.*

25 *Teſtis primo examinatur, habetur pro denuntiatore.*

26 *Denuntiator examinatus, non probat vt teſtis.*

27 *Teſtes omni exceptione maiores eſſe debent in criminalibus.*

28 *Teſtes quāmuis admittantur multum eorum fidei detrahitur ob ęorum defectus.*

29 *Dicere teſtimonium, eſt quid dignitatis generosè.*

30 *Quæ ſunt dignitatis, ſunt præcluſa infamibus.*

31 *Homo malæ vitæ, non eſt idoneus teſtis.*

32 *Infamis, infamia facti repellitur à teſtimonio in criminalibus, ſed in ciuilibus ei fides diminuitur.*

33 *Delictum vt dicatur difficilis probationis, quidnam exigitur.*

34 *Tortura exigitur in teſtibus, quod alitèr veritas haberi non poſſit aliundè.*

35 *Teſtis vnus falſus, vel duo præſumi facit alios eſſe falſos.*

36 *Teſtis contrarius eius depoſitioni non probat.*

37 *Fauorabilior eſt excluſio delicti, quam incluſio.*

38 *Teſtes deponentes de diuerſo tempore, ſunt ſingulares.*

39 *Colloquium cum bannitis, an ſit prohibitum.*

40 *Auxilium an, & quando admitti debeat, vel non.*

41 *Tres inquiſiti deponentes in tortura ſe eſſe receptatos, an probent.*

42 *Inimicitia an, & quādo præſumatur inter coniunctos ex aliorum cauſa.*

43 *Vaſſallus faciens parentelam cum inimico domini, dicitur proditor.*

44 *Inuerisimilitudo naturæ aduerſatur, & habet imaginem falſitatis.*

45 *Teſtes deponentes ſuper non veriſimili debent concludere, & eſſe omni exceptione maiores.*

46 *Innocentia probatur per præſumptiones.*

47 *Innocentia reſultat ex teſtibus inuerisimilia deponentibus.*

48 *Proceſſus pauci reperiuntur, in quibus falſitates non reperiantur.*

49 *Identitas perſonæ qualitèr probatur.*

50 *Iden-*

50 *Identitas nominis, & cognominis alicuius, qualitèr probatur.*
51 *Opinio receptantis non attenditur, neq; communis reputatio, ſed veritas rei.*
52 *Receptans bannitum, quando puniri debet.*
53 *Scientia requiritur, vt quis puniatur de receptatione banniti.*
54 *Fama probatio erit neceſſaria cõtra receptantes bannitos.*
55 *Receptans bannitum, an, & quando poſſit puniri pœna ordinaria, vel non.*
56 *Receptans bannitum ſibi coniunctum, an excuſetur.*
57 *Natura non ſufficit, vt is, qui offendit aliquem, quem defendere debet.*
58 *Receptator banniti vt puniri poſſit, exigitur, quod malo animo, et dolo recipiat, vbi abſcõdat à Iudice.*
59 *Receptans bannitum toleratum à Superioribus excuſatur, & qualitèr procedat.*
60 *Fama, ſeù rumor de bannito ſolet eſſe fallax.*
61 *Animus malus præſumitur in Officiali, qui negligit, incumbere quibus debet.*
62 *Officialis cenſetur fautor inquiſiti cum illum carceribus mancipare poteſt, & non facit, & cum hoc ſit delictum præſumi non debet.*
63 *Officialis sẽper præſumitur bonus, nec puniendus, cum quelibet cauſa ſicut excuſat à dolo, ità à pœna.*
64 *Pœna carceris maior dici debet.*
65 *Officialis an, & quando tenetur carceratos viſitare.*
66 *Deciſio cauſæ refertur.*

## ARGVMENTVM.

Homicida inquiri, & indè puniri an poſſit, obſtante lapſu temporis, & nulla facta probatione criminis in genere, nequè legitimę probationes pro receptatione bannitorum probatę ob teſtium inhabilitatem.

## ALLEGATIO XXXIV.

SI lapidem iudicij angularem, ſi teſtiũ perſonas, ſi teſtium dicta, ſi Regiam Aprutinam Audientiam condemnantem, ſi totum deniquè proceſſum contra Dominicum Antonium Verrottam condemnatum ad Regias triremes per annos quinque, & ad ducatos ſex mille ſub cenſuram reuocauerimus, forè per M. C. V. iure decernendam cõdemnati abſolutionem, doctiſſimis eiuſdem DD. Iudicibus ſuadere, (nec difficile) mihi propoſitũ eſt.

Sed vt pleniori marte progrediamur, ſupponendum nobis eſt noſtrum Verrottam eſſe inquiſitum de mandato homicidij, & aſſiſtentia ad illud in perſonam cuiuſdã Martini Dauidett in Oppido Planellæ. De armorum aſportatione. De receptatione cuiuſdam Cecchini, Iouini, & Dominici de Capraria, quos ſupponunt fuiſſe inquiſitos Regiæ Audientiæ.

Circa Primum, inermibus quidèm manibus Fiſci molem ſubuertemus, præter enim, quam, quod hoc fuiſſet ante generalem criminum abolitionem de anno 1648. vt ipſimet Fiſci teſteș deponunt folio 5. & 6. additur homicidium in genere nullatenùs probari: de anno enim 1650. examinantur teſtes de homicidio, quod dicunt commiſſum de anno 1647. in perſonam dicti Martini, quem vel nunquàm in rerum natura fuiſſe, vel nùnc etiã viuere crediderim; vbi namq; exumatio? vbi Notarius vidit, vel vulnera diſcripſit? vbi teſtes per ſenſum viſus, & tactus de cadauere, & vulnerum qualitate deponunt? nonnè neceſsè non erat cadauer exuma-
1 ri? & deniq; vbi tot alia requiſita ad homicidij in genere probationem, quæ referuntur per Criminaliſtas omnes, & ex noſtris per *Foller. in verbo capiat informat. & Muſcat. de cognit. delict. in proem. & in verbo homicidium*? Quam verum eſt illud, quod nonnulli Iudices dùm reos condemnare feſtinant, huius nullitatis vigore inuitis
2 dentibus coguntur abſoluere! Lapis n. iudicij angularis eſt hoc, quo non poſito, nihil ædificari poteſt, & minus idoneè poſito omne ſupra ædificatum corruit, *l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan. Ruin. conſ. 8. num. 3. Iul. Clar. in §. 1. quæſt. 4 num. 1.* quod locum habet etiam in caſibus, in quibus ex abrupto procedi poteſt, & nulla iuris ſolemnitate ſeruata, adeò vt non conſtito de deli-
3 cto, Iudex non poſſe nec ad citationem, nec ad capturam, nec ad interrogationẽ deuenire, & etiam ſi reus eſſet conuictus, immò etiam confeſſus, nullo modo foret plectendus, vt poſt innumeros *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 4. per tot.* immò non modo viuere crediderim Dauidett, verũ etiam teſtes hoc deponentes fere iniuriarum actione teneri Curię Planellæ, vbi dicunt commiſſum homicidium, & de die cũ tamen vlla ſit informatio, vllus ſit proceſſus in dicta Curia contra noſtrum condemnatum; etenim cum à Regia Audien-

tia

tia fuiſſet transmiſſus Cõmiſſarius ad dictum Oppidum pro capienda informatione, quam nitimur demoliri, & per hunc fuiſſet mandatum Curiæ illins loci, quod ad ſe transmitteret omnes inquiſitiones contra Verottam captas, fuit per illam reſponſum nullam contra iſtum adeſſe informationem fol. 31 à ter. & 4. crediderim nempè iniuriarum actione teneri Curiam illam arguendo ſocordiæ, cum tamen lippis pateat, & tonſoribus Baronũ Officiales non tantùm cõtra verè ſontes eſſe ſollicites; verum etiam & cõtra ſtetc inſontes, immò, & noua criminum genera reperiſſe, & pijſſimio cuiq; facto atrociſſimi titulum impingère ad ſubditorum loculos expilandos.

Circa Secundum, ideſt armorum delationem nimis vagari non oportet, nàm nec Fiſci teſtes de armis prohibitis deponũnt, nec Regia Audientia condemnãdo ſuper hoc ſe fundauit, vt videre eſt in rubrica dictæ ſententiæ; ſolùm enim loqui-
4 tur de receptatione; valere autem argumentum à rubrica ad nigrum non eſt qui ambigat, *Bald. Angel. Salyc. Paul. de Caſtr. Iaſ. & DD. omnes in l. 1. ff. ſi cert. petat.* & licet ſententia poſſet adaptari alijs etiam delictis, vt adaptari non poteſt, nàm condemnauit tantummodo ad pœnã à Pragmatica inflictam contra receptatores; habuit enim pro verò poteſtatem in illo arma deferendi, vt infra dicemus, tamen in caſu noſtro debet tantùm adaptari rece-
5 ptationi, nàm quãdo lex, vel canon habet plures lecturas, illa videtur verior, quæ magis conuenit rubricæ. *Gloſ. eſt not. in cap. bonæ. de confirm. vtil. vel inut. & Pan.* ibi, *Gloſ. in cap. cum monaſterium*, & ibi *DD. de elect. Gloſ. in l. vnic. in verbo tractare*, & ibi *Bald. C. ne lic. tert. prouoc.* lex enim, vel Canon in
6 dubio debet intelligi, vt conueniat rubricæ, vel titulo, ſub quo ponitur, *l. Imperat.* ibi *Bart ff. de in diem addict.* hinc dicit *Bald. in d. l. vnic.* quod quando *text.* eſt dubius, rubrica probat, qualitèr *text.* ſit intelligendus.
7 Et quàmuis armorum delatio leue delictum ſit, vt per *Caball caſu* 107. per *Farin. quæſt. 108. num. 130. & 77.* & per *Reg. Rouit. in pragm. 8. de armis num. 34.* de facili namq; remittitur quando ad finem offendendi non deferitur, vt per *Taſſon. de antefato, obſeruat. 1. num. 128.* pro quo vide *Dom. Eliſ. Danza de pugna Doctor. in tit. de armis, cap. 2. & in cap. 6.* vbi *num. 20. & 24.* aſſerit quam-
8 libet credulitatem, & cauſam, etiam leuẽ, etiam iniuſtam, & fatuam ab illarũ aſportatione excuſare, etiam quòad prohibita, *Burſat. conſ. 77. nu. 16. conſ. 141. vol. 1. nu. 14. Bertazol. conſ. crim. 173. num 5. & conſ. 46. nu. 11. vol. 1.* tamen non ex hoc mora fuit ad pœnã pro iſta delatione non infligendam; ſed ex illo motam dicimus, & moueri debebat, quod per teſtes ad defenſã examinatos fuit probatum noſtrum Verrottam fuiſſe per tres annos continuos, (vt vulgò dicunt) Cauallariũ Regiæ Dohanæ Menepecudũ, tempore quo Gubernator illius erat Ioannes Aliprandus in Prouincia Aprutij, iura reddidiſſe inter ouium paſtores, & Dominos, & querelas recepiſſe, vt deponũt primus teſtis fol. 21. à ter. in pede ſuper 8. artic. ſecundus ſuper eodem fol. 23. à ter. & tertius fol. 24. conſtat autem, & notorium eſt Ioannem Aliprandum ante dictam criminum abolitionem, & etiam poſt Verrottæ carcerationem iugitèr, & continuò fuiſſe dictæ Dohanæ Gubernatorem; quod verò Cauallarius Regiæ Dohanæ poſſit arma deferre in dubium reuocare nimis ſuperſtitioſum videretur, præter enim, quã quod hoc habet ex priuilegio ſpeciali, adeò notorio, vt illud allegare ſufficiat, conuenit
9 etiam iuri communi; quiuis enim Officialis iuſtitiam adminiſtrans pro illarum aſportatione non tenetur, *Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 3. caſu 394. num. 65.* deferuntur etenim intuitu officij, vt per *Caball. d. caſu 107. Dec. in cap. ſignif. de off. deleg.*

Hæc pro deſtruendo ſecũdo Fiſci ſuppoſito ſatis, ſuperq; ſunt, ſed quomodocumq; ſit mihi temperare non poſſum, quin de Ioanne Bernardino Piſcia, primo ſuper hoc Fiſci teſte non conquerar; per hæc enim verba depoſuit fol. 5. à ter. in princ. *(ogni volta, che vſciua il detto Domenico Antonio, sẽpre andaua armato d'archibugio, e daga)* obſeruate, quæſo, teſtis animoſitatem, attendite qua facie loquatur: ergò nè non poterat exire Verrotta quin ab ipſo videretur? Dixeris illum forſitan Zonæ habuiſſe alligatũ, vel claues domus Verrottæ sẽper tenuiſſe? hanc depoſitionem luſtrando (nec diſſimulo) illicò mihi occurrit caſus illorum fratrum vnico partu enixorũ, qui iunctis cruribus aura frui vitali, vno illa functo, alter, quia diuidi non poterant, propter olus, & functus eſt. Nonnè hęc depoſitio in negatiuam
10 indeterminatam non reſoluitur? Quid fatebere illum depoſuiſſe, niſi quod nunquam exiuerit ſine armis? atqui huic nullam fidem forè adhibendam, cum loco, & tempore non coarctauerit, & falsũ incurrere,

Digitized by Google

rere, eſt *Doct. Angel. in l. Lucius, ff. de infam. in l. teſtium, C. de teſt. in l. ſi per alium, ff. ne quis eum qui, &c,* & vbiq; allegat itȧ tenere *Innocent. in cap cũ Eccleſia Sutrina, extra de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* iſta ergò temetaria aſſer-
11 tio, negatiuæ facit eum cẽſeri in lata culpa, & ratione temeritatis extra ordinem puniendum, ſecundum *Angel. in l. plagiis, C. ad l. Flau. de plag.* iunctis notatis in *l. lege Cornel. ff. de Sicar.* & quod non modò re-
12 pellantur teſtes expreſsè negatiuã dicentes; verum etiam & implicitam (vt in noſtro caſu) voluit *Innoc. in d. cap. cum Eccleſia, Specul. in tit. depoſ. §. 7. verſ. & verò, & Angel. in d. l. teſtium,* adeòq; verum eſt, vt omnis eius depoſitio collabatur, & ruat in præceps, *Corn. in conſ. 170. vol. 2. conſ. 135. volum. 4. & conſ. 132. volum. 1.* ſi
13 enim teſtis dictum reperiatur falſum in vno, præſumitur falſum in omnibus, *Maſcard. concluſ. 742. num. 22,* & fuſiſſimè in ſequenti *per tot.*

Sed iàm tempus eſt, vt cum hoſte inſolem prodeamus, ac pulnerem; vmbratilis quidem eſt; ſed laruatã hoſtis realis præſefert imaginem, & ſi figi, refigiq; non poterit, veritatis tamen iubar, & lumina abhorrens, fuget, & refuget. In tertium igitur Fiſci ſuppoſitum, nempè inquiſitorum receptationem, prò qua noſter Verrotta fuit condemnatus, calamũ perſtringere non pigeat, & circa hoc, teſtium perſonas, teſtium dicta, Regiam Audientiam; vt in initio polliciti ſumus, ſtatera appendamus.

14 Ad Primum, teſtes ſunt vltronei, ſunt viles, ſunt pauperes, ſunt inimici, ſunt infames. Sunt vltronei, quia licet expedita fuerit ad illos citatio, tamen intimata nõ fuit, vt fol. 4. & 5. & tali caſu non probate, cum videantur ſpontè deponere, & ſpontè ſe ingerere, voluit *Farinac. de teſtib. quæſt. 72. nu. 1. Guazzin. ad defenſ. reor. tom. 2. defenſ. 28 cap. 6. num. 7. Bart. in l. quæ omnia, §. 1. ff. de procur. & in l. poſt leg. ff. de his, quib. vt indign. Felin. poſt Abb. in cap. 2. num. 23. de teſt. Gaſp. Caball. milleloq 938. Marſ. in l. & liber.*
15 *num. 7. ff. de quæſt.* vbi ait, quod teſtis, qui ſpontè vadit ad teſtificandũ, debeat torqueri tanquàm ſuſpectus, idem voluit in *l. omnius. §. ſeruo qui vltrò, ff. eod. tit. Ludou. Roman. in conſ. 420. num. 3. Alex. conſ. 68. nu. 17. volum. 2. Rimin. ſen. Ceph. Bertran. & Decian.* quos vide apud *Maſcard. de probat. concluſ.* 1364. immò, quod tali caſu præſumantur
16 inimici, voluit *Marſ. in d. l. æmus, Panorm. in cap. cum R. de Moncorella, de accuſ. Bald. ſing. 144. & Petr. Rebuff. in tract. de teſt. artic. 1. gloſ. 4. num. 21.* nec etiam ſufficere, ſi domi citarẽtur, tenuit *Farinac. in d. tract. quæſt. 76. num. 141. Guazzin. loc cit.* quin etiam cita-
17 tus, & non allegans priuilegiũ, quod forſitan habet, dicitur ſpontè deponere, *Bald. in l. libertorum,* & ibi *Salyc. num. 4. de teſtibus, Gratian. diſcept. 227. num. 22. Guazzin. ibidem num. 4.* latè *Decian. reſponſ. 48. num. 16. Caſtrenſ. in l. 2 de iud.* & alij apud *Guazz.* præſertim verò *Surd. conſ. 132. num. 28. volum. 1.* Subdens (vt refert ille) quod ſpontè diceretur depoſuiſſe, quàmuis Notarius aſſereret (teſtis iuratus, monitus, &c) Nec
18 dixeris teſtes, qui repeſiuntur in iudicio præſumi citatos, at per *Felin. in cap. 2. de teſtib.* hoc enim declarandum eſt, vt procedat quando teſtes veniunt de longinquo, ſecus ſi manerent in loco, in quo examinantur, vt in caſu noſtro; omnes enim ſunt à Planella, & Planellæ examinantur, vt in *rubrica* eorum depoſitionis, *Butr. in cap. 1. de iud.* quem ſequitur *Alexand. in l. de vnoquoque, col. 2 ff. de iud. Roman. & Iaſ.* apud *Maſcard. concluſ. 1364. num. 70.* nec conſuetudo in contrariũ valeret, cum per hanc introduci non poſſit, ſicuti nec etiam per Principem, per infra dicenda, vt inimici, quales iſtos eſſe innuimus, ſtetur teſtimonio.

19 Sunt viles, & plebei, vt ex ipſorummet depoſitione in principio fatentur enim eſſe laboratores, & agricultores; hos autẽ à teſtimonio repelli tanquàm ſuſpicione non carentes, teſtatur *concl. 1357. num. 36.* & exemplificat in artificibus ignobilibus, & obſcuris, allegat *l. ob carmen, §. 1. ff. de teſt. Iaſ. in l. cunctos populos, num. 47. in 2. lect. C. de sũma Trini. & fide cathol.* & nonnullos alios, ego autem id ſolùm (vt ex animo loquar) non ſufficere arbitrarer, ſed iunctis alijs, vt in re noſtra, arbitrarer certiſſimè.

20 Sunt pauperes, viuũt enim proprijs laboribus, vt dicunt ibidem, & iſtos reijci, & præſertim in cauſis criminalibus dicit *Maſcard. concluſ. 1364. num. 37.* refert *Butr. in cap ſi quis, de teſtib. Socc. reg. 289. fall. 2.* aſſerentem eſſe communem opinionẽ *Alex. in conſ. 237. vol. 6. Soccin. conſ. 17. vol. 1. Marſ. Campeg. Crot. Rebuff. Aufrer et alijs apud eundem;* benè verum eſt, quod in hoc multũ inter ſe digladiantur DD. vt videre eſt apud *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu 96.* qui *num.* 8. concludit teſtem pauperem ſuſpectum eſſe, maximè quando alius concurrit defectus, ex doctrina *Crau. in conſ. 249. num. 11. Aret. conſ. 14. num. 16. Dec. conſ. 311. num. 5. & Soccin. iun. conſ. penult. num. 38. libr. 2.* ſed clarior, & in puncto pro me facit

cit

cit doctrina *Bart.* quam refert *Aufrer. in*
*tract. de teſtib. nu.*78. videlicet; quod quàm-
uis etiam in criminali pauper non repel-
latur, ſi eſt perſona honeſta, ſed poteſt tor-
queri, maximè ſi vacillat; ſubdit tamen,
quod non tantùm creditur ei in crimina-
libus, ſicut in alijs, & addit, quod ſi ſpon-
21 tè ſe offert (vti ſe iſti obtulerũt) nihil eis
creditur, per *text. in §. ſi verò ignoti, verſ. fe-*
*ſtinantes, in Auth. de teſtib.*

Eſt inimicus primus teſtis Ioannes Ber-
nardinus Piſcia, de quo ſupra conqueſti
ſumus, vt deponũt teſtes omnes ad repul-
ſam ſuper 6. ſol. 21. 22. & 23. Inimici au-
tem teſtimonium repelli, etiam in cauſis
arbitrarijs, priuilegiatis, læſæ Maieſtatis,
ſimoniæ, hæreſis, certiſſimùm eſt; & cùm
de iure gentiũ arceatur, nec etiam Prin-
ceps facere poteſt, vt inimici teſtimoniũ
recipiatur; nec ſemiplenè probat, etiam
ſi ſit inimicus præſumptus, etiam ſi inimi-
citia non ſit publica, ſed ignoretur, etiam
ſi ſit recõciliatus, etiam ſi ex cauſa minus
probabili hæc inimicitia proueniat, &
etiam ſi deponat in mortis articulo, vt vi-
dere eſt apud *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1.*
*caſu 28. per totum, & Maſcard. concluſ. 900. per*
*totam*, apud quos ad nauſeam vſquè repe-
22 ries DD. hæc firmantes. Nec negotium
faceſſere videtur, quod iſta inimicitia ha-
buerit ortum ex lite inter eos, ac propte-
reà videndum ſit, an hæc ſit capitalis, vel
capitali æquiparetur, nàm hoc procede-
ret quando ex lite vellemus probare ini-
micitiam, non autem quãdo probamus
inimicitiam propter litem, probata enim
23 inimicitia non curamus an cauſa ſit pro-
babilis, nec nè, vt ſupra innuimus, *text. eſt,*
& ibi *Butr. in cap. vnius, il ſecondo, de ſponſalib.*
*Alex. conſ. 99. lib. 1. nu. 3. Iaſ. in l. ſi filiam, nu. 1.*
*C. de inoff. teſtam. Bald. Alex. Rip. Pariſ. Gram-*
*mat. & Roland. à Valle*, penès *Menoch. loc. cit.*
*num. 9.* multi enim ſunt, qui propter quæq;
leuia grauitèr iraſcuntur, teſte experien-
tia, ſed grauem eſſe litem inter eos teſta-
tur ipſamet inimicitia; hæc autem (nè
quid omittamus) durare præſumitur, niſi
contrarium probetur, *Bald. in l. non ignora-*
*bit, num. 5. C. ad exhibend. & in conſ. 176. nu. 3.*
*vol. 1. Anchar conſ. 246. num. 4. & Maſcard. de*
24 *probat. concl. 899. num. 23.* & comprobatur
inimicitia, nec probat eo magis, quod nõ
citatus ſubiecit ſe examini, vt in terminis
noſtris *Gratian. diſcept. 525. num. 29.* allegat
*Decian. in praxi par. 1. lib. 3.* poſt *Abb. Cardin.*
*& alios in d. cap. cum P. Monconella.* Huic
quippè teſti ex alio capite nullam fidem
fore adhibendam cur non ſtatuimus? cũ
enim nullus in proceſſu adſit apertus de-
nunciator, vel accuſator, iſte tanquàm
primus teſtis examinatus habetur pro de-
25 nunciatore, vt firmat *Dec. reſponſ. 93. ſub*
*nu. 125. vol. 2.* & ideò tanquàm denuncia-
tor non probat, vt exclamat contra Iudi-
26 ces aliter facientes, *Bertazzol. conſ. 151.*
*num 103. vol. 2. Guazzin. ad defenſ. reor. tom. 2.*
*defenſ 29. cap. 19.*

Eſt infamis Andreas Giſimundi ſecun-
dus teſtis; omnes enim teſtes ad repulsã
ſuper 5. fol. eiſdem, deponunt per hæc ver-
ba: *Sà, che Andrea di Giſmondo ſi fece dare*
*30. carlini da' PP. di S. Franceſco da Paola con*
*dire, che voleua loro far trouare un Teſoro, e ne*
*fù carcerato ad inſtãza di detti PP. l'haue fat-*
*to ancora con molte perſone di Pianella, & al-*
*tri luoghi, e ſono reſtati tutti gabbati.* Quid
igitur Sicophantæ huic, Verſipelli, Fedi-
frago dabimus fidem? forſitan vnum, vel
duos decepit? nonne nõ interuenit dece-
ptio, & pro deceptione cauſa infamis, &
vituperoſa? Quid aliud agunt Theſauri
inuentores, quam Dæmones inuocare? cũ
quonam familiariùs vtuntur, quam cum
Dæmone? & familiarium Dæmonis men-
daciorum patris teſtimonium nos ſuade-
bit ad condemnandum? Infamis eſt er-
gò tanquàm Sicophanta, & deceptor, tan-
quàm pro hoc carceratus, tanquàm præ-
ſumptus Dæmonis familiaris. Hoc poſito
ſi quis velit concedere, quod talia com-
mittẽs, ſit infamis ipſo iure, nihil diutiùs
foret nobis laborandum, vt concludamus
omninò repelli; dato autem, quod tantũ
ſit infamis, infamia facti adhùc mihi ne-
gare non poterit, quid repellatur, cum
enim in cauſis criminalibus requirantur
27 teſtes omni exceptione maiores, & pro-
bationes luce meridiana clariores, *l. ſciant*
*cuncti, C. de probat.* nullo modo probabunt,
vt per *Maſcard. concluſ. 1362. nu. 65.* qui am-
pliat *num. ſequenti*, etiam in cauſa ciuili ar-
28 dua, immò & in alijs non arduis, licet ta-
les teſtes admittantur multum tamen eo-
rum fidei detrahitur, vt voluit *Bart. poſt*
*Gloſ. in l. 3. §. duo autem, ff. de Carbon. edict. &*
*in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide*
*cathol. Maſcard. d. concluſ nu. 59.* dicere nam-
29 que teſtimonium eſt, quid dignitatis ge-
neroſæ, vt inquit *text. in cap. præcept. 27. q. 5.*
30 quæ autem ſunt dignitatis, ſunt omninò
præcluſa infamibus, *l. 1. C. de infam. lib. 12.*
quid enim expectabimus à crimininoſis niſi
crimina? ſolitus mentiri, & fidem frange-
re, quid aliud aget, quam mentiri, & fi-
dem effringere tanquàm ſibi odioſam?
31 homo deniquè malæ vitæ erit teſtis ido-
neus?

Digitized by Google

neus ? certè non ; *cap. licet, de foro compet.*
*cap. inſuper, de teſtib, cap. teſtium, eod. tit. & Alber. de Maler. in tract. de teſtib. par. 2. num. 16.*
poſt longam verborum ſeriem hæc verba
effudit ( & breuitèr ex prædictis conclu-
32 dite, quod infamis infamia facti repelli-
tur in criminali, in ciuili admittitur, ſed
fides diminuitur) ità etiam firmant *Crot.*
*de teſtib. Iaſ. Bald. Felin. Aufrer.* apud *Ma-*
*ſcard. d. concluſ. num. 59.*

Si quis autem objiceret, quod crimen
receptationis ſit difficilis probationis, &
quod quando veritas alitèr haberi non
poteſt, tales teſtes admittãtur, facilis erit
33 reſponſio, nàm ad hoc vt crimen dicatur,
difficilis probationis, & quod veritas ali-
tèr haberi non poſſit, rrquiritur, quod ha-
beri nõ poſſit, nec habitu, nec actu, vt tra-
dit *Specul. in tit. de teſtib. §. 1. verſ. item quod*
*eſt ſeruus*, & ibi *Io. Andr. Alb. in tract. de te-*
*ſtib. Lancellott. Campeg.* & alij apud *Maſcard.*
*concluſ.* 1364. *num.* 18. innumeri etiam apud
eundem in *concluſ.* 1365. *num.* 9. in caſu au-
tem noſtro, & ſi velimus concedere, quod
habitu haberi non poſſint, actu tamen
haberi poterant; omnes enim Fiſci teſtes
deponunt, quod allocutio fuerit de die in
platea, vbi nos per teſtes ad repulsã pro-
bauimus ſuper ſeptimo ſemper multam
gentem commorari, & ex platea ad do-
mum etiam de die traductionem depo-
nunt ijdem Fiſci teſtes. Dato autem, quod
34 nec habitu, nec actu, alitèr veritas haberi
potuiſſet, tùnc & eo caſu neq; tales ſine
tortura admittendos eſſe, voluit *Bart. in l.*
*Caſſ. ff. de Sen. & in d. l. cunctos populos*, vbi
*Iaſ. num. 69. Grammat. conſ. 35. nu. 58. conſ. 58.*
*num. 3. & 4. & conſ. vlt. in fine, Menoch. de arb.*
*quæſt. 27. num. 7. conſ.* 101. & alij apud *Maſc.*
*d. concl. 1363. num. 52. & 70.*

Tertius teſtis eſt pręſumptiuè falſarius,
35 nàm quando in proceſſu reperitur vnus
teſtis falſus, vel duo, alij etiam præſumun-
tur falſi, ità *Guazz. defenſ. 28. cap. 13. nu. 17.*
*Menoch. de præſumpt. par. 2. lib. 5.* & alij apud
illum, latiſſimè *Maſcard. concl. 742. per tot.*
qui innumeros id firmantes adducit.

Sed iàm ſatis, ſuperq; teſtium perſonas
ſauciauimus ; omnes enim vltroneos, vi-
les, pauperrs oſtendimus, tres ex tribus
tantummodò inimicum vnum, alterum
infamem, alterum falſarium demonſtra-
uimus, reſtat vt illiorũ dicta vulneremus,
vel pro nobis facere contendamus : feſti-
nemus igitur.

Ad Secundum. Hùc vos expectabam ò
teſtes. Deponit primus teſtis de recepta-
tione Cecchini, ſed deponit de illa ante
criminum abolitionem, vt ex illis verbis
ſequentibus *(e dopò li rumori, e fatta la pace)*.
*fol. 5. in pede.* Deponit de receptatione Io-
uini, & eſt ſingularis, & inſimul cõtrarius
Martino Martinetti, vt in illius depoſitio-
ne dicemus: immò, & repetitus ad die fol.
16. à ter. prima enim vice dixerat, ꝙ vide-
36 rat alloqui in platea, nec aliquid aliud vi-
diſſe, poſteà verò dicit veſperam verſua
vidiſſe receptare, & in hoc caſu nihil pro-
bat, vt voluit *Tynd. in tract. de teſt. cap. 8. nu. 4.*
*& ſeq.* qui enim in prima depoſitione di-
cit ſe vnũ ſcire, & non plus, vel nihil aliud
ſcire, tali caſu ſi poſtmodùm diceret, eſt
falſarius, quia hæc dicta ſunt incompaſſi-
bilia, nec poteſt teſtis labilem memoriã,
vel aliud quid allegare, poſtquàm illa fuit
aſſertiua loquutio, & negat vlteriorem co-
gnitionem, adde *Foller. in verbo capiat in-*
*formationem, num. 60.*

Andreas Giſimundi deponit de recep-
tione Cecchini, ſed etiam ante dictã abo-
litionem ; nullum verbũ facit de recepta-
tione Ionini, deponit, quod ad domum
duxerit Dominicum de Capraria, quem
vocat ſub nomine (Mencuccio) addit ve-
rò in repetitione, quod permanſerint illa
nocte in domo inquiſiti, ſicq; militat ra-
tio falſitatis, de qua ſupra.

Martinus Martinetta deponit de recep-
tatione Cecchini cum 20. circiter ſocijs,
alij autem deponunt de 30. examinatur
die 17. Martij 1650. & dicit, quod fuerit
hoc circa annum cum dimidio à tùnc re-
tro elapſum, & ſic relinquendo quæſtio-
nem illam, an teſtis deponens per ver-
bum (in circa) probet in hoc caſu, quia
dicerem non probare, cum tempus ſit de
ſubſtantia in caſu noſtro, nec enim præſu-
mendum quem ſemper fuiſſe inquiſitum,
debeatq; probari tempus inquiſitionis ad
videndum, an receptatio fuerit ante illã,
vel poſt, & fuſiùs oſtenderem, ſi per otium
liceret, dicimus omninò iſtius teſtis de-
poſitionem eſſe reducendam ad concor-
diam cum dictis aliorum, qui deponunt
ante dictam abolitionem, ſi enim ad Fi-
ſci inſtantiam quantum fieri poteſt ad il-
lam reducendi ſunt, quantò magis ad de-
lictum excludendum? nemo enim, qui ne-
37 ſciat, quam fauorabilior ſit excluſio, quã
incluſio delicti, vt innumeri apud *Guaz-*
*zin. defenſ. 29. cap. 19. num. 2.* qui dicit debe-
re fieri interpretationem, vt interpretatio
excluſiua delicti, delicti probationẽ con-
fundat, ſatiùs enim eſt nocentẽ abſolue-
re, quam innocentẽ condemnare. Subdit,
quod aliqui Cecchini ſocij fuerint à Ver-



Digitized by Google

rotta receptati, alij autem dicunt, quod
omnes, & quàmuis nec in re hac, quis ve-
lit contendere eſſe varietatem, vel non
eſſe de ſubſtantia, tamen negare non auſit
quin multum ſit fidei teſtis eripiendum.
Dicit ante Paſcha de menſe Februarij vi-
diſſe colloquentes Iouinum, & Verrottam
fol. 7. à ter. & ità non concordat cum pri-
mo, ille namq; deponit de tempore æſti-
uo fol. 5. à ter. de menſe autem Februarij
in Prouincijs Aprutij non modo non eſt
æſtas, neq; ver, ſed ſeuit, & fuerit hyems, at
38 teſtes deponentes de diuerſo tẽpore ſunt
ſingulares, *Aym. conſ. 153. num. 12. Alexand.*
*conſ. 156. nu. 1. lib. 1. Bald. conſ. 29. lib. 3. Caſtr.*
*conſ. 137. lib. 2. Soccin. conſ. 59. lib. 4.* Inſuper
ille de receptatione hic de colloquio tan-
tùm, ille de octo, & decem ſocijs, hic de
tribus, & quatuor tantummodò. Deponit
de colloquio tantùm cum Dominico, ſe-
cundus autem teſtis de receptatione, &
ità non probant, nec colloquium, nec re-
ceptationem, remanet igitur depoſita re-
ceptatio Mencucij tantùm per ſecundum
teſtem infamem, & receptatio Iouini per
primum tantummodò teſtem inimicum,
hic enim deponit de colloquio tantùm
39 cum vtroque; immò quod colloquium
non ſit prohibitum cum bannitis, probat
*Dom. Eliſeus Danza d tract. tom. 1. de recept.*
*cap. 1. num. 10.* tùm quia *pragmat.* non in-
cludit alloquentes, ſed auxilium dantes;
40 auxilium autem debet eſſe cooperatiuũ
ad illum abſcondendum; idem *num. 61.*
tùm quia poteſt eſſe ad alium bonum fi-
nem, vt *Theodor. alleg. 97. num. 12.* nempè
ex cauſa concordiæ cum Regia Curia,
ſiuè emendatione, &c.

Quid dixeris in tanta teſtium varieta-
te, ſingularitate, contradictione? nonne
probabunt, & pro infligenda pœna trire-
mium, & ducatorum ſex mille quanti ferè
non æſtimatur totum Oppidum Planellæ?
41 Et quanquam ex *pragmat.* ſufficiat etiam
ſi tres inquiſiti deponãt in tortura ſe eſſe
receptatos etiã diuerſis temporibus, hoc
ideò eſt, quia deponunt circa factum pro-
prium, per ea, quæ dicit *Maſcard. concluſ.*
*1362. num. 51.* nos autem agimus circa di-
uerſa.

Sed quidquod inueriſimilia, & contra-
ria naturæ deponunt? nonne eſt veriſimi-
le inimicum receptaſſe inimicum, contra
quem ſemper cogitare mala, & iura lo-
quuntur, & docet experiẽtia? atqui nonne
Iouinus, & Dominicus non ſunt inimici
Verrottæ? nonne inimicitia non eſt capi-
talis? ità deponunt teſtes ad repulſam
ſuper 4. fol. 21. à ter. fol. 22. à ter. fol. 24.
reddunt autem cauſam ſciẽtiæ, quia Cec-
chinus Verrottæ affinis in primo, & ſecũ-
do gradu eſt capitalis inimicus dictorũ
Dominici, & Iouini, immò & hoc caſu
42 præſumi inimicitiã inter eos, eſt *text. in l.*
*liberi, vbi Bal. C. de inoff. teſtam. l. 2. §. cum pa-*
*tronus, ff. de officio Præfecti Vrbis. vbi Gloſa in*
*verbo cum inimicis, Gloſ. in cap. cum inimicus,*
*in verbo nolite, el ſecondo, diſt. 93.* hinc dice-
bat *Bald. in l. 1. col. 3. num. 33. ff. de rer. diuiſ.*
43 quod ſi vaſſallus fecerit parentelam cum
inimico domini, dicitur proditor, quem
ſequitur *Marſ.* apud *Maſcard. concluſ.* 899.
teſtis verò non veriſimilia deponens, non
probat, & eſt de falſo ſuſpectus, quia enim
non eſt veriſimile, nec credibile, nec con-
ſiderabile eſt; nàm veriſimilitudo eſt co-
44 gnata naturæ; inueriſimilitudo autem
naturæ aduerſatur, & falſitatis habet ima-
ginem, *l. ob carmen, §. fin. ff. de teſt. cap. quia*
*veriſimile,* & ibi *Abb. & Felin. extra de præ-*
*ſumpt. Iaſ. Marſ. Dec. Boſſ. Crau. Curt. iun.*
*Port. Soccin. Ruin. Rimin. Natta, Bero. Corn.*
*Tiraq. & alij plerique;* apud *Maſcard. concluſ.*
*1370. nu. 1. vſq; ad 5.* & quod teſtes depo-
45 nentes ſuper nõ veriſimili debeant opti-
mè concludere, & eſſe omni maiores ex-
ceptione, *text. eſt in l. fin. in princ. ff. quod me-*
*tus cauſa l. ſi extraneus, ff. de cond. ob turp. cauſ.*
*Dec. Felin. Curt. iun. Tiraq. & alij,* apud *Ma-*
*ſcard. concluſ. præd. num. 9.* & ſi verum, proùt
46 veriſſimùm eſt, quod innocentia probe-
tur per præſumptiones, vt docuit *Gloſ. in*
*l. 1. in verbo non occidendi, C. de Sicar. Bart. in*
*l. vlt. §. vlt. num. 2. ff. de bon. eorum, qui. Cæpolla*
*in conſ. crim. 1. & conſ. ciuili 6. Marſ. in conſ.*
*51. num. 47. Crauett. conſ. 119. num. 9.* nonne
maximam non habemus præſumptionem
pro Verrottæ innocentia? contra teſtium
dicta; contra teſtium perſonas tanquàm
47 de falſo ſuſpectas, tanquàm inueriſimilia
deponentes? quam iure conqueritur *Con-*
*ſtant. Pap. in tract. de præemin. & arbitrio M. C.*
*cap. 4. num. 41.* paucos eſſe proceſſus crimi-
48 nales, in quibus falſitates non reperian-
tur, & *Mauſ. in tract. de contraban. quæſt. 16.*
*nu. 30.* dicẽs, quod aliqui teſtes ſunt omni
exceptione peſſimi, quod quandoq; ſunt
ſuppoſiti, quandoq; ſimulati, & quandoq;
mortui loquuntur. Nunc etiam intelligo
cur in calce citationis ad teſtes in noſtro
proceſſu adſint deſcripti treſdecim teſtes,
& tres tantummodò ſine examinati, nem-
pè quia cæteri decem dicere noluerunt,
quod illæſa conſcientia dicere non pote-
rant, non vtiquè fuit, quia forſan Regia
Audientia haberet, quod quærebat, ſed

ideò

ideò fuit,quia quod querebar ab alijs de-
cem habere non potuir. Pro Verrotta
etiam facere videtur, quod Dominicus
præſumptum receptatus fuerit à Regia
Audientia tortus ad ſciendum receptato-
res, vt ex decreto, quod ipſamet Regia
Audiẽtia in noſtro proceſſu adduxit nul-
li aurem apparer, quod confeſſus ſit ſe à
Verrotta, receptatum; ſique hoc ſignum
habeat veriſimilis innocentiæ, quam de-
fendimus DD. Iudicũ arbitrio relinqui-
mus perpendendum.

Poſito autẽ, quod reſtes ſint omni ex-
ceptione maiores tàm in perſona, quàm
depoſitionibus, quid deniquè conclude-
rent? forſitan concludunt Verrottam re-
ceptaſſe inquiſitos? minimè procul du-
bio, ſed diſtant ab hoc probando toto
Cœlo,totaq; Terra,dicunt enim receptaſ-
ſe inquiſitos per hæc verba *(Cecchino della
Montagna, Iouino, Mencuccio della Caprara)*
vbi cognomina? Cecchinus eſt nomen
diminutũ à Franciſco,Mencuccius à Do-
minico; ergo tantummodò vnus Cecchi-
nus, ideſt vnus Franciſcus erit in Monta-
nea? & à qua Montanea? à Montanea
Vallis Caſtellanæ, à Montanea communis
Roiani,à Montanea Ciuitellæ,vel à Mon-
tanea Campli? quotquot enim homines
sũt de dictis locis,omnes dicũtur à Mon-
tanea, ſed Montaneæ particularis nomi-
nis: ergo vnus tantũmodò erit Mencuc-
cius,ideſt Dominicus,vnus tantummodò
Iouinus in Terra Caprariæ? Nec officit
illud additũ *(Caporale)* hoc enim in bo-
num, non in malũ ſumendum eſt, ni con-
trarium quis probauerit, nec illud iden-
titatem perſonæ demonſtrabit; aderunt
ſexcentum caporales Cecchini in dictis
Montaneis, ſexcentum Iouini,ſexcentum
Mencuccij in Terra Caprariꝫ; non eſt hic
49 vtiq; modus probandi identitatem per-
ſonæ, ſed per nomen, & cognomen, *l.de-
monſtratio falſa,ff.de condit.& demonſtr. Crau.
conſ.169. poſt num.2. Mattheſ. in l.1. num.3.*
50 *C.ſi vnus ex plurib.*& quando adeſſent plu-
res eiuſdem nominis, non ſufficit conſta-
re de nomine, & cognomine, ſed debet
probari illos eſſe eoſdẽ, qui deſcripti re-
periuntur,veluti in inſtrumento,vel alia
ſcriptura, *Dec.Card.Abb.* & alij apud *Ma-
ſcard.concl.*875.*num.*2. ſed ad validiora de-
ſcendamus. Quomodò nàm probant il-
los eſſe inquiſitos Regiæ Audientiæ? for-
ſitan quia dicunt, quod ità publicè dice-
batur? At quid refert publicè dici, ſi va-
nus erat populi rumor? quid aliud habe-
mus circa Cecchinum,& Iouinum, quàm
hoc? & circa Mencuccium quid aliud ha-
bemus quam decretum,quod ſuſpẽdatur?
cum autem hoc latum ſit die 19. Aprelis,
& receptatio dicatur de menſe Februarij
nonne non poterat indè delinquere? vale-
bit ergo huius enthimematis concluſio,
fuit ſuſpẽſus de menſe Aprelis: ergo erat
inquiſitus de menſe Februarij? & tali ca-
ſu cum non ſint inquiſiti, nec etiam ſuffi-
ceret, ſi ipſemet Verrotta fateretur ſcire
51 eſſe inquiſitos, non enim attenditur opi-
nio receptãtis, nec communis reputatio,
ſed veritas rei, ità *Farinac. Vulpell. Cepoll.
Caſtrenſ. Bart. Alex. Dec. Aym. Menoch.* &
alij apud *Gratian.diſcept.*638.*num.*9. qui lo-
quitur in caſu fortiori,nempè quando re-
ceptatus erat non ſolùm inquiſitus, ſed
etiam bannitus; nullitèr verò,& quod nec
52 etiam tali caſu puniatur receptãs ſaltem
ratione contemptus Iudicis tanquàm ac-
ceſſorij,quem dicit non poſſe conſiderari
cum non adſit principale,allegat *text.in l.
qui liberis,de vulg.& pupill. Dec.in l.cum prin-
cip. ff.de regul.iur. Surd.conſ.*93.*num.*1.*lib* 1.
ſed vide latiùs per eum in *d.diſcept.per tot.*

Poſito autẽ,quòd fuiſſent verè inquiſi-
53 ti nonne ad puniendum,quem de talium
receptatione non requiritur ſcientia?
equidèm ità *Burſat.conſ.*318.*nu.*10.*& conſ.*
331.*num.*3. *Addentes ad Bertazz.conſ.crimin.*
126.*lit.B.* immò quando quis conuenitur,
vt receptator neceſsè eſt, vt hæc ſcientia
articuletur, & probetur? *Bald. in l.omnes,
C.de agr.& cenſ.lib.*11. *Angel.in l.*1.*C.de nil.
ager.non rump. Clau. Bertaz.* ibidem, & eſt
communis opinio. Dicetur autem quis
ſcire per vanum Populi rumorem? & ſi
per famam ſcire ſufficere dicamus, quod
nolim in dubiũ reuocare pro nùnc, eſt nè
benè probata fama in caſu noſtro? quid
aliud dicunt teſtes,quàm audiuiſſe publi-
cè dici? Subdunt nè quod etiam audie-
rint dici à maiori populi parte? ità pro-
54 fectò neceſsè erat, quod deponerent ad
famam probandam, *Corn. in conſ.*127. *col.
fin.lib.*4. *Dec.in conſ.*210. *Crau.conſ.*41.*n.*50.
*Alex.conſ.*70.*num.*7.*vol.*3. *Iaſ.conſ.*78.*nu.*2.
*vol.*3. *Soccin.iunior conſ.*69.*nu.*19 *vol.*1. *Ber-
tran.conſ.*184 *num.*15.*&* 16.*& conſ.*126.*nu.*7.
*vol.*7. *Pariſ.conſ.*27.*num.*37.*volum.*7. *Barbat.
conſ.*90.*num.*14.*vol.*4. nàm ſi teſtis deponit,
quod publicè dici audiuerit, famam non
probat; poſſet enim eſſe, quòd vnus ſolus
id publicè dixerit,vt ex adductis per *Dec.
in conſ.*57.*ſub num.*24. *Angel.in l.*3. *ff ad Ma-
cedon. Alex. conſ.*25. *vol.*4.*& conſ.*70. *vol.*3.
probat *Maſcard.concluſ.*749.*num.*2.

Sed ponamus etiam, quod fuiſſet fama

55 optimè probata, poterat nè puniri Ver-
rotta pœna ordinaria? non vtiquè, ità
*Menoch de arbitr. lib. 2. caſu* 348. *num.* 15. di-
cens, tali caſu non puniri pœna corpora-
li, ſed alia mitiori Iudicis arbitrio, & in-
fert ad Statuta, & Conſtitutiones recepta-
tores punientes, intelligi enim debent,
(dicit ipſe) cum plena eſt ſcientia, aliàs ſi
erit ſcientia per ſolam famam, ſolùm Iu-
dicis arbitrio punietur.

Et deniquè ponamus, quod Verrotta
non modò per famam, verum etiam cer-
tiſſimè ſciuerit illos eſſe inquiſitos, nun-
quid propter hoc puniendum ſtatuemus?
negamus omninò, & ſi de Cecchino lo-
55 quamur res omni vacat difficultate, rece-
ptans enim etiam bannitum ſibi coniun-
ctum excuſatur, *l fin. de receptatoribus*, iuſti-
tia enim cedit pietati, & verba banni ſunt
potiùs poſita ad terrorem; nec natura
57 ſuffert, vt is offendat eum, quē defende-
re tenetur, ità ex *Capiblanc. Baiard. ad Clar.
Mangrell. Rouit. Farin. Grammat. & de Ponte*,
concludit *Dom. Eliſeus Danza in d. tit. de
recept. à num.* 42. *vſque ad* 48. hac etiam opi-
nione exploſa, adhùc omninò negamus,
erant enim iſti tales publicè tolerati, vt
videre eſt in dictiſmet pro Fiſco depoſi-
tionibus; omnes enim dicunt, quod iſti
morabātur in platea, quod autem in pla-
teà fit, & de die, publicè fieri dicitur; ſi er-
go tolerabat Superior Planellæ, vt quid
Verrotta vitate tenebatur? poſito quod
non vitauerit, non vitaſſe apertiſſimum
eſt, quia nemo vitabat: credideris forſan
tantummodò cum Verrotta illos fuiſſe
allocutos, & ſi ſepè ſępiùs acceſſerunt ad
Oppidum Planellæ, ſemper à Verrotta
fuiſſe receptatos? credideris forſan non
potuiſſe à Planella expelli, ſi iuerunt etiā
non armati? ità ſecundus teſtis ad repul-
ſam fol. 21. à ter. in illis verbis: *(ſono ve-
nuti à Pianella, e molte volte l'ho viſti armati)*
ergo iuerunt, & non armati, ſed ſi non po-
tuiſſent expelli pœnam receptator non
mereretur, metus enim, & vis omnem ex-
cludit conſenſum, ità DD. omnes in hac
materia ſcribentes. Dixeris forſan ad Su-
perioris aures nō perueniſſe? & tantæ ne-
gligentiæ illum accuſabimus? eſt nè ma-
gna Vrbs eſt nè, Roma, Planella, equidèm
ſunt ibi non centū domus, ſed caſæ. Be-
ne igitur negauimus forè puniendum,
cùm ſit toleratus, præter enim quā quod
ex iſta tolerantia non præſumatur in re-
ceptante animus delinquentes occultan-
di à Iudicis oculis cum illi paterēt, & re-
quiri, vt receptator puniatur, quod malo
58 animo, & dolo recipiat, vt abſcōdat à Iu-
dice, voluerint *text. in l. 1. & 2. de receptat.
l. congruit, ff. de off. Præſid. l. fin. C. de his, qui la-
trones occultauerunt, Borſatt. conſ.* 318. *nu.* 10.
*Claud ad Bertaz. loc. cit. idem ad eundem con-
ſil.* 98. *lit. A.* & alij pleriq; apud ipſum, ta-
men in caſu noſtro habemus Patronos,
*Marſ. in pract. crimin. § agred. num.* 28. *& ſin-
gul.* 77. *Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.* 31. *num.* 11.
*Rouit. ad pragmat.* 1. *de recept. num.* 4. *Baiard.
ad Clar. quæſt* 90. *num.* 50. & in terminis ter-
minantibus facit pro Verrotta *Foller. in
pract. crim. in verbo banniantur, nu.* 14. vbi di-
cens ad pœnam non teneri receptantem
59 bannitū toleratum à Superiore in Ciui-
tate, ſubdit hæc verba: *Et hoc puto procede-
re ſiuè eſſet Superior, qui banniuit, ſiuè Superior
ipſius receptatoris*, & quàmuis DD. omnes
concluderent contra illud, quod conclu-
dunt, nempè receptantem bannitum à Su-
periore toleratum eſſe plectendū, tamen
concluſio illa deberet procedere tantùm
receptante bannitum, non autem inquiſi-
tum, quem eſſe talem tantùm publica per-
60 ſona, & fama, cùm enim iſta ſępè fallax ſit
rumor, *Paul. in l. vlt. ff. de hæred. inſtit. & Ma-
ſcard. concluſ.* 11. *num.* 7. Mendoſam enim
eam in *Aetna*, & incredibilem *in* 3. *Aeneid.*
vocauit *Verg.* loquacem *Lucan. lib.* 8. incer-
tam *Ouid. in Epiſt. Deian.* improbam, *Valer.
Flac. lib.* 5. garrulam, *Senec. in Herc. fur.* vi-
tream, *Horat.* malignam, *Aurug.* verboſam,
*Text.* multò magis mendoſam, improbā,
& incredibilem iure putauit, cum ſuum
Superiorem illos perſequi non curare vi-
61 debat, cum enim malus animus pręſuma-
tur in Officiali, qui negligit incumbere
quibus debet, *l. reprehend. C. de inſtitut. &
62 ſubſtitut.* immò cenſeatur fautor inquiſiti,
cum illum carceribus mancipare poteſt,
non mancipat, *Farinac. deciſ.* 361. *num.* 12. &
& hoc cum ſit delictum, præſumi non de-
beat, ex *Vlpian. in l. meritò, ff. pro ſocio, Bur-
ſat. Menoch. Alciat. & alijs* apud *Maſcard.
concluſ.* 495. iure inquam putauit potiùs
illam mendacem exiſtimando, quàm
hunc improbum iudicando, cum tamen
ſemper bonus vir à lege Officialis appel-
letur. Iuſta itaq; cauſa ipſum ad incredu-
litatem induxit, imò etiam ſi tàm veriſi-
milis ad illam non induxiſſet, ſed minus,
non tamen foret puniēdus, quęlibet enim
63 ſicuti excuſat à dolo, ità à pęna, iuxtà *tex.
in l. igitur, ff de liber. cauſ. Dec. in l. qui alterius,
ff. de regulis iuris*, & hoc recipi etiam in Iu-
dicijs criminalibus, eſt *Gloſ. in l. plagij, C. ad
leg. Flau. de Plag. Cepolla, Soccin. & alij* apud
*Vrſill. ad Affl. deciſ.* 328. *num.* 4. accedit etiā
bona

bona fama Verrottæ, iàm probata per te-
ſtes ad repulſam ſuper primo; ſed faſti-
dientes DD. Iudicum aures me reuocant.

Ad Tertium, ad Audientiæ condẽnan-
tis, ſcilicet cenſuram, iſta enim animosè
ſe geſſit (cum reuerentia) ante ſententiã,
in ſententia, poſt ſententiam. Ante ſen-
tentiam; carceribus enim mãcipauit no-
ſtrum Verrottam, & cum nulla contra iſtũ
foret capta informatio per nouem men-
ſes ad Commiſſarium tranſmittendum,
pro illa capienda protraxit, poſt verò ca-
ptam ſtetit per alios octo menſes ad cau-
ſam expediendam, vt videre fas eſt fol. 8.
à ter. Ergò carcer eſt bona manſio? non-
nè non eſt ſpecies ſeruitutis? nonnè non
64 iudicamus maiorem pœnam in carcere
ſtare, quam in publico quolibet opere la-
borare? de Iure Canonico, quæ maior pę-
na (loquimur de corporali) infligi poteſt
quam carcer? Cœcum illũ vocauit *Verg.*
ſqualidum, męſtum, *Ouid.* durum, *Manil.*
ſęuum, *Paup.* rigidum antrum, *Lud. Big.*
ferocem, *Sedul.* ingratũ, *Quint.* & horren-
dum, *Fauſt.* Hęc ergò celeritas cauſarum?
hæc eſt ſolertia, quam Iudex in illis expe-
pediẽdis adhibere tenetur? hoc eſt, quod
65 Iudex non debet eſſe facilis ad capturam
eorum, qui deferuntur? hoc eſt, quod te-
netur ex officio viſere carceratos, & ſi re-
pererit aliquem abſq; cauſa incluſum
tenetur ex officio dimittere? hoc eſt ne-
ſeruare terminos *legis properandum, C. de
iudic.* In ſententia animosè ſe geſſit (cum
reuerentiã) per omnia ea, quæ ſupra retu-
limus. Quid? erit amicus ille Iudex, qui
innocentem, & adeò liquidè innocentem
condemnauit? contra quẽ haud, ſed pro-
pter quem ipſimet Fiſci teſtes deponunt?
qui vocauit Verrottam in titulo ſenten-
tiæ receptatorem bannitorum, cũ tamen
nec vllum quidèm verbũ ſit in toto pro-
ceſſu, quod illi eſſent banniti, ſed tantùm
inquiſiti, cum maior requiratur excuſatio
in banniti, quam in inquiſiti receptatores
animosè ſe geſſit (cum reuerentia) poſt
ſententiam; ſimul ac enim fuit Verrottæ
intimata ſententia, appellauit, & de nulli-
tate dixit fol. 25. à ter. & 26. & tamen exe-
qutioni demandauit circa pœnam pe-
cuniariam exequendo, & quod acerbiùs
eſt etiam in bonis, etiam in veſtibus vxo-
ris Verrottæ, fallit nos forſan per prono-
cationem reduci cauſam ad terminos li-
tis conteſtatæ, & de ſententia nullam qui-
dèm rationem haberi, ac ſi non eſſet? Sed
neq; ſiſtunt hic grauamina (cum reuerẽ-
tiã) ab Audientia Verrottæ illata, nàm
cum fuiſſet illi mandatum per M. C. in-
ſtante Verrotta, quod Neapolim catena
deuinctum non trãſmitteret, ſed illic no-
mine dictæ M.C. retineret adhæc parere
non curauit, immò, & tùnc nõ tranſmiſit,
ſed ardente ſirio, quando nec etiam quis
citatus comparere tenetur, innitum illum
inuita M. C. traiecit; mirùm equidèm,
cur & viuorum enim legibus non obtem-
perare non timuit.

Hæc pro te faciunt Verrotta, quid ti-
mes, nè confirmationes illius ſententiæ,
quæ non habet lapidem iudicij angularẽ?
Times nè confirmationem illius ſenten-
tiæ, quam tua innocentia excludit? Times
nè confirmationem illius ſententiæ, quæ
nititur in depoſitione teſtium vltroneo-
rum, vilium, pauperum, inimicorum, infa-
mium, contraria, varia, & inuериſimilia
deponentium? Cui refragantur iura, ra-
tiones, authoritates? Quæ lata eſt à Iudi-
ce grauante (cum reuerentia) ante prola-
tionem, in prolatione, & poſt prolationẽ
illius? Quę reuidenda eſt à Iudicibus do-
ctiſſimis, prudentiſſimis, religioſiſſimis?
diſpeream, ni te velim condẽnare ad pœ-
nam extraordinariam ſi times; vnum tan-
tùm te excuſatione dignum faceret, nem-
pè quod longa carceris tabes te puſillani-
mem reddidit, quod per menſes viginti-
octo carceribus incluſus inter corporis
languores, inter animi perturbationes, ac
turbines non maneas in ſenſu, & tandèm
quod innocens fueris condemnatus, at
abſit hæc vereri à DD. Iudicibus M. C.
quotquot enim ſunt, tot legum lumina,
tot pietatis fontes exiſtunt.

Tandèm vos Religioſiſſimos M. C. Iu-
dices, vos, vos volo teſtes, quot à dicta Au-
dientia condemnatos, quot ſimulac cate-
na deuincti ad vos peruenerunt ex eiſdẽ
actis abſoluiſtis? Quoties amabo, con-
doluiſtis, & vt piorũ eſt illacrymati eſtis
tot erumnas, tot calamitates, tot lon-
giſſimas condemnatorum carcerationes,
cum illorum facultatum diſpendio, ſa-
lutis diſcrimine, contra quos nec tan-
tillum quidèm indicij laborare reperi-
ſtis? At nè videar irrepere in animoſita-
tem, quam reprehendo (omni tamen qua
decet reuerentia) cano receptui, & cala-
mum ſiſto.

*Dominicus de Rubeis à Roſeto.*

66 His pro me recitatis in Aula M.C. die
20. Februarij 1652. fuit interpoſitum de-
cretum tenoris ſequentis ad relationem
Iudicis Miconi.

*In cauſa*

*In cauſa Dominici Antonij Verrotte.*

Per M.C.V. viſis, videndis, & conſideratis de iure conſiderandis, fuit dictum, & decretum, quod pro homicidio ante Indultum præſtet cautionem iuxtà formam traditam, pro alijs verò liberetur in forma, talitèr reformando decretum Regiæ Audientiæ;

| | |
|---|---|
| *Burgos* | *Staibanus* |
| *Lopez* | *Portius* |
| *Boliaca* | *Allegria* |
| *Vaez* | *Zurulus* |
| *Confalonus* | *De Angelis* |
| *Miconus* | *Filiù* |

Penès Auguſtinum Puntium Scribam. In Banca Panzeræ.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ictum ſcoppictæ emiſiſſe, vel emictere iuſſiſſe paria ſunt.*
2 *Hiſtoria Vliſſis cum Aiace occiſo refertur.*
3 *Viſus exire ex domo cum gladio exiſtente occiſo pluribus vulneribus reperto operatur, vt animum Iudicis impellat ad credendum ipsū occidiſſe.*
4 *Actus ſubſequuti inferunt ad præcedentia.*
5 *Actus præſumitur in exequutionē præcedentis.*
6 *Actus quando ad alterius perfectionem tendit connexum præſumitur.*
7 *Captus in fragantia, debetur vt illicò pœnam luere debet.*
8 *Captus in fraganti crimine, quando dicatur.*
9 *Confeſſus, pro iudicato habetur.*
10 *Nil refert, an Iudex ſedeat, vel curſor dummodò ſit in actu iuſtitiam, & officium miniſtrandi, vel in itinere.*
11 *Confeſſio fieri poteſt, vel Iudice ſedente pro Tribunali, aut alibi ius redente.*
12 *Confeſſio legitima eſſe probatur per teſtes eam factam coràm Iudice fuiſſe.*
13 *Iuramentum reo deferri an debeat, ſi de facto ſine iuramento fateatur, vt puniri poſſit.*
14 *Confeſſio facta ſine interrogatione Iudicis, an valida ſit.*
15 *Ea, quæ quis in libello aſſerit, confiteri videtur tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus.*
16 *Confeſſio facta coràm pluribus probant, nàm per eam notorium inducitur.*
17 *Pœna ordinaria an locum habeat quando confeſſio extraiudicialis præcedit, & inditia eſſēt indubitata.*
18 *Confeſſio extraiudicialis veriſimilibus fulcita plenam probationem facit.*
19 *Diſpoſitioni* l. is, qui cum telo, C. ad l. Corneliam de Sicar. *an ſit derogatum de generali conſuetudine.*
20 *Voluntas in delictis non exitus inſpicitur.*
21 *Emittens ictum ſcoppicti, non tamen exploſo totalitèr, an puniri debeat pœna mortis.*
22 *Priuilegiatus ex armorum delatione, ſi cum illis præmeditatè delinquat, punitur etiam pœna delationis armorum, & quando hoc procedat, vel non, declaratur num. 23.*
24 Pragmat. 22. §. 2. de armis *ponderatur.*
25 *Cauſa conceſſionis priuilegij ceſſat, ea ceſſante vt non iuuetur priuilegio.*
26 *Diſpoſitio regulatur à ſua ratione.*
27 *Licentia conceſſa in detrimentum Reipublicæ non operatur.*
28 *Facultas aſportandi arma conceſſa, ſi illa abuteretur, non iuuat.*
29 Auth. de mand. Princip. in princ. *ponderatur.*
30 Text. in cap. volentes, §. idipſum, de priuileg. in 6. *explicatur.*
31 *Priuilegium iure ſpecialis conceſſum faciliùs ammictitur, quam iure communi quæſitum.*
32 *Deciſio cauſæ refertur.*

## ARGVMENTVM.

Homicidia cum ſclopò igneo, licet puniri debeat pœna mortis, an ſubſequuta remiſſione partis, eadem pœna puniri debeat, & qualitèr reſpectu immictentis ictum ſcoppicti, non tamen cōſumato ex impedimento, vel cauſa ſclopi nō alitèr immictentis.

## ALLEGATIO XXXV.

ANno 1636. die 13. Februarij, Manfredoniæ ante fores domus Fabritij N. præteriens Annibal de Florio ictu ſcoppictæ per mediū pectoris fuit traiectus; illicòq; ictu emiſſo Fabritius prædictus cum ſclopo, & tormento paruo vna cum alio ſocero extero itidem ſclopo, & duobus tormentis armato, domum ſuam exiuit, & cum tormento ictum in Annibalis pectus iàm lethalitèr vulnerati immittere fuit enixus. Verùm puluis interior non fuit accenſa; imperauit tùnc eius ſocio, quod in Annibalem alium, & ipſe proijceret ictum, attamen etſi ſocius

Fabritij

Fabritij iuſſionem toto conatu perficere
intenderet cū vno,& alio tormento,vtriq;
interiùs defuit ignis: tùnc verò Annuba-
le iàm ſeminiuo ad humum proiecto,vna
cum ſocio fugam Fabritius arripuit. Ve-
rùm cum Regius Gubernator ad clamo-
roſam patrati criminis vociferationem
occurriſſet, auxilium declamans delin-
quentes fuit inſequutus, apprehenditq;
tandem Fabritium in ipſa fuga ſclopo, &
tormento armarum, ſocius verò haud ali-
tèr capi potuit, quia cum armis, quæ de-
ferebat ſe audacter tutauit, & fugæ proſe-
quutione libertatem quæſiuit: interroga-
tuſq; illic Fabritius à Gubernatore, quā
ob cauſam Annibalem interemiſſet, im-
manè odium oſtendens, iuſtitiam magi-
ſtratumq; deſpiciens reſpondidit. Anni-
bali vitam ademiſſe, quia ille ei,& ſubſtā-
tiam ſubſtulerat, iteratiſq; vicibus dixit,
& denuò illū centies interimere. Eſt enim
verū; quod cum ambo eſſent Regiæ Do-
hanæ Miniſtri officiorum,cauſa fuit inter
eos orta contentio, ſed poſtmodùm pace
inhita amicabilitèr, familiaritèrq; valdè
ad inuicem ſe geſſere, quapropter homi-
cidio, & proditionis ineſſe qualitatem nō
ambigitur. Annibal infra triginta horarū
ſpatium ob illatum vulnus ex hac luce
diſceſſit.

Hęc autem plurimorum teſtium depo-
ſitionibus probantur, & quàmuis quin-
quennio expeditionem cauſæ reus differ-
re valuerit, tandem iuſtitia ſibi locū vin-
dicauit, fuit enim ſub die quarta Februa-
rij currentis anni per M. C. V. Excellen-
tiſſimi Proregis delegatam damnatus ad
pœnam vltimi ſupplicij, quā In gradu re-
clamationis exequutioni demandare iu-
ris eſſe,& ſequentibus patet.

Primò, quia tametſi nemo ex teſtibus
deponat,à quo fuerit illatū Annibali vul-
nus, cum illicò emiſſo ictu, quo traiectus
fuit, Fabritius domum ſuam exiuerit, ir-
ruens cum armis in Annibalem; violen-
tèr, & neceſſariò inducimur ad credendū
1 ictum Fabritiū emiſiſſe, vel emittere iuſ-
ſiſſe,quæ paria ſunt, iuxtà *text. protritum in
l. nihil intereſt, ff. ad l. Cornel. de Sicar. cum ſi-
milibus*; Magna eſt enim profectò certitu-
do, quæ ab inditijs,& coniecturis apparē-
tibus lege,vel ratione probitatis naſcitur.
2 Sic dicimus Aiacem ab Vliſſe occiſum,
quod poſt odia antiqua inter eos, viſus
fuit Vliſſes nudo gladio,& cruento iuxtà
Aiacis cadauer conſiſtere: quo exemplo
vtitur *Cicero ad Herennium*. Quod ſanè
exemplum, & illud, quod vulgus afferre
ſolet, quodquè refert *Fabius Quintilianus
lib. 5 inſtitut. orator. cap. 9* nempè cum Titius
3 exire fuit viſus domū diſtricto,& cruento
gladio, & Sempronius vulneribus exami-
natus repertus fuit; nec exiuit,aliundeuè
exire potuit alius;& ſi adeò ſint efficacia,
vt extra omnem hęſitationem iudicantis
animum impellēt ad credendum, ità rem
ſe habere. Nihilominus valdè ſatis ea
ſuperat à nobis propoſita facti ſeries,quæ
nulla ſanè poteſt tergiuerſatione cęlari,
ità vt nec reo, vel rimulæ locus pateat, vt
ordinariam pœnam quęat euadere. Nàm
cum teſtes deponant in continenti ictu
emiſſo Fabritium cum tormento paruo,
Annibalis pectori applicato ictū immit-
tere curaſſe,ſociumq; idem ipſo mandan-
te, nixum fuiſſe; ex prædictis actibus per-
4 neceſsè infertur ad præcedentem, *text. in
l. ex perſona, C. de probat. in l. 1. §. ſi magiſtra-
tus, ff. de mag. conuen. in l. ſi ij, qui adulterij, C. ad
5 l. Iuliam de adulter.* pręſumitur namq; actus
incontinenti ſequutus factus in exequu-
tionem præcedentis, *l. 4. §. indè quæri, ff. de
manumiſſ. l. qui in aliena, §. bis qui putabant, ff.
de acquir. hered. in l. ſi ventri, §. fin. ff. de priuil.
credit. Gloſ. in l. vt ius iurandi, verbo libertatis,
ff. de oper. libert. Gloſ. magna in cap. officij, de
elect. Bertazzol. conſ. 41. num. 105. Alciat. de
præſumpt. reg. 2. præſumpt. 23. nu. 1. & 7. Me-
noch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 19.* per text. in
*l. ſi tamen, §. ei qui, ff. de ædilit. edicto, Ant. Gabr.
commun. concluſ. lib. 1 concl. 13. per totam*, qui
& cæteros referunt, licet autem in ſe plu-
res ſint actus,ratione cōnexitatis pro vno
reputantur illa ſcilicet perſectione inſpe-
cta, qua idem omnium eſt intenſus finis;
nàm cum vnus pendeat ab altero in ne-
ceſſarium antecedens, vel neceſſariū con-
6 ſequens venit,diciturq; aliquid connexū,
quando vnum ad alterius perfectionem
tendit. ità probat doctiſſimus *Menoc. lib. 2.
de arbitr. Iud. cent. 1. caſu 95. num. 5.* per text.
*in l. cum actum, § planè ff. de negot. geſt.* vbi *Vl-
pianus, attenta actuum connexitate de toto ra-
tionem eſſe reddendam reſpondit*.

Sed ponamus, Fabritium nullā inimi-
citiæ cum occiſo cauſam habere, poterit
ne inficias ire quiſquis? vltimi ſupplicij
reum eſſe, vti auxilium cooperatiuū præ-
bentem præmeditato facinori, in cuius
7 fragantia captus illicò,pœnam luere nul-
lo alio iuris ordine ſeruato ius erat, vt ex
innumeris probat *Guazzin. defenſ. 5. cap. 9.
num. 1. & 2.*

Nec repitcetur non fuiſſe in ipſo faci-
nore deprehenſum,dicitur enim & in fra-
8 ganti crimine captus reus, quantumuis
poſt

poſt patratum delictum, ſi deprehenda-
tur in fuga, vel latitatione, ante quam ad
locum, quo ſe conferre deſtinauerat per-
ueniat, quemadmodũ probat idem *Guaz-
zin. in eadem defenſ.5.cap.8.num.2.*

Verũ, & ex alio capite manifeſtus tanti
criminis eſt reus, cùm in ipſa fragantia
coràm Regio Gubernatore, & quamplu-
ribus alijs confrſſus fuit ſe Annibalem
necaſse, & quod denuò eum ſi poſſet, in-
terficeret. Tanta enim iracundia arde-
bar, vt non ſolùm factis, verùm & verbis
odium præſẽdere voluerit, nec fuit ei pu-
dori ſe proditorẽ oſtendere, quinimò pe-
tulantia deſeruiens in ſe tulit ſententiam,
9 cum cõfeſſus pro iudicato habeatur, iux-
tà *text. in l.proindè, §.fin.ad l. Aquil.in l.ſi con-
feſſus, ff.de cuſtod. & exhibit.reor. in l. qui ſen-
tentiam, C.de pænis cum ſimil.* nec reo opitu-
lantur, quæ aduerſus confeſſionem affe-
runtur, nempè non emanaſſe coràm Iudi-
ce pro Tribunali ſedente, nec iuramento
fuiſſe munitam. Reſpondetur namq; ni-
10 hil referre, an Iudex ſedeat, vel curſet,
dummodo ſit in actu iuſtitiam, & officiũ
ſuum exercendi, etiam ſi in itinere con-
tingat, vti probat *text.in l.voluit, §.quod ait
Prætor, ff. de interrog. act.* ibi, *Vel in itinere,
ità tenet ex Gandino, & alijs, magnus crimina-
liſta Boſſ. tit.de denunciat.nu.5.* & in proprijs
terminis confeſſionis *Innoc. in cap.qualitèr,
& quando, col 4.de accuſat. Abb.Pan.in conſil.
118. num.4.vol.2. Vant. in tract.de nullit. tit.
quib.mod.ſentent nullit.num.26. Cacher.deciſ.
Pedem.109.num.13. Magon. deciſ.Lucenſ.25.
num.44. Franc.Marc.deciſ.712.num.3.vol.1.
deciſ.724. Cumia in ritibus Siciliæ cap.37. nu.
44.& 45. Roland à Valle conſ.31.nu.5.vol.1.
Guid. Papa deciſ. Delfin.120. Couarr.variar.
lib.1. cap.2.num.5.* per hæc verba: *Et illud
11 præmitto confeſſionem coràm Iudice, vt Iudice
fieri poſſe, vel ipſo ſedente pro Tribunali, vel in
itinere, aut alibi ius reddente;* quos omnes re-
fert, & ſequitur *Borrell.in ſumma deciſ.tit.3.
de confeſſione, & confeſſis, à num.113. vſque
ad 137.*

12 Nec ex eo, quod Actuarius non fuerit
preſens, confeſſio deſinit eſſe legitima, &
iudicialis, ſiquidèm per plures teſtes pro-
batur factam fuiſſe coràm Iudice, vt Iudi-
ce, prout in proprijs terminis docet, qui
vera, & iuri conſona ſemper docet *Couarr.
lib.1.variar.cap.1.num.9.* videndus per totũ
numerum.

13 Et licet inter DD. ſit controuerſum, an
reo debeat deſrrri iuramentum, necne, ſi
tamen de facto ſine iuramento fateatur,
vti legitimè confeſſus damnari debere,
tenet *Ant. Gomez tom.3.variar.cap.11.nu.43*
per hæc verba: *Ità etiam extendo ſuperio-
rem doctrinam, & concluſionem, vt procedat, &
habeat locum, etiam ſi talis confeſſio ſit facta in
iudicio ſine aliquo iuramento, & adhùc ſine
14 aliqua Iudicis interrogatione,* ità probant
prędicta iura, & magis in ſpecie probat
*text. in l. ſi ſine, ff. de interrog. actio.* cuius
verba ſunt: *Si ſine interrogatione quis reſpon-
derit ſe hæredem, pro interrogato habetur,* & li-
cet loquatur in ciuilibus tamen eius ra-
tio, & diſpoſitio militat etiam in crimi-
15 nalibus; confirmatur, quia ea, quæ quis
aſſerit in libello, videtur confiteri tàm in
ciuilibus, quàm etiam in criminalibus,
*text.eſt in l.cum precum, C.de liber.cauſ.text.in
l.2.C.de inſtit.& ſubſtit. text.in l prædia, C.de
præd.minor. text.in l mercalem, C.de condit.ob
turp.cauſ.text.in l.1.C.de liber.cauſ.text.in l.1.
C.de crim.ſtellion.* & vtrobiq; communitèr
DD. hæc doctiſſimus *Gomezius.*

Quam ſententiã veram eſſe tenent *Fe-
lin. Anton.de Butr.Soccin.Anton.Gabr.* & alij
relati, & ſequuti à *Maſcardo de probat. con-
16 cluſ.350.num.35.* cum doceant criminis
confeſſionem factam coràm magna per-
ſonarum quantitate plenè probare, cum
per eam inducatur notoriũ; ergo faten-
tur valere ſine iuramento, ſine figura iudi-
cij, & quod magis eſt ſine Iudice, & Actua-
rio, quibus deferendi iuramentũ eſt pote-
ſtas, ſi igitur poteſt reus damnari vigore
confeſſionis factæ coràm pluribus, quan-
tò magis idem in caſu præſenti eſt dicen-
dum, cum Fabritius coràm Iudice iuſti-
tiam, & officium exercente, & tot alijs cri-
men in ipſa fragãtia cõfeſſus fuit ſpontè.

Sed quãtumuis verſaremur in terminis
confeſſionis merę extraiudicialis, & indi-
17 tię tantummodò eſſent indubitata, quan-
do illa iſtis accedit, pœnæ ordinariæ fit
locus, iuxtà *Senat. Dolani dec.93.* apud *Gri-
uell. num.6. & 7.* quem refert, & ſequitur
*Dom. Reg. Rouit.in pragm.1.de pœnis num.36.*
tradit idem *Boſſ.in pract.tit.de conuin.nu.32.*

18 Immò confeſſionem extraiudicialem
veriſimilitudinis fulcitam etiam in cri-
minalibus, plenam probationem induce-
re, tenent *Capyc. deciſ.179.num.2. Marſil.in
l.de minore, num.52.ff.de quæſt.idem conſ.116.
Tiraq. in l ſi vnquam, C.de reuoc.donat.* quos
refert, & ſequitur *Baſard.ad Clar. quæſt.55.
num.2.& 3. Maſcard.de probat.relata concluſ.
350. num.38.* vbi plures refert, ſed veriſi-
militudines pro inditijs indubitatis vſur-
paſſe putamus.

His & accedit, quod quàmuis generali
19 conſuetudine diſpoſitioni *text. in l. is qui*

*cum telo,*

*cum telo, C. ad l. Iul. Cornel. de Sicar.* & ſimi-
lium ſit derogatũ, vt teſtatur *Dom. Epiſc.*
*Riccius*, qui omnes ferè refert *collect.* 1377.
attamen in hoc Regno aliter eſt dicendũ,
cum per Caroli V. Imperatoris ſẽper glo-
rioſi, Pragmaticam fuerit ſancitum, pęna
mortis puniri reos, qui cum ſclopis ictus
emiſerint ad nocendũ, quàmuis effectus
non ſequatur, quę Pragmatica diſpoſitio-
ni iuris communis conformis eſt ſatis, ſe-
20 cundum quod in delictis non exitus, ſed
voluntas debet inſpici, *l. Diuus, ff. ad l. Cor-*
*nel. de Sicar d. l. is, qui cum telo, C. eodem*, & ibi
*Gloſ. verbo ambulauerit, Bart. in ſumma, &*
*Odofred. in princ. Angel. in ſumma notab.* 1. *Bal.*
*in l. data opera, C. de his, qui accuſ. non poſſ.* &
vbiq; noſtrates.

Et ſi ius commune pœna *legis Corneliæ*
*de Sicarijs* punire iubet ambulantem cum
telo hominis necandi cauſa, quid mirùm,
quod Pragmatica eadem pœna punire
præcipiat immittentes ictus ſclopis, vel
cũ armis igneis, cum aggreſſor quicquid
potuit præſtitit, nec per eum remanſit ali-
quid peragendum, vt delictum perficere-
tur, quia ex parte aggreſſoris effectus cõ-
pletus fuit; ictu enim emiſſe non eſt am-
pliùs in poteſtate ſua nocere, vel non. Ob
21 has rationes fuit per M.R.C. Siciliæ Vl-
terioris damnatus ad pœnam vltimi ſup-
plicij reus, qui volẽs offendere cum ſclo-
po illud extinxit, & vt ità loquar puluis,
quæ erat in focone ſolummodò fuit ac-
cenſa, vt teſtatur *Maſtrill. deciſ.* 155. *num.* 12.
cui minimè aduerſatur S.R.C. deciſio ex
congeſtis per *Reg. Conſ. Gizzarell. deciſ.* 25.
ibidem enim nõ agebatur de delicto pręe-
meditato, ſed in rixa commiſſo. Pragma-
tica enim intelligi debet quando præme-
ditatè delinquitur, prout in caſu noſtro
contingit, & ſi lex pro communi ſecurita-
te ab Inuictiſſimo Imperatore ſancita
ſeruaretur, dubio procul reſtringeretur
facilitas delinquendi cum huiuſmodi ar-
mis, in dies namquè, & quaſi per momen-
ta videmus cum illis homines interime-
re; quid enim eſt? vt apellentur rigidæ,
& odioſę leges, quarum finis eſt Reipubli-
cæ proſpicere, eamq; pacatam, & pacifi-
cam conſeruare.

Nec reo opitulatur aſſerere, tùnc tem-
poris facultatem habere deferendi etiam
tormenta parua, & alia arma prohibita,
quia quantumuis legitima eſſet licentia
(plures enim patitur defectus) illi non
poteſt ſuffragari, quia diſpẽſatus, vel pri-
22 uilegiatus circa vſum, & delatione armo-
rum, ſi cum illis præmeditatè delinquat,
etiam pœna delationis punitur; ità *Ba-*
*iard. ad Clar. quæſt.* 62. *num.* 75. qui adducit
*Marſil. in pract. crimin. in §. pro complemento,*
*nu.* 9. *Afflict. in Conſtit. Regni Intentionis noſtræ,*
*not.* 8. *Carr. in praxi verſ. item eorum, qui ma-*
*nifeſtam violentiam, num.* 11. *Farin. quæſt.* 108.
*num* 171. *Caball. caſu* 63. *Caualcan. de brachio*
*Regio par.* 4. *num.* 148. *Dom. de Thoro voto* 96.
*num.* 66. *Dom. Riccius deciſ.* 48. *in fine, Guaz-*
*zin. defenſ.* 29. *cap.* 2. *nu* 19. qui & alios quã-
plures referunt *Dom. Reg. Tapia ſuper Con-*
*ſtit. Intentionis noſtræ, nu.* 41. *tom.* 5. & quàm-
uis *Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 13. te-
23 neant nõ puniri pœna delationis armo-
rum, qui licitè illa deferebat, vltra quod
nullum conteſtem affert, loquitur ſimpli-
citèr, & ſic eſt intelligendus quando in
rixa delinquitur, nè tantùm virum ſine
lege loquutum fuiſſe dicamus; ſed in Re-
gno res eſt plana, attenta diſpoſitione
24 *Pragmaticæ* 22. §. 2. *de armis*. Si enim illi,
qui ratione exercitij arma licitè geſtant,
ſi præmeditatè cum illis delinquant iubet
*Pragmatica*, quod puniantur etiam pro de-
latione armorum, quantò magis eius di-
ſpoſitio vindicat ſibi locum in caſu no-
ſtro, cùm facultas ideò conceditur, vt Re-
giæ Curiæ inſeruiat, delinquentes inſe-
25 quendo, non enim iuuatur priuilegio,
quando conceſſionis cauſa ceſſat, *text. in*
*l. Titia, §. vſuras, ff. de leg.* 2. & ibi communi-
tèr DD. *l. athletæ, §.* 1. *l. ex geometræ, & l. idẽ*
*Vlpianus, ff. de excuſat. tutor. Tiraquell. in tract.*
*quod ceſſante cauſa,* 1. *par. num.* 210. quælibet
26 namq; diſpoſitio regulatur à ſua ratio-
ne, *Tiraquell. vbi ſupra num.* 513 aliàs licen-
27 tia conceſſa in Reipublicę beneficium, in
illius detrimentum verteretur, anſaq; de-
linquendi præberetur contra regulã. *text.*
*in l. conuenire, ff. de pact. nupt.*

28 Verùm etſi facultas arma deferendi nõ
ad certum, & determinatũ vſum, ſed ſim-
plicitèr eſſet conceſſa, illa abutentem nõ
iuuaret, *text. in l. auxilium, ff. de minor. in cap.*
*priuilegium* 11. *quæſt.* 3. *in cap. tuorum, de pri-*
*uileg. in ſexto, text. in l.* 2. *C. de priuileg. ſcolar.*
*lib.* 12. ibi: prætextu priuilegiorũ flagitio-
rum authoritatem creſcere, & publicam
vtilitatem vacillare non oportet. *text. in*
29 *Auth. de mandatis Principum*, ibi: *Non per-*
*mittas priuilegijs aliquibus vti nocentes.*

30 Vlteriùs contra inquiſitum vrget, *text.*
*in cap. volentes, §. id ipſum, de priuileg. in ſexto,*
quo loci, reſpondet Pontifex, priuilegium
recipere interpetrationes, quas recipit ius
commune in materia, ſuper qua diſponit,
igitur ſi illi quibus ſecundũ ius commu-
ne arma deferre licet, ſi cum illis delin-

quant, puniuntur etiam pro delatione, idem & dicere debemus, quando dum armis delinquunt, qui illa ex priuilegio de-
31 ferunt: Immò faciliùs iure ſpeciali competens priuilegium amittitur, quam iure communi quæſitum, *text. in l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſtam.* & ibi *Gloſ. quocunq; modo.* Hæc Conſultus, & in gratiã N. N. amici optimi, Viriq; meritiſſimi reſpondi. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito iunior.*

Ad relationem Dom. Iudicis D. Ioannis Burgos per M.C.V. fuit prouiſum vt
32 infra, nam pendente reclamatione inquiſitus, obtenta partis remiſſione, ſe cõcordauit ad ſeruiendum bello per quinquennium. Anno 1643. penès Ioclem Magiſtrũ Actorum M.C.V. Armenante Scriba.

Ad ornatum materię de ictu ſcoppictæ vide *Addentes ad Gizzarell. deciſ. 25. noſtrum compend. par. 2. ver. pœna mortis, fol. 441. 2. col. & ver. pragmat. de ictu ſcoppicti diſponens, &c. fol. 472. 1. col. in fine.* Benè verum eſt, quod occidendi animus præſumitur etiam ex genere armorum, *Muta ad pragmat. Siciliæ tit. 41. num. 118. Perſius conſ. crim. 29. num. 22.* quanto magis ex aſportatione ſcoppicti, ſeù archibuſij, nam portans ſcoppectam malo animo præſumitur, *Anton. de Balles in tract. crim. lib. 5. de pragmat. Regni pragm. 3. 4. & 5. tit. 41. num. 5.* quare ex diſpoſitione *pragm. 3. de ictu ſcoppicti*, ſtatutum eſt, quod delinquentes cum ictibus ſcoppictorum igneorum reputantur proditores, & contra eos proceditur cũ termini abbreuiatione, & pro huius facti enucleatione reſpectu homicidæ iſtius, certum eſt, quod occiſus ſi reperiatur de nocte, præſumitur contra vicinum vbi reperitur mortuus, *Campagn. in cap. Frequens, num. 90.* ſic occiſus ſi reperiatur in domo alicuius, præſumitur contra dominum domus, & hoc eſt indicium ad torturam, *Bertazol. conſ. criminal. 448. num. 1. tom. 2.* ſed reſpectu alterius, qui voluerat aliũ ictum ſcoppicti immittere, ſed non potuit ex impedimento, attenta diſpoſitione iuris communis archibuſium exonerans animo occidendi, non ſequuta morte, pœna mortis non punitur, latè *Almont. Cravetus diſcept. crim. tom. 2. diſcept. 3. num. 85. & diſcept. 26. num. 98. & 124. diſcept. 23. nu. 44.* quod ſecus eſt in Regno per *pragm. 1. de ictu ſcoppicti.* *Thoro.*

*S V M M A R I V M.*

1 Pragm. 1. de exul. *ponderatur.*
2 *Defectus formæ vitiat actum.*
3 *Generale dictum generaliter erit intelligendũ.*
4 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
5 *Quod lege permittẽte fit, pœna nulla meretur.*
6 *Genus illud dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus in ſpecie.*
7 *Cauſa finalis cum ſit prima in intẽtione, eſt vltima in exequutione.*
8 *Verba quouis modo ponderantur, & num. 17. & 36.*
9 *Finis eſt melior iis, quæ ſunt ad finem.*
10 *Bellum eſt res iniquiſſima.*
11 *Bellum permittitur à lege cõtra hoſtes, ob publicam vtilitatem.*
12 *Bellum pro publica cauſa, cum nõ poteſt exerceri à priuata perſona, niſi in caſibus à iure permiſſis, hoc eſt propter perſonæ defenſionẽ.*
13 *Malum minus cõparatur ad maius, vt habeat rationem boni.*
14 *Homicidium permittens ſtatutum eſt contra ius, eo magis ſi proditoriè fiat.*
15 *Reſcriptum Principis permittens aliquid fieri contra ius, debet in eo clauſula apponi* non obſtante tali lege,
16 *Extenſio in pœnalibus, & odioſis, nõ fit de vno caſu expreſſo, ad alium non expreſſum.*
18 *Illicita non veniunt in generali conceſſione.*
19 *Quod in ſpecie denegatur, non permittitur in genere.*
20 *Non ſufficit aliquid in genere proponere, quando quolibet ſpecies eundem non operetur effectum.*
21 *Defectus cauſæ finalis vitiat actum.*
22 *Banniti ſunt publici hoſtes.*
23 *Nihil tàm naturale eſt vt eo vinculo, quo ligati ſumus, eodem diſſoluamur.*
24 *Præſcriptio inducta eſt à Principe propter publicam vtilitatem.*
25 *Spoliari nemo poteſt rei ſuæ ſine facto ſuo.*
26 *Locupletari nemo poteſt cum aliena iactura.*
27 *Reipublicæ intereſt Prouinciam malis hominibus expurgari.*
28 *Princeps quàdo gratiam facere poteſt ſine partis remiſſione.*
29 *Cauſa, quæ eſt potentia, minori præfertur.*
30 *Extenſio datur in fauorabilibus.*
31 *Iura exorbitantia extenduntur, quando agitur de fauore publico.*
32 *Ius idem ſtatui debet, vbi eſt eadem ratio.*
33 *Deo reſiſtit, qui Regis ordinationi reſiſtit.*
34 *Fruſtra exprimitur, quod tacitè ineſt.*
35 *Cauſa propinqua magis attenditur, quam remota.*
37 *Modus occidendi bannitum proditoriè, vel odio*

*odio priuato, & non zelo iuſtitiæ, non imputatur à iure communi.*
38 *Iuramentum non valet præſtitum contra ius in præiudicium iuris ſuperioris.*
39 *Dolus, an virtus in hoſte requiritur.*
40 *Bannitum occidere impunè mediante pecunia poſſe, nonnulli D.D. voluerunt.*
41 *Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur.*
42 *Occidens foriudicatum, excuſatur de iure, & ſic deciſum.*
43 *Deciſio articuli.*

ARGVMENTVM.

Occidens bannitum, ſeù foriudicatum proditoriè, vel accepta pecunia per aſſaſſinum puniri an debeat.

ALLEGATIO XXXVI.

SAnctorus Borrellus reperitur carceratus in M. C. V. quod anuis præteritis proditoriè, & mediãte pecunia ad inſtantiam alterius necauit Franciſcũ Borrellum foriudicatum aſſecuratum, licet ſecunda qualitas aſſaſſinamenti non reperiatur probabilibus argumentis verificata in proceſſu, tamen quatenùs fuiſſet verificata ex iuris diſpoſitione demõſtrabitur, nulla pœna mereri inquiſitum, ſed præmium.

Primò, non eſt dubium, quod per illa verba, quæ ponuntur in ſtatuto (quouis
modo) inducitur forma ſtatuti, prout in
1 *Pragmat.* 1. *de exulibus*, quæ quidem forma,
cum ſit illa, quæ dat eſſe rei, *l. Iulianus*, §. 1.
*ad exhib.* eſt magnoperè attendenda, quia
2 defectus formæ viciat actum, vt *l. cum mihi*,
§. *Prætor*, *ff. de tranſact.* quibus enim verbis
ſic generalitèr, & indiſtinctè prolatis da-
3 tur cuilibet libera poteſtas occidendi
bannitos, quia generale dictum, generalitèr debet intelligi, vt *cap. ſolitæ de maior. & obedient.* & *cap. ſi Romanorum* 19. *diſt.*
4 vbi lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere
debemus, *l. de pretio*, *ff. de prob. in rem act.*
ex quibus clariſſimè patet, quod modus,
& electio modi occidendi ex forma ſtatuti, reperitur in arbitrium occidentis, &
ſic (quouis modo) quo ipſi placuerit, gratis, ac cum pecunia, poteſt quilibet ipſos
impunè occidere, quia tale homicidium
permictitur à ſtatuto, quod ſubſtinet vicẽ
5 legis, quia quod permictente lege factum
eſt, nulla meretur pœna, vulgata *l. Graccus*,
*C. de adulter.*
6 Secundò probatur, nàm modus traditus à ſtatuto, cum ſit generalis, & genus ſit illud, quod pręedicatur de pluribus differentibus ſpecie, vt *l.* 2. §. 1. vbi *Gloſ. in verbo ſpecie*, *ff. ſi cert. pet.* vt animal, quod prædicatur de homine, & equo, qui licet ſint ſpecies inter ſe formalitèr diſtinctè, quia alia eſt forma, & anima hominis intellectiua, & alia forma, & anima equi ſenſitiui, nihilominus ambo continẽtur ſub appellatione animalis, ità etiam in pręſenti caſu, quàmuis modus occidendi cum pecunia, & modus occidendi ſine pecunia ſint duæ ſpecies inter ſe formalitèr diſtinctè, nihilominus ambæ comprehenduntur ſub genere modi, & ſic quilibet poteſt virtute generis poſiti in ſtatuto in vtraque ſpecie, & in vtroq; modo impunè occidere bannitum.
7 Tertiò in ſtatutis, quod principalitèr
attenditur, eſt intentio ſtatuentis, quæ eſt
cauſa finalis ipſius ſtatuti, quia cauſa finalis cum ſit prima in intentione, & vltima
in exequutione, vt *l. fin. de hæred. inſtit.* & illa, quæ principalitèr mouet animũ diſponentis, ſed finis dicti ſtatuti eſt, vt quilibet
8 poſſit impunè occidere bannitos, qua ratione; dato quod illa verba generalia (quouis modo) nõ eſſent in ipſo ſtatuto, adhuc ipſe Sanctorus poterat omnimodo, quo ipſi placuerit cum pecunia, & ſine pecunia impunè occidere ipſum bannitum; ex vulgatiſſima regula quam habemus, quod non eſt curandum de modo, dummodò habemus eundem effectum, & ſic non virtute modi, ſed virtute finis, qui eſt nobilior ordine, quia cum cætera ope-
9 rentur gratia finis, finis eſt melior his, quę
ſunt ad finem, vt dicit Phyſ. 3. & *I. C. in l. & ſi non ſint*, §. *peruenimus de auro, & argento legato*, & ſic nullum committit delictum.

Ex alia parte dicitur, quod debet prædictus inquiſitus puniri de homicidio,
quod probatur etiam ex multis, & non
10 etiam lęuibus; & Primò, nàm bellum eſt
res iniquiſſima, vt dicit *text. in l. æquiſſimũ*,
11 *ff. de vſufr.* & permittitur à lege contra
hoſtes publicos propter publicam vtilitatem, vt *l. hoſtes*, *ff. de capt.* & *l. ex hoc iure*, *ff. de*
12 *iuſtit. & iure*, pro publica cauſa non poteſt
exerceri à priuata perſona, niſi in caſibus à iure permiſſis, vt propter defẽſionẽ perſonæ, & alijs ſimilibus, *l. vt vim*, vbi latè per *DD. ff de iuſtit. & iure*, ità etiam in pręſenti negotio, nàm homicidium eſt res iniquiſſima, quia tendit ad effuſionem



Digitized by Google

ſanguinis proximi contra præceptum le-
gis Diuinæ (non occiſor etis) & ſi dice-
retur quod permittitur à lege propter ſa-
lutem ciuium, quod equidē cenſetur ſan-
ctiſſimè factum, quia expedit bānitos oc-
cidi, vt conſeruetur vniuerſalis ſtatus Rei-
13 publicæ. cum minus malum comparatur
ad maius, habet rationem boni, *cap iura-
uit 22. quaſt. 4.* tamen non permittitur fieri
pro pecunia ad inſtantiam alterius, quia
hoc expreſsè prohibetur, vndè ceſſante
publica vtilitate, quæ fuit cauſa conce-
dendi immunitatem, ceſſat, & ipſa con-
ceſſio, & ipſa impunitas, & ſucceſſiuè
committens homicidiū contra legis pro-
hibitionem, à lege puniri debet de homi-
cidio.

14 Secundò, non eſt dubium, quod tale ſta-
tutum, quo permittitur homicidium im-
punè, eſt cōtra ius commune, quia homi-
cidium prohibetur a lege Diuina, & hu-
mana, & multò magis eſſet cōtra ius eſſe,
vt ſupra diximus, ſi promitteretur fieri
proditoriè, vel ad inſtantiam alterius me-
diante pecunia, quia tale homicidium eſt
vltra modum inimicum legibus, & quan-
15 do in reſcripto Principis aliquid permit-
titur fieri, quod eſt contra ius eſſe, debet
poni in eo clauſula *non obſtante tali lege*, vt
dicit *Bart. in l. ſi quis in teſtamento, de leg. 3.*
ſed dicta clauſula non reperitur in dicto
ſtatuto, ergo etiam quod ſi per ipſum ſta-
tutum expreſsè concederetur licentia
impunè occidendi ad inſtantiā alterius,
nec etiam poſſent banniti impunè occidi
ex defectu dictæ clauſulæ, quæ vitiat con-
ceſſionem.

Tertiò, & Vltimò probatur, nàm non
eſt dubium, quod tale ſtatutum eſt odio-
ſum, & pœnale, & regula eſt, quod in pęna-
16 libus, & odioſis non fit extenſio de vno
caſu expreſſo ad alium non expreſſum,
*l. pater ſeuerinam*, vbi *Bart. de condit. & de-
monſtrat.* & ex maioritate rationis, vt latè
per *Iaſ. in l. eum quidam, col. penult de liber. &
poſthum.* quantò magis in caſu noſtro non
expreſſo, vbi maior eſt ratio concedendi
homicidium, quam in expreſſo, quia ho-
micidium proditorium, vel cum pecunia
ad inſtantiam alterius, eſt magis odioſum
legibus, quam homicidium ſimplex, ſine
pecunia cum enormitate delicti, & atro-
citate facinoris, Clericus ob delictum ad
inſtantiam alterius cum pecunia iudica-
tur, & ſuſpenditur à Iudice ſeculari, ſpo-
liatus immunitate Eccleſiaſtica, & ſic ex
prædictis clariſſimè apparet, quod dictus
carceratus debet puniri de homicidio.

17 Nec obſtant oppoſita. & Primò, quod
dictum de generali diſpoſitione legis, &
vniuerſali forma ſtatuti tradita in illis
verbis (quouis modo) quia in generali
18 conceſſione legis non veniunt illicita, vt
*text. in l. quod ſeruus ff. de acquir. poſſeſſ.* & ra-
tio eſt, quia non permittitur in genere;
19 quod in ſpecie denegatur, vt *l. ſpecie pro-
miſſorum, ff. quando res pignor. oblig. poſſ.* vndè
cùm tale homicidium proditorium ſit in
ſpecie prohibitum à lege, non cenſetur, in
genere conceſſum.

Nec obſtat Secūdò, quod dicit de mo-
do, qui vt genus prædicatur de pluribus
differentibus ſpecie, & ſic de vtroq; mo-
do, & ſpecie occidendi cum pecunia, &
20 ſine pecunia, quia non ſufficit aliquid in
genere proponere, quando quælibet ſpe-
cies eundem nō operatur effectum, vt di-
cit *gloſ. ordinaria in cap. 1. §. ſi quis igitur, in
verſ. ſpecie, de except. in 6. & Abbas in cap. in
præſentia, col. 4. de probat.* & ſic vbi vna ſpe-
cies operatur publicam, & altera priuatā
vtilitatem, de vna non infertur ad aliam,
quia ex diuerſis non infertur.

Nec obſtat Tertiò, quod nō eſt curan-
dum de modo, vbi habemus eundem ef-
fectum, quia attenditur intentio ſtatuen-
tis, quę eſt finalis cauſa ſtatuti, quæ mouet
animum diſponentis, quia hæc regula fal-
lit, quando modus eſt prohibitus à lege,
vt dictum eſt, & in caſu de quo agitur, vbi
homicidium proditorium, vel mediante
pecunia ad inſtantiam alterius expreſsè
prohibetur à lege; immò inquiſitus non
obſeruauit finem ſtatuti, ſed finem ipſius
delinquentis, qui non occidit ipſum ban-
nitum ad inſtantiam Regis ob publicam
vtilitatem, ſed ad inſtantiā alterius pro-
ditoriè, & mediante pecunia, qua ratione
21 cum defectus cauſæ finalis vitiat actum,
*l. fin. ff. de teſtam. tutel. & l. fin. de hered. inſtit.*
tale homicidium factum contra diſpoſi-
tionem diſponentis, & finem ſtatuti, gra-
tia Regis non gaudet, & immunitate
ſtatuti.

Sed amando veritatem, quam ſemper
ſuper omnia amare debemus, prædictus
inquiſitus non debet puniri, ſed premiari
rationibus, & cauſis, quas diximus in pri-
ma parte. Nec obſtant in contrariū addu-
cta, & Primo, quod dicitur de bello, quod
ſi permittitur ad inſtantiam Regis contra
hoſtes publicos, prohibetur ad inſtantiā
22 priuati, quia banniti ſunt publici, vt per
iura adducta per *Vulpell. conſ. 142. num. 7.
& in tract. de tregua, & pace, quaſt. 36. num. 2.
& quaſt. 37 num. 5.* & per *Conſt. Regni Pœnam*

eorum,

ctrum, ergo poteſt bellum prædictũ exer-
ceri à priuato.
Nec obſtat Secundò, quod dicitur de
defectu clauſulæ, *non obſtante tali lege*, quæ
eſt neceſſaria in reſcripto Principis di-
ſponentis contra ius commune, quia hoc
non procedit in ſtatutis confectis autho-
ritate Principis pro publica vtilitate, &
ſalute ciuium, quia eius eſt nolle, cuius
23 eſt velle, & nihil tàm naturale eſt, vt eo
vinculo, quo ligati ſumus, eodem diſſol-
uamur, *l. nihil naturale, de regul. iur.* immò
pro bono publico poteſt etiam tolli ius
24 naturale, *vt* videmus in præſcriptione in-
ducta à Principe, propter publicam vtili-
25 tatem, *l. 1. ff. de vſucap.* quia quis ſpoliatur
dominio rei ſuæ ſine facto ſuo contra ius
ciuile, *l. nemo poteſt, de regul. iur.* & contra
ius naturale, quia contra naturam eſt, vt
26 quis locupletetur cum aliena iactura,
*l. nàm hoc natura, ff. de condict. indeb.* & hoc,
quia fauore publicæ vtilitatis recedit à
27 regulis iuris, qua ratione, quia Reipubli-
cæ intereſt Prouinciam malis hominibus
expurgari, *l. congruit, de officio Præſidis*, quo-
28 tidiè videmus, quod Princeps facit grà-
tiam delinquentibus ſiue partis remiſſio-
ne, & ſine illa clauſula, *quod de iure facere
poteſt*, vt voluerunt DD. & præcipuè *Angel.
in l. ſi verberatum, ff. de rei vend. & Gloſ. in l.
fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.*

Tertiò non obſtat, quod dicitur de ex-
tenſione prohibita de caſu expreſſo, ad
caſum nõ expreſſum in pœnalibus etiam
ex maioritate rationis, quia hoc ſtatutum
eſt fauorabile inſpecta publica vtilitate,
quæ reſultat a cuſtodia ciuiũ, & eſt odio-
ſum inſpecta licentia, quæ datur impunè
occidendi bannitos, ſed quando concur-
runt duæ cauſæ circa eundem effectum;
29 cauſa, quæ eſt potentior, minori præfer-
tur, vt *l. 3. §. ſi quis palàm, de iure fiſci, & Iaſ.
in l. ſi mater, C. de inoffic. teſtam.* qua ratione
cum cauſa publica præferatur priuatæ,
ſtatutum eſt fauorabile, & non odioſum,
30 & in fauorabilibus datur extenſio, *l. cum
quidam, de liber. & poſthum.* & ſic ſtatutum
concedens impunitatem occidendi ban-
nitos (quouis modo) extenditur non ca-
ſum non expreſſum, etiam occidendi pro-
ditoriè cum pecunia, & ad inſtantiam al-
terius, quæ etiam extenſio non poteſt im-
pediri inhabilitati termini ad quem, eo
quod terminus à quo, eſt expreſſus, eſtq;
etiam à lege permiſſus, & terminus ad
quem, qui non eſt expreſſus, eſt à lege pro-
hibitus, quia tam homicidium cum pecu-
nia, quàm ſine pecunia eſt prohibitum,
à lege; vltra quod etiam ſi tale ſtatutum
eſſet odioſum, quia odium ipſum eſt ra-
tionabile, etiam in hoc caſu daretur ex-
31 tenſio, quia quando agitur de fauore pu-
blico, iura exorbitantia extẽduntur iden-
titate, vel maioritate rationis, vt per *Bart.
& alios DD. in l. ſi conſtante, 2. quæſt. ſol. matr.*
& idem *Bart. in l. quemadmodùm, C. de agric.
& cenſit. lib. 10.*

Sed hic modus occidendi cum pecu-
nia eſt ſpecies, quæ continetur ſub gene-
re modi, qui traditur à ſtatuto per illa
verba (quouis modo) & ſic caſus non ex-
preſſus continetur in expreſſo, qui duo
caſus cum ſint vnum eſſentialitèr, vnitate
eſſentiæ, quæ eſt inter genus, & ſpecies
identitate rationis, idem indicatur in ta-
cito, quod in expreſſo, quia vbi eſt eadem
32 ratio, ibi idem ius ſtatui debet, vulgato
*text. in l. illud, ad legem Aquiliam*, & ſic in
vtroq; caſu homicidium eſt impunibile,
quicquid dicant alij, qui prædicta mini-
mè intelligunt.

Nec obſtat, quod in generali conceſ-
ſione legis non veniunt illicita. Nàm re-
ſpondetur, quod Rex poteſt facere de il-
33 licito licitum, & qui Regis ordinationi
reſiſtit, Deo reſiſtit, vt *cap. qui poteſtatibus
11. quæſt. 3.* qua ratione cum tale homici-
dium proditorium, ſit comprehenſum, vt
probauimus in generali licentia Princi-
pis per illa verba in ſtatuto (quouis mo-
do) ſitq; etiam ſi non expreſsè, tacitè per-
34 miſſum à Principe dicitur, quod ſufficit
in præſenti caſu, quia fruſtra exprimitur,
quod tacitè ineſt, *l. Cornelius, de hæred.
inſtit.*

Nec obſtat, quod quando duæ ſpecies
non operantur eundem effectum de vna
ſpecie, non infertur ad aliam, vt hic, vbi
ſpecies occidendi ſine pecunia, operatur
publicam vtilitatem; & ſpecies occiden-
di cum pecunia, operatur priuatam vtili-
tatem, quia dictę ſpecies differunt in mo-
do tantùm, quia alius eſt modus occiden-
di cum pecunia, & alius ſine pecunia, ſed
differunt in effectu, cùm enim finis pro-
ximus ſtatuti ſit, vt banniti occidantur,
ex quo ſuccedit publica vtilitas, & ſalus
ciuium, quæ eſt finis proximus ipſius ſta-
tuti, vndè ſufficit, quod conueniat in pri-
35 mo effectu, quia cauſa propinqua magis
attenditur, quam remota, vt *l. ſed ſi plu-
res, §. in arrogato, de vulg. & pupill. ſubſtitut.*
ambæ operentur eundem modum, & effe-
ctum, quia cum ambæ ipſe duæ ſpecies
occidendi, vt ſupra probauimus, conce-
dantur à ſtatuto per illa generalia verba
(quouis

(quouis modo) impunitum, redditur homicidium.

Nec obſtat, quod dicitur de modo, qui quando eſt illicitus, fallit regula, quam habemus, quod nõ eſt curandum de modo, dùm habemus eundem effectum, quia hic modus licet ſit illicitus de iure communi, de iure tamen ſpeciali eſt licitus, quia per ſtatutũ derogatur iuri communi, & ſic de illicito factum eſt licitum, qua ratione ille, qui occidit bannitum ſpe lucri ad inſtantiam alterius non poteſt dici, quod illud fecerit contra intentionem ſtatuentis, & finem ſtatuti, cum non pro publica, ſed pro priuata cauſa, non ad inſtantiã Regis, ſed priuati commiſerit illud delictum, quia per illa verba
36 generalia poſita in ſtatuto (quouis modo) clariſſimè apparet, quod voluntas, & intentio ſtatuentis, quæ vt cauſa finalis ſtatuti principaliter attenditur eſt, quod omni modo, ſeù illicito, prout potuerit, vel placuerit, poſſit bannitũ impunè occidere, vt adimpleatur voluntas Regis deſiderantis (quouis modo) exterminare ipſos bannitos, & conſeruare Rempubli-
37 cam, quæ deſtruitur à bannitis; bannitus poteſt occidi proditoriè, qui quidèm modus occidendi proditoriè bannitum, vel odio priuato, & non zelo iuſtitiæ, non imputatur à iure communi, vt tenuerunt *Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. num.70. & 72. Vulpell. conſ.59. num.2. Gaball. in 3. centur. caſu 276. num.4.* teſtatur de communi *Foller. in pract. crimin. verbo foriudicentur, num.12.* quæ concluſio vt poſſit bannitus proditoriè impunè occidi, ampliatur etiã ſi adfuerit pax iuramento vallata, nàm publica vindicta pacto priuatorum tolli
38 non poteſt, & non valet iuramentum præſtitum contra, & in præiudicium iuris ſuperioris, vt dixit *text in cap. venientes, de iure iurando*, & in ſpecie *Vulpell. in d. tract. de tregua, & pace, quæſt.37. num.2. Gaball. d. cent.3. caſu 220. num. 36.* allegans illud vulgare
39 dictum: dolus, an virtus in hoſte requiritur, & *Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 231.* teſtatur de communi, *& num.236.* loquitur in ſpecie in terminis ſtatuti noſtri Regni Neap. bannitus poteſt occidi ad inſtantiam alterius, nec etiam impugna-
40 tur à iure communi, bannitum poſſe impunè occidi mediante pecunia ad inſtantiam alterius, vt voluerunt multi DD. magnæ magnæ authoritatis, vt ſunt *Nell. de bannit. in 2. par. ſecundi temp. num.12. Dec. in conſ.327. num.5. Foller. citato loco, de Franch. deciſ.276. nu.4. Gaball. 3. cent. caſu 220. nu.40. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 237.* allegans alios DD. teſtatur de communi.

Vltimò, nec refert, ſi dicatur, quod in poſſe prædicti occiſi fuit inuencta ſecuritas ambulandi. Nàm reſpondetur, quod ipſe inquiſitus, de hoc habebat ſcientiã, neque homines eiuſdem Vniuerſitatis, & Filens, & querulantes non verificauerunt de ſcientia ipſius inquiſiti, & propterea
41 præſumitur ignorantia, niſi ſcientia probetur, *l. verius ff. de probat.* & realitèr ſaluus conductus non fuit publicatus; ob quod
42 occidens foriudicatum, excuſatur de iure, vt in terminis refert fuiſſe deciſũ *Dec. in d. conſ.327. num.6.* vltra quod in guidatico prædicto non conceditur licentia accedendi vbi degebant partes offenſæ, vt in eo expreſsè legitur, & fuit interfectus prædictus foriudicatus vbi degebant partes offenſæ, vt benè verificauit per teſtes in defenſionibus à fol.192. vſque 195. ſic ſtante, quod fuit occiſus in loco prohibito, & abſq; ſecuritate ibi accedendi, licito iure ſperatur prædicto inquiſito deberi premium, & non pœnam.

Hæc omnia, quæ ſic ignare deſcripſimus conſcientiæ, atq; ſapientiæ Dominorum Iudicantiũ corrigenda ſubmittimus.

*Mutius Gazella.*

43 Per M.C.V. ad relationem Dom. Iudicis Roſſini, fuit dictum, quod liberetur in forma, & ſic confirmatum per S.C. ad relationẽ Reg. Conſ. Salgado, in Aula Reg. Conſ. Carauitæ, in Banca Tartaglia, & penès Secretarium S.C.

Ad ornatum quæſtionis vide noſtrum *compend. 1. par. ver. occidens bannitum etiam de mandato alterius, fol.364. 2. col. Amend. ad deciſ. Dom. de Franch. 276. Ruc. & Viſcont. ad eundem, Boſſ. tract. crimin. tit. banniti quid amitt. num.1. Iul. Clar. in §. homicidium, col.36. verſ. an licebit, & per totum, Reg. Conſ. Paſcal. de virib. patr. poteſt. par.4 cap.3 num.8.9.13. & ſeq. & num. 26. 28. & ſeqq. Farinac. conſ. crimin.113. num.12. tom.2. & conſ.101. num. 22. volum 1.* optimè hanc tuetur partem ex alijs, *Caball. reſolut. crim. tom.2. cap.278.* vbi *num.* 5. ponderat eſſe interpetrandum ſtatutum contra bannitos quomodocunquè ſequatur occiſio, & quod poſſint banniti occidi mediante pecunia etiam per aſſaſſinium, refert *Iulius Cartarius deciſ.1. num.14.* vbi plures allegat Doctores aſſerens ità deciſum Mediolani, & ſi alitèr ſit de iure communi, vltra

*d. Caball.*

d. Caball. in tractatu de omni genere homicidij, a num. 404. ad 410. vbi hanc quæſtionem pro vtraque parte exarat. Thoro.

## SVMMARIVM.

1 Teſtes ſeptem in teſtamento exiguntur de iure.
2 Teſtes octo exiguntur quando teſtamentum de falſo arguitur.
3 Teſtes reprobantes teſtamentū, debent eſſe idonei habiles, & omni exceptione maiores, ac omni macula carere, num. 4. & 6.
5 Teſtes reprobantes teſtamentum, debent eſſe in ſuperlatiuo gradu optimæ opinionis.
7 Teſtamentum primum, vel ſecundum attendi debet, & quando.
8 Subſcribens enim habetur, ac ſi totam ſcripturam ſua manu ſcripſiſſet.
9 Teſtes teſtamentarij circa teſtamenti falſitatem deponunt contra ipſos.
10 Teſtes deſcripti in teſtamento, ſi illud reprobaſſent, non audiuntur.
11 Qui contra ſuum ſignum deponunt, tenentur de falſo.
12 Permiſſum videtur ſubſcribi teſtamentum ab alio, ſi teſtator ſubſcribere nequit.
13 Subſcriptiones, & ſignacula teſtium finem teſtamenti oſtendunt.
14 Fœminæ teſtes teſtamentarij an ſint idoneæ.
15 Coniectura vna quando concurrit, tollit aliam.
16 Magis veriſimile tollit aliud.
17 Reus probata bonâ famâ, non poterit torqueri vno exiſtente inditio delicti.
18 Qualitas præcedentis vitæ elidit inditium.

## ARGVMENTVM.

Teſtamentū à Teſtatore conditum, atq; ſubſcriptum à teſtibus, ſi certo modo poſt illius cōſignationē, Teſtator ab huc tūnc diſceſſerat, an ex teſtium depoſitionibus hoc deponentibus de falſo argui poſſit.

## ALLEGATIO XXXVII.

CVm in anno 1637. de menſe Auguſti in Terra Tulbij in vltimis conſtitutus Paſcalis Sperone genere Ianuenſis, ſuum finale condidiſſet teſtamentum ſolemne tantùm, & in ſcriptis adhibitis ad illius clauſuram ſeptem teſtibus rogatis, qui adimpleta forma l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. ſe ſubſcripſerunt, eodemq; tempore conſignauerunt, in quorum præſentia illud ſuum Teſtator teſtamentum eſſe dixerit, extremo iàm clauſo ſibi die, indeq; ad non multum temporis eiuſdem teſtamenti facta formitèr apertura per Notarium, & Iudicem ad contractus in eorundem teſtium, qui teſtamento ſe ſubſcripſerant, & conſignauerant præſentia illud, illiuſq; tenorem confirmando, compertum ſit hæredem vniuerſalem fuiſſe inſtitutū Petrum Sperone fratrem patruelem Teſtatoris, qui adhibita tandem, (iuris forma ſeruata) hæreditate ad inſtantiam Teſtatoris fratrum germanorum Ianuæ commorantiū, ſuper eadem fuit factum ſequeſtrum porrectis Principi precibus, prætextu quod tempore quo teſtamentum fuit per teſtes ſignatum, & ſubſcriptum, Teſtator iam erat mortuus, redarguendo illud de falſo; ſuper quo capta ordinatione eiuſdē Principis informatione per quendam Commiſſarium, (licet per Petrum hæredem recuſatum, & per M. C. alijs ordinibus S. E. inhibitum.)

Prætenditur illa conſtare Iudicem ad contractus, & ſeptem teſtibus numerarijs neceſſarijs, qui ſe ſubſcripſerant teſtamēto, illudq; conſignauerant, depoſuiſſe Teſtatorem tempore quo fuit clauſum teſtamentum, & per teſtes ipſos conſignatum eſſe iàm mortuum, idq; etiam affirmatum in informatione eadem per tres eiuſdem Teſtatoris Ancillas. Item alios teſtes extra teſtamentum depoſuiſſe confeſſionē extraiudicialitèr factam per alios teſtes numerarios, qui extra iudicium hoc idē declaraſſent, hiſq; medijs, cum falſi crimine Notariotum redarguere Fiſcus intendat; videndum, vtrum poſſit? An potiùs eiuſdem, ille veniat licentiandus, aut ad ſummum habilitandus in forma? addendo iuribus partis, & Fiſci teſtamentū prædictum, licet ſollemne, & clauſum non fuiſſe manu Teſtatoris, & ſi literati, ſubſcriptum, ſed solùm eiuſdē Notarij, quod quam maximè arguere videtur ſuſpitionem, tenet Fiſcus.

Ad cuius rei euidentiam, & reſolutionem, arguendo de cōtractibus, in quibus duo tantùm teſtes ſunt neceſſarij ad teſtamenta, in quibus neceſſariò requiruntur ſeptem, qui ſe ſubſcribant teſtamento, & illud idem, eodemq; tempore, & nō ex interuallo conſignent, iuxtà l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. loquendo de teſtamento ſolemni, quod quando criminalitèr

tèr agitur ad illud reprobandú, & redar-
2 guendum de falſo, requirútur octo teſtes,
ſecundum opinionem *Odofredi*, quã tan-
quam communem ſeruari teſtatur *Alber.*
*in l.cum precibus, num.3.colum.2.C.de probat.*
*Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat videre,*
*num.3. verſ. dicunt autem, Cuman.in l.1. §. ſi*
*neget,num.7.verſ.item ad derogandum,ff.quem-*
*adm.teſtam.aper.* vbi refert *Dyrum* ità con-
ſuluiſſe, & practicari vidiſſe, illud idem
refert, & tenet nouiſſimè *Marius Giurba in*
*conſ.78.num.6.propè ſeptimum.*

Nec id ſufficere docet *Farinac.conſ.170.*
*num.4.* quandoquidèm (inquit ipſe) quod
ſiuè criminalitèr, ſiuè ciuilitèr agatur, vel
ſiuè tractetur de puniendo Notarium,
(prout in caſu noſtro) ſiuè de illum tor-
3 quendo, teſtes reprobantes teſtamen-
tum, non ſolùm debent eſſe idonei, &
habiles, verùm etiam omni exceptione
maiores, nullam prorſus maculam etiam
leuem, aut exceptionem patientes allegat
*Boer. deciſ.118.num.7. verſ cum teſtes, & nu.*
*14.26.& 27. Aym conſ.75.nu.34.& conſ.56.*
*num.3. Natta conſ.95. num.10.& 11. Franc.*
*Marc.deciſ.486.num,17.par.1.* quod fortiùs
vrget, & procedit quando criminalitèr
4 agitur, etiam quod teſtes reprobantes te-
ſtamentum, vel inſtrumentum ſint teſta-
mentarij, vel inſtrumẽtarij ex neceſſarijs,
vt eo maximè omni macula carere de-
beant, dicit *Boſſ. in tit.de falſ. nu.43.& ſeq.*
*Anchar. quæſt.71.par.1.num.8.& 9. Menoch.*
*de arb.Iud.lib.2.caſu 105.num.7.in fine.*

5 Imò quod huiuſmodi teſtes reprobato-
rij teſtamentum, non ſolùm debeant eſſe
omni exceptione maiores, ſed etiam in
ſuperlatiuo gradu optimæ opinionis, vo-
luerunt *Iaſ. conſ.13. verſ. ex aduerſo autem,*
*lib.3. Anan. conſ.197.num.2. Aymon conſ 56.*
*num.3. Addentes ad Lanfranc. in cap quoniam*
*contra,de inſtrum.product. num.486. lit.G. ex-*
*tra de probat.*

Hinc cum iſti duo teſtamentarij teſtes
putà Iudex ad contractus, & alius ex ſe-
ptem dùm fuit apertum teſtamentũ præ-
dictum, & ne dùm apertum, ſed inſuper
reaſſumptum, & redactũ in forma inſtru-
menti in pergameno, lecto illius tenore
à Notario tempore aperturę illius, illud
confirmarũt, & propterèa in reaſſumptio-
ne prędicta proprijs eorum manibus ſub-
ſcripſerunt, eorumq; conſignationes re-
cognouerunt, nùnc qui (hac informatio-
ne, & ſi ſuſpecta) iudicialitèr, & cum iura-
mento affirmare audent contrariũ, quàm-
uis huic dicto iudiciali magis ſtaretur,
6 nõ per hoc tamen poſſunt dici teſtes om-
ni exceptione maiores, & macula caren-
tes, vt requiritur ad teſtamenti reproba-
tionem, ex ſuperiùs adductis, ità *Tind. de*
*teſtib.lib.1.par.1.cap.14.num.2.ad finem, Boſſ.*
*in tit.de oppoſ.contra teſtes.num.3. Gabr.lib.7.*
*conſ 31.num.8.& ſeq. Clar lib.5.ſentent. §.fin.*
*quæſt.53. verſ. primus caſus eſt, poſt med.* qui
dicit ſic omnes DD. fateri, & propterèa
ex eorum depoſitionibus teſtamentum
reprobantibus, nullam poſſe induci vim
contra Notarium, de quo tractatur.

Inſuper in hoc caſu (& ſunt propria
verba *Farinacij loco citato num. 8.*) attendi
debet non dictum iudicialitèr etiam cum
iuramento tandiù poſt conditum teſta-
mentum, ſed primum extraiudiciale ro-
gatum à Notario paulò poſt conditum
teſtamentũ, in illius apertura, & reaſſum-
ptione ſtante eorum confirmatione per
ſcripturam, & ſubſcriptionem, ità vt dùm
modo audent iſti duo teſtes teſtamenta-
rij (hac informatione) iudicialitèr affir-
mare contrariũ eius, quod tùnc per ſcri-
pturam aſſeruerunt, præſumuntur à parte
7 & ſic attendendum eſt eorum primum
teſtimonium, non autem ſecundum, ad
quod adducit *Decius in cap.per tuas, nu.43.*
*extra de teſtibus, Menoch. de arbitr. lib.2.caſu*
108.*num.25. Roman. conſ.65.num.3.* & alios
quamplures.

Illud idem confirmat idem *Mar.Giurb.*
*d.conſ.78.num.10.circa medium,* ibi: *(Niſi te-*
*ſtamento ſe ſubſcripſerint teſtes)* adducit *Bar.*
*in d.l.1.§.ſi quis neget,ff.quemadm.teſtam.aper.*
*num.10.Alex conſ.147.nu.4.lib.2. Guid. Papa*
*deciſ.503. Borrell conſ.44.num.12.16.& 18.*
8 & alios innumeros, ſubſcribẽs enim perin-
dè habetur, ac ſi totam ſcripturam ſua
manu ſcripſiſſet, *Ludou.deciſ.454.nu.5.& 7.*
9 Quorum ratio eſſe poteſt, quia veniunt
iſto caſu, teſtes contra ſeipſos notando
ſe, & ſic non probant, ſecundum *Rebuff.*
*tom.1.Conſt.regal.tract.de chirogr.& cedular.*
*recogn. num.101.& 102.* qui omninò vidẽ-
dus, illud idem tenuit *Boſſ loco citato, Paul.*
*Caſtr.in l.Seia,ff.ad Vell. Iaſ.in l.iuſiurandum,*
*§ procurator, ff.de iure iur.* quos allegat *Seſe*
*deciſ.Arag.107. num.13. & ſeq.* vbi vnus te-
ſtis neceſſarius deponebat contra Nota-
rium, & quàmuis aliundè probaretur No-
tarium ſolitum falſa inſtrumenta facere;
nihilominus cũ tractaretur de proceden-
do contra Notarium, fuit citatio realis
contra eundem denegata.
10 Addo, & ex abundanti, quod cũ teſtes
etiam ſi omnes ſint teſtamentarij, qui te-
ſtamentum reprobaſſent, ſint ſubſcripti,
deindè contradicere velint, non audiun-
tur,

Digitized by Google

tur, imò eos teneri de falſo, tenet *Bart. in*
*d. § ſi quis neget, num.* 11. quod confirmat
*Anton. Capyc. deciſ.* 192. *num.* 5. vbi ex *l. eos,*
*ff. ad legem Corneliam de falſis*, ait: (teneri de
11 falſo, qui contra ſuum ſignum depoſuit)
refert *Menoch. de arbitr. d. caſu* 105. *num.* 23.
cui non diſſentit *Andr. Facbin. controu. iur.*
*lib.* 9 *cap.* 85 *lit. B. Anchar. in clem.* 2 *de teſtib.*
*non procul à fine, Cappell. Tholoſ. deciſ.* 376. &
alij quamplures apud *Ant. Gabr. lib.* 7. *commun. concluſ concl.* 31. *ſub tit. de malef.*

Nec opitulatur Fiſco, quin Teſtator
ſubſcripſerit; hoc enim ſi à lege poſſe aliũ
adhiberi, qui loco Teſtatoris, ſi litteras
Teſtator ignoret, vel ſubſcribere nequeat,
12 adhùc non eſſet permiſſum, proùt iàm
permittitur per *d. l. hac conſultiſſima*, non
ideò poſſe agi criminalitèr ſequeretur;
ſed illud tanquàm contra formam traditam
conditum inualidari, quod etiam rei
noſtræ non conuenit; ſiquidèm Notarius
loco Teſtatoris ſubſcripſit, vel quia Teſtator
ſe ſubſcribere non valuit, vel etiam
quia de Notario valdè confidit, vtroque
etenim caſu Teſtatori licere ſolẽnè condere
teſtamentum, reſonant verba *text.*

Item in omnibus teſtamentis, quæ præſentibus,
vel abſentibus teſtibus dictantur
ſuperfluum eſſe vno eodemq; tempore
exigere Teſtatorem, & teſtes adhibere,
& dictare ſuum arbitrium, finireq; teſtamentum,
ſed licere alio tempore dictatũ,
& ſcriptum teſtamentum proferre; ſufficit
enim vno tempore eodemq; die nullo
actu extraneo interueniente teſtes omnes
ſimul, nec diuerſis temporibus ſubſcribere,
ſignareq; teſtamentum, finem autem
13 teſtamenti ſubſcriptiones, & ſignacula
teſtium eſſe decernimus, (inquit *text. in*
*d. l. hac conſultiſſima*) ſubdẽs: (Non ſubſcriptum
teſtamentum à teſtibus, ac non ſubſignatũ,
pro imperfecto haberi cõuenit;)
vndè Teſtator licet teſtibus abſẽtibus teſtamentum
condidiſſet, dùm tamen ipſis
præſentibus Teſtator illud ſuum teſtamentum
eſſe dixerit, quod offertur; id ſufficere,
nec ideò infirmari, quod teſtes, quæ in
eo ſcripta ſunt teſtamento neſciant; hinc
cum teſtes neceſſarij in hoc teſtamento
adhibiti vno, eodemq; tempore iuris forma
iàm adimpleta, quod fuit per Notarium
Teſtatori oblatum coràm ipſis, illud
Teſtator dixerit ſuum eſſe teſtamentum,
& propterea exindè illud idẽ ſubſcripſerunt,
& conſignauerunt, tandem tempore
aperturæ ſigna, eorumq; ſubſcriptiones
recognouerunt actui aperturę inhęrendo,
& poſtmodùm cum fuit reaſſumptum in
forma probante iterum ſe ſubſcripſerũt;
quomodò quin in crimen falſi incidant,
quàmuis omnes impugnarent, ne dùm
duo aſſerere poſſunt, & affirmare tempore
clauſuræ teſtamenti Teſtatorem mortuum?
ſi igitur quàmuis improbarent teſtamentarij
(ex quo non poſſunt contra
ſuum ſignum deponere) cùm ſint nedùm
omni exceptione maiores, quinimò criminoſi,
& falſi non probent, quid de incapacitate,
& inhabilitate illarum trium teſtium
fiſci, aſſertarum famularum Teſtatoris
dicendum? niſi de ipſarum depoſitionibus,
nullam prorſus rationẽ habendam
forè, cum ſint fœminæ, ſolùm macula
ſexus (omni alia ceſſante) notatæ, quæ
14 præterquàm quod in priuilegiatis criminibus,
& atrocioribus haud idoneæ ſunt,
*Io. Andr. in cap. tanta labes, de ſimon.*

Accedat, quod crimen, quod ſuſpicatur
etiam coniecturis, repugnari videtur,
quandoquidẽ ne dùm tempore teſtamenti,
ſed nullo vnquã in dicta Terra Petrus
hæres inſtitutus eſt commoratus, adeò vt
vix illius nomen ibidẽ, & apud illas gentes
noteſceret, vndè cum Neapoli eo tempore,
proùt ſemper reperiretur, & à quodam
Sacerdote, in cuius domo deceſſerat
Teſtator, de tali inſtitutione fuiſſet certioratus,
quis ergo, vt rem Petro abſenti,
& ignoto gratam perageret, crimen hoc
patrare, ſic temerè auſus eſſet? quin ſaltim
ex eo aliquid pretioſum lucrifaceret?
quod argui facilè poſſet, ſi huic aliquod
adſcriptum foret teſtamento prædicto.

Hinc ſequi, quod etiam ſi coniecturæ
ad hoc crimen indagandum concurrerẽt,
proùt eum effectu illi repugnant, ex iàm
dictis tanquàm ſuſpitioni criminis prorſus
15 ſus contrarijs, ille tollerentur vna enim
coniectura quando huic rei concurreret,
tollit aliam, ſecundum *Bald. in conſ.* 302.
*incip. Proponitur, vol.* 2. *ante finem, & Fulgoſ.*
*in conſ.* 173. *incip. In cauſa, & Angel. in l. iniuriarum,
§. ſi quis de honore, ff. de iniur.* quod
quidèm poteſt dici in duobus veroſimi-
16 libus, nàm magis veroſimile tollit minus.
ſecundum *Bald. in l. fin. C. de hæred. inſtit. in*
2. *oppoſ.* & maior ſimilitudo tollit minorẽ,
ſecundum eundem *Bald. in l. ſinè poſſidetis,*
*C. de probat.* quem refert, & ſequitur *Iaſ. in*
*l. ſi extraneus, ff. de condit. cauſ. dat. cauſ. non ſequut. in* 2. *col.*

Et quod dicitur de coniecturis, & inditijs,
eſt adeò vtile, quod ſi contra reum
adeſt vnum inditium maleficij, & pro eo-
17 dem reo, ſit probata bona fama, quod
hoc caſu non poterit talis reus torqueri

vigore illius inditij etiam vehementis, ità notantèr *Bald. in l. fin C. de probat. in vlt. col.* quem refert, & ſequitur *Alex, in l. fin. ff. de quæſt. in 3. apoſtilla*, quod procedit eo magis quando qualitas rei, & conditio, ac bona fama ſic credere conatur, qualitas
18 enim præcedentis vitæ elidit huiuſmodi inditium, per *l. non omnis, §. à barbaris. ff de re milit, & cap. cum iuuentute, de præſumpt.* quod noſtræ rei cõuenit multum, tàm reſpectu perſonæ hæredis, quã Notarij, quorum integritas, vitæ probitas, & morum honeſtas, quodlibet inditium, & ſi vehemens (ſi quod eſſet) ad elidendum eſſet nimis ſufficiens. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito iunior V.I.D.*

Fuit enim ob infirmitatem iſte reus habilitatus, ſed morte præuentus, non fuit exitus cauſæ habitus.

*SVMMARIVM.*

1 *Inimicitia ſola, an præmeditatur, et arguat homicidium.*
2 *Animus deliberatus ad homicidium præſumitur ex pluralitate vulnerum.*
3 *Præſumptio appenſamenti in homicidio, tùnc ex inimicitia oritur, quoties ipſa ex graui cauſa orta eſſet.*
4 *Cauſa leuis inimicitiæ, non eſt ſufficiens ad præmeditationem homicidij.*
5 *Qualitas reiteratæ percuſſionis non efficit, vt homicidium ſui natura rixoſum deliberatum fiat, quando occiſor ab initio non habuit animum occidendi.*
6 *Animus occidendi, qualitèr præſumatur, vt homicidium dicatur deliberatum.*
7 *Ratio deliberati animi occidendi, qualitèr præſumatur.*
8 *Vox eſt mentis teſtimonium.*
9 *Coniectura deliberationis ex facto non leuis oritur.*
10 *Famulus mercede conductus ſi homicidiũ fecerit, qualitèr feciſſe dicatur.*

ARGVMENTVM.

Homicidiũ ex reiteratis vulneribus, an deliberatũ dici poſſit, vel rixoſus ex coniecturis illud patratis, potiſſimùm ex inimicitia.

ALLEGATIO XXXVIII.

QVæſtionis eſt, nunquid homicidium in perſonã Petri Pauli Ceſani dicatur deliberato animo, & ex propoſito, an potiùs calore iracundiæ, & in rixa commiſſum per Vincentiũ Troſum inquiſitum, & carceratum in M. C. V. & Io. Iacobum Mettulam eius dominum.

Et præmeditatum vtiq; prima facie videtur per ea, quæ conſiderat Fiſcus; affert enim Primo loco inimicitiam, quæ inter Io. Iacobum, & Ceſanum vertebatur, quæ
1 quidèm ſola præmeditati conſilij præſũptionem inducit iuxtà ea, quæ tradit *Alberic de Roſat. in l. & ſi amici domum, ff de adult. & de ſtatut. quæſt 64. Caſon. de indit. nu. 89. Maſcard de probat. concluſ. 98. Burſat. conſ. 146. num. 18. Vulpell. conſ. 127. num. 8. & Viu. deciſ. 282. num. 3.*

Secundò, præſupponit Fiſcus appenſamentum ex vulnerum pluralitate, tribus enim ictibus gladij confoſſus fuit, ideòq;
2 animum deliberatum occidendi præſumi debere, voluit *Gloſ. fin. in cap. ſi quis iratus 3. quæſt. 2. Hippol. de Marſil in l. 1. num. 37. C. ad l. Cornel. de Sicar. Carrer. in praxi §. de homicidiu autem ſpecie, Caſon tract. 4. de delict. cap. 5. nu. 4. Boſſ & alij* quos refert *Maſcard. de probat. concl. 864. num. 8.*

Veruntamen rem accuratiùs intuenti ſatis clarum eſſe arbitror, homicidium prædictum rixoſum, & abſq; dolo, abſquè præmeditatione, vel inſidijs fuiſſe patratum; & Primo ad ea, quæ de inimicitia Fiſcus affert, breuitèr reſpondeo, tùnc de-
3 mùm ex inimicitia oriri poſſe præſumptionem appenſamenti, cum illa grauis eſt, & ex graui cauſa nata, vt inquit *Decian. lib 3. cap. 25. num. 30. & ſeq.* quem ſequitur *Ginrba conſ. 91. num. 21.* nàm ſi leuis eſt cauſa, nec inimicitiam parit, neq; ex ea occidendi animus arguitur. *Honded. conſ. 87. num. 91. Bertazzol. conſ. 85. nu. 19. & 20.*

Videamus quæſo in caſu noſtro, quænàm inimicitiæ cauſa ſit, quęuè odij origo, & quidèm altercantibus paucis ante diebus ipſo Mettula, cum quodam Lutio Perſonè, Ceſanus rixam ſedare cupiens, Mettulam adhortatus eſt, vt pacem iniret, illudq; ad domum duxit, cumq; ante illius fores alloquerentur, inſiliens Perſonè ictum ſcopittæ aduerſus ipſos Mettulam, & Ceſanum iniecit, vtriuſq; terrore nullius damno, potuit ne Mettula hac de re aduerſus Ceſanum odium concipere, ità vt illum occidere poſteà deliberauerit?

vtiquè

Digitized by Google

vtiquè non; cùm nequè in dolo, nequè in
culpa vnquàm fuerit.
4 Cùm igitur in caſu noſtro, nulla cauſa;
vel ſaltem leuis admodum ſit, leuem etiã
inimicitiam producere poterat, & ab ho-
micidij præmeditatione ſatis remotam,
quemadmodũ in ſimili conſiderat *Giurba
citato loco*.
Ad Secundum reſpondet verum non
eſſe ſimpliciter id, quod Fiſcus circa vul-
nerum pluralitatem præſumit, etenim ſi
5 deliberatum occidendi animũ ab initio
non habuit occiſor, reiteratæ percuſſio-
nis qualitas non efficit, vt homicidium
ſui natura rixoſum deliberatum fiat, *Mu-
ta deciſ.27. num.1.* quem refert, & ſequitur
*Giurba conſ.82. num.37.* hùc illa pertinent,
quæ tradit *Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. ca-
ſu 361. num. 33. cum ſeq.* animum ſcilicet
6 occidendi benè poſſe præſumi in eo, qui
pluribus percuſſionibus offendit, ſed non
tamen deliberatum, quod quidèm confir-
matur ex eo, quia aliàs ſequeretur, quod
vbi in rixa vnus, alteri plures intuliſſet
vulnera animo deliberato id factum cen-
ſeretur contra iuris regulas, nõ enim plu-
ra, vel pauca vulnera arguunt homicidiũ
non eſſe caſu, vel ex propoſito commiſſũ,
vt idem *Menoch.* aduertit *citato loco*, vbi
etiam affert plures coniecturas appenſa-
menti, quarum nulla obtinet locum in
caſu noſtro.
7 Cæterum deliberati animi ratio conij-
citur ex verbis, ità *Gloſ. in §. ſed iſtæ, Inſtit.
de action. Pariſ. conſ.131. num.20. vol.1. Alba
conſ.119. Surd. conſ.82. num.3. Menoch. lib.5.
præſumpt.7. nu.9. lib.6. & præſumpt.35 nu.13.*
ſed verba prolata per Mettolam tempore
rixæ, non niſi pacati genij, & ſedatæ vo-
luntatis inditiũ clarè demonſtrãt, quem-
admodùm ex teſtium depoſitionibus ap-
paret: igitur appenſamentum prẹſumi te-
merarium abſq; dubio foret.
Deniquè ex facto etiam coniectari li-
cet ipſum Mettolam non habuiſſe animũ
occidendi, priùs enim ipſum Ceſanum
ſalutauit, deindè cum per aliquod ſpatiũ
inceſſiſſet, & triginta ferè paſſibus diſta-
ret ab eo, vocauit (*Signor Ceſano*) ipſiq;
obuiam eunti blandis verbis eſt alloqu-
tus, dicens, (*vna parola à V.S.*) ità deponit
Lucius Antonius famulus occiſi, cũ itaq;
8 vox ſit mentis teſtimonium, *l. Labeo, ad fi-
nem, ff. de ſuppell. leg. Boſſ. in tit. de homicid.
num.57. Surd. conſ.106. num.30. & Becc. conſ.*
9 117. *num.13.* & ex facto non leuis conie-
ctura deliberationis oriatur, vt inquit
*Bart. in l. Lectera, §. fin. num.3. ff. de legat. 1. Me-
noch. lib.1. præſumpt.28. nu.21. Pariſ. conſ.14.
num.30. vol.1.* conſequens erit nullam om-
ninò deliberationẽ poſſe argui, nullamq;
conſilij præmeditationem.
Hæc itaq; cum ità ſint, conſiderandam
omninò exiſtimo qualitatem Ceſani oc-
ciſi, & Mettolæ rixantis, qui cum minor
eſſet, & in diſcrimine vitę cõſtitutus faci-
lè occidi poterat ab ipſo Ceſano ne dùm
maiore, ſed viribus corporis ſtollidè fe-
roce: Quid faciat Troſus videns dominũ
ſuum ab ipſo Ceſano, ità correptum, vt
alligatas habere quaſi manus cenſeretur?
deſtituet, eum abſq; ope, abſq; auxilio?
iniquum profectò, & ab officio fidelis fa-
muli ſatis aberrans; erit hẹri lis nẹcis
iners, & ſimplex ſpectatur? non poterit
abſq; infamiæ, & ingratitudinis nota:
Fecit itaquè illud, quod ſuos quiſquè ſer-
uos, in tali re facere voluiſſet, victa vis,
vel potiùs oppreſſa virtute audacia eſt.
Quamobrem ne dùm, vt ſimplex, & rixõ-
ſus homicida, ſed vt neceſſarius, & ad ſui
propriam, ſuiq; Domini ſalutem coactus
defenſor iudicandus eſt. Famulus enim
10 mercedem conductus tenetur, proùt in
*text. in l.1. §. eodem autem tecto, ff. ad Senat.
Conſ. Syllan. l. cum dominus, eod. tit. Gandin.
defenſ. à reo fact. num.3. Alex. conſ.435. Clarus
§. homicidium, num.22. Plaza cap.28. num.28.*
allegando quamplures Doctores in hoc
caſu concordantes.

*Fuluius Daneſius.*

Additio. Inimicitia an, & quando fa-
ciat inditium, vel magnum, vel paruũ in
delictorum patratione proſequitur abun-
dantèr *Farinac. in ſua praxi crim. quæſt. 49.
per totam, & Almont. Ciazius diſcept. forenſ.
crim. tom.1. diſcept.34. Ant. de Ballis in tract.
crim. lib.1. tit. de indit. quæſt.21.*
Et inimicitia, & cauſa delicti, vt faciat
inditium, debet eſſe grauis, & capitalis,
non autem leuis, *Farinac. conſ.147. num.12.
tom.2. & conſ.130. num 4.* quæ non facit in-
ditium ad torturam, *idem conſ.127. num.6.
26. & 27. eod. volum.* nàm inimicitia gra-
uis, & capitalis inducit prẹmeditationem
homicidij, *Perſius conſ. crim.29. nu.21.* aliàs
ſecus *Farinac. conſ. crim.138. num.7.8. & 28.
tomo 2.*
Circa homicidium enuntiatum eſt cla-
rum, quod homicidium ſimplex, & non
prẹmeditatum dicitur illud, quod in pu-
ra rixa committitur, *Farinac. de homicid.
quæſt.126. num.7.* & homicidium præſumi-
tur potiùs commiſſum in rixa, quam præ-

meditate, *idem conſ crim. 138. num. 17. & 27. tom. 1.* maximè ſi nulla præceſſerit inimicitia, *idem conſ crim. 166. num. 5 eod vol.*

Homicidium autem præmeditatum, & ex propoſito dicitur illud, quod reſoluitur in animo occidentis ex interuallo antequàm committatur, *Farinac. d. 126. nu. 8. & ſeq.* vbi plura, & tale homicidium probatur præſumptionibus, & coniecturis, *idem d. conſ. 138. num. 1.* & præſertim ex inimicitia præcedenti, *idem conſ. 142. num. 2.* dummodò ſit capitalis, non leuis, vt ſupra dictum eſt. *Thoro.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Stuprum, ſeù defloratio, qualitèr probetur.*
2 *Conſenſus mulieris in rapto cum ſtupro ſi interuenerit, ceſſaret pœna ordinaria.*
3 *Pœna ordinaria raptus, & ſtupri, eſſet vltra relegationem ex blandis verbis, & ſuaſionibus ob violentiam interpetratiuam.*
4 *In dubio contra raptorem receditur ex coniecturis.*
5 *Mulier acclamare poteſt quando eſſet in Ciuitate, ſecus in Villis.*
6 *Rapiens mulierem, quæ promiſerat ſe ſtuprari, non punitur pœna raptus.*
7 *Acclamatio mulieris, vel ante, vel poſt, facit præſumere violentiam in genere, & in ſpecie.*
8 *Violentia in crimine raptus debet eſſe vera, nō interpetratiua.*
9 *Mulieri aſſerenti aliquem eam cognouiſſe non creditur, neque ſtatur eius dicto, & quare, num. 10.*
11 *Contrarietas teſtium cum depoſitione principalis, an admittatur.*
12 *Raptus an dicatur committi, ſi non fuerit illata vis, ſed conſenſus.*
13 *Raptus ſine violentia non committitur.*
14 *Pœna raptus ceſſat data voluntate mulieris.*
15 *Deciſio caſus raptus cum ſtupro adducitur.*

ARGVMENTVM.

Pœna raptus, & ſtupri puellę, an, & quando debeat capitalitèr admitti, vel non.

ALLEGATIO XXXIX.

CApta informatione per M.C.V. præuia quærela Scipionis Surrentini contra Carolum Patullum de raptu, & ſtupro commiſſo in perſonam Ptudentiæ de Mauro, ex facti ſerie apparebat die primo Ianuarij 1654. de hora duodecima, dùm ipſa Prudentia ſerua ipſius Scipionis inſimul cum altera ſerua ſe contuliſſent ad Eccleſiam Diui Pauli, vt auderent miſſam, & ibi ſe ab ipſa Eccleſia aſſociaſſet cum dicto Carolo quam aſportauerat, in quadā Taberna ſita apud Eccleſiam Diui Caroli, & ibidem eam ſtuprauerat, & actenta eius principalis depoſitione ſtupri commiſſi poſt cœnam ibi habitam, aſſeruit, qualitèr dictus Carolus duxit verſus quandam gradiatam dictæ Tabernæ, & eam ſtuprauit; quod etiā ex depoſitionibus Tabernarij, eiuſq; vxoris verificabatur, poſtmodùm præfatus Carolus ipſam ſeruam aſportauit in domum ipſius domini, prętendens ex hoc conſequi premium remanſit carceratus, & factis diligentijs in eius perſona, repertum fuit in eius ſubucula naſiſtergium ſanguine aſperſum, & marciæ, quod fuit recognitum ab obſtetricibus deponentibus de recenti fuiſſe maculatum ex ſanguine, & ſemine, & ipſam mulierem eſſe
1 vti maritatam perſiſtere, & ſtuprum, ſeù defloratio probatur ex ſemine reperto in interola viri, poſtquàm rem habuit cum puelia, *Farinac deciſ. crim. 69. num 2. tom. 1.*

Et ex ijs facta relatione per Dom. Baldaſſarem de Angelis Iudicem in criminalibus M.C.V de menſe Februarij 1654. fuit ſententialitèr condemnatus ad mortem, vt ex actis in Banca Matthęi Curtij Actor. Mag. penès Ioſeph Naclerium ſcribam.

Sed interpoſita reclamatione ex parte ipſius ad Collaterale Conſilium fuit per illud ordinatum, vt reciperetur reclamatio.

Quapropter pro defenſione ipſius Caroli dicebatur ante omnia ineſſe conſen-
2 ſum ipſius mulieris ex correſpondentia priùs habita inter eos, quod facit ceſſare crimen raptus, & paritèr ſtupri, & ad hoc facit, quod dixit *Coler. deciſ. German. 176. num. 107.* quod ſi non inuitam, ſed conſentientem in copulam rapuiſſet, ac vitiaſſet, eo in caſu ceſſare pœnam gladij raptorem autem nihilominus fuſtigandum, & relegandum eſſe, *Lipſienſ. deciſ. 188. vol. 3.*

Sed dato, quod talis conſenſus mulieris eſſet in dubio fortè ex blandis verbis,
3 ſuaſionibus, ac promiſſionibus fuiſſet inducta tùnc pœna ordinaria eſſet vltra relegationem ob violentiam interpetratiuam, vt aſſerunt DD. *Theſaur. deciſ. 218. num. 9. in fine, Peguera deciſ. Catal. 43. num. 7.*

*Capiblanc.*

*Capiblanc de Baron. tom.2. cap.49.num.20.*
4 A qua præſumptione, quæ eſt in dubio
contra raptorem, receditur ex coniectu-
ris relatis per *Menoch.de arb.Iudic.lib.2.ca-
ſu 291.* inter quas præcipuè colligitur, ſi
mulier in actu raptus non acclamauerit,
cum acclamare poſſet, tùnc mulier ſua
5 ſpontè receſſiſſe videtur, & mulier accla-
mare poteſt quando eſt in Ciuitate, ſecùs
ſi in Villa, *vt ibidem Menoch.num.27.* imò
6 rapiens mulierem, quæ promiſerat ſe ſtu-
prari, non punitur pœna raptus, quia non
dicitur honeſtè, vt inquit *Caſtr.conſ.222.
volum.2.*
6 Adeò quod cum deficiant requiſita, de
quibus loquuntur *Doctores in l.vnica, C.de
7 raptu virg.* & primo acclamatio mulieris
ante, vel poſt, quæ facit præſumere violen-
tiam in genere, & in ſpecie, vt inquit *Cra-
uett.conſ.2* nàm acclamatio mulieris vio-
lentiam arguit *Vulpell.conſ.17.num.4.* &
dùm acclamare poterat, dùm erat in Ci-
uitate, eò magis dùm erat in Eccleſia nõ
acclamauerat, ceſſabat violentia requiſita
8 in raptu; & quod imò requiratur non
ficta, & interpetratiua violentia, ſed vera,
aut in perſonam raptæ, aut parentum, vel
alterius, in cuius cuſtodia raptæ detine-
batur, *Farinacc.in conſ.crimin.33.num.42.
tom.1.*
Et quàmuis Fiſcus prætenderet funda-
tam habere intentionem tàm ex confeſ-
ſione principalis, reſpondebatur, quod
9 confeſſio illius non erat ſufficiens, nàm
mulieri aſſerenti aliquem eam cognouiſ-
ſe non creditur, *Boer.deciſ.319 nu.9. Paul.
Caſtr.conſ.348.num.14. Alexand conſ.157. in
princ. volum.5.* nec creditur mulieri aſſe-
renti vim paſſa, *Crauett.conſ.41.* neque ſta-
10 tur eius dicto, quia videtur deponere in
facto proprio contra tertium, *Vrſill.ad Af-
flict.deciſ.22.num 1.Burſat.conſ.69.num.19.*
Prætereà ex depoſitionibus Taberna-
rij, & eius vxoris deponentium dictum
Carolum hora 18. aſportaſſe dictam puel-
lam in eorũ Tabernam, & directè introie-
runt quodam cortinum, & portam inter-
mediam introcluſerunt, & illinc ad cer-
tum paruum tempus fecit epulare ipſam,
& ambulauit, apparet ex ijs còntrarietas
11 cum depoſitione principalis, ob quod
concordari nequeunt ad effectum euitan-
di falſitatem, *Vrſill. ad Afflict. deciſ.364.
num.6. Burſat.vbi ſupra, Abbas, & Butrius in
cap.vim tu, de teſt.*
12 Inſuper ſi benè raptus dicatur cõmitti,
etiam quod mulieri non ſit illata vis, ac
etiam quod ipſamet ſenſerit rapi, vt pro-
bat *Farinac. d. conſ. 33. num.3.* dummodò
non adſit conſenſus eorum, in quorum
domo rapta fuit videlicet parentum, fra-
trum, & aliorum ſimilium, vt ſubdit *nu.4.*
13 nihilominus contrarium putet, quod ſine
violentia raptus non dicatur committi,
*vt ibi num. 39. ad finem, & num. 44. & 55.*
agit de muliere ſpontè aufugiente, prouè
erat caſus iſte, quo fit, vt pœna raptus lo-
14 cum non habeat, data voluntate mulie-
ris, & ceſſante violentia, idem *Farinac.conſ.
crim.24.num.22.vol.1.*
Nec demùm obſtabat fuiſſe inuentum
naſiſtergium ſanguinolentum in eius ſu-
bucula, eo quia ex fide Barbitonſorum
apparebat id proceſſiſſe ex vlceribus exi-
ſtentibus in eius membro, prout aſſerue-
rabant ipsũ medicaſſe, adeò quod ſi verè
fuiſſet ab eo ſtuprata, vtiquè communi-
caſſet in infirmitatem cum illa, quæ iàm
erat ſana.
15 Et tandèm ad relationem eiuſdem Iu-
dicis fuit ipſe reus condemnatus ad in-
ſeruiendum in Regijs Triremibus per ſe-
ptennium, vt ex actis in dicta Banca, ſub
patrocinio D.Gregorij Paſchæ Aduocati
Neapolitani.

## *SVMMARIVM.*

1 *Metus inducitur ex minis prouenientibus à perſona, cui debetur reuerentia.*
2 *Metus præſumitur durare, durante cauſa metus.*
3 *Metus minor requiritur in perſona timida.*
4 *Metus iuſtus dicitur cruciatus corporis, vel mortis.*
5 *Metus ex præterito arguitur de præſenti.*
6 *Quod ab initio eſt vitioſum, non poteſt ex tractu temporis conualeſcere.*
7 *Metus non cenſetur ratificatus per quemcunq; actum durante eadem cauſa.*
8 *Confeſſio metu extorta non præiudicat confitenti.*
9 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
10 *Infecta primitiua, inficiuntur deriuatiua.*
11 *Pœna ordinaria an locum habeat ex negatione delicti.*
12 *Iudicari debet per euidentiam facti.*
13 *Confeſſus tamen de crimine, & non conuictus, mitiùs punitur.*
14 *Deciſio caſus occurrentis affertur.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Confeſſio furti ſpontanea facta, licet meticuloſa, & indè ratificata, an noceat furi minori prætextu metus illati, vel adiuuet.

## ALLEGATIO XL.

CVm fuiſſent plura furta commiſſa in domo Comitis Oppidi, hoc eſt in menſe Decembris 1653. de ſero, & fuiſſe aſſerebatur furto ſubtractum plactum paruum argenti valoris duc. 16. & indè de menſe Ianuarij 1654. aliud furtũ vnius candelarij argentei valoris ducatorum 20. & in menſe Februarij eiuſdem anni aliud furtum ex baullo certarum camiſarum valoris ducatorum 20. & demùm in principio menſis Aprelis dicti anni prætendebatur contra Simeonem de Maſſa eius ſeruũ furto ſubtraxiſſe vulgo *vno ſmicciaturo de candela d'argento* ex pretio ducat. 4. ac etiam anolum carolenorum decem, præſupponebatur ex hoc vltimo furto commiſſo per ipſum alia etiã commiſſa fuiſſe, poſtmodùm die 19. Aprelis cum ipſe Simeon acceſſiſſet ad domum Comitis pro conſecutione carolenorum ſex pro complemento ſui ſalarij, fuit ab eo detentus in quadam camera, & flagellis afflictus, indè ductus coràm Dom. Iudice Confalone, iuxtà illius ordinem, & confeſſus fuit coràm eo furto ſubrepſiſſe dictam vulgo ſmicciaturum, & anolum, & poſteà die 22. ratificauit coràm tota M.C.V. eius confeſſionem, poſtmodùm ductus ad cameram cordę pro conualidatione eius confeſſionis in caput aliorum ſociorum, negauit omnia, & non eſſe veritatem, & dixiſſe priùs præ timore Comitis verberibus afflictum ab eo.

Ex hac ſpontanea, meticuloſa, & ratificata confeſſione, nulla prorſus ratio haberi poterit ex rationibus in contrarium adductis in fauorem ipſius rei.

Et Primò, quia orta fuit ex præcedenti metu, iuxtà dictum eius in depoſitione dùm fuerat aſportatus ad cameram cordæ pro conualidatione confeſſionis, & omnia negauit. Secundò, dùm fuiſſet ab ipſo Comite detentus in camera, dùm ibidem acceſſerat pro recuperatione eius ſalarij, vt probatum erat, & ibidem flagellis fuiſſe afflictum, & ſic maletractatum ductũ coràm Iudice Confalone, aſſiſten-
te ipſo Comite, terrendo ipſum reum ex
1 ſua præſentia, poſtquàm metus inducitur
ex minis prouenientibus à perſona, cui
debetur reuerentia, *Farinac. deciſ. crimin. 7. num. 7. par. 1.*

Reſtabat indubitatum, id quod per
reum allegabatur in ſua vltima depoſi-
tione in camera cordæ ductum, dùm ad-
2 hùc durabat metus, quoniam metus præ-
ſumitur durare durãte eadem cauſa me-
tus, *Anna allegat. 114. num. 4. & ſingul. 341. Farinac. deciſ. crim. 58. num. 7. par. 1.*

Sic quia illicò ità atterritus aſportatus
in præſentia Iudicis, aſſiſtente eius Do-
mino, ſic quoq; quia erat minor, & perſo-
3 na timida, ideò metus minor requiritur
in perſona timida, quàm in perſona non
timida, *Farinac. deciſ. crim. 242. num. 17.* &
per regulam iuris apparet, quod ſicuti per
actum ſubſequens, & aſſerta cauſata ex
præcedenti metu cruciationis corporis:
4 quoniam metus mortis, vel cruciatus cor-
poris dicitur, metus iuſtus, *Bart. in l. interpoſitas, num. 2. C. de tranſact. Anna d. allegat. num. 3.*

Declarat præcedentem metum ex ver-
beribus illatis pugione euaginato a Do-
5 mino, ſicq; à pręterito arguitur metus ad
præſentia, *Mogull. de ijs, quæ vi metus cauſa fiunt, cap. 2. §. 7. num. 20.*

Et quamuis circa hoc prætenderetur
per Fiſcum, quod per ratificationem fuiſ-
ſet metus purgatus, dicebatur non proce-
dere in criminalibus; dùm ſpontanea
confeſſio ſic meticuloſa facta ex ſubſe-
quenti ratificatione facta, redditur nulla,
atq; inualida, ex regula illa, quod ab ini-
6 tio vitioſum eſt, non poteſt tractu tempo-
ris conualeſcere, ad *text. in l. quod initio, ff. de regul. iur.* vbi *Dec. num. 4.* in ſimili dixit,
quod confeſſio in quæſtione, nullis indi-
tijs illata non validatur ſuperuenientibus
7 inditijs, ſicq; metus non cenſetur ratifi-
catus per quemcunq; actum durante ea-
dem cauſa metus, *Farinac. deciſ. crimin. 295.*
8 *num. 3.* vndè ſuccedit, quod confeſſio me-
tu extorta non præiudicat confitenti, nec
prodeſt, *Auend. de metu, lib. 2. cap. 2. num. 29. & 35.* poſtquàm metus purgari nequit,
9 quia nemo eſt dominus membrorũ ſuo-
rum, *l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam*, &
quod durante primęua cauſa metus pur-
10 gari non poteſt, quia infecta primitiua,
inficitur omnis deriuatiua, ex *Menoch. & Ceuall.* probat *Capiblanc. 2. tomo de Baron. cap. 64. num. 13.*

Et ſi

Et ſi benè per Fiſcum fuiſſet inſtatum fieri confeſſionem in caput aliorũ ſociorum pro dictis ſurtis, proùt fuit ſubſequutum, quod expreſsè negauerat reus, at ſi ex confeſſione vt ſupra narrata prætenderetur ipſum condemnari facere ad pœnã
11 ordinariam nullo iure procedere videtur ex negatione delicti, vt colligitur ex *Petra ad Grammat. decis.8.num.3* ſed extraordinariè, *vt ſubdit num.4.* quod clarè colligitur in *deciſ.96. num.1.& 2.* quod ſi reus reſpondit deindè aliquid ſuper principali delicto pręſumitur ſuper eo interrogatus, & proindè euacuaret, quæ omnia concernit in facto.

Quatenùs autem Fiſcus prætẽderet vigore dictæ confeſſionis, ac ſubſequutæ ratificatæ confeſſionis reum torqueri debere obſtabit minor ætas, vt ex depoſitione, atquè aſpectu colligebatur, & per eui-
12 dentiam facti, atq; probatione debet iudicari, *l.minor 25.annis,ff de minor.& Grammat decis.48. num. 18. Menoch.de arbitr.in d. caſu* 117. & Fiſco impugnanti, incumbit onus probãdi, *l. cum te minorẽ, ff.de probat.*

Imò quando Fiſcus prætendiſſet dictã confeſſionem fuiſſe purificatam, & quod reus fuiſſet maior, quod eſt reiectũ ex ſupra adductis, & practicare voluiſſet iuxtà eius inſtantiam pœnã triremium; replicabatur ex notabili doctrina *Tiraquell. de pœnis temper.cauſa* 30. *nu.1.& 2.* quod con-
13 feſſus tantùm de crimine, & non conuictus, mitiùs ſemper punitur, proùt ſeruatur in iudicando.

Et propterea attenta bona qualitate ipſius rei probata, ex adductis rationibus erit pœna mitiganda, quatenùs veniret puniendus,

Quapropter facta relatione die ſeptimo menſis Iunij 1654. in Mag.Cur.Vic. per doctiſſimum Virum, ac digniſſimum Iudicem illius in criminalibus Franciſcũ Mariam Pratum, auditis partibus, ac plenè Aduocatis præuia diſcuſſione cauſæ fuit prefatus Simeon Maſſa condemnatus ad exulandum per annum ab hac Ciuitate, ſub patrocinio D.Gregorij Paſca Aduocati in Iure celeberrimi, potiſſimùm in criminalibus, in Banca Thomæ Carolæ, penès Carolum Caccaum Scribam.

*SVMMARIVM.*

1 *Aſſiſtens maleficio, tenetur vt principalis.*
2 *Auxiliatores tenentur, ac ſi occidiſſent.*
3 *Opem præſtans homicidio, tenetur vt homicida, & ratione fundatur, num.4.*
5 *Pœna vnica tenentur principales, & auxiliatores.*
6 *Auxiliator adhùc eadem pœna venit puniendus, ſi ob aliquam qualitatem veniret pœna alia maior imponenda principali.*
7 *Extenſio in criminalibus non erit facienda, ſed potiùs incluſio propter idemnitatem rationis.*
8 *Interpetratio extenſiua, quæ nãm ſit.*
9 *Comprenſio quando verè dicatur, non tamen extenſio.*
10 *Interpetratio intellectiua, non autem extenſiua quando dicatur.*
11 *Extendere quãdo dicatur verè in criminalibus, vel non.*
12 *Quod veriſimilitèr ſtatuentis interroganti reſpondiſſe pro expreſſo haberi debet.*
13 *Doctrina* Reg. Routti in pragm. de aſſaſſinio num.53. *declaratur.*
14 *Auxiliatores qua ratione includi mandatur in pœnalibus.*
15 *Deciſio cauſæ refertur.*

ARGVMENTVM.

Aſſiſtens armatus in maleficio commictendo, an eadem pœna puniri debeat ſicut principalis.

ALLEGATIO XLI.

AD copioſam iurium congeriem per Dom. Alexandrum Palmeriũ coaceruatam pro iuſta vindicta homicidiorum immanitèr patratorum per Saluatorem Milonum, & Coruos in perſonas fratris, & nepotis nihil adijcere audeo, vt cum bonus meſſor quantũ ad defenſionem decreti foriudicationis inquiſiti opus fuit, collegit luculentèr, & accuratè, ſed aliquas ſpiculas, vt aiũt poſt terga tanti meſſoris legendo hæc pauca addere volui ad ſecundum dubium, in quo conſiſtit tota difficultas.

Dùm enim dubitabatur, an verba Regiarum Pragmaticarum editarum die 31. Martij 1612.& 14. Aprilis 1614. per quas arctatur terminus foriudicationis contra mictentes ictum cum ſclopis, comprehendat caſum dicti inquiſiti, qui perſonalitèr interuenit in dictis homicidijs appenſatè aſſiſtit cum ſclopo rotato præſtitit auxilium, & cum ſocijs occiſoribus aufugit, credo poſſe reſolutiuè reſponderi, quod iſte non fuit, mandans, nec poſſunt adaptari

ptari termini iuris,& diſceptationes Do-
ctorum loquentiũ de mandato, quoniam
iſte fuit principalis, & vti principalis te-
1 netur eadem pœna qua verus occiſor, vt
plenè ſuo more doctiſſimus *Farinac in tra-
ctatu de conſultat quæſt.* 131. *num.* 1.3. *&* 4. cui
addo optimam *Addit. ad Alex. in conſ* 15.
*vol.*1. collatam per *Caball. in reſolut. crim.*
192 *in princ.* qui dicit ſecundum eam ſe-
pluries iudicaſſe, quod in terminis ſtatuti
ſolùm punientis occiſorem, licet vnicum
tantùm fuerit vulnus, & vnus ſolùm per-
cuſſor tamen cum dictum vulnus datum
fuerit ab vno mediante auxilio aliorum
debent, & ipſi quàmuis non percuſſerint
teneri de homicidio, in quo occidenti
2 præſtiterunt auxiliũ, non ſecus, ac ſi om-
nes occidiſſent, iuxtà *l. vnic* §. *pœnas autem,*
*C. de raptu virg. & in l is, qui opem, ff. de furt.*
*cum ſimil.* & in terminis eſt *text. in cap ſicut*
*dignum,* § *illi autem, de homicid.* per quem
3 conſtituitur regula, quod præſtans opem
homicidio, tenetur vt homicida, & idem
*Caball. reſol.*198. dicit, quod quando plu-
res delinquentes æqualitèr, & vnanimitèr,
& data opera, & ex propoſito delictum
vnum committunt, tùnc enim omnes vt
principales inſolidum ad pœnam tenen-
tur, non autem vnus de delicto, & alius de
4 auxilio, quia ex quo tenetur vt principa-
lis, non poteſt teneri acceſſoriè, proùt te-
netur opem præſtans, ſecundum declara-
tionem *Bart. in l. qui ſeruo,* § *item placuit, ff. de*
*furtis,* quia acceſſoria obligatio non po-
teſt in eadem cauſa cõcurrere cum prin-
cipale, ſed extinguitur per ipſum princi-
palem, *l. generalitèr, ff. de fideiuſſ.* per quæ iu-
ra tradit *Bart. in d. l. qui ſeruo,* §. *ſi duo, in*
*princ.* ſubdens, quod ſi duo dicerent in
propoſito caſu eſſe factum homicidiũ, &
auxilium, & ideò de ambobus pœnam ſta-
tuendum reſponderi poteſt, quod omnia
5 iſta tendunt ad vnum effectũ, & vna tan-
tùm pœna puniuntur per *l. illud,* § *fin. ad l.*
*Aquil.* & dicit *Menoch. de arb Iudic. centur.* 4.
*caſu* 362. quòad pœnam ſtatuti omnes de-
bent puniri ad pœnam ordinariam, cùm
verum ſit omnes percuſſiſſe.
6 Et *Iulius Clarus in quæſt.* 90. *in princ,* dicit,
quod ſi propter aliquam qualitatem ve-
niret; principali delinquenti imponenda
pœna maior, quam auxilianti, adhùc eſ-
ſet auxiliator, eadem pœna puniendus di-
citur ipſe commiſſi delicti, ſciuiſſet illam
qualitatem aggrauantem delictũ, & hanc
dicit eſſe communem opinionem *Corrad.*
*in prætor lib.*1. *cap.* ... §. 3. *num.* 6. *de conſen-*
*ſient.* quæ doctrina nimis facit ad propoſi-
tum, cùm tangat in ſpecie caſũ noſtrum.

Cùm igitur in omnibus iſte auxiliator
aſſimilatur principali vulnerãti, & eſt ea-
dem ratio, & penitùs omnimodò ſimili-
7 tudo non dicitur fieri extenſio de perſo-
na ad perſonam, ſiuè de caſu ad caſum,
vel ampliatio in criminalibus, ſed potiùs
incluſio propter idemnitatem rationis, vt
per *Euerard in loco à ratione leg larg. num.* 55.
*fol. mihi* 474. per *Gloſ. ſingul. in clem.* 1. *in ver-*
*bo diœceſanis, de iure patronat.* & dicit *Angel.*
*in* § *ſciendum, ff. ad leg. Pomp de parricid.* rela-
tus à *Cepoll. in tract. de interpret. leg. extenſ.*
8 *num.* 127. *fol. mihi* 18. quod impetratio ex-
tenſiua propriè eſt cum caſus de quo quę-
ritur, non cõtinetur in verbis, nec in men-
te, ſed ſolùm propter idemnitatem ratio-
nis, ſed extendi poteſt ad caſum de quo
quæritur, non ſit verbis expreſſus, ſi ta-
men continetur ex mente legis, ſeù ver-
borum, dicetur tacitè expreſſus, & com-
9 prehenſus, nec tùnc locum habebit pro-
priè extenſio, ſed comprehenſio, & di-
cit *Bald. in l. de quibus, ff. de leg. & in l. ſi*
*quis ſeruo, C. de furt.* quod conſtitutio etiã
pœnalis non dicitur extendi, quando ex-
tenditur ex mente eiuſdem Conſtitutio-
nis. allegat notata per *Ioan. Andr. in cap. ſi*
*poſtquàm de elect. in* 6. idem *Bald. in conſ.* 148.
*incip. Quidam Angelus,* quod vbi eſt ratio,
10 & mens legis, non eſt interpretatio exten-
ſiua, ſed intellectiua, quia ratio, & intelle-
ctus idem ſunt, & quod colligitur ex men-
te, dicitur quaſi expreſſum. idẽ tenet *Cra-*
*uett. de antiq. temp. par.* 4. § *videamus, num.* 19.
*fol. mihi* 229. *à ter. & Dom. de Franch. in deciſ.*
403 *num.* 10. reſpondẽdo obiectioni, quod
11 in pęnalibus non ſit licita extenſio, dicit,
quod eſt extendere, quando quid venit ex
mente, & ratione legis, nec iuſtitia offen-
deretur per DD. *Napod.* quam allegat, cui
addo *Minad. in Conſtit. In aliquibus, num.* 62.
*fol.* 109.

Adduco etiam argumentum licet vul-
gatum eſt clarum, quod ſi legiſlator fuiſ-
ſet interrogatus, an vellet dictas ſanctio-
nes extendi huiuſmodi auxiliatores, vtiq;
reſpondiſſet, quod ſic, & nemo ſani capi-
tis diceret contrariũ, meritò concluden-
12 dum, quod id, quod veriſimilitèr ſtatuen-
tis interrogati reſpondiſſet, pro expreſſo
haberi debet, *Tiraq. in l. ſi vnquam, in princ.*
*num.* 56. *C. de reuoc. donat. Farinac. in conſ.* 27.
*num.* 10. *Gabr de regul. iur. concluſ.* 10. *num.* 2.
*Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 19.
*num.* 15. maximè quando caſus nõ eſt om-
ninò ommiſſus, *Gabr. vbi ſupra num.* 53. &
ſubnectit id, quod aſſerit *Menoch. in conſ.* 95
*num.* 37.

Digitized by Google

*num.37.& in præſumpt.45. lib.1. & Franch. in deciſ.612.num.3.*quod ſcriptum expreſsè dicitur,quod ex coniecturis conſtat.

13 Nec credo obſtare,quod adducitur per *Dom.Rouit.Reg Conſ.in pragm.de aſſaſſ.n.53.* quod ſecundùm opinionem in Regno receptum eſt,veriùs eſt, quòd etiam expreſſa ratio in lege correctoria,& penali,nunquàm eſt licita extenſio, per *Afflict. in deciſ.21.num.5 & vltima num.17.Camp.in cap. ad hoc,num.144. Euerard in loco 35. à ratione legis larg.* quoniam eius quæſtio diuerſa eſt à caſu noſtro,cùm ibi tractetur de extenſione, Nos ſumus in materia comprehenſionis,de quo nemo dubitat,quin non comprehendat auxiliatores per prædictã, quàmuis in præſenti caſu arduo, & mali exempli, & in homicidio adeò crudelitèr, & imperioſè commiſſo,eſſet ponere os in Cœlum, ſequi aliam opinionem cũ
14 ſit fauorabilis, & tendat ad modum vindictę,quam ſequuntur poſt *Bart. in l.quemadmodùm,C.de agric.& cenſit.lib.12. Cotta in verbo ſtatutũ propriè debet interpetrari propriè, Marſil.in conſ.32.nu.6. 54.nu.8.& 85. nu.16. Tiraquell. de retract.conſang. §.1. gloſ.9. verſ. octauus, fol. mihi 66. Campag. in loco prædicto num.* 150. & doctrinam benedictam dicit *Caſſan. ſuper conſuet. Burgund. rubr.1. §.5. in verbo in contrarium videtur, num.2. fol.151. Farinac.var.quæſt.in quæſt.103.num.253.* qui tenet contrarium eius, quod dixit in *conſil 27. num.7.* & hæc breuitèr dicebam ſaluo meliori iudicio ſupremi Senatus Italiæ, in quo cauſa ventilatur,&c.

15 Fuit in cauſa prædicta iudicatũ vt exequeretur ſententia foriudicationis,vt dixi in 2. *par. noſtri compendy in verbo exequutio ſententiæ, fol.201. & in verbo pragmatica,*iterum in 3. *par. noſtri compendii verbo aſſiſtens armatus,fol.76.* *Thoro.*

*SVMMARIVM.*

1 Pragm.7.de citat.*affertur.*
2 *Teſtes debent ſubſcribi in relatione.*
3 Pragm.3.de citat. *producitur.*
4 *Citationes debẽt ſcribi, & ſubſcribi ab Actuarus in capite,non autem ab aſſumpto.*
5 Pragm.10.de offic.Iud. *refertur.*
6 *Aſſecuratio poſita in citatione ad informandũ, debet continere omnia alia delicta, & ſic deciſum.*
7 *Verba* pro quauis cauſa in quouis foro, ſtante quod pro illis aſſecuramus eos ſub fide verbo Regio, atq; noſtris, *quid operantur.*
8 *Relatio Nuntii continere debet, quibus citatio erit notificanda,vt recipiatur iuramentum ab eis de certiorando citatum.*
9 *Citatio ad informandum, fieri non debet in loco vbi ea dies erat feſtum particularis Sancti.*
10 *Iuriſdictio dicitur excitari, quando cauſa committitur Ordinario.*
11 *Cauſæ Neapolitanorum non poſſunt delegari minori numero quam quatuor Iudicibus.*
12 *Citatio expediri debet per edictũ, quando reus non habet domicilium in loco delicti.*
13 *Princeps mandando, præſumitur fieri ſecundũ leges.*
14 *Arbitrium Iudicis ceſſat vbi lex,vel ſtatutum ſeperatim pœnam imponit.*
15 *Verba* vt tibi videbitur, *arbitrium boni viri denotant,& qualitèr intelligantur.*
16 *Conſanguinei præſumuntur velle reos defendere.*
17 *Filij reorum an citari debeant in citationibus expeditis contra patrem, vt notitiam habeãt.*
18 *Dies contenti in citatione debẽt expleri,& contumacia vltima quando deſumitur.*
19 *Citatio matris inquiſiti, quæ anteà domũ alibi conduxerat,& ſi ſubſiſtet facta in loco delicti.*

ARGVMENTVM.

Nullitates diuerſæ propoſitæ aduerſus informationem captã de fractura carcerum, & fuga carceratorum,an opponi poſſint nè procedatur ad ſententiam foriudicationis faciendã per Delegatum.

ALLEGATIO XLII.

CORàm Regio Conſiliari D. Stephano Garrillo Salçedo Gubernatore Ciuitatis Capuæ, & Delegato per S. E. comparent V. I. DD. Antonius de Ponte, & Mutius Gazzella amici D. Cæſaris, & D.Laurentij de Capua, dicentes ex infraſcriptis, & alijs nullitatibus propoſitis in Iure, & in Facto ſubſiſtentibus non poſſe procedi ad prolationem ſentẽtiæ foriudicationis, contra prædictos inquiſitos pro cauſa fracturæ carcerum Ciuitatis Capuæ, fuga carceratorũ, & alijs omni modo meliori.

Prima nullitas,quia relationes in citationibus ſuper tenore inſtrumenti ad informandum,& ad capitula,& ad foriudicandum,

candum,ſunt faciendæ ab Alguzerijs ma-
1 tricularis,vt per *pragmat.7.in ordine, in titu-
lo de citationibus* , & relatio non fuit facta à
Sabarino Varraro, qui habet matricolam
à Ciuitate Capuæ,& poteſtatem intiman-
di iuxtà antiquum ſolitum,& conſuetum,
ſed ab alio non deſtinato ab ipſa Ciui-
tate.

Secũda nullitas, quia expedita citatio-
ne ad informandum , & ad capitula con-
tra prædictos D.Cæſarem,& D.Laurentiũ
2 non fuerũt ſubſcripti teſtes in relatione,
vt habetur in *Conſtitut.Regni Citationis lite-
ræ*, & ibi *Dom.Tapia lit.T.verbo duorum,vel
trium teſtium, & pragm.2. de ordine iudiciorũ.*
3 Tertia nullitas oritur ex diſpoſitione
*pragm.2. in tit. de citationibus* , ex qua habe-
tur , quod facta relatione per Nuntium,
debebat citatio pręſentari Magiſtro acto-
rum cauſæ, qui debebat in pede dictæ ci-
tationis continuare manu ſua diem præ-
ſentationis dictę citationis,quod non ap-
paret, ergo,&c.
4 Quarta nullitas, quia citationes non
fuerunt ſcriptæ , aut ſubſcriptæ à Franci-
ſco Garigliano Actorum Magiſtro præ-
dictæ Ciuitatis Capuæ,qui iurauit de be-
ne, & fidelitèr exercendo officium ſuum,
vt ſubiaceret ſindicatui,vt ex pluribus de-
ciſionibus teſtatur *Reg.Ronit.in pragmat.1.
num.10.& 16. de officio Iudicum*,ſed à Caro-
lo Griſignano Actuario aſſumpto contra
formam iuris,& præſertim *cap. quoniã con-
tra, de probat.* vbi *Lanfranch. de Orian.* quod
loquitur etiã in iudicijs extraordinarijs,
5 & à conſimili diſponitur per *pragmat.10.
in ordine de officio Iudicum* , vulgaritèr dicta
*delli 89.capi, in cap.35.*

Quinta nullitas , quia in decreto dici-
tur *viſis reſcriptis,&c.*citentur pro nùnc ad
informandum,& ad capitula D.Cæſar, &
D. Laurentius de Capua cum abbreuia-
tione termini dierũ quatuor, ſeruata for-
ma dictæ poteſtatis , etiam cum aſſecura-
6 tione , & non explicatur aſſecuratio pro
alijs delictis , & pœnis , vt requiritur , ad
tradita per *Farinac.quæſt.11.num.58.* & per
Collaterale Conſilium cũ interuentu Do-
mini Proregis de Oñate fuit iudicatum
ad beneficium Franciſci Compoſtæ , nec
refert, quod in citatione dicatur, *pro qua-
7 uis cauſa in quouis foro, ſtante quod pro illis aſ-
ſecuramus eos ſub fide verbo Regio , atque no-
ſtris*,quia citatio ſumit robur à decreto,&
non poteſt alterare formam decreti. er-
go, &c. nec obeſt relatio Nuntij dicentis
per Dominum Delegatum aſſecurari prę-
dictos inquiſitos pro omnibus, & quibuſ-
cunq; inquiſitionibus delictis, & pœnis,
quia non poteſt ſupplere id,quod non di-
citur in decreto .

Sexta nullitas,quia aſſertus Nuntius in
relatione non nominat quibus de domo
8 notificauit citationes, contra prædictos
inquiſitos, tàm ad informandum,quàm
ad capitula, vt de iure requiritur, vt per
*Foller. in verbo fiat relatio Nuntij , num. 8.* &
etiam in cauſis ciuilibus diſponitur per
*pragmat.28. in fine de officio S.C.* & debet re-
cipere iuramentum ab eo de certiorando
citatum , *Foller. ibidem, Anton. de Butrio in
cap fin. extra de eo,qui mitt.in poſſeſſ. Soccin.in
tract de citat.art.17.verſ.circa tertiam ſpeciem,
Grammat.in Conſtit.Citationis literæ,num.5.*
9 Septima nullitas,quia vltima contuma-
cia reperitur incuſata ſub die primo Sep-
tembris 1654. tempore quo erat Feſtiui-
tas Sancti Priſci primi Epiſcopi Capuani,
& non poterat Regi Curia iuxtà antiquũ,
ſolitum,& conſuetum in dicta Ciuitate,
vt per publicas ſcripturas præſentatas,er-
go nullitas, ex traditis per *Galter. in pract.
inſtrumentaria, in verbo expediatur citatio, nu.
48. & 49.fol mihi* 126.vbi attẽditur locus,
vbi citatio exequutioni mandatur,& non
à Neap.vbi expeditur,& per *Cauenſ.ad rit.
M.C.* 116.

Octaua nullitas,quia quando cauſa de-
legatur Ordinario habenti Vniuerſitatem
10 cauſarũ , dicitur potiùs excitata iuriſdi-
ctio, quam delegatio,vt per *DD. in cap.li-
cet incorrigendis, de officio Ordinarij, Reg. San-
felic. deciſ. 350.num.* 20. vndè oritur alia
nullitas , nempè contumaciæ erant incu-
ſandæ Curia pro Tribunali ſedente , & in
Ciuitate Capuæ,vbi eſt Ordinarius locus
regendi Curiam, & non alibi, ſcilicet in
Caſali Sanctæ Mariæ, *Reg. Sanfelic. poſt de-
ciſ.290.nu.51.fol.300.* imò oritur alia nul-
litas , nempè dùm aderat gratia S. C. M.
11 anni 1617. vt cauſæ Neapolitanorum nõ
poſſint delegari minori numero , quam
quatuor Iudicibus; quæ gratia eſt regi-
ſtrata,& inſerta in *pragm.1.de deleg.cauſar.*
cui gratiæ non fuit diſpenſatum per re-
ſcriptum S.E. vt in eo legitur,ſed tantùm
Pragmaticis, Capitulis, & Conſtitutioni-
bus , vndè cũ citati ſint notorij Neapoli-
tani,non poterant cognoſci per dictum
Dominum Conſiliarium , à quo erat cer-
tiorandus Excellentiſs. Dominus Prorex
de prædictis,quo caſu non delegaſſet,quæ
omnia congerit *Dom. Sanfelic. deciſ. 290.
num.43.*

Nona nullitas, quia D.Laurentius non
habebat domicilium in Ciuitate Capuæ,

vt ex

vt ex ſcripturis, quæ in promptu produ-
12 cuntur, & ſic citatio erat expedienda per
edictum, ex traditis per *Dom de Franch. deciſ. 516. num. 5.*

Decima nullitas, quia non poterat per
Dominũ Delegatum abbreuiari tempus
foriudicationis ad dies quatuor; ſub prætextu, quod Excellentiſſimus Dominus
Prorex in reſcripto tribuat poteſtatem
abbreuiandi terminum foriudicationis,
13 quia Princeps mandando præſumitur fieri ſecundum leges, ex traditis per *Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. 7. num. 70.* & Iudicis
14 arbitrium ceſſat, vbi lex, vel ſtatutum ſpeciatim pœnam imponit, vt ex iuribus allegatis per *Baiard. ad Clarum quæſt. 85. nu. 3.*
& in Regno iſto Neapolitano habemus
tot, & tãtas Pragmaticas in materia ictus
ſcoppictæ, in quibus ſtatuitur terminus
dierum quindecim poſt contractam vltimam contumaciam, ad procedendum ad
foriudicationem, & fuerunt citati, etiam
ad ſoluendum pœnam ducatorum mille,
pro ictu ſcoppictæ, ſeruata forma dictæ
Regiæ Pragmaticæ.

15 Vndecima, quia verba *(vt tibi videbitur)*
demonſtrant arbitrium boni viri fuiſſe
conceſſum, *Menoch. quæſt. 8. num. 1. 4. & 5.*
& in omni caſu, in quo ſtatutum reſtringit defenſiones reorum, etiam quòad illarum formã debet intelligi, vt minus corrigat ius commune, quam ſit poſſibile,
*DD. in l. 2. C. de noxal. Alexand. conſ. 19. nu. 9. vol. 1. Farinac. quæſt. 39. num. 28.*

Duodecima, quia Nuntius falsò retulit, cum reuerentia, citaſſe D. Alexandrũ
de Capua fratrem D. Cæſaris, & D. Laurentij de Capua, tempore quo ex publicis
ſcripturis apparet fuiſſe, & eſſe in Ciuitate Neap. in Collegio Nobiliũ, & ſic falſus
in vno, falſus in oibus, vulgatis iuribus.

Decimatertia, non fuerunt citati D.
Hieronymus Siſcara patruus dictorum
inquiſitorum D. Ioannes Baptiſta, & D.
Alexander Macedonij fratres ſobrini, D.
Elionora de Capua patrua, Marchio Matiui D. Ioſeph de Tufo, D. Marius, & D.
Antonius de Tufo eorum cognati, & alij
16 quibus veriſimilitèr eſt credendum velle
reos defendere, ex traditis per *Dom. de Franch. deciſ. 516. num. 12.*

17 Decimaquarta, ex quo non fuerunt citati filij D. Cæſaris, prout debebant citàri, ex traditis per *Dom de Franch. deciſ. 516 num. 3. & 14.* ex *l. 1. § denuciari, ff. de ventre inſpiciendo,* & ex *l. filius, ff. de ſuis, & leg. lib.*
ergò nullitas, aut ſaltẽ dari curator propter minorem ætatem.

Decimaquinta, dato, & non conceſſo,
quod vltima contumacia ad informandum, & ad capitula eſſet valida in loco
non conſueto, & quia primo Septembris
1654. fuerunt conceſſi quindecim dies ad
certiorandum, & quatenùs Regius Conſiliarius, & Commiſſarius Delegatus virtute arbitrij ſibi conceſſi potuiſſet arctare
tempus ad foriudicandum ad dies quatuor contra Neapolitanos, contra formã
Ordinis S.C.M. de anno 1617. vt in dicta
*pragmat. 1. de delegat.* expectari etiam debebant dicti dies quatuor, vt per *Afflict. in*
18 *Conſtit. Grandis vtilitas, num. 19.* & in *Conſtit. Pœnam eorum, num. 21.* vbi habetur, quod
Iudex tenetur expectare finem temporis
aſſignati, & per *Dom de Franch. deciſ. 515. num. 15.* nàm dicti dies quatuor currunt à
die contractæ vltimæ contumaciæ, & ſic
cùm debebat expediri citatio ad foriudicandum poſt diem decimumnonum Septembris, ſeù poſt vigeſimum, tandèm fuit
expedita, præcedente decreto ſub die 18.
Septembris, ergò nullitas.

19 Decimaſextà, dato quod fuiſſet citata
D. Portia Siſcara mater inquiſitorum in
Ciuitate Capuæ, nullitas notoria eſt, quia
per multum tempus antè intimationem
conduxit domum Neap. vbi habitauit, &
habitat, vt ex ſcripturis præſentatis, & deciſis per *Dom. de Franch deciſ. 514.*

*Antonius de Ponte.*
*Mutius Gazella.*

Fuit per Reg. Conſil. D. Stephanum
Garrillo Salçedo Gubernatorem Ciuitatis Capuæ, & Delegatum per S.E. dictum,
quod foriudicetur, & indè fuit reclamatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Illatio non fit à diuerſis.*
2 *Extenſio in pœnalibus non fit.*
3 *Extenſio de vno caſu ad aliud in pœnalibus non fit, neq; in odioſis.*
4 *Extenſio de caſu ad caſum, quando fiat, & num. 6.*
5 *Extenſio ſtatuti de caſu ad caſum, quando fit.*
7 *Diuerſitas rationis impedit extenſionem etiam in materia fauorabili.*
8 *Falſitas in quibus conſiſtit.*
9 *Furti nomine quid contineat.*
10 *Fraus præſumitur, quando fit mixtura contractum.*
11 *Pœna ſtellionatus locum habet in corrumpentibus merces.*

12 *Pœna ſtellionatus eſt pecuniaris.*
13 *Pœna ſtellionatus ceſſat, vbi dolus non habet particulare nomen delicti.*
14 *Pœna ſtellionatus locum non habet, vbi dolus poterit purgari actione ciuili.*
15 *Dolus eſt delictum.*
16 *Nemo debet decipi ſub publica fide, & auctoritate.*
17 *Decipere aliquem ſub fide publica turpiſſimum eſt.*
18 *Numiſmatum qualitas apud antiquos in magna exiſtimatione erat.*
19 Text. in l.1. C.de vet.numiſ. pot. lib.11. *ponderatur.*
20 *Explicatio* Gloſ.in l.1.C.de vet: num.pot. *adducitur.*
21 *Forma, materia, & pondus diuerſificat nummos.*
22 *Pœna capitis imponitur facientibus adulterinā monetam.*
23 Conſtit. Magiſtros mechanicarum *ponderatur.*
24 *Artifices quid apponere debeāt in mixtura auri, & argenti.*
25 *Pœna imponitur ex* Conſtit. Regni Magiſtros mechanicos *cōtra artifices malè miſturantes aurum, & argentum, quæ nàm ſit.*
26 *Pœna, quæ nàm imponi debet, mercatoribus prauis res corrumpentibus in qualitate, & ſpecie.*
27 *Fraus inter permiſſum, & probibitum cadit, fraus committitur per eum, qui ad deceptionē alterius, aut ſui commodum, aut verum tacet, aut falſum exprimit.*
28 *Fraus committitur propriè ad decoctionem alterius, & commodum proprium.*
29 *Fraudibus obuiandum.*
30 *Fraudis appellatione venit dolus, & impropriè culpa.*
31 *Fraus, & dolus nemini debet patrocinari.*
32 *Fraus non eſt ſine dolo.*
33 *Pœna ſtellionatus Iudicis arbitrio relicta eſt.*
34 *Pœna arbitraria extendi poteſt vſque ad mortem.*
35 *Confiſcatio bonorum ſubſequitur in omni caſu, vbi imponitur pœna mortis, vel deportationis.*
36 *Confiſcatio eſt ſequela pœna mortis.*
37 *Confiſcatio de iure authenticorum eſt ſublata, in caſu quo veniret in conſequentiam, & ſic de conſuetudine totius mundi recepta.*
38 *Pœna confiſcationis vbi à iure non eſt ſtatuta, non poteſt Iudex ex ſuo capite imponere illam.*

ARGVMENTVM.

Mercatores auri, & argenti, ſi in illis miſcuerunt plus æris quam fuerit ordinatum per Superiores, qua pœna puniri debeant.

ALLEGATIO XLIII.

CVm noua incidiſſet controuerſia exaranda in R.C.S. & mihi notificata à quodā Miniſtro ipſius, quid de iure ſentirem, volui ante omnia factū diligentèr exquirere, ſuppoſito qualitèr in anno 1629. cùm fuiſſet ſupplicatum Suæ Excellentiæ in Collat. Conſ. per Ludouicum. Orlandum velle introducere in hanc Ciuitatem laminas argenteas, & aureas, proùt conficiuntur in Ciuitate Florentiæ, de qua ipſe ciuis erat, & magiſter dictæ artis pro maiore commoditate, & beneficio nedùm dictæ Ciuitatis, ſed totius Regni, & aduenorū mercatorum, & indè per dictam Excellentiam ordinatum, quod eadem Reg.Cam. faceret conſultationem, per quam ruminato negotio ad relationē Spectab. Regentis Scipionis Rouiti eo tùnc Præſidente eiuſdem Reg. Cam. & Commiſſario, conſideratis conſiderandis, conſuluiſſet eidem Excellentiæ, quod poterat concedere petitam licentiam laborandi, & fabricandi dictas laminas, proùt laborantur in dicta Ciuitate Florentiæ, verùm, quod in qualibet libra aurei ponatur liga vnciarum duarum æris, & pro qualibet libra argentei indorati ponatur libra vnciarum trium, vt ex cōſultatione liquebat, & per Reg.Collat. Conſ.ordinatum exequi ſub die 15. Octobris 1629.

Et inter alios, quia Reg.Cam. licentiā obtinuerunt conficiendi dictam artem fuerūt Mattheus, & Simeon Sancti Florentini fratres per medium Ioſephi Romani, vt ex prouiſionibus expeditis ſub die 31. Martij 1631.

Habita poſtmodùm denuntia in dicta Reg. Cam. de fraudibus, & doloſè ſciētèr cōmiſſis in conficiendis dictis lamis valdè exceſſiuè, cuius vigore fuit per dictam Regiam Cameram, referente Domino D. Petro Moſcoſo Præſidente, & Commiſſario, fuit dictum, quod caperetur informatio, & fiant diligētiæ, indè capta informa-

tione

tione de prædictis, ac captis omnibus lamis argenteis,& aureis confectis per eundem Simeonem, fuerunt repertæ tàm intus eius domum,quàm intus eius apothecam aſcendẽtes ad libras ſeptuaginta ſex, & vntias vndecim, & facta de ijs diligenti probatione, ac examine in Regia Sicla monetarum per Officiales ordinarios dictæ Regiæ Siclæ cum coppella,fuit cognita veritas inqualibet libra dictarũ lamarum repertæ fuerunt vntiæ octo de ære, & vntiæ quatuor circitèr argenti.

*Libra quarum argenti eſt valoris v3.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Prima | d. | 3 | 4 | 13 |
| Secunda | d. | 4 | 1 | 18 |
| Tertia | d. | 4 | 1 | 13 $\frac{1}{6}$ |

*Libra verò aurea.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Prima | d. | 4 | 2 | 17 $\frac{3}{4}$ |
| Secunda | d. | 4 | 3 | 6 $\frac{3}{4}$ |
| Tertia | d. | 4 | 3 | $\frac{21}{22}$ |
| Quarta | d. | 4 | 4 | 5 $\frac{10}{18}$ |

*Iuxtà fidem Regij Comprobatoris Regia Sicla monetarum.*

Et ſic duæ partes æris vna quidèm argenti,& illas vendebat, publicè temerè;& doloſè prædictus Simeon inquiſitus, ſcilicet lamam argenteam ad rationem carolenorum decem cum dimidio pro vntia,& lamam auream ad rationem carolenorum duodecim cum dimidio pro vntia,talitèr quod qualibet libra lamæ argentei, quæ venditori cõſtabat ad rationem vt ſupra declaratam vendebat ad rationem ducatorum duodecim argenteam, & tarenos tres,& librã lamæ aureæ ad rationem ducatorum quindecim, quod nunquàm in Regno fuit à ſeculo exauditum.

Vndè hæſitari contingit, qua nàm pœna erat plectendus iſte inquiſitus, eo quia in cõſultatione facta Suæ Excellentiæ per Reg.Cam. in conficiendis dictæ lamis, nõ fuit in ea, neq; in licentia conceſſa,aliqua pœna in caſu contrauentionis impoſita.

Et quàmuis in banno aliàs publicato per Reg.Cam. in anno 1628.fuiſſet impoſita pœna triremis annorum ſex, & ducatos 200. Tirantibus,ſeù Filatoribus argẽti,& auri puri, & abſq; liga, quod per trafilam transfertur ſemper,& quando non obſeruarẽt diſpoſita in dicto Banno, nàm alia eſt ars Tirantium per trafilam, alia eſt ars Florentina, quæ non per trafilam oritur,ſed argentum,& aurum extenditur cum malleo ferreo pluribus ictibus, & cũ forbice indè inciditur,& fuit lamina longæ,vel paruæ,& latitudinis, prout Artifici videtur,adeò quod differunt artes prædictæ in liga, & in modo conficiendi, vndè
1 ſuccedit regula vulgata, quod illatio non
fit à diuerſis, *l. vlt. ff. de calumn.* cum alijs
apud *Barboſ. princip iur. lit. I. num.6.*
2 Præterea quia extenſio in pœnalibus
non fit, *Bertazzol. conſ. crim. 77. nu.9. tom.1,*
*conſ. 115. num.4. conſ. 125. nu. 15. & conſ. 166.*
*lit. I.* & in odioſis *Farinac. deciſ. 51. num.2.*
*tomo 1.*
3 Neq; fit extenſio de vno caſu ad alium
in pœnalibus, *idem conſ. 424. num. 1 tom.2.*
4 Quàmuis autem extenſio fiat de caſu
ad caſum in diſpoſitione inducta ratione
euitandę fraudis,quãdo vtroq; caſu adeſt
eadem ratio, vt inquit *Farinac. deciſ. 182.*
*num. 10. tom.2.*
5 Similitèr extenſio ſtatuti erit facienda
de caſu ad caſum ex identitate rationis
expreſſa in ipſo ſtatuto, *idem in deciſ. 252.*
*num.1. eodem tomo*;
6 Attamen tùnc extenſio fit de caſu ad
caſum, in quibus viget eadem ratio,ſi ratio
expreſſa ſit, ſi verò tacita eſt, & multiplex,
tùnc eſt periculoſum aliquid firmi
conſtituere, at ſi vnica eſſet ratio perindè
eſt, ac ſi expreſſa eſſet, *Bertazzol. conſ. 164.*
*lit. C. in Addit. tom. 1.*
7 Sicq; diuerſitas rationis impedit extẽ-
ſionem etiam in materia fauorabili, *Fari-*
*nac. conſ. crim. 81. num. 12. vol. 1.*

Adhùc tamen negari non poteſt, quin hoc delictum non tantùm falſitati aſſimilatur, quæ in tribus conſiſtere videtur,
8 hoc eſt in dolo, mutatione veritatis, &
præiudicio aliorum, *Feliceus alleg. 19. nu.1.*
*alleg. 29. num. 1. par. 1. & allegat. 135. num.2.*
*par. 2. Honded. conſ. 109 num. 55. vol. 2.* pari-
9 terq; etiam furto comparatur,etenim fur-
ti nomine intelligitur omnis illicita vſur-
patio rei alienæ, ſiuè clam, ſiuè palam,
ſiuè contrectatio ſit vera,ſiuè ficta, *cap. pœ-*
*nale 14. quæſt. 5.* cum alijs apud *Felic. alleg.*
*32. num. 5. par. 1.*
10 Quo fit, vt cũ fraus præſumatur quan-
do fit mixtura quorundam contractuum
diuerſorum, ità *Fimia in ritu Siciliæ 200.*
*fol. 119. lit. E.* multò fortiùs in mercibus
11 cum ſit cõſtituta pœna ſtellionatus con-
tra corrumpentes, & falſificantes merces,
*l. 1. §. ſed etſi quis, ff de crim. ſtellionat. Honded.*
*conſ. 96. num. 1. vol. 1.*
12 Et quàmuis pœna ſtellionatus ſit pecu-
cuniaria,& non corporalis, *Farinac. conſil.*

133. num.3. 12. & 18. tom. 2. & ſucceſſiuè
13 talis pœna ſtellionatus nunquàm intrat
ratione doli, quando dolus nõ habet par-
ticulare nomen delicti, idem Farinac.conſ.
168. num.18 .eod.volum. & tùnc pœna ſtel-
lionatus locum haberet, quando crimen
non haberet ſpeciale nomen, idem deciſ.cri-
14 min.291.num 1.paritèrq; talis pœna, & cri-
men ſtellionatus locum non haberet, vbi
dolus poterit purgari actione ciuili ex
contractu, idem Farinac.conſ.153.num.8.12.
& 13. tom. 2. attamen in caſu enarrato,
nedùm deceptio fraus, falſitas, & furtum
ineſſe viuentur, quæ ſunt de per ſe deli-
15 cta, ſed paritèr dolus, qui eſt delictum,
quod delictum eſt, probãt Ciarlin. controu.
forenſ. cap. 82. num. 37. tom.1. Celſ Bargal.
in tract.de dolo, lib.2.tit.de dolo vero, & de dolo
præſumpto.nu.84.& ampliùs, quia nemo de-
16 bet ſub publica fide auctoritate decipi,
Farinac. conſ.46.num.10.vol.1. & decipere
17 aliquem ſub fide publica turpiſſimũ eſt,
idem in praxi crimin. quæſt.29.num.5. conue-
niunt etiam relata per Nos in 3. par. com-
pendij, verbo pænæ, fol.262.

18 QVam magna fuit apud antiquos ha-
bita numiſmatum qualitas, non ta-
men inſpecta materia illius, quam etiam
19 ſpeciei probitate, vt habetur in l.1. C. de
vet.numiſm.poteſt.lib.11.ſic inquiens Impe-
rator, ſolidos veterũ Principũ veneratio-
ne formatos ità tradi, ac ſuſcipi ab emen-
tibus, & diſtrahentibus iubemus, vt nihil
omninò refragationis oriatur modo, vt
debiti ponderis ſint, & ſpeciei probę, vbi
20 Gloſ.in verbo ſpeciei, ſubdit, quod nõ dete-
riorata ſit res, ex l.2.de ſponſal. ſicq; tria re-
quiruntur in numiſmate, ſcilicet metallũ,
pondus, & forma, quorum ſi quid defue-
21 rit, non eſt numiſma, eo quia forma, ma-
teria, & pondus, diuerſificant nummos,
Luc. de Penna in d.rubr.de vet.numiſm.poteſt.
talitèr quod diſpoſitum reperitur in Con-
ſtitut. Adulterinam, monetam condentibus,
22 vel ſcientèr accipientibus, pœnam capi-
tis irrogamus, & eorũ ſubſtantiam publi-
camus, &c. hoc idem erit attendendum
inter magiſtros mechanicarũ artium, vt
23 habetur in Conſtit. Magiſtros mecanicarum,
ibi: Artifices autem, qui in auro, & argento la-
borant ſellarios, & ſcutarios, frenarios, atque
larmenos, candelarios, fabros, qui ęris, & ferri
quecunque opera formant, baliſtas etiam facien-
tes, & arcus generalitèr omnes artifices cum fide,
& ſtudio, proùt artificium vnius cuiuſque me-
liùs nouerit. volumus operari, &c. & ſequitur
in fine: Sic nullus in Regno noſtro laboret au-
rum, quod per libram de puro auro per minus
teneat quam octo vntias ſimilitèr argentum ali-
quis non laboret, quod minus vntijs vndecim pu-
ri argenti per libram teneri noſcatur, quod obti-
net, ſiuè venale opus huiuſmodi artifices per ſe
faciant, ſiuè ab alio recepta, materiam opus fin-
gat, vt anulos fabulans paropſides, vel cuppas
aureas, aut argẽteas, in quibus aliquid vltra prę-
24 dictam quantitatem, & formam materiarũ do-
minis immiſceri minimè putatur, &c. vbi Af-
flict. in princ. notat, dicendo: Item illi arti-
fices, & argentarij, qui laborant aurum, vel ar-
gentum, caueant ne in vna libra auri, ponant tan-
tam ligaturam, vt non remaneant octo vntiæ au-
ri puri, ſimilitèr caueant ne in vna libra argenti,
ponant tantam ligaturam, quod non remaneant
vndecim vntiæ de argento, et hoc habet locũ ſiue
auri faber, argentarius faciat vaſa aureã, vel ar-
genti de ſuo, vel ſit data ſibi materia auri, vel
argenti ad faciendum paropſides, vel anulos, vel
alias res aureas, vel argenteas, &c. & hoc ſub
pœna contenta in d. Conſtit. nàm pro pri-
25 ma vice impoſita eſt pœna vnius libræ
auri puri Fiſco applicanda, pro ſecunda
26 vice, pœna manus, pro tertia, pœna mor-
tis in furcis, ad quorum corroborationẽ
optimè Caball. reſolut.crim. tom.1.cap.177.
num.5 inquit, Vtiquè acriùs agendum erit cum
iſtis prauis hominibus, qui in ipſa rerum ſubſtã-
tia, ſeù ſpecie, & qualitate fraudem committũt.
vt notat Io. Nider in ſuo compendioſo tract.
de contract.mercat. cap.1.num 10. verſ.in ſub-
ſtantia, & num 11.verſ.in qualitate, vbi exem-
plificat in dante auricalcũ in loco auri,
aquam pro vino, aurum, vel argentum ab
Alchimiſta factum, vnam ſpeciem auri, &
argenti, non habens pro auro, & argento
vero, vinum corruptum, vel aqua mixtum
pro vino ſano, vel puro, falſam monetam
pro bona, vel aliquam aliam rem non ve-
racitèr talem, qualem fraudulẽtèr aſſerit,
vt ibi per eum, & ibi caſum deciſũ affert,
fraus enim ex hoc conſpicitur, dùm ipſa
27 inter promiſſum, & prohibitum cadit
non inter permiſſa tantùm, vel prohibi-
ta, Giurba conſ.56.nu.3. eo quia fraus com-
mictitur per eum, qui ad deceptionem
alterius, aut ſui commodum, aut verum
tacet, aut falſum exprimit, Bertazzol.conſ.
374. num.3.vol.2. & ſic fraus commictitur
28 propriè ad deceptionem alterius, & com-
modum proprium, idem conſ 93. num.10.
29 volum.1. quocirca fraudibus obuiandũ,
l.in fundo, ff.de rei vend. Barz.deciſ.19.num.8.
30 quoniam fraudis appellatione propriè
venit dolus, & impropriè culpa, Barz.con-
31 ſil.387.num.10. ideò fraus, & dolus patro-
cinari nemini debet, l.cum donationis, C.de
donat.

*donat. Barboſ. princip. iur. lit. F. num.* 54. cùm
32 fraus non ſit ſine dolo, *Ciarlin. cap.* 82. *num.* 36.
33 Et ſuppoſito, quod pœna ſtellionatus ſit Iudicis arbitrio relicta, vt inquit *Menoch. de arbitr. Iudic. caſu* 381. *num.* 4. *& Farinac. in eius praxi quæſt.* 19. *num* 34. adhùc quia
34 pœna arbitrio Iudicis relicta eſt, poteſt extendi vſq; ad mortem, §. *in ſumma, Inſtit. de iniur.* vbi *Additio ad Gloſ.* allegat *text. in l. Pedius*, §. 1. *ff. de incendio, ruina, & naufragio*, quemadmodùm impoſita videtur in dicta *Conſtitut. Magiſtros Mecanicarum*, quare inſpecto Iure antiquo confiſcatio bonorũ ſubſequebatur in omni caſu, in quo im-
35 ponebatur pœna mortis, vel deportationis, *Farinac. in eius praxi quæſt.* 25. *num.* 7. cùm ſit pœna vltimi ſupplicij, & in illius conſequentiam venit, *idem in conſ. crimin.* 118. *num.* 4 *&* 7. *Guazzin. de confiſcat. bonor. concluſ.* 19. *num.* 17. verùm, quia per diſpoſitionem *Auth. bona damnatorum, C. de bon.*
36 *præſcript.* ſublata conſpicitur talis confiſcatio, in caſu quo illa imponebatur in conſequentiam pœnæ mortis, vel deportationis, vt dixit *Farinac. d. quæſt.* 25 *num.* 7. 8. & hoc contrarium veriùs eſſe oſtendit *idem in d. conſ.* 118. *nu* 8. *& ſeq.* & talis pœ-
37 na ſublata eſt de conſuetudine totius mundi in caſu prædicto, vt tradit *Guazzin. d. tract. concluſ.* 13. *limit.* 4. 5. *&* 6. & pro-
38 pterea confiſcationis pœna, vbi à iure ſtatuta non eſt, eam Iudex ex ſuo capite imponere non poteſt, idem *Farinac. conſil. crimin.* 185. *num.* 38. *tom.* 2. hæc occurrunt, adhùc pendet deciſio in R.C.S.

### *SVMMARIVM.*

1 Pragmat. 1. de oſcul. mul. per vim, *ponderatur.*
2 Cap. Regni Vt ſine mortalis, *explicatur.*
3 Cap. Regni Vt delatas, *producitur.*
4 *Extenſio non eſt facienda de caſu ad caſum ex maioritate rationis.*
5 *Verba quando ſunt ambigua in benigniorẽ partem intelligenda ſunt.*
6 *Pęna nõ imponitur, niſi expreſſè dicatur à lege.*
7 *Verbum* Aculeos, *an importet pœnam corporis afflictiuam.*
8 *Federicus Rex floruit poſt Regem Robertum.*
9 *Articulus dubius deciſus per ſententiam Regis facit ius vniuerſale.*
10 *Pęna oſculi violẽtis eſt arbitraria, hoc eſt exilij.*
11 *Pragmatica, ſeù conſtitutio, vbi mentio facta nõ fuerit de deciſione cauſæ vertentis, remanet in ſuo robore.*
12 Deciſ. 333. Præſ. de Franch. *qualitèr intelligatur.*
13 Cap. Regni Si quis. *adducitur.*
14 *Foriudicari non poteſt quando quis puniri non poſſit pœna mortis, & ſic deciſum.*
15 *Verba Cap. Regis Roberti ponderantur, & requirunt dolum.*
16 *Dolus in dubio non præſumitur.*
17 *Oſculus debet eſſe ad os, vel ad mammillas, vt locum habeat Pragmatica.*
18 *In criminalibus debẽt eſſe luce meridiana clariores probationes.*
19 *Famulus minor repellitur à teſtimonio, vel vti pauper.*
20 *Quod non eſt veriſimile pro falſitate habetur.*
21 *Dicta teſtium ſunt interpetranda, nè videantur captioſa.*
22 *Deciſio cõtrouerſiæ oſculi violẽtis producitur.*

### ARGVMENTVM.

## Qua pęna puniri debeat oſculans mulierem per vim.

### ALLEGATIO XLIV.

INquiritur Dominicus Caſſano ad querelam Andreæ longo ſub prætentu, ꝙ die 7. Februarij 2649. poſt 24. horas oſculatus fuerit Ioannam Longo eius filiã intus propriã domum, in faciẽ, infligendo poſteà ei alapam, idq; pretenditur verificarũ per tres teſtes de viſu, ac pro huiuſmodi cauſa debere puniri pœna mortis naturalis, vigore Edicti Regis Roberti contenti in *Reg. Pragm. ſub tit. de oſculantibus mulieres per vim*. Sed antequã deueniamus ad ſpecialia pro inquiſiti defenſione, primo generalitèr indagandum eſſe, quę nàm ſit pœna ſtatuta in dictis ſanctionibus.

1 Quod vt expleam ſuppono *Reg. Pragm. editã ſub die 9 Martij* 1563. ſtatuiſſe, vt Edictum Regis Roberti, quo fuerat impoſita pœna mortis naturalis contra oſculantes per vim mulieres, quia erat locale obtineret etiam locum extra Ciuitatem, & tempus ad ſententiam foriudicationis, quod per prædictum edictum erat ſex menſium, reduceretur ad menſes tres.

2 At per Edictum Regis Roberti, quòd incipit *Vt ſine mortalis*, non fuiſſe impoſitã pœnam mortis naturalis, & ibi legitur, ſed mandaſſe, vt crudelitèr caſtigetur rei huius delicti, & ſic nõ loquitur de pęna mortis naturalis, vt colligitur ex verbis Edicti, ibi: *In eum vultrices pœnarum aculeos exiſtimet irremiſſibilitèr ſecuturos*, ex quibus dũ

non

non exprimitur pœna mortis naturalis,
non debet ea ſubintelligi,nàm quãdo vo-
3 luit dixit,vt idem Rex in *cap.vt delatas,* &
alibi,nec eſt facienda extenſio de caſu ad
4 caſum, etiam ex maioritate rationis, vul-
gato *text.in l.ſi verò,§.de viro,ff ſol.matr. cũ*
5 *alijs ſimilib.*quando verba ſunt ambigua,
in benigniorem partem facienda eſt in-
terpetratio.*Gloſ.in cap.cum tu,cum alijs con-*
6 *cord.de teſt.* & pœna nõ imponitur, niſi ex-
preſsè dicatur à lege,ſecudum iura àddu-
ducta,per *Caball.caſu* 1.*nu.*11.*& ſeqq.* imò
7 quod tale verbũ *aculeos,*non importet pœ-
nam corporis afflictiuam, probat *text. cũ*
*Gloſ.in l.*1.*C.vt intra certum tempus,*quem
locum in terminis dicti Capituli Regis
Roberti obſeruauit *Affl. in Conſt. Terminũ*
*vitæ, num.*8. Imò ex illis verbis poſitis in
dicto Capitulo Regis Roberti tantùm
abeſt,vt debent inferri ad pœnam mortis
naturalis, vt potiùs intelligi debeant de
pœna non corporis afflictiua, & ſnadetur
ex alia ponderatione, nàm ſi fuiſſet ſtatu-
ta pœna mortis, minimè ſuiſſet poſitum
in controuerſia, quę pœna eſſet infligen-
da in illa facti ſpecie, quæ fuit agitata tẽ-
8 pore Regis Friderici, qui floruit longè
poſt Regem Robertum,vt apud *Afflict.de-*
*ciſ.* 276. vbi inquiſito fuit impoſita pœna
exilij temporalis.

Quod etiam fundatur ex eo, nàm quã-
9 do articulus dubius eſt deciſus per ſen-
tentiam Regis præcedente Conſilio facit
ius vniuerſale in Regno, vt teſtatur *Dom.*
*de Franch. deciſ.*81. *num.* 2. ſed in materia
oſculi violẽti, fuit facta particularis con-
10 ſultatio per S.R.C. Regi Friderico,& de-
ciſũ, quod pœna ſit arbitraria citra mor-
tem, & ſuit impoſita pœna exilij tempo-
ralis, vt dictum eſt per *Afflict. d. deciſ.*276.
quẽ referunt *Muta deciſ.*62. *Caball. caſu* 96.
*Peguer.cap.*7.*num.*9.*&* 17.*Menoch.de arbitr.*
*caſu* 278. *Farin. quæſt.*142.*num* 160.*&* 163.
*Clar.quæſt.*83 *verſ oſculum ſub nu.*6.dùm er-
11 go in Regia Pragmatica,quæ fuit noua
Conſtitutio,nulla ſuit facta mẽtio de prę-
dicta deciſione per modum legis genera-
lis,ergò remanet in ſuo robore,per *text.in*
*cap.*1.*de conſt.in* 6.*cum concord.*hinc *Baiard.ad*
*Clar.quæſt.*83.*num.*30.aſſerit, nunquàm vi-
12 diſſe ſeruatam *Reg.Pragm. Regni,*& quãuis
*Dom.de Franch. in deciſ.*333. referat vidiſſe
illam ſeruatam in quodam de Terra San-
ſę, tamen ibi concurrebãt qualitates ag-
grauantes,videlicet inæqualitas perſona-
rum,& alia,quæ ceſſant in caſu noſtro, vl-
tra quod deciſa in particulari,vel ſpecia-
li caſu non ſunt ad exemplum trahenda,
*l. ſed licet, ff. de offic.Præſ. & l.nemò, C.ſen-*
*tent. & inter.*

Nec refert ſi dicatur,quod in nouo ſta-
turo arctatur tempus foriudicationis ad
tres menſes,ergò tacitè ſtatuit de pœna
vltimi ſupplicij, nàm reſpondetur, quod
Regia Pragmat. fuit ædita in anno 1563.
quò tempore vigebat,*Cap. Regni,*quod in-
13 cipit *Si quis,* in quò ſtatuebatur, quod
quis poterat condemnari ad mutilationẽ
membri,ad carcerem perpetuum,ad mor-
tem ciuilem,& ad mortem naturalẽ,quod
aduertit *Trepid. in Cap. Regni Vt ſine morta-*
*lis,*ſed poſteà in anno 1604.iunctis Conſi-
liarijs duarum Aularum, in Collat. Conſ.
14 fuit deciſum, quod non poſſit quis forin-
dicari quando non poteſt puniri pœna vl-
timi ſupplicij,vt per *Gizzar.deciſ.*13.

15 Et edictũ Regis Roberti vtitur his ver-
bis,*Vt nullus audeat, vel præſumat,* & requi-
ritur omninò dolus,vt ex traditis per *Fa-*
*rinac.quæſt* 87.*nu.*32.& in caſu noſtro dolus
16 minimè fuit probatus, qui nec in dubio
præſumitur, *cap. non præſumitur, de reg. iur.*
*in* 6. *l.meritò, ff.pro ſocio,cum alijs concord.*de-
bet omninò pœna delicti ceſſare, *Farinac.*
*d.loco num.*1.& dùm etiam ſeruata forma
dictæ *Reg.Pragm.*requiritur violentia, quę
nec in caſu noſtro ſuit probata, quinimò
interceſſerat quodãmodò cõſenſus puel-
læ prætenſæ decſeulatæ,quæ poſt aſſertum
oſculum iniunxit eius ſamulo,vt nihil di-
ceret patri ipſius puellæ, vt deponit Ia-
nuarius de Sanctis fol.4. & alij teſtes exa-
17 minati in S.C. vltra quod oſculum debet
bet eſſe ad os,vel ad mammillas, vt ſit lo-
cus diſpoſitionis Reg.Pragmat. *Dom.Ro-*
*uit. pragm.* 1.*num.*3.*de oſculant mulier. in vlt.*
*impreſſ.*

Nec in facto adſunt probationes præ-
tenſi delicti,nàm quàmuis fuerint produ-
cti tres teſtes,tamẽ ex eorum depoſitioni-
bus nulla poteſt colligi certa probatio,
18 quæ in criminalibus debet eſſe luce me-
ridiana clarior, *vulg iur.* nàm quòad pri-
mum teſtem,qui eſt Ianuarius de Sanctis,
ne dùm vti famulus, ſed etiam minor an-
norum terdecim repellitur à teſtimonio
19 in criminalibus, *vulg.l.in teſtimonium, ff.de*
*teſtib.* Secundus teſtis, qui eſt Sperantius
de Pierro, non eſt omni exceptione ma-
ior,etiam attenta eius depoſitione,cum
figurat aceeſſiſſe ad domum prædictam
pro conductione eius operarũ, & vti pau-
per debet quoq; eius depoſitio reijci, *Fa-*
*rinac. quæſt.*55. *inſpect.*2.*nu.*117.*& quæſt.*57.
*num.*1.& 3. & Tertius teſtis, qui eſt Caro-
rolus Iouene, à nemine fuit viſus,neque

vocatus

vocatus in conteſtem, qui vtiq; ſi internueniſſet, & fuiſſet præſens tempore aſſerti oſculi fuiſſet vocatus in conteſtem, & in depoſitione affert cauſam figurando occaſionem, quod acceſſerat in domum dicti Andreæ patris aſſertæ deoſculatæ,vt ſimiliter conduceret operas ad laborandū, vt viueret,& ſic eodem morbo laborat, & idem teſtis Carolus Iouene minimè fuerat præſens tempore aſſerti oſculi dūm anteà, & poſteà fuit viſus in alio loco ludens, vt ſuper quarto articulo deponunt teſtes fol.52. à ter. & propriè 54. & teſtis fol.62. à ter.& propriè 64. & teſtis fol.64. à ter.& mater eius fuit nuptui tradita patruo querulantis, vt per teſtes fol. 47. 49. 52. à ter.56.à ter.ſuper 7.artic.vltra quod iidem teſtes deponunt de geſtis tempore noctis,nec eſt veriſimile,quod omnes ſubſcripti teſtes,qui continuò locabant eorū operas à querulante, ſi fuiſſet deoſculata eius filia in eorum præſentia,& alapa ceſa non acclamaſſent, & illud, quod non eſt
20 veriſimile pro falſitate habetur, *cap. quia veriſimile,de præſumpt.* & ex parte inquiſiti eſt probata coarctata loco,& tempore dicti teſtis Caroli Iouene, qui tēpore aſſerti oſculi minimè aderat in loco prædicto,vt ſupra probatum eſt.

Nec refert ſi dicatur, quod vnus ex teſtibus productis ad ſe defenſam deponat vidiſſe in loco prædicto, vbi ludebatur, nonnullos ludere, inter quos non nominauit dictum Carolum Iouene, quia reſpondetur, quod dicta teſtium ſunt inter-
21 pretanda, nè videantur captioſa, vt aduerrit *Iaſon in l. ait prætor, §. iurari, num. 2. ff. de iure iurando,* & in ſpecie loquitur in caſu quando teſtes interrogati, an aliqui eſſent præſentes, reſponderunt, quod nulli, & ex aduerſo probaretur, quod alij erant præſentes ſaluantur eorum dicta, quod nulli, ſcilicèt, quos viderint, vel ad quos aduerterint,prout eſt caſus noſter.

Vndè ex his, quæ Dominorū Iudicantium Religioni, & peritiæ ſubijciuntur, cæterum ex eorum more ſupplendis ipſū Dominicum Caſſano inquiſitum liberandum ſperamus.

*Mutius Gazella de Caieta.*

22 In cauſa Dominici Caſſano cum Regio Fiſco,& Andrea Longo inquiſiti de oſculo violenti in perſonam Ioannæ Longo filiæ dicti Andreæ.

Per M.C.V. ad relationem Magnifici Iudicis de Scacciaueneto fuit inquiſitus condemnatus ad regandū ad Regias Triremes per quinquennium.

A quo decreto per inquiſitum fuit appellatum ad S.C. & commiſſa cauſa Regio Conſiliario Miroballo ad relationem eiuſdem.

Die quinto Nouembris 1649. per S.C. facto priùs acceſſu ſuper faciem loci totius Aulæ S.C. Domini Thomæ de Aquino vbi dictus Commiſſarius reſidebat cū interuentu Spectabilis Præſidis dicti S.C. fuit dictum, quod dictus inquiſitus torqueatur, & die 8.eiuſdem menſis fuit tortus per ſpatium mediæ horæ, & non confeſſus,deindè die 15.Decembris 1649.per S.C. fuit confirmatum decretum M.C.V. condemnandum inquiſitum ad remigandum per quinquennium, iuxtà *deciſ. Dom. de Franch.664. num.15.& ſeq.*

A quo decreto per inquiſitum fuit reclamatum, & dictū de nullitate, quæ fuerunt admiſſæ abſq; depoſito, ſtante eius paupertate, & dictum, quod diſcutiantur corā Domino Præſide, & fuit cauſa commiſſa Reg. Conſ. Ianuario Pinto, & pendente reclamatione inſtāte Regio Fiſco, & parte,vt dicitur præuio reſcripto particulari S.E. fuit inquiſitus miſſus ad Regias Triremes loco depoſiti, deindè in cauſa reclamationis fuit per S.C. ad relationem Reg. Conſ. Pinti minorata pœna remigationis in triennium, quo peracto fuit inquiſitus liberatus.

In Banca de Caro, olim Raimo.

Donato de Bartholomeo Scriba.

Ad ornatum *d.deciſ.de Franch.664.nu.15. & ſeq. vide eundem deciſ.139. in fine, & 470. num.6.& 510.num.16.& ſeq. & Addentes ad dictas deciſ.*

Et quando ſententiæ dicantur conformes, ad hoc vt ab eis non poſſit reclamari,& eius praxis vide *Dom.de Thoro in compend. p.tr.1.verbo ſententia, fol.198. colum.1. verſ.5.*quem citat *Dom.Epiſc.Riccius in addit. ad d. deciſ.* quod conſiderandū,& menti tenendum in caſu noſtro.

Et facit etiam ad cauſam, nàm inditia quando ſunt valdè vrgentia, ſolet reus etiam poſt torturam illatam condemnari ad triremes, *Franch. deciſ.571. in fine,& deciſ.538. num.17.*

Te SVM-

### *SVMMARIVM.*

1 *Probatio plena oritur ex receptione pecuniæ ex Banco cum apoca.*
2 *Libris Bancorum creditur.*
3 *Plena probatio oritur ex libris Bancorum, etiã ſi negetur receptio pecuniæ ex eo.*
4 *Probatio plena oritur ex partita Banci.*
5 *Probatio in contrarium non admittitur, contra partitam Banci.*
6 *Pœna arbitraria extat in crimine falſi.*
7 *Pœna arbitraria vſque ad mortem extenditur, maximè in crimine falſi, num 9.*
8 *Crimen falſi atrociſſimum, & duriùs omnibus aliis.*
10 *Conſuetudo delinquendi, extenditur per binos actus.*
11 *Iudex pœnam auget, & minuit ex cauſa.*
12 *Furtum committit Procurator, recipiendo pecuniam cum falſitate.*
13 *Pœna mortis extat pro magno furto.*
14 *Inſtrumentum poteſt teſtibus reprobari ac eius falſitatem.*
15 *Inſtrumentum reprobatum cenſetur, quãdo teſtes aſſeruit nõ fuiſſe celebratum vti falſum.*
16 *Notarius poteſt de falſo condẽnari quãdo duo teſtes reprobant inſtrumentum.*
17 *Pœna Notarii committentis falſitatem, eſt arbitraria, ſed quando eſſet falſitas magna, vel iterata, erit pœna mortis, num. 18.*
19 *Notarius falſum conficiens inſtrumentum, punitur pœna mortis, & ſic deciſum.*
20 *Deciſio cauſæ refertur.*

### ARGVMENTVM.

Qua pœna puniri debet falſam procurationem concipiens in perſonam alicuius, vt ex Banco illius vigore pecuniam alterius ſubtraxerat illam alienãdo.

### ALLEGATIO XLV.

HOnophrius F. inquiritur de furto, & falſitate ducatorũ 625. per eum cum falſa procuratione Magnificæ Beatricis Summonte alienatorum, & ex iis, quæ in facto deducuntur, remanet dictus Honophrius conuictus virtute falſæ procurationis alienaſſe dictos ducat. 625. Monti Maritagiorum, & pecuniã à Ban-
1 co accepiſſe ex partita Banci, ex qua inducitur plena probatio contra dictum Honophrium, vt fundat *Eſcobar. de ratioc. cap. 11. num. 5. 6. & 7.* & præſertim in hac
2 Ciuitate Neap. vbi libris Bancorum indiſtinctè creditur, *Bellon. deciſ. Genuæ 38. num. 2. Nicol. Gen. in tract. de ſcriptura priuata, lib. 4. tit. de lib. Campſoris, & Bancherii, num. 8.* & hoc procedit etiã ſi aliquis negat rem
3 geſtam eſſe cum ipſo, quia ſtatur dictæ probationi, quæ eſt plena, *Crauett. de antiq. temp. verſ. vidimus,* & abundè *num. 31. & num 71.*
4 Et in hoc noſtro Regno, etiã ſi aliquis negat ſibi pecuniam eſſe numeratam, adhùc ex partita Banci oriri pleniſſimam probationem, fundat *Gait. de credit. cap. 2. tit. 1. num. 54. & 82. & tit. 9. cap. 2. num. 32.* vbi plures allegat.
5 Quod adeò eſt verùm, vt contra partitas Banci non admittatur probatio in contrarium, vt fundat *Scaccia de commerc. & camb. §. 7. gloſ. 3 num. 33. & 34.*

Item remanet conuictus dictus Honophrius ex depoſitione quatuor teſtium feciſſe dictam alienationem vigore dictæ procurationis falſæ.

Duo igitur commiſit delicta, falſitatem ſcilicet, & furtum.

6 Circa falſitatem, licet ſit hodiè pœna arbitraria in hoc delicto falſi, vt per *Menoch. de arbitr. Iud. caſu 306. ſub num. 8. Clar.*
7 *in § falſum, num 40.* pœna autem arbitraria poteſt vſquè ad mortem extendi in delictis grauibus, *Franch. deciſ. 504. nu. 11.*
8 & crimen falſi, eſt crimen atrociſſimum, & duriùs omnibus alijs criminibus, vt fundat *Boſſ. in tit. de falſ. num. 72. Clarus in § falſum, in princ.* vndè abſquè dubio po-
9 teſt extendi vſquè ad mortem, *Faber deciſ. 6. de gradib. & pœn. falſi,* quem refert, & ſequitur *Dom. Epiſcopus Riccius collect. 248. par. 2.* & maximè quia eſt inquiſitus de
10 alia falſitate, vndè pœna mortis arbitrari poteſt ex hac conſuetudine delinquendi per duas vices, *Grammat. deciſ. 16. num. 4.* vbi *Addentes, & voto 9. num. 26. & voto 17. num. 13. Vulpell. reſp. 16 num. 4.* & facit *Gloſ. in l. 3. in verbo conſuetudini, C. de Epiſc. aud.* quia generalitèr ex aliqua circumſtantia
11 licitum eſt Iudici pœnam augere, & minuere, vt docet *Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap 9. num. 8. verſ. 12.* cum crimine, & poſt alios *Caball. caſu 18. num. 9.* quæ maior circumſtantia cogitari poteſt, quam peſſimũ exemplum, quod naſceretur, ſi pœna ordinaria mortis non irrogaretur huic delinquenti cõuicto, daretur enim alijs poteſtas, & facilitas vendendi inſcijs veris dominis alienum patrimonium, quod rogo con-

Digitized by Google

go conſiderent circumſpectiſſimi Domi-
ni Iuſdicentes.

12 Commiſit etiam furtum, ex quo tan-
quàm falſus Procurator recepit pecuniã,
ad *text. in l falſus creditor* 44. *§.falſus procu-
rator. ff de furtis, & in l.falſus procurator, C.de
furtis*, vndè habet locum *Capitulum Regni
Ad hoc vt noſtrum*, vbi in furto vltra viriã
imponitur pœna mortis, & in caſu noſtro
13 ſumus in magno furto, vbi practicari pę-
nam mortis, teſtatur *Reg. Conſiliar. Gizza-
rell. deciſ.*13. *num.* 7. adeſt etiam circum-
ſtantia mali exempli, quæ abſquè dubio
delictum grauat, vndè imponitur pœna
mortis, *Afflict. in Conſtit. Regni Baiuli loco-
rum, num.* 17. vbi ſic ſuo tempore practica-
tum teſtatur, & optimè fundat *Caball. caſu*
18. *num.* 4. *& ſeqq.*

Et ſic decidendum ſperatur à doctiſſi-
mis Dominis Iudicantibus.

Notarius Carolus Franciſcus Miglius
inquiſitus de fabricatione falſæ procura-
tionis in perſonam Honophrij Feroce, de
qua remanet conuictus, cum Iudex, & alij
teſtes negauerint interfuiſſe inſtrumento.
Vndè videndum de duobus: Primò ſit
conuictus. Secundò, qua pœna ſit pu-
niendus.

Quòad Primum, nulli dubium eſt, in-
14 ſtrumentum poſſe teſtibus reprobari, &
eius falſitatem, *Gloſ. in cap. tertio loco, de pro-
bat. in verbo nota quod teſtes.*

15 Vndè ſi duo teſtes neceſſarij inſtrumē-
to dicant, inſtrumentum non fuiſſe cele-
bratum, omninò inſtrumentum cenſetur
reprobatum, & vti falſum reputatur, *In-
nocent. in cap. cum Ioannes Heremita, num.* 2.
*extra de fide inſtrum.* & hæc eſt communis
opinio, vt refert *Aret conſ.*88. *num.*3. com-
munem opinionem etiam aſſerit *Curt. ſen.
conſ.*55. *num.*1. *Grammat. conſ.*51. *num.*4. *Co-
uarr. variar. reſolut. reſol.* 2. *cap.* 13. *num.* 11.
*verſ. ſecunda conluſio*, *Villalobos in commun.
opin. lit. I. nu.*74. *Baiard. ad Clar. in §. falſum,
num.* 101. *Maſcard. lib.* 1 *in præfat. quæſt.* 6. *nu.*
36. *vſque ad num.* 47. vbi ex doctrina *Bart.*
docet, non per hoc eſſe teſtes ſingulares,
& omninò inſtrumentum falſum reddi,
dicens hanc opinionem eſſe ab omnibus
ferè receptam, & hanc eſſe communem,
& indubitatam concluſionē teſtatur *Al-
ciat. conſ.*558. *nu.*1. *Farinac. quæſt.*158. *nu.*82.
contra *Caball. cap.* 183. *Clar. num.* 15. vn-
16 dè Notarius poteſt de falſo condemna-
ri, quando duo teſtes reprobant inſtru-
mentum, vt fundat *Farinac. d. quæſt.* 158.
*num.* 16. *&* 17. *Boſſ. tit. de falſ. num.* 40. *Natta
conſ.* 192. *&* 194.

17 Quòad Secundum, licet de iure com-
muni, pœna Notarij committentis falſi-
tatem, ſit arbitraria, vt fundat *Farinac.
quæſt.* 155. *num.* 1. *& ſeqq.* tamen quando
18 falſitas eſt magna, vel iterata, vt in caſu
noſtro, poſſe extendi ad mortē hanc pœ-
nam arbitrariam, fundat idem *Farinac. eo-
dem loco, num.* 11.

19 Et in hoc Regno Notarius falſum con-
ficiens inſtrumentum, punitur pœna mor-
tis, vt per *Conſtit. Regni Iudices*, tradit *Fol-
ler. in verbo commiſit falſitatem, num.*70. *Ca-
pyc. deciſ.*453. *in fine*, vbi ſic deciſum teſta-
tur, & eſſe pœnam mortis ſtatutam per
per dictam Conſtitutionem contra Nota-
rios in viridi obſeruantia teſtatur *Dom:
de Franch. deciſ.*444.

Vndè ſic ſperatur ab integerrimis Do-
minis Iudicantibus decidendum.

*Donatus Danza.*

20 Per M.C.V. fuerunt inquiſiti damnati
vltimo ſupplicio. Verùm exequutio ſen-
tentiæ ex particulari reſcripto Excellen-
tiſſimi Proregis Ducis Medinæ fuit im-
pedita, & quietate deindè parte, fuerunt
ad Regias Triremes miſſi. In Banca Pan-
zeræ. Punzo Scriba.

*SVMMARIVM.*

1 *Calumniatores eadem pœna plectuntur, quæ calumniatis imponitur.*

2 Conſtitutio Regni Peſſimam, & horrendum, *producitur.*

3 Textus in l. fallacitèr, C. de calumn. *affertur.*

4 *Pœna calumniantium, quænàm ſit.*

5 *Iudex ex officio contra calumniatores procedit.*

6 *Iudicium calumnioſum ad hæredes calumniæ tranſit.*

7 *Pœna calumniantium de Iure Regni, quænàm ſit.*

8 *Pœna calumniatoris quando locum habeat.*

9 *Pœna calumniæ eſt arbitraria.*

10 *Accuſator in crimine læſæ Maieſtatis ſi nil deduxit, an excuſetur.*

11 *Actore non probante, reus abſoluitur.*

12 *Inſcriptio ad pœnam talionis eſt abolita.*

13 *Pœna vltimi ſupplicij contra calumniatores extat in obſeruantia.*

14 *Iura armantur pro conſeruanda innocentia.*

15 *Pœna criminis læſæ Maieſtatis procedit in denuntiante, non in accuſatore, & ratio affertur num.*16.

17 Text.in l.fin. C.de abolit.& l.3.C.ad leg. Iul.Maieſt. *producuntur*.
18 *Accuſator tenetur ad plenam probationem delicti, non autem ad ſemiplenam.*
19 *Pœna mortis fortiùs infligenda calumniatori, ſi concurrit falſitas.*
20 *Subornans teſtes ſi peruenerit ad actum proximum, an puniatur.*
21 *Pœna mortis vt locum habeat contra accuſantes, oportet vt ſententia ſit executa contra accuſatos.*
22 *Probatio nulla, aut indicium reſultabit ex depoſitionibus teſtium ſubornatorum ad falſitatem.*
23 Imolæ conſ.209. *declaratur.*
24 *Delictum atrociſſimum reputatur ſubornationis ad falſum deponendum, ob quod excluditur ab omni indulgentia.*
25 *Pœna ſubornationis ad falſitatem, etiam in attentatis militat.*
26 *Teſtimonio teſtium perſuaſorum ad falſitatem ſtandum erit contra perſuadentes.*
27 *Teſtes tentati ad falſitatem dicendum, non ſunt condemnandi, ſed commendandi.*
28 *Deciſio cauſæ.*

ARGVMENTVM.

Calumniatores perſuadentes teſtes ad deponendum falſum contra aliquem, qua pœna debeant puniri.

ALLEGATIO XLVI.

ALoyſius Lanno dùm reperiretur carceratus, vti notorius rebellis Sereniſſimi Regis noſtri, Franciſcus Lanno eius frater cum indultu ſanguine innocentium formando, quęrebat illum è carceribus eripere, & ad priſtinam libertatem reponere. Proindè in eodem reatu fratris ſui procurabat conſtituere A.M.D. Ioſeph Brozzutum,& alios, prætextu fuiſſe machinatores contra Realem proſperitatem, qua de cauſa quamplures homines ad falſum deponendum contra prædictos innocentes perſuaſit, inſtruendo illos ad falſa dicenda, pecuniam quoque eis ſubminiſtrando pro effectu prędicto, vt innocentes ipſi legis Iuliæ Maieſtatis rei efficerentur, prædictuſq; eius frater pœnam criminis perduellionis in quã inciderat, euaderet.

Duriſſimo igitur carcere, & vinculis
pręfati innocentes compreſſi fuerunt, co-
gnitoq; poſtmodùm à circumſpectiſſimis
Dominis Iudicibus M.C.V. doloſa hac
circumuentione, eorum; innocentiam
ſtatim non ex defectu probationum, ſed
vti verè innocentes dimiſſi, & abſoluti
fuerunt; opus eſt nùnc ſecundùm iuris
cenſuram, reprobum hunc calumniato-
rem, in eandem foueam incidere, in quã
proijcere intẽdebat ipſos miſeros calum-
niam paſſos.

1 Nàm apertiſſimi iuris eſt, eandem pœ-
nam luere calumniatorem, quę calumnia-
tis infligeretur, *l.qui non, & l. noſtris, C. de*
*calumniat.* hanc iuris communis regulam
amplectitur Ius Regni, *vt* habetur *in Con-*
2 *ſtit.* quæ incipit *Peſſimam, & horrendam, ſub*
*tit. de pœna mulier. iniuſtè conquer.*

Quod quidèm crimen atrociſſimùm
reputatur, dùm propter eius immanita-
tem, nec publica, nec priuata abolitio
calumniatoribus proficit, proùt nec ge-
3 neralis, aut ſpecialis indulgentia Princi-
pis eis ſubuenire poteſt, *text. eſt notab. &*
*ſingul. in l. fallacitèr, C. eod. tit.* huiuſmodi
enim pœna non poteſt tolli, nec diminui,
ratione cuiuſlibet priuilegij, in quo ca-
lumniatores exiſterent, immò tale priui-
legium erit cauſa pœnam exacerbari vſq;
4 ad ignis concremationem, in quo viuus
proijcitur Fiſcus, ſi calumniose innocen-
tem verat, *l. vniuerſi, C. vbi cauſa fiſcalis*, per-
5 miſſum eſt etiam Iuſdicentibus contra
calumniatores, ex officio procedi abſquè
vlla accuſatione, *Baiard. quaſt 62. num.*18.
paritèrq; damna, & expenſas illius, qui
hoc calumnioſum iudicium paſſus fuit
6 ad hæredes calumniatoris tranſire etiam
lite non conteſtata, *Bertazzol conſ.*362. in
odium calumniæ ſpecialitèr per iura hu-
ius Regni ſancitum eſt Iudices damnari
ad pœnam infamiæ, & duarum librarum
puri auri, quotieſcunq; mitigarẽt ſimili-
tudinẽ ſupplicij calũniatoribus, vt habe-
7 tur in *Cap. Regni*, ꝙ incip. *Accuſatorũ teme-*
*ritas*, & nõ mirũ ſi atrocitas talis criminis
ſupradicta omnia operatur, quia natura-
lis æquitas in hoc crimine exclamat vlci-
ſci ſimilitudine ſupplicij, vt in *l.fin.C eod.*

Calumniator verò ad ſe redimendum
tali imminenti pœna. Tres affert conclu-
9 ſiones. Prima eſt, quod pœna talionis
tùnc locum ſibi vendicat, quando accu-
ſator ad illã ſe obligauit cum inſcriptio-
ne, *l.ſicut iff.de accuſat. & l.qui crimen, C.qui*
*accuſ. non poſſ.* hæc inſcriptio in hoc iudi-
cio nunquàm præceſſit, ergo de pœna
talionis nulla habenda eſt conſideratio.

9 Secun-

9 Secunda eſt, & ſi quidèm inſcriptio
præceſſiſſet, de conſuetudine ipſa pœna
talionis non eſt in vſu, ſed arbitrio Iudi-
cis, & extra ordinem infertur, *l.in priuatis,*
*ff.ad Turpill cap.ſuper his,de accuſ.* ergo eua-
neſcit conſimilis pœna.
10 Tertia, & duriſſima eſt, quia accuſator
in crimine læſæ Maieſtatis, ſi nil deduxit
contra accuſatum, non ideò incidet in
Turpillianum, ſed excuſatur à calumnia,
*Cynus in l.1. C. de falſa moneta,* & ratio eſt,
quia ſpecialitas talis criminis coercet ac-
cuſatum propalare ſuam innocentiam,
quàmuis nulla probatio, indiciũ, ac con-
iectura contra ipſum militarent, quod ſe-
cus eſt in alijs delictis per illam vulgatam
11 iuris regulam, actore non probante, reus
abſoluitur, *Decian.* hoc probat *in ſuo tract.*
*crim.tom.2.lib.7.cap.45.num.35.* ergò ſimili-
tudo ſupplicij procul eſt ab hac facti ſpe-
cie.

Supra narratæ obiectiones carent omni
medio ad mitigandam vniformitatem
pœnæ. Prima concluſio ſubſiſtere nequit,
12 nulla ſubſcriptio ſequuta ſit, quia non
obſtãte inſcriptione prædicta, ſemper ca-
lumniatores teneãtur ad identitatem
pœnæ, ſtante quod inſcriptio prædicta de
generali cõſuetudine ſublata fuit per ea,
quæ tradit *Afflict.in d.Conſt.Peſſimam, nu.8.*
ergo mors naturalis erit ſtipendiũ impij
calumniatoris.

Secũda reprobatur, quia vltimum ſup-
plicium eſt in viridi obſeruantia, & in
dies practicatur contra dictos impios ca-
lumniatores, prout infraſcripti DD. te-
13 ſtantur, vidiſſe multos magnos nobiles
decapitari pro calumnia, *Bald.in l.& ſi le-*
*gibus, num.3.verſ ſecundus intellectus,C.ſi con-*
*tra ius,& vtilit publ. Boſſ.in tit.de falſis, num.*
*171. Clarus quaſt.81. num.3.circa finem,* ſed
*Caball. in caſu 167.num.3.& ſeqq.* tenacitèr
14 tenet in calumnia habere locum pœna
talionis, reijciendo omnes contrarium
affirmantes, & ratio eſt, quia iura arman-
tur pro conſeruanda innocentia, *l. abſen-*
*tem, ff.de pœnis.*
15 Tertia ſimilitèr reſpuitur, quia ſenten-
tia *Cyni* cadit in conſcio criminis læſæ
Maieſtatis denunciante, non autem in ac-
cuſatore, ità *Decian.* ſententiam *Cyni* di-
ſcernit *in d.lib. cap.44. num.26.* & ratio eſt,
16 quia denunciator valdè differt ab accu-
ſatore, *idem Decian.* hanc diſtinctionem
proſequutus fuit *in eod. lib.7.cap.34.nu.16.*
17 *verſ.teneantur denunciare,* & in puncto facit
*text.in l.fin.C.de abolit. & text.in l.3. C.ad le-*
*gem Iuliam Maieſt.* in caſu noſtro eſt vera
accuſatio, quæ inſtituta fuit ab ipſo in-
quiſito ad finem obtinendi indultum, per
18 quem omninò accuſator indigebat, ac-
cuſatos reducere ad veram, & plenam
probationem delati criminis, non autem
ad ſemiplenam, aut ad aliqua inditia, ali-
tèr torquendus erat, vt in *d. l. 3.* quod eſt
ſpeciale in crimine perduellionis, quod
non ſeruatur in alijs criminibus; & dùm
19 non ſolùm concurrit calumnia, ſed etiã
falſitas, tantò fortiùs morti naturali ſup-
ponendus erit, per ea quæ *Farinac.* deducit
*in q.16. num.7.*

Inquiſitus iterũ inſurgit ad oppugnan-
dum, formãdo tria alia argumẽta, vt poſ-
ſit deleri ab hoc iudicio falſitatis, cõcur-
rente cum calumnia. Primum eſt, quod
non ſumus in caſu veræ falſitatis conſu-
matæ, ſed in attentatis, perſuaſis, & inſtru-
ctis ad falſum deponendum, vbi nullus
effectus ſequutus fuit; proptereà caſus
prædictus nullam pœnam meretur, etiam
20 ſi ſubornans eſſet peruentus ad actum
proximum, vz. ad loquelam, & tractatum,
*Imola conſ.209.num.3.& 4.*

Secundum argumentum eſt, quia nulla
mortalis ſententia contra accuſatos pro-
lata fuit, imò neceſſe erat exequutio mor-
21 talis ſententiæ in perſonam accuſato-
rum, vt pœna mortis naturalis inferri
poſſit ordinanti falſitatem, *Caball.caſu 65.*
*num.17.*

Tertium, & Vltimum, quod de prædicta
corruptela teſtium, ac de illorum ſubor-
natione nil appatet, niſi ex earum depoſi-
22 tionibus aſſerentiũ fuiſſe ſubornatos ad
falſitatem, & dùm prædicti teſtes detegũt
eorum turpitudinem, nulla probatio, in-
dicium, aut præſumptio ex eis oriri po-
teſt contra ſubornantem, *l.cum profitearis,*
*C.de reuoc. donat. cap.ſicut,de teſtib.* & præci-
puè cum ipſis teſtibus ſit annexa ſingula-
ritas eorum depoſitionum.
23 Pro reiectione argumentorum inquiſi-
ti, reſpondetur opinionem *Imola celeber-*
*rimi I. C.* non militare etiam in puncto
iuris communis, quia dùm hoc delictum
ſubornationis ad falſum deponendum in
24 iudicio criminali, atrociſſimum reputa-
tur, adeò quod vti tale excluditur ab om-
ni indulgentia, & generali abolitione, te-
ſte *Maſtrillo in tract.de indult.cap.38. num.6.*
25 proptereà etiam in attentatis pœnam
vendicat, *Bart. in l.non ſolùm, §. ſi mandato,*
*nu.3. de iniur.* & in terminis habemus *Reg.*
*Pragmat.4 de falſ.* per quam irrogatur vlti-
mum ſupplicium omnibus inſtruentibus
teſtes ad falſum deponendum, & cum hac
diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitione ſtatuti reijcitur etiam ſecun-
dum argumentum.
26 Tertium, nullo modo obſtare poteſt,
quia omninò, ac præcisè ſtandum eſt de-
poſitionibus ipſorum teſtium atteſtantiũ
fuiſſe perſuaſos ad falſitatem prædictam,
ex quibus quidèm depoſitionibus liqui-
diſſima probatio oritur cõtra perſuaden-
tes, *text. eſt in cap.fin.de teſt. cog.* & ibi *Bald.*
hanc diſpoſitionem Iuris Canonici ſequi-
tur *Iaſ in l.1. in princ. colum.3. verſ.tertio li-
mita in teſtibus corruptis, ff. de ſeruis, Maſtrill.
in d. num 6* & ratio eſt, quia teſtes requiſi-
ti, & tentati ad falſum, dùm non conſen-
27 ſierunt, commendandi ſunt, idem *Bald.
conſ 429. volum.4.* ſingularitas paritèr non
opacat conuictionem, quia in omni caſu
ſubornationis conuictionem prædicta nõ
interrumpit, ſed pura remanet in robore
ſuo, *Muſcatell. in praxi crimin. §.corruptela,
num.38.*

*Petrus Dominicus Paraſcandolus.*

28 De anno 1650. fuit inquiſitus condem-
natus ad Regias Triremes per decenniũ,
ad relationem Reg. Conſil. Anelli Portij
Commiſſarij. Penès Grimaldum Sollici-
tatorem fiſcalem, & Scribam cauſæ.

Ad materiam vide *Afflict.in Conſt. Peſſi-
mam, per totam,* & calumniator dicitur, qui
falſa crimina alicui ſcientèr intendit *Go-
doffr. à Bano in praxi crim §.accuſatio, nu.28.*
& ſequitur *num. 29.* quod calumniatores
plecti debent, quam ſit rationi, & æquita-
ti, & dicuntur crudeles, & viperinam in-
colem habentes, & ad hoc extat *deciſio Re-
gentis Sanfelici* 54. vbi tradit, quis dicatur
calumniator vt puniri poſſit, & qualitèr
in Regno punitur, & ſi non fuerit probatũ
crimen obiectum, & meliùs in *deciſ.* 374.
in quibus aſſerit priùs eſſe pœnam talio-
nis, ſed hodie ſublata, vt quoquè teſtatur
*Godoffr à Bano vbi ſupra num.* 18. & quis di-
catur calumniator, & quomodò poſſit
contra eum procedi, & ad condemnatio-
nem refert *Muta ad pragmat. Sicilia tit.* 81.
*per totum.* *Thoro.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Delinquens in Eccleſia, immunitate nõ gaudet.*
2 *Fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem
committit.*
3 *Occaſio delinquendi erit tollenda in Eccleſijs,
& quare.*
4 Text. in cap.fin. de immun.Eccleſ. *quali-
tèr intelligatur, num5.*
6. *Lex ceſſat ceſſante cauſa, & eius ratione.*
7 *Diſpoſitio legis, quæ eſt fundata in duabus ra-
tionibus, vna deficiente, an procedat.*
8 *Veritas, & propoſitum diſtinguunt maleficium.*
9 *Verba Bullæ Gregorii XIII. ponderantur.*
10 *Clauſula,* ſublata, &c. *quid operatur.*
11 Exod. cap.21. *ponderatur.*
12 *Caſus fortuitus quis dicatur.*

## ARGVMENTVM.

Delinquens intus Eccleſiam caſualitèr, an erit ibidem repo-
nendus.

## ALLEGATIO XLVII.

1 DElinquens in Eccleſijs, earumque
Cœmiterijs, immunitate nõ gau-
det, ex *text. in cap.fin.de immun. Ec-
cleſ. & cap.frater, & cap. ad Epiſcopos 14.q.4.*
nàm in eo, in quos quis deliquit, puniri
debet, neq; gaudere debet immunitatis
priuilegio, qui ſe facit indignum, nec ab
Eccleſia tueri, qui Eccleſiam offendit, fru-
2 ſtraq; legis auxilium implorat, qui in legẽ
committit, *cap. fruſtra, de vſur. l.auxilium,
§.in delictis, ff. de minor.* nàm ſi in Eccleſijs
3 eſſent tuti, præberetur occaſio delinquen-
di, & eſſet incentiuum, vt fieret Eccleſia
Dei ſpelunca lattonum. & ità communi-
tèr DD. hanc concluſionem fundant in
*d.cap.fin.* excepto *Romano in conſ.234.aduer-
tendum, nu.2.* qui audactèr tenet contrariũ
ex *Gloſ.in c.frater 17 q.4.* reſpondendo ad
*cap.fin.* qui loquitur in caſibus ſpecialibus
exceptuatis à regula, & licet opinio *Roma-
ni* non fuerit recepta eum *d.cap.fin.* nõ tan-
4 tùm qualitatem delictorum, ſed etiam lo-
cum ſacrũ reſpiciat, & extenditur ad om-
nes caſus, nàm ex *text. in cap. ad Epiſcopos
17.q.4.* qui Eccleſias violant, acceſſu earũ
prohibentur, ſi ergo prohibetur acceſſus,
multò magis immunitas.
5 Verùm quia in *d.cap.fin.* dicitur, quod
nullatenùs ſi delinquẽtes fuiſſent cõmiſſu-
ri ea delicta, niſi putaſſent ſe tutos in Ec-
cleſijs, & ſi cõſtaret quod nõ eo animo de-
liquerunt, vt defenderẽtur ab Eccleſia, an
erint tuti? cum ceſſante ratione in cõſti-
tutione, debet ceſſare ipſius diſpoſitio, &
6 ceſſante cauſa, & ratione legis, debet ceſ-
ſare ipſa lex, *l.adigere, §.quãuis, ff.de iur.pat.*
& licet per *Abb.in d.cap fin.* teneatur, quod
non erit tutus, quia licet videatur ceſſare
prima ratio, tamen aliæ duæ rationes ibi-
dem

Digitized by Google

dem expreſſę militant cum prima ratio,
quod nō commiſiſſent delicta, niſi putaſ-
ſent ſe tutos, eſt poſita in verbis narrati-
uis facti, ex quibus nō ſumitur diſpoſitio,
neq; inducitur miſterium iuris, *Rom conſ.*
191. *Spectabilis Domine, num.* 4. & non ceſſat
7 diſpoſitio quando lex eſt fundata in dua-
bus rationibus, quarum vna tantùm defi-
cit, altera non, ità *tex. in §. affinitatis, Inſtit. de*
*nupt.* attamen *Hoſt. in d. cap fin* fundat con-
trariū ſequutos à *Remig. Menoch.* & à com-
muni opinione DD. quia ſi nō ſpe immu-
nitatis, ſed caſu fortuito in ea deliquit, nō
debet priuari priuilegio immunitatis, dū
8 non habuit animum offendendi Eccleſiā
cum voluntas, & propoſitum diſtinguunt
maleficiū, *l. 1. §. 1. & l. diuus, ff. ad l. Corneli*
*de Sicar* ſed delinquēs caſu, non habet ani-
mum delinquendi, & abſq; voluntate, non
committitur delictum, ergo non offendi-
tur Eccleſia, & ſic dùm nō offenditur, ceſ-
ſat diſpoſitio, & ratio ſecundæ legis, & ca-
nonis, cum prima ceſſet nō delinquendo
fretus immunitate Eccleſiæ, & ſic omninò
vt ea priuetur, debet concurrere propoſi-
tus, & animus deliberatus. & iſta veritas
9 colligitur ex verbis *Bullæ, & Conſtitutionis*
*Gregorij XIV.* ibi: *Quiuè homicidia, & mu-*
*tilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, earumq;*
*Cęmiterijs committere nō verentur*, ex quibus
verbis animus deliberatus, & ex propoſi-
to reſultat, & excludit caſum, nàm ſi hoc
includeret Bulla dixiſſet homicidia com-
mittunt. ſed dicendo, *committere non ve-*
*rentur*, idem eſt dicere non dubitant, ſed
audent cōmittere. ſed delinquens in rixa,
vel caſu, nō videtur audactèr delinquere,
nec ex propoſito. ergo ceſſat ratio Cano-
nis, & Bullæ, & licet Bulla tollat omnem
extraneam interpetrationem, & extenſio-
10 nem per clauſulam, *ſublata*, vt conſultus
reſpondit *Farinac. conſ. 76 num.* 14. dùm ge-
neralitèr loquatur (quiuè homicidia, &
mutilationes membrorum) non diſtin-
guendo, ſi caſu, vel ex propoſito commit-
tatur, attamen cum ex verbis eiuſdemmet
Bullæ interpetratio dicatur, & ſic germa-
na interpetratio, & nō extranea debet ad-
mitti, & approbari, dùm vſu quotidiè in
foris fuit recepta, & eſt conformis diſpo-
11 ſitioni *Exod. cap.* 21. (Qui autem non eſt
inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in ma-
nus eius: conſtituam tibi locum, in quem
fugere debeat.)

Nec obſtat offenſam fuiſſe illatam in
perſonam clerici, dùm Bulla non includit
clericum, nec in proceſſu conſtat de cle-
ricatu.

12 Et licet caſus fortuitus ſit, cui per ho-
minis prouidentiam reſiſti, nec præuideri
poteſt, *l. quæ fortuitis, C. de pignor. act.* item
eſt inopinatæ rei euentus, vt per *Gloſ. in §.*
*theſauros, in verbo fortuito caſu, Inſtit. de rerū*
*diuiſ. d. l. quæ fortuitis, C. de pignor. act.* & caſus
noſter inter fortuitos caſus facto hominis
annumerari poteſt, dùm Scipio Ferretta
inquiſitus incedere, & introire armatus in
Eccleſiam voluit pro euitandis ſcandalis
in Sanctæ Virginis Reſtitutæ Feſto, erat
nempè Caporalis Magnifici Gubernato-
ris, & eius familia, dabat operam rei lici-
tæ ſuo officio aſſiſtendo, & ſi ſclopum ca-
ſu emiſit ictum non eius culpa, ſed caſu
fortuito facto hominis tribui poteſt, qui
etſi præuideri poterat, & excuſari, non in-
cedendo armatus per Inſulam, nec in Ec-
cleſiam intrando cum ſclopo onuſto. at-
tamen eius officium non adimplebat hoc
faciendo, nec ſcandalis occurrere pote-
rat, & cuſtodiæ Inſulanorum vacare, & eo-
rum inſolentiæ occurrere, qui non con-
tenti, quod inquiſitus poſt caſum euen-
tum mancipatus à familia duceretur,
nunnullis vulneribus etiam ipſum confo-
dere mortalibus, ſumendo proprijs ma-
nibus vindictam, magno cum imperio, &
audacia, quæ omnia non modo ad repo-
nendum inquiſitum in Eccleſia, ſed ad li-
berandum ſufficiunt. Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito iunior.*

Ad relationem Regij Conſiliarij Ioan-
nis Franciſci Sanfelicij Commiſſarij fuit
per M.C.V. fuit dictum, quod reponatur
in Eccleſia, de anno 1642. in Banca Tar-
tagliæ.

Ad ornatum quæſtionis vide *Dom. Reg.*
*Sanſelic. deciſ. 19. num. 10. Dom. Reg. Merlin.*
*controuerſ. forenſ. par. 1. cap. 66. nu. 30. fol. 312.*
*Nouar in ſumma bullar. par. 2. de immunit. Ec-*
*cleſ. num. 40. fol. 354. Taſſon ſuper pragmat. de*
*antefato, verſ. 13. obſeruat. 2. num. 36. fol. 537.*
*noſtrum compend. par. 1. verſ. reponi an debeat,*
*2 col. in fine, fol. 472. & ſeq. par. 2. verſ. reposi-*
*tio rei, 1. colum. fol.* 588 *par. 3. verſ. immunitas*
*Eccleſiæ, 1 col. fol. 542. & ſupplem. verſ. immu-*
*nitas Eccleſiaſtica, 2. col. fol.* 288. quibus in lo-
cis alias deciſiones habes. *Thoro.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Cauſa in delictis vti Regina exigitur.*
2 *Proceſſus, ſeù acta criminalia factus, ſeù facta in aliquo proceſſu, ſeù actis alicuius delicti dependentes, aut dependẽtia ex alio delicto præcedenti debent vniri.*
3 *Vnio proceſſorum, ſeù actorum, an, & quando erit facienda.*
4 *Diuerſitas perſonarum, ac actionum, non operatur, vt non poſſit coràm diuerſis Iudicibus agitari, ſed coràm vni nè continẽtia cauſæ diuidatur.*
5 *Continentia cauſæ, in quo conſiſtere videtur.*
6 *Incidentia cauſarũ ibi erit decidenda, vbi cauſæ principales agitantur, quod exemplo demonſtratur.*
7 *Deciſio cauſæ refertur.*

### ARGVMENTVM.

Vnio actorum criminalium, ſeù proceſſus criminalis alicuius delicti an fieri debeat cum alijs actis, & proceſſu alterius delicti, à quo aliud delictũ proceſſerat.

### ALLEGATIO XLVIII.

1 IVris regula eſt, cauſam in delictis vti
Reginam in primis inſpiciendã eſſe,
eamq; minuere, aut augere delictum,
ad *text. in l. igitur. ff. de liber. cauſ. l. de ætate, §.*
*qui iuſto, ff. de interrog. act.* cum alijs cumulatis per *Tiraquell. de pœn. temper. cauſa 43. Iul. Clar.* ibiq; *Baiard. & Addent. lib. 5. § fin. q. 60.*
Indè fit, vt vbi Fabritius, Andreas, & Io.
Baptiſta Surrentini audientes quondam
Io. Berardinum Surrentinum eorum fratrem
fuiſſe interfectũ à Fœlice Grimaldo,
domus ipſius Fœlicis in eodẽ inſtanti petentes
pro vindicanda morte fratris oc-
2 ciſi, eoq; non reperto, aliquas iniurias in
vxorem dicti Fœlicis conſciam, & penè
immediatam cauſãm dicti homicidij inquirũtur
contuliſſe proceſsũ dictæ inquiſitionis,
tanquàm dependentem ex cauſa
homicidij præcedentis ab actis dicti homicidij
non eſſe ſeparandum, & coràm
Iudice illius eſſe terminandum, ad *text. in l. nulli, C. de iudic. l. 1. ff. de quib. rer. ad eundem Iudicem eatur,* vbi *Bart.* notat in cauſis connexis plures, licet diuerſi fori cogi apud eundem Iudicem litigare.

Ex quo orta eſt praxis, nè continentia
cauſæ diuidantur vnionem proceſſuum
coràm vno eodemq; Iudice eſſe faciendã,
aliàs nullitatis morbo cauſa laboraret,
3 ſiuè in ciuilibus, ſiuè in criminalibus agatur,
proùt pleniſſimè tractat *Vant. in tract.*
*de nullit. tit. quib. mod. ſentent. defendi poſſit, nu. 68. & ſeq.* & per S.R.C. iudicatum, teſtatur
*Afflict. deciſ. 354. & Capyc. deciſ. 122.*

Vndè cũ cauſa delicti, quod Fratribus
de Surrentino imputatur ortũ habeat ab
homicidio in perſonam eorum fratris patrato,
eaquè omninò per Iudicem ſit cognoſcenda
vera nè ſit, an falſa pro minoranda
pœna delicti, quis eſt quem lateat
cum eodem proceſſu homicidij eſſe acta
prædicta vnienda? *Bald. enim, & Iacob. de*
*Beluiſio in d. l. nulli, C. de iudic.* docent, diuer-
4 ſitatem perſonarum, & actionum quando
ab vno principio ortum habent non operari,
quo minus coràm vno Iudice eatur,
nè continentia cauſæ diuidãtur, quapropter
*Felin. in cap. fin. num. 8. de iudic.* ait illas
5 propriè eſſe cauſas continentes, vbi vnius
cognitio cõfert ad cognitionem alterius,
id quod veré practicatur in preſenti negotio.

6 Et hac ratione deciſum refert *D. Præſ. de Franch. deciſ. 252.* incidentia cauſarum eſſe iudicanda iunctis Aulis, vbi cauſa principalis iunctis Aulis eſſet terminãda per doctrinam *Bart. in l. ſolent, num. 16. & in l. alio, ff. de aliment. & cibar. legat.* & ſequitur *Frecc. de ſubfeud. in 12. limit. ad Conſtit. Diuæ memoria, num. 36. Dom. Reg. Rouit. in prag. 41. num. 3. de officio S.R.C.* Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito iunior.*

7 Per M.C.V. ad relationem Domini Iudicis Veraea, deindè Regij Conſiliarij, fuit deciſum ſecundum allegata, in Banca Sportelli de anno 1645.

Ad ornatũ materiæ vide *Petram, & Mari ad Capyc. dec. 122. D. Epiſc. Ricc. collect. 677. in fine 3. par. & collect. 1511. p. 5.* *Thoro.*

### SVMMARIVM.

1 *De competentia fori diſceptatur.*

2 *Facti contingentia enarratur.*

3 *Motiua Regiæ Audientiæ proponuntur.*

4 *Quod cauſa ſit remittẽda Regiæ Cameræ fundatur.*

5 *Exceptio rei iudicatæ obſtat quando tractatur de iure deciſo, & diſcuſſo inter eaſdẽ partes.*

6 *In exceptione rei iudicatæ, idem modus agendi eædem perſonæ, & eadem res requiruntur; ſufficit tamèn, vt interpretatiuè concurrant.*

7 *Decretum Regiæ Audientiæ, quod obſeruentur prouiſiones Regiæ Cameræ, refertur.*

8 *Supremum Senatum non oportere emendicatis ſuffragijs, & relationibus Iudicum, ſed veritatem inquirere.*

9 Text. l.prohibitũ, C.de iure fiſci, & text. l. miſſi opinatores, de exactorib. trib. lib.10. *cum eorũ limitationibus ponderantur.*

10 *Reſiſtentia non committitur, ſi per Officiales, ſiuè eorum exequutores literæ commiſſionales non fuerint exhibitæ Capitaneo loci.*

11 *De depoſitionibus birruariorum nõ eſt habenda ratio. quia ſunt loco accuſatoris, & teſtes eſſe non poſſunt.*

12 *Iuriſdictio data priuatiuè, adimit alijs cognitionem, num.13.*

14 *Clauſula abdicatiua, & priuatiua eſt talis efficaciæ, quod æquiparatur cauſæ clericali.*

15 *Iuriſdictio Regiæ Dohanæ fuit conceſſa priuatiuè, & abdicatiuè quòad omnia Tribunalia.*

16 *Iuriſdictio limitatè conceſſa etiam de partium conſenſu non prorogatur.*

17 *Adiens Iudicem incompetentem eſt puniendus, & locati Regiæ Dohanæ, nec etiam pro obligationibus penès acta cum renunciatione fori ab alijs cognoſci poſſunt.*

18 *Deciſiones relatè per* Conſil. Fab.de Anna in conſ.107. *in cauſa Magni Admirati ponderantur.*

19 *Verba* Priuilegij Magni Admirati *notata per* Præſ.de Franch.in deciſ.722.num.1. *referuntur.*

20 *Ampliora eſſe priuilegia Regiæ Dohanæ dubitari non poteſt, & cap.28. dictæ Regiæ Dohanæ refertur.*

21 *Argumentum à minori in iure validiſſimum eſſe probatur.*

22 *Innocentia Baronis circa victum præſtitũ bannitis per eius Paſtores proponitur, & varijs medijs comprobatur.*

23 *Dolus, & propoſitum diſtingunt hominum maleficia.*

24 *De erectione, & ampliatione dictæ Regiæ Dohanæ per Sereniſſimos retro Reges Regni fit mentio.*

25 *Ex conſuetudine interpretari conceſſionem, & ex poſſeſſione priuilegium.*

26 *In obſeruantia interpretatiua non requiritur, quod ſit longo tempore præſcripta.*

27 *Priuilegia dictæ Dohanæ extendũtur etiam ad mulieres locati. Et ità iudicatum per Regiã Audientiam Principatus Vltra in delictis campaneæ.*

28 *Generalis ordo Excellentiſſimi Comitis Montis Regij de anno 1633. circa obſeruantiam priuilegiorũ Regiæ Dohanæ in delictis campaneæ, cognitis dictis priuilegijs, refertur.*

29 *Poteſtas quàmuis exorbitans, & extraordinaria tributa. non tollit priuilegia alteri quæſita, niſi expreſſè diſpenſetur.*

30 *Reſcriptum S.E. non continens verbis expreſſim delegationem excitationem iuriſdictionis tantùm inducit.*

31 *Ius dicenti extra territorium, vel ſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere impunè nõ paretur.*

32 *Facta poſt inhibitionem ante omnia ex priuilegio attentatorum reuocanda ſunt.*

33 *Iudex etiam in dubio parere debet ſuperioris inhibitioni, aliàs temerarius reputatur, & puniri debet.*

### ARGVMENTVM.

Iuriſdictionem Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ priuatiuè, & abdicatiuè quòàd omnes, pro quibus vis arduis criminibus Regio Dohanerio in inſtitutione, & ampliatione dictæ Regiæ Dohanæ fuiſſe cõceſſam etiã pro delictis Campaneæ dilucidè demonſtratur. Proindèq; diſpoſitionem ***text. l.nullum, C. de teſtib.*** in locatos, & ſubditos dictæ Regiæ Dohanæ non militare ex iuribus, & deciſionibus S.R.C. cõuincitur. Priuilegium ***l.vnica, C.quando Imperator inter pupill.& vid.*** contra prædictos locatos non extendi, ac iuriſdictionem dictæ Regiæ Do-

hanæ habere locum etiam cõtra Neapolitanos, iudicatũ aſſertur. Iudices incompetentes in pręiudiciũ iuriſdictionis prędictę Regiæ Dohanæ per locatos, eiuſq; ſubditos adiri nõ poſſe,& adeuntes puniri; nec pro obligationibus penès acta cum renunciatione fori dictæ Regiæ Dohanæ ab alijs cognoſci poſſe oſtenditur. Delegationem non cenſeri, niſi quando expreſſim in reſcripto dicatur, vt Iudex tanquàm Delegatus procedat, & abſquè ſpeciali diſpenſatione priuilegiorũ dictæ Regiæ Dohanæ, eius locatos, & ſubditos comprehendere non poſſe fundatur. De clientis innocentia non nulla in medium afferũtur, & publicis ſcripturis roboratur, & demũ cauſam de qua agitur, ad Supremũ Tribunal Regiæ Cameræ tàm in ordine,quàm in iuſtitia ex antiquiſſima, & continuata obſeruantia priuilegiorum dictæ Regiæ Dohanæ, & Viglietti S. E. etiam pro augumento introituũ Regalis Patrimonij diſertiſſimè comprobatur.

## ALLEGATIO XLIX.

1 DE fori competentia Regiæ Theatinæ Audiẽtiæ in locatos, & Regiæ Dohanæ Menepecudũ Apuleæ ſubditos in Regio Collaterali Conſilio de ordine Excellentiſſimi Domini diſceptatus; ſed cum de iuriſdictione dictę Regiæ Dohanæ priuatiuè, & abdicatiuè quòad omnes, tùm ex antiquiſſimis Priuilegijs,tùm de eorum continuata obſeruantia de quocumq; enormi crimine cognoſcendi dubitari non poſſit. Paucis, agam cum paucis ſit opus, vt ex aduerſo corruant obiecta.

Et deueniendo ad cauſam Baronis Caroli Gizzi, de qua agitur.

2 Sciendum eſt,quod prætendẽs in anno 1652. dicta Regia Audientia manus iniicere in dictum Baronem Ordinarium locatum dictę Regiæ Dohanæ contra illum indebitè ad citationem procedendo (ad Supremum Tribunal Regiæ Cameræ,vt à Cæſarea Maieſtate denominatur in *prag. 13. de offic. Procur. Cæſ.*) eius Iudicem competentem perſonalitèr ſe contulit, & prouiſiones inhibitoriales dictæ Regiæ Audientiæ directas obtinuit.

Sed dicta Regia Audiẽtia parnifaciendo dictarum prouiſionum Reg. Cam. per idem Tribunal alias obſeruatoriales fuiſſe expeditas, & perſiſtẽs dicta Regia Audientia in eius prætẽſione mandatis prædictis Reg.Cam.non acquieſcens,relationem fecit Excellentiſs. Domino Comiti Ognate in hoc Regno tũc Viceſgerenti, à quo per reſcriptum dictę Reg.Cam.fuit iniunctũ, vt de meritis cauſæ S.E. certioraret; factaq; conſultatione per dictam Reg.Cam. illaq; ad Supremum Collaterale Conſilium remiſſa ad relationem Spectab.Regentis Zufia,nunc S.R.C. meritiſſimi Præſidis, fuit reſolutum prouiſiones per dictam Reg.Cam.in dicta cauſa expeditas debitæ exequutioni eſſe demandandas, & denunciata dicto Excell. Domino determinatione dicti Collateralis Conſilij, ſuper dicta Conſultatione Reg. Cam. per Illuſtr. Ducem Canzani Regni Secretarium,iuſſit ſcripturas in poſſe eius Secretarij aſportari, & deindè per reſcriptũ S.E. dictæ Reg.Cam.fuit remiſſum, quod in cauſis prædictis Baronis Locati procederet,& iuſtitiam faceret, & per aliud reſcriptum dictæ Regiæ Audientiæ ordinatum,quod ordinibus dictæ Reg.Cam.obtemperaret, ibidem acta contra dictum Baronem exiſtentia tranſmitteret, & ampliùs non ſe intromitteret.

Sed reiteratis poſtmodùm per dictam Regiam Cameram alijs prouiſionibus cũ inſertione dictorum ordinum S. E. dictæ Regiæ Audientiæ directis, nec obedire curanti, mediante decreto dictæ Regiæ Cameræ fuiſſe ordinatum, quod replicatis in eis non obſtantibus obſeruentur, & nihilominus ex cauſa prædictæ inobediẽtiæ proceſſum ad ſuſpenſionẽ ſalarij Auditorum,

ditorum, & Fiſci Patroni eiuſdem Tribunalis.

Et præſtitatis deindè nouiſſimis prouiſionibus in dicto Tribunali dictę Regię Audientiæ exiſtentibus in ea tribus Auditoribus, M[illegible]re, Cariſſimo, ac Moya, per maiorem partem fuiſſe decretū, quod obſeruentur prouiſiones dictæ Regiæ Cameræ iuxtà earum ſeriem, continentiam, & tenorem, ſed prædictus Auditor Moya, qui decreto prædicto conſentire noluit, nec etiam per concurſum, retinens penès ſe prouiſiones originales, cum eius, ac Fiſci Patrono relationibus S. E. tranſmiſit, prætendens triplici præſertim ex capite cognitionē inquiſitionum dicti Baronis ad Regiam Audientiam ſpectare.

3 Primò, ob figuratam reſiſtentiam per dictum Baronē factam cuidam Caporali Birruariorum per dictā Regiam Audientiam miſſo in dicta Terra Carpinettæ ad capiendum Sebaſtianum Galleſium vaſſallum dicti Baronis ingreſſū in eius domum non permittendo.

Secundò, ob prætenſum victum præteritum annis elapſis bādito Io. Hieronymo Padula eiuſq; comitiuæ per paſtores dicti Baronis in campaneam, longè ab eius Terra ſpatium triginta milliarum, & hoc ſolùm ex confeſſione prædicti banditi in dicta Regia Audientia facta ſub ſpe indultus.

Tertiò, ob aſſertam contumaciam per dictum Baronem contractā citationibus contra eum per dictam Regiam Audientiam expeditis non parendo.

4 Sed his, & alijs non obſtantibus. Quod omni iure cauſa prædicta ſit remittenda ad Supremum Tribunal dictæ Regiæ Cameræ tàm in ordine, quàm in iuſtitia, ex inferiùs dicendis ſuadetur.

Et Primò, quòad ordinē; Cum ex prædicto facti themate plenè conſtet præuijs relationibus dictæ Regiæ Audientiæ, ac dicta conſultatione Regiæ Cameræ per S.E. & Collaterale Conſilium fuiſſe iàm prouiſū prouiſiones dictæ Regiæ Camerę eſſe obſeruandas, dùm ad præſens iterum
5 idem articulus decidendus in eademmet cauſa, & inter eaſdē perſonas veniat obſtare exceptionem rei iudicatæ non ambigitur; quia quando controuertitur idē ius diſcuſſum, & deciſum inter eaſdem perſonas, & concurrunt idē modus agendi, & eadem res hoc tantū ſufficit, & controuerſiæ fit finis; quod etiam procedit ſi ti[illegible] inter perſonas diuerſas, quia lex non eſt in [illegible] verbis, ità quod ſēper, quod venit diſcutiendum idem ius diſcuſſum, & deciſum ſemper reſpectu iuris, idē eſt iu-
6 dicium interpretatiuè, quia dependet ex eodem fonte, ità probat *text. in l. cū, ff. de except. rei iud.* & *Gloſ. notabilis in l. an eadem, in ver. omnino, & in ver. perſonam, eod. tit.* cum alijs adductis per *Dom. Reg. de Ponte in conſ. 30. nu. 2. vol. 2.* qui punctualiter ſic fuiſſe deciſum refert in Collaterali Conſilio ad relationem Regiæ Cameræ in cauſa Comitis Triuenti cum Principe Sciillari. Quanto magis obſeruandum ſit in caſu noſtro, vbi omnia requiſita concurrunt, ſcilicet idem ius diſcuſſum, idem modus agendi, & inter eaſdem perſonas, ad *l. cum quæritur, cum ſeqq. ff. de except. rei iudic.* & quàmuis decretum interpoſitum per Collaterale Conſilium in præſenti cauſa non fuerit publicatū, ſed tantùm præfato Excellentiſſimo Comiti Ognate per Illuſtr. Ducem Cāzani Regni Secretarij denunciarum, poſtmodùm per viglietum S.E. ſuum habuit effectum iniungendo dictæ Regiæ Cameræ, vt in dicta cauſa procederet, & iuſtitiam faceret, & per aliud reſcriptum dictæ Regiæ Audientiæ ordinatum, vt prouiſionibus dictæ Regiæ Cameræ ſe ſubmitteret, prout in nota facti.

7 Secundo, cum per dictam Regiam Audientiam, ſiuè maiorē partem ius dicentium in ea interpoſitum fuerit decretum, quod prouiſiones dictæ Regiæ Cameræ obſeruentur, ſumus in deciſis, & nullo iure cauetur, potuiſſe dictum Auditorem Moya decretum prædictum impedire, immò debuiſſe ſaltim per cōcurſum ſubſcribere, cum maior pars deroget minori, ſecundùm *Bald.* doctrina *in l. fin. C. de auth. præſtan.* cum alijs adductis per *Præſ. de Franch. in deciſ. 2. num. 34.* vndè ex prędictis euidentèr dignoſcitur prædictum Auditorem maxima cum affectatione citra Iudicis officium proceſſiſſe.

8 Primò, ſupremum Senatum, vbi veritas tantùm attenditur, non oportere emendicatis vti ſuffragijs, & relationibus dictæ Regiæ Audiētiæ, ſed rei veritatem inquirere iuxtà diſpoſitionem *text. in l. ſinguli, C. de accuſ.* iuncta *l. fin. C. de relat.* Hoc poſito. Primum motiuum dictæ aſſertæ reſiſtentiæ penitùs euaneſcere. Nam quàmuis dicta Regia Audientia in eius relationibus aſſeruerit dictum Baronem eſſe inquiſitum de reſiſtentia ideoq; cognitionem eius cauſa ad eandem ſpectare vigore diſpoſitionis *text. l. [illegible] de teſtibus,* vt ab ipſo Iudice offenſo ſit cognoſcendus etiam ſi eſſet incompetēs, & in offen-

ſum ſit prorogata iuriſdictio; attamen
ex facti contingentia patet dictã Regiam
Audientiam non eſſe in probatis dictum
Baronem commiſiſſe reſiſtentiam.
9 Ex quo licet regularitèr definitum, ait
*Bart. in l. probibitum, C. de iure fiſci lib.* 10. non
licere magiſtratibus Iudicibus, eorumq;
Officialibus reſiſtere. Planè ſi iniuſtè exe-
quuntur contra erit *d. l. prohibitum*, & re-
gulam prædictã in pluribus limitari. Pri-
mò, quando extra ſuum territorium exe-
quuntur per *l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* Se-
cundo, quando vltra ſuam iuriſdictionem
exequuntur, *l. quemadmodùm, ff. ad l. Aquil.*
Tertiò, quando apparitores non habent
ſignum ſuũ, putà baculum, vel armillam,
*Salyc. in l. factum, ff. de regul. iur.* Quartò, ſi
non oſtendunt literas ſuæ commiſſionis,
*d. l. prohibitum, & l. miſſi opinatores, C. de exa-
ctor. tributorum lib.* 10. vt in caſu noſtro.
Cum clarum ſit Caporalem prædictum
non fuiſſe per dictam Regiam Audientiã
expeditum contra dictum Baronem, ſed
ad capiendum dictum Sebaſtianum Gal-
leſium carceratum, qui præuijs prouiſio-
nibus M.C.V. per Curiam Status Montis
Odoriſij Curiæ dicti Baronis vti eius vaſ-
ſallus erat remiſſus, & detinebatur in car-
ceribus Terræ Montazzoli ob facultatem
ipſi Baroni conceſſam per Collaterale
Conſilium ſub die 18. Decembris 1644.
aſportandi eius vaſſallos inquiſitos dictæ
Terræ Carpinetæ ad carceres Montazzoli
ob vicinitatem, & tùm carcerem, quæ
reperitur regiſtrata per *Dom. Regent. San-
felicium in eius praxi iudiciaria nu.* 16. *fol.* 21.
& dictum per Caporalem noluiſſe literas
ſuæ aſſertæ commiſſionis Officiali dictæ
Terræ exhibere, nec ordines dictæ Regiæ
Audientiæ propalare, nec cum familia
Curiæ dictæ Terræ aſſociari. Licito iure,
prædictus Baro in eius domum ſe confe-
rens ingredi cum ſuis ſocijs ob iuſtum
timorem banditorum non permiſit, quia
ſæpè ſub nomine Curiæ delinquere ſo-
10 lent; ideòque nullo iure imputari ei po-
teſt aſſertus titulus reſiſtentiæ, eo magis,
quia per dictam Regiam Audientiam
ipſi Baroni nihil fuerat ordinatũ, & con-
ſignatio dicti carcerari erat facienda per
Capitaneum dictæ Terræ oſtenſo ſibi
priùs ordine dictæ Regiæ Audientiæ, quo
non peracto, ſumus in caſu vltimæ fallen-
tiæ dictæ [illegible] ex diſpoſi-
tione *d. l. prohibitum* [illegible] eſſet dicto
Baroni temeritatem dicti Caporalis legi-
timè repellere, vt habetur per *Cauſal. in
tract. de brachio Regio, par.* 2. *num.* 226 *Ma-
ſcard. de probat. concluſ.* 189. tamen eidem
nihil mali fecit, prout de iure ſibi permit-
teretur, vt latè per *Amayam in d. l. prohibi-
tum, num.* 41. *cum ſeq.* [illegible] depoſi-
11 tionibus dictorum [illegible] quia
iſti ſunt loco accuſatoris, & teſtes eſſe nõ
poſſunt, *cap. licet Hely, de ſimonia*, & ex præ-
dictis patet nullam adfuiſſe reſiſtentiam,
proindeq; prætenſionem dictæ Regiæ Au-
dientiæ non ſubſiſtere.
Secundò, dato, & non conceſſo, delictũ
reſiſtentiæ prędicto Baroni imputari poſ-
ſe, quod expreſsè infringitur, attamen di-
ſpoſitionem prædictæ *l. nullum* non habe-
re locum in præſenti cauſa demonſtratur,
12 nam quando alicui iuriſdictio eſt con-
ceſſa in certum genus perſonarum, & ad
vniuerſitatem cauſarum, proùt reperitur
tributa Dohanerio dictæ Regiæ Dohanæ,
intelligitur priuatiuè cõceſſa, & alius co-
gnoſcere, & ſe intromittere non poteſt,
*Gloſ. in l.* 1. *C. vbi, & apud quem*, vbi *Angel.*
quem refert, & ſequitur *Felin. in cap. paſto-
ralis, colum.* 3. *verſ. tertio limita, de officio Or-
dinarij, Ruin. conſ.* 7. *nu.* 7. *lib.* 4. *Menoch. de arb.
Iud. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 2.
13 Vndè cum conſtet expreſſum eſſe in
conceſſione, Principem voluiſſe reſeruare
iuriſdictionem in cauſis locatorum ſoli
Dohanerio dictæ Regiæ Dohanæ, & ad
illum deuoluere, & alios priuare, tùnc alij
non poſſunt ſe intromittere, fundat *Capyc.*
in proprijs terminis *in deciſ.* 9. *in* 6. *limit.*
& pulchrè *Iaſon in l. ſi per errorem, in gloſ.* 1.
*ff. de iuriſd. omn. Iudic. Menoch. in tract. de præ-
ſumpt. lib.* 11. *præſumpt.* 18. *in* 7. *caſu, Abb. &
Felin. in cap. cæterum, de iudicijs*, quos ſequi-
tur *Auend. de exequend. mandat. par.* 1. *cap.* 5.
*nu.* 1. *verſ. quod limito, Afflict. in deciſ.* 41. *Mu-
gnoz de Eſcobar de ratiocin. cap.* 7. *nu.* 43. *Ma-
xill. in Conſuet. Bari*, quæ incip. *Neque à Co-
mitibus, colum.* 3. *in princ.*
14 Et pro confirmatione dictæ concluſio-
nis adducitur clauſulam abdicatiuam, &
priuatiuã, talis eſſe efficaciæ, quod æqui-
paratur cauſæ clericali, & ſicut Iudex lai-
cus in cauſis Clericorum ſe intromittere
non poteſt, *cap. nullus, & cap. ſi diligenti, de
foro compet.* ità & Regia Audientia in qui-
buſuis cauſis locationũ dictæ Regiæ Do-
hanæ, *Capyc. deciſ.* 122. *num.* 6. *Præſ. de Fran-
chis deciſ.* 183. *num.* 5. *& deciſ.* 417. *nu.* 8. *idem
Capyc. d. deciſ.* 9. *num.* 15. *Grammat. deciſ.* 30.
*num.* 8. ſequitur *Dom. Præſ. Merlin. controu.
iur. cap.* 99. *lib.* 1. & ante ipſum *Dom. Mar-
tius Belmontis deciſ. S. C.* 13. & non eſſe
locum [illegible], ait *Afflict. deciſ.* 45. *de
Franch. deciſ.* 142. *&* 782. & derogatum
cenſeri

cenſeri, *l.nullum*, pluries in caſu prædicto
deciſum, teſtatur *Theſaur. in deciſ.266.* &
ratio allegata per *Dom. Marchionem Bel-
montis in d.deciſ.13.* præcipua eſt, quia clau-
ſula prædicta eſt conceſſa ratione exerci-
tij, nè ab illo extrahantur, quæ ratio ma-
gis viget in locatis dictæ Regiæ Dohanæ,
cum ex eorum exercitio eximium vtile
Regia Curia annuatim percipit.

15 Si igitur *text. d.l.nullum*, non habere lo-
cum in Clerico, affirmat *de Franch.in deciſ.
722.num.6. Fabius de Anna conſ.107.* idem
dicendum eſt in cauſis locatorum dictæ
Regiæ Dohanæ, quæ iuriſdictionem pri-
uatiuè, & abdicatiuè habet in omnes lo-
catos, & Dohanæ ſubditos, vt per *Reg. de
Ponte de poteſt Proreg.tit.4.§.8.num.42. Reg.
Galeota in controu.23.num.16.*

16 Cùm ſimus in iuriſdictione ſolùm, &
limitatè conceſſa dicto Dohanerio pro-
rogationem, nec etiam de partium con-
ſenſu dari poſſe, tenet *Bald. in l.teſtamenta,
in princ. 2.notab. C. de teſtam. & in l.certa ra-
tione, num.4. C.quando prouoc.non eſt neceſſ. &
in auth habita, num.32.C.ne fil.pro.pat.* imò
17 etiam poſſe puniri adeuntem Iudicem in-
competentem, idem *Bald in l.2.C.de donat.
Gratian. deciſ.145.num.9.* ac etiam per ſpe-
ciales prouiſiones dicti Tribunalis Regiæ
Cameræ pro obſeruãtia priuilegiorũ ha-
betur, pluries fuiſſe ordinatũ, moleſtãdos
non eſſe locatos dictę Regię Dohanæ vi-
gore obligationum penès acta quarumuis
Curiarum, & Tribunaliũ ſtipulatarum, cũ
renunciatione fori dictæ Regiæ Dohanæ.

18 Sed vt prædicta noſtra concluſio me-
liùs roboretur, inutile non erit adducta
per dictum *Conſ. Anna in d.conſ.107.* pon-
derare in cauſa Magni Admirati, cum de-
ciſionibus iunctis tribus Aulis S. C. indè
ſequutis in fortiori caſu reſiſtentiæ factæ
Alguzetijs M.C.V. cum exemptione car-
cerati contumacis dictæ M.C. & lęthali-
bus vulneribus, & non alia ratione fuiſſe
iudicatum non militare *text in l nullum*, in
ſubditos Magnæ Admiratiæ, niſi quia iu-
riſdictio Magno Admirato priuatiuè, &
abdicatiuè conceſſa eſt, vt ait *Præſ. de
Franch. in d.deciſ.722.* in qua per ipſum re-
19 ferũtur verba Priuilegij dicti Magni Ad-
mirati *num.1. & 2.* ibi: *Quod prædicti ſub-
diti Magni Admirati ſint exempti, & immunes
ab omni alia Curia, & cùm vocati fuerint corã
quocumquè Officiali ex quauis cauſa ciuili, vel
criminali, debeant eos remittere ad Curiam di-
ctæ Admiratiæ pro iuſtitia facienda*, & fuerunt
perpenſa illa verba, *ex quauis cauſa*, quod
eſt verbum generale.

20 Tantò magis eſt iudicandum non ha-
bere locum *text.* prædictum *l. nullum*, in
locatos, & ſubditos dictæ Regiæ Dohanę,
quantò ampliora ſunt priuilegia conceſſa
dictæ Regiæ Dohanæ, vt legitur inter in-
ſtructiones dictæ Regiæ Dohanæ in *Cap.*
28. Card. Granuelæ, *Vbi abdicatur iuriſdi-
ctio ab omnibus Officialibus Regni, ſub pœna
ducatorum mille pro quacumque cauſa ciuili,
criminali, & mixta, & pro quocumque enor-
miſſimo crimine, itaût Officiales, Locati, &
alij notati in libris Regiæ Dohanæ ſolùm poſſint
cognoſci à dicto Dohanerio, cum facultate etiã
trahendi ad dictum Tribunal Regiæ Dohanæ
alios, & alibi trahi non poſſint, cum limitatione
tamen, quod æſtiuo tempore prædicta facultate
trahendi alios vti nõ valeant, niſi pro rebus tan-
gentibus ad Dohanam, firma remanente exem-
ptione fori, nè trahi poſſint ab alijs quocumque
tempore.*

21 Proindè cùm argumentum à minori
validiſſimum ſit in iure, ſi id, quod minus
videtur in eſſe, ineſt, & id, quod magis eſt,
*text.* eſt elegans *in l fin.* iuncta *gloſ. C.qui æta-
te, lib.10.* & bonus *text.in cap.cùm in cunctis*,
vbi *Canoniſtæ de elect. & text. in l.3. C.de con-
dict.indeb.in l.ſi quando, C.de teſtibus, in l.ſi non
ſinguli, C.ſi certum petatur, & in authent.mul-
tò magis, de ſacroſ. Eccleſ.* cum alijs longè
adductis per *Euerard.* in loco à minori,
inſtè ergo applicari poſſe prædictas deci-
ſiones allegatas per *Annam in d. conſ.107.*
& per *Præſ.de Franch.in d.deciſ.722.* dubita-
ri non poteſt, & ex prædictis ſufficientèr
videtur primo motiuo eſſe ſatisfactum,
imò etiam ad alia infringendũ prodeſſe.

22 Nec Secundum aſſumptũ, ex quo agi-
tur de victu præſtito bãnitis per paſtores
prædicti Baronis in campaneam obſtacu-
lum præbere poteſt, quin cauſa prædicti
Baronis locati ad Tribunal Regiæ Came-
ræ remitti non debeat.

Tùm quia ſi delictum adfuiſſet impu-
tandum, potiùs eſſet paſtoribus, quàm
prædicto Baroni, qui de prædictis non
23 fuit conſcius; nàm dolus, & propoſitum
diſtinguunt maleficia, imò hominum vul-
gatis iuribus. Ex originalibus literis, &
relationibus Generalis Campaneæ Lutij
Figliolæ tùnc temporis Auditoris Cam-
paneæ in dicta Prouincia, ac Illuſtr. Mar-
chionis Caſalichi, tùnc Præſidis in Pro-
uincia Contatus Moliſij, & Illuſtr. Ducis
S.Manghi Præſidis dictę Prouincię Thea-
tinæ, in proceſſu Regiæ Cameræ pręſen-
tatis clarè dignoſcitur, prædictum Baro-
nem eſſe potiùs premiandum, quàm pœ-
nis affligendum pro dicta cauſa cum ſua,

eiuſq; fratrnm diligentia, iuncta anthoritate, & præſidio prædictorum Officialium comitiuam prędicti banniti Io. Hieronymi fuiſſe dimiſſam, ac deperditam.

24 Sed vt funditus prædictum aſſumptum reijciatur, inſpiciendum eſt. Primò, per Sereniſſimos retro Reges huius Regni in conſtructione dictæ Regiæ Dohanæ fuiſſe Regio Dohanerio conceſſam iuriſdictionem cum mero, & mixto imperio in omnes locatos, ac dictæ Dohanæ ſubditos, & quomodocumq; eam inſeqnentes quòad omnes, nec habere locum priuilegium *l. vnic. C. quando Imperator inter pupill. & vid.* ità quod iudicatum fuiſſe etiam contra Neapolitanos, atteſtatur *Dom. Reg. de Ponte loc. cit.* aſſerens prędictum Tribunal Regiæ Dohanæ fuiſſe ampliatum, & regulatum cum optimis ordinationibus, & inſtructionibus Proregum, & Collat Conſil. & non minus prædicti Tribunalis Regiæ Cameræ Eminentiſſimi, vt etiam affirmát *Freccia de ſubfeud lib 1. tit. de officio Magni Camerarij, num. 13. & in 46 auth. num. 12. & Regens Tapia Marchio Belmontis in tract. de conſtit. Princ. cap. 4. num. 47.* & per decreta lata per *Reg Reuerterium* in anno 1549. & in anno 1574. quando Dominus Cardinalis Granuelanus commiſit Dom. Regenti Moles, vt tanquàm informatus de neceſſarijs, & bono regimine huius Dohanæ, procederet vna cum dicto *Regente Reuerterio* ad edendas Sãctiones, & Pragmaticas ſuper omnibus, quæ neceſſaria fuiſſent, quod cùm exequeretur dictus Dominus Moles edita ſunt 28. Capitula inſtructionum, ſiuè Pragmaticarum, vt videri in Regiſtro intitulato *Menepecudum primo anni* 1574. *num. 1.*

Secundò, ex obſernantia continuata priuilegiorum dictæ Regiæ Dohanæ iuriſdictionem exercẽdo in omnes eius locatos, Scribas, & ſubditos, expediendo hortatorias Regijs Audientijs pro remiſſione cauſarum dictornm locatorũ; nàm
25 ex conſuetudine interpetrari conceſſionem, & ex poſſeſſione declarari priuilegium, habetur in *cap cùm dilectus, de conſuet.* ſecundum *Bald. in conſ. 446. Bart. in conſ. 59. commune Spoleti, Roman. conſ 89. viſis iis, & in conſ. 271.* vis tota allegans *Gloſ. in cap. 1. ver. adempta, in fine, quæ ſit inueſt. & in cap. 1. verbo beneficium, de capit. Corradi, & l. ſi priùs, §. placuit, ff. de aqua pluuia arcenda, Crau. conſil. 101. num. 7. de Franch. deciſ. 56. num. 6. Loffred. d. conſ. 36. num. 8.* per *l. qua ſemiſſes, ff. de vſur. l. aduerſus, & l. quòmnis, C. eodem. l. ſed & Iulianus, ver. & ſi ab initio, ff. ad Macedon. Innoc. & Gloſ. in cap. 1. de poſtul. prælat. Franc. Aretin. conſ. 63.* & maturè *Reg. de Ponte conſil. 31. num. 11. & conſ. 32. num. 17. in 2. Socc. conſ. 84. num. 15. in 3. Lanar. conſ. 34. num. 3. Dec. conſ. 48. col. 1. Bald. etiam conſ. 145. in 3.*

Quam interpetrationem multis exemplis remiſſionis in eiſdem terminis priuilegium prædictum abſque vlla controuerſia tàm in Regia Camera, quàm in ſupremo Collaterali Conſilio ſemper recepit, ità qnod ſic iudicandi inducta ſit conſuetudo, *l. 1.* vbi *gloſ. C quæ ſit longa conſuetudo*, & ſic ſemper eſſe iudicandũ dixit *Imperator in l. fin. C eodem.*

26 Quinimò in obſeruantia interpetratiua non requiritur, quod ſit obſeruantia longo tempore præſcripta, nàm declaratur per obſeruantiam ſubſeqnutam, & ſecundùm id, quod obſeruatum reperitur, *l. minimè, & l. ſi de interpetratione ff. de legibus, d. cap. cum dilectus, de conſuet. Paul. de Caſtr. in conſ. 347. colum. fin. lib. 1.* cum alijs longè adductis per *Crau. in conſ. 273. num. 13. in fine*, & per binas iudicaturas conſuetudinem iudicandi induci, ait *Praſ de Pranch. in deciſ. 238.*

27 Priuilegia enim dictæ Regiæ Dohanæ ſignantèr circa fori declinatoriam, talitèr ſunt in viridi obſeruantia (à tempore quo non extat memoria in contrarium,) quod reperitnr in fortiori caſu iudicatũ etiam in muliere Petri Ciaurri Baronis Gineſtræ Locati Regiæ Dohanæ, inquiſita de victu prę ſtito bannitis in Regia Audientia Principatus Vltra, in qua licet per Fiſcum Regiæ Andientiæ fuiſſet oppoſitum non eſſe remittendam, cùm de delictis Cãpaneæ agcretur, prętextu quod mulier ſequitur forũ viri quòad honores, & dignitates, non autem qnòad pœnam, attamen expeditis per Tribunal Regiæ Dohanæ literis hortatorialibus (quæ luco inhibitionis habentur) cum inſertio
28 ne ordinis generalis Excellentiſſimi Comitis Mõtis Regij in hoc Regno Vicemgerentis de anno 1633. adhibita cognitione priuilegiorum dictæ Regiæ Dohanæ atteſtantis inter alia reperiri eidem conceſſum merum, & mixtum imperium, in omnes Locatos, & Dohanæ ſubditos de omnibus cauſis criminalibus, & ſignãtèr de delictis Campaneæ inhibendo omnibus Regijs Audientijs Regni, ac Commiſſario Campaneæ. Cauſam prędictam vxoris Locati inquiſiti de delictis Campaneæ fuiſſe remiſſam dictę Regiæ Dohanæ, refert *Danza in tract. de pugna Doctorũ, in tit. de electione fori, tom. 2. fol. 539.* vbi etiã

notatur

notatur generalis ordo datus per dictum
Comitem Montis Regij,vt inuiolabilitèr
ab omnibus Officialibus priuilegia præ-
dicta Regiæ Dohanæ obſeruarentur fol.
541.
29 Nec de aſſerta,& prætenſa delegatione
dictæ Regiæ Audientiæ in delictis Cam-
paneæ habita fuit ratio. Nàm poteſtas
quàmuis exorbitans, & extraordinaria
tributa non tollit prinilegia alteri quæſi-
ta,niſi expreſsè in ea diſpenſetur, proùt in
proprijs terminis circa delegationem
probauit idem *Danza in eod. tract. tom.1.
tit.de delegat. cap.1.num.43.*

Ex qua continuata obſeruantia, & de-
claratione generali facta per dictum Ex-
cellentiſſimum Dominnm Montis Regij
cognitionem etiam de delictis Campa-
neæ ſpectare ad dictam Regiam Dohanã
vigore eius priuilegiorum, ceſſat etiam
aliud motiuum Fiſci Patroni dictæ Re-
giæ Audientiæ Theatinæ reſpectu figura-
tæ delegationis habitæ à dicto Excellen-
tiſſimo Comiti Ognatte pro delicto com-
miſſo per dictum Sebaſtianum Galleſium,
& ea vti etiam contra dictum Baronem
pro figurata protectione prædicti Seba-
30 ſtiani, qui erat ad eius Curiam remiſſus,
nàm reſcriptum S. E. non continens de-
legationem verbis expreſſis in excitatio-
nem luriſdictionis debere intelligi ex *Re-
gia Pragmatica 10. in ordine num.14.de officio
Iudicum* colligitur, imò etiam ſi eſſet cau-
ſa delegata,quod expreſsè negatur, abſq;
diſpenſatione priuilegiorum dictæ Re-
giæ Dohanæ,dictum Baronem locatum
comprehendere non poſſe indubitati iu-
ris eſt.

Nec Tertinm aſſumptum, nempè con-
tumaciæ aliorumq; actorum per dictam
Regiam Audientiam contra dictum Ba-
ronem, in controuerſiam eſt deducendũ,
31 duplici præſertim ratione. Prima ex de-
fectu iuriſdictionis dictæ Regiæ Audien-
tiæ in dictos Locatos Regiæ Dohanæ per
apertam diſpoſitionem *text.d.l.fin. ff.de iu-
riſd.omnium Iudicum*, ibi: *Extra territorium
ius dicenti impunè non paretur, vel ſi ſupra iu-
riſdictionem ſuam velit ius dicere*. Secunda,
quia incuſatio dictæ contumaciæ; quam
alia acta per dictam Regiam Audientiam
32 contra Baronem fuerunt facta poſt inhi-
bitionem Regiæ Cameræ; nàm omnia
acta facta poſt inhibitionem notificatam,
tanquàm actentata ex priuilegio actenta-
*Ea, quæ quis in libello aſſerit, confiteri videtur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. alleg.35. num.15.*

*Electio cadit inter plura. alleg.15.num.14.*

*Electio fieri poteſt, & per primum actum tollitur. alleg.15.num.16,*

*Electio pœna alternatiuæ ſpectat ad Iudicem. alleg.20.num.27.*

*Emiſſio ſeminis in crimine ſodomiæ, qualitèr requiratur. alleg.28.num.20.*

*Emittens ictum ſcoppicti, non tamen exploſo totalitèr, an puniri debeat pœna mortis. alleg.35. num.21.*

*Error potiùs quam falſitas in Notario præſumitur. alleg.32.num.13.*

*Error, & Ignorantia in facto proprio non præſumitur. alleg.33. num 22.*

*Excedens modum defenſionis, & iuſtæ propulſationis non debet puniri quod fecit, ſed quod plus fecit. alleg.10.num.19.*

*Exceptio Indultus impedit ſententiam, & proteſſum ad vlteriora, & ratio affertur. alleg. 3. num.13.*

*Exceptio* l.dolo facis, ff.de doli except. *quando militat. alleg.30.num.3.*

*Exceptio rei iudicatæ obſtat quando tractatur de iure quæſito, & diſcuſſo inter eaſdem partes alleg.49.num 5.*

*Ex conſuetudine interpetrari conceſſionem, & ex poſſeſſione priuilegium. alleg.49.num.25.*

*Exculpatio offerſi tollit quodcunq; inditium. allegat.2. num,27.*

*Excuſator, ſiuè inſtructor in criminalibus admittitur, etiam ſi de nullitate ageretur. alleg.31. nu. 28. & 29.*

*Exitus cauſæ ciuilis in crimine falſi, erit expectandus. alleg.32.num.9.*

*Explicatio* Gloſ.in l.1. C.de vet.num. pot. *adducitur alleg.43.num.20.*

*Extenſio in pœnalibus, & odioſis, non fit de vno caſu expreſſo ad alium non expreſſum. allegat.36. num.16.*

*Extenſio datur in fauorabilibus. allegat.36. numer.30.*

*Extenſio in criminalibus non erit facienda, ſed potiùs incluſio propter idemnitatem rationis. allegat.41.num.7.*

*Extenſio in pœnalibus non fit. alleg.43 num.2.*

*Extenſio de vno caſu ad alium in pœnalibus non fit neq; in odioſis. alleg 43.num.3.*

*Extenſio ſtatuti de caſu ad caſum quando fit. allegat.43.num.5.*

*Extenſio de caſu ad caſum quando fiat. alleg.43. num.4.& 6.*

*Extenſio non eſt facienda de caſu ad caſum ex maioritate rationis. alleg.44.num.4.*

*Exul iudicabitur quando inter exules repertus aufugit. alleg.17.num.20.*

*F*

*FActa poſt inhibitionem ante omnia ex priuilegio attentatorum reuocanda ſunt. allegat.49. num.32.*

*Factum generalitèr expreſſum in Indultu non ſufficit, niſi modi, & qualitates fuerint expreſſi. alleg.21.num.2.*

*Faciliùs denegantur defenſiones reſpectu torturæ. alleg.20.num.12.*

*Facultas offerendi ſeruos delinquentes Curiæ à lege conceſſa eſt. alleg.4.num.10.*

*Facultas aſportandi arma conceſſa, ſi illa abuteretur, non iuuat. alleg.35.num.28.*

*Falcem*

# I N D E X.


Falcem ponere in alienam meſſem non eſt licitum alleg.18. num.32.

Falſarius acritèr punitur, quam qui vſus fuerit litera falſa. alleg.16.num.8.
alleg.18.num.32.

Falſitas ſine cauſa non præſumitur. allegat. 32. num.14.

Falſitas in quibus conſiſtit. alleg.43.num.8.

Falſitas præſumitur dùm inimicus adeſſet. alleg. 228. num 24.

Falſi crimine tenetur nomen ſibi vſurpando, quod realitèr non habet. alleg.18.num.30.

Falſitatis crimen grauiſſimùm eſt, ideò grauitèr puniendum. alleg.11.num.38.

Falſum eſt veritatis mutatio. alleg.18.nu.31.

Fama ortum habens ab offenſo, & eius domeſticis non probat, & dicitur potiùs diffamatio, quam fama. alleg.1.num.6.& 7.

Fama quando dicatur non vere probata. alleg.1. num. 8.

Fama vt probet, debet eſſe ante captam informationem. alleg.1.num.9.

Fama quid ſit. alleg.1.num.10.

Fama an probetur per teſtes difformitèr deponentes. alleg.1.num.12.

Fama ortum habens à principale, vel eius domeſticis non probat. alleg.2.num.25.

Fama non probat quando poſt informationem captam, & carcerationem orta eſt. allegat 2. num.27.

Fama tollitur per probationē bonæ famæ. alleg.2. num.28.

Fama per tres teſtes probata, iuncta cum vno de viſu, plenam fidem facit. allegat.17. numer.22.

Fama per ſe ſola, plenam facit probationem. allegat.17.num.23.

Fama probata cenſetur per duos teſtes aſſerentes ita audiuiſſe. alleg.17.num.21.

Fama bona tollit præſumptionem delicti ex allocutione cum muliere. alleg.22 num 7.

Fama, ſeù rumor de bannitis ſolet eſſe fallax. alleg.34.num.60.

Famæ probatio erit neceſſaria contra receptantes bannitos. alleg 34.num.54.

Familia de Laurito quare ſic dicta. alleg.25. ſub num.13.

Famulus minor repellitur à teſtimonio vti pauper, alleg.44 num.19.

Famulus mercede conductus ſi homicidium fecerit, qualitèr feciſſe dicatur. alleg.38.num.10.

Fauorabilior eſt excluſio delicti, quam incluſio. alleg.34.num 37.

Federicus Rex floruit poſt Regem Robertum. alleg 44.num.8.

Fœmina innupta perſiſtens in corpus ſuum delinquens culpa patris non exhæredatur. allegat.8. num.26.

Fœminæ teſtes teſtamentarij an ſint idoneæ. alleg. 37. num.14.

Feudum nouum, nouo indiget priuilegio, ac noua inueſtitura alleg.29.num.11.

Feudum ad Regem reuerſum, liberum deuolutur, & ſine oneribus. allegat.29. num.13.

Fideicommiſſum quibuſcunq; verbis inducitur. allegat.50.num.2.

Fideicommiſſum etiam tacita, & cōiecturata mente teſtatoris inducitur. alleg.50.num.3.

Fideicommiſſum vt dici poſſit, pendet in verbis, & mente teſtatoris, & ex quibus verbis, alleg.50. num.4.

Fideicommiſſum inducitur per quæcunque verba, imò ex coniecturis. alleg.50.num.9.

Fideicommiſſum nedum ex verbis, ſed ex ſola diſponentis mente coniecturis deprehēſa inducitur. alleg.50.num.14.

Fideicommiſſum inducitur ex vocabulis ſinonimis. alleg.50.num 18.

Fideicommiſſum inducitur per verbum, rogo. alleg.50 num.19.

Fideicommiſſum tanquàm onus reijcitur à legitima. alleg.50.num.26.

Fideicommiſſum eſt onus. alleg.50.num.27.

Fideicommiſſum eſt grauamen ei, ſi ſit reciprocū. alleg.50.num 28.

Fideicommiſſum relictum poſt mortem, qualitèr intelligatur. alleg.50 num.34.

Fideicommiſſum regulatur ſecundum ordinem ſuccedendi ab inteſtato. alleg.50.num.35.

Fideicommiſſarius quodammodò dicitur creditor in rebus fideicommiſſo relictis. allegat. 50. numer.42.

Fideiuſſor rei inquiſiti, an teneatur ad pœnam, ſi reus aliud fecerit delictum. alleg.24. nu.1.

Fideiuſſor pœnam euitare non poteſt, quando poteſt obuiare delicto rei. alleg 24.num.4.

Fideiuſſor tenetur ad pœnā quando reus ex ſecundo crimine non eſt bannitus cum publicatione bonorum. alleg.24.num.5.

Fideiuſſor rei non tenetur ad pœnā quando Fiſcus ceperit bona illius. alleg 24 num.6.

Fideiuſſor non liberatur, & ſemper tenetur ſi principalis mutauerit ſtatum. alleg.24. num.7.

Fidiuſſor non tenetur reum præſentare, niſi superuenerint noua inditia. alleg.30.num.1.

Fideiuſſor quando ceſſat Fiſci intereſſe, non tenetur reum præſentare. alleg.30. num.4.

Fideiuſſor pro nouo delicto an teneatur præſentare reum, vt moleſtari poſſit. alleg.30.nu.9.

Filij reorum an citari debeant in citationibus expeditis contra patrem, vt notitiam habeant. alleg.42.num.17.

Finis eſt melior ijs, quæ ſunt ad finem. alleg.36. num. 9.

Fiſci Patronus dicitur reorum Inquiſitor, qui accuſat quemlibet de populo. allegat.17.nu.12.


Fiſcus

Digitized by Google

*Fiſcus occupat omnia bona confiſcata, quando ſub vno Rege exiſtunt. alleg.9.num.17.*
*Fiſcus quilibet in ſuo territorio acquirit bona. alleg.9.num.*28.
*Fiſcus tenetur creditoribus ſui territorij. alleg.9. num.*29.
*Fiſcus ſemper, & quandocunq; poteſt in criminalibus procedere, licet interueniat accuſator. allegat.17.num.*13.
*Fiſcus dicitur magis dominus cauſæ criminalis, quam accuſator in omnibus delictis. alleg.17. num.*14.
*Foriudicari non poteſt quando quis puniri non poſſit pœna mortis, & ſic deciſum. allegat.44. num.*14.
*Forma inducitur per illud verbum, & non alitèr. alleg.25.num.*7.
*Forma erit obſeruanda ante actum, vel ſaltim in ipſo actu. nec conualidatur, ſi ex poſt facto ſeruetur. alleg.25.num.*10.
*Forma, materia, & pondus, diuerſificant nummos. alleg.42.num.*21.
*Formæ ommiſſio vitiat actum in totum. alleg.25. num.* 3.
*Fragantia qualitèr probetur. alleg* 20.*nu* 9.
*Franciſcus de Laurito ſenior laudatur in* Addit. ad alleg.31.*ſub num.*45.
*Fraudis appellatione venit dolus, & in propriè culpa. alleg.43.num.*30.
*Fraudibus obuiandum alleg.43.num.*29.
*Fraus præſumitur quando fit mixtura contractuũ. alleg.43.num.*10.
*Fraus inter permiſſum, & prohibitum cadit, & fraus committitur per eum, qui ad deceptionem alterius, aut ſui commodum, aut verũ tacet, aut falſum exponit. alleg.43.num.*27.
*Fraus committitur propriè ad deceptionem alterius, & commodum proprium. allegat.43. numer.*28.
*Fraus, & dolus nemini debet patrocinari. alleg.43. num.*31.
*Fraus non eſt ſine dolo. alleg.43.num.*32.
*Fruſtra legis auxilium inuocat qui in legem committit. alleg.8.num.9. & alleg.47.num.*2.
*Fruſtra exprimitur, quod tacitè ineſt. allegat.36. num.*34.
*Fuga poſt homicidium commiſſum inditium, & præſumptionem, ac ſuſpicionem facit. alleg.17. num.*18.
*Fuga multum præualet ad probandum homicidiũ. alleg.17.num.*21.
*Fuga ante delictum facit inditium, & quando. alleg.2.num.*33.34 & 35.
*Fugiens ex fuga in dolo patrati criminis eſſe dicitur. alleg.17.num.*19.
*Fuga in militibus eſt delictum graue. allegat.*27. *num.* 2.
*Fugitiuus quis ſit. alleg.27.num.*1.
*Furti nomine quid contineat. alleg.43.num.*9.
*Furtum committis Procurator recipiendo pecuniã cum falſitate. alleg.45.num.*12.

### G

*Generale dictum, generalitèr erit intelligendũ. alleg.36.num.*3.
*Generalis ordo Excellẽtiſſimi Comitis Montis Regij de anno* 1633. *circa obſeruantiam priuilegiorum Regiæ Duanæ in delictis Campaneæ cognitis dictis priuilegijs refertur. allegat.*49. *num.*28.
*Genus illud dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus in ſpecie. alleg.*36.*num* 6.
*Geſta omnia à carente iuriſdictione ſunt nulla. alleg.*23.*num.*17.
Gloſ.in §.in ſumma, Inſtit. de iniur. *declaratur. alleg.*10.*num.* 2.
Gloſ.in l.præſenti, de ijs, qui ad Eccleſ.confug. *expreſsè loquitur de milite, vt poſſit gaudere immunitate Eccleſiæ. alleg* 27.*nu.*5.& 6.
*Gratia reis fieri poteſt pro delictis à Baronibus iuriſdictionem habentibus in proprietate cum poteſtate indulgendi. alleg.*14.*num.* 2.
*Gratia redditur nulla, ſi fuerit tacitum illud, quod potuiſſet retrahere Principem ad illam non concedendo. alleg.*21.*num.*9.
*Gratia vitiatur per ſubreptionem minimam, ſi non fuerint narrata delicta per ignorantiam, vel ſimplicitatem. alleg.*21 *num.*10.
*Gratia Principis probanda erit per ſcripturas, non per teſtes. alleg.*2.*num* 12.
*Gratia obtẽpta à Principe pro pœna debita pro delicto, etiam pro bonis intelligitur. allegat.* 29. *num.* 5.
*Guidatus non eſt moleſtandus, ſed reduci in priſtinam libertatem. allegat.*29.*num.*4.

### H

*Habitatio ſola longiſſimi temporis, ciuem non facit. alleg.*15.*num.*1.
*Habitare non dicitur, ſi non contulerit domicilium. alleg* 15.*num.*19.
*Habitare dicitur pro maiori parte anni, & per decem annos cũ vxore, & familia, ac maiore parte fortunarum ſuarum. alleg.*15.*num.*21.
*Hæreditas proximioribus debetur non exiſtentibus liberis, & potiſſimũ in fideicommiſſis. alleg.*50. *num.*31.
*Hæres hæredis eſt hæres teſtatoris, quãdo procedat. alleg.*6 *num.*24.
*Hiſtoria Vliſſis eum Aiace occiſo refertur. alleg.* 35. *num.*3.

# I N D E X.


*Homicidium eſt publici indicij. allegat.6. num.9. & 12.*

*Homicidium permittens ſtatutum, eſt contra ius, eo magis ſi proditoriè fiat. alleg 36.nu.14.*

*Homicidium eſt maius delictum, quam adulteriũ. alleg.8.num.11.*

*Homines honeſtiores populares diuites pęnis nobilium plectuntur. alleg 7.num.27.*

*Homo interſo dolore promotus, non eſt in plenitudine intellectus. alleg 10.num.20.*

*Homo nobilitatur moribus, & vitæ, quæ nil aliud eſt quàm operatio virtutis. alleg.7 num.20.*

*Homo quilibet quærit ſanguinem ſuum, qualitercunq; à morte redimere. alleg.23.num.14.*

*Homo malæ vitæ non eſt idoneus teſtis. alleg.34. num.31.*

*Honor debetur Officiali. alleg.11.num.20.*


## I


*Ictum ſcoppitti emiſiſſe, vel emittere iuſſiſſe, paria ſunt. allleg.35.num 1.*

*Identitas perſonæ qualitèr probetur. allegat. 34. num.49.*

*Identitas nominis, & cognominis alicuius, qualitèr probatur. alleg.34.num.50.*

*Ignobilis quiſquam præſumitur, niſi ſe nobilẽ probauerit alleg.20.num.22.*

*Ignorantia non habet culpam. allegat. 21. numer.11.*

*Illatio non fit à diuerſis. alleg.43.num.1.*

*Illicita non veniunt in generali cõceſſione. alleg 36. num.18.*

*Immoderata ſęuitia, & quæſtio etiam in ſeruo à quacunque perſona habenda punitur in iure. alleg.18.num 22.*

Imol. conſil. 209. *declaratur. allegat. 46. numer.23.*

*Impeditus legitimè excuſatur, dùm impedimentũ remouere nequit. alleg 31.num.44.*

*Impenſas Medicorum oſtendens, tenetur ſoluere ad quam rationem. alleg.13.num.10.*

*Imperator ſuccedens in Regno Neapolitano, an teneatur ſeruare prædeceſſorum Regum conceſſiones. alleg 33.num 68.*

*In ambiguis, quæ ex legibus proficiſcuntur, iudicatur ſecundum conſcientiam. allegat. 8. numer.24.*

*Incauti patres, qui denuntiant Curiæ furta commiſſa abſq; proteſtatione, quod ſua intereſt, non benè faciunt. alleg 4.num.23.*

*Inditia quæ non poſſunt iungi, & ſi iungantur, nihil operantur. alleg.1.num 19.*

*Inditia indubitata in Regno ex noua Pragmatica cum moderatione, ac requiſitis ſufficiunt. alleg. 28. num.3.*

*Inditia pro præſentatione rei liberati ſub cautione, debent eſſe ſufficientia ad torturam. alleg.30. num. 2.*

*Inditia quando dicantur eſſe ſufficientia pro præſentatione principalis ſub fideiuſſione liberati. allegat.30. num.5.*

*Inditium inimicitiæ tollitur per probationem bonæ famæ. alleg.2.num.14.*

*Inditium proximum quando dicatur eſſe. alleg.2. num.16.*

*Inditium in crimine ſodomiæ, quando adeſſe dicatur. alleg.28.num.18.*

*Inditium indubitatum quando dicatur. allegat.28. num.21.*

*Inditium indubitatum in crimine ſodomiæ, non datur. alleg.28 num.29.*

*Inditium indubitatum, fit ex pluribus inditijs dubitatis, qualitèr procedat. alleg.28.nu.32.*

*Inditium nullo modo producitur ex confeſſione extra iudicium facta contra primam depoſitionem. alleg.30.num.8.*

*Inditium contra reum inquiſitũ de homicidio quando oritur. alleg.17.num.28.*

*Inditium remotum à delicto, non eſt ſufficiens inditium ad torturam. alleg.1.num.5.*

*Inditium remotũ probari debet per teſtes. alleg.1. num.13.& alleg.2.num.18.*

*In dubio ſemper præſumitur pro eo, quod delictum excuſat. alleg.17.num.2.*

*In dubio contra raptorem receditur ex coniecturis. alleg.39.num.4.*

*Indultus redditur inualidus ex relatione facta per Fiſcum, qui fuit Aduocatus partis. alleg. 21. num. 8.*

*In exceptione rei iudicatæ idem modus agendi eædem perſonæ, & eædem res requiruntur, ſufficit tamen, vt interpretatiuæ cõcurrant. alleg.49. num 6.*

*Infecta primitiua, inficiuntur deriuatiua. alleg.40. num 10.*

*Inimicitia facit inditium ad torturam, & qualitèr intelligatur. alleg.1.num.1.& 2.*

*Inimicitia capitalis, qualitèr eſſe dicatur. alleg.1. num.3.*

*Inimicitia, ſequuta reconciliatione, euaneſcit. allegat.1.num.4.*

*Inimicitia contrahitur ob litem omnium bonorum, vel maioris partis, non pro minima. allegat. 2. num. 8.*

*Inimicitia cauſata, facto offenſi, non redundat in perſonam offenſoris. alleg.2.num 9.*

*Inimicitia non eſt ſufficiens inditium ad torturam. alleg.2.num.13.*

*Inimicitia probata ad repellendum teſtes, ſi dicantur capitales, vel leues, remittuntur arbitrio Iudicis. alleg.17.num.6.*

*Inimicitia quando non eſſet capitalis contra teſtes,*


*faciunt*

Digitized by Google

# I N D E X.


faciunt tantùm inditium ad torturam. alleg.17. num.7.

Inimicitia capitalis, quæ dicatur. allegat. 17. num.34.

Inimicitia ſola, an præmeditatur, & arguat homicidium. alleg.38 num 1.

Inimicitia cauſatur ex lite, an ſit iuſta cauſa probabilis repellendi, quæ durare præſumitur, quod limitatur. alleg.34.num 23.

Inimicitia an, & quando præſumatur inter coniunctos ex aliorum cauſa. alleg 34 num.42.

Inimicus meus dicitur ille, qui eſt inimicus fratris mei, vel mei affinis. alleg.22 num.8.

Inimicus repellitur à teſtimonio. allegat. 22. numer. 9.

Inimicus dicitur porrigendo accuſationem contra aliquem. alleg.22.num.10.

Iniuria facta Officiali, quando cenſeatur facta Regi ob priuata negotia. alleg.10 num.14.

Iniuria ex qualitatibus, & circūſtantijs ipſius grauatur. alleg.11.num.1.

Iniuria grauis dicitur ex qualitate perſonæ. allegat.11.num 2.

Iniuria facta perſonæ, quæ repreſentat perſonam Principis, qui vocatur Præfectus Vrbis. alleg.11. num. 4.

Iniuria facta Officiali, lędit Maieſtatem Principis. alleg.11.num 5.

Iniuria facta Officiali, dicitur facta Regi. alleg.11. num.6.

Iniuria duplex eſt. alleg.11.num.28.

Iniuria per aliam iniuriam propulſatur, & compenſatur. alleg.11.num.31.

Iniuria facta Miniſtris Officialis, cenſetur ipſi facta. alleg.11.num.32.

Iniuria facta vni, cenſetur facta toti agnationi. alleg.26.num.2.

In obſeruantia interpetratiua non requiritur, quod ſit longo tempore præſcripta. allegat. 49. numer. 26.

Innocentia probatur per præſumptiones. alleg.34. num.46.

Innocentia reſultat ex teſtibus inueriſimilia deponentibus. alleg.34 num.47.

Innocētia Baronis circa victum præſtitum bannitis per eius paſtores proponitur, & varijs medijs comprobatur. alleg.49.num.22.

In priuatis delictis non proceditur ex officio. allegat.5.num.6.

Inquiſitio corruit non probatis verberibus. alleg.1. num.20.

In raptoribus tàm maſculi, quā fœminæ, debet eſſe cauſa libidinis. alleg.7.num.2.

Inſcriptio ad pœnam talionis eſt abolita. alleg.46. num.12.

Inſtructor ſimplex in cauſa principali pro abſente reo officium Iudicis implorare debet, quod etiam in bannito, & contumace procedit. allegat. 31. num.26.

Inſtrumentum reprobatum cenſetur quando teſtes aſſerunt non fuiſſe celebratum vti falſum. allegat.45.num.15.

Inſtrumentum poteſt teſtibus reprobari, ac eius falſitas. alleg.45.num.14.

Interdictum de libero homine exibendo conceditur à iure. alleg.29.num.2.

Intereſſe non venit in delictis, vel quaſi, niſi illud eſſet ſingulare, & extra rem. allegat.13. numer 1. & 2.

Intereſt Reipublicæ delicta puniri. alleg.24. nu.9.

Interpetratio pro reo eſt facienda. allegat. 19. num. 3.

Interpretatio intellectiua, non autem extenſiua, quando dicatur. alleg.41.num.10.

Inueriſimile, & incredibile factum admittitur. alleg.28.num.22.

Inueriſimilitudo naturæ aduerſatur, & habet imaginem falſitatis. alleg.34.num 14.

Inueſtitura de mero, & mixto imperio, omnes pœnas comprehendit, ità quod in eis Barones ſubintrant alleg.9.num.32.

Iudex facit litem ſuam, & tenetur in ſyndicatu, non conſtito priùs in genere procedendo. alleg.1. num 21.

Iudex tenetur de iure pœnam minorare minori. alleg.8. num.22.

Iudex non poteſt mutare pœnam in caſibus à lege determinatis. alleg.10.num.30.

Iudex, cui datum eſt arbitriū, poteſt vſque ad mortem arbitrari. alleg.11 num.16.

Iudex poteſt ſuum arbitrium extendere vſque ad mortem. alleg.10.num.1.

Iudex debet habere latas habenas ad punitionem malefactorum. alleg.11.num.17.

Iudex ſi verberaſſet, dùm honorem, & ornamenta attentauerit, erit abſoluendus. allegat.11. numer.21.

Iudex laicus data falſitate bullarum, procedit contra reum. alleg.11.num.37.

Iudex minorem honorem ex abſolutione, quam condemnatione conſequitur. alleg.17.num.3.

Iudex facere debet illud, quod ſi in eius perſona, euenerit, fieri vellet. alleg 18.num.9.

Iudex in atrociſſimis debet obſeruare iuris diſpoſitionem. alleg.18.num.10.

Iudex iniuſtus homo appellari non poteſt, ſed inter animalia bruta connumerandus. alleg.18. num.19.

Iudex iudicans ſecundum opinionem vnius Doctoris, excuſatur à pœna, & qualitèr. alleg.20. num.14.

Iudex iudicans contra ſtatutum, aut conſuetudinem non in ſcriptis redactam, an excuſetur. allegat.20.num.17.

# I N D E X.


*Iudex qualitèr debet ſe informare de conſuetudine. alleg.20.num.16.*

*Iudex grauitèr errat, qui ex teſtibus non ritè receptis torqueret reum. alleg.20.num.19.*

*Iudex cui peccaſſet, ſi ſic interrogat reum, vel teſtem, exiſtentibus inditiis manifeſtis. allegat.23. num.5.*

*Iudex non debet ſtare correctioni teſti ſimplicitèr, ſed attendere ad modum correctionis. alleg.23. num.12.*

*Iudex ſi ommittat verbum peremptoriè, facit contra legem, & non valet quod agit potiſſimùm citatio. alleg.31.num.3.*

*Iudex non conſtito de delicto, etiam ſi eſſet comictus, vel confeſſus reus, nequit procedere ad citationem, & alia. alleg.34.num.3.*

*Iudex pœnam auget, & minuit ex cauſa. alleg.45. num.11.*

*Iudex ex officio contra calumniatores procedit. alleg.46.num.5.*

*Iudex etiã in dubio parere debet ſuperioris inhibitioni, aliàs temerarius reputatur, & puniri debet. alleg.49.num.33.*

*Iudicandum eſt pro reo in dubio. allegat.19. numer.17.*

*Iudices in torquendo non debent abuti arbitrio. alleg.18. num.15.*

*Iudices canes appellantur immoderatè ſine inditiis reos torquentes. alleg.18 num.18.*

*Iudices caueant, nè torqueant in delictis ordinarus cum ſubtili corda. alleg.18.num 25.*

*Iudicibus ſęuientibus immodicè freni temperies adhibenda erit. alleg.18.num.17.*

*Iudicium calumnioſum, ad hæredes calumniæ tranſit. alleg.46.num.6.*

*Iura ſanguinis, & qualitas proximitatis, non ſunt in commercio noſtro, nec poſſunt in alios transmitti. alleg.6.num.14.*

*Iura ſanguinis in animi ſęuitia conſiſtunt, etiam ſunt animi paſſiones in quo ſedē habent. alleg.6. num.16.*

*Iura perſonalia in alium transferri non poſſunt. alleg.6. num.19.*

*Iura ſanguinis non ſunt in patrimonio, neq; in bonis, ſed ſpectant ad eum, quem lex vocat ad hæreditatem occiſi. alleg 6.num.26.*

*Iura multum deferunt innocentiæ. allegat. 22. num.14.*

*Iura exorbitantia extenduntur quando agitur de fauore publico. alleg.36.num.31.*

*Iura armantur pro conſeruanda innocentia. alleg. 46. num.14.*

*Iuramentum nõ valet præſtitum contra ius in præiudicium iuris ſuperioris. alleg.36. nu.38.*

*Iuramentum reo deferri an debeat, ſi de facto ſine iuramento fateatur, vt puniri poſſit. allegat.35. num.13.*

*Iuriſdictio data priuatiuè adimit aliis cognitionem. alleg 49.num.12.& 13.*

*Iuriſdictio exercetur de mandato Regis in Regno, & non ab extero. alleg.18.num.37.*

*Iuriſdictio dicitur excitari, quando cauſa committitur Ordinario. alleg.42.num.10.*

*Iuriſdictio Regiæ Duanæ fuit conceſſa priuatiuè, et abdicatiuè quòad omnia Tribunalia. alleg.49. num.15.*

*Iuriſdictio limitatè conceſſa etiam de partium conſenſu non prorogatur. alleg.49.num.16.*

*Iuriſdictionem habens cum mero, & mixto imperio, ex qua in dominium, non in officium, & iure proprietatis verſatur, an poſſit indulgere reis. alleg 14. num 1.*

*Iuriſdictionis creatio eſt de regalibus. allegat.18. num 35.*

*Iuſtitia, ac æquitas potiùs inſpici debet, quam culpa delinquentis. alleg.31.num.9.*

*Ius quærulandi, & remittendi, ſpectat ad eum, cui lex defert hæreditatem. alleg.6. num.13.*

*Ius oritur ex facto. alleg.23.num.6.*

*Ius idem ſtatui debet vbi eſt eadē ratio. alleg.36. num.32.*

*Ius dicenti extra territorium, vel ſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere impunè non paretur. alleg.49 num.31.*

*Ius confiſcandi, competit ſupremo Principi, & ex priuilegio, & conſuetudine inferiori competit, alleg.9.num.33.*


*L*


L*Ectura magis verior cõuenit legi, quæ rubricæ conuenit. alleg.34.num.5.*

*Legata, & fideicommiſſa poſſunt nutu relinqui. alleg.50. num.25.*

*Legatarius legatum ſibi factum agnoſcendo voluntatem teſtatoris, etiam quòad alia dicitur conſenſiſſe. alleg.50.num.60.*

*Legatum relictum animo compenſandi cum fideicommiſſo, an cenſeri debeat. allegat. 50. numer.43.*

*Legatum non debetur, niſi acceptetur, nec acquiritur. alleg.50.num.54.*

*Legatum factum in teſtamento acceptans, ſibi præiudicat, nec ſuccedit. alleg.50.num.55.*

*Legatum acceptans, non licet impugnare. alleg.50. num.57.*

*Legatum cenſetur factum animo compenſandi cum debito neceſſario. alleg.50.num.10.*

*Leges dicuntur particulares illorũ locorum, in quibus ſunt promulgata. alleg.9.num.23.*

*Legitimati gaudent nobilitate patris. allegat.7. num 35.*

*Lex concedens aliquid alicui, eſt perſonalis conceſſio. alleg.6.num.18.*


*Lex*

# I N D E X.


*Lex ex identitate rationis poſt modum comprehenſionis ad caſum non expreſſum porrigitur. allegat.6.num. 23.*

*Lex debet eſſe ſancta, & immaculata, & talis debet eſſe interpetratio. alleg.7.num.14.*

*Lex puniens affectum in delictis, non ſeruatur de conſuetudine, ſi non ſequatur effectus, & qualitèr, & per talem conſuetudinem cenſetur derogatum,* l.ſi quis non dicam rapere. *alleg.7. num.15.& 16.*

*Lex prohibens ſemper cenſetur actum in contrariũ annullare. alleg.25.num.6.*

*Lex vbi nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. alleg.36.num.4.*

*Lex ceſſat ceſſante cauſa, & eius ratione. alleg.47. num. 6.*

*Libellus neque ordo iudiciarius requiritur contra fideiuſſorem rei, ſed fit præceptum de ſoluendo, aut in vinculis ſe defendat. alleg.24. num.8.*

*Libris Bancorum creditur. alleg.45 num.2.*

*Licentia conceſſa in detrimentum Reipublicæ, non operatur. alleg.35.num.27.*

*Licet homini pro defenſione ſui honoris, hominem interficere, & quando. alleg.11.num.30.*

*Licet iniuria propulſare, & iniurioſè reſpondere. alleg.11.num.27.*

*Licitum eſt leges tranſgredi propter emergentes caſus. alleg.12. num 2.*

*Locus attenditur in delictis, cum illud augeat. alleg.11.num.8.*

*M*

*MAgis veriſimile tollit aliud. allegat.37. num.16.*

*Magiſtri Iurati quando vſurpant iuriſdictionem. alleg.18.num.41.*

*Magn.Cur.Vic. ſola ex præheminentia infert torturas ob defectum teſtium non ritè receptorum. alleg.20.num.21.*

*Malum minus comparatur ad maius, vt habeat rationes boni. alleg.36.num.13.*

*Mandatum corruit, ſi in eo peremptoriũ, aut æquipollens non apponatur. alleg.31.num.1.*

*Mandatum pœnale corruit, ſi eius forma non fuerit ſeruata. alleg.31.num.4.*

*Maritus an poſſit agere actione furti, & poteſtas punire quando procedat, an procedat in ſeruo. alleg.4.num.24.*

*Medicamenta per incantationes prohibentur. alleg. 13. num.6.*

*Mendacium ad hoc noceat, debet eſſe in facto principali, non in circumſtantiis. alleg.2.nu.30.*

*Mens inſpicitur in fideicommiſſis. allegat.50. numer.16.*

*Mens teſtatoris ante omnia attendenda. alleg. 50. num.20.*

*Mens teſtatoris in fideicommiſſis potiùs attenditur, quam verba, alleg.50.num.21.*

*Mentis ex coniecturis percipitur. allegat.50. numer.17.*

*Mentita non eſt iniuria, ſed defenſio. allegat. 11. num.29.*

*Merita in ſubditis conſiderari nequeunt, ſed contrarium demonſtratur. alleg.33.num.53.*

*Meritum, ſeù premium liberæ eſt voluntatis. alleg.33. num.54.*

*Metus ex præterito, arguitur de præſenti. allegat. 40. num.5.*

*Metus videtur per actus extrinſecos illũ incutientes. alleg.17.num.33.*

*Metus inducitur ex minis prouenientibus à perſona, cui debetur reuerentia. alleg.40.num.1.*

*Metus non cenſetur ratificatus per quemcunq; actũ durante eadem cauſa. alleg 40 nu.7.*

*Metus præſumitur durare durante cauſa metus. alleg.40. num.2.*

*Metus minor requiritur in perſona timida. alleg. 40. num.3.*

*Metus iuſtus dicitur cruciatus corporis, vel mortis. alleg.40.num.4.*

*Miles offenſus ab aliquo, an vti nobilis debet iudicari. alleg.10.num.38.*

*Minor non ſuccurritur in totum per reſtitutionem in integrum, ſed minoratur pœna. allegat. 8. num. 8.*

*Minor committẽs homicidium, minoratur ei pœna. alleg.8.num.10.*

*Minor nec pro ſe, nec pro alio poſtulare poteſt. alleg.8. num.15.*

*Minori parcitur, quod contracto matrimonio cum conſanginea coiuit. alleg.8. num.6.*

*Modus torturæ adhibendæ arbitrio Iudicis relictus eſt, quod eſſe debet regulatus à iure. alleg.18. num.7.& 8.*

*Modus probationis delicti in genere in defenſione facienda producitur. alleg.28.num.4.*

*Modus occidẽdi bannitum proditoriè, vel odio priuato, & non zelo Iuſtitiæ, non imputatur à iure communi. alleg.36.num.37.*

*Mortuus ex vulnere an, & quando præſumatur. alleg. 2. num.3.*

*Mortuus ex ipſius mala cuſtodia, & culpa ſibi imputatur. alleg.2.num.5.*

*Motiua Regiæ Audientiæ proponuntur. alleg. 49. num. 3.*

*Mulier acclamare poteſt quando eſſet in Ciuitate, ſecus in Villis. alleg.39.num.5.*

*Mulieri aſſerenti aliquem eam cognouiſſe non creditur, neque ſtatur eius dicto, & quare. alleg.39. num.9.& 10.*


*Natura*

# I N D E X.

## N


NAtura ſurti non immutatur ob pœnæ variationem. alleg.5.num.7.

Natura non ſufficit vt is, qui offendit aliquem quẽ defendere debet. alleg.34.num.57.

Naturalia ſunt immutabilia. alleg.28.nu.33

Natus ex matre nobili, quàmuis plebeo patre, nobilis dicatur. alleg.7. num.31.

Negatiua probata videtur attenta probatione facta per reum in alio loco delicti commorantem. alleg 17.num.1.

Negligentia non vtendi priuilegio ſucceſſori, non nocet, nec præiudicat. alleg.23.num.18.

Nemo decipi debet, nec deceptus remanere debet iuris auctoritate. alleg.4 num.8.

Nemo præſumitur ità ſatuus, & inſanus quis eſt innocens, & verus reus ſe priuare libertate, & conſtituere ſe in carcere. alleg.19.num.15.

Nemo eſt dominus membrorum ſuorum alleg.40. num. 9.

Nemo debet decipi ſub fide publica, & auctoritate. alleg.43 num.16.

Nemo carnem ſuam odio habere debet. alleg.31. num.11.

Nemo dominus membrorum ſuorum. alleg. 31. num.12.

Nil refert an Iudex ſedeat, vel Curſor dummodò ſit in actu iuſtitiam, & officium miniſtrandi, vel in itinere. alleg.35.num.10.

Nihil tàm naturale eſt, vt eo vinculo quo ligati ſumus, eodem diſſoluamur. alleg.36.nu.23.

Nobilis alio modo punitur in Regno, quam ignobilis. alleg 7.num.29.

Nobilitas etiam ex diuitijs acquiritur. allegat.7. num.21.

Nobilitas nil aliud eſt quam inueteratæ diuitiæ. alleg 7. num.22.

Nobilitas verè in auro conſiſtit. allegat.7. numer.25.

Nobilitas morum plus prodeſt, quam genitorum. alleg.7.num.28.

Nobilitas non tantùm ex paterna origine, quam ex materna peruenit alleg.7 num.32.

Nobilitas patris, & matris in filios communicari, quia iuris fictione eadem perſonæ reputantur. alleg.7.num.33.

Nobilitas patris, magis attenditur, quam aui, etiã ſi fuiſſet ruſticus. alleg.7.num.34.

Nomen alicuius aſſumens dignitatis, & ſimilis, qua pœna punitur. alleg.18.num.43.

Non inconuenit pœnam priſcæ feueritati accedere. alleg.11.num.42.

Non ſufficit aliquid in genere proponere quando qualibet ſpecies eundem non operetur effectum. alleg.36.num.20.

Notario quando creditur. alleg.32.num.6.

Notarijs permittitur ante ſtipulationem teſtamenti interlineare, addere, & cancellare. allegat. 32. num. 7.

Notarius poteſt dè falſo condemnari quando duo teſtes reprobant inſtrumentum. allegat.45. numer.16.

Notarius falſum conficiens inſtrumentum, punitur pœna mortis, & ſic deciſum. allegat. 45. num.19.

Notorium releuat ab onere probandi, non autem proponendi. alleg.31.num.19.

Nullitas reſultans ex eiſdem actis, poteſt per excuſatorem proponi. alleg.31.num.37.

Nullitas quando ex eiſdem actis reſultat, tùnc Iudicis officium ſupplere debet. allegat. 31. num.36.

Nullitas non tamen per Procuratorem, quam etiam per quemcunque opponi poterit, & qualitèr 31. num.38.

Nullum quod eſt, nullum præſtat impedimentum. alleg.31.num.41.

Numiſmatum æqualitas apud antiquos in magna exiſtimatione erat. alleg.43.num.18.


## O


OBligatio ad pœnam, oritur perpatrato crimine. alleg.31.num.13.

Occaſio delinquendi erat tollenda in Eccleſijs, & quare. alleg.47.num.3.

Occidens forindicatum, excuſatur de iure, & ſic deciſum. alleg.36 num.42.

Offendens Officialem ſpeciali odio, vel ſe defendendo, cenſetur vti priuata perſona. alleg.10. num.18.

Offendens Officialem, non ex particulari inimicitia, qualitèr puniendus, dùm officium exercet. allegat.12.num.6.

Offenſio conſideratur facta Officiali intuitu officij. alleg.10.num.12.

Offenſio factæ Officiali dicitur ei quando in actu aliquo exercitationis officij fiat. allegat.11.numer.15.

Officiales Baronales non ſunt propriè Regis. allegat.10.num.8.

Officiali non non licet aliquem iniuriare, nàm tenetur actione iniuriarum, & qua pœna erit puniendus. alleg.10.num.21.

Officialis prouocatus adhùc ei non licet inferre iniuriam. alleg.10.num 23.

Officialis Regis cum audit verba iniurioſa contra ſe à priuatis proferri, non debet ad iram prouocari, & qualitèr declaratur. allegat.11. numer 25.

Officialis, qui habet merum imperium de per ſe ad inſtar Senatoris offenditur. alleg.11.nu.7.


Officialit

Digitized by Google

# INDEX.


*Officialis prouocatus dicendo ſi non eſſet ob reuerentiam officij benè eum caſtigaret, et indè ſi ipſe depoſuiſſet veſtem, & ſuerit verberatus, an incurrat in pœnam verberantis Officialem. alleg. 11. num. 22.*

*Officialis non poteſt abdicare officiũ à ſe. alleg. 11. num. 23.*

*Officialis an incidat in pœnam, non dando defenſionem reo. alleg. 20. num. 11.*

*Officialis quilibet pro aſportatione armorũ non tenetur. alleg 34. num. 9.*

*Officialis cenſetur fautor inquiſiti, cum illum carceribus mancipare poteſt, & non facit, & cum hoc ſit delictum, præſumi non debet. alleg. 34. num 62.*

*Officialis ſemper præſumitur bonus, nec puniendus cum qualibet cauſa, ſicut excuſat à dolo, ita à pœnâ. alleg. 34. num. 63.*

*Officialis an, & quando tenetur carceratos viſitare. alleg. 34. num. 65.*

*Officium Iudicis eſt proſequi maleſactores vt puniantur. & delicta eorum. allegat. 17. numer. 11.*

*Officium Mareſcalli in quo conſiſtit. allegat. 33. num. 47.*

*Omnia obediunt pecuniæ. alleg. 7. num. 27.*

*Omnia contenta in inſtrumento nullo, debent in ratificatione contineri. alleg. 32. num. 11.*

*Omnia, quæ ſubſequuntur ex actu nullo corruunt, quod exemplo demonſtratur. allegat. 25. num. 14. & 15.*

*Opem præſtans homicidio tenetur vt homicida, & ratione fundatur. alleg. 41. num. 3.*

*Operam rei licitè dat quis ſtando ipſius eius rem. alleg. 2. num. 21.*

*Opinio* Gloſ. in §. in ſumma, Inſtit. de iniur. *communitèr recepta. alleg. 12. num. 12.*

*Ordinationes Principis ſunt ſtricti iuris. allegat. 3. num. 7.*

*Ordo eſt ordinem non ſeruari conſulto Principe, & non alitèr. alleg. 18. num. 11.*

*Ordo fragantiæ delicti requirit partis præſentiam. alleg. 20. num. 20.*

*Oſculum debet eſſe ad os, vel ad mammillas, vt locum habeat pragmatica. alleg. 44. num. 17.*

*P*

*PAria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe inutilitèr. alleg. 3. num. 16.*

*Paria ſunt aliquid non fieri, vel nullitèr. alleg. 31. num. 40.*

*Pater, & filius eſt vna eadem perſona. allegat. 24. num. 2.*

*Pater an ſit in dolo non obuiando delicto filij. allegat 24. num. 3.*

*Peccans in minima parte formæ, ipſa tota vitiatur. alleg. 25. num. 3.*

*Pœna vltimi ſupplicij datur pro furto in Regno vltra vntiam alleg. 4. num. 18.*

*Pœna ſerui minoris furtum committentis, quæ nàm ſit. alleg. 4. num. 20.*

*Pœna furti alterata per ſtatutum, an operetur, vt furtum ſit crimen priuatum. alleg. 4. nu. 21.*

*Pœna capitis impoſita pro furto, quando exequi debeat. alleg. 4. num. 22.*

*Pœna raptus vt locum habeat, debent copulatinè concurrere commixtio cum rapto. allegat. 7. num. 11.*

*Pœna raptus ordinaria puniri debet raptor, etiam non ſequuta copula, aliqui tenuerunt. alleg. 7. num. 17.*

*Pœna minoratur minori, etiam in delicto carnis tàm de iure communi, quàm de iure Regni. alleg. 8. num. 1. & 2.*

*Pœna minoratur in minore delinquente ob adulterium. alleg 8. num. 4.*

*Pœna diminuitur ob delictum carnis in minore. alleg. 8. num. 5.*

*Pœna patientis muliebria eſt deportatio. alleg. 8. num. 14.*

*Pœna mortis in patiente an procedat. allegat. 8. num. 18.*

*Pœna minoratur in delictis carnis, & quare. allegat. 8. num. 23.*

*Pœna vulneranti Officialem Baronis, quæ nàm ſit, & an procedat in Officialibus inferioribus. alleg. 10. num. 7.*

*Pœna impoſita per* Conſt. Vt participatio, *pro iniuria, quæ nàm ſit ei, qualitèr intelligatur. alleg. 10. num. 31.*

*Pœna impoſita per* Conſt. Vt dignitatum, *quæ nàm ſit. alleg. 10. num. 33.*

*Pœna illa imponi debet, quæ erit ſolita. alleg. 10. num. 40.*

*Pœna cum delicto compenſatur. allegat. 11. numer. 10.*

*Pœna arbitraria ſe extendit vſque ad mortem ob criminis atrocitatem. alleg. 11. num. 14.*

*Pœna mortis eſt in falſificante reſcriptum Principis in reſcripto prælatorum, eſt pœna deportationis. alleg. 11. num. 41.*

*Pœna manus etiam plecti debet cum deliquit offendens alapa ſicut in ſimilibus. alleg. 11. nu. 43.*

*Pœna falſæ aſſertionis, quæ nàm ſit. allegat. 18. num. 45.*

*Pœna deportationis, & publicationis bonorum eſt de iure communi pro falſitate. allegat. 16. numer. 1. & 2.*

*Pœna mortis eſt in falſificante literas Regis. alleg. 16. num. 2.*

*Pœna mortis eſt in falſificante literas Regis de iure Regni. alleg. 16. num. 4.*


*Pœna*

# I N D E X.


*Pœna mortis ex* Conſtit. Regni *contra falſarios, non eſt exorbitans à iure communi cum ſit correctoria. alleg.16 num.5.*

*Pœna contra falſarios an detur aſſiſtenti falſitatiliteræ, & ea vtenti. alleg.16.num.7.*

*Pœna vltimi ſupplicij non imponitur de iure communi fabricanti, vel vtenti literis Regis. alleg. 16. num 9.*

*Pœna ordinaria non erit puniendus, quando non fuit cauſa immediata ob delictum patrandum. alleg. 16. num.14.*

*Pœna minori punitur ſi non fuerit principalis delinquens, & ſic deciſum. alleg.16.num.16.*

*Pœna damnationis in metallum, in cuius locum ſucceſſit. alleg.20.num.23.*

*Pœna vltimi ſupplicij punitur dans operam rei illicitæ, ſi ex cauſa homicidium ſubſequatur. alleg.21 num.4.*

*Pœna vltimi ſupplicij impoſita eſt contra coniurantes. alleg.23.num.20.*

*Pœna mortis eſt contra ſeditioſos. allegat. 23. numer. 21.*

*Pœna ordinaria delicti imponi non poteſt, niſi qui conuincatur legitimè ex confeſſione, aut teſtibus. alleg.28.num.1.*

*Pœna pecuniaria Baronibus debetur ex diſpoſitione Pragmaticæ alleg.29 num.6.*

*Pœna magna pecuniaria, quæ abſorbet patrimonium, continet ſpeciem confiſcationis. alleg.31. num.24.*

*Pœna amputationis manus erat priùs impoſita per iura. ſed nunc pecuniaria alleg.31.nu.35.*

*Pœna falſi vt locum habeat, ſufficit quod potuit nocere, alias ſecus. alleg.32.num.12.*

*Pœna carceris maior dici debet. allegat.34. numer.54.*

*Pœna ordinaria an locum habeat quando confeſſio extraiudicialis præcedit, & inditia eſſent indubitata. alleg.35.num.17.*

*Pœna ordinaria raptus, & ſtupri eſſet vltra relegationem ex blandis verbis, & ſuaſionibus ob violentiam interpetratiuam. allegat. 39. num. 3.*

*Pœna raptus ceſſat data voluntate mulieris. alleg. 30. num.14*

*Pœna ordinaria an locum habeat ex negatione delicti. alleg 40 num.11.*

*Pœna vnica tenentur principales, & auxiliatores. alleg.41. num.5.*

*Pœna ſtellionatus locum habet in corrumpentibus merces. alleg.43.num.11.*

*Pœna ſtellionatus eſt pecuniaria. allegat.43. numer.12.*

*Pœna ſtellionatus ceſſat vbi dolus non habet particulare nomen delicti. alleg.43.num.13.*

*Pœna ſtellionatus locum non habet vbi dolus poterit purgari actione ciuili, alleg.43.nu.14.*

*Pœna capitis imponitur facientibus adulterinam monetam. alleg.43.num.22.*

*Pœna imponitur ex* Conſtit. Magiſtros mechanicos, *contra artifices malè miniſtrantes aurum, & argentum, quæ nàm ſit. alleg.43.nu.25.*

*Pœna, quæ nàm imponi debet mercatoribus prauis res corrumpentibus in qualitate, & ſpecie. alleg 43.num.26.*

*Pœna arbitraria extendi poteſt vſque ad mortem. alleg.43 num.34.*

*Pœna ſtellionatus Iudicis arbitrio relicta eſt. allegat.43.num.33.*

*Pœna confiſcationis vbi à iure non eſt ſtatuta, poteſt Iudex ex ſuo capite imponere illam. alleg. 43. num.38.*

*Pœna non imponitur, niſi expreſsè dicatur à lege. alleg.44.num.6.*

*Pœna oſculi violentis eſt arbitraria, hoc eſt exilij. alleg. 44.num.10.*

*Pœna arbitraria extat in crimine falſi. allegat.45. num. 6.*

*Pœna arbitraria vſque ad mortem extenditur, maximè in crimine falſi. alleg.45.num.7.& 9.*

*Pœna mortis extat pro magno furto. allegat.45. num.13.*

*Pœna Notarij committentis falſitatem eſt arbitraria, ſed quando eſſet falſitas magna, vel iterata, erit pœna mortis. alleg.45.num.17.& 18.*

*Pœna calumniantium, quæ nàm ſit. alleg.46.nu4.*

*Pœna calumniantium de Iure Regni, quæ nàm ſit. alleg.46. num 7.*

*Pœna calumniatoris quando locum habeat. alleg. 46. num.8.*

*Pœna calumniæ eſt arbitraria. alleg.46.nu.9.*

*Pœna vltimi ſupplicij contra calumniatores extat in obſeruantia. alleg.46.num.13.*

*Pœna criminis læſæ Maieſtatis procedit in denuntiante, non in accuſatore, & ratio affertur. allegat.46.num.15.*

*Pœna ſubornationis ad falſitatem, etiam in actitatis militat. alleg.46.num.25.*

*Pœna mortis, vt locum habeat contra accuſantes oportet, vt ſententia ſit exequuta contra accuſatos. alleg.46.num.21.*

*Pœna mortis fortiùs infligenda calumniatori, ſi concurrit falſitas. alleg.46.num.19.*

*Pœnæ arbitrio Iudicis ſunt relictæ communitèr. alleg.11. num.11.*

*Pœnæ arbitrariæ extenduntur vſque ad mortem. alleg.12.num.1.*

*Pœnæ arbitrariæ ad mortem extenduntur. alleg.12. num.16.*

*Pœnæ ſunt molliendæ. alleg.8.num.25.*

*Percutiens Officialem odio priuato, & inimicitia, grauitèr agit. alleg 11.num.13.*

*Periti in criminalibus quandoq; ad torturam faciendam probant. alleg.28.num.9.*

# INDEX.

*Periti dicuntur deponere de iudicio, & ſcientia intellectus. alleg. 28. num. 12.*

*Peritis in arte ſtandum erit. alleg. 1. num. 22.*

*Periurus habet ſolùm Deum in vltorem. alleg. 2. num. 32.*

*Permiſſum videtur ſubſcribi teſtamentum ab alio, ſi teſtator ſubſcribere nequit. alleg. 37. nu. 12.*

*Perſonæ officij, & dignitas contemplantur, non tamen inimicitia particulares. alleg. 11. nu. 24.*

*Perſona offendentis iniurijs conſideratur. alleg. 12. num. 14.*

*Populares mediocris conditionis inclitæ Ciuitatis præferuntur nobilibus inferioris Ciuitatis. allegat. 7. num. 30.*

*Poteſtas domini in ſeruos eſt vitæ, & necis de iure. alleg. 4. num. 11.*

*Poteſtas qualitèr intelligatur. alleg. 10. num. 5.*

*Poteſtas indultandi eſt de regalibus, & ſoli Regi competit alleg. 14. num. 3.*

*Poteſtas conceſſa nominandi, ſi fuerit facta elapſo temporis ſpatio, an ſuffragetur. alleg. 21. numer. 15.*

*Poteſtas quàmuis exorbitans, & extraordinariè tributa non tollit priuilegia alteri quæſita, niſi expreſſè diſpenſetur. alleg 49. num. 29.*

Pragm. 3. §. 5. de procur. *adducitur, & ponderatur. alleg. 25. num. 1.*

Pragmat. 1. & 2. de ſodom. *ſolùm loquuntur de confeſſis, & conuictis. alleg. 28. num. 30.*

Pragmat. 8. cap. 7. de inſtrum. liquid. *producitur, & qualitèr fuit iudicatum ob nullitatis cauſam propoſitam contra liquidationem inſtrumenti. alleg. 31. num. 43.*

Pragmat. 4. de poſſeſſ. non turb. *qualitèr procedat. alleg. 33. num. 73.*

Pragmat. 22. §. 2. de armis, *ponderatur. alleg. 35. num. 24.*

Pragmat. 1. de exulib. *ponderatur. allegat. 36. num. 1.*

Pragmat. 7. de citationib. *affertur. allegat. 42. num. 1.*

Pragmat. 3. de citationib. *producitur. alleg. 42. num. 3.*

Pragmat. 10. de officio Iudicum, *refertur. alleg. 42. num. 5.*

Pragmat. 1. de oſcul. mul. per vim, *ponderatur. alleg. 44. num. 1.*

*Pragmatica, ſeù Conſtitutio, vbi mentio facta non fuerit de deciſione cauſę vertentis remanet in ſuo robore. alleg 44. num. 11.*

*Præiudicium oritur quòad actum factum in contrarium, non quòad alios. alleg. 33. num. 19.*

*Præſcriptio inducta eſt à Principe propter publicã vtilitatem. alleg. 36. num. 24.*

*Præſtans opem maleficio, non dando cauſam ipſi malefacis, ſed mitiori pœna punitur. alleg. 16. num. 13.*

*Præſumptio appenſamẽti in homicidio, tùnc ex inimicitia oritur, quoties ipſa ex graui cauſa orta eſſet. alleg. 38. num. 3.*

*Præſumptio inducitur ex confeſſione mulieris aſſerentis ab aliquo cognitæ. alleg 22. num 4.*

*Præſumptiones, & inditia tolluntur contrarijs præſumptionibus, & inditijs. alleg. 22. num. 6.*

*Princeps nequit in præiudicium iuris tertij gratiã facere. alleg. 29 num. 7.*

*Princeps non præſumitur velle vni præiudicare, & auferre ius ſuum, & alteri dare. allegat. 33. num. 32.*

*Princeps non poteſt ius quæſitum alteri tollere ſine cauſa legitima alleg. 33. num. 35.*

*Princeps ex cauſa donationis factæ per ipſum alicui nequit tollere ius alteri quæſitum, & ratione oſtenditur etiam ob ingratitudinem ipſius reuocare non poteſt alleg. 33. num. 37.*

*Princeps tenetur obſeruare contractum etiam ineſficacem. alleg. 33. num. 40.*

*Princeps non ligatur ſua Conſtitutione contrarium faciendo videtur ſe ſubieciſſe. allegat. 33. numer. 51.*

*Princeps mentionem faciens in ſuo priuilegio alterius priuilegij illud præceſſiſſe præſumitur, ſiuè extet, ſiuè non. alleg. 33. num 13. & 16.*

*Princeps quando gratiam facere poteſt ſine partis remiſſione. alleg. 36. num. 28.*

*Princeps mandando præſumitur fieri ſecundum legem. alleg. 42. num. 13.*

*Principi conuenit illud non ſemel emiſſum vocat irreuocabile verbum. alleg. 33. num. 50.*

*Principis boni eſt timere culpam vbi non eſt. alleg. 33. num. 41.*

*Priuilegia Regia Dohanæ extenditur etiã ad mulieres locati, & ità iudicatum per Reg. Audient. Principatus Vltra in delictis Campaneæ. alleg. 49. num. 27.*

*Priuilegia contrario actu licet vnico, quando ſunt momentanea, ſeù reuocabilia. allegat. 33. numer. 30.*

*Priuilegium Ducis Parmæ ex confiſcatione feudorum remanſit extinctum. alleg. 29. num. 8.*

*Priuilegium Regis Ladiſlai affertur. allegat. 33. num. 1.*

*Priuilegium in tantùm ammittitur in quantũ fuerit contra eum iudicatum, vel data occaſione illo vtendi, non fuerit admiſſum, ſecus nulla data occaſione illo vtendi, & iudicatum refertur. allegat. 33. num. 17.*

*Priuilegium conceſſum ob merita, non ammittitur per contrarium vſum, etiam reſpectu perſonæ, quæ non eſt vſa tali priuilegio. allegat. 33. numer. 19.*

*Priuilegium tùnc ammittitur quando ſcientèr quis contrauenit, ſecus ignorantèr. allegat. 33. numer. 20.*

# I N D E X.


*Priuilegium in contractum translatum, vel pars illius nequit à Principe reuocari de abſoluta eius poteſtate. alleg.33 num.28.*

*Priuilegium à Rege conceſſum familiæ vaſſalli latiſſimè erit interpetrandum. alleg.33.nu.74.*

*Priuilegium ex armorũ delatione ſi cum illis præmeditatè delinquat, punitur etiam pœna delationis armorum, & quando hoc procedat, vel non, declaratur. alleg 35. num. 22.& 23.*

*Priuilegium iure ſpeciali conceſſum faciliùs ammictitur, quam iure communi quæſitũ. alleg.35. num 31.*

*Priuilegium ſtrictè interpetrandum, dùm non ſit clauſum in corpore iuris communis allegat.15. num.15.*

*Probatio in contrarium non admictitur contra partitam Banci. alleg.45.num 5.*

*Probatio plena oritur ex libris Bancorum, etiam ſi negetur receptio pecuniæ ex eo. alleg 45.nu 3.*

*Probatio nulla, aut inditium reſultabit ex depoſitionibus teſtium ſubornatorum ad falſitatem. alleg.46. num. 12.*

*Probatio plena oritur ex receptione pecuniæ ex Banco cum apoca. alleg.45.num.1.*

*Probatio plena oritur ex partita Banci. alleg.45. num.4.*

*Probatio homicidij in genere ex requiſitis ortis admictitur alleg.34.num.1.*

*Probatio bonæ famæ alicuius, tollit præſumptiones contra ipſum exortas alleg.22.num.5.*

*Probatio vera an dicatur, quæ ex dictis peritorum habetur, an erit ſufficiens ad condemnandum, & quid in ciuilibus. alleg.28.num.13.&14.*

*Probatio debet eſſe luce meriridiana clarior. alleg.28 num.17.*

*Probatio bonæ vitæ, & famæ, rei operatur, quod ſi eſſent inditia ſufficientia ad torturam, non poteſt torqueri. alleg.1 num.15.*

*Probationes debent eſſe liquidè, non præſumptiuè ad conuincendum de falſo. alleg.32.nu.3.*

*Probationes vbi pares ſunt ſemper è latere rei vna adeſt præſumptio iuris, nè delinquiſſe credatur. alleg.19.num.18.*

*Probationes in contrarium admictuntur in crimine ſodomiæ. alleg 28.num.7.*

*Probationes leuiores ſufficiunt quando agitur de probanda aliqua qualitate incidontèr. alleg. 7. num.38.*

*Proceditur in fragantia criminis, non datis defenſionibus, ſecus in notorio delicto. allegat. 20. num. 1.*

*Proceditur ex officio iu furto notorio, & commiſſo coràm Iudice. alleg.5.num.4.*

*Proceditur ex officio in furto, pro quo venit imponenda pœna mortis. alleg.5.num.5.*

*Proceſſus pauci reperiuntur, in quibus falſitates nō reperiantur. alleg.34.num.48.*

*Proceſſus, ſiuè acta criminalia facttus, ſeù facta in aliquo proceſſu, ſeù actis alicuius delicti dependentes, ſeù dependentia ex alio delicto præcedente debent vniri alleg.48 num 2.*

*Procurator in cauſa criminali non admictitur. alleg.3 num.11.*

*Procurator non admictitur ad remictendum, etiam cum ſpeciali mandato. alleg 6.num.22.*

*Procurator in cauſis criminalibus non admictitur in Regno alleg.31.num.25.*

*Procurator in cauſa pœnæ pecuniariæ admictitur. alleg 31.num.32.*

*Procurator admictitur in crimine vſurarum, pro quo imponitur pœna confiſcationis bonorum. alleg.31.num.34.*

*Producens falſas ſcripturas, pœna falſi punitur. alleg.11.num 39.*

*Promictens non rumpere pacem, an teneatur, ſi furtum fecerit. alleg.2.num 7.*

*Propulſare eſt iniuria, iniuriā retorquere. alleg.10. num.24.*

*Prorex poteſtatem non habet reuocandi priuilegia à Rege conceſſa. alleg.33.num.55.*

*Proximior in gradu admictitur ad recuſandum deſiſtente, ſeù remictente altero proximiore. allegat.26. num.1.*

*Proximior an admictatur ad accuſandũ ſtante remiſſione, vel ſententia, aut tranſactione. alleg.26. num 3.*

*Proximiores non reſpectu gradus, ſed reſpectu ordinis intelliguntur. alleg.50.num.33.*

*Proximitas attenditur tempore mortis, & non alitèr. alleg 6.num 21.*

*Publicatio bonorum competit Principi, & ex priuilegio, & conſuetudine inferiori competit. alleg.9. num.34.*

*Publicatio bonorum facta à Tribunali Regio quoad bona ſita in territorio Baronis, an cedat ipſi. alleg 9. num.35.*

*Punitur vnuſquiſque de eo, quod fecit in raptu, quando ignorātèr ſucceſſit, ſecus tamen ſcientèr. alleg.7.num.9.*

*Pupillus, vel impubes domicilium conſtituere, nec incolatum poteſt, & ratione demonſtratur. allegat.15.num.4.*

*Pupillus non poteſt ſe obligare ſine auctoritate tutoris. alleg.15. num.7.*


## Q


*Qualitas præcedentis vitæ elidit inditium. alleg.37.num.18.*

*Qualitas reiteratæ percuſſionis nō efficit, vt homicidium ſui natura rixoſum deliberatũ fiat quando occiſor ab initio non habuit animum occidendi. alleg.38.num.5.*


*Qualitas*

# INDEX.


*Qualitas quælibet erit exprimenda in gratiam indultus etiam minima. alleg.21 num 5.*

*Qualitates contrariæ quando cenſentur repartitæ. alleg.3.num.9.*

*Quando aliquando per errorem ſcribitur, non incidit in pœnam falſi. alleg.32.num.8.*

*Quando poteſt procedi ad condemnationem abſque defenſionibus. alleg.20.num.10.*

*Quæ non proſunt ſingula multa iuuant. alleg.1. num.18.*

*Quæ ſunt de conſuetudine Principis, non poſſunt mutari. alleg.21.num.14.*

*Quæ ſunt dignitatis, ſunt præcluſa infamibus. alleg.34 num.30.*

*Qui habet poteſtatem à lege ſe vendicandi, poteſt ſecum ducere amicos vel affines, & tales nō puniuntur,& ratione oſtenditur. alleg.7.nu.5.*

*Qui contra ſuum ſignum deponūt,tenentur de falſo. alleg.37.num.11.*

*Qualibet iniuria data Officiali Regis exiſtenti iu actu officij, intelligitur, ac ſi Regi illata fuiſſet. alleg.12.num.7.*

*Querulans de vulnuſculo, ſi offenſus periret, non tenetur de occiſo. alleg.13.num.7.*

*Querulatus tenetur ad expenſas quas fecit querulans,& non ad impendia operarum. allegat.13. num. 3.*

*Quod enim prohibitum eſſet punibile in priuatis, fortiùs in Magiſtratibus, qui ſub colore iuſtitiæ delinquunt, & nullum effectum operari. alleg. 18. num.23.*

*Quod lege permittente ſit, pœna nulla meretur. alleg.36.num.5.*

*Quod in ſpecie denegatur, non permittitur in genere. alleg.36.num.19.*

*Quod ab initio eſt vitioſum, non poteſt ex tractu temporis conualeſcere. alleg.40.num.6.*

*Quod veriſimiliter ſtatuentis interroganti reſpondiſſet,pro expreſſe haberi debet. allegat 41.numer.12.*

*Quod non eſt veriſimile pro veritate habetur. alleg.44.num.20.*

*Quod cauſa ſit remittenda Regiæ Cameræ fundatur. alleg.49.num.4.*

*R*

R*Aptus in dubio præſumitur caſu, non ex propoſito. alleg.7 num.8.*

*Raptus an dicatur committi, ſi nō fuerit illata vis, ſed conſenſus. alleg.39.num.12.*

*Raptus ſine violentia non committitur. alleg.39. num 13.*

*Ratificatio confeſſionis per atrociora tormenta eruta, an procedat. alleg.18.num.26.*

*Ratificatio inſtrumenti falſi, ſeù nulli, nonfacit illud verum, nec validum. alleg.32.num.10.*

*Ratificatio Regis ſi nō reperitur deſcripta in quinternionibus, & infra annum, an ſubſiſtet. alleg. 33. num.56.*

*Ratihabitio cōfeſſionis,an ex iniuſtitia torturæ ſuppletur. alleg.18.num.27.*

*Ratio deliberati animi occidendi,qualitèr præſumatur. alleg.38.num.7.*

*Ratum haberi non poteſt,quod eſt ipſo iure nullum. alleg.25 num.21.*

*Rebelles dicuntur offendentes Ambaſciatores, & Poteſtates, & puniuntur crimine læſæ Maieſtatis. alleg.12.num.9.*

*Receptans bannitū, an, & quando poſſit puniri pœna ordinaria, vel non. alleg.34.num.55.*

*Receptans bannitum ſibi coniunctum,an excuſetur. alleg.34.num.56.*

*Receptans bannitum toleratum à Superioribus excuſatur, & qualitèr procedat. allegat. 34. num.59.*

*Receptans bannitum,quādo puniri debet. alleg.34. num.52.*

*Receptator banniti vt puniri poſſit, exigitur, quod malo animo,& dolo recipiat, vbi aſcondat à Iudice. alleg.34.num.58.*

*Reconciliatio tollit inditium inimicitiæ. allegat.2. num.12.*

Regens Sanfelic. deciſ.236. *quo caſu loquitur. alleg.31.num.6.*

*Reges antiqui Regni huius Neap. dixerunt, qualitèr ſucceſſerunt. alleg.33.num.69.*

*Regnum ſemper idem, & vnum ſit. allegat. 33. num 61.*

*Regnum Neapolitanum hæreditarium.allegat.33. num 66.*

*Regula, quod ſi non proſunt ſingula multa iuuant, qualitèr procedat. alleg. 2 num.38.*

*Regula,quod non mutatur,cur ſtare prohibetur. alleg.5.num.8.*

*Relatio Nuntij continere debet, quibus citatio erit notificanda, vt recipiatur iuramentum ab eis de certiorando citatum, alleg.42.num.8.*

*Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus. alleg 32.num.4.*

*Remiſſio vaſſalli poſt ſententiam foriudicationis fieri an debeat Baroni, deciſiones afferuntur. alleg.3.num.17.*

*Remiſſio omnium proximorum,an ſit neceſſaria,vel vnius, aut maioris partis conſanguineorum declaretur. alleg.26.num.4.*

*Remiſſio cauſæ in ciuilibus non ſit Baroni ſtante ſori electione in M.C.V. alleg.29.num.17.*

*Renouatio feudi ex inueſtitura debet per inſtrumētum probari. alleg.29.num.9.*

*Renuntiare videtur quis deferendo ciuilitatē priùs contractam. alleg.15.num.8.*

*Renuntiare incolatum quando poteſt. allegat.15. num.10.*


Z z 2 Renun-

# INDEX


*Renuntiari priuilegio quando non poſſit. alleg. 33. num. 26.*

*Renuntiaſſe in ſui præiudicium, quando præſumitur. alleg. 33. num. 25.*

*Renuntiatio quid ſit. alleg. 33. num. 24.*

*Reſcriptum S. E. non continens verbis expreſſis delegationem, excitationem iuriſdictionis tantùm inducit. alleg 49. num. 30.*

*Reſcriptum Principis permittens aliquid fieri contra ius, debet in eo clauſula apponi* nõ obſtante tali lege. *alleg. 36. num. 15.*

*Reſiſtentia eſt licita in defenſione iuſto dolore interueniente alleg. 10. num. 29.*

*Reſiſtentia non committitur, ſi per Officiales, ſiuè eorum exequutores literæ cõmiſſionales non fuerint exhibitæ Cap tarco loci. alleg. 49 nu. 10.*

*Reſiſtere quando erit licitũ Officialibus. alleg. 10. num 17. & 26.*

*Reſiſtere comprehendit actum manualem. alleg. 10. num 28.*

*Reſiſti poteſt Officiali, qui iniuſtè exequitur, quod exemplo demonſtratur. alleg. 10 num. 27.*

*Reſiſti poteſt Iudici, qui extra iudicium iniuriam alteri infert. alleg. 10 num. 16.*

*Reſtitutus ad feudi amiſſi reacquiſitionem, quando primæua iura reacquirat. alleg. 29 num. 15.*

*Reuocatio priuilegiorum, nec iure ordinario, nec ex plenitudine poteſtatis à Principe fieri poteſt, neq; reſtringere, & aliys modis. alleg. 33. num. 42.*

*Reus probata bona fama, non poterit torqueri vno exiſtente inditio delicti. alleg. 37. num. 17.*

*Reus ſubycitur tormentis apparentibus ſufficientibus inditiys. alleg. 22. num. 2.*

*Reus interrogatus à Iudice ſi negat, vel fatetur, & poſteà contrarium dicat ob eius ſalutem, non torquetur. alleg. 2. num. 31.*

*Reus ſtante probatione negatiua, vrgentibus etiam inditys ad torturam, liberandus erit. alleg. 17. num. 9.*

*Reus non conuincitur, ſi alius aderat magis captus in lecto. alleg. 28. num. 23.*

*Reus iuuabitur ope reſtitutionis in integrum, ſi Iudex ignoraſſet impedimentum illius. allegat. 31. num. 20.*

*Reus debet citari priùs ad dicendum cauſam quare non debet ſoluere pœnam contentam in mandato. alleg. 31. num. 21.*

*Rex tenetur contractus à ſe geſtos ſeruare, maximè in remunerationem factos. alleg. 33. nu. 39.*

Ritus 269. *qualitèr intelligatur. alleg. 31. nu. 33.*

*Ruſticus offendens Officialem, qualitèr punitur. alleg. 10. num. 39.*

*S*

S*Acrilegium committitur ex iniectione manum in clericos. alleg. 21. num. 6.*

*Scholaris habitare non dicitur. alleg. 15. nu. 20.*

*Scientia multis modis colligitur. alleg. 33. nu. 2.*

*Scientia in facto antiquo nunquàm præſumitur. alleg. 33. num. 23.*

*Scientia requiritur, vt quis puniatur de receptatione banniti. alleg. 34. num. 53.*

*Scientiam allegans, probare tenetur maximè contra ſucceſſorem, vt per exempla demonſtratur. alleg. 33. num. 21.*

*Semiplenæ probationes, ac inditia in Regno nõ ſufficiunt ad probationem. alleg. 28. num. 2.*

*Sententia foriudicationis redditur nulla ob nullitatem citationis, & contumaciarum. allegat. 3. num. 2.*

*Sententia contra legem lata eſt nulla, nec tranſit in rem iudicatam. alleg. 3. num. 15.*

*Sententia confiſcationis extenditur etiam ad bona extra territorium ſita, ſed Fiſcus cuiuſcunq; loci capiet, & ſic decifum. alleg. 9. num. 5.*

*Sententia confiſcationis bonorum extenditur extra territorium, dùm fertur in ſubditum ratione delicti. alleg. 9 num. 10.*

*Sententia erit neceſſaria, vbi bona publicantur ipſo iure. alleg 9 num. 15.*

*Serui fugitiui ſunt inquirendi, & dominis reddendi. alleg. 4. num. 16.*

*Seruus ergo fur, ſeruus ergo iniquus. allegat. 4. num. 15.*

*Socius pro ſocio habet actionem pro iniuria. alleg. 11. num. 33.*

*Sollemnitates, quæ in aliis criminibus obſeruantur, in enormibus obſeruari debent. allegat. 18. num. 11.*

*Solus timor etiam de futuro excuſat. allegat. 31. num 16.*

*Spoliari nemo poteſt rei ſuæ ſine facto ſuo. alleg. 36. num. 25.*

*Statutum, quod offendens in perſonam teneatur, & omnes de eius domo, an pro furto verificetur. alleg. 2. num. 6.*

*Statutum vbi imponit pœnam pro delicto, nunquã comprehendit caſum, in quo pœna deberet de iure communi mitigari. alleg. 8. num. 21.*

*Stuprum, ſeù defloratio, qualitèr probetur. alleg. 39. num. 1.*

*Stuprum probatur ex Medicorum dicto. alleg. 28. num. 19.*

*Subſcribens enim habetur, ac ſi totam ſcripturam ſua manu ſcripſiſſet. alleg. 37. num. 8.*

*Subſcriptiones, & ſignacula teſtium finẽ teſtamenti oſtendunt. alleg. 37. num. 13.*

*Subornãs teſtes ſi peruenerit ad actum proximum, an puniatur. al eg 8. num. 20.*

*Subſtantia legati conſiſtit in acceptatione. alleg. 50. num. 58.*

*Succedere nequeunt in Regno niſi ſint hæredes. alleg. 33. num. 67.*


*Succeſ-*

*Succeſſor ligatur ſicut Princeps, qui contraxit. alleg.33. num.59.*
*Succeſſores nequeũt reuocare cõceſſiones factas per prædeceſſores,& ratio affertur. alleg.33.nu 58.*
*Succeſſores in feudis tenentur ad debita prædeceſſorum,etiam ſi præter defuncti voluntatem ſucceſſiſſent. alleg.33.num.71.*
*Succeſſores per electionẽ in dignitate tenentur obſeruare geſta per prædeceſſores, etiam ſi ſucceſſor tantum ſit in dignitate. alleg.33 num.60.*
*Sufficit quod falſis vtatur ſcripturis,vt poſſit puniri de falſo. alleg.11 num.40.*
*Suggeſtio quando fidem non facit. alleg.29.nu.4.*
*Supremum Senatum nõ oportere emendicatis ſuffragiis,& relationibus Iudicum, ſed veritatem inquirere decet. alleg.49.num.8.*
*Suſpictio qualibet, & cauſa etiam parua locum nõ tutum conſtituunt, & à non comparendo excuſant. alleg.31.num.14.*

T

*Tempus non eſt modus inducendi, vel tollendæ obligationis. alleg.15.num.2.*
*Tempus foriudicationis poteſt ex cauſa moderari per Principem. alleg.3.num.6.*
*Terminus menſis conſtitutus in abbreuiatione à Principe facta, quando incipit currere. alleg.3. num.10.*
*Teſtamentum primum, vel ſecundum, attendi debet. alleg.37.num.7.*
*Teſtator in dubio de ſua hæreditate rogaſſe intelligitur, & de ſuis rebus diſpoſuiſſe. allegat.50. num. 8.*
*Teſtator poteſt apponere quodcumq; grauamen teſtando,& conditionem. alleg.50. num.29.*
*Teſtator in ſua diſpoſitione poteſt omnia imponere, dummodo non repugnant legi. alleg.50.nu.30.*
*Teſtator cenſetur ſe confirmare cum diſpoſitione iuris communis. alleg.50.num.36.*
*Teſtator habet affectionem ad nepotes poſt filios,& filias.al'eg.50 num 37.*
*Teſtator præſumitur diligere magis nepotes,& deſcendentes ex filio in portione illi relicta. alleg. 50. num.38.*
*Teſtator ad minus æqualem amorem erga nepotes, quam erga filios habuiſſe præſumitur. alleg.50. num.39.*
*Teſtes debent reddere rationem inimicitiæ, etiam ſi non fuerint interrogati. alleg.2.num.11.*
*Teſtes deponentes de auditu clamantis, ſuſpictionẽ arguunt, quod reus fuerit viſus in loco delicti. alleg.2.num.15.*
*Teſtes aſſerentes vidiſſe interfici hominẽ, ſed ignorant nomen rei, non probant. alleg.2.nu.20.*
*Teſtes omni exceptione maiores in actibus,& teſtimonijs præferuntur. alleg.7.num.19.*
*Teſtes deponentes de auditu de inimicitia rei cum occiſo,& repulſanti, nec dantes cauſam ſcientiæ, repelluntur. alleg.17.num.4.*
*Teſtes repulſati ob inimicitiam capitalem contractam cum reo, non probant. alleg.17.num.5.*
*Teſtes repulſati, an faciant inditium ſaltem ad torturam. alleg.17.num.8.*
*Teſtes duo ſufficiunt ad probandum delictũ ex præcepto dominico. alleg.17.num.15.*
*Teſtes poſſunt eſſe conteſtes, licet vnus dicat, quod nullus alius erat præſens, vel de præſentia aliorum. alleg.17.num.17.*
*Teſtes infames, & inhabiles ad probationem famæ admittuntur. alleg.17.num.25.*
*Teſtes probantes negatiuam, qualitèr deponere debent. alleg.17.num.30.*
*Teſtes ſufficit vt concordent in depoſitionibus. allegat.17.num.16.*
*Teſtes deponentes de minis, non faciunt fidem, & quare. alleg.19.num.2.*
*Teſtes depon?tes de duobus inditijs,non coniunguntur ad faciendum vnum. alleg.19. num.8.*
*Teſtes recepti, parte non audita, aut præſente, non faciunt inditium ad torturam. alleg.20.nu.18.*
*Teſtes ſingulares deponentes de mala fama alicuius, probant. alleg.22.num 12.*
*Teſtes deponentes de mala fama alicuius mulieris, præferuntur illis deponẽtibus de bona. alleg.21. num.13.*
*Teſtes examinari debent iuxtà formam commiſſionis datæ. alleg.23.num.4.*
*Teſtes duo deponentes de facto debent eſſe omni exceptione maiores, & quando. allegat. 28. num.10.*
*Teſtes probant quando per vnum, aut quinque ſenſibus corporis deponunt. alleg.28.num.11.*
*Teſtes non ſolùm negatiuam expreſsè deponentes repelluntur, ſed etiam implicitam. allegat.34. num.12.*
*Teſtes in iudicio repeti, præſumũtur citati,& quando hoc procedit. alleg.34.num.18.*
*Teſtes viles, qui dicantur, vt poſſint repelli. alleg. 34. num.19.*
*Teſtes pauperes repelli an poſſint,& quando. allegat.34.num.20.*
*Teſtes omni exceptione maiores eſſe debent in criminalibus. alleg.34.num.27.*
*Teſtes quàmuis admittantur multum eorum fidei detrahitur ob eorum defectus. allegat.34. numer.18.*
*Teſtes deponentes de diuerſo tempore ſunt ſingulares. alleg.34.num.38.*
*Teſtes deponentes ſuper non veriſimile, debent concludere, & eſſe omni exceptione maiores. alleg. 34. num.45.*
*Teſtes octo exiguntur quando teſtamentum de falſo arguitur. alleg.27.num.2.*

Teſtes

*Teſtes reprobantes teſtamentum debent eſſe idonei, habiles, et omni exceptione maiores, ac omni macula carere. alleg.37.num.3.4.& 6.*

*Teſtes reprobantes teſtamentum debent eſſe in ſuperlatiuo gradu optimæ opinionis. allegat.37. num.5.*

*Teſtes teſtamentarij circa teſtamenti falſitatem deponunt contra ipſos. alleg 37.num.9.*

*Teſtes deſcripti in teſtamento, ſi illud reprobaſſent, non audiuntur. alleg.34.10.*

*Teſtes debent ſubſcribi in relatione. allegat. 42. num. 2.*

*Teſti deponenti ob timorem non creditur. alleg.19. num.12.*

*Teſti vario in ſubſtantia negotij non creditur. alleg. 19. num.13.*

*Teſti trimulo non creditur. alleg.19 num.14.*

*Teſti deponenti in tortura ob metum, non creditur. alleg.23.num.3.*

*Teſtibus numero maioribus, & conteſtibus iura deponentibus, magis ſtandum quam duobus, præſertim in criminalibus. alleg.17.num.31.*

*Teſtibus duobus affirmantibus magis ſtandum, quã mille negantibus. alleg 17.num.32.*

*Teſtibus aſſerentibus in cauſis criminalibus non ità dixiſſe contra Notarium, an ſit credendum. alleg 23. num 7.*

*Teſtis vnus non deponens vidiſſe reum in codẽ loco vulnerationis, non probat. alleg 1.num.14.*

*Teſtis deponens de voce clamantis, non ſequitur, quod aliquem inuiſum offendit. alleg.2.num.19.*

*Teſtis deponens audiuiſſe ab offenſo eius offenſionem factam ab aliquo non probat. allegat.2. num.22.*

*Teſtis deponens audiuiſſe aliquem ex voce, nõ probat. alleg 2.num.23.*

*Teſtis de fama deponens audiuiſſe publicè ſed non à maiori parte populi, non probat, & hæc opinio admiſſa eſt in Regno. alleg 2.num.26.*

*Teſtis deponens per dictionem,* in circa, *non probat. alleg.2.num.29.*

*Teſtis vnus contra producentem plenè probat. alleg. 17. num.29.*

*Teſtis vt repellatur ob inimicitiam, qualitèr fiat, remiſſiuè. alleg.17 num.35.*

*Teſtis voluntariè deponens, non creditur vti inimicus. alleg.19.num.10.*

*Teſtis vnicus non probat. alleg.21 num.13.*

*Teſtis contrarius in depoſitionibus non admittitur, & quare. alleg 28.num.27.*

*Teſtis interrogatus per extenſum in articulis, vel interrogatorus Iudici porrectis extra torturam, non probat. alleg.23.num.2.*

*Teſtis, qui depoſuit corã Iudice, & notario, ſi indè aſſerit non ità depoſuiſſe, poteſt de falſo puniri. alleg.23.num.8.*

*Teſtis tortus volens confiteri delictum, non cenſetur ſponte crimen alterius magnum cõfiteri, niſi corruptus. alleg.23.num.15.*

*Teſtis an poſſit in continenti corrigere dictum ſuũ, & quando allez.23.num 13.*

*Teſtis non deponens de loco, & tempore, falſus redditur. alleg.34 num.10.*

*Teſtis falſus in vno, præſumitur falſus in omnibus. alleg.34 num.13.*

*Teſtis vltroneus quando dicatur eſſe. allegat.34. num.14.*

*Teſtis, qui ſponte vadit ad teſtificandum, torqueri debet vti ſuſpectus. alleg.34.num.15.*

*Teſtis ſpontaneus deponens, præſumitur inimicus. alleg.34.num.16*

*Teſtis citatus, & non allegans priuilegium, quod habet, dicitur ſpontè deponere. alleg.34. nu.17.*

*Teſtis, qui ſpontè ſe offert, nil ei creditur. alleg.34. num.21.*

*Teſtis inimicus an, & quãdo excludatur. alleg.34. num.22.*

*Teſtis inimicus dicitur qui non citatus, ſubiecit ſe examini. alleg.34.num.24.*

*Teſtis primò examinatus habetur pro denuntiatore. alleg.34.num.25.*

*Teſtis vnus falſus, vel duo, præſumi facit alios eſſe falſos. alleg 34.num.35.*

*Teſtis contrarius eius depoſitioni non probat. alleg. 34.num.36.*

*Teſtis ſeptem in teſtamento exiguntur de iure. alleg.37.num.1.*

Text.in l.aut facta, §.cauſæ, ff de pœnis, *quando locum habet. alleg.19.num.1.*

Text in l illicitas, §.veritas, ff.de offic.Præſid. *ponderatur. alleg.22.num 1.*

Text. in l.fin. C.an ſeru.pro ſuo facto, *ponderatur. alleg.4.num.2.*

Text.in l.ſerui, & filij, ff.de fur. *ponderatur. alleg.4. num.3.*

Text. in l.reſpiciendum, § furta domeſtica, ff.de pœn. *enucleatur. alleg.4.num.4.*

Text.in l.ſi filius, ff.de patr.pot. *adducitur. alleg.4.num.6.*

Text.in l.meminerint, C.vnde vi. *affertur. alleg.4.num.9.*

Text.in l.Iulianus, ff.de act.empt. *declaratur. alleg.4 num.14.*

Text. in l.fin. ff.de furt. *exploditur. allegat.5. num.1.*

Text.in l.quod ſi in diem, §.Iulianus, ff.de pet. hæred. *expenditur, qualitèr procedat. alleg 6.num.27.*

Text. in l.1. ff. de cenſ. *ponderatur. allegat.7. num.29.*

Text.in l.auxilium, §.in delictis, ff.de minor. *enucleatur. alleg.8.num.3.*

Text.in l 1.§.qui puero, ff.de extraord.crim. *adducitur. alleg.8.num.16.*

Text.

# I N D E X.


Text. in l.omne delictum. §.1. ff.de re milit. *ponderatur. alleg.11.num.19.*

Text. in l.prohibitum, C.de iure fiſci lib.10. *ponderatur. alleg.11.num.34.*

Text. in l.ex hac lege, ff. ſi quadrup.pauper.& l.fin. ff.de ijs, qui deiec. vel effun. *qualitèr procedant. alleg.13.num.4.*

Text. in l.cum qui certarum, ff.de verb. obl. *quando locum habet. alleg.15.num.13.*

Text. in §.interdum, Inſtit. de oblig. quæ ex delict.naſc. *ponderatur. alleg.16.num.12.*

Text. in l.ſi pignori, §.ferramenta, ff. de furt. *ponderatur. alleg.16.num.15.*

Text. in l. præſenti, C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. *producitur. alleg.27.num.4.*

Text. in cap. cauſam matrimonij. de probat. *ponderatur. alleg.28.num.5.*

Text. in l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact. *qualitèr procedat. alleg.33.num.28.*

Text. in cap. volentes, §.idipſum, de priuileg. in 6. *explicatur. alleg.35.num.30.*

Text. in l.1.C.de vet.numiſ.pot.lib.11. *adducitur. alleg.43.num.19.*

Text. in l.fallacitèr, C.de calumniat. *affertur. alleg.46 num.3.*

Text. in l.fin.C.de abolit.& l.3. C.ad leg.Iul. maieſt. *producuntur. alleg.46.num.17.*

Text. in cap.fin.de immun.Eccleſ. *qualitèr intelligatur. alleg.47.num.4.*

Text. in l.prohibitum, C.de iure fiſci, & text. in l.miſſi opinatores, C.de exact.trib. lib. 10. *cum eorum limitationibus ponderantur. alleg.49.num.9.*

*Timor infert iuſtũ metum, & excuſatur. alleg.31. num.17.*

*Tirannus concedens ſub nomine dignitatis, obligat ſucceſſorẽ, quod exemplis demõſtratur. alleg.33. num.64.*

*Tormenta adhibenda ſunt nõ quanto accuſator poſtulat, ſed vt moderata rationis temperamenta deſideranda. alleg.18.num.16.*

*Torqueri non poteſt ex inditijs, ſi contra reum extarent ſufficientibus. alleg.1.num.17.*

*Tortura facilius datur abſq; defenſionibus, et quando. alleg.20.num.13.*

*Tortura priùs datur captis in fraganti, antequã ad condemnationem deuenitur. alleg.24.nu.24.*

*Tortura modica non dicitur tortura. allegat. 20. num 26.*

*Tortura non imponitur niſi vltra relegationem. alleg.23.num.19.*

*Tractatus debet præcedere in crimine raptus, vt pœna ordinaria locum habeat. alleg 7.nu.7.*

*Tres inquiſiti deponentes in tortura ſe eſſe receptatos, an probent. alleg 34.num.4.*

*Tria concurrere debent in falſitate. allegat. 32. num.1.*

V

V*Ana vox populi actendi non debet. alleg.1. num.11.*

*Variationi principalis non creditur quando deponit contra aliquem. alleg.18.num.11.*

*Vaſſalli demaniales nequeunt præiudicare Fiſco ex renunciationibus ipſorum. alleg.33.num.27.*

*Vaſſallus faciens parentelam cum inimico domini, dicitur proditor. alleg.44 num.43.*

*Vbi maius periculum cautiùs agendum eſt. alleg.2. num.1.*

*Verba in delictis propriè, & ſtrictè ſunt intelligenda. alleg.8.num.20.*

*Verba quando in fauorẽ rei referuntur, quando confeſſio extraiudicialis per binos teſtes probatur. alleg.19 num.5.*

*Verba priuilegij licet ampla, & importent conceſſionem cum præiudicio tertij, debent ſtrictè interpetrari, vt minus lędant, quod ampliatur. alleg.33.num.33.*

*Verba* quouis modo, *ponderantur. allegat.36. num.8.17.& 36.*

*Verba* pro quauis cauſa in quouis foro, ſtante quod pro illis aſſecuramus eos ſub fide, & verbo Regio, atque noſtris, *quid operantur. alleg.42.num.7.*

*Verba* vt tibi videbitur, *arbitrium boni viri denotant, & qualitèr intelligantur. allegat. 42. num.15.*

*Verba quando ſunt ambigua, in benigniorem partẽ intelligenda ſunt. alleg 84 num.5.*

*Verba Cap. Regni Roberti ponderantur. alleg.44. num.15.*

*Verba Bullæ Gregorij XIII. ponderantur. alleg. 47. num. 9.*

*Verba priuilegij Magni Admirati notata per* Pręſ. de Franch. deciſ.722.num.2. *referuntur. alleg.49.num.19.*

*Verba perſuaſoria, quænàm dicantur quando fuerint prolata ab eo, qui reuerentiam debet. alleg. 50. num.11.*

*Verba* cupio vt des, rogo vt des, credo te daturum, *non inducunt fideicommiſſum. alleg. 50.num.13.*

*Verbum* vir, *quid denotat. alleg.8.num.19.*

*Verbum* delata, *cuius ſit effectus. alleg.6.nu.20.*

*Verbum* deprecatio, *qualitèr exponitur. alleg.8. num. 7.*

*Verbum* poteſt, *præcisè inducit neceſſitatem. allegat.25.num.2.*

*Verbum* aculeos, *an importet pœnam corporalem afflictiuam. alleg.44.num.7.*

*Verbum,* rogo, *importat fideicommiſſum. alleg. 50. num.5.*

*Verbum,* præcor, *denotat fideicommiſſum. alleg. 50. num.6.*

# I N D E X.

*Verbum*, rogo, *importat neceſſitatem, & quomodò. alleg.50.num.7.*

*Veritas, & propoſitum diſtingunt maleficium. allegat.47.num.8.*

*Violentia in crimine raptus debet eſſe vera, non interpetratiua. alleg.39.num.8.*

*Viſus exire ex domo cum gladio exiſtente occiſo, pluribus vulneribus reperto operatur, vt animũ Iudicis impellat ad credendum ipſum occidiſſe. alleg.35.num.3.*

*Vitium ſodomiticum eſt atrociſſimum ſicut homicidium. alleg 8.num.12.*

*Voluntas in delictis non exitus inſpicitur. alleg.35. num.20.*

*Voluntas, & mens magis inſpicitur in fideicommiſſis alleg.50.num.15.*

*Voluntas, quæ ex coniecturis colligitur, dicitur clara. alleg.50.num.23.*

*Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis attendenda, quam verba. allegat.50. num.24.*

*Voluntatem colligi in fideicommiſſis ſufficit. alleg. 50 num 22.*

*Vox eſt mentis teſtimonium. alleg.38.num.8.*

*Vſurarius debet prius damnari ante quam Fiſcus bona accipiat alleg.9 num.14.*

*Vſurpantes Regiam Iuriſdictionem, cõmittunt crimen læſæ Maieſtatis. alleg 18 num.29.*

*Vſurpare iuriſdictionem, quomodò dicatur. alleg. 18 num.33.*

*Vſurpare iuriſdictionem, vel excedere, quandò dicatur alleg.18.num.42.*

*Vſurpator Regiæ Iuriſdictionis, qua pœna debet puniri alleg.18.num.28.*

*Vſurpator iuriſdictionis, quis dicatur. allegat.18. num.36.*

*Vxor acceptans legatum ſibi factum à viro, non poteſt agere ad quartam ſibi debitam vigore diſpoſitionis* Auth. præterea. *alleg.50.num.62.*

# F I N I S.

CODEX

Digitized by Google

# CODEX SELECTARVM RERVM IVDICATARVM

## Ciuilium, & mixtorum Caſuum,

AVCTORE

## IO. BAPTISTA DE THORO I.C. NEAP.

ac Almi Collegij Neapolitani Conſeruatore.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus delatus etiam ante ſententiam honores petere prohibetur, & præſertim futuros.*
2 *Reus criminis nouos honores adipiſci nequit.*
3 *Rei inquiſiti priuantur vtraq; voce actiua, & paſſiua.*
4 *Reus non poteſt medio tempore honorem petere, & qualitèr intelligatur, num.* 5.
6 Text. in l. quòad ſtatum, ff. de pœnis, *refertur.*
7 Text. in l. in ſeruorum, §. qui ex cauſa, ff. de pœn. *producitur.*
8 *Deſerens excubias Palatij capite punitur.*
9 *Æſtimatio hominis minuitur cum prohibetur honoribus publicis fungi.*
10 Text. in l. reus, ff. de muner. & honor. *ponderatur, & num.* 25.
11 *Reus vt verè dicatur exigitur, quod ſit delatus.*
12 *Delator nominis accuſare videtur, & qualitèr.*
13 *Poſtulare, idem eſt quod accuſare.*
14 *Accuſatio operatur, quod rei nomen inter reos habeatur.*
15 *Inſcriptio priùs fit, & poſtea ſubſcriptio.*
16 *Nomen rei in libello deſcribi debet.*
17 *Aboleri verbum interpetratur, ideſt cancellari.*
18 *Reus dicitur quando Notarius ponit cedulam in libra, præcedente accuſatione.*
19 *Iudex conſiderare debet, an accuſatio ſit iuſta, vel non, & admittenda.*
20 *Reus tùnc dicetur, quando nomen eius receptū eſt inter reos.*
21 *Nomen rei inter reos receptum videtur, quando iudex pronuntiauerit eſſe procedendum in cauſa, aut Iudex viſa accuſatione committit citationem, num.* 22.
23 *Citatio qualitèr faciat reum.*
24 *Honores peti nequeunt à reis, ſed offerri.*
26 Io. cap. 8. *refertur.*
27 *Officia exercere reis non conceditur, ſed ſi fuerint electi, non impedirentur exercere.*
28 Text. in l. reo, ff. de ſolut. *exploditur.*
29 *Electores priuandi per ſententiam poſſunt ante priuationem eligere.*
30 Text. in l. poſt contractum, ff. de donat. *ponderatur.*
31 *Reuertens in breui, non diuertit.*
32 *Carceratus ſub fideiuſſione non dicitur contrauenire, ſi ex domo egrediatur, & ſtatim redeat.*
33 *Fugiens ſi ſtatim reuertatur, excuſatur, ſed ſecundum aliquos punitur, concordatur, nu.* 34.
35 Text. in l. quis ſit fugitiuus, ff. de ædilit. edict. *refertur.*
36 *Culpa eſt male facere.*
37 *Culpa dicitur vitium.*
38 *Culpa vbi non eſt pœna, non committitur.*
39 *Cauſa vbi datur, ceſſat delictum.*
40 *Cauſa delicti ceſſante, ceſſant omnia inditia, & præſumptiones.*
41 *Nemo ſine cauſa delinquere præſumitur.*
42 *Cauſa quælibet excuſat à contemptu, & legis tranſgreſſione excuſat à pœna ſtatuti.*
43 *Ac etiam à pœna parendi præcepto, num.* 44.
45 *Dolus, & culpa præſumitur in eo, qui ratione officij tenetur ad cuſtodiam, qualitèr procedat.*
46 *Cauſa fugæ erit attendenda.*
47 *Peccatum Diaboli qualitèr fuit irremediabile, & peccatum Adæ remediabile.*
48 *Adam per Euam deceptus eſt.*

49 *Adam, & Eua confeſſi ſunt.*
50 *Adam, & Eua ad ſuggeſtionem alterius tranſgreſſi ſunt.*
51 Text. in l. 3. ſi ad diem, ff. de re milit. *ponderatur.*
52 *Iniqua conditio non debet alteri per alterum inferri.*
53 *Nemo debet alieno odio prægrauari.*
54 *De mora modica non curandum.*
55 *Moram modici temporis non fert magnum damnum.*
56 *Modicum interuallum temporis non inducit diuerſitatem actuum.*
57 *Momentum temporis non curatur.*
58 *Modica non nocent.*
59 *Cuſtodia non eſt danda tyronis, ſed veteranis.*
60 *Ratio erit habenda dierum, quibus tardiùs reuerſus eſt, derelinquens cuſtodiam.*
61 *Banna fiunt potiùs ad terrorem, quam ad valorem.*
62 *Quis pro modico peccato nõ debet tantam pœnam pati.*
63 *Deciſio affertur de decurione pro timore ſui centurionis aliquando à ſignis abſente.*
64 Text. in l. qui excubias, ff. de re milit. *qualitèr procedat.*

A R G V M E N T V M.

Cuſtos deputatus ad cuſtodiã Portis Ciuitatis ad perſcrutandum bollectina ſanitatis, ſi ea relicta, ad perſuaſionem alicuius vt inquireretur, ne potuiſſet ad munera Ciuitatis aſcendere, & illicò reuerſus ſit, an puniri debeat, & ad officium eligendum admicti.

*SPIRITVS SANCTI GRATIA illuminet ſenſus, & corda noſtra.*

C A S V S I.

NOtarius Franciſcus Paulus Aquauiua cum fuiſſet deſtinatus per Regium Gubernatorẽ Ciuitatis Monopolis ad cuſtodiam Portis eiuſdem Ciuitatis inſimul cum Io. Franciſco de Chiantera V.I.D. contra exteros aduenientes in eam pro recognitione bollectinorum ſanitatis ob ſuſpictionem peſtis, fuit ad ſtimulationem, & moleſtiam certę perſonæ ſollicitatus, vt illicò quandam ſcripturam quam in domo habebat ſibi traderet, & compulſus diſceſſit relicta cuſtodia, hinc ſtatim per eundem Gubernatorem facta priùs perquiſitione contra eum, informationem capi iuſſit, quo perueuto ad eius aures, coràm eodẽ Gubernatorẽ ſe præſentauit, aſſerendo ex cauſa vrgenti diſceſſiſſe, & illicò reuerſiſſe, ſatis mirando de tali perquiſitione facta ob interuallum modici temporis momentanei, & ſic vſq; ad noctem perſeuerauit in cuſtodia, ſed totũ hoc accidit, vt præſupponebatur ex malitia, & dolo illius perſonæ petentis tùnc ſcripturam ſibi tradi, ad hoc vt inquireretur, ex quo dũm electio noui regiminis ipſius Ciuitatis facienda erat de proximo, ad hoc vt cum ipſe inquiſitus reperiebatur, ea obſtante ad electionem aſcribi non poterat.

1 Eſtq; de iure cautum, quod reus delatus etiam ante ſententiam honores petere
Conſtitutionibus principalibus prohibetur, ad *text. in l. reus, ff. de munerib. & honorib.*
quod etiam corroboratur ex *text. in cap. Omnipotens Deus, de accuſat.* & maximè honores futuros, vt ſubnectit ibi *Gloſ. in ver-*
2 *bo honoribus*, ſicq; reus criminis nouos honores adipiſci nequit, ex *text. cum gloſ. vlt. l. vnica, C. de reis poſtul. lib. 10. Battandier. re-*
3 *gula 141 num. 1.* priuantur enim rei inquiſiti vtraq; voce actiua, & paſſiua, ex *Fræch. deciſ. 709. num. 2.* & alijs probat *Auguſt. Caput de regim. Reipubl. cap. 3. num. 76.* idcircò
4 reum non debuiſſe medio tempore honorem appetere, inquit *text. in l. Lucius, § idem reſpondit, ff. de muner. & honor.* vbi *Gloſ. verbo*
5 *medio tempore*, ideſt ante ſententiam, vel antequàm habeatur pro deſiſtente, nàm & ſi ſententia opus erit condemnatoria,
6 ad hoc vt penitens quis excludatur ab honoribus, ad *text. in l. quòad ſtatum, ff. de pœn.* ibi: *Nàm ſola ſententia non genus criminis ſpectatur, ideò ſtatim vt ſententia de hi dicta eſt conditionem ſuam permutat*, inquit *l. C. in l. in ſeruorum, § qui ex cauſa, ff. eodem.*
7 Nihilominùs ſpeciale eſt circa honoris conſecutionem, vt ante ſententiam excludatur reus, *d. l. reus.*

Accedebat, quod ſtantibus bannis, & ordinibus de ordine Excell. Proregis de mandatis pro ſimili cuſtodia facienda valdè rigoroſis, & pœnalibus pœnam vitę comminantibus, adeoquè tales vigilias peragentes continuo ſolliciti eſſe debent ad cuſtodiã, nè fortè ſuſpectus ingrediatur Ciuitatem ob incuriam Cuſtodis, &

danmum

damnum aliquod ex hoc reſultaret,quod
in puncto contingi poſſit,ideò vbi maius
periculum imminet, ibi cautiùs agendũ ,
*cap.vbi maius,de elect. in 6.* & hoc compro-
batum cernitur ex iuris diſpoſitione,ete-
8 nim qui excubias palatij deſeruerit,capi-
te punitur, ad *text. in l.qui excubias, ff.de re
milit.* idemq; confirmatur in *l.ſi quis, § mi-
les, ff de pœn.* ibi, *Eadem pœna tenetur,& qui
eum quem cuſtodiebat deſeruit* .
9 Ex parte autem ipſius rei dicebatur,ex
quo minuitur æſtimatio hominis , cum
prohibetur honoribus publicis fungi, ad
*text. in l.cognitionum, §.minuitur, ff.de var.&
extraord. cognit.* idcircò pro eiuſdẽ defen-
ſione tria potiſſimùm conſideranda erãt,
ex quibus proculdubio ceſſare videbatur
allegata dubitatio, quin honores ſibi ex-
petere prohiberetur , & ad illos admitti,
& ante omnia attendẽda ſunt,ac ponderan-
da verba illius *text. l. reus*, nàm primo di-
10 cit reus, & vt verè reus dicatur, exigitur
11 vt ſit delatus , hoc eſt accuſatus, ſic ex-
plicat *Gloſ.in l. 2.§.ideò,verſ.delatus, ideſt ac-
cuſatus, ff.de adulter, & in l. ij tamen, verſ. ab
alio, ff de accuſat. & in l. 1. verſ.ſi quis, ff.ad l.
Iul.de ambit. in l.patre,verſ rei, ff.de quæſt. &
l.cum quidam, verſ. reus, ff. de iure fiſci, & in
l.qui cum vno,ff de re milit,et in l. defertur,§.in
reatu, ff.de iure fiſci,& l.fin. ff.de re milit. l.ca-
pitis,ff. de fideſſuſſ. l.publicè,ff.de publ.iudic.&
in l.3.§.ideò,verſ.velit eo.*
12 Nàm delator nominis, videtur accuſa-
re,cum idem ſit effectus, & quantum ad
punitionem delicti,*Grammat.deciſ.39.nu.6.*
13 & poſtulare,idem eſt quod accuſare,*l.de-
nuntiaſſe,verſ.poſtulari,ff.de adult.*
14 Operaturq; talis accuſatio,vt nomen
eius inter reos habeatur,*Gloſ.d.l.2.verſ.re-
pellere, ff. de adulter, & in l. ſi quis reus, ff. de
publ. iudic.*
Et in hoc aduertendũ eſſe refertur ſer-
uato ordine iudicij poſt accuſationem
15 factam, Primò enim fit inſcriptio, & po-
ſteà ſubſcriptio,*Gloſ.in l.ſi cui, verſ.ſubſcri-
ptio, ff de accuſat.* eo quia dùm accuſatio
contra aliquem proponitur, neceſsè erit
16 attenta iuris diſpoſitione, vt deſcribatur
in libello, & ſi non fieret, nomen rei abo-
litur,*l.liberorum,§ quod ſi libelli.ff.de accuſat.*
17 vbi *Gloſ in verbo aboletur*, reſpondet, ideſt
cancellatur accuſatio poſtulante reo , per
*text.eiuſdem l. §.ſi accuſator*,& tùnc quando
18 Notarius ponit cedulam in libro , dice-
tur reus inter reos.ex *Iacob Butrigar.*notat
*Blanc. in ſua praxi crim. § datis defenſionibus
ſub num.1.* & hoc præcedente accuſatione
porrecta Iudici per accuſatorem , vt eam
videat, & conſideret, *d.l.miles, §.2. & §.li-
cet,de adulter. Felin.in cap.fin.de iudic. DD.in
cap quoniam contra, de probat.* & iſtud fit , vt
19 Iudex cõſideret,an accuſatio ſit iuſta,vel
ne, & admittenda, proùt ex *Oldr. Bald. &
Iaſ.*comprobat ibi *Blanc.num.3.*& indè vi-
ſa, & conſiderata per Iudicem accuſatio-
ne,ſi per eum lis conteſtatur,certum erit,
20 quod tùnc reus inter reos cõnumeratur,
quia eius nomen receptum eſt inter reos,
vt probat *Iul.Clar. in ſua praxi crimin. §.fin.
quæſt.14.num.13.vbi Addit.lit.G.*alios citat.
21 Sin autem Iudex pronuntiauerit eſſe
procedendum in ea pariter nomen rei in-
ter reos receptum eſſe videtur, *Marſil.con-
ſil.46.nu.9. Marant.in ſuo ſpec. par.4. in 6.di-
ſtinct. num.59.*
21. Aut Iudex viſa accuſatione committit
citationem , *l.neminem, C.de exhib.reis*, vbi
*Gloſ.in princ.*dixit,quod priùs petitur reus
23 per citationem,& poſt annotatur, ſeù re-
cipitur inter reos, & ſic citatio facit ipſũ
reum,&c. vt ſubdit *ibi Blanc.nu.5.* attamen
in præmiſſo caſu nulla prçpoſita cerneba-
tur accuſatio, ob quod inter reos connu-
merari potuiſſet , idcircò reus delatus
nuncupari non poterat, ſi verba *d. l.* reus
attendamus, vt ad honores non admitte-
retur , neq; alia Iudicis prouiſio, vt cita-
ri potuiſſet, vel ad vlteriora in cauſa pro-
cedi .
Secundò principalitèr conſiderandum
erat id,quod prætendebat reus iſte nè hu-
ius prætextu impediretur promoueri ad
24 officia Gubernij ipſius Ciuitatis , nàm
& ſi *Gloſ.in l.eos qui, ff.de decurion. verbo pe-
tere* , explicat habere , tamen ſubdit , nec
enim honores peti debent,ſed offerri,*l.2.
§.1. ff.de var.cogn.& l.fin de crim.ſacril.*nihi-
25 lominùs *text. in d l.reus*, inquit: *Reus dela-
tus ante ſententiam honores petere principali-
bus Conſtitutionibus prohibetur* . & ſequitur:
*ſed poſt annum quam reus delatus eſt, petere nõ
prohibetur , niſi per ipſum ſteterit , quo minus
cauſa intra annum expediretur* ; at cum in
26 facto nulla accuſatio imminebat , nulla
indè ſententia opus erat, ſic legitur apud
Io. cap.3. *Mulier vbi ſunt qui te accuſabant,
nemo te condemnauit , quæ dixit nemo Domine,
dixit autem Ieſus, nec ego te condemnabo,vade,
& iàm ampliùs noli peccare*; ſicquè petere
honores nõ prohibebatur,ſed veriùs quia
in iſtis electionibus Officialium Vniuer-
27 ſitatum non alitèr petuntur officia , ſed
eliguntur publicè idonei , non alitèr rei
criminum,quorum occaſione impediren-
tur electi exercere, ſed ſi fuerint electi,nõ
propterea impedirentur, ex *Gloſ. in l. Bar-*



Digitized by Google

*barius, ff. de offic. Præſid.* & quàmuis de tali
crimine capta fuiſſet informatio, nec ali-
tèr proceſſum ad vlteriora contra ipſum
28 reum, non per hoc ſi fortè electus fuiſſet,
prohibebatur exercere, ad quod facit *tex.*
*in l. reo, ff. de ſolut.* vbi accuſato de quo ve-
niant bona publicanda, interim non vi-
detur interdicta adminiſtratio bonorum
ſuorum pendente accuſatione, quem *text.*
cũ *Gloſ.* allegat *Gloſ. in cap. ſi tibi abſenti, de*
29 *priuil. in 6.* in argumentum quod Electo-
res priuandi per ſententiam, poſſunt ante
priuationem eligere, *Gloſ. eſt in cap. §. quod*
*prædicta, in verbo ipſo iure, de elect. in prag-*
*mat. ſanctio*, & ad idem facit *text. in l. poſt*
*contractum, ff. de donationib. Poſt contractum*
*capitale crimen donationes facere valent ex*
30 *Conſtitutione Diuorum Veri, & Antonini,*
*niſi, condemnatio ſequuta ſit*, vbi *Gloſ. &*
*DD.*
Tertiò, conſiderandum erat crimen
prædictum, & qua nàm pœna plecti de-
buerat, & per ea, quæ contra ipſum præ-
tendebatur, dùm aſcriptus fuerat pro cu-
ſtodia Portæ Ciuitati ab ea diſceſſiſſe, il-
linc modico temporis interuallo rediſſe,
occaſione ſibi præbita à patente ſcriptu-
ram, non enim ordinibus Superiorum
directo contraueniendo in non obedien-
do circa cuſtodiã, ob quod pœna ibi ap-
poſita ſibi locum vendicaret, ſed per mo-
mentum temporis illam relinquendo ſta-
tim reuerſus fuit illam continuando, in
31 qua eius ſocius inuigilauerat, quo caſu
pœna nulla videbatur inferri, nàm reuer-
tens in breui non diuertit, *Gloſ. in cap. &*
*venit, verſ. pleniorem, de pœnit. diſt. 1.*
32 Hinc eſt, quod carceratus domi ſub fi-
deiuſſione non dicitur contrauenire, ſi ex
domo egrediatur, & ſtatim redeat, *Farin.*
*conſ. 122. num. 29. & 30.* vbi conciliat *conſ.*
*Vulp. 130.* quem refert *Addit. ad Bertazzol.*
*conſ. 80. lit. A. vol. 1.* qui loquitur in eo, qui
exierat animo fugiendi, & non reuerten-
di, quod ſequitur *Honded. conſ. 94. num. 24.*
*lib. 2.* ibi relatus, eandemq; opinionem
probat *Guazzin. in tract. ad defenſ. reor. de-*
*fenſ. 6. cap. 1. ſub nu. 8. verſ. & idem eſt in eo.*
33 ſimilitèr fugiens ſi ſtatim reuertatur,
erit excuſandus, ex *Boer. deciſ. 115. nu. 18.*
*& 19. & Clar. d. §. fin. quæſt. 21. verſ. tertio au-*
*tem*, probat *Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eo-*
*rum, quæ in cont. fiunt, lib. 1. cap. 34. num. 3.*
vbi licet referat ex mente *Theſaur. Ca-*
*rocc. Farinac.* mitiori pœna eſſe plectendos
fugientes, & ſtatim reuertentes, ſubne-
ctens in fine num. 4 ità fuiſſe deciſum per
Senatum Mediolanenſem, attamen eo-
34 rum opinio procedit quando fuga præ-
cederet ex propria voluntate maliticioſa,
& ſine cauſa, ad *tex. in l. quis ſit fugitiuus, ff.*
*de ædilit. edict. in princ.* ibi *Tamen ſic mu-*
*tato conſilio, ad eum reuertatur, nemo enim*
35 *tali peccato inquit pœnitentia ſua nocens eſſe*
*deſinit.* & *text. in l. fugitiuus, ff. de verb. ſi-*
36 *gnific.* ibi, *Sed qui ipſum factum fugæ vitium*
*mentis deduxerit*, quinimò ex ijs deſumi-
tur culpam in eſſe, quò male facere eſt, ad
quod *Bald. in l. fin. C. mand. ex l. ſine, § ſi ità,*
37 *ff. de negot. geſt.* notat, quod culpa dicitur
eſſe vitium, & ſic non ſolùm dolus eſt vi-
tium, ſed ipſa culpa, quod male facere eſt,
38 culpa vbi non eſt, pœna non committi-
tur, *Farinac. conſ. 15. num. 26.*
At dùm adſit cauſa vera, & legitima
diſceſſus, ſecùs eſſe videtur, poſtquàm ſi
benè cauſa in delictis dicitur baſis, & fun-
39 damentũ, & vbi non datur cauſa, ibi ceſ-
ſat præſumptio, *Guazzin. eod. tract. tom. 2. de-*
40 *fenſ. 28. cap. 1. nu. 6.* & cauſa delicti ceſſan-
te, ceſſant omnia inditia, & præſumptio-
nes, *Farinac. conſ. 151. num. 10. tom. 2. & con-*
41 *ſil. 170. num. 15.* ſubdens, quod nemo ſine
cauſa delinquere præſumitur, & in *conſ. 50.*
*num. 34. & conſ. 19 num. 19. tom. 1.*
42 Adhuc tamen pari modo cauſa quæli-
bet excuſat à contemptu, & tranſgreſſio-
ne legis, *Farinac. conſ. 60. nu. 64. vol. 1. & de-*
*ciſ. crim. 196. num. 3. tom. 2.*
43 Excuſat etiam cauſa à pœna proclama-
tis, vel ſtatuti, *Bertazz. conſ. crim. 115. n. 22.*
44 *vol. 1.* ac etiam excuſat à pœna non pa-
rendi præcepto, *idem conſ. 181. num. 16. eo-*
*dem volum.*
45 Et ſic id quod dicitur, quod dolus, &
culpa præſumũtur in eo, qui ratione offi-
cij tenetur ad cuſtodiam, vt refert *Farin.*
*deciſ. crim. 97. num. 5. tom. 2.* procedit in ca-
46 ſu ab eo relato non tamen indifferentèr,
eo quia non ſola fuga, ſed cauſa fugæ erit
attendenda, *d. l. ſi quis ſit fugitiuus, Tull. Criſ-*
*pol. in ſuis caſib. milit. caſu 11. num. 3.* vbi *nu. 4.*
ſequitur dicens, quod fugitiuus non à fu-
ga, ſed ab effectu animi intelligendus eſt.
Quapropter circa præmiſſa erit in cõ-
ſideratione habendũ id, quod tradit *Gloſ.*
*notab. in cap. voluiſſent, verſ. non reuocabatur, de*
47 *pœn. diſt. 1.* rationem reddens, quare pec-
catum Diaboli fuit irremiſſibile, & pec-
catum Adæ remiſſibile, inquit, quia irre-
mediabile fuit peccatum eius, & impoſſi-
bile eſt eum reuocare ad pœnitentiam,
*vt inf. d. 2. §. quod autem reprobi, verſ. impoſ-*
*ſibile*, hominis autem peccatũ fuit reme-
diabile, & hoc duabus de cauſis, quia to-
tum genus humanum perierat de pecca-
to Adæ,

to Adæ, ſed non tota Angelica natura
peccato Diaboli, item homo incitatorem
habuit ad malum, quod non habuit An-
gelus, & ideò per alium iſte non debuit
iuuari, ſicut nec ille per ſe potuit ſurgere,
& ideò peccatum Diaboli fuit irremedia-
bile, & non peccatum hominis, hactenùs
illa, etenim Eua habuit incitatorem, di-
cens Serpens decepit me, & manducaui,
*Gen.3. cap. ſerpens, de pæn. diſt.1.* & ſequitur
ibi *text.* venialis culpa quã ſequitur pro-
feſſio delictorum ideò nõ deſperata mu-
lier, quæ non reticuit, ſed magis confeſſa,
peccatum eſt quam medicinalis ſentẽtia
48 ſequuta eſt; Adam enim per Euam dece-
ptus eſt, *cap. Adam 33. quæſt.5.* mulier quam
dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno,
49 & comedi, & ſic Adam, & Eua confeſſi
ſunt, *Gloſ. in d. cap. ſerpens, verſ. confeſſa,* pro-
ptereà meruerunt indulgentiam, quia nõ
50 propria voluntate tranſgreſſi ſunt, ſed ad
ſuggeſtionẽ alterius, *cap. ſicuti, de pæn. d.1.*
ſic iſte ad alterius ſuggeſtionẽ motus cu-
ſtodiã reliquit, & ſuggeſtori potiùs aſcri-
bendum; nàm Cuſtodes murorũ, vel Ca-
ſtri, non debẽt ab illo loco auocari, *Boer.
deciſ.212. num.12.*

Vndè pro deciſione præſentis alterca-
tionis ſatis facere cernitur caſus in for-
tioribus terminis enarratus à *I. C. in l.3.*
51 *§. ſi ad diem, ff. de re milit.* vbi hæc verba
enunciantur, *Si ad diem comeatus quis non
veniat, perindè in eum ſtatuendum eſt, ac ſi
emanſiſſet, vel deſeruiſſet pro numero temporis,
facta priùs copia docendi non fortè caſibus qui-
buſdam detentus ſit, propter quod venia di-
gnus eſſe videatur.* & ibi *Gloſ. in verbo ſi ad
diem comeatus,* explicat, ideſt die poſito in
comeatu, vt vadat fortè ad cuſtodiam
alicuius Caſtri, vel loci, ex quo *text.* colli-
gitur cauſam excuſationis eſſe proponẽ-
dam, vt pœna, vel venia locũ habeat, cau-
ſa enim ipſius Notarij euidens erat, dùm
ad importunitatẽ cuiuſdã nobilis quan-
dam ſcripturam petentis maxima cum
inſtantia, cui pluries reſiſtit non obedire,
demùm ſuggerente tali moleſtia, diſceſſit
derelicta cuſtodia, ſcripturam ex domo
ſumendo, & illi eam conſignando, illicò
redeundo ad locum cuſtodiæ perſeuera-
uit vſq; ad noctem, & quod peius, vt da-
batur intelligi ſtudioſè cõtingit ad hoc,
vt ipſe Notarius inquireretur, nè ad De-
curionatus officium promoueretur ſtan-
re tali informatione capta contra eum,
quod certè ei obeſſe nũ debet, cũ de iure
diſpoſitum ſit, quod non debet alteri per
52 alterum iniqua conditio inferri, *l. non de-
bet, ff. de regul. iur. cap. primum 22. quæſt.2.* ibi,
53 *Quia nulli, & alieno odio debet prægra-
uari. l. ſi quis, §.1. C. de inoff. teſtam. l. ſanci-
mus, C. de pæn. cap. nobis, de ſimon.* & pro-
ptereà non debet nocere alij, quod inter
alios actum eſt, *l. nàm & poſteà, in fine, ff. de
iure iur.*
54 Sed potiùs ei prodeſſe, nàm in modico
deliquerat modicam moram committen-
do, quæ non eſt in conſideratione, ſic mo-
dica non curanda, *Afflict. deciſ.129. nu.15.*
55 nàm modici temporis mora, non magnũ
fertur damnum, *l. ſi debitori, in princ. ff. de iu-*
56 *dic.* & modicum temporis interuallum
non inducit diuerſitatem actuum, *l. pleriq;*
57 *ff. de ritu nupt.* adeòq; momentum tempo-
ris non curatur, *Gram. conſ. ciuil. 2. nu.3. La-
zar. de momento temp. cap.31. num.1. Barboſ.
princip. vtriuſque iur. lit. P. num.31.* ſubdens
58 *num.32.* quod modica non nocent, *cap. ſi
proponente, de reſcript.*

Deniquè ad noſtrum propoſitum ſatis
conferre videtur *tex in d. l.3. § ſi plures, ff. de
re milit.* vbi caſus exponitur de pluribus
militibus deſerentibus militiam, nàm ſi
intra tẽpus reuerſi ſint gradu erint pulſi,
& per diuerſa loca diſtribuendi, ſed tyro-
nibus parcendum eſt, etenim cuſtodia
59 non eſt danda tyronis, ſed veteranis, pro-
bat *Tull. Criſpol. caſu 25. nu.15.* & ſequitur
*num.17.* quod miles tyro, qui obedientiæ
cauſa aſſumpſit, onus cuſtodię nõ aſſum-
pſit, proptereà periculum cuſtodiæ, quod
præter ipſius culpam euenire poteſt, quòd
per exempla oſtendit, ſic erat obſeruatum
in perſonã ipſius Notarij tyronis, & ineſ-
60 perti; vndè ratio erat habenda dierum,
quibus tardiùs reuerſus eſt, *l. qui comeatus,
ff. eodem.*

Quocirca minimè obſtare videbantur
in contrarium adducta, nempè de pœna
grauiori impoſita cõtrauenientibus ban-
nis emanatis, nã vltra, quod talia loquun-
tur in caſu verę contrauentionis nolendo
obedire, vel contraueniẽdo mandatis di-
61 recto, talia enim banna vidẽtur potiùs ad
terrorem, quam ad valorem emanata, ex
*Bald. in Addit. ad Spec. in § ſententia, ver. ban-
na,* refert *Gram deciſ.36. in princ.* nec propte-
reà ex hac deſertione cuſtodiæ damnum
aliquod reſultauerat, nequè reſultare po-
tuerat, cum periculum peſtilentiæ longè
aberat ab ipſis partibus, dùm in Inſula Si-
ciliæ pululabatur, & ad hoc ad euitandũ
periculum cuſtodia decreta fuerat, vltra
quod conſocius remanſerat in cuſtodia
Ianuæ Ciuitatis pro cauſa prædicta, &
tantò minus videbatur delinquiſſe, quo
circa

Digitized by Google

circa iuſtũ non videbatur,nec condecens
62 pro tàm modico peccato tantam pœnã
pati, ex *Bald.* notat *Præſ. de Frãch. deciſ. 229. ſub num,5.* & ad hoc propoſitum allegatus
*Tull. Criſpol. in dictis caſib. militarib. caſu 10.*
63 exarat conſimilem altercationem,nempè
de quodam Decutione, qui præ timore
ſui Centurionis aliquandiù à ſignis abfuerat, & excuſſa rei veritate reſolutum fuit ex illius reuerſione non fuiſſe fugitiuum, neq; officio Decurionis priuandũ ex rationibus ibi deductis.
64 Et propterea *text. in d. l. qui excubias* in
contrarium adductus,loquitur in nocturnis vigilijs Palatij Principis, vel Ducis Belli. vt ibi *Gloſ.* ſubaudit, & non mirandum, ſi ità intelligendus erit ob periculũ imminens,vel tempore Belli, vel hoſtium, quo nàm caſu omnis derelictio periculoſa eſſet, atq; punibilis eo maximè tẽpore Belli,de quo ſatis agit *Ayala in tract. de iure,& officio belli,lib. 3. cap. 17.* poſt *Boer. deciſ. 212.* non fuit vlteriùs proſequutũ criminalitèr, exiſtente cauſa legitima allegata, & de hac altercatione verba etiam feci in *vltimo voto primæ partis*,ad quorum confirmationem fuerunt addita vt ſupra allegata.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex ſemper debet habere æquitatem præ oculis.*
2 *Pactum non reprobatum de iure erit ſeruandum.*
3 *Reuocatio Procuratoris præſentata in iudicio, & ei notificata an teneat.*
4 *Mandatum ſpeciale exigitur in tranſactione.*
5 *Ius ex facto oritur.*
6 *Falſitas arguitur ex diuturnitate tẽporis lapſi in præſentando ſcripturas Curiæ.*
7 *Scriptura noua in pagina veteri facta, arguitur ſuſpictionem meſſe.*
8 *Reuocatio Procuratoris ad negotia,vt ad notitiam perueniat, quid agendum, & contrario reſpondetur, num. 9.*
10 *Solutio per Procuratorem fieri poteſt.*
11 *Procurator cum libera, ex quibus verbis percipitur.*
12 *Verba mandati contra mandantem interpetrantur.*
13 *Donatarius in præiudicium filiorum an poſſit de donatione diſponere in fauorem nepotum.*
14 *Generalis Procurator ad negotia poteſt ſoluere creditoribus domini,nec requiritur ratificatio.*
15 *Procurator ſoluens de ſuo pro domino repetit.*
16 *Procurator debitorem nequit liberare niſi quatenùs ad eum peruenit.*
17 *Soluens pro alio, dicitur eius negotia vtilitèr agere.*
18 *In generali mandato venit omne illud,ad quod dominus de iure poſſit compelli.*
19 *Datio inſolutum habet vim ſolutionis.*
20 *Mandatum finita voluntate extinguitur.*
21 *Omnis res, quæ per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.*
22 *Scriptura authentica reuocationis procuratore debet notificari.*
23 *Reuocatio procurationis non valet ſi non fuerit intimata.*
24 *Reuocatio procurationis debet notificari Iudici, & parti,& num. 33.*
25 *Reuocatio procurationis ſufficit fieri penès acta.*
26 *Reuocatio procurationis ad negotia erit notificanda.*
27 *Soluens procuratori reuocato, non tamen notificato,aut Iudici, aut ſcienti debitori ſi efficeretur non ſoluendo debitor liberatur.*
28 *Debitor bene ſoluit, procuratori reuocato ante denuntiationem factam.*
29 *Reuocatio mandati non nocet debitori ſoluenti, ad cuius notitiam non peruenit.*
30 *Reuocatio procuratoris ſi occulta ſit,& fuerit particeps aduerſarius valent geſta à procuratore in præiudicium aduerſarij.*
31 *Iudicium factũ cum procuratore reuocato valet, ſi de reuocatione aduerſarius reſciat.*
32 *Ignorantia ſemper præſumitur, niſi contrariũ probetur, cum in facto conſiſtet.*
34 Text. in l. hoc iure, §. ſi quis dederit, ff. de donat. *ponderatur.*
35 *Dominium transfertur per dationem inſolutum.*
36 *Datio inſolutũ vim habet emptionis, & venditionis.*
37 *Procurator generalis tranſigere nequit, niſi in ſpecie habuerit mandatum & quando, nu. 39.*
38 Text. in l. mandato, ff. de procur. *quando procedit.*
40 *Verbum cum libera,vel æquipollens in mandato procuratorio, quid operetur.*
41 *Dictio* omnimoda *eſt vniuerſalis, & quid operatur.*
42 *Poteſtatis verbum eſt generale, & quid ſignificat.*
43 *Verba,* omnia, & ſingula alia neceſſaria faciendum,&c. *in mandato quid denotant.*
44 *Clauſula,* omnia,& ſingula, *habent vim expreſſi, & ſpecialis.*
45 *Qui omne dicit nil excludit.*
46 *Verba illa* ad infraſcripta, *quid denotat.*
47 *Dictio* demonſtratiua, & relatiua *ad expreſſa nominata refertur.*
48 *Procurator conſtitutus ad certum negotium cũ libera omnia facere poteſt, ac ſi generaliter fuiſſet conſtitutus.*

49 *Admi-*

49 *Adminiſtratio cum libera etiam cenſetur, ſi dictum quod habeat totalem poteſtatem.*

50 *Verba* cum omnimoda poteſtate geminata, *quid operentur.*

51 *Geminatio verborum, ſeù actus reiteratio, denotat firmitatem propoſiti.*

52 *Geminatio verborum plus operatur, quam ſimplex locutio, & oſtendit deliberatam voluntatem diſponentis, num.* 53.

54 *Clauſula*, cum libera poſita in teſtamēto, *qualiter intelligatur, & quid in contractibus, num.* 55.

56 *Clauſula*, cùm libera *in procuratorio mandato ex ſtylo Notariorum, potiùs quam ex voluntate partium.*

57 *Clauſula*, cum libera, *ad quæ extenditur.*

58 *Clauſula*, cum libera. *auget poteſtatem procuratoris ſuper ſpeciali cauſæ expreſſa in mandato.*

59 *Clauſula*, cum libera, *reſtricta per verba præcedentia, & ſequentia ad præmiſſa quid operetur.*

60 *Reuocatio mandati an ſubſiſtet, ſi dominus non fecerit intimationem iudicialem, & ſi nō fecerit proteſtationem.*

61 *Cauſæ ſola facti veritate in Regno expediūtur.*

62 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

63 *Sententia rectè lata dicitur quando partes à directa petitione diſcedunt, & replicatis capitula, poſitiones proceſſum, & probationes.*

64 *Actio prima in libello propoſita poteſt in articulis accomodari, & reformari.*

65 *Articuli in Regno habētur loco petitionis, quaſi quod ſuper deductis poſſit fundari ſententia.*

69 *Practica, quod cauſa poſſint incipere ab articulis, qualitèr intelligatur, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Datio in ſolutum facta per Procuratorem generalem cum clauſulis ampliſſimis in beneficium ſui principalis, eius creditori, an ſubſiſtet data reuocatione Procuratoris certo modo ad eius notitiam peruenta.

CASVS II.

CVM pergerem aliquando in Ciuitate Cuſentina tempore Prẹſidatus D. Ioannis Pimentel, & Auditoratus mei Conſobrini Frācīſci Antonij Salinas, occurrit altercatio non modica, ſuper qua conſultus elaborare coactus fui, viſis priùs Allegationibus ſequentibus, quæ huiuſmodi fuerunt præpoſitæ, & allegatæ videlicet: Petitionem Ioānis Baptiſtæ Migliareſij patris, & legitimi adminiſtratoris Finitiæ Migliareſij ad cenſus annui ducatorum 400. venditionem debiti ab hæredibus qu. Lelij Campolōghi, quon. Flauio de Florio, & ſuis hæredibus tàm pro ſumma duc. 1280. in anno 1607. liquidatorum, quàm pro cenſibus decurſis, pro ſatisfactione crediti prædicti procedi debere continentem magnam iuſti-
1 tiam, ſummamq; æquitatem quam Iudex
ſemper præ oculis habere debet, *l. quod ſi ephaſi, ff. de eo, quod certo loco*, continere breuiter, vt moris eſt concluſiuè procedendo demonſtrabimus.

Intentio ipſius Actoris ex ſcripturis, & proceſſu fundatur, nempè Nicolaum Mariam de Planis Procuratorem Flauij de Florio inſolutum, & ſoluti nomine eidem actori annuum cenſum prædictum vſque ad effectualem ſolutionem ceſſiſſe pacto appoſito, quod in caſu impedimenti exactionis prædictæ ipſi actori ad venditionē illius procedere liceret, impedimentum fuit petens per exactionem à Flauio factam, & hæredes ipſius exigere intendūt,
2 hoc pactum à iure reprobatum nō reperitur, meritò ſeruandum, *l. iuris gentium, §. Prætor, ff. de pactis.*

Tribus oppoſitionibus per hẹredes Flauij factis reſpondere ſupereſt, & appoſita ſunt videlicet.

Primum, Nicolaum Mariam prædictū prædictæ ceſſionis tempore Procuratorē reuocatū fuiſſe, reuocationemq; prædictā ad ipſius Procuratoris reuocati notitiam perueniſſe conatus ſum ex literis eiudē Procuratoris, tùm etiam ex quadam petitione, reuocationem aſſerente priùs Curiæ Regij Locumtenentis præſentata, &
3 poſteà ipſi Procuratori notificata, & prẹ-
tenſio nō fundari in diſpoſitione *l ſi mandaſſem, ff. mandat. cap. ex parte decani, de reſcript.* credimus.

Secundum, illam ceſſionem tranſactio-
4 nem continere, & tranſactionem de caſi-
bus ſpeciale mandatū requirentibus eſſe, *l. tranſactionis, C. de tranſact. l. mandato generale, & l. procuratorem, ff. de procur. Specul. in tit. de procur. par. 1. § 1.* & Nicolaum Mariā ſpeciale mandatum non habuiſſe, aſſerūt.

Tertium, cenſuum annuum prædictum per Io. Dominicum de Florio Flauij patrem, eidem Flauio contemplatione matrimonij initi inter ipſum Flauiū, & Deliam

liam Morelli donatū fuiſſe, & ob id eundem Flauium nec diſponere potuiſſe inferri credimus.

Hæc tamen ſi verè perpendantur, nihil obſtare poſſunt, nàm deficit ipſis hæredi-
5 bus factum, ex quo ius oritur vulgata *l. ſi ex plagijs, §. in cliuo, ff ad leg. Aquil.* & deficit ius, factum deficit, nàm reuocationem ad ipſius Nicolai Mariæ notitiam deueniſſe ex literis eiuſdem Procuratoris reuocati, probari negamus, in caſu noſtro loquendo, ille in quam prædictum Procuratorē impugnatæ fuerunt, imò Procurator prędictus querelam, de falſo proponere minatus fuit, vt ex quadā petitione per ipſum pręſentata apparet, & in termino nec Flauius illas conualidauit.

Nec petitio Curiæ Regij Locumtenentis præſentata aliquid operari poteſt, ex multis.

Primò, quia per quē fuerit præſentata, non apparet, imò nec veriſimile eſt prędictum Flauiū tempore prædicto in Inſula Capri deportatū, vt ex decreto præſentato apparet petitionem prædictā in Curia prædicta præſentare voluiſſe, vel potuiſſe.

6 Secundò, coniecturatur euidēs falſitas ex diuturnitate temporis lapſi in præſentando, *Crau. conſ. 28. nu 6. in fine*, ſed in fine & expeditione cauſæ, & parte inaudita recognitionem manus à Magnifico Scipione Freccia procurauit.

7 Tertiò, quia vt euidentèr apparet, eſt ſcriptura noua in carta veteri, quæ magnam ſuſpictionem in ſe continet, *cap. cū inter, § ſed contra, de fide inſtrum.*

Ius etiam deficit, nàm in concluſione procedendo, vt ſupra promiſimus, vera eſt illa communis in iure cōcluſio, reuo-
8 cationem Procuratoris ad negotia generalitèr conſtituti ad notitiam ipſius Procuratoris perueniendam eſſe, nec non quando non eſt certa perſona illam per proclama, & edicta publicandam eſſe, teſtatur *Bald. in l ſed & ſi pupillus, §. præſcribere, ff. de inſtit. act.* latè *Felyn. in cap. ex parte decani, reg. 4. de reſcript.* quem *Bertazzol. in ſuo tract. clauſul. inſtr. clauſ. 5. gloſ. 1. num. 3.* ſequutus fuit.

9 Contraria procedunt quando nō adeſt intereſſe tertij, & de damno, & intereſſe mandantis tantùm tractatur, vt ex dictis eiuſdem *Feln.* patet, & ſic procedit *cap. mandato, de procur.*

Factum etiam ſecundæ oppoſitioni deficit, nàm Flauius, & ipſum repreſentantes illam ceſſionem, tranſactionem continere, demonſtrare, & probare debebant, vt vtiq; non fuit probatum, meritò omnia ceſſant, tamen ad magis conuincendum, & iuſtitiam notoriam actoris demōſtrandam omnibus in proceſſu courentis, benè conſideratis, nempè Flauium vti hæredē Io. Dominici, patris percepiſſe ſummam ducat. 3000. & proindè debitorem ipſius Io. Baptiſtæ eſſe ceſſionem illam ſolutionem debiti domini mandantis continerę
10 omnibus patet, & ſolutionem à Procuratore fieri poſſe, demonſtrat *text.* clarus in *l. quodlibet, ff. de ſolut.*

Sed aliquantulum diſcurrēdo, & ſuper abundanti dato, & non conceſſo, ceſſionē prædictam tranſactionem cōtinere, lectis benè verbis dicti mandati *text.* pro contraria parte allegatos non obſtare, imò ſecundum ipſorum diſpoſitionem contractum initum fuiſſe ſubſtinemus, in illis enim legibus Procuratorem cum libera tranſigere poſſe dicitur, & prædictum Nicolaum Procuratorem cum libera conſtitutum ex illis verbis in fine mādati po-
11 ſitis demōſtratur videlicet: promiſit Flauius habere ratum quidquid, &c. ex quibus plenam, & liberam conceſſam eſſe poteſtatem, demonſtrant tres, *Gloſ. Iuris Canonici*, nempè *Gloſ. in cap cum dilectus, de relig. dom. cap. contingit, de tranſact. & in cap. per tuas, de arb.* quas ſic declarauit, & ſequutus fuit *Bertaz. in d. ſuo tract. clauſ. inſtr. clauſ. 5. gloſ. 2. num. 4.* addendo etiam, nàm & ſi verba mandati ſint diligentèr acten-
12 denda, tamen ſemper contra mandantē interpetranda ſunt, *Afflict. deciſ. 91.*

13 Tertium, in præſenti cauſa vanitatem vanitatū eſſe ſemper tenuimus, nàm & ſi quæſtio diſputabilis ſit, ſi facta donatione contemplatione matrimonij per patrem filio, & filijs naſcituris, donatarius in præiudiciū filiorum diſponere potuiſſet, de qua longa ſerie pro nepotibus cōtra diſpoſitionē, & alienationem ſcripſit. *Reg. Io. Franc. de Ponte in conſ.* 5. nonnulla pro ſua opinione ponderanda, & nouiſſimè quamplures ſcripſit in ſuo *tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. reg. ſuper dote, §. 2. num. 21.* & etiam in ſimplici nouatione allegauit *Guido Papa deciſ. 145. & de Frāch. deciſ. 436. &* 205. & dicta ipſorum ponderauit, & de hac etiam contrariam partem defendendo ſcripſit *Fab. de Anna conſ. 52. num. 21. vol. 1.* & plura conſiderauit *Surd. in deciſ. 322. & 324. vol. 1.* ponderando *conſ. Bertran. & aliorum*, & idem *de Ponte in conſ. 81. volum. 1.*

Sed quia Flauio prædicto per Io. Dominicum patrem cenſus, de cuius venditione

tione adgita ſcns tractatur, donatus non
fuit, ſed quidam alſxus ſuper Ciuitate
Côſentiæ, vt ex lectura donationis appa-
ret, nec non quia donatio fuit facta Fla-
uio tantùm, & non filijs, meritò de verita-
te opinionum prædictarum videre ſuper-
uacuum eſſe iudicauimus, tantò magis
quia in alia in ipſa Regia Audientia ver-
tente ſuper diſcuſſione hujus quæſtionis
longa ſerie ſcripſimus, & illa remanſit in-
decisa, & partes ſe concordauerant.

Vnum tamen nocere noluimus pro re-
ſponſione, eorumq; dici poſſent in dona-
tione contemplatione matrimonij eam
ſimpliciter facta, & eſt, hanc oppoſitionē
non potuiſſe per Flauium, nec per hære-
des eius fieri, ſed quatenùs opponi poſſet
illam vxor Flauij opponere poſſet, quod
nec tàm ſicco pede concederemus.

Et quia Flauius ipſe alienauit, vel per-
cipiendo bona hereditaria ipſius Ioannis
obligata ipſi actori, vel per contractum
per dictum Procuratorem factam, meritò
excluſi ſunt heredes tali prætenſione.

Sed quia libellus aliud contra eundem
Flauium caput continet, nempè fuit peti-
ta executio inſtrumēti cenſualis tàm prò
capitale, quàm pro cēſibus decurſis con-
tra prædictum Flauium vti hæredem præ-
dicti Io. Dominici patris debitoris quon-
dam Petri Franciſci Guerræ, à quo cau-
ſam habet actor ipſe, Flauiū Ioannis Do-
minici hæredem eſſe vltra alia receptio
ducatorū biscentum viginti ab Antonio
Gerbaſio Correo prædicti Io. Dominici,
& in beneficium prædicti Petri Franciſci
per dictum Flauium vti hæredem facta
probat, & promiſſio idemnitatis per ipsū
facta.

Sed nec Flauius negare potuit, ſed ſe
hæredem cum inuentario eſſe, & proindè
inuentarium diſcutiendū prætenſionem
ſuam eſſe credimus, ſed nec hoc allegari
defiet, nàm à principio Flauius prędictus
vti hæres conuentus fuit, & dato termino
actor in poſſe Flauij ducatos tres mille
perueniſſe probauit, & Flauius ſe defen-
dendo quaſdam cartulas ſolutionis du-
cat. 150. continētes præſentauit, ideò quia
tanquàm talis à principio fuit conuentus
tanquàm talis ſe defendit inuentarium,
nulla alia diſcuſſione indiget.

In iudicio contra prædictum Nicolaū
Mariam de falſo Procuratore intentato
non inſiſtimus, tùm quia ad hoc iudiciū
deuentutum actorem non ſperamus, tùm
etiam quia iudicium clariſſimum eſt.

Ex quibus ſic breuitèr dictis, religioni
doctiſſimorū Iudicantium ſuppoſitis il-
lum magnam iuſtitiam, ſummamq; æqui-
tatem à principio promiſſam clariſſimæ
apparente, & proindè Ioannem Baptiſtā
actorem obtinere debere, & ad venditio-
nem cenſus procedendum eſſe pro totali
ſatisfactione non dubitamus, & ſic iuris
eſſe cenſemus Frāciſcus Guerra. Quocir-
ca lectis, & perlectis allegationibus præ-
dictis cum meum erat pro eodem actore
in iure eius intentionem fundare diù re-
quiſitus de conſilio ſequentia in iure fun-
daui videlicet. Dationem inſolutum fa-
ctam Io. Baptiſtæ Migliareſe ceſſionario
Petri Franciſci Guerræ, & creditori Fla-
uij Florij filij, & hæredis quond. Io. Do-
minici Florij per Nicolaum Mariam del-
li Piani Procuratorem ipſius Flauij factā
de bonis hæreditarijs dicti quond. Ioan-
nis Dominici puto omni iure ſubſiſtere
poſſe, eamq; validam, & firmam fuiſſe, &
eſſe non obſtāte aſſerta reuocatione man-
dati facta per dictū Flauium ante datio-
nem prædictam, quare ad conualidandū
iura creditoris prædicti infraſcripta bre-
uitèr ponderanda duxi, & potiſſimùm in-
ſpecto tenore mandati generalis olim fa-
cti ad exigendum, & confitendum, ac etiā
ad lites, & quàmuis de ſolutione facien-
14 da nil dictū fuiſſet, tamen generalis Pro-
curator ad negotia poteſt ſoluere credi-
toribus domini, nec requiritur alia rati-
habitio, *text. eſt in l. quodlibet. ff. de ſolution.* &
ſubdit optimè *Capyc. deciſ. 18. num. 7.* quod
15 Procurator generalis poterit ſoluere de-
bita domini de pecunia domini, vel etiā
ſua, & repetit à domino, per *text. in l. ſi pro-
curator, ff. de cond. indeb. verſ. quoniam,* & ibi
*Caſt.* & conſequentèr Procurator cum li-
bera poteſt ſoluere æs alienum faciendo
conſtituentis conditionem meliorem,
*Muta decif. 26. num. 11.* ex quo Procurator
non poteſt conditionem principalis de-
teriorem facere, *Coſta Sicul. conſ. 45. nu. 23.*
16 quo fit, vt licet Procurator debitorem li-
berare non poſſit, niſi quatenùs ad eum
peruenerit, ex *l. non abſtulit,* vbi *Bald. quæſt. 1.
C. de nouat.* probat *Rom. I mol. conſ. 170. n. 29.*
tamen ibi ſubdit, attento tenore manda-
ti ad exigendūm, recipiendum, itemq; ad
liberandum, & abſoluendū, ſoluendo cre-
ditori ſuī principalis ipſum liberat, & ſi
17 quemadmodùm ſoluens pro alio, dicitur
eius negotia vtilitèr agere, *Aretin. in tract.
de ſolut. cap. 25. num. 9.* multò fortiùs Pro-
curator ſoluēdo pro eius principale rem
vtilem gerere videtur, poſtquàm in gene-
18 rali mandato Procuratoris venit omne

illud, ad quod dominus de iure, vel con-
ſuetudine poſſit compelli, *Bald. & Angel. in l.bene à Zenone, C.de quadrien.præſcript. & Benint. deciſ. Bonon.21 num.2.* & ſic attenta
iſta concluſione benè concludi cernitur,
potuiſſe talem Procuratorem debitum
principalis ſoluere, & ſucceſſiuè illud in
19 ſolutum dare, quæ habet vim ſolutionis,
& pro ſolutione habetur, vt probat *Maur. Aret. in d.tract. de ſolut cap.2.§ 9 num.1. Nouar. in tract. de dation. inſolut. quæſt.*10.

Et ſi ex aduerſo dicatur, mandatum
anteà fuiſſe reuocatum, & de ea Procura-
torem notitiam habuiſſe, aduertatur quæ-
ſo ad talem reuocationem, quæ non ritè,
ac rectè proceſſerat, nàm & ſi mandatum
20 finita voluntate extingui videatur, *l. ſi verò, §.ſi mandato, ff. mand.* attamen cum tale
mandatum mediante inſtrumento actum
fuerat, eo quia illud legaliter fieri debet,
*cap. 1. de procur.* eodemq; modo reuocari
debuerat cum omnes res, quæ per quaſ-
21 cumq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſ-
ſoluitur, *cap. omnis res, extra de regul.iur.* &
quælibet obligatio diſſoluitur eo modo,
quo ligatur, *l. prout, ff. de ſolut.* quocircà
talem reuocationem eodem modo fieri
debere perſpicitur ſicùt primum manda-
tum factum fuerat, & tùnc primum man-
datum per ſecundum reuocatur, *Anna allegat.77.num.10.* per *text in l.ſi quis procuratorio, §.Iulianus, ff.de procurator.* latè *Golin. in tract. de procur. par.3.cap.5 num.69 & ſeq.*

Et quàmuis in actis appareat reuoca-
tionem eſſe factam per inſtrumentum ce-
lebratum in Terra Altimontis, & de ca
ipſe Procurator notitiam habuiſſet, hoc
eſt per ſimplicem comparitionem prin-
cipalis comparentis penès acta Regiæ Cu-
riæ Locumtenentis Coſentini, ſuper qua
interpoſito decreto, vt notificeretur Pro-
curatori ſtante ſupradicta reuocatione,
nihilominùs ſi rectè inſpiciantur verba
comparitionis, ipſa videntur eſſe potiùs
verba aſſertiua, aſſerentia reuocationem
ineſſe, quanquàm de reuocatione nulla
apparuiſſet ſcriptura, quamobrem perne-
22 ceſsè erat ſcriptura authentica reuoca-
tionis notificari, vt colligitur ex *text. in cap. in noſtra, de procur.* ibi: *Mandatum, quod eis dederat intra modicum temporis ſpatium reuocauit, ſed ipſi licet mandati literas reuocatorias receptiſſent, nihilominùs in negotio proceſſerunt,* & in *cap. inſinuatione, eod tit.* ſicque
23 reuocatio Procuratoris non valet ſi non
fuit intimata, ità ex *Salic. & alijs*, probat
*Gratian. diſcept. forenſ cap.291 num.26. tom.1.*
nàm hoc fundatur ex voluntate reuocan-
tis, quæ per inſtrumentum, vel per teſtes
probatur, *Pract. Papienſ. in forma libelli in actione hypoth. in gloſ. mandatum, num.3. in fine,*
& per *Gloſ. in d.cap. ex inſinuatione,* & meliùs
in *l.1. C.de ſatiſd. Golin. ibidem num.*115.

Ea propter cum tempore notificatio-
nis nō apparuiſſet verificatio reuocatio-
nis, nec per inſtrumentum, neq; per teſtes
vtiq; corruere, videbatur talis denuncia-
tio reuocationis.

Quibus etiam conuenit antiqua, & no-
ua praxis notificationis facienda, nàm ſi
fortè in iudicijs verſetur, quod fortiùs
24 eſt, tùnc certiorari debet Procurator, Iu-
dex, & aduerſarius, vt diſponitur in *l.1. C de ſatiſd. Papienſ. vbi ſupra, & Miſing ſingul obſeruat. centur.5. obſeru.46. num.2. Paul. Criſtin deciſ.108 tom.2. num.3.* quanquàm
25 hodie ſit hoc ſublatum ex nouella *deciſ. Dom. de Franch deciſ.490.* vbi aſſerit fuiſſe
deciſum ſufficere reuocationem Procu-
ratoris fieri penès acta cauſæ, *Golin d.tract. par.3.cap.5.num.102. & 103.*

26 Quo verò ad reuocationem procura-
tionis, ſeù mandati generalis ad negotia
per neceſsè cernitur notificandā eſſe Pro-
curatori, vt latè proſequitur *Papienſ. vbi ſupra,* ſequitur *Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. tom.2.cap.174 num.4.*

27 Cæterum autem idem procedere vide-
tur in ſoluente Procuratori reuocato, nō
tamen notificato formitèr, aut Iudici, aut
ſcienti debitori, quod ſi efficeretur non
ſoluendo debitor liberaretur, ex multis
probat *Borgn. deciſ.32. num.81. par.2.* nàm
28 benè ſoluit debitor Procuratori reuocā-
to ante denuntiationē ſibi factam, *Maur. Aret d.cap.5. num.24. & 25.*

Quocirca dato, & non conceſſo, quod
iſta reuocatio legitimè facta fuiſſet, ac
Procuratori denuntiata, ſi enim ipſe ta-
cuerit talem reuocationem creditore pe-
nitùs ignorante, omne geſtum per talem
29 Procuratorem in damnū creditoris, nul-
lum præiudicium ei afferre poterit, vt pa-
tet ex *text. in l. qui hominem, §. ſi Titium, ff. de ſolut.* vbi reuocatio mandati nō nocet de-
bitori ſoluenti, in cuius notitiā non per-
uenit, & coadiuuari videtur, ex *Gloſ. in cap. mandato, verſ. reuocato, de procur. in 6.* vbi
concludit, quod ſi reuocatio non perue-
nerit ad notitiam aduerſarij, non ei præ-
iudicat, ſi fuerit tantùm Procuratori no-
tificatum, quemadmodùm etiam reuoca-
30 tio Procuratoris ſi occulta ſit, & huius
occultationis fuerit particeps aduerſa-
rius valent geſta ab illo Procuratore in
præiudicium illius aduerſarij, *Maſcard. de*

*probat.*

*probat. concluſ.649.num.*38. & ob iudicium
31 factum cum Procuratore reuocato vale-
bit,ſi de reuocatione aduerſarius neſciat,
*d.cap.mandato,Gloſ.in d.l.1.verſ.noluerit,* ibi,
*Si autē Procurator ſicut valet pro reo,* & ſub-
dit: *quod ſemper præſumitur ignorantia*, niſi
32 contrariū probetur, cū ipſa in facto alie-
no conſiſtet,*Gloſ in* §.*rectè,Inſtit.de mandato,*
33 *verſ.probabilis*, nàm reuocatio Procura-
toris eſt intimanda Iudici, & parti, *Paul.
Criſtin.d.deciſ.*108*.tom.*2*.num.*3.

At in præſenti caſu noſtro ſtante igno-
rantia iſtius actoris de tali reuocatione,
nec alitèr ſcientia ex aduerſo probata
omni inre contractus iſte dationis inſo-
lutum ſubſiſtere videtur, quinimò ſi hoc
in iudicijs optimè procedere videtur,
quanrò magis in contractibus, vndè ad
34 confirmandum ius actoris ſingularem,ni
fallor, *text.* ponderare audio conſimilem
caſum decidentem *in l.hoc iure,* §.*ſi quis de-
derit, ff.de donat.* vbi deciditur,quod ſi ali-
quis mutuā dederit pecuniā Titio exol-
uendam. Seio ex cauſa donationis, ſi per
mortem donantis mandatum eſſet extin-
ctum,& fuerit facta ſolutio Seio per Titiū,
dicit ibi *text.* erit conſeqnens dicere pe-
cuniam Seij fieri,& ità intelligit *text.* illū,
optima *Gloſ.in l* 2.§ *penult.ff.eodem,verſ.de-
derit,* ibi, *Secus ſi in eum tranſtuliſſet dominiū,*
vt in *d.*§. *ſi quis dederit*, vndè cum datio
ipſa inſolutum vicem ſolutionis obti-
near, *Præſ.de Franch deciſ.*50*.num* 2. ſubſe-
quitur,quod dùm fuerit facta per Procu-
ratorem poſt aſſertam reuocationē man-
dati fuiſſe quæſitum ius creditori nō ob-
35 ſtante tali reuocatione,etenim per talem
dationem inſolutam transfertur domi-
nium, *l.prædium, C.de euict. Aloyſ. de Leo in
Auth.hoc niſi,num.*7*.C.de ſolut* latè *Nouar.in
tract.de dation inſolut ſect.*1*.quæſt.*11.non mi-
36 rùm ſi datio inſolutū vim habet emptio-
nis,& venditionis,*Præſ de Franch. deciſ.*81.
*num* 9*.Mantic.de tacit.& ambig.conuent lib.*8.
*tit.*13*.num.*1*.Nouar.vbi ſup.*hęc occurrunt.

2. Verū,quia noua inſurrexerunt motiua,
ex aduerſo oportuit ſuper illis cogitari.
Duo enim potiſſimùm aduerſa Pars fun-
dare conatur ad exeludendum actorem
à ſuis petitis: Primò, quod procuratio-
nis mandatum non ſit generale ad certos
actus, & conſequentèr nequiuerat tranſi-
re dando bona inſolutum,fundando eius
intentionem in *l.mandato,ff.de procurat.*vbi
37 Procurator generalis nequit tranſigere,
niſi in ſpecie habuerit tale mandatum
tranſigendi, *cap. quid agendum, de procura-
tor. in* 6.

38 Sed replicabatur, poſtquàm *text.* ille
loquitur de Procuratore generali abſque
libera,vt ſentit *ibi Gloſ.in princ.*ibiq; etiam
DD. & ſic intelligit ipſum *Gloſ. in cap.cū
dilectè res, verſ.procurationem, de relig.domib.*
39 aliàs ſi eſſet generalitèr conſtitutus cum
libera abſque dubio tranſigere poterit,
*l. procurator cui, ff.de procur.* & habetur in
*d.cap.cap.quid agendum,in fine,* ibi, *Niſi ei bo-
norum,vel cauſæ adminiſtratio liberæ ſit conceſ-
ſa, Gratian.diſcept.forenſ.cap.*196*.num.*13.

Nunc videndum erit,ſi in præmiſſo ca-
ſu libera poteſtas Procuratoris ineſſe vi-
deatur, & ſi ſpecialitèr non ſit dictum cū
libera,& ad hoc *Apoſtill.ad Bart.in d.l.pro-
curator,lit.B.ſuper verbo libera,*cenſuit,quod
40 licet in mandato ſingularium perſonarū
requiratur illud verbum cum libera, vel
æquipollens, &c. vt etiam aſſequitur *Iaſ.
in l ſi procurator,C.de procur.num.*11. & ita
per verba æquipollentia libera admini-
ſtratio cēſetur conceſſa, ex doctrina *Bart.
in d.l.procurator,* vbi per multa exempla id
demonſtrat, & ſi libera in ſpecie non ſit
dicta, Primo, ſi fuiſſet dictum quidquid
ipſe dominus facere poteſt, vel in inſtru-
mento fuiſſet promiſſum de rato, &c. &
ſpecialitèr ſi fuiſſet plena conceſſa admi-
niſtratio, & non fuiſſet dictum de libera,
adhùc cenſetur libera conceſſa.

Cæterum autem ſi actendantur verba
mandati,& illa ponderentur,vtique ipſa
clauſula cum libera intelligeretur, & pri-
mo ibi legitur: *Conſtituit ſuum generalem
Procuratorem cum omnimoda poteſtate,&c.* ta-
41 lis dictio *omnimoda*, eſt vniuerſalis, quæ
comprehendit omnia, *Gloſ. in clem. quāmuis,verbo omnimodam, de foro compet. Tuſc.li-
tera D.concl.*320*.& concl.*485. quos probat
*Barboſ. de diction. in diction.* 204. & quando
adijcitur alicui verbo facit, vt illud ver-
bum capiatur vt genus, & ideò omnia in
genere conceſſa cēſentur, *Verall.deciſ.*297*.
num.*3*. lib.*1. & propterea cum ſit iuncta
42 verbo *poteſtatis illud cum ſit generale,*plura
ſignificat, *l.poteſtatis verbo, ff.de verb. ſignif.*
vndè *Afflict.in deciſ.*305 *ſub num.*4. ponde-
rando illa verba *apponi ſolita in mandatis,*vt
poſſit facere quidquid ipſe dominus po-
teſt,videtur conceſſa libera adminiſtratio
per iura ibi citata,& in fine dixit,quod ſi
Procurator conſtitutus eſt ſub hac forma
do tibi poteſtatem agēdi,& adminiſtrādi
meum patrimoniū, quod habeo vt per te
facere poſſis, quæ ego facere poſſū, quod
per hoc mandatum omnis poteſtas tranſ-
lata eſt in dictum Procuratorem, quantò
magis dùm fuerit expreſſum.

Secundò, ex quo in fine dicti mandati
aſſeritur omnia, & ſingula alia neceſſaria
43 faciendum, fieriq; petendum, ac ſi ipſe-
met conſtituens præſens, & perſonalitèr
eſſet obligandum ipſum,&c. per quæ ver-
ba omnia facere, ac ſi ipſe præſens eſſet,
intelligitur, vt cenſeatur conceſſa libera
adminiſtratio etiam eorum, quod requi-
reretur ſpeciale mandatum, vt ibidem
*Affl* probat,& ità deciſum refert,& firma-
tam conceſſionem eſſe factam per Procu-
ratorem, vbi *Vrſill.* notat, quod quando
adeſſet talis libertas veniunt caſus,in qui-
bus requiritur ſpeciale mandatum, poſt-
44 quàm hæc clauſula omnia,& ſingula ha-
bet vim ſpecialis, & expreſsè *Statil. Pacif.
de ſaluian. interd. inſpect.4.cap.1.num.8.* cum
alijs apud *Barboſ.de clauſul.clauſ.*51. nàm
45 qui omne dicit,nihil excludit, *l.Iulianus,
ff.de leg.*3. cum alijs apud eundem *Barboſ.
in princip. iuris vtriuſq; lit.O. num.*4.

Licet aut ſi ex aduerſo dicatur fuiſſe
ſpeciale mandatum ad expreſſa in procu-
46 rationis mandato per verba illa, *ad infra-
ſcripta videlicet*, ob quod non videbatur
47 conceſſa libera poteſtas, ex eo quia eſt
dictio demonſtratiua,& relatiua ad ſupe-
riùs expreſſa nominata, *Coccin. deciſ.* 207.
*num.*17. & includit ſolùm nominatim ex-
preſſa,quæ legi poſſunt,& non quæ intelli-
gi poſſunt, *Borgn deciſ.1.nu.6.par.1.* adhùc
tamen videtur, quod tàm reſpectu bono-
rum,quàm litium,& aliorum, ampliſſimã
dedit poteſtatem omnimodam, & ob id
etiam ſi ſpecialitèr ſit conſtitutus Procu-
48 rator ad certum negotium, in quo cum
libera omnia facere poteſt,ac ſi generali-
tèr fuiſſet cõſtitutus,ità ſingularitèr *Bart.
in d.l. procurator, num* 2. per *text. in d.cap. ad*
49 *agendum*,hinc eſt,quod plena adminiſtra-
tio cum libera etiam conceſſa cenſetur, ſi
dictum eſſet, quod habeat totalem pote-
ſtatem, *Iaſ in d l ſi procurator, C.de procurat.
num.*11.prætereà ponderando etiam dicta
verba generalia, *cum omnimoda poteſtate*, &
50 in fine paritèr duplicata, ac repetita, ſeù
geminata, & ſi fuiſſet ſpecificata poteſtas
in iſto caſu verba generalia non reſtrin-
guntur ad ſpecificata,ità punctualitèr *Af-
flict. deciſ.*285 *num.*4.quibus accedit gemi-
natio dictorum verborum cum omnimo-
51 da poteſtate, &c. etenim verborũ gemi-
natio, ſeù actus reiteratio denotat firmi-
tatem propoſiti, *Euerard. in topica iuris loco*
52 *à rei geminationis, num.*1. nàm geminatio
verborum plus operatur, quam ſimplex
locutio, *Borgn.deciſ.9.nu.*42.*par.*2. & ipſa
53 multum operatur, & oſtendit deliberatã
voluntatem diſponentis, *idem deciſ.*14.*nu.*
25. *par.*3. cum alijs apud eundem *Barboſ.
d.princip.iur.lit.G.num.*1.

Sed dato quod adeſſet tale verbũ *cum
libera*, non poteſt ſe extendere ad alia,quã
54 ipſa dictio, *omnimoda*, nàm talis clauſula,
*cum libera*,in teſtamẽto poſita, intelligitur
de executione contentorum in teſtamen-
to,*Gratian.cap.*329. *nu.*41. in contractibus
55 verò talis clauſula intelligitur circa con-
tenta in contractu cui apponitur,*Caualer.
deciſ.*24.*num.*1. vbi plura ad hoc.

56 Quo verò ad mandatum procuratoriũ
ipſa reperitur potiùs appoſita ex ſtylo
Notariorum, quam ex partium volunta-
te, probat *Pareſcia in praxi inſtrum. tom.*1.
*tit.5. reſol.10.num.*68. quod aſſequitur no-
uiſſimè *Golin.in tract.de procur. par.2.cap.*4.
57 *num.*28. ſubdens tale mandatum non eſſe
receptum in praxi, quod ſanè intelligitur
quòad expreſſa,ſcilicet agendum, defen-
dendum,tranſigendum,exigendum, & iu-
randum, non quòad alia,ex *Muta in cap.
Sicil.*72. *num.*5. & ratio eſt, quia mandatũ
dicitur inextendibile, & ſic ad expreſſa
reſtringitur ſolùm circa negotium com-
miſſum, vt ibi ex alijs probat *Marta con-
58 ſil.10.nu.*74.& talis clauſula,*in mandato ex-
preſſa*, non ampliat mandatũ ad alias cau-
ſas, ſed auget poteſtatẽ Procuratoris ſu-
per ſpeciali cauſa in mandato expreſſa,
*Farinac.deciſ.ciuil.*754.*num.2.tom.*2.

59 Imò talis clauſula, *cum libera adminiſtra-
tione*, reſtricta eſt per verba præcedentia,
& ſequentia ad præmiſſa,ità vt hæc libera
poteſtas non poſſit egredi fines promiſ-
ſorum, *Rota diuerſ.par.4 deciſ.*295.*num.*3.&
ad hoc *Borgn.deciſ.*2 .*num.*45 *par.*1. dixit,
quod clauſula in mandato ad omnia, &
ſingula faciẽda,& gerenda,quæ circa prę-
dicta,vel in aliquo prędictorum videbun-
tur oportuna,& neceſſaria dando,& circa
prædicta plenam,& liberam poteſtatem
importat,& reſtringitur ad ea ſolùm,quæ
in mandato ſunt expreſſa,vltra adducta
ibidem per *Pareſciam loco citato*, vndè ex
ijs conſpicitur magnam extare differen-
tiam inter prædicta.

Aliud obiectum conſiſtebat in reuoca-
tione mandati penès acta Curiæ Locum-
tenentis facta, nulla de hoc ſcriptura ap-
parẽte,nec formitèr facta,licet certo mo-
do notificata,in tantùm quod ſi dominus
60 non fecerit actum iudicialem, etiã ſi non
fecerit proteſtationẽ, reuocatio nõ ſubſi-
ſteret, vt ex *Guid.Bonon.deciſ.Rota* 130. no-
tat *Golin in d.tract.par.3 cap.5 ſub nu.*84.vbi
alia deduxit,ſubdẽs ſub *num.*97.quod re-
uoca-

uocatione Procuratoris nō intimata valebunt geſta per eum, cumq; ſuperiùs fuit ſatis obiecto reſponſum, propterea non inſiſtendum.

Fuit habitum in conſilio ipſius Regiæ Audientiæ pro vera concluſio ipſa, vt valeat obligatio facta per Procuratorem, inſpectis verbis mādati procuratorij, ſed quia dubitatum fuit, ſiuè reuocatio fuerat valida, ſiuè inualida, adhùc de ea notitiam habuit Procurator, & ſucceſſiuè nō poterat præiudicare domino, ad quod extat *Gloſ. in cap. ex parte, de reſcript. verſ. Procurator*, vbi concludit, Procuratorem non ſolùm poſſe dici, qui nullum habuit mandatum, & talis nec obligat dominum, nec liberat ſoluentem, niſi dominus ratum habuerit alio modo dicitur falſus Procurator qui fuit, & non eſt, & iſte liberat ſoluentem pro domino ignorāte, ſed dominum non obligat. Tandem ad relationē Auditoris fuit per dictā Regiam Audientiam condemnatus hæres ad ſoluendum dictam quantitatem diſcuſſo inuentario, die 22. Februarij 1612. penès Villanum Actuarium. Licet autem id petitum non fuiſſet in libello, ſed quia probatum fuerat in articulis, propterea poterat condēnari, nec proindè dicitur ſentētia difformis libello, quoniam id de iure commu-
61 ni, non tamen de iure Regni, vbi cauſæ ſunt ſummariæ, & proceditur ſola facti veritate inſpecta, vt tradit *Muſcatell. in praxi S.C. lib 1 par. 7 gloſ condemnando, num. 67.*
62 nàm & ſi ſentētia eſſe debeat cōformis libello, *l. vt fundus, ff. com. diuid.* cū alijs apud *Marant. in eius ſpec. par. 6 in primo actu, nu 61. Ludouiſ deciſ. 176. nu. 1.* tamen quando partes videntur tacitè diſcedere à directa
63 petitione, & replicatis faciunt capitula, poſitiones, proceſſum, & probationes, tùnc ſententia lata ſuper proſecutis, dicitur rectè lata, *Afflict. deciſ. 95. num* 8. *Gram. deciſ. 19. Borgn. deciſ. 19. num. 15. par. 1.* poſt-
64 quàm actio prima in libello propoſita, poteſt in articulis accomodari, & reformari, inquit *Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 7 gloſ petitur, num. 48.* hinc eſt, quod in
65 Regno articuli habētur loco petitionis, quaſi quod ſuper deductis in eis poſſit fundari ſentētia, ex *Marant. Marſil. & Borrell.* probat *Gallupp in praxi S.C. par. 2. c. 1.*
66 *ſub num. 15.* ſed practica, quod cauſæ poſſint incipere ab articulis, quomodò intelligenda, & admictenda hodie, tradit *Muſcatell. vbi ſupra num. 45.*

*SVMMARIVM.*

1 *Diſponat teſtator, & ſiat lex.*
2 *Voluntas teſtatoris ſeruanda eſt vt lex.*
3 *Voluntas teſtatoris quando pro lege habetur.*
4 *Teſtator nequit facere quin leges locū habeant in teſtamento.*
5 *Mater præfertur de iure omnibus tutoribus.*
6 *Mater priuatur tutela ob tranſitum ad ſecunda vota.*
7 *Mater an commodum dominij perdat per inobſeruantiam præcepti teſtatoris.*
8 *Legatum impeditiuum libertatis an ſubſiſtat.*
9 *Pactum, quod quis promiſit ſe non receſſurum à loco ſeruitutem importat.*
10 *Vxor nō morans in loco exiſtente legitima cauſa excuſatur, & conſequitur legatum.*
11 *Æris intemperies eſt iuſta cauſa non morandi in aliquo loco.*
12 *Legatum cum onere morandi in loco debetur, ſi ibi moram trahi non poteſt.*
13 *Cauſa infirmitatis tutiſſima eſt à loco diſcedere.*
14 *Deciſio cauſæ refertur.*
15 *Pactum factum ſemper habitandi in aliquo loco non militaret, ſi ex cauſa infirmitatis aeris intemperies; ſeù inimicitia non fuerit obſeruatum.*

ARGVMENTVM.

Legatum factum vxori cum adminiſtratione tutelę, ſub conditione nè alibi habitaret, nec diſcederet à loco teſtatoris, an per controuentionem cauſatam ex neceſſitate eo priuari poſſet.

CASVS III.

QVidam teſtator in ſuo vltimo teſtamento inter cætera hæc verba formalia protulit: *Voglio ancora, che ſi detta D. Maria voleſſe partirſe da Lungro, & da dette mie caſe, & ſtaſſe fora per vn meſe continuo, in tali caſu voglio che ſia ſubito priuata di detta adminiſtratione, e dominio,* adeò quod cum ipſa priùs relicta fuiſſet tutrix, & vſufructuaria à teſtatore, & indè caſus ſubſequutus, quod ipſa vxor abeſſet à dicto loco per menſem, inſteterat contutor pro priuatione tutelę, & adminiſtratione illius, atque dominij in Regia Audientia Calabriæ, Citra, & capta informatione de prædictis dubitari cōtingit quid

quid

quid iuris, cum verba eſſent clara, & aperta teſtamenti id proferentia, ex quibus reſultare videbatur regula illa iuris, diſponat teſtator, & fiat lex, §. *diſponat, auth. de*
1 *nupt.* & ſucceſſiuè voluntas teſtatoris ſeruanda eſt ſicut lex, *poſt Iid. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 61. Prœſ. de Franch. deciſ. 1.*
2 *num.* 12. nàm teſtamentum à ſola voluntate teſtatoris pendet, *Arumæus deciſ. 9. nu. 39.* & voluntas in teſtamẽto dominatur ſicut Rex in Regno, *vt ibi num.* 6. & in illas ante omnia teſtatoris voluntas inſpicienda, *idem deciſ. 2. num. 24.*

Pro conuenta dicebatur legatum prædictum ſibi non opitulari, cum ſit contra
3 ius factum, & eatenùs teſtatoris voluntas pro lege habetur, quatenùs cum lege ſe concordat, quia cenſetur tùnc cum lege concordare, àliàs ſecùs, *Prœſ. de Franch. deciſ. 651. num. 7.*

Et ità intelligitur illud de voluntate teſtatoris, quod ſit lex, quod procedit in ijs, quæ ab ipſius voluntate dependet, cæ-
4 terum non poteſt teſtator facere quo minus in ſuo teſtamento locum habeant, *l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. Clarus vbi ſupra, Villagut deciſ. 4. num. 6.*

Sed teſtator priuando tutela, eius vxorem, ac dominio legato ob non implementũ dictæ conditionis iura abhorrent, ex infra dicendis, poſtquàm de iure tute-
5 la filiorum ad matrem ſpectare, præcepit Imperator, vt præferatur omnibus legitimis, & datiuis tutoribus, exceptis teſtamentarijs, *Auth. matri, & auiæ, C. quãdo mul. tut. offic. fungi poteſt, Afflict. deciſ. 281.*

Et in caſu noſtro pariter in teſtamento fuit ipſa tutrix relicta, licet inſimul cũ alio præferri ſemper debet, vt concludit *ibi Gloſ. verſ. teſtamentarijs, Vrſill. deciſ. 183. num. 2.*

Et dùm tutela à iure permiſſa ſuſcepiſſet, ab ea talis adminiſtratio euelli non poterat, niſi in caſu à iure permiſſo, ſci-
6 licet per tranſitum ad ſecunda vota, *Auth. ſacramentum, C. quando mul. tut. offic. &c.* vel ſi luxurioſè vixerit, *Guttier. in tract. de tutelis par. 1. cap. 9. num. 20.* quæ ceſſabant in caſu noſtro.

7 Sed dubium erat reſoluendũ, ſi ob talem inobſeruantiam amittebat commodum dominij, atquè legatorum, ad quod *Io. Anton. de Ferrar. in ſua praxi in forma libelli pro legat. rei ſingul. in princ. num. 16.* poſuit quæſtionem in ſpecie, nempè quod ſi teſtator legauerit, vel aliquem hæredem inſtituerit eo tenore, ſcilicet quod venire debeat ad ſtandum in certo loco, an priuetur hæreditate, vel legato ſi non venerit ad habitandum in ipſo loco, ſe refert ad dicta in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in *Gloſ. ſi habitaculum, per totum,* vbi
8 in principio concludit tale legatum non ſubſiſtere, cum videatur libertas impediri, vt non poſſit alibi habitare, *l. Titio centum, §. 2. ff. de cond. & demonſtr.* & nihil enim multum à ſpecie ſeruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi, *l. 2. ff. de lib. hom. exhib.* tamen arguendo pro, & contra, licet in fine diſtinguat, ſi per modum, vel per conditionem, quod nõ eſt in caſu noſtro, tamẽ in principio iuxtà mentem *Bart. in l. qui concubinam, §. vxori, ff. de legat. 3.* cõcludit, quod ſi adijciatur per modum obligationis, reddit obligationem nullam, quia eo caſu eſſet ſpecies ſeruitutis, & infringeret libertatem hominis, vt eſt in caſu noſtro, ſi rectè ponderẽtur verba teſtamẽti vt ſupra relata, quemadmo-
9 dùm etiã pactum quo quis promiſit perpetuò ſe non receſſurum à tali loco ſeruitutem quandam importat ſpeciem, *Afflict. in Conſtit. Quia frequentèr, num. 3. Capyc. deciſ. 135. num. 4.*

10 Accedebat prædictis, quod dato, & nõ conceſſo, quod iſta vxor teneretur morari in aliquo loco, tamen ſubſiſtẽte aliqua legitima cauſa excuſaretur, vtiq; & legatum procul dubio conſequeretur, vt latè proſequitur *Borgn. Caualc. in tract. de vſufr. mul. rel. ſub num. 138.*

11 Exemplo oſtenditur in loco vbi æris intemperies viget, nàm aeris intemperies eſt iuſta cauſa non morandi in aliquo loco, ex *Pariſ.* probat *Paul. Zacchia in quæſt. Medicolegal. tom. 1. lib. 5. tit. 4. num. 3.* & ibi plura differit circa hoc, hinc eſt, quod le-
12 gatum cum onere morandi in loco debetur, ſi ibi mora trahi nõ poteſt, ex *Bart. in l. Caio, §. Imperator, nu. 2. ff. de aliment. leg.* probat *Altius in tract. de infirm. par. 1. rub. 41. num. 9.* at in facto iſto enarrato mulier iſta allegabat, quod de conſilio eius Medici, diſceſſerat à loco ipſo ob eius infirmita-
13 tem, quæ eſt tutiſſima cauſa excuſandi, *Carau. in ritu 269. num. 24.* & eſt potiſſima cauſa tranſmigrandi ad aliam partem, *Zacchia vbi ſupra num. 4.*

14 Et cum ipſa eſſet Neapolitana, & cauſa tutelaris erat in Sac. Conſ. fuit per Regiam Audientiam ad relationem Auditoris Fornies deciſum, quod cauſa ipſa remitteretur ad Sacr. Conſ. penès Villanum Actuar. Sed in effectu iura videbantur ſuffragari eidem vxori, ex quo pactũ factum vxoribus, quod ſemper morã tra-

15 here

15 here debent in domibus mulierum, aut aut parentũ certi loci licet teneat, tamen ſi aliud excuſabile contingerit fortè infirmitas intemperies, vel inimicitiæ ſecus erit, ex *Hoſtienſ. Capell. Tholoſ. & Aufrer. in addit.* probat *Ioan. Arnon. epit. 32. quotidiè.*

### *SVMMARIVM.*

1 Pragm. odia litium *expenditur, ac ſeq.* de arbitr.

2 *Curia Regiarum Prouinciarum dicitur Curia Principis.*

3 *Regiæ Audientiæ quaſiuerunt cognitionẽ omnium cauſarum, quæ ad M. C. ſpectabant.*

4 *Regiæ Audientiæ poteſtatem ordinariam habent in tota Prouincia.*

5 *Grauatus per ſententiam Arbitri, adire poterit Iudicem loci, & quid ſi allegaret læſionem aliundè.*

6 *Iudex loci eſt Iudex inter eos, qui in eo loco litigant.*

7 *Iudex ordinarius cenſetur quando ei committitur Vniuerſitas negotiorum per habentẽ poteſtatem.*

8 *Iudices, & Aſſeſſores locorum ſunt ſicut Iudices M. C. V. qui habent iuriſdictionem ordinariam.*

9 *Iudex ordinarius dicitur qui futurus erit Iudex cauſæ.*

10 *Iuſtitiarij olim non propriæ iuriſdictionem habebant, ſed potiùs comendatam.*

11 *Præſides Prouinciarum habent merum imperium vt pars Regiæ Curiæ.*

12 *Iuſtitiarij in delictis iuriſdictionẽ habebant in ciuilibus ob defectum Baiulorum, & Camerariorum.*

13 *Appellatur ad Iuſtitiarium in Terris Baronũ.*

14 *Auditores Prouinciales in primis cauſis, an habeant iuriſdictionem.*

15 *Extrahi nequeũt ciues à diſtrictu incolatus pro primis cauſis.*

16 *Appellationes inferiorum deferuntur Regijs Audientijs, & gradatim ad earũ Superiores.*

### ARGVMENTVM.

Appellatio à laudo promulgato in loco vbi reſidet Audientia Regia, an ad ipſam admicti debeat vel ad Magn. Cur. aut Sacr. Reg. Conſ.

### CASVS IV.

1 DVbitari contingit in Regia Audientia Calabriæ Citra exiſtente *Regia Pragmatica in Regno incip. Odio litium, de Arbitris*, per quam diſponitur eſſe compromictẽdas cauſas conſanguineorum, & ſi contingerit aliquam partem grauatam eſſe ex laudo ad eundem eſſe Iudicem loci, vbi tale laudum fuerit latum, & quòd auditis primis arbitris infra menſem de dicta grauaminis cauſa ſine figura iudicij viſa facti veritate, & ex eiſdem actis procedat, &c. vt in ſequenti alia *Pragmatica incip. Et ſi aliqua partium*, vbi in fine concluditur, poſtquàm executiones Sac. Conſ. vel deputandus ab eo, vel Mag. Cur. de pretenſo grauamine cognoſcat, &c. vt quoq; aduertit *Io. Arnon. comment.* 106. Accidit, quod cum fuiſſet laudum promulgatum in Ciuitate Cõſentiæ, vna partium ſentiens ſe grauatam appellauit ad Regiam Audientiam, altera verò partium prædictis obſtabat, annuens talem appellationem ſpectare ad Sacr. Conſ. vel ad Mag. Cur. iuxtà formam verborum Pragmaticæ, idcircò fuit dubitatum quid iuris.

Pro appellante adducebatur doctrina *Carau. in ritu* 232. *nu.* 5. dicentis, quod Cu-
2 riam Audientiarum Principis, Curia dicitur, *vbi num. 5. ſubhellis*, quod hodie Re-
3 giæ Audientiæ quæſierunt cognitionem omnium cauſarum, quæ ad Mag. Cur. ſpe-
4 ctabant, adeò quod Reg. Aud. poteſtatẽ ordinariã in tota Prouincia habent, *Danza de pugna Doctor. tom. 1. tit. de poteſt. ad modum belli, cap. 7. num. 25.*

Pro altera parte producebatur diſpoſitio allegatæ Pragmaticæ optimè ponderatæ per *Marant. in ſpecul. par. 6. in 2. actu de appellat. num.* 273. vbi notabilitèr conclu-
5 dit, quod qui ſe grauatũ ſenſerit per ſententiam Arbitri, poterit adire Iudicem illius, ſi verò allegaret læſionem aliundè, tunc Iudex poterit admictere nouas probationes, & iuſtificare ſentẽtias, & ſi poſt ſententiam latam per Iudicem voluerit ſe grauare non auditur vlteriùs ad impediendam exequutionem, ſed fiat exequutio realis cum effectu præſtita cautione per vincentem de reſtituendo in caſu reſtitutionis, & tunc cauſa reuidetur ſolùm in Sacr. Conſ. vel in Mag. Cur. vel coràm deputando ab eis tertio loco, non in alia
6 Curia, &c. Iudex nunquàm loci dicitur ille, qui præeſt in illo loco, & ei commiſſa eſt poteſtas ordinaria à Superiore, & talis

Iudex

Iudex loci debet eſſe Iudex inter eos, inter quos litigatur, *Praſ de Franch. dec. 388. num. 5.* Ordinarius autem Iudex dicitur ille, qui eſt creatus à Principe, Papa, Imperatore, & alio Superiore habente poteſtatem concedendi ordinariam iuriſdictionem, vt præſit vniuerſali iuriſdictioni alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ, eo enim
7 ipſo, quod alicui committitur Vniuerſitas negotiorum per habentem poteſtatē, cēſetur ordinarius, *Marant. in d. ſpec. par. 4. diſt. 5. num. 2.* vt ſunt omnes Iudices Aſſeſ-
8 ſores locorum ſicuti Iudices Mag. Cur. qui habent ordinariam iuriſdictionem, *Praſ. de Franch. deciſ. 143. nu. 8.* & ſic hic Iudex loci ordinarius dicitur ille, qui futu-
9 rus eſſet Iudex cauſæ, quod etiam de iure communi diſponitur, vt inquit *Borrell. ſuper d. pragm. de compromiſſ. §. 7. gloſ. 7. nu. 6.*

Sed Regia Audientia, quæ conſiſtit in vno Præſide Prouinciæ, & tribus Auditoribus, ac Fiſci Patrono, & Procuratore fiſcali, dictus Præſes Iuſtitiarius Prouinciæ
10 dicebatur in Regno, & ſuos habebat Iudices, qui ſiquidem Iuſtitiarij nō propriæ iuriſdictionem habebant, ſed potius commendatam, *Gloſ. in procem. Conſt. in prin. ſuper verbo gladium, verſ. & ideò Curiam Magi-*
11 *ſtri*, & ipſi velut Prouinciarum Præſides habent merum imperium, vt pars Regiæ Curiæ, *Gloſ. vbi ſupra, verſ. & eſt de mero,* propterea officium ſpectabat cognoſce-
12 re, & punire omnia delicta vbi veniret imponenda pœna mortis, mutilationis membri, etiam deſpreta defenſa, & deportatione armorū, de cauſis verò ciuilibus in defectum Baiulorum, & Camerariorū, & Baronum habentium ciuilem iuriſdictionem, vt in *Conſtit. Iuſtitiarii nomen,* vbi *Afflict.* ex *Andr.* notat *verbo cognitionem*, habeat iuriſdictionem in ciuilibus implicitam, ideſt non exercitium iuriſdictionis, ſed in iuriſdictionem, quare Iuſtitiarij, & Iudices non cognoſcunt in ciuilibus cauſis, nec principalitèr, nec incidentèr, niſi eſſent in defectum Baiuli, vel Secreti, nec appellationem in Terris demanij, vbi à Baiulo appellatur ad Camerarium, ſeu Secretum à Secreto Camerario ad Magiſtrum Iuſtitiarium, ſed in Terris
13 Baronum appellatur ad Iuſtitiarium, *Iſern. in Conſtit. Iuſtitiarii per Prouincias, verſ. deindè iſtud,* & ſubdit *Camp. in capit. Regni Inimicit, num. 22.* quod ad Iuſtitiarium non ſpectat cognoſcere de cauſis ſpectantibus ad Baiulos, & Iudices pedaneos, niſi per viā denegatæ, vel neglectæ iuſtitiæ, quo caſu poteſt facere comutationes vt infra terminum præfixum cauſam expediat, & ſic
14 notat *num. 49.* contra Prouinciales Auditores, qui dicunt, quod in primis cauſis habent iuriſdictionem cumulatiuam cū dominis Terrarum, ex quo hic prohibetur Iuſtitiarijs cognoſcere, & ſic priuatiuè, nàm adtenta *Regia Pragmatica Ferdinandi Regis* diſponēte, quod in primis cau-
15 ſis nō poſſunt extrahi extra diſtrictū proprij incolatus, ſed demū mutato nomine ex Regia Audiētia inſtituta in vnaquaq; Prouincia, à Ferdinando Primo Rege in *pragm. 2. vbi de delict. quis conuen. deb. Gram. deciſ. 30. num. 9.* ſtatutum fuit Gubernatoribus, & Auditoribus Prouinciarum licere cognoſcere de cauſis appellationum interponendarum per Prouincias, ab eo-
16 rum ſententijs appellatur gradatim ad Superiores, vt in *pragm. 7. de offic. S. C. incip. Pro minori*, vnde dixit *Muſcatell. in praxi S. C. lib. 2. par. 1. gloſ. in forma, num. 111.* quod Sacr. Conſ. Reg. Cam. Sum. Mag. Cur. Vic. & Regiæ Audientiæ ſunt in Regno Iudices ordinarij appellationum.

Et ità cernitur in Prouincijs Regiam Audientiam eſſe Iudicem appellationum cauſarum ciuilium, non tamen Iudicem ordinarium loci, quare cum fuerit appellatum ad Iudicē loci à laudo iuxtà Pragmaticas terrio loco erit S. C. & Mag. Cur. vt ibi diſponitur, & reſeruatum eſſe videtur, non autem Regia Audientia, quibus ſic ponderatis, cumq; eſſet compertum in proceſſu extare prouiſiones ambarum partium, fuit deciſum per Regiam Audientiam, referente Auditore Franciſco Antonio Rocca de menſe Iulij 1611. vt partes aderent Mag. Cur. Vic. penès Villanum Actuar.

S V M M A R I V M.

1 *Tributum elargitur Regi de iure.*
2 *Tributum ab omnibus debetur.*
3 *Tributum præſtari debet in loco originis, qui eſt naturalis.*
4 *Ciuis originarius qualitèr dicatur.*
5 *Inſtitutū naturale eſt vt patriæ, ac parentibus pareamus.*
6 *Munera ſubiri debent in patria.*
7 *Veritatem nequit mutare recuſando eius patriam, neq; mentiendo.*
8 *Municeps efficitur vel ex propria natiuitate, vel paterna.*
9 *Ciuis munera præſtare tenetur in propria patria.*
10 Pragm. 1. de appretio producitur.
11 *Habitantes in Ciuitate, ſi bona habuerint in diuerſis*

*diuerſis territoriis, qualitèr teneantur contribuere in ſubſidiis.*

12 *Tributum an, & quomodo ſoluendum ſit ob diuerſitatem locorum.*

13 *Statutum loquens in caſu vero, non procedit in caſu ficto.*

14 *Statutum loquens de hærede, intelligitur de vero hærede.*

15 *Statutum loquens de contumace, intelligitur de vero, non ficto.*

16 *Habitare dicitur qui cum familia, & bonis habitat.*

17 *Differentia, quæ ſit inter habitantem, & habitatorem.*

18 *Habitatio ſola non facit domicilium.*

19 *Incola quis dicatur.*

20 *Habitator non dicitur, etiam ſi per mille annos ſtetiſſet, niſi habeat animum ibi permanendi perpetuò cum maiore parte eius familiæ.*

21 *Animus probari difficile ſit.*

22 *Patriam ſuam relinquere impium eſt.*

23 *Incolæ velut dicitur qui in territorio alieno habitat.*

24 Text. in l. eius, §. ſi quis negotia, ff. ad municip. *ponderatur.*

25 *Domicilia plura quis habere non poteſt.*

26 *Onera ſubire quis debet tàm in loco originis, quàm domicilij.*

27 *Cauſa originis potior erit, ſi vtraque Ciuitas onera imponeret ſimul.*

28 *Originarius licet alibi habitat, tenetur ad munera perſonalia, & ipſum poſſit ab Vniuerſitate vendicari.*

29 *Expreſſio notabilis eſſe debet, vt impetratio à ſubreptione, & obreptione ſaluetur, nec ſufficit in genere.*

30 *Deciſio cauſæ.*

## ARGVMENTVM.

Habitans in alieno territorio, an teneatur ad ſolutionem munerum perſonalium, atque realium eius patriæ, ſeù Caſalis.

## CASVS V.

ABſtinere nō potui ab onere ſcribendi ſuper articulo ſequenti rogatus, atquè requiſitus pro elucidatione illius, vt ex ſequentibus oſtenditur: Antonius Canarecta originarius ciuis Caſalis Malleorum Prouinciæ Calabriæ Citra, (dùm ibi aliquando motam gerebā annis præteritis) in pertinentijs, ſeù territorio Donnici propè Ciuitatē Coſētiæ, vt illud culturę daret, habitationē proprię patrię derelinquendo ibi habitabat, prętendens nullo iure teneri ad ſolutionem munerū perſonalium, neq; patrimonialium, attenta aſſerta habitatione in Ciuitate Coſentiæ, prouiſiones obtinuit in ſui fauorem per Reg. Cam. Summarię, nè moleſtaretur à prędicto Caſali, ſtante quod non fuit in vltima numeratione dicti Caſalis pro eius foculari aſcriptus, & habitatione in Ciuitate prædicta, nec etiā pro bonis ob promiſcuitatem territoriorum.

Tamen ad fundandam Caſalis prædicti intentionem, ne ſuo iure fraudari videatur, rogo infraſcripta breuitèr ponderari, ex quibus omni iure concludi non ambigitur, ipſum cogi debere ad ſolutionem munerum mentionatorum.

1 Tributum itaq; Regi ſoluendum eſſe
oſtenditur in *cap. tributum* 23. *quæſt.* 8. cum
ipſum detur ratione ſubiectionis in recognitionem dominij, *vt ibi Gloſ.* refert, &
proindè redenda ſunt, quę ſunt Dei Deo,
& quæ ſunt Cæſaris Cæſari *Luc. cap.* 20.
2 Itemq; ab omnibus exoluendum erit,
vt demonſtratur in Euangelio *Lucæ* 2.
exijt edictum à Cæſare, vt deſcriberetur
vniuerſus Orbis, ideſt vt quilibet deſcriberet bona ſua, vt explicat *Gloſ. in princ. Inſtitut. verbo Cæſar.*
Sed in quo loco præſtari debeat explo-
3 rati iuris eſt præſtari debere in loco ori-
ginis, qui eſt locus naturalis, *l. aſſumptio,*
*ff. ad municip.* aſſumptio originis, quæ non
eſt veritatem naturæ, non perimit, & in
§. 1. *filius Ciuitatem*, ex qua pater eius naturalem originem ducit, & in *l. libertus*, §. *in*
*adoptiua*, ibi, *Apud originem, aut quoquè natu-*
4 *ralis reſpondere*, vndè benè ciuis verè di-
citur originarius, *Carpan ad Conſtitut. Mediol. tom.* 2. *cap.* 218. *num.* 70. & cum ſit natu-
5 ralis, naturale eſt inſtitutum, vt patriæ, &
parentibus pareamus, *l. veluti, ff. de inſtit. &*
6 *iure*, ibiq; etiam munera ſubire, *l. ordine*,
§. *ius originis in honoribus ſubeundis, ac muneribus ſuſcipiendis, ff. eodem*, quo fit, vt neque
7 recuſando quis patriam, ex qua oriundus
eſt, neq; mentiendo de ea, quod non habeat veritatem mutare poteſt, *d. l. aſſum-*
8 *ptio*, tùnc enim natura efficitur municeps,
vel propriè, vel paterna, *l.* 1. *ff. eodem*, & ſecundum propriam ſignificationem ciuis
venit originarius tantùm, *Vrſill. deciſ.* 384.
9 *num.* 7. & non mirùm ſi nedum perſonalia
munera ibi præſtare tenetur, ſed paritèr
patrimonialia, & ſi alibi domicilium cō-

ſtituerit,per *text.in l.vnica,C.de mulier.& in*
*quo loco, lib.*10. ibi , *Patrimonij verò munera*
*neceſsè eſt in ijs locis, in quibus poſſidet ſub-*
10 *ſtinere*,cui adſtipulatur *pragmat.*1 *de appre-*
*tio*,vt ibi bona tenentia ſolui debeant vbi
bona sūt ſita,etiā ſi alibi incolatū habue-
rint , & ità ſingularitèr determinat *Guido*
*Papæ deciſ.396. in princ.* vbi habitantes in
11 aliqua Ciuitate , ſi bona habuerint in di-
uerſis territorijs,& mandamentis,tùnc li-
cet ipſe credat non debere contribuere
in ſubſidijs in diuerſis locis , ſed ſolùm in
loco illo domicilij debebit,tamē in pere-
quatione haberi reſpectus ad bona , quæ
alibi poſſident , ſed *Apoſtilla ſuper verbo*
12 *non refert*,id verum eſſe putat, ſi tributum
ſolueretur de illis in loco vbi res ſitæ sūt,
per *l. priuata, C.de excuſ.mun. lib.*10. ſed ſi
alibi tributum de ipſis rebus non ſolue-
retur,& collecta imponitur ab eo,qui ha-
bet iuriſdictionem vtrobiq; ſolui debet,
ſi verò imponitur ab eo , qui non habet
iuriſdictionē vtrobiq; , & tùnc pro rebus
ſitis extra territorium illius ſolui nō de-
bet , quæ ſiquidèm diſtinctiones ſi rectè
ponderentur, ad propoſitum noſtrū con-
ferre videntur,poſtquā non apparet con-
uentum ſoluere aliquòd tributum in Ci-
uitate Coſentiæ,ſed potiùs ſoluiſſe Caſali
Malleorum,imò annis decurſis dùm fuiſ-
ſet in dicta Ciuitate Coſentiæ factum æſti-
mum,*vulgo lo taglione*,non apparet connē-
tum fuiſſe talleatū, vt ex fide in actis pro-
ducta patet .

Pars verò intentionem ſuam fundare
nititur in habitatione quam probare fa-
ciliùs poterat,pro corroboratione proui-
ſionum Regiæ Cameræ, quæ conditiona-
litèr loqui videntur , ſcilicet habitādo in
Ciuitate Coſentina non teneri ad contri-
butionem onerum pro foculari in Caſali
Malleorum , & attenta tali habitatione
ob promiſcuitatem territoriorū ad one-
ra patrimonialia,quæ omnia tendunt cir-
ca habitationē aſſertam,quæ ſi rectè pon-
derentur, eius intentio longè diſtat à fa-
cti ſerie,poſtquàm habitatio prætenſa,no
verè habitatio dicitur, ſed ficta ex ſequē-
13 tibus, nàm ſtatutum loquēs in caſu verò,
non habet locum in caſu ficto , *l.3. §. hæc*
*verba, ff. de negot.geſt.* cū alijs apud *Coſtam*
*de retrotract.reg.5.ad cap.2.num.2.* vt putà ſi
14 loquatur de herede, erit intelligendū de
vero hærede, *Cauenſ. in ritu 286.num.12.* &
15 loquens de contumace,de vero,non ficto
intelligeretur, *Gram.conſ.15.num.27.*ſic de
habitantibus loquens, & hoc ponderat
*Carau.in ritu* 301.ad declarationem prag-
16 maticæ , quoniam habitare dicitur qui
cum familia, & bonis habitat, *Caroec. vbi*
*ſupra num.27.Gram.deciſ.87. Foller.in pract.*
*crim. rubr audiant.excuſat. num.*114. *Carpan.*
*ad ſtatuta Mediol. tom.1.cap.1.num.140. cum*
*ſeq.* quæ ſiquidèm ceſſat in caſu noſtro ,
dùm nec cum bonis,nec cum familia ha-
bitabat,vndè dicebatur habitator ex dif-
17 ferentia tradita per DD.inter habitantē,
& habitatorem, poſt *Carau. vbi ſup. nu.*37.
*Vrſill. ibidem num. 6. Carpan. ad ſtatuta Me-*
*diol. tom.2. cap.375. num.97.* ſola enim ha-
18 bitatio non facit domicilium,*Gloſ.in l.3.*
*C de incol. lib.*10. & ſic non verè dicebatur
habitās,ſed fictè,neq; verè incola dici po-
19 tuerat.nàm is dicitur,qui ratione domi-
cilij habitat,quod habet in Ciuitate ani-
mo ibi manendi , vt tradit *Carau. loco al-*
*legato num. 29. Carpan. cap. 218. num. 70.*
*tom. 2.*

Cæterū ſi animus detegeretur redeun-
20 di, non diceretur habitator , etiam ſi per
mille annos ſtetiſſet,*Vrſill.in d.deciſ.num.3.*
& ſic ciuis non efficitur per habitationē
longeuam , nec de iuriſdictione illius lo-
ci, niſi habeat animum ibi permanendi
perpetuò cum maiori parte eius familiæ,
quod probari debet, *Carpan. d tom.2.cap.*
218.*num.*87.

21 Licet animū probare difficile ſit, *Gloſ.*
*in Conſtit. Edictorum,verſ.item probatur.*

Probatur tamen per extrinſeca , *Andr.*
*in Conſtit. Aſperitatem* .

Ex facto igitur noſtro animus redeun-
di colligebatur ex pluribus , ſuppoſita
prius iuris præſumptione,nempè affectio-
ne patriæ , nàm dulcis eſt amor patriæ, &
22 dulce videre ſuos,vndè patriam ſuam re-
linquere impium eſt, *Gloſ. in l.vnica, C. de*
*municip.lib.*10.tantò magis cum nō ſit iſte
conuictus ob aliquod delictum condem-
natus,ad hoc vt extra patriam commora-
ri deberet, nequè ad exilium extra ipſam
poſitus .

Secundò cernitur animus redeundi ex
emptione nonnullorum ſtabilium bono-
rum in facto oſtenſorum in dicta Terra
Malleorum, quæ fratribus eius colenda
deſeruit , quo caſu ibi habitare videtur ,
qui habet fratrē,qui ſubſtinet onera,licet
ipſe ſit abſens, *Vrſill.vbi ſup.num.*5.

Terciò colligitur ex eius habitatione
in quadam Turri conducta extra Ciuita-
tem Coſentiæ , ratione culturæ agrorū, &
23 hoc caſu non dicitur verè incolæ,ſed ve-
lut incola , qui alieno territorio habitat,
*Gloſ.in l.3. C.de incol.lib.*10.

Quartò,ex parentela quam ibi habet,&
aditu

aditu quotidiano, dùm ipſe conuentus
emerat,& vendiderat, & dies feſtiuos ob-
ſeruabat in dicto Caſali, propter quod
clariſſimè demonſtratur eius animum
eſſe redeundi,domiciliumq; ibidem con-
ſtituere potiùs quã in Colonia, vt deter-
24 minat *I.C.in l.eius,§ ſi quis negotia.ff.ad mu-
nicip.* ibi, *Magis domicilium habere dicitur,
quam vbi colendi ruris cauſa*, & dato citra
veri præiudicium, quod domicilium in
Ciuitate Coſentiæ haberet, tamen negari
25 non poteſt quin aliquis duo domicilia
in duobus locis habere poſſit, ſi vtro-
biq; ibi ſe inſtruxerit, *l.aſſumptio,§.penult.
ff.ad municip.*tamen in caſu iſto tàm in lo-
26 co originis, quam domicilij, ſeù incola-
tus onera ſubire debet,*l.vnic.C.de municip.
lib.*10.vbi *Gloſ notab.* hoc ponderando cõ-
27 cludit, quod ſi vtraq; Ciuitas munera ſi-
mul imponeret, potior erit cauſa origi-
nis,& id confirmat, *text. in l.ciues, C.de in-
col. lib.*10. alitèr ſi ab aliqua ipſorum pro-
uocaretur ad ſolutionem, quæ primo vo-
cauit præfertur, vt in caſu iſto, dùm con-
uentus fuerat ab ipſo Caſali primo inter-
pellatus,quod etiam in perſonalibus mu-
neribus admitti non dubitabatur, poſt-
28 quã originarius licet alibi habitet, tene-
tur ad munera perſonalia, & Vniuerſitas
poſſit ipſũ vendicare, *Montanar.in prag.*2.
*num.*334.*de admin.Vniuerſ.*

Sed quid plura ſi conſideremus verba,
& tenorem prouiſionum prædictarũ clarè
conſtat ipſas eſſe ſubreptitias, cum in eis
nulla ſit mentio de ſolutionibus pro fo-
culari,vel contributione onerum pro bo-
nis, ſed ſimplicitèr aſſeritur ipſum nõ ha-
bitare,nec fuiſſe focularem deſcriptum
in dicto Caſali, ſed habitari in Ciuitate
Coſentię,vtiq; ſi expreſſiſſet in Regia Ca-
mera illud,nec ille, nec iſte ſoluere cum
non ſit exẽptus,vtiq; non obtinuiſſet pro-
uiſiones ipſas,eo quia Principi qualitates
omnes ſunt exprimendæ, quibus moueri
poſſet ad non concedendum, ſeù diffici-
liùs concedendum, & ad hoc vt ſaluetur
29 impetratio à ſubreptione, & obreptione
requiritur fieri, ſeù quod facta ſit notabi-
lis expreſſio,nec ſufficeret in genere fieri,
*Grammat. deciſ.*59.*num.*57.*&* 58. quapro-
pter ex ijs notoriè conſtare cernitur, de
iuſtitia, & iuribus Caſalis prædicti, ita
vt omni iure conuentus ad ſolutionem
munerum prædictorum compelli poſſit,
& ſic continuare ſolutiones in futurum
prout ſit ſupplicatur, vt Deus.

*Io Baptiſta de Thoro.*

30 Tandem ad relationem Franciſci Antonij Salinas Auditoris die 23. Martij 1613. fuit per Regiam Audientiam Iudicatum in beneficium dictæ Vniuerſitatis Malleorum contra ipſum Conuentum, penès Villanum Actuar.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtamenti factio publici iuris eſt,non priuati.*
2 *Intereſt ſuprema hominum iudicia exitum habere.*
3 *Tabulæ teſtamenti aperiri debent.*
4 *Apertura teſtamennti publicati fidem facit, etiam ſi originalis ſcriptura ſit deperdita.*
5 *Forma publicandi teſtamentum qualitèr fiat.*
6 *Teſtamenta olim coràm Prætore aperiebãtur. Indè coràm Magiſtro cenſus num.*7. *Hodiè coràm defenſore, num.*8. *& qualitèr extra Romanam Curiam,& in Prouincys,num.*9.
10 *Teſtamenta coràm Iudice ordinario,vel Delegato aperiuntur.*
11 *Forma aperiendi teſtamenta refertur.*
12 *Teſtamenta debent coràm Iudice ſeculari aperiri,non autem Eccleſiaſtico.*
13 *Teſtamentum à laico conditum, etiam ſi clericus ſit inſtitutus, ſi fuerit coràm Iudice Eccleſiaſtico apertum,apertura erit nulla.*
14 *Teſtamentum fieri poteſt coràm Parocho, & duobus teſtibus de iure canonico.*
15 *Teſtamentum eſt de iure gentium.*
16 *Teſtamenti factio eſt de iure ciuili,& qualitèr.*
17 *Poteſtas teſtandi eſt de iure ciuili,& qualitèr.*
18 *Teſtamentum ſi non fuerit ſignatum ſignis ſeptem teſtium, non diceretur teſtamentum.*
19 *Teſtamentum ob ommiſſas in eo ſollemnitates debitas, & à iure requiſitas prorſus corruit, & nullius eſt roboris.*
20 *Teſtamentum coràm Notario, & teſtibus non lectum,non valet.*
21 *Sollemnitas iuris ciuilis eſt, teſtamenta condere coràm Notario,& ſeptem teſtibus cum ſigillis.*
22 *Publicatio teſtamenti fieri debet coràm Iudice ordinario.*
23 *Citari debent ij, quorum intereſt in apertura teſtamenti.*
24 *Citari debent teſtes vt veniant recognituri ſua ſigilla.*
25 *Publicatio teſtamẽti eſt neceſſaria ad illius validitatem.*
26 *Teſtamenti publicatio ſi non fiat coràm Iudice, & teſtibus omnibus, non facit fidem, nec valebit.*
27 *Teſtamenti factio eſt voluntariæ iuriſdictionis.*
28 *Teſtamenti factio eſt publici iuris,& nemo ſibi adimere poteſt.*
29 *Poteſtas teſtandi à iure ciuili inducta.*

30 *Stante ſtatuto,quod teſtamenta debent inſinuari, aliàs ſint nulla, ſi hæres laicus illud inſinuari non curauerat, erit nullum.*

31 *Clericus coràm Iudice ſeculari conuenitur in teſtamenti inſinuatione.*

32 *Onus inſinuationum teſtamentorũ publicationum clericis vetitum eſt.*

33 *Citationes ordinare ad executionem teſtamentorum vetita ſunt clericis,& laicis.*

34 *Officium Epiſcopi eſt monere,adhortare, vigere deputatos ,vt voluntates teſtatorum adimpleant,aut renuntient.*

35 *Epiſcopus executor eſt in cauſis pijs aliis hæredibus,vel executoribus à teſtatore deſignatis.*

36 *Epiſcopus non poteſt accedere ad executionem vltimarum voluntatum, donec vnus teſtamẽtarius executor ſupereſt.*

37 *Apertura teſtamenti fieri poteſt coràm Vicario Epiſcopi, ſi in eo adſint legata pia, & qualitèr.*

38 *Prætoris officium eſt cogere ſignatores teſtamenti,& ſigilla ſua recognoſcere.*

39 *Iudex mittit Nuntios ad ſuſcipiendum iuramenta teſtium in teſtamentis deſcriptorum.*

40 *Deciſio Regiæ Audientiæ de hoc producitur.*

41 *Teſtes poſſunt ſubrogari loco aliorum in apertura teſtamentorum.*

42 *Teſtamentum non dicitur ad pias cauſas factũ quando hæres inſtitutus eſſet extraneus, & ſecularis perſona.*

ARGVMENTVM.

## Teſtamentum conditũ à Vicario Epiſcopi coràm ſeptem teſtibus Clericis,& Notario, an à Iudice ſeculari, vel Eccleſiaſtico debet aperiri.

CASVS VI.

CIrca teſtamentũ conditum per Vicariũ Epiſcopi Biſiniani iuxta formã iuris ciuilis in ſcriptis coràm ſeptẽ teſtibus Clericis, & Notario, heſitatum fuit in Regia Audientia Calabriæ Citra, ſi poterat aperiri ab Epiſcopo, vel à Præſide Prouinciæ, ſiue Officiali Regio exiſtente tali controuerſia inter eos, & ſuppoſita ante omnia deciſione; *text. l.3. ff.de*
1 *teſtament.* quod teſtamenti factio non priuati,ſed publici iuris ſit,vndè publicè in-
2 tereſt ſuprema hominum iudicia exitum habere, *l.vel negare,ff.quemadm.teſtam. aper.* qua de re pernecesſè erit,quod tabulæ teſtamenti aperiantur,ad *tex. in l.cum ab initio, ff.eodem*, & circa iſtam aperturam, ſeu publicationem teſtamentorum ſunt plura conſideranda; & Primò,per quos peti, & inſtari debeat, vt tabulæ aperiantur, concludit *text. in l.1. ff.eod.* omnibus qui-
3 cumq; tabulas teſtamenti inſpicere, vel etiam deſcribere, inſpiciendi, deſcribendiq; poteſtatem facturum ſe prætor pollicetur. Secundò principalitèr talis aper-
4 tura teſtamenti publicati fidem facit,etiã ſi originalis ſcriptura ſit deperdita, iuxtà *text. in l.2. C. de teſtam.* concordat *Gloſ. in cap. cum in iure peritus, de offic. deleg. verſ.in iugo,* vbi *Gloſ.ſuper verbo publicati,& in l.repetita, C.de Epiſc. & cler.* tradunt formam
5 publicandi teſtamentũ, vt fiat coràm Iudice ordinario, *l. teſtamenta omnia, C.de teſtam.* poſtquàm antiquitus coràm Præto-
6 re tabulæ teſtamentorum aperiebantur, *l.1. & l. cum ab initio, & l.ſed ſi quis, eod. tit.* deindè tempore iuris Codicis inſtitutum
7 fuit,vt coràm Magiſtro cenſus aperirentur, *d.l.teſtamenta omnia,* vbi *Gloſ. verſ.translatio, Bellam.conſ.1.num.26.* ſed hodiè corã
8 defenſore Ciuitatis per nouellam *Auth. in §.nulla, Auth.de defenſ.Ciuit.*& licet *text. in d.l teſtamenta omnia,& l.omnium,*procedãt
9 in Ciuitate Romana, & Conſtantinopolitana, ſecus tamen in Prouincijs, & extra Orbem,vt notat *Gloſ.in d.l.teſtamenta, verſ. translatio,& l.omnium,verſ.publicauit,* vtcun-
10 que ſit pernecesſè erit coràm Iudice ordinario. vel etiam delegato fieri debere, *cap fin.de fide inſtrum.*vbi DD. ad hoc vt fi-
11 dem faciat,cuius ſiquidèm formam aperiendi teſtamenta oſtendit *Rolandin. in 1. par. florum teſtament. rubr. 64.in princ.* ad ꝗ optimè *Honded. in conſ.26. vol.2. à num.12.*
12 probat, quod teſtamenti publicatio eſt facienda coràm Iudice ſeculari, nec proindè fieri poteſt coràm Iudice Eccleſia-
13 ſtico,ſi teſtamentum fuit conditum à laico, etiam ſi hæres inſtitutus ſit clericus, & facta coràm Iudice Eccleſiaſtico incompetente eſt nulla, nec facit fidem, *Craſſ.de ſucceſſ.tom 1.§.teſtamentum,quæſt.61. num.2.& tom.2.artic.ius deliberandi, quæſt.9.* optimè *Honded. conſ. 26. num. 12. & 13. volum.2.*

In præſenti facto agebatur de teſtamẽto condito per clericum coràm ſeptem teſtibus clericis,& circa hoc erat excogitandum, ſi conditum fuerat inſpecto iure canonico, vel ciuili; nàm ſi attendatur diſpoſitio iuris canonici,qua cautum eſt,
14 poſſe fieri teſtamentum coràm Paroco,& duobus teſtibus,*Gulielm.de Benedict.in cap.*

*Raynu-*

Digitized by Google

*Raynutius, par.1.verbo teſtamentum 1. nu.92. Port.Imol.conſ.12.num.13. Honded.conſ.77. nu.14.vol 2.Flamin.de Rubeis conſ.50 nu.22. Maranta conſ.14. Gratian.diſcept forenſ. cap. 233 num.52. Graſſus de ſucceſſ.tom.1.§.teſtamentum, quæſt.56 .num.3. Leoncill. deciſ.144. num.1.Ferrar.*

Sed in præmiſſo facto fuerat conditũ
coràm Notario, & ſeptem teſtibus, licet
clericis,& ſic actẽta diſpoſitione iuris ci-
15 uilis,nàm & ſi teſtamentum ſit de iure
gentium,voluit *Gulielm de Bened. vbi ſupra*
*num.2.* hoc eſt quòad ſubſtantiam,quòad
formam, & ſollemnitates de iure ciuili,
*Torniol. conſ 30. num.7.* vel eſt de iure gen-
tium reſpectu inuentionis, & ſubſtantiæ,
& de iure ciuili reſpectu ſollemnitatis, &
probationis,*Surd.conſ.147.num.8.volum.1.*
*Gratian. cap.458 nu.26.& 27. diſcept.forenſ.*
*Oſaſc. deciſ.100. num.37.* adhùc tamen te-
16 ſtamenti factio eſt de iure ciuili,*idem Gu-*
*lielm de Bened in d.cap. Raynuntius,ſuper ver-*
*bo mortuo itaq; teſtatore, par.2. num 304. Eu-*
*gen. conſ.120 num.4.conſ.64.nu.9.& conſ.76.*
17 *num.13. vol.2.* & teſtandi poteſtas proue-
nit à iure ciuili,*Anton.de Roſell.inter conſil.*
*vlt.volunt.conſ.144.num.2.vol.1.* ideò eſt de
iure ciuili ſaltem approbatione, *Honded.*
*conſ.59. num.73. vol 1. Torniol vbi ſupra,* &
18 proindè ſi teſtamentum nõ fuerit ſigna-
tum ſignis ſeptem teſtium, non diceretur
teſtamentum, *Monal.conſ.72.num 61.vol.1.*
19 nàm teſtamentum ob omiſſas in eo ſol-
lemnitates debitas, & à iure requiſitas,
prorſus corruit,nulliuſq; eſt roboris, *Mi-*
*ſinger decad.12.reſp.4.nu.2. Maranta conſ 19.*
20 Et indè teſtamentum coràm Notario,
teſtibus non lectum,non valet, *Gulielm. de*
*Bened d.cap. Raymuntius, ſuper verbo in extre-*
*mis poſitus,nu.40. Berous conſ.1.nu.60.tom.2.*
*& conſ.11.num.54.*

Quapropter videbatur iſte clericus vo-
luiſſe teſtari actenta iuris ciuilis diſpoſi-
tione coràm Notario, & ſeptem teſtibus
21 cum ſigillis in ſcriptis, quæ eſt ſollemni-
tas iuris ciuilis,probat *Eugen.conſ 63.nu.1.*
*tom 2. Port. Imol.conſ.12.nu.1. Iacob.de Pu-*
*teo inter conſil.vltim. volunt. conſ.121 num.1.*
*tom 1. Miſinger.decad.10.reſp.96.nu.2.tom 1.*
*Marant.conſ.112.nu.3.Gratian.cap.233.n.52.*
*diſcept forenſ.& cap.976.num.6.& 17.Craſſ.*
*de ſucceſſ tom.1.§ teſtamentum,quæſt.59.*
22 Et conſequẽter publicatio fieri debue-
rat etiã actenta iuris ciuilis diſpoſitione,
ad hoc fidem faceret, Primò, vt fiat corã
Iudice ordinario, vt dictum eſt ſupra,qui-
bus addo *Iacob. de Puteo inter conſil.vlt.vol.*
*tom.1 conſ.121.et Card.Mantic de coniect.vlt.*
*volunt.lib.1.tit.6 nu.6.*& ſic non coràm Ec-
cleſiaſtico,*Celſus Vgo conſ.1.num.4.*
23 Secundò, quod citari debeant ij,quorũ
intereſt,*l nàm ità diuus.ff.de adopt.*cum alijs
citatis ibidem per *Iacob.Put.*
24 Tertiò,quod citari debeãt teſtes,vt ve-
niant recognituri ſua ſigilla, *l. publicari,*
*C de teſtam* cum alijs allegatis per eundem
*Iacob. Puteum vbi ſupra*, vbi alias circum-
ſtantias circa hoc adduxit, & demùm re-
ferr exhibito teſtamento coràm Iudice,
& teſtibus recognoſcentibus eorum ſigil-
la,& ſubſcriptiones, Notarius de manda-
to Iudicis fidem facere, idcircò publica-
25 tio teſtamenti eſt neceſſaria ad illius va-
liditatem, *Surd.conſ.350.nu.4.vol.3.* & per-
fectionem,*Marta conſ 44 num.6.*

Et talis teſtamenti publicatio facta co-
26 ràm Iudicibus, ſi non interueniunt om-
nes teſtes,nõ facit fidem,*Bolognet.conſ.12.*
*num 66.* nec valeret,*Surd conſ.415.num.16.*
27 Et hoc ideò quia teſtamenti factio eũ
ſit voluntariè iuriſdictionis, probat *Ber-*
28 *lich. deciſ.85.nu.2.* ac etiam eſt publici iu-
ris,quam nemo ſibi adimere poteſt,*Natta*
*conſ.638.num.2. Berous conſ.28.nu.53.vol.3.*
*Purpur conſ.558.nu.7. Cabed.deciſ.12.par.3.*
*tomo 1.*
29 Hac ſiquidèm exiſtente teſtandi facul-
tate à iure ciuili introducta,*Marta conſ.59*
*num.2.* & pro publica vtilitate, ac etiam
teſtamentorum fide ex publicatione illo-
rum introducta,ſubſequitur,quod pręter-
miſſa forma vt ſupra tradita, nullius red-
derentur effectu,non tantùm reſpectu lai-
corum, quam etiam clericorum, hinc eſt,
quod teſtamentum clerici redditur nul-
30 lum ſtante ſtatuto, quod teſtamenta om-
nia debeant inſinuari, aliàs ſint nulla, ſi
hæres laicus illud inſinuari non curaue-
11 rit, *Honded.conſ.3.num.33.vol.1.* non mirũ
ſi etiam clericus in inſinuatione teſtamẽ-
31 ti conuenitur coram Iudice laico, *Vrſill.*
*ad Afflict. deciſ.24. num.2.* eum expreſsè ſit
32 de iure conſtitutum onus teſtamento-
rum, inſinuationum, publicationum cle-
ricis vetitum,vt in *d l.repetita,*ſimilitèr ci-
33 tationes ordinare ad executionem teſta-
mentorum quam laicis, probat *Cabed. de-*
*ciſ.157.tom.1.*

Quantum verò pertinere videatur ad
Epiſcoporum poteſtatem circa teſtamen-
34 ra clariſſimum eſt,officium Epiſcopi eſſe
monere, adhortare, vigere deputatos, vt
voluntates teſtatoris adimpleãtur, aut le-
gitimè renuntient, *§. ſi quis autem pro re-*
*demptione, & §.ſi autem, Auth. de Eccleſ. tit.*
*Io.Oldendor. in tract.de execut. vltim. volunt.*
*tit.2.*

*tit.2. num.7.& 8.* ſibi id comprobat etiam
de iure canonico,& *num.9.* eo maximè in
cauſis pijs, *Craſſ.d.tract. tom.2. artic officium
hæredis,quæſt.2.*
35 Quapropter Epiſcopus non eſt imme-
diatus executor in cauſis pijs alijs hære-
dibus, vel executoribus à teſtatore deſi-
gnatis,*vt ibidem Oldendor.num.5.& 6.*
36 Et propterea Epiſcopus non poteſt ac-
cedere ad executionem vltimarũ volun-
tatum, donec vnus teſtamentarius execu-
tor ſupereſt,*vt ſubdit num.10.*
37 Quàmuis per Ritum vltimum Curiæ
Archiep. Neap. apertura teſtamenti fieri
poſſit coràm Vicario Epiſcopi, ſi in eo
adeſſent legata pia,& hoc pro executione
ipſorum de iure canonico permiſſa per
iura ibi citata ab *Alber.Oliua*, ſubdẽs hoc
eſſe impetrandum officium Iudicis in
hoc.
Quò verò ad teſtes adhibitos in dicto
teſtamento,ex quo erant clerici,qui com-
pelli non poterant per Iudicem ſecularẽ,
& dùm teſtamentum aperiri debuerat, &
teſtes iurent ità eſſe verum,ſicut ſcriptum
eſt, & poſt ea in publica cauſa conſcribe-
tur ſecundum lo: vel etiam in eadem vbi
priùs erat ſcriptum,ſed ſi ſcriptum non
erat,publicabitur hæc voluntas,& prode-
rit, vel licet amodo moriatur aliquis te-
ſtis probetur per ſcripturã,quæ priùs non
erat,vel erat priuata, cæterum ſi teſtes re-
nuerint ſe præſentare,& non recognoſce-
38 re eorum ſigna Prætoris id officium eſt,
vt cogat ſignatores conuenire, & ſigilla
ſua recognoſcere, *d l.cum ab initio*, vel ne-
gare ſe ſignaſſe, vt dixit lex ſeq. ſubdit
*Gloſ.in d.l.cum ab initio, verſ. cogat captis pi-
gnoribus, &c.* vt ibi per eam, & aſſequitur
*ibidem Iacob de Puteo*, & ſimilitèr ſi teſtes
39 fuerint abſentes, Iudex mictet nuntios
ad ſuſcipiendum ipſorum iuramenta, &
alia facere,tradita in *d.l.ſed ſi quis,verſ.ſua*,
cumq; hoc licet permiſſum ſit Ordinario
Iudici laico contra eius ſubiectos laicos,
non tamen contra clericos,ex quo ob ip-
ſam cauſam Epiſcopus excommunicaue-
rat Gubernatorem impedientem talem
aperturam, ad tollendam talem vexatio-
40 nem, Regia Audientia de prædictis cer-
tiorata mandauit Gubernatori, vt ape-
riri faceret teſtamentum coràm alijs te-
41 ſtibus laicis, in locum prædictorum ſub-
rogatis,per *text.in d.l.ſed ſi quis*, ibi, *Et ſi
fortè omnibus abſentibus cauſa aliqua aperiri
tabulas vrgeat,debet Proconſul curare,vt inter-
uenientibus optimè opinionis viris aperiantur,
& poſt deſcriptum recognitum factum ab eiſdẽ,
quibus interuenientibus apertæ ſunt obſignentur,
tunc deindè eo mictantur, vbi ipſi ſignatores ſint
ad inſpicienda ſigilla ſua, &c.* eoquè magis,
quia non conſtabat tale teſtamentũ con-
ditum eſſe ad pias cauſas,& propterea te-
42 ſtamentum non dicitur factum ad pias
cauſas,licet legata adſint pia,quando he-
res inſtitutus eſt extraneus, & ſecularis
perſona, *Borgn.deciſ.21 num.59.par.3.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Tertius an poſſit impedire executionem ſentẽtiæ, prætextu quod fuiſſet exequutum in bonis alienis.*

2 *Emptor debet ſtare in poſſeſſione rei emptæ,& in ea manuteneri.*

3 Text in l.à diuo Pio, § ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. *quando procedit.*

4 *Executio ſententiæ fit quando in inſtrumento adeſſet pactum de capiendo, & conſtitutum, atq; præcarium.*

5 *Tertius comparens ad impediendam executionem non prohibetur, ſi ſuccubuerit ordinariè agere.*

6 *Tertius poſſeſſor bonorum, ſuper quibus fuit preſtita aſſiſtentia, non poteſt opponere fuiſſe exequutum in bonis alienis, niſi in tribus caſibus.*

7 *Exequutio ſentẽtiæ poterit impediri ad inſtantiam poſſeſſoris rei.*

8 *Exequutio ſententiæ non retardatur quando tertius ſiuit cauſam agitari, & poſt ſententias comparuit pro ſuo iure.*

9 *Tertius an poſſit exequutionem ſententiæ latæ contra alium impedire.*

10 *Tertius ratione dominij,& poſſeſſionis exequutione ſententiarum contra alium latarum impedire quando poſſit.*

11 *Tertius poſſeſſor comparens poſt ſententiam inter alios litigantes latam quando poſſit impedire eius exequutionem.*

12 *Tertius an poſſit impedire exequutionem ſententiæ aſſiſtentiæ, & qualitèr ſuccurratur.*

13 *Tertius poſſeſſor rei hypothecatæ an cogi poſſit, vt contra eum exequatur in cenſu bullari.*

14 *Tertius ex cauſa ſolius hypothecæ non impedit exequutionẽ rei iudicatæ, quæ non ſit contra ſe latæ, ſed contra alium.*

ARGV-

### ARGVMENTVM.

Tertius poſſeſſor rei, ſuper qua fuit præſtita aſſiſtentia, an poſſit impedire exequutionem ſententiæ latæ.

### CASVS VII.

EX quadam facti ſerie cuiuſdam litis verrentis in Regia Audientia Calabriæ Citra, quod in anno 1560. Petrus Paulus de Conrado ſe obligauerat ſoluere Laudoniæ Migliareſe ducat. quatuor centum, pro quibus vendiderat certum cenſum ducatorum quadraginta annuorum, indè præfata Laudonia inſtituit ſuam hæredem Lauram Caputo, quæ erat mater ſororis Dianoræ, quæ inſtituit hæredem ipſam ſororẽ Dianoram, quæ poſtmodùm petierat aſſiſtẽtiam ſuper bonis ipſius quondam Petri Pauli ad præſens poſſeſſis per Cæſarem Sparaſorę notatis in calce libelli pro ducatis biſcentum cum cenſibus decurſis, & compilato proceſſu, & diſcuſſis nullitatibus, fuit prolatum decretum per dictam Regiam Audientiam concedendo aſſiſtentiam ſuper dictis bonis pro dicta ſumma vt ſupra, à quo decreto cũ fuiſſet appellatum, & de nullitate dictum fuit prouiſum, quod infra biduum proponerentur nullitates in ſpecie, quæ non alitèr fuerant propoſitæ.

Poſtmodùm eadem ſoror Dianora petijt cõcedi aſſiſtentiam pro alijs ducatis biſcentum pro cenſibus decurſis, pro quibus fuit conceſſa aſſiſtentia iuxta petita, & intimato decreto prædicto aſſiſtentiæ, non valens proſequi primã appellationẽ, appellauit ab hoc vltimo decreto præuia intimatione, quare appellatio nõ debeat declarari deſerta, & indè declarata; fuerũt poſtremò liquidati cenſus in ducat. 240. & expeditis literis exequutorialibus pro ducat. 640. exequutis quibuſdam bonis, fuit proceſſum ad venditionem illorum aliquorum, poſt venditionem illorum comparuit dictus Iacobus præponendo fuiſſe exequutum in bonis alienis, dicen-
1 do de nullitate decreti vt ſupra lati, & videbatur hæc ſuffragari, ex adductis per *Tomat. deciſ. Macerat. 17. num. 4. & ſeq.* cum alijs adductis per *Farinac. in repert. Iudic. quæſt. 47. Pet. Franc. Tonduti de præuent. tom. 2. cap. 12. & Io. Iacob. Annech. de præuent. cap. 2. quæſt. 2. num. 53. ex Conſil. Carlenal ibi relatis, Anton. de Amato var. reſol. tom. 2. reſol. 94.*

Ijs replicabat ipſa ſoror Dianora, quod reſpectu duarum nullitatum erat Iudiciũ
2 ordinarium, & interim emptor debet ſtare in poſſeſſione ſeruata forma *alleg. Annæ 22. Puſtius de manut. obſeru. 11. num. 8.* & quòad prætenſionem fuiſſe exequutum
3 in bonis alienis, *text. in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic.* non procedit quando fuerit proceſſum ad venditionẽ, poſtquã tùnc erit cauſa ordinaria, & ampliùs in eius inſtantia dicebat habere hypotecam ſuper dictis bonis, ideò expoſtulabat quod emptor manutenceri debeat in poſſeſſione, & dari terminum ordinariũ, ex prænarratis ſunt ſequentia conſideranda, & Primò notandum erit, quod quan-
4 do in inſtrumento adeſſet pactum de capiendo, ac conſtitutum, & præcarium poteſt fieri exequutio ſententiæ contra tertium poſſeſſorem etiam non citatum, ac etiam negotio non liquidato, *Maranta in ſpec. par. 6. in 3. actu, num. 33.* & tales clauſulæ aderant in inſtrumento.

5 Secundò, quod tertius comparens ad impediendum exequutionem non prohibetur, ſi ſuccubuerit ordinariè agere, *Franch. deciſ. 289. num. 2.* vbi caſus erat ſimilis in reiuenditione expoſita, nec fuit impedita prætextu exceptionis oppoſitæ per tertium poſſeſſorem.

6 Tertiò adnotandum erat, quod tertius poſſeſſor bonorum, ſuper quibus fuit præſtita aſſiſtentia non poterit opponere, fuiſſe exequutum in bonis alienis niſi in tribus caſibus, vt refert *Muſcatell. in pract. S.C. lib. 2. par. 3. gloſ. ſeruata, num. 51.* Primò ſi eſſet anterior, & excluſiſſet ius offerendi. Secundò, ſi bona ſuper quibus fuit petita aſſiſtentia, non reperiuntur obligata. Tertiò, ſi tertius poſſeſſor feciſſet meliorationes, pro quibus liceret retinere rem ipſam, donec meliorationes, & expenſæ ſoluerentur, at in caſu iſto non apparebat de anterioritate tertij poſſeſſoris, & bona ſuper quibus fuit præſtita aſſiſtentia iàm erant obligata, vt notoriè apparebat ex inſtrumento, quòad meliorationes verbum vllum.

Tandem fuit deciſum per ipſam Regiã Audientiam, quod exequatur ſententia lata, verùm reſpectu clerici audiãtur partes, penès Villanum Actuar. & licet videatur contrarium firmare *Marant. in conſ. 22.*
7 nempè vt poſſit impediri exequutio ſententiæ ad inſtantiam poſſeſſoris rei, ex ibi adductis, nàm vltra, quod factum alitèr ſe habe-

habebat, adhùc tamen quãdo tertius ſci-
8 uerit cauſam agitari, & poſt ſententiam
comparuiſſet pro ſuo iure : quia tùnc nõ
retardatur exequutio, nec etiam eſt au-
diendus data cautione de reſtituẽdo rem
illi tertio in caſu victotiæ, ex *l. is à quo, ff. de re iud.* cum alijs apud *Statil. Pacif. de ſal-
uiano inter. inſpect. 4. cap. 4. num. 35.* vbi *nu. 36.*
idem ampliat, & ſi ſciuerit tertius cauſam
agitari, & pro ſuo intereſſe non compar-
uit, ſibi præiudicatur, etiam ſi ipſe quoq;
poſſideret, cum alijs apud *Anton. de Amato
variar. reſolut. tom. 1. reſol. 45. num. 14. & ſeq.*
vbi deciſum refert ex *Fontan. ibidem relato*,
confert etiam pro deciſione huius articu-
li optima *deciſio Oſaſch. 37.* vbi articulum
conſimilem pro vtraque parte diſſerit, &
9 demum refert deciſum non eſſe impediẽ-
exequutionem ſententiæ per oppoſitionẽ
tertij, ſaltim media cautione, ex rationi-
10 bus ibidem traditis; nàm & ſi tertius ra-
tione dominij, & poſſeſſionis exequutio-
nem ſententiarum contra alium latatum
impedire poſſit, cum aliàs non fieret exe-
quutio contra victum, ſed contra ipſum
tertiũ, qui nunquàm litigauit, nec victus
extitit, *cap. cum ſuper, de re iud. l. fin. C. ſi per
vim, vel alio modo*, cum alijs citatis per *An-
driol. controuerſ. forenſ. tom. 1. controu. 53. nu. 1.*
11 & ſic tertius poſſeſſor cõparens poſt ſen-
tentiam inter alios litigantes latam, quod
poſſit impedire exequutionem ſententiæ
docendo in promptu de legitimo titulo,
& iuſta antiqua poſſeſſione, & de eius in-
tereſſe, ex multis probat *D. Reg. Fab. Ca-
pyc. Galeota controu. forenſ. tom. 2. controu. 56.*
poſt *Mutam deciſ. 24. Matt Coler. de proceſſ.
par. 2. cap. 3. num. 264.* benè verum eſt, quod
cum ageretur in materia aſſiſtentiæ, quæ
in hoc Regno paratam habet exequutio-
nem ex diſpoſitione *Reg. Prag. 1. de aſſiſtent.*
quo nàm caſu iuxtà diſtinctionem tradi-
tam à *Barbat ſuper d. prag. gloſ. 3. nu. 55. verſ.*
12 *aut verò res*, ex pluribus refertur nõ impe-
diri exequutionem, ſed cautum eſſe tertio
per cautionem de reſtituendo, &c. quod
adeò verùm eſt, dùm tractatur de annuis
13 redditibus, quo caſu tertius rei hypothe-
cæ poſſeſſor licet exequutiuè cogi non
poſſit niſi in cenſu bullari, nec pro rata,
ſed inſolidum, ità *Giurba obſeruat. deciſ. in
obſeru. 104. num. 40. & 58. Ant. de Amato vbi
ſup. num. 20. in d. reſol. 94.* & ex cauſa ſolius
14 hypothecæ tertius non impedit exequu-
tionem rei iudicatæ, quæ nõ ſit contra ſe,
ſed contra alium, *Poſtius deciſ. 325. nu. 3. poſt
eius tract. de manut.* Hęc occurrũt, ſaluo &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Officiales tenentur ſyndicatui parere vbi admi-
niſtrauerint.*
2 *Iudex ſolet pro adminiſtratione iuſtitiæ mul-
tos habere inimicos.*
3 *Nemo tenetur ſe exponere periculo.*
4 *Citatus non tenetur comparere ob inimicitias
in loco contractas, etiam ſi haberet ſaluum
conductum.*
5 *Officialis pro ſyndicatu tenetur perſonalitèr
comparere.*
6 *Officialis ob querelas expoſitas criminalitèr
relicto Procuratore de licẽtia Superioris po-
teſt diſcedere.*
7 *Ciues nequeunt ab eorum territorio extrahi,
& cur.*
8 *Syndicatus Officialibus, coràm quibus erit
agendus.*
9 *Syndicatus Officialium debent in Reg. Aud.
agitari ex cauſa.*
10 *Terminus ſyndicatus currit de momento ad
momentum, nec feriæ ſeruantur.*
11 *Terminus ſyndicatus infra 20 dies cõceditur.*
12 *Libelli contra Officiales ſyndicandos porri-
guntur intra 30. dies, vt infra 20. dies expe-
diantur.*
13 *Querulantes Officiales in ſyndicatu elapſo tẽ-
pore non audiuntur ampliùs.*

ARGVMENTVM.

## Officialis an ex cauſa inimicitiarum parere debent ſyndicatui in loco vbi exercuit officiũ, vel alibi.

CASVS VIII.

SE offert quotidiana, atquè practicabi-
lis altercatio exaranda, poſtquàm Of-
ficiales, qui per annum, & vltra admi-
1 niſtrauerunt officia in Terris Regni, ob
quod tenentùr parere ſyndicatui, ex di-
ſpoſitione *pragm. 1. de ſyndic. official.* cum
alijs in iure allegatis per *Parid. de Puteo in
tract. de ſyndic. verbo ſyndicatui, & verbo vllo
de modo, & Carau. in ritu 295. num. 1. Maſtrill.
de magiſtr. lib 6. cap. 1. num. 1.*
Quapropter ipſi ſolent inimicitias cũ
2 ſubditis contrahere, nàm Iudex ſolet pro
adminiſtratione iuſtitiæ multoſ habere
inimicos, *Seſſe de inhibit. cap. 163. num. 33.* &
huius prętextu ſolent reſcripta à Superio-
ribus impetrare, vt ſyndicatum præſtare
debeant

debeant loco tuto Superiori, vndè du-
bitari contingit in Regia Audientia Ca-
labriæ Ultra an talis excuſatio iure ſubſi-
ſtet, & quatenùs ſubſiſteret, in quo loco
ſyndicari debeant; quòad primum iàm
ſatis conſtabat in caſu occurrenti ſyndi-
candum præuia informatione inimicitiæ
contractæ obtinuiſſe reſcriptum ab ipſa
Regia Audientia in certo loco præſtari
deber, & circa hoc aduertendum erat,
quod ante inimicitia capitali non tene-
3 tur Oicialis in dicto loco ſyndicatui pa-
rere, cum nemo teneatur ſe ponere in pe-
ricul, *cap. 1. de cler. non reſid. in 6* & hinc
communitèr DD. dicunt, quod ſi fuerit
4 aliquis citatus, non tenetur comparere
ob inimicitias loci, & ſi haberet de hoc
ſalum conductum, *Gandin in rubr. de citat. accuſat. & inquiſit. num. 33.* & extat *Gloſ.* &
*ibi Andr. & Petrus de Monteforte*, ac etiam
*Affl. in Conſtit. Regni Priuilegia quibuſdam,
ſupr verbo vndecumque*, & nouiſſimè latins
proſequitur *Muſcatell. in praxi S. C. par. 2.
glo. comparentes, nu. 101. & 102.* vbi ex men-
te Doctorum concludit talem exceptionem
militare, & eſſe admittendam, tamen con-
cludit eſſe conſtituendum Procuratorem
5 in loco, quod ceſſat in materia ſyndica-
tus, cum debeat perſonalitèr comparere
Officialis iuxtà formam *d. pragm.* & *Carau.
vbi ſup. num. 13.*
6 Quanquàm non exiſtentibus querelis
criminalibus, tùnc relicto Procuratore
de licentia Superioris rectè poterit diſce-
dere Officialis, *Carau. vbi ſup. num. 11.*
Quapropter concluditur exiſtente ini-
micitia capitali non teneri Officialem
parere ſyndicatui in loco vbi geſſit offi-
cium, & ſic determinauit ipſa Regia Au-
dientia.
Cumq; fuiſſet habitus recurſus ad Ex-
cellentiſſimũ Dom. Proregem, mandauit
M.C.V. vt de iuſtitia prouideret, quæ ſi-
quidèm M.C. reſcripſit Regiæ Audientię,
quod paritèr iuſtitiam faceret, vt non ſit
locus iuſtæ querelæ, ad præſens dubitaba-
tur quo in loco parere teneatur iſte Offi-
cialis, nàm ſi partes Officialis intuantur
exiſtente inimicitia, non alitèr ibi parere
aſtringebatur, ſi verò partes querulantiũ,
7 quia de iure compertum eſt ipſos non
poſſe extrahi ab eorum tèrritorio, nè la-
boribus, & expenſis defatigentur, vt vtar
verbis *text. in §. hæc conſiderantes, in fine*, ibi:
*Et non ad hanc venientes fęliciſſimam Ciuitatẽ,
quorum plurimi etiam mendicantes, & afflicti,
hoc agunt interdum quoq; hic moriuntur, Auth.
vt omnes obed. Iud.*

8 Quid autem dicendum in hac ambi-
guitate, de iure autem cautum erat corã
Præfecto Prætorio, & Epiſcopo ſyndica-
tum præſtare Officiales: de iure verò Re-
gni per *Conſtit. Volumus coram ſucceſſore*, ſed
per *Reg. Pragmat. coràm Syndicatoribus Ciui-
tatum ab eis electis*, vt per *Carau. vbi ſupra
num. 15.*
At exiſtente tali inimicitia Officiales,
ne ſubditi defatigentur, concludi videtur
vt ſyndicatus præſtari debeat in Tribu-
9 nali eiuſdem Regiæ Audientiæ, quod vi-
detur probari ex *text. in § hac conſiderantes,
in princ.* ibi: *Vt vnuſquiſq; in qua Prouincia
delinquit, aut in qua pecuniarum, ac crimi um
reus ſit, ſiuè de terra, & de terminis, ſiue de poſ-
ſeſſione, ſiuè de proprietate, aut hypothecaria,
vel de qualibet alia cauſa occaſione illic etiam
iuri ſubiaceat*, & meliùs in *§. ſi quis igitur, eiuſ-
dem tituli. Si igitur fuerint ambo in Prouin-
cia, & actor, & reus nequaquam ad aliam Pro-
uinciam cauſa trahatur, neq; ad hanc feliciſſimã
Ciuitatem, neq; ex priuilegio cuiuſpiam, neque
ex iuſſione, ſed illic decidatur*, vbi *Gloſ.* ſubdit
*in verſ. ſed illic*, ſcilicet in Prouincia illa
vbi contractum eſt, & hoc non tantùm in
ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, *§. ſi
verò quis comprehenſorum criminum latuerit,
aut reliquerit Prouinciam illam, in qua crimina
deliquit, iubemus legitimis edictis à Iudice euo-
cari eum, & ſi non obediat illa in eo procedere,
qua noſtris legibus definita ſunt, Auth. vt nulli
iud. &c* haberi loci ſeruat *Gloſ. in cap. vlt.
de foro compet. in fine*, & facit *§. ſi verò cogno-
ſcatur*, vbi præcipitur Iudicibus alterius
Prouinciæ, vt delinquentes tranſmittant
ad Prouinciam vbi deliquerãt, & ita fuit
prouiſum per Regiam Audientiã vt ſyn-
dicandus pareret mandatis Regiæ Au-
dientię, & ſyndicatores electi procederẽt
ad receptionem querularum, referente
Franciſco Antonio Salinas Auditore, pe-
nès Villanum, & pro confirmatione præ-
dictorum videtur hoc exprimi in *Cap. Re-
gni incip. Item ſtatuimus, quod tàm Iuſtitiarij,
quàm Officiales cęteri poſt depoſitum eorum of-
ficium in Prouincia vbi officia exercuerint pro
quolibet anno, quo ipſa exercerunt per 40. dies
morentur, &c.* & memini, quod præteritis
annis dùm meus Conſobrinus Io. Bapti-
ſta Salinas officium Viceprincipis in Ci-
uitate Squillacij exercuiſſet, & demum
porrecta per eum inſtantia pro electione
ſyndicatorum, non illicò, ſed poſt certos
dies eos eligerant, vndè ex hoc videbatur
reſurgere quoddã principium calumnię,
quanquam etiam multi odioſi ſutdo au-
re cogitabãt ipſum laboribus, & expenſis

defatigare, adiuit Regiam Audientiam
Calabriæ Vltra, offerendo ibi ſyndicatui
parere, actentis prędictis, & interim licere
exfractare vna cum bonis, & ſe præſenta-
re in Ciuitate Catanzarij vbi ipſa Regia
Audientia reſidebat, & ità exequitum re-
ferente Regio Auditore de Bellis, & cum
fuiſſet Vniuerſitas de hoc conqueſta non
fuit exandita, fuit mandatum iniunctum
pro tranſmiſſione actorum, & cum pare-
re noluiſſet, fuit eorum ſumptibus deſti-
natus Commiſſarius, ſed quia prætende-
bat Vniuerſitas adhùc tempus ſyndica-
tus non cucurriſſe, intendebat querelas
recipere, eo quod illud incipere aſſere-
bat à die electionis, non autem petitio-
nis porrectæ, & citra dubiũ terminus ſyn-
10 dicatus ità eſt priuilegiatus, vt nedum
currat de momento ad momentum, ſed
nec etiam feriæ ad honorẽ Dei in eo ſer-
uantur, vt ex *Auiles*, probat *Reg. Rouit. in
pragm. 1. de ſyndic. offic. num* 8. & propterea
dicebam, quod actenta diſpoſitione iu-
ris communis, Iudex deputatus ad ſyn-
dicandum, debet cauſas expedire infra
11 dies viginti à die qua litigia orta fuerint,
& in *d. l. 1. C. vt omnes cauſæ*, per quem *text.
Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, de offic. Procõſ.
12 quæſt* 3. dixit, libelli querimonialiũ dan-
tur infra dies triginta depoſito officio, &
infra viginti dies expeditur, allegat *l. 2.
ff. ad leg. Iul. repet.* vt inquit *Paris de ſyndic.
d. verba & modo, num.* 1. quem ſequitur *Cu-
mia in tract ſyndic. cap. 17. num.* 23. & ſubdit
*ibi Paris*, & ideò Syndicatores debebant
ſtatuere tempus triginta dierum in eorũ
bannis ad dandum querelas, vltra quod
non audiantur, quia eſt tempus quod pre-
figitur à iure ſine miniſterio hominis, &
13 poteſt fieri iſta comminatio; quod de-
indè non audiantur querulantes, ex *Are-
tino ibi citato*, vt confirmatur in *pragm. 1. de
ſyndic. offic.* ibi, *depoſito per eos officio, & in
pragm.* 4. at cum per Ciuitatem ipſam non
fuerint electi illicò ſyndicatores depoſito
officio, niſi poſt tres dies nemo acceſſe-
rat ad querulandũ, prætendens non fuiſſe
tẽpus elapſum niſi à die electionis, & ban-
ni, & ampliùs, quia ſyndicandus illicò ſuã
inſtantiam præuio libello inſtiterat pro
electione ſyndicatorum, & proindè fuit
ipſe abſolutus à Reg. Aud. à toto ſyndi-
catu, non obſtantibus aliquibus querelis
præſentatis poſt lapſum temporis incepti
à die depoſitionis officij, & libelli porre-
cti, vt aliàs deciſum tàm per M. C. quàm
S. C. retuli in 3. *par. noſtri compendij verbo Of-
ficialis; qui officia, fol.* 210.

*S V M M A R I V M*

1 Diſpoſitio l. 2. ff. quod cum eo, *qualitèr loquatur.*
2 Beneficium l. 2. ff. quod cum eo, *eſt perſonale.*
3 *Renunciatio beneficij* l. quod cum *, *fieri debet ſpecialiſſimè.*
4 Text in l. 2. ff. quod cum eo, &c. *cu alijs conditionalitèr loquuntur.*
5 *Conditio nil ponit in eſſe.*
6 *Conditio in forma reali, & ſpecifica, adimpleri debet, & num* 9.
7 Minadoi conſ. 17. *exploditur.*
8 *Creditor non tenetur probare filium patris eſſe hæredem, ſed illum ab hæreditate abſtinuiſſe.*
10 *Filius ex confeſſione inuentarij, an hæres dicatur.*
11 *Inuentarij confeſſio quid operetur.*
12 *Sciens beneficium ſibi competere, an certiorari debeat.*
13 *Certioratio beneficij* l. quod cum eo, *debet in ſpecie fieri, an in Doctore procedat.*
14 *Turpe eſt ius, in quo verſatur ignorare.*
15 *Ignorantia non præſumitur in Doctore.*
16 *Abſolutio à iuramento poſt lapſum temporis concedi non poteſt, & ſi fuerit expedita, nullũ ſortiretur effectum.*
17 *Beneficio l. 2.* ff. quod cum eo, *an renunciari poſſit cum iuramento.*
18 *Iuramentum non impedit, quin exceptio opponi poſſit, qualitèr intelligatur.*
19 *Periurus audiri non poteſt in iudicio.*
20 *Certioratio non requiritur in Doctore pro eius obligatione de beneficio ei competente.*
21 *Obligatio filijfamilias facta in beneficium creditorum patris accedente eius conſenſu, an ſit valida, deciſio affertur.*
22 *Deciſio filijfamilias Doctoris ſe obligantis non alitèr in ſpecie ſpecialiſſima facta renunciatione refertur.*
23 Beneficium l. 2. ff. quod cum eo, *non tantùm filijsfamilias competit, ſed etiam perſonis ſubiectis.*
24 Beneficium l. 2. ff. quod cum eo, *conceditur cauſa miſerationis.*
25 *Renunciari an poſſit beneficio* l. 2. ff. quod cũ eo, *ſed cum iuramento, ſecus num.* 26.
26 *Priuilegio conceſſo miſerationis cauſæ renunciari nequit.*
27 *Doctor filiusfamilias quando renunciare poſſit* l. 2. ff. quod cum eo.
28 *Renunciatio generalis cum iuramento an tollat beneficium* l. 2. ff. quod cum eo.
29 *Renunciatio* l. 2. ff. quod cum eo, *cum iuramento non tenet, niſi abſolutio ſubſequatur.*
30 *Filius ergo hæres qualitèr intelligatur.*

31 *Filius*

31 *Filius non præſumitur adiuiſſe, ſed imiſcuiſſe hæreditati.*
32 *Hæres eſt propriè conficiendo inuentarium.*
33 *Hæres conficiendo inuentarium, non cogitur adire.*
34 Text. in l.1. C. de repud. hæred. *ponderatur.*
35 *Filius quando hæres patris efficiatur.*

### ARGVMENTVM.

Filiusfamilias Doctor ſi inſimul cum patre ſe obligauerit alicui cum renunciatione beneficij *l. quod cum eo*, an ſubſequuto obitu patris teneatur ad debita, non obſtante renunciatione, & qualitèr procedat, diſſeritur.

### CASVS IX.

IN quadam cauſa cuiuſdam filijfamilias Doctoris vertente in Regia Audientia Calabriæ Citra fuerunt ſequentia allegata contra eum videlicet. Mutius de Bono V.I.D. qui eum Io. Baptiſta patre ſoluere Manilio de Rinaldo ducatos 730. ſe obligauerat lõgè poſt tempus ſolutionis, mortuo dicto Io. Baptiſta patre, tempore expeditionis literarum exequutorialium, oppoſuit ſe beneficio *l.2.C.quod cũ eo,&c.* velle gaudere, & proindè literas exequutoriales realitèr tantùm deducto ne egeat expediendas eſſe pretendebat prædictum V.I.D Mutium dicto beneficio gaudere debere, infraſcripta ad nos ſic prima facie dicendum inclinare videntur.

1 Primò, qa diſpoſitiones *dictarũ legũ ff.eod.* clarè loquuntur dicẽtes filiosfamilias inſimul cum patribus obligatos per mortẽ patrum ſui iuris effectos in id, quod facere poſſũnt, conueniendos eſſe, hæc omnia in caſu noſtro proceſſerunt, ergo non dubitandum de hoc.

2 Secundò, quia etſi adſit in dicta obligatione renunciatio *d.l.2.* tamen hoc beneficium eſt perſonale, quod renunciari non poteſt, *l.alia, §.elegantèr, ff.ſolut. matr. & ibi Gloſ.in fine, Specul.in tit.de renunc.* §.1. *verſ.item quod beneficiũ, Reg. Rouit.in prag.*1. *in tit. de Senatus Conſulto Macedon. num.* 22. qui alios allegat.

3 Tertiò, quia dato, quod renũciari poſſit, tamen requiritur ſpecialiſſima renunciatio, & quod renunciãs fuerit per priùs benè certioratus de qualitate dicti beneficij, vt defendit idem doctiſſimus *Regens Rouit.in d.pragm.num.*24.*&* 25.

Ijs tamen nõ obſtantibus hunc V.I.D. expeditionem dictarum literarũ exequutorialium realitèr, & perſonalitèr impedire non poſſe, nec dicto beneficio, aut vti poſſe dicimus, ad quod fundandum reſpondere contrarijs ſufficit.

Non obſtat Primum, nàm & ſi verùm ſit filiusfamilias ſimul cum patre, obligatum per mortem patris ſui iuris effectum in id, quod facere poteſt, conueniendum
4 eſſe, tamen leges prædictæ conditionalitèr loquentes, ſi à paterna hæreditate ſe abſtinuerit dictio enim, *Si*, conditionẽ inducit, *l.impoſſibile cũ concord.ff de verb.oblig.*
5 & conditio nil ponit in eſſe, imò ante adimplementum actum ſuſpendit, *l. proindè, ff.ſi cert. pet. l.cedere diem, verſ.vbi ſub conditione, ff. de verb. ſignif. l.ſi quis conditione dandorum decem, ff. ſi quis, omiſſa cauſa teſt.*
6 quæ conditio in forma reali, & ſpecifica, adimpleri debet, *l. Meuius, ff. de condit. & demonſtr.* ergo hic prædicto beneficio vti volens, ſi à dicta hæreditate abſtinuiſſe, demonſtrare debebat, ſic dando cautelã dicit *Vrſill.ad Afflict.deciſ.*305 *num.*20.

Nec obſtat replicatio eiuſdem V.I.D. Mutij forſan dicentis ſe ab hæreditate paterna abſtinuiſſe per aditionem hæreditatis illius cum beneficio legis, & inuẽ-
7 tarij, adducendo *Minad.in conſ.*17. pro filio familias reſpondentem, & dicentem id, ꝙ dictus Mutius prætendit, nàm pace tanti viri in d.conſ. lapſum fuiſſe dicimus, quia & ſi hoc dicat, tamen intentionem ſuam non probat, nàm doctrina Doctoris debet intelligi ſecundum legem quam allegat, legantur quæſo omnia fundamenta altiùs tollit *Minad.* ex eo enim non ſolùm non probatur adeuntem hæreditatem cũ beneficio legis, & inuentarij haberi, ac ſi renunciaſſet, imò in tex. talis hæres vocatur, ſed cum qualitate inuentarij vt nõ teneatur vltra vires hæreditarias, & ſi interrogatus eſſet *Minad.* quo titulo vellet conuenire hunc adeuntem hæreditatem cum beneficio inuentarij, vtiquè illum vti hæredem conueniendum eſſe fatetur, ergo hæres eſt.

8 Accedebat prædictis, quia non tenetur creditor probare illum filium patris hæredem eſſe, ſed ſi dictum debere ſe ab hæreditate abſtinuiſſe, cum ſit fundamentũ

ſuę intentionis,ex generali regula *l.ei qui,*
9 *C. de probat.* & cum cōditio in forma ſpecifica, & reali adimpleri debeat. *d.l. Menius,*debet hic dicto beneficio gaudere volens penitùs ſe à paterna hæreditate abſtinere.

*Minad.* etiam ſuam intentionem pro-
10 bare volens ex cōfectione inuentarij hoc fuiſſe tributum, allegat *text. cum Gloſ. in l. quæ dotis, ff.ſolut.matr.* ſed nec allegari meretur, nàm & ſi hoc beneficium vt teneatur niſi in quantum facere poſſit, marito ſit conceſſum *l.maritū,ff ſol matr.* illud ſimpliciter,& abſq; conditione marito cōpetit. ſecus verò quādo filiusfamilias,cui cū conditione fuit conceſſum, vt ſupra diximus.& in *d.text l.quæ dotis,*meritò tali marito confectio inuentarij profuit, quia vti hæres vxoris conueniebatur, quo caſu nō
11 confectionem inuentarij prodeſſe tali hęredi,vt vltra vires hęreditarias non teneatur, iuxtà *text in l.fin. §.& ſi præfatam, C.de iure delib.* & eodem modo ſi Manilius de Rinaldo creditor,prædictum Mutium vti hæredem Ioannis Baptiſtæ patris conueniret, vtiq; inuentarium prodeſſet.

12 Dicimus etiam non ſufficere dicere ſe cum beneficio inuentarij hæreditatem adiuiſſe,ſed teneri tantùm inuentarium exhibere, iuxtà *text. in d.l.fin.* ſed ſi exhiberet vtiq; non prodeſſet ex prædictis.

Inſuper doctrina *Dom. Regent. Rouiti* in hoc caſu applicabilis nō eſt, fundat enim ſuam opinionem,dicendo hanc renūciationem de qualitate dicti beneficij eſſe
13 ſpecificè certiorandum, ergo ſi ſcit quid tale beneficium *l.2. ff.quod cum eo,&c.* contineat,certiorari nō debet,ſed nos ſumus in Doctore vtriuſq; iuris in Palatijs verſato, & qui ſcientiſſimū ſe profitetur, cui alleganti iuris ignorantiam nō creditur, cum turpitudinem ſuam alleget.

14 Et illi dicendum eſt, prout Seruio ſuplicio fuit dictum, *l.2. ff.de orig. iur.* turpe verò ius,in quo verſatur penitùs ignorare
15 ea,quæ ſunt iuris, ignorare non præſumitur, *Bart in l.ſed ſi lege, §.ſcire, ff.de petit.hæred. Menoch.de præſumpt lib.6. præſumpt.23. nu.*10.& ratio eſt,quia lata culpa eſt ignorare iuris diſpoſitionem, vt idem *Menoch.* dicit,ergo ſi ignorantia non præſumitur, quam allegare non debet Doctor iſte,nec talis allegatio admittitur,fruſtra diſputamus de ſpecifica certioratione, ex qua ſpecialiſſima renunciatio oritur.

Prædictis opitulatur,quia hæc cum iuramento renunciauit,quo caſu dùm illud gaudere intēdit, periurus eſt,nec illi pro-
16 deſt abſolutio,ſiuè habilitatio obtenta, nàm poſt diem ſolutionis præfixā, nullus inferior Summo Pontifice abſoluere poteſt,& ſi fuerit expedita habilitatio illa, nullum parit effectum, ex dictis per *Affl. deciſ.*31.*Feder.de Senis conſ* 300.*Anchar.conſil.*198.*Roman.conſ.*316.& ſic tenet firmitèr *Io. Camill. Bilocta in tract. de abſolut. iuram. lib.*2.*cap.*14.*num.*2. quod quamplures allegat.

Nec in hoc caſu obſtant doctrinæ per *Dom. Reg. Rouit.* allegatæ, dicentes huic
17 beneficio, nec cum iuramento renunciari poſſe, nàm contraria opinio fuit recepta in Sac. Conſ. *Vincent de Franch. deciſ.* 181. & idem *Reg. Rouit.* fatetur, dùm dicunt requiri ſpecialiſſimam renunciationem, quæ ſufficit, ergo poteſt renunciari, Secundo etiam in caſu,in quo iuramentū
18 ſequitur naturam contractus, ſuper quo interponitur,& quando iuramentum non impedit,quin exceptio opponatur,tamen *Rebuff* quē refert *Carau.in ritu 166. nu.*45. addit granum ſalis, dummodò quod renuncians, antequàm exceptionem opponat.abſolnatur à iuramento,aliàs non audiretur, ſed in caſu noſtro non potuit hic
19 Mutius habilitari, ex quo erat periurus, meritò audiri non debet, & adeſt particularis *deciſio Rotæ in antiq.in tit.de iure iur. deciſ.6.*

20 Ergo ex prædictis, quia renūciatio oppoſita ſufficit,ex quo certioratio non requiritur in Doctore, nec in ſpecie prout tenebatur, impleuit conditionem renunciationis hæreditatis paternæ,proùt *d.l.2.* requirit,& ſtante periurio literas exequutoriales realitèr,& perſonalitèr expediendas ſperamus,cum ſic iuris eſt,vt hęc ille.

Pro confirmatione præmiſſorum principalitèr erit præmittendum, quod obli-
21 gatio filijfamilias cum conſenſu patris facta in beneficium creditorū patris, fuit per S. C. iunctis Aulis declarata valida, proùt diſcuſſo articulo pro vtraq; parte, refert *Horat. Montan. controu. forenſ. in controu.*39. *per totam,* de qua deciſione etiam mentionem feci in *meo compend. par.*3. *ver-*
22 *bo contractus celebratus, fol.*233. in Doctore vero filiofamilias, qui renunciauerat dictum beneficium,non alitèr in ſpecie ſpecialiſſima, non obſtante quod fuerat hæres patris, deciſum fuit per S. C. in eius beneficium,vt non teneatur de perſona, *vt retuli in d. par.*3. *verbo Doctor filiusfamilias, fol.* 310. & ſic fuit iudicatum in præmiſſo caſu, vbi diſcutiuntur etiā rationes vt ſup. relatæ contra filiumfam. Doctorē.

Circa

Circa verò renunciationem beneficij,
quod cum eo deducto nè egeat, erit ad-
23 uertendum, qualitèr hoc beneficium non
ſolùm competit filijsfamilias, vt in *l. ait*
*Prætor, ff. quod cum eo*, & in titulis prædi-
ctis, vt latiùs poſt DD. inibi, *Io. Caſtagna in*
*tract. de beneficio deducto ne egeat, quæſt. 6. per*
*totàm*.

Sed etiam certis perſonis ſubiectis il-
lis, quibus reuerentia debetur, *idem Ca-*
*ſtagna in proœm. d. tract. par. 1. per totam, Galle-*
*rat. in tract. de renunc. tom. 3. in renunc.* 182. &
præſertim DD. *Caſtagna vbi ſupra in princ.*
*Conſiliar. Paſcal. de virib. patr. poteſt. par. 2.*
*cap. 9. num. 40.*

Cauſa enim conceſſionis huius priui-
legij conceſſi filijsfamilias diuerſa eſt ab
illa, quæ conceſſa eſt alijs perſonis, præ-
ſertim Doctoribus, ex qua dependet reſo-
lutio ipſa, ſi renunciari poſſit huic priui-
legio, vel non, & quantum ſpectat ad cau-
ſam illius reſpectu filiorũſfamilias eſt cer-
24 tum in iure, quod tale priuilegium illis
conceſſum eſt miſerationis cauſa, & ſum-
ma æquitate conceſſum patet, ſecundum
*Azon.* & alios relatos à *Caſtagn. d. quæſt. 6.*
*num. 3.* poſt *Aſcan. Clement. de patr. poteſt. effe-*
*ctu 5. num. 4.*

25 Et ideò huic beneficio ex tali cauſa
conceſſo renunciari non poteſt, ex *Riccio*
*deciſ.* 288. *num. 3.* probat *Caſtagn. d. tract. q. 11.*
*ſub num. 20.*

Licet alij teneant contrarium apud
*Franch. deciſ. 104. nu. 7. Giurba deciſ. 42. nu. 8.*
cum alijs apud eundem *Caſtagn quæſt. 6. nu.*
*18. & quæſt. 10. & 11. num. 20.*

Benè tamen cũ iuramento hoc ſit con-
ceſſum, ex multis probat *Caſtagn d. cap. 11.*
*num. 21.* & deciſum affert *Giurba deciſ. 42.*
*num. 30.* quem ſequitur *Caſtagna d. cap. 5.*
*num. 18.*

Sed reſpectu talis beneficij conceſſi ra-
tione reuerentiæ eſt certum, quod illi re-
26 nunciari nõ poſſit nec tacitè, nec expreſ-
sè, probat *Caſtagn.* qui alios citat *in d. tract.*
*quæſt. 7. num. 89.* propter metum reueren-
tialem, probat nouiſſimè *Honofr. Donadei*
*in tract. de renunc. cap. 39 num 19.*

Et propterea cum iſte conuentus erat
nedum filiusfamilias, ſed etiam Doctor,
& propterea competebat ei tale beneficiũ
vti filiofamilias, & vti Doctori aliud ſimi-
27 le priuilegium, & vt prædictum eſt, quia
illud renunciare poterat vt filiusfamilias,
non autem vt Doctor, qualitèr erit circa
hoc attendendum, reſoluit *Galerat. d. re-*
*nunc. 181. nu. 3.* quod quoad renunciationẽ
beneficij pertinentis ad reuerentiam per-
ſonæ debitam nullatenùs renunciari poſ-
ſit, ſed quando ratione contractus illud
reſultauerit, poterit renunciari, ex *Bart.*
*Alex. Matteſil. Surd. & Franch. ibi relatis.*

Quare ſuppoſita tali cõcluſione, vt po-
tuiſſet ipſe renunciare dicto priuilegio,
nedum ſi talis renunciatio eſſet genera-
28 lis, poſtquàm renunciatio generalis cũ
iuramento tollit beneficium deducto ne
egeat debitum tempore renunciationis,
vt exemplificat *Caſtagn. d. tract. quæſt. 1. fal-*
*lent. 16. num. 24.* ſecus tamen ratione reue-
rentiæ, *vt ibi proſequitur num* 23. ſed etiam
quia ſpecificè illi fuerat renunciatum, vt
ex inſtrumento apparebat.

Verũ quia talis renũciatio facta de be-
29 neficio deducto ne egeat cũ iuramẽto, eo
vti non põt, niſi obtẽta abſolutione, vt ex
multis probat idẽ *Caſtagn. d tract. in proœm.*
*ſecundæ partis num.* 61. & in caſu enarrato
per lapſum temporis ſolutionis debiti in-
currerat in periurium, vt ſupra fundatum
eſt, & periurus non poteſt petere abſolu-
tionem à iuramento, *Seraphin. de abſolut. à*
*iuram. priuil. 174. num. 9.* meritò ei talis ab-
ſolutio ſuffragari nõ poterat, ſed poſt in-
curſum periuriũ erit illa à S. P. exquiren-
da, *Anton. Gagliard. de abſolut. à iuramẽto §. 4.*
*nu. 2. Ciarlin. c. 122. n. 42. tom 2. diſcep. forenſ.*

30 Et ſi dicatur, quod vti filius hæres cen-
ſeri debeat, iuxtà illud filius ergo hæres,
*cap. fin. 17. quæſt. vlt.*

Quia hoc debet probari, vt ex *Menoch.*
*& Intrigliol.* probat *Ciarlin. contron. forenſ.*
*cap. 66. num. 4.* vel facto declaret eſſe hære-
dem, *Ant. Niger de except. cap. 12. §. 29. nu. 22.*
31 *& 24.* nàm filius non præſumitur adiuiſ-
ſe, ſeù imiſcuiſſe ſe in hæreditate patris,
*Phanuc. de inuent. par. 5. num. 89.* & ſi benè vt
dicebatur inuentarium confeciſſet, ob ꝙ
32 hæres cum beneficio propriè hæres eſt,
*Franc. deciſ. 83. num. 12.* adhùc tamen quia
33 hæres faciens inuentarium, non cogitur
adire, nec repudiare, *Monticul. in tract. de*
*inuent cap. 10. num. 26.* & ſic re integra pote-
rat abſtinere ab eo, eo magis extante pro-
34 teſtatione, ad quod facit *text. in l. 1. C. de*
*repud. vel abſt. hær.* vbi filius, qui ſe abſtinet
ab hæreditate paterna, licet poſteà hære-
ditaria bona tenet ex alia cauſa, non ta-
35 men efficitur hæres, vbi *Gloſ. verſ. probatũ,*
dicit, nàm cum ſit filius talia faciendo vi-
dens velle eſſe hæres, niſi contrarium pro-
bet per proteſtationem, vel alio modo, at
iſte hæres cum proteſtatione egit inuen-
tarium, ergo, &c. Neſcio quid indè fuit
ſubſequutum ob mei abſentiam.

SVM-

Digitized by Google

## *SVMMARIVM.*

1 *Nominatio fieri nequit, non data liſta locorum ſuſpectorum.*

2 *Liſta locorum ſuſpectorum infra quod tempus dari debet*

3 *Commiſſio pro examinandis teſtibus nõ fit perſonis priuatis, ſed publicis.*

4 *Commiſſario examinatori teſtium non creditur, niſi oſtenſa commiſſione facta à Iudice.*

5 *Electio fit per Iudicem data, vel non data liſta ſuſpectorum.*

6 *Citatio ad videndum iuramẽta teſtium eſt neceſſaria.*

7 *Examen teſtium corruit quando fieret ab allegato ſuſpecto.*

8 *Suſpictio generalis nõ admictitur, dùm facultas eligendi Examinatorem, competit Iudici.*

9 *Stante ſuſpictione generali, remictitur Iudici electio, ac ſi partes neglixiſſent.*

10 *Examen teſtium factum, non data liſta ſuſpectorum, tenet, & valet.*

11 *Audientia teſtium commictitur Ordinarijs locorum.*

12 *Examen teſtium commicti debet Officialibus locorum.*

13 *Literæ commiſſionales intimatæ procuratori, vel tutori ſufficeret.*

14 *Citatio ad videndum iuramenta teſtium, quibus perſonis fit, & poſſunt ſubſtituere.*

15 *Citatio ad videndum iuramenta teſtium ſufficit fieri procuratori.*

16 *Citatio fit ſimul, & ſemel teſtium, & ad videndum iuramenta eorum:*

## ARGVMENTVM.

Teſtes in partibus examinati abſq; liſta ſuſpectorum Officialium locorum facta, nec etiam citatio facta tutori ad videndũ iuramenta teſtium, an nullitèr recepti videantur.

## CASVS X.

CVM fuiſſet dictum de nullitate atteſtationum factarum ad inſtantiã Salamini de Salaminis V.I.D. in cauſa quam habebat cum Decio, & Antonia Pepe pupillis, & pro eis cum Abb. Io. Antonio Romanatio Tutore, prętextu quod abſq; liſta ſuſpectorum Officialium locorum, in quibus teſtes degebant, fuerunt expeditæ literæ commiſſionales Officialibus loci Rotundi Terræ Martinæ, Ciſternini, & Faſciani, videbatur nullitèr teſtes fuiſſe receptos, atq; examinatos, & eo magis, quia non alitèr fuit Tutor ipſe citatus ad videndum iuramenta teſtium.

Ex eo quia reſpectu primi aſſũpti cla-
1 rum eſt, quod nominatio fieri non poteſt,
non data priùs nota, ſeù liſta locorum ſu-
ſpectorum, vt probat *Muſcat. in praxi S.C.*
*lib.1.par.5.gloſ.ſuſpectorum, nu.19.* ad quod
ſubiunxit *Iul. Cæſar Gallupp. in praxi S.C.*
*par.2.cap.24. ſub nu.4.* ſed hodiè id indiffe-
2 rentèr fit, dummodò nõ ſint tales Officia-
les, & Actuarij in partibus ſuſpecti, & pro-
ptereà praxis ſeruat, quod infra tempus
termini detur nota ſuſpectorum, vt in
*Reg. Pragm.9.de ord.iudic.* quibus viſis à Iu-
3 dice, alijs locorum conuicinorum com-
mictitur, ſed non priuatis perſonis, vt ſer-
uatur in praxi, per *text.in d. Auth. apud elo-*
*quentiſſimum,* vbi *Gloſ.C.de fide inſtrum.* nàm
4 Examinatori nõ creditur de commiſſio-
ne ſibi facta à Iudice, niſi appareat ipſa
commiſſio ſcripta per alium Scribam,
aliàs teſtes eſſent nullitèr recepti, *Reg. Ro-*
*uit.in pragm.9.num.7.de ord iud.*

5 Item data, vel non data liſta ſuſpecto-
rum, fit electio ex officio per Iudicem, vt
*ibi Muſcatell.* refert *num.20.* & in hoc verſa-
tur praxis quotidiana, vt interponatur
decretum commiſſionis examinis, cuius
vigore expediuntur prouiſiones, ſeù lite-
ræ commiſſionales in forma, quare cum
non fuerit tale decretum interpoſitum,
videbatur tales literas non ſubſiſtere, &
conſequentèr examen factum.

6 Vltimo circa ommiſſionem citationis
ad videndum iuramenta teſtium iàm pa-
tet eſſe neceſſariam, vt idem *Muſcat.* pro-
bat ibi *num.27. Reg. Rouit.in pragm.9.nu.20.*
*de ord.iud.*

Sed ijs ex aduerſo replicabatur verum
eſſe, quoties fuerit facta electio de aliquo
7 allegato ſuſpecto per partem, & contra
eius voluntatem, tùnc examen factum
non valeret, vt ex *Afflict.* probat idem *Mu-*
*ſcatell.d.par.5.gloſ.ſuſpectum, num.5.* & ſic in
facto iſto procedi poterat, dùm ſpecificè
Officiales Ciſternini erant ſuſpecti.

Nihilominus in facto apparebat non
fuiſſe neceſſariam liſtam ſuſpectorũ, dùm
in termino ad proponendum exceptio-
nes dilatorias Tutoris, Procurator alle-
8 gauerat ſuſpectos Officiales Ciſternini,
loci Rotundi, Martini, & Faſciani, & talis
nominatio ſuſpectorum generalis de iu-
re non admictitur, probat *Iul. Cęſ. Gallup.*

*d.praxi*

Digitized by Google

*d. praxi lib.1.cap.4.num.4. Farinac. in repert. Iudic.quaeſt.42. Anna ſingul.276.*

9 Meritò actenta tali generali ſuſpictio-
ne, remictitur Iudici facultas eligendi,ac
ſi partes ipſę allegare neglixiſſent,quo ca-
ſu ipſe elegit,vt *idem Muſcatell.in d.Gloſ.ſu-
ſpectum,num.5.* proſequitur,& proindè vi-
detur ceſſare tale obſtaculum liſtæ ſuſpe-
10 ctorũ non datæ de ſuſpectis, non eligen-
dis,& conſequentèr examen ità factum
tenet,& valet,ſicut *idem Muſcatell.in d.gloſ.
ſuſpectum,num.5.concludit.*

Ad Secundum obiectum, quod non
alitèr interpoſito decreto commiſſionis
11 Audientiæ teſtium, fuerunt expeditæ li-
teræ commiſſionales directę Officialibus
prędictis,licet in ſe praxis quotidiana ità
obſeruat, in Tribunalibus ſuperioribus,
quia Audientia teſtium Ordinarijs loco-
rum commictitur, *Gallupp.vbi ſupra, Reg.
Sanſelic.in ſua praxi Iudic.tit de contumacibus
ſub num* 7.actenduntur tamen literæ com-
miſſionales, non tamen ob hoc examen
teſtium nullum redditur, exiſtentibus li-
teris commiſſionalibus, quia decretum
remanet in actis, & interponitur ad cau-
telam,ſed vigore ipſarum literarum com-
miſſionalium,commiſſarij procedunt ad
examen ipſum, cum de iure cautum ſit,
12 examen teſtiũ locorũ Officialibus com-
micti debere, vltra allegatos *Muſcatell. in
d.gloſ. ſuſpectorum, num* 2. probat *Caran. in
ritu* 158.*Tartagl.in praxi ciuili cap.4 nu.14.*

Deniquè vltimum obſtaculum, quod
nõ alitèr citatis principalibus ad viden-
dum iuramenta teſtium,fuit proceſſum
ad examen, ex quo in facto apparebat
13 fuiſſe literas commiſſionales notificatas
tàm Procuratori,quàm Tutori,& hoc ſuf-
ficit,vt idem *Muſcatell. d.gloſ. ſuſpectorum*,
probat *num.*31.vbi aduertit circa hoc eſſe
vſu receptum, intimatis principalitèr li-
14 teris commiſſionalibus, & ad videndum
iuramenta teſtium, vel Procuratoribus
alios ſubſtituere in locis prędictis,vt quo-
què *Carau.d.ritu.*258.*ſub num.*18.aduertit,
nàm & ſi de ſubſtantia ſit citatio princi-
15 palis ad videndum iuramenta teſtium
ſufficit fieri Procuratori, *Regens Rouitus
d.pragmat.9. num.19. Gallupp.vbi ſupra cap.
25. num.4.& 5.* talis citatio ſit ſimul,& ſe-
16 mel cum citatione ad teſtes, in qua de-
ſcribuntur teſtes per nomina, & cogno-
mina, *Reg. Rouit. in pragmat.9. num.28. de
ord. iudic.*

Et tandem me exiſtente Iudice Regio
in Ciuitate Monopolitana die 26. Fe-
bruarij 1625. decreui, quod nullitatibus
non obſtantibus reſeruatis ad merita
cauſæ fiat concluſio, penès Ayetam
Actuarium.

*SVMMARIVM.*

1 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio.*

2 *Offerri debent priùs expenſæ factæ in culturis agri.*

3 *Iudex à quo pendente appellatione, an poſſit procedere ad taxationem expenſarum.*

4 Pragm.2. de expenſis *adducitur.*

5 *Appellans,nil probans in cauſa principali,condemnatur ad expenſas non proſequuta appellatione.*

6 Pragm.1.de except. *ponderatur.*

7 *Appellans, non proſequens cauſam appellationis in termino debet condemnari in expenſis abſquè alia citatione.*

8 *Iudex pronunciare poteſt ſuper expenſis deſerta appellatione.*

ARGVMENTVM.

Iudex à quo an poſſit deſerta appellatione condemnare appellantem ad expenſas.

CASVS XI.

Marcus Antonius Indellus V.I.D. cũ
obtinuiſſet ſententiã in ſui fauorẽ
ſuper relaxatione certorum bono-
rum in aſſictum per ipſum datorum vna
cum fructibus,contra Octauianum Piſto-
ia, ſolutis tamen priùs per ipſum Indellũ
omnibus culturis,& expenſis factis, ac fa-
cta idemnitate in forma in beneficium
ipſius Octauiani,condemnando victum
victori in expenſis, ab hac ſententia ap-
pellauit dictus Octauianus ad M.C.V. &
obtinuit literas inhibitoriales in forma,
& quàmuis non fuerat proſequutus ap-
pellationem, dicebat Indellus, quod ob
impedimentum appellationis nequiuerat
expediri facere liquidationem, & ſic cul-
pa ipſius Octauiani, vndè ſuccedebat re-
1 gula vulgata, quem de euictione tenet
actio,eundem agentem repellit exceptio,
ad *text.in l.vendicantem, ff.de euict.*

Ex parte ipſius Octauiani dicebatur in
eius facultate eſſe adimplementum, hoc
eſt reſtituere rem,& ex parte Indelli aliud
nempè ſolutis prius culturis, & propte-

2 reà

2 reâ debebat priùs illas offerre, ad *text. in*
*l. Iulianus, § offerri, ff. de action. empti*, ideò ſi
benè non fuerat proſequutus appellatio-
nem infra legitima tempora, ipſis elapſis
ſuum erat procurare deſertionem appel-
lationis, vt potuiſſet exequi ſententiam,
ſed quia agebatur de ſoluendo expenſas,
iuxtà formam condemnationis victum
victori in expenſis condemnãdo, pro qui-
bus inſtabat Indellus dubitari contingit,
3 ſi procedere poteram ad talem taxationẽ
expenſarum, quãuis *Reg. Rouit. in prag. 1. de*
*expenſis, nu. 11. in vlt. compilat.* querit, an autẽ
pendente appellatione poſſit Iudex à quo
procedere ad taxationem expenſarum,
*Anna ſingul. 31.* voluit quod ſic, ſed hoc ha-
bet maximam dubitationem, ex traditis
per *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 11.*
ſubſequitur ſic dicendo.

Sed dato, quod poſſit procedi ad taxa-
tionem, nõ tamen facta taxatione, poterit
procedi ad executionẽ, etiam ſi eſſet ſen-
tentia S. C. à qua penderet reclamatio,
iuxtà ſtylũ ipſius S. C. de quo teſtatur *Af-*
*flict. deciſ. 358. in fine, & deciſ. 231.* niſi in pri-
ma inſtãtia nihil probauit, quia tùnc de-
bet reficere, vt in *pragm. ſeq.* hæc ille, & vi-
ſo per me proceſſu reperi in cauſa princi-
pali non fuiſſe aliquid probatum per di-
ctum Octauianũ, adeò quod dùm appel-
lauerat, debebat ante omnia expẽſas ſol-
uere, præſtita cautione per victorem de
4 reſtituendo in caſu reuocationis, vt di-
ctat ipſa *pragm. 2. de expenſis*, loquẽs in ter-
minis noſtris, quod ſi in cauſa principali
5 nil probans, & ad expenſas cõdemnatus,
appellationem non proſequitur, niſi ſolu-
tis expenſis, vt *idem Reg. Rouit.* firmat poſt
*Troyſ. Io. Arnon. ſingul. 23.* ad quod *Afflict. in*
*Conſtit. Iuriſperitorum, ſub num. 5. verſ. hodiè*
*verò*, allegat d. pragm. dicens fuiſſe ſum-
ptam ex dictis *Domin. in cap. 1. de reſcript. in*
*ſexto*, quibus addo *Marant. in ſpec. par. 6. in*
*2. actu, de appell. num. 353. Scagl. in ritu 260.*
*num 24. Campan. ad Oliuam in ritu 4. Curiæ*
*Archiep. Neap. ſub num. 18. Muſcatell in pra-*
*xi S. C. lib. 2. gloſ. ſententia par. 1. num. 25. &*
*lib. 3. par. 1. gloſ. probandum, num. 13. in gloſ.*
*partis num. 98. Carrab. ſingul. 1. de ſynd.* conſe-
runt ad hoc collecta per *Farinac. in repert.*
*iudic. quæſt. 31. Rota in ſuo Floril. concluſ. 6.*
*num. 63.*

6 Et ad hoc facit *pragm. 1. de except. in fine*,
ibi, & ſi ad proceſsũ non fuerint oppoſite,
& non probatæ vltra pœnam prædictam
in expenſis pars non probans, condemne-
tur in ſumma, ex quo reus ipſe appella-
uerat, & non fuit proſequutus appellatio-
nem, de iure eſt conſtitutum, quod appel-
lans non proſequẽdo cauſam appellatio-
7 nis in termino ſibi præfixo, poteſt condẽ-
nari in expenſis ſine alia citatione, probat
*Scaccia de appell. quæſt. 14 nu. 17.* adeò quod
ſtante deſertione appellationis ſuper ex-
8 penſis, deſerta appellatione Iudex pro-
nunciare poteſt, *Andr. Gayll. lib. 1. pract. ob-*
*ſeruat. in obſeru. 34. num. 4* & ſic indiſtinctè
appellans, condemnandus in expenſis,
*idem d. l. obſeru. 152. num. 4.*

Et ſic iudicaui me exiſtente Iudice Regio in Ciuitate Monopolitana die 28. Nouembris 1614. penès Ayetam Actuar.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordo iuris in Curijs Baronalibus attẽditur in cauſis Arrendamentorum.*

2 *Vniuerſitates nequeunt iuriſdictionem alicui conferre.*

3 *Significatoriæ Vniuerſitatum habent vim ſententiæ, & exequutioni mandantur.*

4 *Affictatores introituum Vniuerſitatum gaudẽt prærogatiua.*

5 *Significatoriæ habent exequutionem paratam de iure communi, ac Regni.*

6 *Oppoſitum ſic operatur in oppoſito, ſicuti propoſitum in propoſito.*

7 *Procedi debet ſummariè in literis ſignificatorialibus expeditis per Rationales.*

ARGVMENTVM.

Literę ſignificatoriales expeditæ per Rationalem electum, ab Vniuerſitate contra Arrendatorem, qui ſoluerat vltra eius debitum, nõ tamen bonificatum ab ipſa, an exequi debebant, vel iuris ordine ſeruato.

CASVS XII.

FRanciſcus Marianus Affictator datij vnius capitis pro foculari Ciuitatis Monopolis pro ducatis 3541. 4. 13. ſoluendis, quibus Syndicus mandaret cũ onere ſoluendi ducatos 60. Iuratis deſtinatis pro ſeruitio ipſius Arrendamenti, factis indè nõnullis ſolutionibus de mandato ipſius Syndici, ac ſolutis etiam dictis ducatis 60. eiſdem Iuratis: compertum fuit in ſignificatorijs ſoluiſſe omnẽ quan-

titatem

titatem per enm debitam, & vltra eam
dictos ducatos 60, idcircò eo inſtante fa-
ctum fuit de nouo compotũ, & expeditæ
fuerunt literæ exequutoriales per Ratio-
nalem electum contra Donatum Mariam
Garzanetum olim Caſcerium, cui dicta
partita fuit bonificata ab Vniuerſitate
pro reſtantibus ducatis 60. ſolutis Iuratis
non alitèr incluſis in dicta ſumma duc.
3541. 4 13. prætextu tamen quod dictus
Rationalis non erat Iudex competens ip-
ſius, quo circa deducta cauſa coràm me
dubitari contingit, ſi tales literę exequu-
toriales erint exequendæ, vel non, aut or-
dinariè procedendum pro exequutione
ipſarum; conſideraui, quod non verſeba-
1 tur in Curijs Baronalibus, in quibus pro
cedi debet iuris ordine ſeruato, ad *text. in
l. cum ſeruus, ff. de condit & demonſtrat.* vt per
*Capiblanc. in pragm. 16. num. 83 de Baron.* ſed
2 veriùs in Ciuitaribus, ſeù Viuerſitatibus
Regijs, ſeù demanialibus, eo quia nõ poſ-
ſunt iuriſdictionem alicui cõferre, vt pro-
bat *Manſon de cauſ exequut. ampl. 16. num. 4.
& 5.* licer enim contrarinm ſeruetur, &
3 ſignificatoriæ ipſarum habeant vim ſen-
tentiæ, vt mandętur exequutioni, ex *Bart.
in l. inſtar, C. de iure fiſci lib. 10. & Præſ. de
Franch. deciſ. 347.* probat *Montan. in prag. 5.
§ 3. & 4. num. 10. de admin. Vniuerſ.* quem ſe-
quitur ibidem *Capiblanc. num. 81. & ſeq.* an-
4 nuens, quod tales Affictatores introituũ
eius gaudent prærogatiua, ex *Guido Papa,
Capyc. Reg de Ponte, & Reg. Rouito ibi relatis,*
ſicq; non tantùm inſpecta iuris commu-
5 nis diſpoſitione tales ſignificaroriæ ha-
bent exequutionem paratam, vt probant
*Reg. Rouit. in pragm 38. de offic. Procur. Cæſar.
Manſon. vbi ſup. num. 6.* ſed etiam de iure
Regni ex Conſuetudine, vr ibi teſtatur
*Manſon.*

Hoc ſuppoſito inferebatur, quemad-
modùm conceditur exequutio literis ſi-
gnificatorialibus introitum ſuperãtibus
exitum, vt ibi *Capiblanc. num. 85.* ità è con-
uerſo agendum erat in exitu ſuperante
introitum, eo quia in iudicijs æqualitas
ſeruanda eſt, *cap. nouit, de iudic.* nàm quod
6 operatur propoſitũ in propoſito, ità ope-
ratur oppoſitum in oppoſito, *l. fin. §. fin. ff.
de leg. 3.* cum alijs apud *Barboſ. principia iu-
ris lit. O num. 13.*

Ac demùm conſiderabam, qualitèr in
prima inſtantia rationalis electi, ità ob-
ſeruari conſuetum erat tales ſignificato-
riales literas haberi vim ſententię, ac exe-
quutionem paratam, ità paritèr in alia
inſtãtia ſuperioris Iudicis érat obſeruan-
7 dum ſummariè procedendo, iuxtà di-
ctam *deciſ. Præſ. de Franch. 347.* quã ſecta-
tur ibidem *Montan. num. 11.*

Et ità decreui die 9. Ianuarij 1614. ꝙ
tales literæ ſignificatoriales debitæ exe-
quutioni demandentur pro ſumma in eis
contenta, penès Ayetam Actuar.

*SVMMARIVM.*

1 Pragm *teſtem falſum*, de falſ. *producitur.*
2 Pragm. 4 §. 8. de dilat. *exaratur.*
3 *Publicatio in cauſis ordinarijs, nõ eſt de ſubſtã-
tia proceſſus, eiuſquè ommiſſio non vitiaret
illum.*
4 *Cauſæ omnes ſunt ſummariè in Regno.*
5 *Publicatio fit in cauſis ordinarijs.*
6 *Publicationes in proceſſu ſunt neceſſariæ.*
7 *Publicatio dat maius robur atteſtationibus.*
8 *Cauſæ ſummariè, quæ nam ſint remiſſiuè.*
9 *Facultas ad dicendũ, fit pro cauſis ſummarijs.*
10 *Citatio in ſummarijs eſt neceſſaria.*
11 *Citatio ad dicendum fit loco citationis ad ſen-
tentiam.*
12 *Caſus ommiſſus remanet in diſpoſitione iuris
communis.*
13 *Declaratio circa vſum quandocunq; peti de-
bet, & fieri etiam poſt latam ſententiam.*
14 Pragm. *pœnam impoſuit ei, qui ſcientèr pro-
duxit teſtes falſos.*
15 *Intereſt Reipublicæ delicta puniri.*
16 *Reſpondere debet ſi vti velit teſtibus, ad hoc
vt vtens illis puniri poſſit.*

ARGVMENTVM.

## Declaratio circa vſum teſtiũ an fieri debeat in cauſis ſummarijs vbi non fit publicatio

CASVS XIII.

IN cauſa Hieronymi de Luna cum Magi-
ſtro Tullio delle Nuce fabricatore, fuit
dubitatum, quod poſtquàm in ipſa cau-
ſa sũmariè fuerat proceſſum, quia ſic me-
rita ipſius exquirebant; facta demùm fa-
cultate ad dicendum, fuit ex parte ipſius
Magiſtri Tullij petita declaratio circa
vſũ, & circa hoc ponderabãtur duo *Prag.*
1 quarum prima eſt, *prima, incip teſtem falſum,
de falſis,* qua cauetur, quod ipſa declaratio
peti debet infra octo dies poſt publicatã
2 in cauſa, altera eſt *Pragm. 4 §. 8. de dilat.* ex
qua percipitur, quod talis declaratio cir-
ca vſum infra quindecim dies poſt publi-

cationem debet peti, at cũ in cauſis ſum-
marijs, non requiratur publicatio, & ſine
illa proceſſus valeret; imò etiam iuxtà
communem opinionem in cauſis ordina-
3 rijs publicatio non eſt de ſubſtantia pro-
ceſſus, vndè eius ommiſſio non vitiaret
proceſſum, vt ex *Bart. Alexand. Abb. & alijs*,
probat *Marant. in eius praxi par. 4 diſtinct. 9.*
*num. 22.* & conſequentèr ex ijs videbatur
denegandã, nihilominus quia etſi in Re-
4 gno omnes cauſę sũmariè eſſe videantur,
ex *cap. deteſtantes, Carau, in ritu 72. nu. 8. Mu-*
*ſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 1. gloſ. libellus,*
*num 4. Iul. Cęſar Gallupp in praxi S.C. par. 1.*
5 *in prælud. num. 14.* Et in ordinarijs cauſis,
ordinariè fit publicatio, quæ eſt de ordi-
ne iudicij, idem *Carau. in ritu 72. num. 4.*
non tamen in ſummarijs.

Verùm quia in allegatis Pragmaticis
exprimitur talem declarationem fieri de-
bere poſt publicatum in cauſa, propterea
intelligendæ ſunt de cauſis ordinarijs, in
6 quibus ordinariè fiunt tales publicatio-
nes, vndè ipſę videntur eſſe neceſſariæ, *Ca-*
*nenſ. in ritu 86. num. 2. & ſeq.*

Et idcircò publicatio fit: Primò, vt ea
facta, partes poſſunt habere copiam te-
ſtium examinatorum. Secundò, vt ſerue-
tur ordo iudiciarius, quia ipſa eſt de or-
dine iudicij. Tertiò, quia per eam datur
maius robur atteſtationibus, *Carau. d. ri-*
*tu 72. num. 3. & ſeq.* ad quod addit *Muſcat.*
*in praxi S.C. lib. 1. par. 6. gloſ. partes, num. 14.*
7 quod publicatio fit ad ſuum finem, vt di-
cta ipſorum fidem faciãt, ſecundo, vt ipſe
valeant percuntare, vt poſſint repulſari.

8 Sed quia in cauſis ſummarijs relatis à
*Marant. in d. ſpecul. in 4. par. diſt. 9. per totam,*
non alitèr fit publicatio, vt dictum eſt, ſed
fit facultas ad dicendum tantùm, in quo
comprehenduntur omnes actus poſt exa-
men factum ſub compendio illius: poſt-
quàm non datur terminus, ſed loco ipſius
9 dicitur capiatur informatio, vocatur fa-
cultas ad dicendum, ex *Carau. d. ritu 72.*
*num. 13.* cum alijs allegatis pèr *d. Iul. Caſ.*
*Gallupp. in d. praxi par. 2. cap. 26. num. 1.*
10 & ſic talis citatio in ſummarijs eſt neceſ-
ſaria, *Capyc deciſ. 1. num. 35* nàm ipſa cita-
11 tio ad dicendum hodie fit loco citatio-
nis ad ſententiã in Conſilio, *Præſ. de Fran-*
*chis deciſ. 261 num. 11.*

Adeoq; cum in cauſis ſummarijs non
fit publicatio, ſed tantùm in ordinarijs
ex ſtylo ordinario, & attenta diſpoſitione
dictarum Pragmaticarum non videntur
comprehenſæ, quę loquuntur in caſu ſuo,
12 itaq; cum ſit caſus ommiſſus, remanet in
diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſ-*
*ſime, ff. de liber. & poſthum. Barboſ. in princip.*
*iur. lit. C. num. 4.*

Et proindè attenta diſpoſitione iuris
13 communis, declaratio ipſa quandocunq;
peti debet, & fieri etiam poſt latam ſen-
tentiam, refert *Vrſill. deciſ. 266.* quē ſequi-
tur *Muſcat. in praxi S.C. lib. 1 par. 3. gl. inſtan-*
*tia, nu. 38.* vndè ex hoc videbatur dicendũ
forè concedendam talem declarationem,
& ex ſequentibus ſi conſideretur ad quē
finem concedi debeat. Primò, ad finem
nè poſſit vlteriùs renunciari. Secundò,
vt non poſſit per vtentem allegari igno-
14 rantia, & ſic euitari pœnam Pragmaticæ,
quæ ſcientèr producenti teſtes falſos, pœ-
nam impoſuit, ex *Capyc. deciſ. 67.* probat
*Muſcatell in d. praxi, d. lib. 1. par. 6. gloſ. termi-*
*num, nu. 6.* & nouiſſimè latiùs *Iul. Caſ. Gal-*
*lupp. in d. praxi par 2. cap. 27.* & hæc eſt po-
tiſſima cauſa petendi dictam declaratio-
nem, vt dixit *Reg. Rouit in d. prag. 1. num. 16.*
aliàs ſi nõ concederetur, remaneret actor
excluſus à ſuo beneficio redarguendi te-
ſtes falſos, & conſequentèr delicta rema-
nerent impunita, quod eſt contra iura
15 vulgata dictantia intereſſe Reipublicæ
delicta puniri, *l. ita vulneratus, §. quod ſi quis*
*verſ. cum neq; impunita, ff. ad leg. Aquil.* cum
alijs apud *Barboſ. prim. iur. vtrinſque, lit. D.*
*num 10.*

Idcircò ex ijs nõ fuit denegata decla-
ratio circa vſum, proùt quoquè percepi à
practicis Scribis noſtrorum Tribunalium
Neap. ità in praxi receptum eſſe, & quia
falſis teſtibus vtens, cogitur præcisè re-
16 ſpondere an velit, vti ſi parte inſtante
monitus ſit à Iudice, *Giurba conſ. crimin. 5.*
*num. 6.* vbi plura ad ornatũ refert, adeòq;
cum producēs ſcientèr teſtes falſos com-
mittit falſum, ex traditis per *Honded. con-*
*ſil. 91. num. 1. tom. 2.* non excuſaretur ſi po-
ſteà declarauerit nolle vti, vt ſubdit *nu. 2.*
quod declarat quando verè, vel præſum-
ptiuè conſtaret de ſcientia, aliàs secùs
*num. 23. & 25.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Verbum* poteſt, *an neceſſitatem importet, &*
*quando.*
2 *Verbum* poteſt, *licet ſit extenſiuũ, porrigitur*
*ad futurum, & quando.*
3 *Verbum* poteſt, *affirmatiuè poſitum importat*
*facultatem, non neceſſitatem, & qua alia im-*
*portet.*
4 *Verbũ* poteſt, *in materia ſtatutaria reſpiciẽtia*
*actum vltimæ voluntatis, quid importet.*

5 *Statu-*

Digitized by Google

5 *Statutum diſponens, quod vir poſſit vſumfructum vxori relinquere, quid importet.*
6 *Verba ſuaſoria neceſſitatem important.*
7 *Quæri nō debet cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigitur.*
8 *Verbum* volo, *poſitum ante verbum* poteſt, *quid operetur.*
9 *Teſtator non præſumitur velle, niſi quod expreſſit.*
10 *Verba conſilij in fauorem prolata admittūt renunciationem.*
11 *Legatum conſanguineo factum, an ſit pium, & quando.*

## ARGVMENTVM.

Legatum factum vxori certæ ſummæ de vſufructu, & quod poſſit in vltima volūtate diſponere de proprietate tàm pro anima ipſius teſtatoris, quàm ipſius legatariæ, ſi non fuerit facta talis diſpoſitio, an poſſit ſumma relicta vendicari à Reu. Fabrica.

## CASVS XIV.

Condito teſtamento per quondam teſtatorem inter cætera legata ità cauit, lego vxori meæ vſumfructū ducatorum 300. eius vita durante, ſed in eius morte volo, vt poſſit dictos nummos pro anima ipſius teſtatoris, & ipſius legatariæ relinquere, dubitatum fuit in Tribunali Reuer. S. Petri de Vrbe, an ſi dicta legataria in eius morte de dicta proprietate non diſpoſuerat, legando tàm pro anima ipſius teſtatoris, quàm ipſius legatariæ poſſit vendicari pro ſumma prædicta ab ipſa Fabrica, ad hoc vt præcisè legataria teneretur ad obſeruantiam primi legati; Hęc. n. difficultas principalitèr ex
1 declaratione verbi *poteſt*, depēdet ſi neceſſitatē imponere videatur, an verò potentiam neceſſitati nō alitèr ſuppoſitā, *Gloſ. in cap. 1. de reg. iur. in 6. verſ. non poteſt*, quod quando hæc dictio negatiuè ponitur citra dubium neceſſitatem importare videtur, exemplum patet in *cap. beneficium, de regul. iur. in 6.* & ità importare tradunt *Berous conſ. 27. num. 10. vol. 2. Nellus de bannit. 2. par. 2. temporis, ſub num. 66. verſ. ſecundo caſu, Blaſcus memor. 11. num. 3.* ſed *Præſes de Franch. deciſ. 487. num. 2. & 3.* dixit, quod verbum *poteſt*, in materia legali aliquando exponitur pro verbo *debet*, vndè ſi fuerit data poteſtas alicui, vt cum aliquibus poteſt diſpenſare illud verbum *poteſt*, ibidem importat neceſſitatem, vt aliò non repugnante cogitur diſpenſare, hoc autem procedere videtur in caſu ſuo, licet
2 enim hoc verbum ſit extenſiuum, hoc eſt ſi ſit præſentis temporis ad futurum porrigitur, *l. ſi ità, ff. de leg. 2.* & ſic in diſpoſitione poſitum extenditur ad futura, *Reg. de Ponte conſ. 77. nu. 12. vol. 2. Marant. in ſingul. ver. dictio poteſt, fol. 22. Giro Spina conſ. 18. num. 21.*
3 Sed quando affirmatiuè ponitur nullatenùs neceſſitatem inducere videtur per iura à *Gloſ. ſupra citata relata*, & ſic denotat facultatē, non neceſſitatem, *Duard. deciſ. 454. nu. 15. tom. 2. poſt tract. de cenſ.* & proindè affirmatiuè prolatum, non inducit neceſſitatem, *Eugen conſ. 66. num. 80 tom. 2.* ſed honeſtatem, & decentiam, *Grat. diſcept. for. cap. 506. num. 12. & 13. Carau. in ritu 18. nu. 3.* & conſequētèr potentiam importat nulli neceſſitati ſuppoſitam, *Caroc. deciſ. 36. nu. 3.* ac etiam liberam voluntatem, *Seraphin. de priuileg. iuram. in priuil. 33. num. 69. & 71.* & ſic voluntatem inducit *Caſtill. controu. iur. tom. 2. cap. 22. num. 55. Mantuā conſ. 94. num. 11. lib. 1.*
Vndè poterit exemplificari in caſu noſtro, per quam quidem interpetrationem poſitē à *Gloſ. prædicta*, concluditur in ma-
4 teria ſtatutaria reſpicientia caſus vltimæ volūtatis importare, vndè *Borgn. Caualc. in tract. de vſufr mulier. relict. nu. 125.* aſſerit, q
5 ſtatutū diſponens, quod vir poſſit vſumfructum vxori relinquere, quoniā oratio negatiua non præceſſit, neceſſitatem importare non videtur, ſed libetā relinquendi voluntatem, ità paritèr dicendum videbatur in caſu iſto, dùm ceſſabat negatiua oratio, ac libera poteſtas, & non neceſſaria videbatur conceſſa vxori, quæ non legando, non per hoc hæres commodum legati amittere videbatur, ſed admittere concluſionē prędictam, vt militare poſſet in caſu iſto, quādo vtilitas legati totalitèr ſpectaret ad ipſum legatarium, ſed quia ex dictis verbis teſtatoris dicentis, quod poſſit in caſu mortis de proprietate diſponere pro anima ipſius teſtatoris, ac ipſius legatarij reſultare videbatur, procul dubio, quod talis vtilitas non ſpectabat totalitèr ad legatarium, ſed ad ipſum teſtatorem, quare concludendum videba-

tur in caſu prædicto, quod reſpectu com-
modi teſtatoris neceſſitatẽ importare vi-
debatur, ex eo quia iſta verba ſuaſoria,
nempè vt poſſit relinquere pro anima ip-
ſius teſtatoris neceſſitatem quandam im-
6 portare, etenim verba ſuaſoria neceſſita-
tem inducunt, *Gloſ.in l.cum pater, §.mando,*
7 *ff.de leg.2.verſ.conſilij*, nõ enim quæri opor-
tet, cum quo de ſupremis quis loquatur,
ſed in quem voluntatis intentio diriga-
tur, *d.l.cum pater, §.donationis*.
8 Inſuper ponderabatur verbũ illud *volo*,
ante verbum *poteſt*, poſitum, & iuxtà opi-
nionem Doctorum tale verbum *volo*, atq;
inducit diſpoſitionem, *Gargiar. patroc.84.
num.1.Gratian.diſcept.forenſ.cap.776.nu.9.*
9 Et ſic teſtator non præſumitur velle, niſi
quod expreſſit, *Menoch, de præſumpt. lib.4.
præſ.23.num.2.* poſtquàm teſtatoris mens
declaranda erit ex verbis ipſius, *l. Labeo,
§. idem Tubero, ff. de ſupellect. leg. Marta in
ſumma de ſucceſſ.par.1.quæſt.7.art.2.num.2.*

Quo verò ad legati commodum ſpe-
ctans ad ſalutem animæ legatariæ, vt pro
eius anima etiam legare potuiſſet, neceſ-
ſitatem importare non videbatur, ſed po-
teſtatem relinquendi, cum ſint potiùs ver-
ba conſilij reſpicientia fauorem legata-
riæ, & ſic cum ſint in eius fauorem prola-
10 ta, eis ipſa renunciare poterat, vt pulchrè
tradit *Gloſella in d §.mando.verſ.iuri*, & pro-
pterea cum nulla diſpoſitio de eis facta
apparebat, tacitè renunciatum eſſe vide-
batur ſuo fauori.
11 Quanquam legatum conſanguineo fa-
ctum ſanguinis attractu magis quam alia
ex cauſa rogatum cenſetur, ità *Ill. Epiſc.
Maranta reſp.15.nu.24 tom.1.* ad quod ſub-
nectit *Ill. Epiſc. Riccius in praxi variar. reſol.
tom.1. reſol.* 381. quod in hoc caſu nequit
Fabrica ſe intromictere, niſi quando fuiſ-
ſet conſanguineo pauperi relictum, aliàs
ſecus, quod non conſtabat de hoc in
præſenti caſu, ideò non alitèr vltra pro-
ſequutum.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuſtitiarij Prouinciæ cognoſcunt de feudis ex-
ceptis feudis quaternatis.*
2 *Feuda excadentialia, ſeù ruſtica, non cenſentur
iure feudi, & quare.*
3 *Feuda ruſtica poſſunt per Barones concedi.*
4 *Clauſula*, iuſtitiam faciat, *quid operetur.*
5 *Clauſula*, iuſtitiam faciat, *duo operatur,
& quæ.*
6 *Delegatio ex quibus verbis perficitur.*
7 *Delegatus nõ dicitur is, cui commiſſa eſt cauſa.
in qua alias erat Ordinarius, ſed remanet Or-
dinarius.*
8 *Delegatio facta cum clauſula*, iuſtitiam fa-
ciat, *quid operetur.*
9 *Induſtria perſonæ electa videtur per delega-
tionem.*
10 *Cauſa non poteſt per alium expediri, etiam in
caſu neceſſitatis, ſtante electione perſonæ.*

ARGVMENTVM.

## Remiſſio petita per conuentum poſſeſſorem feudi ruſtici, ad eius Baronem, à Regia Audientia delegata per Proregem concedi, an debeat.

CASVS XV.

MOta quæſtione per certum feudata-
rium contra certos poſſeſſores ali-
quarum partium feudi ruſtici, ad
oſtendendum titulum, & reintegrationẽ
partium ad corpus feudi, & indè ipſi poſ-
ſeſſores cõparuerũt in Reg.Aud.Calabriæ
Citra præcedẽte ordinæ Suæ Excellentiæ
mandantis eidem Reg.Aud. quod de ex-
poſitis iuſtitiam faceret, & cum fuiſſet
pro parte conuentorum petita remiſſio
ad eorum Capitaneum: contingit hæſi-
tari, ſi talis remiſſio concedenda erat,
1 poſtquàm de Iure huius Regni Iuſtitia-
rius Prouinciæ cognoſcit de feudis, exce-
ptis feudis quaternatis, vt in *Conſtit. Regni
Præſes*, ibiq; *Afflict.num.2.*

Quæ ſiquidem poteſtas Baronibus vi-
detur eſſe abdicata de iure.
2 Nihilominus *idem Afflict.in Conſtit.Con-
ſtitutionem diuæ memoriæ, num. 6.* allegando
*Luc de Penna in l.1.colum.8 verſ.nec dictum §.
C.de impon.lucrat.deſcript.lib.10.* dixit, quod
illa feuda excadentialia, vt vulgus vocat
feuda ruſtica, & alij vocant Athenaſia, iſta
nõ cenſentur iure feudi, quod patet, quia
pro eis contribuunt in generalibus ſolu-
tionibus & collectis, de quibus etiam bo-
nis, Comites, & Barones vaſſallorum ſuo-
rum Ordinarij cognoſcere non vetantur,
& ſimilitèr feuda demanialia, atquè exca-
dentialia, quæ poſſunt per Barones con-
3 cedi ſicuti ruſtica, vt optimè proſequitur
*Capibl.in prag.11.n.79.et ſeq.de Baron.* & ta-
lia excadẽtialia sũt res ſteriles, & inutiles
feudi, quæ conceduntur per Barones ſine
aſſenſu, ex multis probat *Io.Bapt.Bilotta in*
*ſuis*

*ſuis conclus. feudal. concluſ.* 10. vbi alia receſentur.

Dubium reſidebat in eo, qualitèr porrectis precibus Domino Proregi, fuit per eum mandatum Reg. Audient. quod de
4 expoſitis iuſtitiam faciat, quæ ſiquidèm clauſula operatur, quod in hoc iuris ordo ſeruetur, vt probat *Maranta in ſpec. par.* 4. *diſt.* 9. *num.* 4. ad quod *Io. Arnon. comment.* 81. dixit, quod talis clauſula duo importat;
5 nempè vt obſeruetur ordo iudiciarius, & pronuncietur de iure, *Mari ad Gram deciſ.* 61. *num.* 8. & ſic reſtringit reſcriptum ad iuris diſpoſitionem, *Andriol. controuerſ.* 53. *num.* 2. alia congerit *Barboſ. in tract. de clauſul. in clauſ.* 35. poſt *Dom. Reg. de Curte in diuerſ. iur. feud* §. *ſed vndè digreſſi, num.* 28. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic.* §. 3. *num.* 41.

6 Et propterea cum ipſa Regia Audientia ſit Iudex ordinarius in Prouincia, & in tali reſcripto nō aderant verba, ex quibus percipi poterat delegatio, vt exemplificando tradit *Marant. d. par.* 4. *in* 5. *diſt. ſub num.* 4. ſubſequebatur ex hoc, quod
7 Delegatus non alitèr dicitur is, cui commiſſa eſt cauſa, in qua aliàs erat Ordinarius, ſed in cauſa illa remanet Ordinarius, & ſolū ſua iuriſdictio excitata dicebatur, vt ibi probat *Marant. num.* 77.

Ea propter cum vigore allegatæ clauſulæ, vt prædictum eſt, videatur importare, vt ſeruetur ordo iuris, & cauſæ veritate cōperta ſecundū eam decideretur, quemad-
8 admodum enim in Delegato operatur, vt habeat facultatem cognoſcendi, & terminandi, ſed etiam exequendi, vt probat *Ruginell. in tract. de appellat.* §. 6. *gloſ.* 8. *num.* 7. ità pariter in Ordinario, eo quia per conſi-
9 milia verba videtur electa induſtria eius perſonæ, prout exemplificando refert *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 21. *num* 15. ibi eſt idem quando fuit commiſſum, vt proprio iudicio cognoſcat, & diffiniat, idcircò induſtria perſonæ, quoties eſt ele-
10 cta, non poteſt etiam in caſu neceſſitatis per aliū res expediri, probat *Io. Anton. Bellon. in tract. de mand. iuriſd. cap.* 8. *quaſt.* 2. *num.* 106. & ſic non poterit à ſe abdicare cognitionem cauſæ ſibi commiſſæ à Superiore, & conſequentèr illam alteri remittere.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa deſerta expirat iuriſdictio Iudicis ad quem, & reddit ad Iudicem à quo, num.* 2. *& ratione oſtenditur, num.* 3.
4 *Iudex ad quem deſinit eſſe Iudex cauſæ appellatione deſerta, etiam quod fuiſſet inhibitum.*
6 *Iudex, qui profert vltimam ſententiam, debet illam exequi.*
7 *Deſertionis ſpecies quot ſunt.*
8 *Iudex à quo quando poſſit adiri ob pronunciationem appellationis deſertæ, & quando adiri ad Iudicem, ad quem diſtinguitur.*
9 *Inhibitoria ſtatim mitti poteſt per Iudicem à quo, & ligat manus ſtatim, quando præſentatur, num.* 10.
11 *Iudex à quo quando poteſt declarare deſertam appellationem.*
12 *Sententia rata manet deſerta appellatione, præcedente declaratione deſertionis Iudicis ad quem.*
13 *Iudex pronuncians appellationem deſertam, non exequitur ſententiā per eum, ſed per Iudicem à quo.*
14 *Iudex inhibitus in dubio parere debet Superiori, aliàs eius inobedientia punietur.*
15 *Iudex à quo procedere poteſt in cauſa etiā poſt decretam inhibitionē quando non fuiſſet præſentata inhibitoria.*
16 *Pars appellata adire debet Iudicem ad quem inſtando, quod reſcribat Iudici à quo, quod exequatur ſententia ſtante deſertione appellationis.*

ARGVMENTVM.

Declaratio deſertionis appellationis ob lapſum temporis ad quem, ex Iudicibus pertinere, videatur, an ad Iudicem à quo, vel ad Iudicem ad quem, diſtinguitur num. 5.

CASVS XVI.

CVM fuiſſet prolata ſentētia per Regiam Curiam Ciuitatis Monopolis in beneficium Orlandi Cazani V. I. D. contra Theodoram Santa Croce, Io. Antonium Palmerium, & aliòs, fuit ex parte ipſorum conuentorum appellatum ad Regiam Audientiam Terræ Bari, & ab ea expedita inhibitoria in forma, verùm quia per lapſum temporis præfixi ad proſequendum appellationem, deſertio cauſę reſultauerat, vndè contingit dubitari, ad quē ex Iudicibus ſpectare videbatur declarari cauſam ipſam, ſeù appellationem deſertam, an ad Iudicem, à quo, vel ad Iudicem ad quem, & videbatur dicendum, ſpectare

ſpectare ad Iudicem à quo, poſtquàm
1 deſerta cauſa expirat iuriſdictio Iudicis
ad quem, ità *Scaccia in tract. de appell. q. 15. num 118. & ſub num. 202. Miſinger. centu. 3.*
2 *obſeru. 22. nu. 24.* & conſequentèr reddit ad
Iudicem à quo, *vt ibidem Scaccia* proſequitur *num. 2. in fine,* firmat *Andr. Gaill. lib. 1. obſerat. 59. Mandoſ. de inhibit. cap. 77. num. 2. Ciarlin. controuerſ. forenſ. tom. 2. cap. 133. nu. 95. Petr. Gregor. in tract. de appellat. lib. 8.*
3 *cap. 2. ſub num. 2.* eo quia appellatio deſerta
retro fingitur nō fuiſſe appellatum, *Præſ.*
4 *de Franch. decíſ 501. num. 1.* ſicq; Iudex ad
quem deſinit eſſe Iudex cauſæ, appellatione deſerta, *Muſcatell. in d. praxi S. C. lib. 2. par. 1. gloſ. proſequendum, num. 73.* cum alijs
apud *Gambam obſeru. 88. num. 14.* vbi plura,
imò etiam quod fuiſſet inhibitum, & ſic
exequutio poſt deſertam appellationem
ſtatim facienda, *Miſinger. cent. 2. obſeru. 70. Ciarlin. d. tom. 2. cap. 209* ſed idemmet *Scaccia eod. tract. quæſt. 11. artic. 5. num. 148.* dùm
5 quęrit, an pronunciatio deſertionis ſit neceſſaria, & quis Iudex debeat pronunciare ſuper re iudicata, ſeù deſertione appellationis, an Iudex à quo, vel ad quem, &
diſtinguit duos caſus, quorū Primus eſt,
quando res iudicata procedit à pluribus
ſententijs conformibus facientibus rem
iudicatam, & tùnc nulla erit neceſſaria
6 pronunciatio, ſed Iudex, qui protulit vltimam ſententiam, debet eam exequi, vt ex
*Bart. Veſt. & Mandoſ ibi citatis,* & hic non eſt
caſus noſter; Secundus caſus eſt, quando
res iudicata procedit à deſertione cauſę,
& paritèr concludit ibi *nu. 149.* quod nec
etiam in iſto caſu neceſſaria erit, quod
pronuncietur appellatio deſerta, vt ex
*Card. Alexandr. ibi citato.*

7 Sed vlteriùs proſequendo materiam
deſertionis, cēluit tres eſſe ſpecies deſertionis, quarum Prima eſt, quando appellatio nullatènus fuit interpoſita, & ideò
ſententia tranſiuit in rem iudicatam, &
hoc caſu nō erit neceſſaria talis pronunciatio ex plutibus ibi citatis.

Secūda deſertio ibi refert *nu. 150.* quando fuit interpoſita appellatio, ſed tamen
nec appellans, nec appellatus vnquàm introduxit cauſam appellationis coràm Iu-
8 dice ad quem, & ſiquè in termino fortè
aſſignato ab homine, hoc eſt à Iudice à
quo, neq; in eo termino facta aliqua proſequutio, & hoc caſu poteſt adiri Iudex à
quo, & is debet pronunciare appellationem eſſe deſertam, ex *Franc. & Card. Alex. ibi relatis.* Imò poſſe adiri Iudex ad quem,
& peti, quod pronunciet appellationem
deſertam, poſt *Marant. in ſpec. par. 6. rubr. & quandoq; appellatur, num. 200. Petr. Gregor. in in tract. de appell. lib. 8. cap. 2. num. 2. Muſcat. in praxi S. C. lib. 2. d. par. 1. & gloſ. proſequendum, num. 108.* ſubdens ibi *Scacc.* in hoc caſu non eſſe neceſſariā ſententiam talis declarationis Iudicis à quo, neq; Iudicis ad
quem, ex *Card. Alexand. & Felino ibi relatis.*

Tertia deſertio eſt quādo cauſa appellationis fuerit introducta coram Iudice
ad quem, & in hoc caſu concludit ſpectare ad Iudicem ad quem, quia is ratione
dubij an appellatio fuerit legitimè impeditus, vel non, & conſequentèr an appellatio ſit deſerta, vel non, debet cognoſcere, & pronunciare ſuper deſertione; cum
is fuerit ſemel adirus, ex *Franch. ibi relato,*
idemq; confirmando *num. 152. & 153. Marant vbi ſupra, Petr. Gregor. vbi ſupra, Muſcat. eodem loco,* quod, ni fallor, adaptari videtur
caſui præmiſſò, & ampliùs ſtante inhibi-
9 toria, quę etſi ſtatim mitti poſſit per Iudicem à quo, ne procedat in cauſa ad vlteriora, ex *Gloſ. in cap. 1. de offic. ordin. in 6. & in cap. Romana, §. ſi autem, & cap. non ſolùm, de appellat. in 6.* probat *Bertach. in repert. verbo inhibitoria,* attamen fieri non poteſt, antequàm appellatio introducatur, & citetur
appellatus, & debet fieri etiam ſi dubitetur, an appellatio ſit recipienda, vel non,
ex *Archidiac. in d. cap. paſtoralis, de offic. deleg.* probatur *in l. 3. C. de appellat. Bald. in addit. ad tit de appellat. verſ per appellationem ab interlocutoria, Bertacch. vbi ſupra, verſ. inhibitio*
10 *fieri non poteſt,* & ſic facta inhibitio Iudici
à quo, ligat eius manus ſtatim cum præſentatur, ex *Gloſ. in cap. non ſolùm. de appell. in 6.* probat *Bertach. ibidem verſ. inhibitio facta,* & non mirum ſi Iudex à quo, licet poſ-
11 ſit declarare deſertionem appellationis,
quando fuerit penès acta appellatum,
non tamen inhibitum à Superiore, vt tradit *Muſcatell. in praxi S. C. lib. 2. par. 1. gloſ. proſequendum, num 310. cum ſeq.*

Sicq; inter cæteros effectus deſertionis
12 ille, præſertim primus erit, quia deſerta
appellatione ſententiæ in cauſa lata à primo Iudice rata manet, præcedente tamen
Iudicis ad quem, declaratione deſertionis, ex *l. Præſes, C. quomodo, & quando Iud. Bald. conſ. 338. lib. 3. Guido Papa in conſ. 77. dubio 4.* probat *Leand Galgagn ad ſtatuta Vrbis, lib. 1. cap. 176. col 8. in fin verſ. primus itaq;*
13 *eſt,* & tùnc Iudex pronuncians appellationem, deſertam eſſe, ſententiam nō exequitur, ſed Iudex à quo, *Seſſe de inhibit. cap. 3. § 5. nu. 4.* quod non erit permiſſum id Iudici, à quo ſtante inhibitione, & ſi appel-

latio

latio fuerit deſerta, ſed parere cogitur
14 Superiori, etenim Iudex inhibitus in du-
bio, parere debet Superiori, aliàs eius
inobedientia punienda erit, *Seſſe de inhi-
bit.cap.24.num.7.* ſicq; Iudex inhibitus an-
te reſponſionem alterius Iudicis, non po-
teſt vlteriùs procedere ſub pœna nullita-
tis, *idem cap.9.§.1.nu.68.* & ſic vlteriùs pro-
cedere nõ poterit ſtante tali inhibitione,
& ità fuit per me iudicatũ in cauſa præ-
dicta in anno 1624. in menſe Martij, &
iterum in cauſa Marci Antonij Indelli
V.I.D. cum Octauiano Piſtoya, exiſtente
Inhibitoria M.C.V. niſi fortè talis inhibi-
toria non fuiſſet præſentata penès acta,
15 quoniam tùnc Iudex à quo, procedere
poterit etiam poſt decretam inhibitionẽ,
non tamen ei præſentatam, *idem Seſſe eod.
tract. cap.17. num.9. & 10.* & ideò in praxi
16 receptum eſt, quod pars appellata adeat
Iudicem, ad quem inſtando, quod reſcri-
bat Iudici à quo, quod exequatur ſenten-
tia ſtante deſertione appellationis, vt ex
*Andr. & Afflict. in Conſtit. Appellationũ tem-
pora*, firmat *Marant. vbi ſupra num.202.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Appellatur ad Mag. Cur. in Regno ommiſſis medijs.*
2 *Cauſa remicti debet ad Iudicem mediũ ſtante appellatione facta ad Superiorem, quando id opponeretur.*
3 *Iudex mediatus eſt Præſes Prouinciæ.*
4 *Appellatio ommiſſo medio nõ admictitur, quia gradatim erit appellandum.*
5 *Appellatio à ſententia tranſacta in rem iudicatam non admictitur.*
6 *Sententiæ tranſactæ in rem iudicatam, paratã habent exequutionem.*
7 *Res iudicata pro veritate habetur.*
8 *Iudex à quo, vel ad quem de ſubreptione cognoſcere poterit.*
9 *Reſcriptum impetratum contra ſententiã tranſactam in rem iudicatã an valeat, & quando.*
10 *Sententia tranſacta in rem iudicatam facit ius irreparabile.*

### ARGVMENTVM.

Reſtitutio exequutionis factę ordine Superioris; an per Iudicẽ à quo fieri debeat cũ cautione, donec alitèr fuerit prouiſũ per ſuperiorem Iudicem.

### CASVS XVII.

CVM fuiſſet præſtita aſſiſtentia per
Regiam Curiam Ciuitatis Mono-
polis ad inſtantiam Magiſtri Iulij
Patiſſi contra filios, & hęredes Io. Andreę
Guidæ pro capitale ducatorum centum
cum intereſſe, & talis ſentẽtia iàm fuiſſet
tranſacta in rem iudicatam, cuius vigore
fuerunt expeditæ literæ exequtoriales in
forma, & per Commiſſarium Regiæ Au-
diẽtiæ Terræ Bari exequuta certa anima-
lia, pro parte ipſorum conuentorum fue-
runt obtentæ literæ inhibitoriales in for-
ma tàm per M.C.V. quàm per eandem
Regiam Audientiam, ac mandatũ, vt om-
nia ad priſtinum reducantur, & ſucceſſi-
uè animalia exequuta reſtitui, viſum fuit
mihi illa reſtitui cũ cautione de illa exhi-
bendo ad omnem ordinem Curiæ Mono-
politanæ, in qua prę̨eram vti illius Iudex
Regius, donec alitèr per ipſam Regiam
Audientiam fuerit prouiſum, cum ipſa
Curia Regia Monopolitana erat Tribu-
nal ſubordinatum eidem Regiæ Audien-
1 tiæ, nàm etſi in Regno appellatur ad Ma-
gnam Curiam, ommiſſis medijs, poſt *Ma-
rant. in ſpec. par.6. rubr. & quandoq; appellatur
num.377.* ſubdens *num.398.* quod appellari
poteſt ab omnibus ſententijs omnium Iu-
dicum ordinariorum Regni, etiam à De-
legato Regis, & ſic ommiſſo medio, vt in-
quir *Carau. in ritu 52. num.2.* quem ſequun-
tur *Muſcatell. in praxi S.C. lib.2. par.1. gloſ.
tenebitur, num. 6. & ſeq. Scaccia de appellat.
quæſt.7. num.99. & quæſt.8. num.110.* attamen
ibidem *Carau.* hoc limitat ſic dicẽdo pri-
mùs eſt, quãdo à parte apponeretur, quia
2 tunc ad Iudicem medium remicti debet,
iuxtà *l. Imperatores, ff. de appell. & l. præcipi-
mus, C. eodem*, pro quo allegat *Ant. & Imol.
in cap. dilecti filij, lo ſecondo, de appellat.* qui Iu-
3 dex mediatus erit Præſes Prouinciæ per
Reg. Pragmat. quam ſtatim allegabo, &
ſubdit in *pragm.7. incip. pro minori, de officio
S.C.* quem ſequuntur *Scaccia d. quæſt.8. nu.
109. & ſeq. Reg. Sanfelic. deciſ.64. nu.11.* quia
4 appellatio ommiſſo medio non admicti-
tur, ex quo gradatim erit appellandum,
*cap. dilecti, de appell.* cum alijs apud eundem
*Carau. in ritu 266. num.37.* quem ſequitur
*ibidem Scacc. d. quæſt.8. num.109. Petr. Gregor.
d. tract. lib.4. cap.2. num.2. Miſinger. centur.1.
obſeru.67.*

Quo fit, vt dùm fuerat appellatum tàm ad M.C. quàm ad Regiam Audientiam, quia appellatio fieri debuerat in eadem Regia Audientia Iudice medio, meritò

fuit

ſuit huiuſmodi per me ità prouiſum, vl-
tra quod dubitabam nō ritè, & rectè am-
bas literas inhibitoriales proceſſiſſe; cum
5 fuerat appellatū à ſententia in rem iudi-
catam tranſactū, à qua nō datur appella-
tio, *Scaccia de re iudic. gloſ. 14. in quæſt. 2. nu.*
40. *Mauſon. de cauſ. exequut. ampl. 35. nu. 3.*

6 Poſtquàm ſententiæ, quę tranſierunt in
rem iudicatam, paratam habent exequu-
tione, *Carau. in ritu 262. nu. 1. & in ritu* 128.
*num. 6. Mauſon. vbi ſupra à num. 6. Borgn. de-
ciſ. 26. nu. 4. par. 4.* latè *Muſcat. in praxi S.C.
lib. 2. par. 1. gloſ. demandatur, num. 1.*

7 Quia res iudicata pro veritate habetur
*l. res iudicata, ff de regul. iur. Andr. Gail lib. 2.
obſeru. 44 num. 7. Scaccia d. gloſ. 14. quæſt. 2. ſub
num. 7. Borgn. deciſ. 26 num. 4 par. 4.*

8 Sicq; videbatur ſubreptitiæ, ſeù obre-
ptitiæ fuiſſe impetratas tales inhibitoria-
les literas, quo caſu tàm Iudex à quo, quã
Iudex ad quem, de tali ſubreptione co-
gnoſcere poterit, ad *text. in cap. ſuper literis,
de reſcript* vbi *DD. Bernard. Murmſer. pract.
forenſ. lib. 1. §. 10.*

9 Et ſuppoſita qualitate rei iudicatę, quę
eſt magnæ auctoritatis, quod fit, vt reſcri-
ptum impetratum contra ſententiã tran-
ſactam in rem iudicatam nō valet, etiam
quod dicat non obſtante ſententia, quia
non intelligitur de ſententia tranſacta in
rem iudicatam, *Vrſill. deciſ. 79. num. 5.* nàm
10 ſententia tranſacta in rem iudicatam fa-
cit ius irreparabile, *Borgn deciſ. 28. num. 14.
par. 1.* ac alia operatur, de quibus per eum
in *deciſ. 19. num. 7. & deciſ. 30. num. 13. par. 3.*

Quapropter cum acceſſiſſet Commiſ-
ſarius dictæ Regiæ Audientiæ Monop. &
depoſitarium citari feciſſet ad reſtitutio-
nem exequutionis, qui nolens obtempe-
rare, fuit carceratus, ſe excuſando cautū
eſſe in ipſa Curia Monop. non tamen in
Regia Audientia, ideò parere non debue-
rat, cum prouiſiones Reg. Aud. non dice-
bant præſtita cautione, ſed libera anima-
lia reſtitui. Nihilominus habito recurſu
ad eandem Regiam Audientiam, fuit per
eam prouiſum, quod ſtante cautione præ-
ſtita, cogeretur ipſe ad exhibendum illa,
referente Auditore Baldaſſare de Ange-
lis de menſe Aprelis 1625. nunc Iudice
M. C. V. in criminalibus meritiſſimo, &
meo ſatis amicitia coniuncto.

*SVMMARIVM.*

1 *Facultas probandi non erit anguſtianda.*
2 *Cauſæ omnes ſunt ſummarię in Regno, quali-
tèr intelligantur, num. 3.*
4 *Cauſa continens ſummam duc. 40 eſt magna.*
5 *Actor incipiens agere ordinariè contra debito-
rem, non poteſt redere ad executiuam.*
6 *Proceſſus an valeat quãdo in cauſa ſummaria
procedatur ordinariè.*
7 *Teſtes nequeunt examinari poſt didicita teſtifi-
cata, & ratione comprobatur, & quando ſe-
cus, num. 8. diſtinguitur num. 10.*
9 *Teſtificata quando didiciſſe dicantur.*
11 *Teſtes examinari extra tempus datum ad pro-
bandum, & probatum habendum, non probãt,
etiam quod iuraſſent intra tempus.*
12 *Teſtes examinati poſt publicationem didicitis
atteſtationibus tàm in cauſa principali, quàm
appellationis, an probent.*
13 *Beneficia à iure cōceſſa dantur volentibus exa-
minare poſt didicita teſtificata.*

ARGVMENTVM.

An in cauſa ducatorum quadraginta mutuatorum ſummariè, vel ordinariè erit procedendum.

CASVS XVIII.

IN cauſa Iuliæ de Auerſa cum Maria de
Auerſa eius ſorore contingit dubitari,
quod poſtquã fuerat petita certa quan-
titas ducatorum quadraginta mutuato-
rum, & ſummariè recepti fuiſſent teſtes
cum facultate ad dicendum tantùm pro
expeditione cauſæ, comparuit ipſa Maria
dicendo cauſam ipſam nō aliter ſic ſum-
mariè cognoſcendam fore, eo quia conti-
nebat ſummam ducatorum quadraginta,
& propterea cum debebat ſuas defenſio-
nes facere non erat iuſtum, vt ex hoc prę-
1 cluderetur via probandi, cum probatio-
num facultas non ſit anguſtianda, ad *text.
in l quoniam, C. de hæret.*

2 Quapropter ſi benè in Regno omnes
cauſæ ſunt ſummarię, ex *cap. Regni Dete-
ſtantes,* notat *Campag. in cap. Iniunxit nobis,
num. 27. Carau. in ritu 72. num 8. Muſcatell. in
praxi S.C. lib. 1. par. 1. Gloſ. libellus, num. 4. Io.
Arnon. in differ. 81. Iul. Cæſ. Gallupp. in praxi
S.C. par 1. in prælud. num. 14.*

3 Hoc tamen intelligitur reſpectu ſub-
ſtantialium iuris poſitiui tantū, vt *ibi Ca-
rau.* retulit, & *Muſcat. vbi ſup. num. 5. & 6.*

Negari tamen nō poterat, ꝙ eſſet cauſa
paruæ ſũmę, vt potuiſſet in ea ſic procedi,
4 ſed ducatorū quadraginta videbatur eſſe
cauſa

cauſa magna,& non parua,ex his,quę tradit *Marant.in ſpec.par.4.diſt.9.num.189.*

Et propterea in ea ordinariè, non antè ſummariè procedendum erat.

Et dato quod in ea fuerat proceſſum ſummariè, adhùc tamen non erat inconueniens,vt procederetur ordinariè, nàm caderet ad ſuam naturam

5 Ità è conuerſo ſi creditor cępit agere ordinariè contra debitorem non poteſt redire ad executiuam, ex multis probat *Cancer.var.reſol.par.1.cap.1 num.42.*

6 Et cauſæ ſummariè licet ordinariè in illis procedatur, proceſſus tùnc valet, *Minſinger centur.6.obſeru.17.num.1.*

Ex aduerſo autem replicabatur ipſam non eſſe audiendam in ſuis iuribus, cum

7 poſt didicita teſtificata intendebat examinare teſtes,& periculum erat ſubornationis illorum, vt per *Muſcatell.in d. praxi lib.1. par.6. gloſ.1.num.3. Ioan. Arnon.in dialogo 71.*

8 Quod ſecus eſſet ſi notitiam non habuiſſet de atteſtationibus partis poſt didicita teſtificata,vt per *Afflict.deciſ.23.*vbi *Vrſill.*

9 Et iàm conſtabat didiciſſe teſtificata cum conſultè, & maturè percuntauerit Procurator proceſſum,& replicauerat allegando teſtes examinatos ſuſpectos,quo caſu rectè dicebatur teſtificata didiciſſe, vt per *Vrſill deciſ.216.num.7. vltra Muſcat. ibidem num 5.*

Nec propterea applicari potuerant limitationes regulæ proditæ per *Iacob. de Franc. in rubr ſi de inueſt. contr.fuer. §.item ſi vaſſallus. num.3.Muſcatell.vbi ſupra.*

Idcircò concludi videbatur, quod aut ſciuerit didicita teſtificata, & tùnc quia

10 cum non poterat examinare teſtes, quia de directo examinaree teſtes in contrarium, idcircò alius terminus non concederetur, ſed tantùm ad præſentandum ſcripturas, cæterum ſi ignoraſſet didicita teſtificata, ſecus eſſet, ità *Muſcatell. lib.1. par.6.gloſ.1.& par.7.gloſ.1.num.4.*

11 Nàm ſi teſtes examinare extra tempus datum ad probandum, & probatum habendum non probant, etiam quod intra tempus iùtaſſent, *Borgn. deciſ.27.num.12. par.2.*

12 Quantò magis teſtes examinati poſt publicationem didicitis atteſtationibus, & ſuper ſimilibus capitibus tàm in principali cauſa, quàm in cauſa appellationis non probāt, idem *Borgn.deciſ.20.n.43.p.2.*

Et ſic iudicaui die 28.Maij 1625.quod terminus datus currat, infra quem debet præſentare ſcripturas, & ſi vellet exami-

13 nare iàm quod fuerant didicita teſtificata vtatur beneficijs, ex *Afflict deciſ.216. num.2.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pupillus cōuentus ex cōtractu paterno an gaudeat fori priuilegio.*

2 *Iudex à quo, vel ad quem cognoſcit de ſubreptione.*

3 *Iudex recipiens friuolam appellationem,poterit alia cognoſcere.*

4 *Multa facta tenent,quæ à principio fieri prohibentur.*

5 *Iudicis manus ligantur propter inhibitionem factam.*

6 *Inhibitio ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta, timenda.*

7 *Iudex inhibitus ante reſponſionē alterius, nèquit vlteriùs procedere.*

8 *Exceptio ſubreptionis eſt dilatoria, ideò debet opponi ante litem conteſtatam.*

9 *Exceptio dilatoria ſemper opponi poteſt.*

10 *Tutius eſt abſtinere,quam temerè celebrare.*

ARGVMENTVM.

Prouiſiones inhibitoriales expeditæ per M.C.V. præuia electione fori facta per pupillū ex contractu paterno, nulla facta mentione de prædictis, an de ſubreptione illarū cognoſci poſſit per Iudicem à quo.

CASVS XIX.

Intentato iudicio aſſiſtentiæ per Reuer. Don Antonium Cazanum contra filios quondam Alexandri Cazani pro ducatis quadraginta nouem, vt ex inſtrumento, compilatoq; proceſſu per Io.Antoniū filium ipſius quondam Alexandri pupillū fuerunt præſentatæ prouiſiones inhibitoriales in forma expeditæ per M.C.V.quibus mandabatur Regiæ Curiæ Monopolitanæ, quod ſtante electione fori facta in M.C. in cauſa non procederet, & per ipſam Curiam fuerunt obſeruatæ, vndè cū fuiſſet per ipſum actorem replicatum tales prouiſiones eſſe ſubreptitias,cum non

1 fuerat in illis expreſſum, ipſum pupillum conuentum fuiſſe ex contractu paterno, quo caſu nō gaudebit priuilegio fori ſibi

F conceſſo,

Digitized by Google

conceſſo, aut electione, vel diſpoſitione
*Ritus M. C. V.* 234. ibiquè *Carau. Præſ. de
Franch. vbi Addent in deciſ* 234. & 364. cum
alijs congeſtis per *Nouar in ſua praxi eleſt.
ſeù variat. fori ſect. 2. quæſt. 3. nu.* 10. vbi Nos
allegat in 1. par. *noſtri compend. deciſ. verbo
hæres*, aſſequitur *Franc de Petris conſ.* 13. vbi
ſic deciſum refert.

Vndè quemadmodùm de obreptione,
2 & ſubreptione tàm Iudex à quo, quàm
Iudex ad quem, cognoſcere poterit, ex
*text. in cap. ſuper literis, de reſcript.*

Iure meritò non alitèr obſeruari de-
buerant, & quatenùs fuiſſent obſeruatæ,
3 contrario imperio reuocari, nàm Iudex
ſi recipit appellationem friuolam indebi-
tè, nihilominus de ea cognoſcere poteſt,
*Miſinger. centur. 6 obſeru. 49 num.* 1. & ſi de-
ferat appellationi friuolę cauſa principa-
lis apud Superiorem retinere poteſt, *idem
centur. 3. obſeru. 4. num.* 1.

Ex aduerſo replicabatur, iàm fuiſſe ta-
les literas inhibitoriales obſeruatas ab
ipſa Curia, nefas erat illas contrario im-
4 perio reuocari; nam multa facta tenent,
quæ à principio fieri prohibentur, *l. patre
furioſo. ff. de us. qui ſunt ſui, vel alien. iur.* cum
alijs apud *Barboſ. princip. iur. lit. F. num.* 5.
eoque magis, quia per inhibitionem
5 factam à M. C. erant ligatæ manus Iudi-
cis inferioris, vt ex *Bertacch.* probaui *ſupra
caſu* 16 & ſic Iudex deferendo appellatio-
ni, abdicat à ſe iuriſdictionem, *Andr. Gail.
6 lib. 1. obſeru* 131 *num.* 4 inhibitio enim ſiuè
iuſta ſiuè iniuſta, timenda eſt, *Mandoſ. de
inhibit. quæſt. 20. nu. 2. &* 13. *& quæſt* 20. *nu.* 7.
7 quo fit, vt Iudex inhibitus ante reſponſio-
nem alterius Iudicis, non poteſt vlteriùs
procedere, ſub pœna nullitatis, ità *Seſſe de
inhibit cap* 9. §. 1 *num* 68.

Et ampliùs dicebatur in præiudicium
rei, non potuiſſe fieri talem reuocationē,
quàmuis non fuiſſet intimatus, antequàm
obſeruarētur, cum regula ipſa ſubreptio-
nis procedat re integra, antequàm fuiſsēt
8 obſeruatæ, eo quia exceptio ipſa ſubrep-
tionis eſt dilatoria, & propterea debet
opponi antè litem conteſtatam, ex *Felin.
in cap cum dilecta, num* 2. *de reſcript.* cum alijs
relatis per *Octau. Gloriſt. in d. cap. ſuper literis,
9 num.* 323. & exceptio dilatoria licet ſem-
per opponi poſſit, ſi non dùm ſit lis con-
teſtata, refert *Coſta in tract. de re integra, in
4. prælud. num.* 2. ſecus tamen poſteà, quo-
niam, tùnc idem qui inhibuit, debet co-
gnoſcere de replicatis, & mandare ſi ſub-
ſiſteret replicatio, vel non, tandem mihi
viſum fuit obſeruare cautelam proditam
10 in *cap. ſignificaſti, de homicid.* tutius eſt ab-
ſtinere, quā temerè celebrare, prout aliàs
fuit concluſum in cauſa Orolandi Caza-
ni V.I.D. cum Theodora Sancta Cruce, &
ſic etiam per me iudicatum fuit in præ-
ſenti cauſa, vt aderent M. C. die 15. Apri-
lis 1625. & deindè ſuperuenerūt aliæ pro-
uiſiones eiuſdem M.C.V. mandantes, vt
procederetur in cauſa de mēſe Maij eiuſ-
dem anni.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio non in omnibus ligat manus Iudicis à quo.*
2 *Appellatio in cauſa præſtationis alimentorum non admittitur, & quando admittitur, nu.* 3.
4 *Filius alimenta præterita, an poſſit petere, & quando debitum contraxiſſet.*
5 *Pater quando tenetur alimenta filio præſtare extra domum.*
6 *Appellatio ab interlocutoria, an ſuſpēdat ante inhibitionem.*
7 *Appellatio in cauſa alimentorum non admittitur, quando ea petuntur Iudicis officio, ſecus iure actionis.*
8 *Alimēta filio debita ex officio Iudicis debētur.*
9 *Alimenta futura, quæ nàm dicantur.*
10 *Alimenta poſt litem conteſtatam cenſentur futura, ideò debentur ab illo die.*
11 *Appellatio an admittatur in cauſa alimentorū debitorum officio Iudicis.*

ARGVMENTVM.

An decretum interpoſitum pro exequutione ſententię condemnantis ad alimenta prę̄ſtanda, exequi debeat non obſtante appellatione interpoſita.

CASVS XX.

DE alio fuit heſitatum in cauſa Franciſci della Gheza cum Nicolao Maria della Gheza eius patre, de qua ſatis in meo *voto* 41. *par.* 2. qui poſt condemnationem factam ad præſtandum alimenta præterita, & ob talem cauſam debitum contraxerat, indè facto tranſitu in rem iudicatam ſentētia priùs lata, fuit pro eius exequutione prouiſu, quod ſolueret pro nunc ducatos viginti, vna cum expenſis intra biduū, à quo decreto præfatus conuentus appellauit, & de nullitate

dixit

dixit ad ſuperiores Officiales, ſi exequutioni demandari debuerat tale decretum non obſtante dicta appellatione, eo quia cum ſit clarum in iure, quod appellatio
1 non ligat manus Iudicis in omnibus caſibus, in quibus appellare non licet, *Marant. in ſpec. par. 6. in tit. de appellat. num. 184.* & inter cæteros caſus, in quibus appella-
2 tio non admictitur, eſt ſententia præſtationis alimentorum, *l. fin. ff. de appellat. non recep. Bald. in l. Mela, ff. de aliment. & cibar. legat.* notat *Afflict. in deciſ. 151. num. 3. in fine,* cum alijs adductis à *Scaccia in tract. de appellat. in quæſt. 17. limit. 7. nu. 1. Intrigl. ſing. 97. num. 85. par. 2.*

Quanquàm *Vrſill. ad Afflict. vbi ſup. nu. 1.*
3 dicat, talem appellationẽ admicti debere à ſententia alimentorum de præterito debitorum; ſecus tamen de futuro debendorum, *Scaccia vbi ſupra num. 14. de appellat. §. 2 cap. 3. num. 271.*

Adhùc autem eramus in caſu alimentorum præteritorum, & tale decretum interpoſitum fuerat interlocutorñ pro exequutione ſententiæ aliàs latæ, & tranſactæ in rem iudicatã, & amplius, quod ſi benè
4 filius alimentatus non poteſt petere alimenta prçterita, niſi feciſſet ſe debitorem alterius prò ipſis alimentis, *Afflict. dec. 10. num. 5.* quem ſequitur *Præſ. de Franch. deciſ. 605. num. 2.* &
5 pater cogitur filio alimenta præſtare extra domum, ſi inter eos ſit lis, *Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 14. num. 27. Intrigliol. ſing. 97. num. 7. par. 1.* prout contingit in hoc facto, non mirũ ſi appellatio ab
6 interloqutoria non ſuſpendat manus Iudicis ante inhibitionem, & poteſt procedere vſq; ad diffinitiuam, parte nõ citata, vt idem *Marant. ſupra cit. num. 208.*

7 Vlterius dicebatur, quod appellatio in cauſa alimentorum nõ admictitur quando petuntur officio Iudicis, ſecus iure actionis, vt dixit *Bart. in l. ſi. xes, num. 1. ff de appellat. non recip. Intrigl. d. ſing 97. nu. 89.* vt dixi *d. voto 41. num. 9.*

8 Attamen nulli dubium eſt, quin alimenta filio debita ex Iudicis officio debẽtur, probat *Surd. in tract. de aliment. tit. 3 quæſt. 1. num. 1. Molfeſ. ad Conſuet. Neap tom. 1. par. 5. quæſt. 4. num. 4. & 5.* probaui in *d. voto 41. num. 11.*

9 Inſuper alimenta futura ea eſſe dicuntur, quæ ſunt decurſa ante ſententiã poſt petitionem illorum, vel motam litem, vt pluries deciſũ teſtatur *Rota deciſ 764. nu. 5. par. 4. & Verall. deciſ. 24. par. 1. Viuius deciſ. 523. num. 41.* quos probat *Ruginell. vbi ſu-*
10 *pra nu. 275.* imò alimenta poſt litem conteſtatam, ſeù motam, cenſentur futura, & non præterita, & ideò debẽtur ab eo die, nec in eo requiri, quod res alienum contraxerit, vt probat *Præſ de Franch. dec. 605. num. 2. Intrigl. ſingul. 97. num. 87. par. 2.*

Hoc ſanè erit intelligendum in alimẽ-
11 tis debitis iure actionis, ſecus tamẽ quando officio Iudicis deberentur, quoniam tùnc appellari minimè poſſit, ſiuè eſſent præſentia, ſiuè futura, ex *Gulielm. de Cuneo in l. 2. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Bart. in l. fin. nu. 1. verſ. hoc verum,* vbi *Cuman. nu. 4. ff. de appell. recip. Aret. conſ. 95. num. 3. Specul. de appellat. num. 11. Vital. de clauſ. tit. an iuri alim. poſſ. ren.* probat ibi *Rugin. num. 275. Molfeſ. vbi ſupra. D. Reg. Sanfelic. in ſua praxi Iudic. ſectio 60. num. 31.*

Et ità fuit per me exequutum die 17. Nouembris 1624. & idem in cauſa Iordanis Valente cum D. Brigida della Bruna eodem menſe, & anno pro alimentis per eum præſtitis, & continuari in futurum.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex efficitur incompetens facta electione fori.*
2 *Electio fori facta per Procuratorem nomine principalis an valeat.*
3 *Iuramentum præſtari poteſt per perſonam legitimam, in cauſa electionis fori.*
4 *Procurator habens ſpeciale mandatum, vel generale cum libera poteſt eligere forum.*
5 *Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum.*
6 *Præſentatæ in ſcripturis per Actuarios fiunt per extenſum, non breuiatæ.*
7 *Scripturæ præſentatæ in iudicio fidem faciunt in vim probatoriis.*
8 *Iuramentum perhorreſcentiæ exigitur quando fit electio, ſeù variatio fori.*
9 *Iuramentum perhorreſcentiæ fundat iuriſdictionem electi.*

ARGVMENTVM.

Variatio fori; ſeù electio facta per Procuratorem nomine principalis, an admictatur.

CASVS XXI.

REfertur in cauſa intentata per Raphaelem de Cardolis contra D. Brigidam de Indello conuentam ſuper certa ſolutione pecuniarum ſibi mutuatarum, fuiſſe factam variationẽ cauſæ per

eius Procuratorem in M.C.V. vel S. C. &
certum eſt electionem ſori factam per vi-
duam,vel aliam perſonam priuilegiatam,
Iudex coràm quo litigatur, efficitur Iu-
1 dex incompetens per ea, quæ decidendo
tradit *Præſ. de Franch. in deciſ.* 244. *num.* 1.
eundem ſequitur alios addendo *Nouar. in
tract ſeù praxi elect fori,tom.*1 *.quæſt.*16*.nu.*1.
probans etiam, quod electione fori facta,
ſtatim ſunt ligatæ manus Iudicis, coràm
quo litigatur,licet ei non fuerit inhibitũ,
& eo ipſo debet ſuperſedere, imò electio-
ne,& variatione fàcta à priuilegiaris, Iu-
dex coràm quo lis eſt cępta,etiam abſquè
inhibitione efficitur incõpetens, *Gallupp.
in praxi S.C. par.*2*.cap.*6*.num* 57.

Sed difficultas erat in eo,quia non ipſa
principalis rea variauerat, ſed eius Pro-
2 curator nomine ſui principalis, vt proſe-
quitur *Nouar. d. tract. quæſt.*7*.nu.*1. & quam-
uis hoc admittatur, cũ talis variatio fiat
præuio iuramento, non tamen requiritur
3 neceſſaria perſona principalis, ſed poteſt
præſtari per perſonam legitimam, vt in-
quir idem *Præſ. de Franch deciſ.*257*.ſub n.*6.
hoc eſt per Procuratorem legitimè con-
ſtitutum,vt ſubdit *Muſcatell. in praxi S. C.
lib.*1*.par.*2*.Gloſ. comparentes num.*78. & ita
in praxi ſeruari cenſuit, non tamen ſola
ſimplex conſtitutio Procuratoris penès
4 acta ſufficiens eſſet,ſed Procurator admi-
ttitur tùnc, & poteſt eligere forum nomi-
ne ſui principalis,ſi habeat ſpeciale man-
datum,vel generale cum libera, vt idem
*Nouar. d. quæſt.*7 *.num.*5. probat, & ſequitur
*num.*8*.&* 13. quod Procurator conſtituti
ad eligendum, vel variandum forum po-
teſt etiam iurare de perhorreſcentia,licet
de hoc in mandato non ſit facta mentio,
& *num.*16. & hoc ratione iuramẽti præ-
5 ſtandi, cum requiratur ſpeciale mandatũ,
ad hoc vt quis iuret nomine alterius,pro-
bat *Intrigl ſingul.*100*.num.*100 *par.*3*. Man-
cin. in tract. de iure iur. par.*2*. art.*1*. num.*19*.
&* 44.

Et hæc omnia ceſſabãt in præmiſſo ca-
ſu obſeruata fuiſſe.

Inſurrexerat etiam poſtmodùm alia
variatio facta per principalem in certa
comparitione ab ipſa producta, abſque
præſentata Actuarij, & iuramenti præſta-
6 tione,poſtquàm ex ſtylo horum Tribuna-
liũ omnes ſcripturæ præſentantur Actua-
rijs, & maximè comparitiones, quæ ſcri-
buntur literis integris, & non ſingularis
cum die, menſe, & anno, vt habetur in
7 *pragm.*10*.de officio Iudic.* & tùnc ſcripturæ
pręſentatæ indifferentèr,fidem faciunt in
vim probationis in termino, *Muſcatell. in
d. praxi lib.*1*.par.*7*.gloſ. præſentare,nu.*27.

8 Inſuper exigitur iuramentum perhor-
reſcentiæ, requiritur in electione, & va-
riatione fori facienda, & præſtandum eſt
eodem tẽpore quo fit electio, probat *No-
uar. eod. tract. quæſt.*2*.num.*2.

9 Nàm tale iuramẽtũ perhorreſcẽtię fun-
dat iuriſdictionẽ Tribunali electo,vt ſub-
dit *num.*5*. Franciſc. Maria Pratus diſcept. fo-
renſ. tom.*1*.cap.*13. ea propter cum hæc ceſ-
ſabant nullam prorſus rationem haben-
dam eſſe arbitrabar,ex deciſis,& collectis
per eundem *de Franch. in deciſ.* 257.

Et ſic proceſſi ad expeditionem cauſæ
principalis, die 11. Decembris 1624.

*S V M M A R I V M.*

1 *Poſſeſſio per teſtes probari poteſt.*
2 *Poſſeſſio de præterito, præſumitur continuata in futurum.*
3 *Probatio per teſtes,& instrumẽta æquiparãtur poſſeſſio, talis præſumitur qualis eſt titulus præcedens.*
4 *Manutenetur in poſſeſſione quis,quando appareat poſſidere.*
5 *Poſſeſſio apud duos eſſe non poteſt.*
6 *Manutentio datur poſſidenti.*
7 *Poſſeſſio ſola in iudicio manutentionis ſufficit.*
8 *Poſſeſſio probatur per inſtrumentum, qualitèr procedat, num.* 9.
10 *Poſſeſſio probatur per capturam poſſeſſionis.*
11 *Inſtrumentum adeptæ poſſeſſionis inſtrumenti emptionis mentionem facientis,non probat inſtrumentum enunciatum.*
12 *Manutẽtio datur docenti de poſſeſſione per inſtrumentum.*
13 *Nemo dat quod non habet.*
14 *Poſſeſſor in ſua poſſeſſione erit tuendus.*
15 *Poſſidentis melior eſt conditio.*
16 *Manutentio non datur ſpoliato, ſed reintegratio.*

A R G V M E N T V M.

Poſſeſſor fundi expulſus violentèr,an erit reintegrandus, ac manutenendus, conſtito de poſſeſſione illius.

CASVS

## CASVS XXII.

IAcoba,& Laura Turri filię,& hęredes Io.
Hieronymi Turri cũ poſſiderent quan-
dam clauſuram Oliuatum in hæredita-
te paterna remanſarum, fuerunt de facto
turbatæ in earum poſſeſſione per Io. An-
tonium Admiratum faciendo eas expel-
lere, imò armata manu eas inſequendo à
loco prædicto,ob quod comparuerunt in
hac Regia Curia Monopolitana,petendo
conſeruari, & manuteneri in earum poſ-
ſeſſione,& impartito eis termino per cer-
tos teſtes probauerunt dictam clauſuram
contingiſſe olim eorum patri in diuiſio-
ne paternæ hæreditatis, & ſemper poſſe-
diſſe,& adhùc ipsã continuaſſe poſſidere,
proùt notoriè conſtabat omnibus, & per
1 teſtes poſſeſſio probari poteſt, *Maſcard.de probat.concluſ.*1207 *num.*1. *Farinac.deciſ.ciuil.*131.*nu* 2.*tom.*1. vndè cõſequebatur re-
2 gula iuris, quod poſſeſſio de præterito
præſumitur cõtinuata in præſenti,vt pro-
ſequitur *Maſcard de probat. concluſ.*1201.&
ibi plura ad corroborationem deduxit.

Licet autem per ſcripturas nil adhùc
probatum extiterat, pro quibus inſtabat
aduerſarius vt exhiberētur,adhùc tamen
quia probatio per teſtes, & instrumenta
ęquiparatur, *Cauenſ.in ritu* 235.*nu.*20. *Cauen.in ritu* 275.*num.*17.

Ex quibus teſtibus conſtabat princi-
palitèr de titulo,dùm pro hęrede poſſide-
bant,ſimilitèr eorum pater iudicio fami-
3 liæ herciſcundæ, & talis præſumitur poſ-
ſeſſio,qualis eſt titulus præcedẽs,*Maſcard. ibidem nu.*7. quo fit,vt concurrẽtibus duo-
bus poſſeſſoribus in poſſeſſione capitur
informatio ſummaria vſquè ad teſtium
4 aperturam incluſiuè, quorum depoſitio-
nibus vter appareat poſſidere,manutene-
tur in poſſeſſione,vt inquit *Capy.deciſ.*96.
5 *num.*1.quia poſſeſſio apud duos eſſe non
poteſt, *Farinac. deciſ ciuil.*263 *num.*3.*tom.*2.
& *deciſ.*560. *num.*4. *tom.*1. eoq; impenſiùs
ſi aduerſarius nil probaſſet, vt in caſu no-
ſtro, & proindè ſtante probatione ſic per
teſtes facta, omninò manutentio conce-
6 denda erat, nàm manutentio datur poſ-
ſidenti, *Farinac. deciſ.ciuil.*56. *num.*1. & *deciſ.*508. *num.*1. *tom.*2. & ſola poſſeſſio in
7 hoc iudicio manutentionis poſſeſſionis
ſufficiens erit,vt proſequitur *Poſtius in tractatu de manutent.obſeru.*15.*per totam.*

Quanquàm autẽ ipſe Admiratus præ-
tendiſſet habere quoddam inſtrumentum
donationis per Clericum patruum ipſarũ
de Turri de fructibus dicti Oliueti in cõ-
porum ſui crediti cuidam ſuo nepoti, &
8 ſi ipſa poſſeſſio probetur per inſtrumen-
tur, *Farinac.deciſ.*35.*num.*1.*tom.*2.
9 Procedit alio non poſſidente, *Farinac. deciſ.*660.*nu.*1 *tom.*1.*in ciuilibus,et deciſ.*359.
10 Sed benè poſſeſſio probatur per inſtru-
mentũ capturæ poſſeſſionis, inquit *Præſ. de Franch.deciſ.*204.*nu.*31.*Farinac.deciſ.*525. *num.*1.*tom.*2. *in ciuil.* & *deciſ.*601.*num.*1 *deciſ.*211.*num.*1.*deciſ.*634.*num.*4.*tom.*1.*Poſtius deciſ.*584. *nu.*1.& *deciſ.*643.*nu.*1. poſt *tract. de manut.*

Quod adeò verum eſt, quod inſtrumẽ-
11 tum adeptæ poſſeſſionis,inſtrumenti em-
ptionis mentionẽ faciens,non aliter pro-
bat inſtrumentum enunciatum, vt inquit
*Afflict.deciſ.*48.*num.*2. & quam probationẽ
facit, oſtendit *num. ſeq.* quod non eſt no-
ſtrum diſſerere, & tùnc manutẽtio datur
12 docenti de poſſeſſione per inſtrumentũ,
*Poſtius in deciſ.*108. *num.*1. *poſt eius tract.* ac
etiam erit manutenendus lite pendente
poſſeſſor, *Rota in ſuo florileg. concluſ.*40. *num.*3. & 5.

Vltra quod talis donatio erat de re
aliena facta, quo caſu ſuccedit vulgata il-
13 la regula, quod nemo dat quod non ha-
bet, *l.traditio ff de acquir.rer.dom.* cum alijs
apud *Barboſ.princ.iur. lit.N.nu.*15.& *lit.D. num.*5. vbi notat,quod paria ſunt non da-
re,vel dare inutile,& hoc nõ poterat præ-
iudicare iuribus ipſarum Actricium, qua
de re firmiſſima reſultare videbatur regu-
la in eorum fauorẽ in iure expreſſa, nem-
14 pè quod poſſeſſor in ſua poſſeſſione
tuendus erit, *l.*1. §. *ſed ſi inter, ff. vti poſſid.*
cum alijs apud *Andr.Gail.pract.obſeru.lib.*1. *obſeru.*5.*num.*5.
15 Quia poſſidetis melior eſt conditio,*l.ſi debitor,ff.de pignor.* cum alijs apud eundem
*Barboſ.de princip.iur.lit.P num.*31.

Et conſequentèr manutenendus in ea,
vt dictum eſt ſupra.

Proùt fuit per me iudicatũ die 16. De-
cembris 1624. in earum fauorem, manu-
tenendo eas in poſſeſſionem dictę clauſu-
ræ Oliuarum, & ſic reintegratæ, quia ma-
16 nutentio non datur ſpoliato, ſed reinte-
gratio. *Farinac.deciſ.*704.*num.*1.& 2.*tom.*1. *in ciuil.*

### SVMMARIVM.

1 Text. in l.ſancimus, C.de fideiuſſ. *expenditur.*

2 *Fideiuſſor habet ſpatiũ ſex menſium ad præſentandum reum,& moram purgandam.*

3 *Fideiuſſores poſſunt renunciare beneficio l.ſancimus,*

*cimus, vt poſſint ſtatim conueniri, & non allegare beneficium dictæ legis.*

4 *Mora purgatur per præſentationem debitoris infra ſex menſes.*

5 Text. in l. & ſi poſt tres; ff. ſi quis caut. *producitur.*

6 *Citatio præcedere debet ante litis conteſtationem in præſentatione principalis.*

7 Text. in cap. Regni legem veterem *ponderatur.*

8 *Purgatio moræ quando admittatur.*

9 Ritus M.C.V.163. *affertur.*

10 Text. in cap. Regni legem veterem, *ſi in Magn. Cur. non ſeruatur, ſecus in alijs Curijs Regni.*

11 *Purgatio moræ omni tempore admittitur, imò poſt ſententiam, & ſic deciſum, num. 12.*

13 *Præſentatio debitoris ſola ſufficiens erit Officialibus, etiam ſi poſteà aufugeret, erit liberatus fideiuſſor.*

14 *Electio eſt debitoris in alternatiuis.*

15 *Cautio prima per ſecundam ſublata dicetur.*

16 *Fideiuſſio prima ſublatur per ſecundam fideiuſſionem.*

17 *Fideiuſſor de præſentando aliquem ſub certa pœna, & tertio die cum iuramento, an excludatur à facultate purgandi moram.*

18 *Fideiuſſor ſi minus legitimè reum præſentauerit, adhuc erit liberatus, ſi Iudex repræſentationem pro legitima acceptauerit.*

19 *Vnum ſufficit adimpleri ex duobus contentis in obligatione.*

20 *Fideiuſſio prima per ſecundam eſt ſublata.*

## ARGVMENTVM.

1 Fideiuſſor an ſit liberatus per præſentationem debitoris in Camera Curiæ aſſignata, & ſtante tali præſentatione teneatur ſoluere debitum, & pœnam, & per nouam fideiuſsionem liberatus cenſeri.

## CASVS XXIII.

Vper ſubſequenti Caſu vertente in Curia Regia Monopolitana fuerunt ſequentia allegata per Orolandum Cazanum V.I.D. videlicet, in quæſtione propoſita per Antonium Indellum contra Franciſcum Pinum de tribus eſt videndum: Primò, an Franciſcus Pinus ſit liberatus purgando moram, præſentando reum poſt quindecim dies, & non intus proprios carceres, ſed in Curia Cameræ aſſignata pro carcere. Secundò, ſi Franciſcus teneatur ſoluere debitum, & pœnã, ſtante prædicta præſentatione principalis. Et Vltimò, ſi per nouam fideiuſſionẽ, & habilitationem ſit ſublata prima fideiuſſio.

Et cum partes Pini teneã ius pro eius liberatione fundabo eſſe de iure communi, habemus *text.* punctualem *in l. ſancimus 26. C. de fideiuſſ.* per quem diſponitur,
2 quod fideiuſſor, habet ſpatium ſex menſium ad reum præſentandum & moram purgandam, quem *text.* cum alijs concordantibus pulchrè exornat *Cacheran. deciſ. Pedemont.* 49. imò *Angel. in l. ſi quis reum 4. num 6. C. de cuſtod. reor.* ponit cautelam, ad-
3 monendo Aſſeſſores, quod faciant renunciare beneficio illius *text.* ad finẽ vt elapſo tempore ſtatuto ad præſentandum poſſint fideiuſſores ſtatim conueniri, & non allegare beneficium, *l. ſancimus,* ita illum *text.* intelligit *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. centur. 1. caſu 40. nu. 3. & 4.* ponens hæc formalia verba: *Si quis promiſit aliquem tradere infra certum tempus, vel ſoluere, ſi elapſo termino non tradit, non compellitur, ſtatim ſummam ſoluere, ſed ſex menſes habet ad tradendũ;* ecce quo pacto, doctrinæ ſunt claræ, ſi Franciſcus non tradidit infra dies quindecim ſex menſes non ſunt elapſi, meritò moleſtari non poteſt ad ſoluendum, & quia infra ſex menſes præſentauit remanſit mora eſt purgata; in ijs terminis loquitur *Afflict. deciſ. 95.* qui dicit per S.C. ita fuiſſe deci-
4 ſum, & excarceratum fideiuſſorẽ ob principalis præſentationem factam etiam extra tempus: quia durũ eſt habere hominem, & pœnam exigere.

Confirmantur prædicta omnia ex *text. in l. & ſi poſt tres ff. ſi quis caut.* quem *text.* ad-
5 mittit moræ purgationem ante litis conteſtationem, & ſic præſupponit citationẽ proceſſiſſe, quæ neceſſaria eſt, vt per multa iura fundat *Caber. deciſ. 94. in princ.* & de regnicolis optimè loquitur *Muſcatell.*
6 *in tract. de fideiuſſ. 2. par. quæſt. 1.* citatio non eſt facta principali, & fideiuſſori, neque lis conteſtata, ergo, imò ad maiorem
7 confirmationem adducitur *text. in cap. Regni legem veterem, ſub rubr. de moræ purgatione,* qui ad ampliationem diſpoſitorum in d. l. ſi poſt tres, dicit, purgatam moram etiã poſt litis conteſtationem admitti, cui purgationi partes vllo pacto renunciare poſſunt, & ſi facta fuerit, nullius ſit momenti, nõ mirum ſi etiam in obligationibus iuratis,

fatis,& penes acta factis, admictitur pur-
8 gatio moræ, *Io Anton. de Nigr. de Campan. in cap. legem veterem*, quem ſequitur *Bellug. in ſpeculo Princip. loco infra citando*, & ita
fuiſſe deciſum, dicit, ſequitur *Paris de Puteo de reintegr feud. rubr. purgatio moræ, verſ. ſequitur amodo, in fine, num.33.* ex interpetra-
tione *d. cap. legem veterem.*

Nec in cauſa prædicta difficultatem
habere Dominum Iudicantem in benefi-
cium clientis, cum adducam *text.* clarum
9 *Ritus M.C.V. num.163.* vbi *Caran.* quã cla-
riſſimè in 2. & 3. §. licet enim dicat in
10 M.C. nõ ſeruari *tex. in d.l ſi poſt res,& Cap.*
*legem veterem*, in alijs tamen Curijs Regni
benè ſeruari dicit,& citato,& condemna-
to, principalis eum præſentando libera-
tur,& ità ſeruatur, vbi *Caran.* latis verbis
hoc dicit, quia per præſentationem factã
etiam poſt ſententiam mora purgatur,
cum illa ſit fundata in æquitate, in qua
*Ritus prædicti,& Cap. Regni* ſunt fundati,&
11 ſic omni tempore admictunt moræ pur-
gationem, *Bald in l crimen, C qui accuſ. non poſſ.* per *text in Cap. apud miſericordem Induẽ 3 quæſt.1.* eandem ſequitur opinionem
*Bellug. in ſpec. Princip. rubr. de offic. in car. mi. rubr.31. §. quàmuis carcer, in fin.* & poſt ſen-
12 tentiam condemnato etiam fuiſſe moram
purgatam, dicit *Dom. de Franch. ſeù arreſtationem in deciſ.507.* plura ponit *Anna ſingul.349.& 350.* multos alios cumulat ocu-
latiſſimus Dom. meus Io. Baptiſta Thori
Iudex Mònopulitanus doctiſſimus circũ-
ſpectiſſimus in ſuo *aureo compendio verbo mora*, Ideò non alitèr inſiſto, cum in hoc
facto contra Franciſcum non adeſt cita-
tio, non litis conteſtatio, non accuſatio
fideiuſſionis, non condemnatio, ergo au-
dio dicere, & cum ratione, nullam adeſſe
moram,& proindè ſuperuacuũ diſputare,
quod admictatur moræ purgatio in hoc
caſu,& quando cũ nulla poſſit imaginari
mora, moram ſecundum terminum fuiſſe
commiſſam.

At ſuperuacuum eſſe reſpondere obie-
ctioni, quod Franciſcus non præſenta-
uit principalem intus proprios carceres,
quæ de ſe tollitur, cum non ſit Franciſcus
cuſtos carcerum, ſed illum præſentauit in
Curia, & corã Officialibus, quæ aſſigna-
uerunt Camerã pro carcere, & ità dictat
petitio, & præſentatio facta per Acto-
rum Magiſtrum, proindè cum Cameræ
illæ ſit carcer aſſignatus, qui pro cuſtodia
datur, non pro pœna; ſufficit Franciſco
13 præſentando reum Officialibus, illiſquè
conſignaſſe cum proteſtatione, quod am-
pliùs illũ in ſua cuſtodia teneri nolebat,
à qua ſe eximere voluit per præſentatio-
nem, vt tradit *Afflict. deciſ.73. & 130.* qui
ſi etiam aufugiſſet, dicit principalem eſſe
liberatum.

Ad Secundum, in obligationibus alter-
14 natiuis vltra dicta electio eſt debitoris
quem vult adimplere *Bart. in l quàmuis. ff. de pignor act.* text. eſt expreſſius *in l. plerumq; §. fin. de iure dotium*, ibi, *Nàm cum illa, aut illa res promictitur rei electio eſt vera præſtet*, Frã-
ciſcus duo alternatiua promiſit, vel præ-
ſentare, vel ſoluere, elegit præſentationẽ,
iàm præſentauit, eſt ab alia de ſoluendo
obligatione liberatus, meritò ſi pręſenta-
tione eius principalis, qui debetur, omnis
fuit ſublata obligatio..
15 Ad Tertium, per ſecundam cautionem
primam fuiſſe ſublatam, ſunt punctuales
deciſiones Senatus Pedamõrani *Theſaur. 345. & 202.* ad ornatum *text.* de hoc lõ-
quentium *in l ſi cum Hermes, C. loci & litẽ quæritur. §. qui impleto, ff. eodem*, imò quan-
16 do fideiuſſio eſt interpoſita mediante
noua obligatione, & ſtipulatione, vt in
Curia eſt hæc noua Franciſci omninò fi-
deiuſſorem liberari, dicit punctualiſſimus
*text. in l. vbicumque 61 ff de fideiuſſ.* ibi. *Cum vero genere nouationis obligatio transfeat fideiuſſorem, aut iure ipſo*, dicit *Gloſ.* aut excep-
tione liberandum, quẽ *text.* nominat ſin-
gularem *Theſaur deciſ 125 num.15.* proindè
eum & iure cauſa, & Regni ſit Franciſcus
Pinus liberatus per præſentationem prin-
cipalis,& ſecundam cautionem pręſtitam
pacto vllo moleſtari poteſt pro primo, &
ità iudicandum ſentio me ſemper ſaniori
iudicio Domini iudicantis ſubmictẽn-
do, &c. *Cazanus.*

Et ſi *Intrigl. in ſingul.215 lib.1.* ex mente
17 plurium DD. dicat, quod fideiuſſor de
præſentando aliquem ſub certa pœna, &
certa die cum iuramẽto excludatur à fa-
cultate purgandi moram, attamen in fine
inquit, mihi verò ſatis placeret obſeruari
iſta æquitas non ſolùm in foro pœniten-
tiali, verum etiam in foro contentioſo re
integra, cuius contrarium duriſſimũ re-
putarem, ſcilicet hominem poſſidere, &
pœnam exigere, *Grammat deciſ 95.* quam
refert *Foller in pract. crim rubr. fragm. pars, num.273. in fine*, addo *Nicol. Carbon. in ſua practica practicarum lib 3. cap.7. num 44.* &
ad ſaturitatem *Farinac. in eius praxi crimin. tit de carcer. & carcerat. quæſt.34 num.145. & ſeq* & ex *Affl. deciſ.140. & Peguera deciſ.48.* cũ alijs, firmat *Henrig. in tract. de fideiuſſor. cap. 20. num. 29. & ſeq.* nouiſſimè *Maurus*
*Aretin.*

*Aretin. in tract. de fideiuſſor. ſect. 2. cap. 3. num. 102. & per totum.*

Quantum etiã ſpectare videatur, quod non fuerat præſentatus intus carceres, ſed illum in Curia, vel corã Officialibus fuerat præſentatus, attingit *Farinac. vt ſupra*
18 *num. 23. & 24.* probans, quod fideiuſſor ſe minus legitimè reũ præſentauerit, adhùc eſt liberatus, ſi Iudex illam repreſẽtationem pro legitima acceptauerit, & tũc tenetur Iudex.

19 Quo verò ad obligationem alternatiuè factam ſufficiens erit vnum adimplere, ex *Ang. & Alexan* probat ibidem *Maurus num. 172.*

20 Denique congruit ad ornatum, ſi prima fideiuſſio per ſecundam ſit ſublata, congeſta per eundem *Maur. Aret. d. tract. ſectio 12. cap. 32.*

Fuerunt præſentatæ prouiſiones Mag. Cur. Vic. expeditæ in Banca Octauij Seraphini, referẽte Iudice Thoma Locterio, & dictum, quod veris expoſitis, quod non fuit incuſata fideiuſſio, & fuit præſentatus principalis habilitatus cum fideiuſſione, non moleſtet fideiuſſores, die 5. Nouembris 1624. & ſic fuit exequutũ per ipſam Regiam Curiam Monopolitanam die 9. Ianuarij 1625. me ibi Iudice exiſtente.

*SVMMARIVM.*

1 Pragmat. 2. §. 1. de ſale vendendo *producitur.*

2 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione ſeculari in omnibus cauſis.*

3 *Clerici nequeunt coràm ſeculari Iudice conueniri, nec iuriſdictionem prorogare, etiam ſi Epiſcopus conſenſiſſet, num 4.*

5 *Neapolitani conueniũtur in Tribunalibus Neapol. non alibi.*

6 *Neapolitani nequeunt prorogare iuriſdictionẽ in præiudicium Ciuitatis, num. 17.*

7 *Vaſſalli nequeunt prorogare iuriſdictionẽ domini, & ſic deciſum, num. 8.*

9 *Renunciari non poteſt beneficio* l. vnic. C. quãdo Imper. inter pupill. & vid.

10 *Quilibet poteſt renunciare fauori ſuo.*

11 *Renunciari foro ſuo quilibet poteſt excepto clerico.*

12 *Renunciare quilibet poteſt eius priuilegio, exẽplo oſtenditur, num. 13.*

14 *Laici poſſunt iuriſdictionẽ eorum Iudicis prorogare de licentia ipſius.*

15 *Obligatio voluntariam nõ contentioſam, continet iuriſdictionem.*

16 *Deus conceſſit priuilegium immunitatis Clericis.*

18 *Renunciatio miſerabilium perſonarum expreſſa exigitur.*

19 *Obligatio penes acta, paratam habet exequutionem, ac ſi ipſe debitor eſſet condemnatus.*

20 *Incarceratio aſſequitur ex obligatione, & fideiuſſione ſtipulata penès acta.*

21 *Obligatio penès acta dicitur quoddam pactum inter partem, & Iudicem.*

22 *Obligatio facta penès acta Iudicis ſententiæ æquipollet, & vim rei iudicatæ obtinet, n. 23.*

24 *Obligatio penès acta nedum de iure communi, ſed de iure Regni habet paratam exequutionem.*

25 *Renunciationes factæ ab exemptibus ſunt voluntariæ iuriſdictionis.*

ARGVMENTVM.

Pactum adiectum cum priuilegiato, vt poſſit ſe obligare penès acta cum renunciatione priuilegij ſui fori, an valeat.

CASVS XXIV.

Contingit in causa vertente in Regia Curia Monopolitana inter Michaelem Simi cum illis de Capitaneis, ſi ſtante dilatione temporis conceſſa cum pacto vt ſe obligare poſſit penès acta Curiæ, & renunciare expreſsè priuilegio fori conceſſo Miniſtris Salis vigore
1 *Reg. Pragmat. 2. §. 18. de ſale vendendo*, ità vt optimo iure potuiſſet cõtra eum obligatio incuſari, & paritèr exequi realitèr, & perſonalitèr, & certum eſt, quod quando aliqui eximuntur à iuriſdictione Ordinarij, nequent ſe alterius iuriſdictioni ſubmittere etiam ipſis conſentientibus, quod eſt comprobatum; tùm per iura communia, quàm municipalia, talitèr quod nequent eorum priuilegio renunciare.

Et primò oſtenditur exemplo clerico-
2 rum, qui ſunt exẽpti à iuriſdictionẽ Iudicis ſæcularis tàm in cauſis criminalibus, quàm ciuilibus, nedum lege humana, ſed etiam lege diuina, vt probat *Viuius in ſylua commun. opin. verbo clerici à poteſtate*, quẽ ſequitur *Scappa de iure non ſcripto, lib. 1. c. 1. num. 2.* latè *Arſal. in tract. de iuriſd. Eccleſ. par. 2 tit. 11. cap. 1 per totum.*

3 Ità tamen, quod etiam ipſis volentibus nequeunt coram Iudice ſeculari conueniri, *cap. ſi diligenti, de foro compet.* vbi *DD. Cauenſ. in ritu 235. num. 15.* quia nõ poſſunt iuriſ-

iuriſdictionem ipſam protogare, *Capibl.*
*in pragm.8.par 3.num.13.de Baron.*

4 Imò etiam ſi conſenſerit ſuus Epiſco-
pus, *Grammat.deciſ.29.num.9.& 10.*

Et ſic ſuo foro renunciare non poterit,
latè *Gallerat.de renunciat. tom.2. renunc.140.*
*num.16.*

5 Secundò, probatur exemplo ciuium
Neapolitanorũ, qui ex priuilegio eis con-
ceſſo à Regina Ioanna Secunda, vt in *ritu*
301. *ſecundum ordinem Carau.* nequeunt ali-
bi conueniri quam in Regijs Tribunali-
bus exiſtentibus Neap. ſicq; ipſi trahunt,
& non trahuntur, vt in *pragm.2. de immun.*
*Neap. Præſ de Franch.deciſ.382.num.3.& de-*
*ciſ.4.6.*

6 Vltra *Carau.in d.ritu num.5.& nu 6.* con-
cludit. Neapolitanos non poſſe proroga-
re iuriſdictionem Iudicis nõ ſui, & ſic de-
ciſum fuit tàm per M. C. quàm per S. C.
vt retuli in 3.*par noſtri ſupplemẽti deciſ. ver-*
*bo remiſſio cauſæ intentante.*

7 Tertiò, hoc idem procedere videtur in
vaſſallo, vt non poſſit iuriſdictionem ſui
domini prorogare, vt probat ex multis
*Capiblanc.in d.pragm.8 par.1.num.119.*

Hinc eſt, quod liquidatio, ſeù præſenta-
tio inſtrumenti extra forum conuenti nõ
ſubſtinetur vigore pacti, quod debitor
poſſit conueniri vbiq; locorum, & in om-
8 ni Curia, & ità deciſum per M.C.V. at cõ-
firmatum per S. C. teſtatur *Franiſc. de Pe-*
*tris conſ. 25.* & ſic quis ſtare non cogitur
corã Iudice non ſuo pacto expreſsè adie-
cto, ad *text. in l.ſi conuenerit, ff.de iuriſd. omn.*
*Iudic.* vbi DD. aſſequitur *Gallerat. in tract.*
*de renunc.tom.2.renunc.140.num.5.*

9 Vltimò, priuilegio *l.vnica, C.quãdo Im-*
*per. inter pupill. & vid.* perſonæ quibus il-
lud competit renunciare minimè poſſunt
etiam expreſsè *Præſ. de Franch. deciſ.192.*
*num.2. Alexand.Trentacinq.variar.reſolut. tit.*
*de citat.reſol.2. Nouar.de elect.& variat.fori*
*tom. 2.deciſ.34.num.37.*

Ijs tamen non obſtantibus contrarium
de iure veriùs eſſe oſtẽditur, nempè quod
talis priuilegiatus poſſit ſe alterius iuriſ-
dictioni ſubmictere, renunciando eius fo-
10 ro, nàm quilibet poteſt ſuo fauori renun-
ciare, *l.cum pater, §.libertis, ff.de leg 2.* cum
alijs apud *Barboſ. princip.iur. lit.F.num.38.*
11 & in ſpecie priuilegio fori quis renũcia-
re poterit præter clericum, refert *Carau.in*
*ritu 228.num.2.* ſicq; foro, quod ex priui-
12 legio, vel ſpeciali fauore cõpetit renun-
ciare poſſe, firmat *Gallerat. vbi ſupra nu.6.*
vbi de alijs conſimilibus loquitur *Rota in*
*ſuo floril. concl.33. num.34.* & exemplificat
*Vrſill. deciſ.41. num.8.* vt poſſit priuilegio
Artis Lanæ, quod quis non poſſet conue-
13 niri niſi apud talem Iudicem renunciari
poſſit.

14 Non enim vetitum eſt laicis prorogare
iuriſdictionem non ſui Iudicis ſine licen-
tia ſui Iudicis, ex *Caſtr. in l.ſi quis in conſcri-*
*bendo, num.5. C.de pactis,* probat *Scappa de*
*iure non ſcripto, lib.3.cap.6.num.2.* vbi ſingu-
laritèr *num. 3. & 4.* ad hoc cènſuit reme-
dium introductũ eſſe, vt quis poſſit con-
ueniri vbiq; locorum, vt ſcilicet promit-
tat ſoluere vbi inuentus fuerit, & ſubdit
*num.4.* de generali conſuetudine tàm in
inſtrumẽtis, quàm in obligationibus ap-
poni, vt pars ſe ſubmictat iuriſdictioni
cuiuſcumq; Iudicis ordinarij, etiam non
ſui, ea ſiquidẽ ratione qualitèr tàm laici,
quã clerici poſſunt ſe obligari, alter in al-
terius Tribunali, & nõ dicitur quis proro-
15 gare iuriſdictionem, quia talis obligatio
voluntariam, & non contentioſam in ſe
continet illam, vt proſequitur *Capibl.in d.*
*prag 8.par.3 num.19.in vlt. impreſſ.*

Quocirca non obſtant in contrarium
adducta, & Primo, reſpectu clerici cuius
exemplum non erit ad ſimilia porrigen-
16 dum, cum non homo conceſſit priuile-
gium clericis immunitatis, ſed Deus, vt
ſint exempti à iuriſdictione laicali, refert
*Scappa eod.tract. lib.1 cap.2.num.1.* & ſic eo-
rum priuilegium fori eſt de iure diuino,
probat *Leoncill.deciſ 86 ſub num.15.*

Neq; Secundum exemplum de Neapo-
litanis obſtabit, cum illud nequeunt re-
17 nunciare in præiudicium Ciuitatis, cui
conceſſum eſt, *vt ibi Carau.* tradit, & limi-
tationes poſuit, ſicut vaſſallus etiam bur-
genſis non poteſt prorogare iuriſdictio-
nem alterius Iudicis in præiudicium ſui
domini. *Franch.deciſ.417.num.2.*

Deniq; reſpectu renunciationis priui-
legio miſerabilitatis, & ſi fieri poſſit, ad-
18 huc tamen exigitur ſpecialis, & expreſſa
renunciatio præuia certioratione, vt pro-
bat *Nouar de elect.& variat.fori, tom 1.q.14.*

Et in ſumma quemadmodum dicitur,
quod obligatio penès acta S. C. facta per
creditorem de ſoluendo pecuniam ſibi
ſolutam de pretio bonorum debitoris cũ
19 habeat exequutionem paratam, perindè
eſt, ac ſi ipſe debitor eſſet condemnatus,
*Præſ.de Franch deciſ.200.nu.22.* & ſic obli-
20 gatio, ſeù fideiuſſio apud acta facit obli-
gatum, ſic requirente negotio incarcera-
ri poſſe, *idem in deciſ.480.num.7.*

21 Poſtquàm obligatio penès acta dicitur
quoddam pactum inter partem, & Iudicẽ,

iuxtà tenorē ſuæ iuſſiónis, vt inquit *Conſiliar. Theodor. alleg. 39 num. 1.* & ſic obliga-
22 tio penès acta Iudicis ſentētiæ æquipollet, *Afflict. in Conſtit. Dilationes, ſub num. 31.*
23 & vim rei iudicatæ obtinere, dixit poſt *Præſ. de Franch. deciſ. 656. in princ. Reg. Merlinus controu. forenſ. tom. 2 cap. 66. num. 2.* atq; tranſactę in rem iudicatam.

24 Quocirca nedum obligatio facta penès acta de iure communi exequutionem paratam habet, *Præſ. de Franch. deciſ. 118. num. 7.* ſed paritèr de iure noſtro municipali *Carau. in ritu 128. n. 12. Præſ. de Franch. d. deciſ. 656. num. 3. Muſcatell. in praxi S. C. lib. 2. par. 1. Gloſ. ſententia, num. 89.*

Vndè ſubſequitur tales obligationes ſtipulatas in omnibus Curijs Regni conſimilem habere naturam, & propterea nil officere videntur renunciationes in illis factę ab abſentibus, dùm ſunt voluntariæ
25 iuriſdictionis, vt dictum eſt, ad *text. verò d. l. ſi conuenerit,* reſpondit *Gloſ. ibi prima,* & ſic fuit proceſſum cōtra ipſum obligatū.

*S V M M A R I V M.*

1 *Procurator exceptiones infirmitatis, abſentiæ, & captiuitatis poteſt opponere.*
2 *Debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti, & ſi miſit procuratorem, aut amicum cum pecunia in eo contenta, vel extraneus comparuerit pro eo cum pecunia, an audiri debeat, vel contra eum procedi.*
3 *Procurator in cauſis inſtrumentorum non admittitur ad media.*
4 *Carceratio impeditur ex ſolutione in promptu probata non quòad pœnam, & qualitèr, nu. 5.*
6 *Debitor citatus via Ritus tenetur comparere.*
7 *Debitor non debet audiri per procuratorem, niſi facto depoſito, vel in vinculis cōſtitutus.*
8 *Debitor citatus ſi in promptu pecuniam exhibuerit, euitabit carceres, & pœnam.*
9 *Quilibet pro ſuo intereſſe exceptiones omnes opponere poteſt.*
10 *Deciſio S. C. affertur de hoc.*

A R G V M E N T V M.

Liquidatio inſtrumēti, an poſſit impediri per procuratorem debitoris preſentantem apocam receptionis debiti, quæ indigebat probatione teſtium appoſitorum in ea, per examen ipſorū.

C A S V S XXV.

FActa liquidatione inſtrumenti pro ducatis duodecim ex reſta maioris ſūmæ per Liuiam de Iudicibus contra Manfredum de Manfreda vnum ex debitoribus inſolidum obligatum, Curia pro Tribunali ſedente die 20. Decēbris 1623. comparuit poſt rectam Curiam Sebaſtianus Manfreda Procurator ſui fratris, producendo non ſolùm fidem procurationis in promptu, ſed etiam quandam apocam ipſius creditricis teſtibus roborata, continentem ſolutionem integram factā fuiſſe eidem creditrici, non tamen verificatam, ſed offerendo in promptu illam verificare; vndè coram mé dubitari contingit, ſi deferendum eſſet tali petitioni, & certum eſt, quod in Regno tres tantùm
1 exceptiones opponi poſſunt per Procuratorem videlicet, infirmitatis, abſentiæ, & captiuitatis, vt retulit *Carau. in ritu 269. num. 13* quem ſequitur *Nicol. Carbon. in ſua pract. practicarum, lib. 1. cap. 2. nu. 11. & lib. 3. cap. 7. num. 45. Franc. Ant. de Iudice Rober. de liquid. inſtrum. conſid. 10. num. 10. de Franch. deciſ. 200. num. 1.*

Sed veriùs idem *Carau. in ritu 169. num. 12. & 13.* ad noſtrum propoſitum dùm
2 quærit, ſi debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti, mitteret per Procuratorem, aut amicum pecuniam contentam in inſtrumēto, vel comparet extraneus pro eo cum pecunia debita, ſi contra ipſum procedi poſſit tanquam contumacem, ſub diſtinctione concludit, quod aut portatur pecunia per Procuratorem, vel amicum, vel extraneum non ea intentione ſoluendi, ſed deponendi, petendo aliquas exceptiones cōtra creditorem, vel inſtrumentum, quod tùnc debitore non comparente, proceditur ad contumaciam, & condemnationem contra ipſum, quia in cauſis inſtrumentorum non admittitur
3 Procurator ad media ex *ritu 169.* quod etiam admittit *Marant. in ſuo ſpec. diſput. 6. num. 6.* & ſequitur ibidem *Caran.* quod ſecus eſſet, ſi pecunia aſportaretur animo ſoluendi nullam in contrarium exceptionem opponendo, *vt ſubdit num. 13.*

Et quatenùs ſpectare videatur ad propoſitam exceptionem ſolutionis per apocam priuatam vt ſupra factam, quæ indigere videbatur probatione, reſultabat ratio allegata, vt per media Procurator admitteretur, quod eſt improbatum ex dicto *ritu 169.* quocirca ſi talis ſolutio in promptu probaretur per debitorem, nulli

dubium

4 dubium erit, quin eius carceratio impe-
diretur, ex multis probat *Bernard. Pandi de præſent. inſtrument. in 10. declarat num. 11.* vt ſi
fieret eo tempore, quo ſit liquidatio, aliàs
ſi fieret eodem die facta liquidatione, il-
linc ad tres, vel quatuor horas liberare-
5 tur quòad creditorem, non autem quò-
ad pœnam Curiæ, vt ex *Carau.* aſſeren-
te ità decretum fuiſſe, teſtatur *Ioan. Paul. Galter. in praxi liquid. inſtrum. in 2. par. tertiæ partis, rubr. 2. num. 41.* quod non pro-
cederet in Procuratore conſtituto à de-
6 bitore, nam debitor citatus via Ritus
M.C.V. tenetur perſonalitèr comparere, *Preſ. de Franch. deciſ. 672. num. 1.*
7 Idcircò concludendum erat nõ debe-
re audiri debitorem per Procuratorem,
niſi facto depoſito per principalem, vel
in vinculis conſtituto debitore, vt diſpo-
ſitum eſt in *ritu* 166. cæterum ſi in prom-
8 ptu exhibuerit pecuniam paratus ſolue-
re, euitabit carceres, & pœnam, ità *Paris de reaſſumpt. inſtrum. rubr. 30. num. 52.*

Quapropter fuerunt reſeruata iura ei-
dem Procuratori competentia, qui pro
ſuo intereſſe paritèr comparuerat, dùm
in eodem inſtrumento paritèr obligatus
erat, & licet contra ipſum nõ fuerat pro-
ceſſum ad citationem, ex quo poterat ex
hoc ſibi reſultare præiudicium, vt contra
ipſum citatio expediri poterat, ſicuti re-
leuari ob probationem ſolutionis factæ
per dictam apocam apparentis, ideò ei
iura reſeruata fuerunt, nàm quilibet pro
9 ſuo intereſſe exceptiones omnes oppone-
re poteſt, *Carau. d. ritu 166. nu 71.* & ſic de-
creui Monop. die 22 Decembris 1623. &
10 proceſſum ad vlteriora in cauſa, ex deci-
ſis, & adductis per *Vrſill. deciſ. 398.* quem
ſequitur *Additio ad Galter. in ſua praxi inſtrument. liquidat. 2. par. tertiæ partis, rubr. 2. nu. 39. vbi Nos allegat in compend. verbo dos.*

*SVMMARIVM.*

1 *Emphiteoſis linea finita deuoluitur ad dominũ directum.*
2 *Interdictũ retinendæ datur domino directo pro recuperatione poſſeſſionis naturalis, & ſic iudicatum Romæ, num. 3.*
4 *Dominus finita linea, immitti debet in poſſeſſionem.*
5 *Dominus directus retinet poſſeſſionem ciuilẽ, & poteſt in ea manuteneri ad effectum recuperandi naturalem.*
6 *Manutentio datur domino directo finita emphiteoſi, contra hæredem emphiteotæ.*
7 *Dominus directus ob lineam finitam an poſſit auctoritate propria expellere poſſeſſorem.*
8 *Emphiteota non expellitur finita emphiteoſi niſi per ſententiam.*
9 *Dominus directus feudi, vel ſubfeudi, an poſſit auctoritate propria feudum capere, ob lineam finitam.*
10 *Libellus, & citatio, an exigantur in probanda poſſeſſione.*
11 *Dominus directus, an poſſit ingredi poſſeſſionẽ abſquè partis citatione, qualitèr intelligatur num. 12.*
13 *Citatio an, & quando exigatur.*
14 *Dominus directus, poteſt concedere rem deuolutam ſine citatione.*
15 *Iudex viſo inſtrumento ſi dederit tenutam bonorum debitoris, an parte nõ citata poſſit, vel non teneat.*
16 *Poſſeſſio apprehenſa de licentia Iudicis ſine citatione partis, nil operatur, & quãdo valeat, num. 17.*
18 *Poſſeſſio rei emphiteoſis ob lineam finitã concedi non debet, niſi declaratoria procedat.*
19 *Citatio requiritur in ſententia diſpoſitiua, non in declaratiua.*
20 Deciſ. Aſſl. 97. *qualitèr procedat.*
21 *Hæres cenſetur vna perſona cum teſtatore.*

ARGVMENTVM.

Dominus emphiteoſis, an ob lineam finitam poſſit auctoritate propria, rem emphiteoſi à poſſeſſore auferre.

CASVS XXVI.

FActa conceſſione certorum bonorum
in emphiteoſim per quendam Cleri-
cum præbendatum cuidã Petro Ci-
preſſo ſub certo annuo canone pro eo,
ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus ex cor-
pore, indè ex tractu temporis per lineam
finitam, non exiſtentibus hæredibus ex
corpore, alius ſucceſſor in præbenda au-
dito obitu emphiteotæ ſine hæredibus ex
corpore, intendebat propria auctoritate
res conceſſas vti deuolutas abſq; decreto
capere, vndè fuit dubitatum quid iuris; ſi
citatione, & ſententia opus eſſet, & licet
1 emphiteoſis finita linea, deuoluatur ad
dominum directum, § *emphiteoſim, auth. de reb. Eccleſ. non alien. Clarus in §. emphiteoſis, quæſt. 42. num. 1. Caualer. deciſ. Rom. 655. nu. 1.*
ſicq; emphiteoſi finita datur domino di-
2 recto interdictum retinendæ pro recu-

 peranda,

peranda poſſeſſione naturali,ex *Bar.in l.1.*
*§.vlt num.17 ff vti poſſid.& Beroo.conſ.*102.
3 *num.*43 *lib.*1.& ſic iudicatum Romæ,aſſe-
rit *Mellin. deciſ.Rom.*259. *num.*5. & conſe-
quenter emphiteota finita per lineam ex-
tinctam,dominus eſt immittendus in poſ-
4 ſeſſionem,probat *Ciarlin. controuerſ.forenſ,*
*tom.*1.*controu.*8.*num.*1.poſtquàm dominus
5 directus retinet poſſeſſionem ciuilem, &
poteſt in ea manuteneri,& ad effectum
recuperationẽ naturalis re iam deuoluta,
ità *Martin. Andrea deciſ. Rotæ Romanæ* 61.
*num.*7. & emphiteoſi finita, datur directo
6 domino manutentio contra heredes vlti-
mi emphiteotæ, *Ciarlin.controu.*6. *num.*35.
*eod.tomo,& d.controu.*8.*num.*4.

7 Sed an hoc procedat,ſi propria auctori-
tate Dñus directus rei emphiteoticæ poſ-
ſeſſorem expellere poſſit ob lineam fini-
tam,tangit hoc *Ill.Epiſc.Maranta in reſpõ-*
*ſo* 85.*par.*4.*num.*10,*cum ſeq.* vbi poſt relatas
tres opiniones, demùm concludit *nu.*11.
*&* 12. requiri Iudicis ſententiam, iuxtà
ſententiam communiter, magiſq; tutam,
& ſequitur *num.*13. poſt Iudicis tamen
declaratoriam citato nouo poſſeſſore fa-
cilè poteſt, & rationem reddit *num.* 14.
quod Iudicis authoritate meliùs exigun-
tur,quæ alias propria poſſent authoritate
exigi,ad quod ſubdit *Ciarlin. d. controu.*8.
8 *num.*3. quod emphiteota, non expellitur
finita emphiteoſi, niſi per ſententiam Iu-
dicis, & etiam in feudalibus procedere
9 non ambigitur,non poſſe dominum dire-
ctum ob lineam finitam auctoritate pro-
pria feudum capere, ſed iuris ordine ſer-
uato, prout deciſum tradit *Anna ſing.*151.

Sed licet in hoc requiratur libellus, an
etiã citatio exigatur,etenim libellus tan-
tùm requiritur quãdo mittitur in poſſeſ-
ſionem vigore inſtrumenti, reus tamen
ſi poſſeſſio eſſet probanda per teſtes,quo-
10 niam & libellus,& partis citatio require-
rẽtur,late *Menoch de adipiſc poſſeſſ.remed.*3.
*nu.*152.*&* 153. vbi *num.*150.aſſeruit,quod
quando ex vrbanitate peteretur aſſocia-
tio,tunc nec libellus, nec citatio erit ne-
ceſſaria.

Circa verò citationẽ partis, & ſi con-
cludãt DD. relati à *Ioſeph.Ludou.deciſ.Pe-*
11 *ruſ.*17. *num.*9. quod poſſit dominus dire-
ctus finito tempore locationis rei emphi-
teoticæ propria auctoritate, & de facto
abſq; vlla partis citatione ingredi poſſeſ-
ſionem rei emphiteoticæ.

Tamen ibidem *Ludou num,*13.hoc dixit
12 intelligendum eſſe, quando non ſubeſſet
timor rixæ,aut ſcandali.

13 Et propterea in caſu præmiſſo nullate-
nus erit neceſſaria citatio, quemadmodũ
in ſimili probat *Vrſill.deciſ.*178.*nu.*8. quod
14 exiſtente rebellione, dominus directus
poteſt concedere rem deuolutam ſine ci-
tatione,ex *Pariſ.conſ.*1.*nu.*33.101.*&* 123.
*vol.*1.& in *conſ.*111.*num.*9.*vol.*4.

Et *Paris de ſynd.verbo Iudices puros, n.*36.
15 probat, quod ſi Iudex viſo inſtrumento
det tenutam bonorum debitoris parte
non citata tenebit.

Et *Præſ.de Franch. deciſ.*163.*num.*11. vbi
loquitur de nullitate actus,quod poſſeſſio
16 apprehenſa de licentia Iudicis ſine cita-
tione partis nihil operatur,quòad plena-
rium iudicium, verum quòad excuſatio-
17 nem pœnæ incurſæ valet iudicium, *Ludo-*
*uic.deciſ.*69.*num.*6.*&* 14.

Et Ego in puncto reperi *Apoſtill.ad Iul.*
*Clar.in §.emphiteoſis,quæſt.*9.*lit.C. incip. Ipſo*
18 *iure,* inquit: Aduerte hic, quod tamen ſi
Eccleſia poſſit poſſeſſionẽ accipere pro-
pria auctoritate, quando deuoluitur pro-
pter canonem non ſolutum,tamen quan-
do per alienationem, vel generationẽ fi-
nitam deuolutionem Prælatus prætendit,
nõ poteſt poſſeſſionem accipere,niſi præ-
cedat declarararatoria, & ratio eſt, quia
haud poteſt ità certa eſſe de alienatione
illicita,vel extintione generationis, ſicut
de non ſolutione,per *Afflict. deciſ.*97. *Hie-*
*ron.Gabr.conſ.*88.*num.fin.* & an eo non cita-
to, poſſit dominus inueſtire alium, vide
per *Alex.conſ.*44.*vol.*5.hæc ille, etenim ci-
19 tacio requiritur in ſententia diſpoſitiua,
ſed non in declaratiua, *Aret.conſ.*173.*nu.*8.
20 Et licet *Afflict.in d.deciſ.num.*3.dicat eſſe
reum citandum in iſto iudicio, procedit
quando ageretur contra tertium, at in
caſu ſupra relato agebatur contra ean-
demmet perſonã conſtituentis repreſen-
21 tatam per eius hæredem, qui cẽſetur vna
perſona cum teſtatore, *Auth. de iure iuran-*
*do, §.præſti,in princ.l.fin.in fine,C.de impub. &*
*alijs ſubſtit.* Et ſic interpoſui decretum de-
claratiuum immiſſionis in poſſeſſionem
ſub die 10.Martij 1615. Theani.

*S. V. M M A R I V M.*

1 *Venditio dicitur perfecta ſtatim ex conuentio-*
*ne rei,& pretio, ob quod periculum ad em-*
*ptorem ſpectat,etiam non ſoluto pretio,neque*
*ſubſequuta traditione reali.*
2 *Vẽditio,& emptio dicitur perfecta ſtatim,quod*
*eſt conuentum de re,& pretio.*
3 *Venditio facta ſub haſta reuocari non poteſt,*
*neque retractari.*

4 *Vendi*

4 *Venditio facta ſub haſta perpetuam accipit firmitatem.*

5 *Venditiones voluntariæ dicuntur, quæ fiunt occaſione æris alieni per Iudicem.*

6 *Venditio, & liberatio rei vẽditæ ſub haſta perfecta non dicitur, donec decretum ſit interpoſitum, pretium, depoſitum, & traditus poſſeſſio.*

7 *Venditio, quæ fit ſub haſta quando dicatur perfecta.*

8 *Venditio ex pretij ſolutione, & traditione, dicitur perfecta.*

9 *Venditio non dicitur perfecta, ſi non tranſit dominium.*

10 *Venditio non contrahitur quando venditor non trãsfert in emptorem dominium, quod habet.*

11 *Res duobus vendita, ſi fuerit ſecundo emptori tradita præfertur.*

12 *Circuitus inutilis erit euitandus.*

13 *Dolo facis, quod ſtatim reſtituturus ſis.*

14 *Venditio ob æs alienum eſt neceſſaria, quæ fieri non poteſt abſq; decreto Iudicis, num. 15.*

16 *Ius offerendi competit in venditione rei ſub haſta, & alia.*

17 *Aliud eſt, quod creditor vendat iure creditoris, & aliud quod curet vendi pignus per Iudicem.*

18 *Soluens in contemptum mandati Iudicis, malè ſoluit.*

19 *Iudex vendendo bona debitoris, perſonam ipſius repræſentat.*

20 *Qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure.*

21 *Collecta eſt onus mixtum, quod imponitur propter res, non ideò obligatio oritur quòad res, ſed quòad perſonas.*

22 *Perſona principalitèr eſt obligata pro collectis, bona verò acceſſoria ſunt.*

23 *Collectæ poſſunt imponi, pro ſolutione fiſcalium.*

24 *Bona ſunt ſuppoſita, quaſi ſeruituti pro collectis.*

25 *Collecta eſt onus reale, quod imponitur perſonis.*

26 *Collecta reſpicit fructus.*

27 *Collecta ſoluitur ab vſufructuario.*

28 *Collecta priùs dona dicebantur, & erant voluntaria.*

## ARGVMENTVM.

Venditio fundi ad inſtantiam Tutoris, concurrentibus creditoribus, facta per Iudicem mandantem emptori fieri depoſitũ de pecunia, vt illis ſatisfiat, an indè alia venditione facta per alium creditorem, poſſit infrigi per creditorem in actione perſonali exiſtentem.

## CASVS XXVII.

FVit vendita quædam Terra, nõ tamen iure creditoris, ſed voluntariè ad inſtantiam cuiuſdam Tutoris nomine pupilli, eoquè inſtigante, vt creditoribus hæreditarijs ſatisfaceret, & ſuper ea interpoſitum conſuetum decretum, in quo dictum fuerat, quod pecunia deponeretur in poſſe Curiæ, vt creditoribus prædictis liberaretur pretiũ, viſis eorum inſtrumentis, & ſic remanſit Titio ſub licitatione pro certo pretio, cui fuerat notificatum mandatum, vt cum effectu pecuniã depoſitaret, ad inſtantiã cuiuſdam creditoris functionum fiſcalium pro collectis debitis, indè hoc non obſtante præfatus Tutor venditor eandem Terram alienauit Seio cum onere ſoluendi debita creditoribus, & ſic aliqui creditores ſe concordauerunt cum dicto Seio, cui relaxauerunt eorum credita ſub annuo redditu, quo peruento ad notitiam ipſius creditoris fiſcalium, comparuit in Curia, prętendendẽdo pecuniã ipſam omninò forè depoſitandam, vt per ipſam Curiam diſtribueretur creditoribus prædictis, iuxtà formã decreti lati, nec alitèr habendam eſſe rationem de venditione ſecundo loco facta per dictum Tutorem, & concordia indè ſequuta cum aliquibus creditoribus, ete-
1 nim venditio dicitur perfecta ſtatim, ſi fuerit cõſentũ de re, & pretio, & periculum ſpectat ad emptorem, etiam pretio non ſoluto, ac etiam non ſequuta traditione reali, vt probat *Dom. Reg. Hector Capycius Latro conſult. 150. nu. 35. & 36. tom. 2.*
2 & ſicuti venditio, & emptio, dicitur perfecta ſtatim, quod eſt conuentum de re, & pretio, *idem conſult. 21. num. 12. tom. 1.* aſſequitur idem *Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. tom. 1. reſol. 46. num. 4.* vbi ſubſequitur *num. 5.* quod ità etiam contractus dicitur perfectus in venditionibus, quæ ſub haſta fuerit, ſtatimq; quod res ſubhaſtationi poſita emptori deliberatur, vnde
3 ſubſequitur, quod vẽditio facta ſub haſta reuocari nõ poteſt, *Reg. Tapia deciſ. S. C. 12*
4 *num. 20.* & venditio ſub haſta facta, perpetuam accipit firmitatẽ, *Franc. Maria Pratus practic. obſeruat. in obſeru. 62. num. 16.* vbi *nu. 25.*

Digitized by Google

*nu.*23, ait, venditiones ſub haſta retractari
nedum iniquum, ſed etiam exemplo per-
nicioſum eſſe.

Ex aduerſo autem ex parte creditorũ
dicebatur nulli dubium eſſe, quod vendi-
5 tiones voluntariè dicuntur, quæ fiunt oc-
caſione æris alieni per Iudicem, probat
*Mangil. in tractatu de ſubhaſtat. quæſt.* 81.
*num.* 3.

6 Et ſucceſſiuè venditio, & liberatio rei
venditæ ſub haſta perfecta non dicitur,
donec decretum ſit interpoſitum, pretiũ
depoſitum, & tradita poſſeſſio, probat
*Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeota in reſponſ. fi-
ſcal.*14 *num* 4 *&* 5. *& nu.*12. ad quod idem
*Donat. Ant. de Marin. vbi ſupra cap.*74. *nu.*9.
dum quærit quando venditio, quæ fit ſub
7 haſta dicatur perfecta, reſpõdit huiuſmo-
di; hac ſumpta occaſione placet hic ad-
uertere venditionem, quæ fit ſub haſta,
tùnc dici perfectam reſpectu contrahen-
tium, vt ab illa recedere non poſſint, quo-
ties candela accenſa, qui emere cupiunt,
accedunt, & offerunt, & demùm candela
extinguitur, cum hoc enim cõtractus di-
citur perfectus, & cum vltimo, qui obtu-
lit, nec aliud pro contractus perfectione
requiritur, ea namquè omnia, quæ exindè
ſequũtur, vtputà decretum Iudicis, quod
res deliberetur vltimo licitatori, inſtru-
mentum, quod inter præconem, & rei em-
ptorem celebratur, decretum, quod con-
ſignetur poſſeſſio, &c. nõ alitèr actus per-
fectionem important, quia iàm perfectus
eſt, ſed cum ijs ſollemnibus factæ vendi-
tioni datur exequutio, eſt ſingulare dictũ
*Bart. in l. licitatio, nu.* 4. *verſ. quæro aliquis va-
dit. ff. de publ. & vectigal. & in l. ſi tempora,
num.* 3. *&* 4. *verſ. quæro quid ſi vnus vadit, C.
de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib.*10 hæc
ille, ſubdens ità deciſum in occurren-
8 ti caſu, nàm ex pretij ſolutione, & tradi-
tione, illa venditio perfecta dicebatur, *Ri-
pol. variar. reſolut cap.*11 *num.*174. & vendi-
9 tio non eſt perfecta, ſi non tranſit domi-
nium, *Ciarlin. controu. forenſ. cap.*157 *num.*58.
10 *tom.*2. neq; venditio contrahitur quando
venditor non transfert in emptorem do-
miniũ quod habet, *Franc. Clapper. conſ.*98.
*quæſt.*1. *num.*1. quæ non omnia in præſenti
facto concurrebant. & ideò cùm fuiſſet
proceſſum ad aliam venditionẽ, concur-
rente conſenſu aliquorum creditorum,
qui ſe concordauerant cum ſecundo em-
ptore, videbatur ſecunda iſta vẽditio ſub-
ſiſtere ex poſſeſſione rei ſubſequuta, qua-
propter ſuccedit illa communis conclu-
11 ſio, quod ſi res duobus vendita ſit, & res
ſit tradita ſecundo, quod iſte eſt præferen-
dus primo, cui res non fuit tradita, ex *l. ſi
ea res, §. vterque, ff. de act. empti, l. quoties, C. de
reiuend.* cum alijs adductis ibidem per *Ri-
pol num* 139. *& Hieron. Mariiium in repet. d. l.
quoties, num.*27.

Inſuper dicebatur iàm eſſe ſatisfactum
decreto, etenim ob eorum concordiam
fuit ſatisfactum creditoribus ad euitan-
12 dum circuitum inutilem, qui erit euitan-
dus, ex *clem. Auditor, de reſcript. & alijs*, pro-
bat *Barboſ. in princip. iur lit. C num.*22.

Et quatenus depoſitum faciendũ eſſet
ex pretio dictæ rei, pro ſatisfactione cre-
ditorum, quibus omninò erat liberandũ,
13 ſuccedit regula illa dolo facit, qui petit,
quod reſtituere tenetur, *cap dolo, de reg. iur.
in* 6. *Barboſ. d. tract. lit. D. num.*52.

Et in ſumma inueſtigando iuſtitiam
14 cauſæ, quanquam talis venditio contine-
re videatur in ſe cauſam neceſſariam æris
alieni, *l. ob æs, C. de præd. minor.* & ſic fieri nõ
15 poterat abſq; decreto Iudicis, ex *Franch.
deciſ.*242. & conſequentèr, eſt actus vendi-
tionis conualidaretur, & emptores tuti
redderentur de emptione, & in hoc credi-
tores nequeunt ſe inuicem inuoluere, eũ
non fiebat venditio iure creditoris, ipſis
inſtantibus.

Attamen quoties ad inſtantiam credi-
torum venderetur, ſecus eſſet, & eis com-
16 peteret ius offerendi, & alia, etiam ſi ſub
haſta res venderetur, *idem Franch. deciſ.*69.
17 *num.*2. aliud eſt, quod creditor vendat iu-
re creditoris, & aliud quod curet vendi
pignus per Iudicem, *Poſtius de ſubhaſtat.
inſpect.*(6 *num.*1.

Quocirca nullum ius, adhùc iſto credi-
tuti competere videbatur, & conſequen-
tèr infringere hanc ſecundam venditio-
nem, & ſi prætendebat malè eſſe factam
inſolutum dationẽ ipſis creditoribus, exi-
ſtente mandato facto per ipſum credito-
18 rem, adeò qui ſoluit in contemptũ man-
dati malè ſoluit, *Franch. deciſ.*204 *num.*22.
19 & Iudex vendendo bona debitoris, per-
ſonam ipſius repreſentat, *idem Franch. de-
ciſ.*200 *num.*2.

Nihilominus cum ipſe ſecundus em-
ptor ſoluerat creditoribus, quibus ſolue-
re promiſerat, propter quod decretum
Iudicis impetrauerat venditor, videbatur ſub-
quebatur ſi ritè, & rectè huiuſmodi ſolue-
re permiſſum erat.

Pro creditoribus dicebatur eos eſſe an-
teriores, & habere potiora iura ſpecialia,
& ſecundum iuris diſpoſitionem, extat re-
20 gula vulgata, qui prior eſt in tempore, po-
tior

Digitized by Google

tior eſt in iure, *l.licet, ff.qui pot.in pign. hab.* cum alijs per eundem *Barboſ.d princip.iur. lit.P.num.*43.

Et propterea huic creditori poſteriori nulla competebat actio contra ipſos anteriores creditores, ſtante eorum anterioritate, nec pariter, quia erat creditor po-
21 ſterior, & ex cauſa collectarum, nam pro eis cum ſit onus mixtum, quod imponitur propter res, nõ ideò oritur obligatio quoad res, *Camp.in cap item ſtatuimus, quod poſſeſſion. num.*7.

22 Et in collectis perſona eſt principaliter obligata, bona verò acceſſoriè, ideò ſequuntur conditionem perſonæ, probat *Franc.Clapper. in ſua centuria cauſarum rationum, cauſa 27.quaſt.3.nu.2.& cauſa 37.quaſt. vnica per totam, Ciarlin.controu.forenſ.c.129. num.1.tom.2.*

23 Et quatenùs collectæ imponi poſſint pro ſolutione fiſcalium, vt inquit *Vrſill.ad Afflict.deciſ.400.in fine,* tùnc ſuccedit, quod bona ipſa ſunt hypotecata, & ſuppoſita
24 quaſi cuidam ſeruituti pro collectis, vt inquit *Petr Piccol. in pragmat.1. de appret.*
25 *num.*78. licet ſit onus reale, quod imponitur perſonis pro rebus, *Ciarlin.vbi ſupra cap.209.num.8.& cap.22.num.21.tom.1.cap. 123.num.41.*

26 Tamen collectarum onus reſpicit fructus, idem *Ciarlin d.cap.129 num.64.*

27 Non mirùm ſi ſoluenda ſit ab vſufructuario, *idem d.cap.209.num.35.& cap.201. num.41.*

Et collectas ſoluit, qui percipit fructus, *idem d.cap.129.num.14.*

Nec propterea ob id prætendere poterat anterioritatem, atquè potioritatem,
28 poſtquàm collectæ olim dona dicebantur, & erant voluntaria, *Præſ de Franch.deciſ.56.num.17.* & ſic fuit reſolutum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Filiusfamilias poſt mortem patris renunciando hæreditati paternæ, an teneatur creditoribus.*
2 *Filiusfamilias per emancipationẽ efficitur ſui iuris, & liberatur à patria poteſtate.*
3 *Filiusfamilias per obitum patris fit ſui iuris.*
4 *Filius emancipatus, & per mortem patris liberatus æquiparantur.*
5 *Filiusfamilias tenetur in quantũ facere poteſt.*
6 *Filiusfamilias per emancipationem, vel obitũ patris efficitur nouus homo.*
7 *Beneficium conceſſum filiusfamilias, per mutationem ſtatus inductum eſt.*
8 *Filiusfamilias per oppoſitionẽ beneficij* l.quod cum eo, *non poteſt carcerari.*
9 *Renunciatio beneficij* l. quod cum eo, *an valeat.*
10 *Filiusfamilias ſi ſe immiſcuerit hæreditati paternæ, vel adiuerit cum beneficio legis habetur, ac ſi ab ea abſtinuiſſet, quo caſu non poteſt carcerari, & quid ſi abſq; beneficio legis adiuerit, num.*11.
12 *Dictio,* ſolidi, *cuius ſit natura.*
13 *Filiusfamilias licet teneatur in bonis paternis, non per hoc carceratur.*
14 *Renunciatio generalis, generaliter intelligẽda.*
15 *Renunciatio generalis quid comprehendat.*
16 *Iuramentum appoſitum in contractu, quid operetur.*
17 *Iuramento excluditur, neque teneatur, vltra quàmuis facere poteſt.*
18 *Filiusfamilias, qui iurauit, non iuuatur beneficio Macedoniani.*
19 *Renunciatio beneficiis filiorumfamilias, debet eſſe ſpecialis.*
20 *Beneficium conceſſum filijsfamilias, eſt datum miſerationis cauſa.*
21 *Beneficiũ conceſſum miſerationis cauſa, renunciari nequit, niſi in ſpecie.*
22 *Renunciare nequit filiusfamilias etiam cum iuramento S.C. Macedoniano.*

A R G V M E N T V M.

Filiusfamilias obligatus inſimul cum patre præuia renũciatione ſuorum iurium, effecto indè ſui iuris, ad quid teneatur creditoribus.

C A S V S XXVIII.

Filiusfamilias ſi inſimul cum patre ſe obligauerat, & renunciauerint eius beneficio *l.3 ff.quod cum eo,* ad euitandum carcerationem perſonalem, duo potiſſimùm habet remedia, hoc eſt vt ſe faciat emancipare, & liberare à patria
1 poteſtate, aliud vt poſt mortem patris renunciet hæreditati paternæ, *Carau. in ritu 166.nu.79.Vrſill deciſ.308.nu.20. Franciſc. Anton. de Iudice Rober. in praxi ſuper liquidat.inſtrum.in 4.conſid.num.69.Muta deciſ. 94.num.3.Giurba deciſ.42.num.1.*

2 Per emancipationem enim ſui iuris efficitur, & ſoluitur patria poteſtas, *§.prætereà, Inſtit.quib.mod ſolu.patr.poteſt.* cum alijs apud *Aſcan.Clement.de patr.poteſt.effect.vlt. num.*79.

3 Et ſimiliter per obitum patris, ad *text. in §.1.*

in §.1. *Inſtit.quib.mod.ius patr poteſt.ſolu.*
4 Vndè ſequitur filium emancipari,& pa-
trem mori, æquiparari *Gloſ. in l. ſi pater,*
*ver manerent, ff.de iure dotium,* & ſic filiusfa-
milias ſui iuris effectus nouus homo re-
putatur,vt ex iuris ſubtilitate olim ad ni-
hilum creditoribus, quibus ſe obligauit
tenebatur,ſed hodie ex Prętoris prouiſio-
5 ne eatenus tenetur, quatenùs facere po-
teſt,vt inquit *Præſ.de Franch deciſ.*181.*n.*5.
*Giurba deciſ.*42.*num.*10.*&* *deciſ.*43.*num.*18.
6 & DD. ſupra citati, ſicquè filiusfamilias
mortuo patre, vel emancipatus, dicitur
nouus homo, *Muta vbi ſupra num.*10. *Reg.*
*Merlin.controuerſ forenſ. tom* 1.*cap.*39.*nu.*2,
atque propter mutationem eorum ſtatu-
7 tum filijsfamilias fuit inductum, *Giurba*
*deciſ* 42.*num.*1. *Caſtagna in tract.de benef.ded.*
8 *ne egeat,quæſt.*6.*num.*2. & ità filiusfamilias,
qui opponit beneficium *tituli quod cum eo,*
non poteſt caecerari, idem *Præſ deciſ.*221.
*num.* 1.
Nihilominus huic beneficio renuncia-
re poterit,& filiusfamilias, qui ſe cum pa-
9 tre obligauit, licet habeat beneficium *tit.*
*quod cum eo,* nihilominus ſi renunciet, te-
net renunciatio, vt refert idem *Præſ. de*
*Franch.deciſ.*164.*nu.*3. *Muta vbi ſupra nu.*6.
*&* 7. *Io.Caſtagn.d.tract quæſt.*6.*num.*13.
Verùm, quia in contingentia facti oc-
curſi in Regia Audientia Calabriæ Ci-
tra dubium reſultauerat, ſi filiusfamilias
non alitèr paternæ hæreditati renuncia-
uerit, ſed potiùs illi ſe immiſcuerit, ad ꝙ
teneatur, & circa hoc dicunt DD. quod
tùnc ſi ſe immiſcuerit, vel adiuerit cum
10 beneficio legis, & inuentarij, eo caſu ha-
bebitur,ac ſi ab ea abſtinuiſſet, *l.fin.*§.*& ſi*
*præfatam,C.de iure delib. Franc.Anton.de Iu-*
*dice Roberti vbi ſupra*, & ſubdit, quod iſto
caſu non poſſit carcerari, ſi verò abſquè
11 beneficio legis hæreditatem adierit, ſub-
nectit idem dictus *Franciſcus Antonius*,
quod tenebitur inſolidum, per *text.in l. ſi*
*ex alio, C. quod cum eo*, dubium tamen re-
ſultauerat, ſi tenebatur in actione perſo-
nali,vel reali tantùm,& ſequitur ibidem
dicendo, quod non obſtat, quod filius in
inſtrumento ſit inſolidum obligatus cum
patre, quia hoc locum habet, dùm exiſtit
in poteſtate patris, vel ſi eſt hæres patris
poſt eius mortem,& ſic concluditur tene-
ri inſolidum,quod referri videtur ad rea-
lem actionem,nō ad perſonalem,hoc eſt,
vt amiciat beneficium legis,quod non re-
ucatur in quantum facere poteſt, ſed in-
ſolidum ſcilicet ad integrum debitum
12 bonorum patris,ex quo hæc dictio, *ſolidi,*
refertur ad quantitatem debiti, vel dici,
*l.inſolidum,* vbi *Gloſ ff.de ſolut.* ſicq; impor-
tat integritatē debiti ſpectare ad vnum-
quemq; ex obligatis,vt poſt *Gratum de di-*
*ction. in dict.* 99. *Barboſ. de clauſul. clauſ.*33.
*Giurba conſ.crim.*44 *num.*3. *P hanuc.de inuent.*
*hered par.*7.*num.*30. *Maur. Aret. de fideiuſſ.*
*ſect.*6.*cap.*3.*num.*42. *Bertazzol de clauſul. in*
*clauſ.*39.*gloſ.*7 *num.*1.
Sed meliùs pro reſolutione videtur dè-
cidere idem *Præſ.de Franch.deciſ.*70.maxi-
13 mè ſub *nu.*9.vbi dixit,quod filiusſamilias
licet teneatur in bonis paternis vſquè ad
vnum nummū,non per hoc carcerabitur,
ſed fit exequutio contra eum, nulla habi-
ta ratione, vel quod egeat,vel non egeat,
ex mente *Pauli in d.l.*2 *ff quod cum eo.*
Et quatenùs pertinere videatur ad re-
nunciationem talis beneficij,vt valida re-
puteti.r,erit diſtinguendū,ſi cōprehenda-
tur in generali renunciatione,eo quod re-
14 nunciationes generales,generalitèr erint
intelligēdæ, & proindè imputandum erit
paciſcentibus,vt inquit *Præſ. de Franch. d.*
15 *deciſ.*180 *num.*2. & renunciatio generalis
cenſetur comprehendere omnes caſus, &
de omnibus eis cogitatum *Caſtagn. eodem*
*tract.quæſt.*1. *limit.*16. *num.*4. larè *Donad. in*
*tract.de renunc cap.*9.*num.*240.
Inſuper, quia in ſtipulatione cōtractus
ordinariè iuramentum apponitur, ſubſe-
16 quitur,quod iuramentū operatur,vt quis
præcisè teneatur ad obſeruantiam eius,
quod promiſit, idem *Franch. d. deciſ.*180.
*num.* 3. etenim ne quis teneatur vltra quā
17 facere poteſt,iuramento excluditur,*Giur-*
*ba deciſ.*42.*num.*17.*limit.num.*29.indè filius
18 familias,qui iurauit,non iuuatur auxilio
Macedoniani,ſed ſeruare debet iuramen-
tum,*Gallerat.de renunt tom.*1.*lib.*5.*cap.*4.*nu.*
40.cum alijs adductis per *d. Caſtagn. d. li-*
*mit.*16. vbi plura.
19 Ex aduerſo autem dicebatur talem re-
nunciationem generalem in hoc caſu nō
ſufficere, ſed eſſe neceſſariam, expreſſam,
atq; ſpecificam renunciationem, vt pro-
bat *Giurba d. deciſ.*42. *num.* 17. *& deciſ.*45.
*num.*16. *Franch.d.deciſ.*181 *num.*13.*Caſtagna*
*d.lim.*16.*nu.*7.*& d.q.*1. *lim.*16.*ſup.num.*39.
20 Eo ampliùs, quia tale beneficium filijs-
familias conceſſum, patet miſerationis
cauſa. *Præſ.de Franch. d. deciſ.*181. *num.*10.
*Giurba deciſ.*42.*nu.* 6. *Caſtagna vbi ſup. nu.*3.
21 Et priuilegium conceſſum miſeratio-
nis cauſa alicui conceſſum, non intelligi-
tur renunciatum,niſi ſpecificè illi renun-
cietur, *Franch.ibi num.*8. *Galler. d. tract. re-*
*nunc.*14.*num.*3 *tom.*1.

22 Simi-

Digitized by Google

22 Similitèr filiusfamilias non poteſt Se-
natuſconſulto Macedoniano etiam cum
iuramento renunciare, probat *Aſcan. Cle-
ment. de patr. poteſt. effectu 5. num. 14. & 15.
Criſtin. deciſ. 35. num. 1. par. 3. Donad. vbi
ſupra num. 235. & ſeq.*

Ex quibus reſoluitur, quod filiusfami-
lias non tenetur ad ſolutionem eorum,
quibus ſe obligauit, dùm eſſet in poteſta-
te patris, poſtquàm factus eſt ſui iuris, *idē
Aſcan. Clem. vbi ſupra num. 4. & 5.*

*SVMMARIVM.*

1 Text. in l. ſi nō expedierit, §. 1. ff. de bon. auth. Ind. poſſ. *ponderatur.*

2 *Hæres deducit, quod de ſuo expedit in hæreditate.*

3 *Hæres recuperat expenſas de ſuo factas in hæreditate, ea non exiſtente ſoluendo.*

4 *Inuentarium expenſis pupilli erit conficiendū, & hæreditatis.*

5 *Expenſæ factæ in confectione inuentarij, ante omnia ſunt deducendæ.*

6 *Expenſæ inuentarij funeris, & infirmitatis, habent priuilegium prælationis.*

7 *Expenſæ factæ per hæredem putatiuū ad conſeruationē hæreditatis ſunt priùs deducendæ.*

8 *Expēſæ, quæ fiunt in hæreditate, quæ nam ſint.*

ARGVMENTVM.

Hæres, qui impenſas fecerat in inuētario, & alijs concernentibus hæreditatem, an illas repetat, reperta hæreditate onere æris alieni grauata.

CASVS XXIX.

IN cauſa hæreditatis quondam Franci-
ſci Pauli Chiaues, fuit difficultatum, ſi
Didacus Chiaues eius hæres, & ſubſti-
tutus Baldaſſari Chiaues filio ipſius teſta-
toris, potuiſſet recuperare expenſas ero-
gatas in conficiendo inuentarium, & diſ-
brigando hereditatem ipſam ob credito-
rum concurſum, credens fuiſſe ſibi profu-
turam, & nihilominus compertū fuit ſa-
tis oneroſam, nec ſufficientem creditori-
bus, & videbatur concludendum tales ex-
1 penſas factas potuiſſe recuperare, quod
ſatis videtur innuere *tex in l. ſi non expedie-
rit, §. 1. in fin. ff. de bon. auct. Ind. poſſ.* cuius
verba ſunt: *Quid ergo, ſi aliundè pupillus
ſoluerit reddi ei debebit necne, & vtrum à cre-
ditore, an ex hæreditate Scęuola noſtra ait. ſi ali-
quid ſit in bonis deducendum ex hæreditate ſoli-
dum, exemplo eius, qui geſſit negotia, ſed ſi ni-
hil ſit in bonis, non eſſe iniquum aduerſus credi-
torem dandam repetitionē quaſi indebiti ſoluti.*
vbi *Gloſ. verſ. geſſit negotia*, inquit, ſcilicet
hæreditaria, & tanquàm hæres cum non
2 eſſet, qui conuentus de hæreditate dedu-
cit, quod creditoribus de ſuo ſoluit, *vt C.
de pet. hæred. l. de hæreditate, & ſup. de pet hæ-
red. l. ſi quis poſ.* & facit *inf. de ſeperat. l. 2.* &
ſequitur *verſ. repetitionem*, nàm fuit debi-
3 tum, ſed ex poſt facto indebitum apparet
perſonæ fauore *vt ſup. de cond indeb. l. inter-
dum*, & facit ſupra *de eo, per quem factum eſt,
l. fin. in princ.* & per ea, quæ ità in termi-
nis concludendo affirmat *Facchin lib. 6.
controu. forenſ cap. 29.* veriorem, atq; com-
munem ſententiam eſſe, vt expenſæ factæ
recuperentur, eo magis ſi hæreditas ſol-
uendo non ſit, vt in caſu iſto, ex prædictis
conueniunt congeſta per *Roland in tract. de
confect. inuent. par. 4. §. quid de expenſis*, vbi
ſub *num.* 5. hæc verba prorulit *Iaſ. ibi*, vbi
poſtquàm retulit opinionem *Bal.* inquit,
ſed dic meliùs, quod ſi hæreditas non eſ-
ſet ſoluendo, quod iſtam expenſam ante
omnia deduceret, ſicut deducit expensā,
quam fecit in confectione inuentarij, &
tamen eius vtilitas principalitèr ſpectat
hæredi, ſicùt Prælatus quando litigat de
beneficio, licet principalitèr litiget ſua
cauſa, tamen expenſas fecit de redditibus
beneficij, vt in *d. cap. &c.*

4 Poſtquā expenſæ inuentarij conficien-
di expenſis pupilli conficiendum erit, ex
*Iſern. & Galgagn.* probat *Baldaſſ. Tomaſ. in
ſuis tract. varijs, tit. 13. cap. 6. num. 96.* ſubdens
& hæreditatis, ex *Peregr. & Fuſar. ibi rela-
5 tis*, nō mirùm ſi ant omnia erint tales ex-
penſæ deducendæ, *vt ibidem num.* 88. pro-
bat, & proindè expenſæ inuentarij hære-
ditarij, & funeris, ac infirmitatis, ha-
6 bent priuilegium prælationis quòad le-
gararios, & creditores defuncti, probat
*Borgn. deciſ. 21. par. 4. num. 24.* ex ijs confert,
quod ex *Fontanell deciſ. 427. num. 4.* probat
nouiſſimè *Franciſc. Maria Pratus doctiſſimus
I.C. in ſuis obſeruat. practic. obſeru. 65. num. 9.*
quod expenſæ in rebus hæreditarijs factę
7 per hæredem putatiuum ad hæreditariū
conſeruationem ſunt priùs deducendæ,
quam alijs creditoribus ſatisfiat, & *Franc.
Porcellin. in ſuo tractatu de inuentario, cap. 4.
num. 8.* dùm quærit, quæ nàm expēſæ erint
deducendæ per hæredem, quādo ſunt ne-
ceſſariæ, inquit huiuſmodi, ſed vlteriùs ad

practicam quæro dicit *text. in d. §. in com-*
*putatione*, quod deducit expenſas neceſſa-
rias in quacunq; cauſa hæreditaria, quæ
8 ſunt cauſæ hæreditariæ, dicas quod ve-
niunt ſumptus facti in Tabellionibus in
nuntijs, ſeù apparitoribus, in Aduocatis
dictantibus inuentariũ in gabellis quæq;
pro venditione ſoluuntur ex Conſuetu-
dine in proxenetis, & alijs mediatoribus
venditionum, & ſi qui alij ſunt ſimiles, ità
dicit *Ang. in d §. in computatione, in fine, 1. not.*
ad quod facit *ff. ad leg. falcid. l. quantitas au-*
*tem patrimonij*, latè *Phanuc. de inuent. par. 5.*
*ſub nu. 35. & ſeq. & Baldaſſ. Thomaſ. in tract.*
*varijs, tract. 7. tit. 13. num. 88.* & fuerunt tales
expenſæ conceſſæ eidem Didaco, & taxa-
tæ, die 2. Septembris 1624.

*SVMMARIVM.*

1 *Illatio non fit ex diuerſis.*
2 *Verbum*, hæredes, *cuius ſit natura.*
3 *Diuerſitas cauſarum, diuerſitatem ſpecierum inducit.*
4 *Tractatus diuerſi, diuerſam habent ſubſtantiam.*
5 *Conceſſũ in vno caſu, in reliquis cenſetur prohibitum.*
6 *Hæredes, & ſucceſſores ſi non fuerint expreſſi in contractibus præſumerentur.*
7 *Verbum*, liccar, *quid denotet.*
8 *Arbitrio alicuius relictũ, qualitèr intelligatur.*
9 *Facultas arbitrandi eſt perſonalis.*
10 *Arbitraria ſunt ſtricti iuris.*
11 *Arbitrium vni conceſſum, non poteſt delegari.*
12 *Facultas arbitrandi ad hæredes non tranſit.*
13 *Arbitrium in aliquem collatum in ijs, quæ ſunt de ſubſtantia contractus, ad alium non tranſit.*
14 *Dictio*, dicto, *quid denotet.*
15 *Pactum factum cum aliquo, adhibita dictione*, dicto, *non tranſit ad hæredes, & ſic deciſum.*
16 *Expreſſio nominis proprij, denotat contemplatam perſonam.*
17 *Conceſſio facta proprio nomine, aut pronomine, erit priuilegium perſonale.*
18 *Conceſſio perſonalis, cum ipſa perſona extinguitur.*
19 *Poſſeſſio exigendi, extinguitur per mortem ipſius.*
20 *Promiſſio annua, intelligitur facta pro alimentis.*
21 *Alimenta ſunt perſonalia ex parte recipientis.*
22 *Alimenta in perſona vnius, aliud ſunt, quam in perſona alterius, & ſunt perſonalia.*
23 *Alimenta finiunt cum morte, & non tranſeũt ad hæredes.*

ARGVMENTVM.

Facultas data alicui per nomen proprium nuncupato, ſi deindè in alio actu fuerit reformata, an tranſeat ad hæredes illius.

CASVS XXX.

EX tranſactione inita inter fratres de Longo, apparet diuerſitatem quandam exiſtere, ob diuerſitatem facti, & conuentionis celebratæ, poſtquàm in prima conuẽtione inter eos habita, concluſum apparet, domum quandam paruam poſt magnam domum poſitam fuiſſe in domicilio quondam Nicolai pro duabus partibus relaxatam, & pro vna parte Fabio, & alia Berardino, non obſtante quod alitèr fuerit deciſum per laudum.

Poſtmodum in alio capitulo ſeperato fuit huiuſmodi dictum: *Item ſe conuenne, che ſia lecito al detto Fabio della detta meta di Luglio paſſato eſigerſi dalli peſoni di eſſa caſa, e ſopra tutti li altri beni di detta heredità annui ducati 210. nelli tempi, e paghe conforme li peſoni di caſa di queſta Città di Napoli, e per mezo de Banchi quitar, far poliſa di riceuuta, & & ogn'altra coſa neceſſaria, e cedere ragioni in ampla forma, &c.*

Vndè contingit dubitari, atq; difficul-
tari ſi iſta facultas ſecundo loco poſita
ad hæredes Fabij tranſmittatur, poſtquã
in prima conuentione fuerat ſtipulatum
pro ſeipſis, & ſuis hæredibus, & ſucceſſo-
ribus, & in ſecunda non alitèr mentio de
hæredibus facta fuerat: ſed tantùm con-
ceſſum Fabio ius exigendi vt ſupra, & ſi
attendatur iuris regula principalitèr, ꝙ
1 illatio ex diuerſis non fit, *l. vlt. ff. de calumn.*
cum alijs apud *Barboſ. in opuſc. princip. iur.*
2 *lit. I. num. 6.* conſpicitur, quod ipſa di-
ctio, *hæredes, & ſucceſſores* non augent,
ſed ſtant reſtrictiuè, *Triuiſ. deciſ. 26. lib. 1.*
*nu.* 10, quocirca inſpecta diuerſitate con-
uentionum initarum inter eos, eſt certũ,
quod ſi illa attendatur reſpectu rerũ con-
uentarum, dùm in prima conuentione
fuerat aſſignata quarta pars domus eidẽ
Fabio, & in alia conuentione conceſſa fa-
cultas exigendi, eſt de iure verum, quod
3 diuerſitas cauſarum, diuerſitatèm ſpecie-
rum inducit, *l. conuentionum, ff. de pact. l. 3.*
*§. genera, ff. de acquir. poſſeſſ.* & quæ habent
4 diuer-

4 diuerſos tractatus, diuerſam quoq; habẽt
ſubſtantiam, *l.2. §. quartus, C. de iure vet.*
*enucl. l.2. ff de milit. teſtam.* ſicq; conceſſum
5 in vno caſu, in reliquis cenſetur prohibi-
tum, *Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.6.*
*num.58.*

Sin autem attendatur altera conuẽtio,
nempè facultas exigendi dictos annuos
introitus reſpectu perſonarum, quanquã
eędem ſint perſonæ, quæ ſi benè ſtipulatæ
ſunt tàm pro ſe, quã pro hęredibus, & ſuc-
ceſſoribus, & ſi non fuiſſet expreſſum pro
6 hæredibus, & ſucceſſoribus, adhùc id prę-
ſumeretur, *Menoch. de præſumptionib. lib.1.*
*quæſt.18. num.11. Bertazzol. de clauſul. in 12.*
*clauſ. gloſ.4.*

Nihilominus licet reſpectu primę con-
uentionis hęredes intelligerentur vocati,
in ſecunda verò conuentione, non aliter
comprehẽſi cenſentur, cum talis facultas
exigendi conceſſa ipſi Fabio ſit perſona-
lis, & eius perſonam non egreditur, vt ex
ſequẽtibus infra dicendis rationibus re-
fertur.

7 Primò, ex verbo illo *ſia lecito*, verbum
liceat, denotat liberum arbitrium boni
viri, *Gratian. diſcept. forenſ. cap 442. num.1.*
*20. & 22.* indè arbitrio vnius ex contra-
8 hentibus, ſi aliquid confertur, intelligi-
tur de arbitrio boni viri, *Bart. in l. hæc ven-*
*ditio, num.1. ff. de contrah. empt.* talis enim
9 facultas arbitrandi eſt perſonalis *l. ſi quis*
*arbitratu. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de contrah.*
10 *empt.* quo fit, vt cum arbitria ſint ſtricti
iuris, *Bald. in l. non fine, C. de bonis, quæ liber.*
*col.2. verſ. ſed in contrarium*, idcircò arbi-
11 trium vni conceſſum, nõ poteſt alteri de-
legari, idem *Bald. in l.1. §. ne autem, colum.2.*
*C. de caduc. tollen. verſ. in arbitrariis*; nec propte-
12 reà talis facultas ad hæredes tranſit, *Iaſ.*
*in l. cum ſtipulatus num.6. ff. de verb obligat.* &
non mirùm, ſi arbitrium in aliquem col-
13 latum, in iis, quæ ſunt de ſubſtantia con-
tractus ad alium non trãſit, *Card. Mantic.*
*de tacit. & ambig. convent. lib.2. tit.1. num.26.*

14 Secundò, ex dictione illa, *dicto*, quæ re-
ſtringit diſpoſitionem, *Mar. Ant. Macerat.*
*var. reſolut. lib.3. reſol 29. num.9.* poſt *Gratiã*
*in tract. de diction. in dict.44. num 3.* vbi ſequi-
tur *num.4.* ad rem noſtrã ſic dicens, hinc
ſi pactum factum cum aliquo, iſta dictio-
15 ne adhibita, illud ad hęredes non tranſit,
quia eſt perſonaliſſimum, *Cagnol. in l.2. nu.*
*46. verſ. allata, C. de pact. inter empt. & vend.*
*Rota in Romana domus 13. Februarii, & 24.*
*Nouembris 1617. coràm R. P. D. Pironano,*
*Menoch conſ.115. num.50. Franc. inter conſil.*
*Felyn. conſ.25. nu.13. & ſeq. Guid. Pap. quæſt.*
*411. Cald. de emph. extinct. lib.4. cap.13. nu 34.*
*Rota Bonon. de Magiolis 20. Februarii 1615.*
*coràm R. P. D. Caualerio*, hęc ille.

Tertiò ex expreſſione nominis pro-
prij, vndè oritur perſonalitas, nomen
16 enim proprium expreſſum denotat con-
templatam perſonam, probat *Reg. Io. Ant.*
*Lanar. conſ.76. nu.19.* idcircò expreſſio no-
17 minis proprij non recipit extenſionem
ad aliam perſonam *Gratian. diſcept. forenſ.*
*cap.637. num.24.* ſicq; ſi conceſſio fiat pro-
prio nomine, aut pronomine, priuilegiũ
erit perſonale, *Menoch. de præſumpt. lib.3.*
*præſumpt.102. num.9.* non mirum ſi conceſ-
18 ſio perſonalis cũ ipſa perſona extingua-
tur, *Ludou. Bellus conſ.179. num.7.* nec tran-
ſit ad hæredes, *vt ibi num.1.* retulit, & caſus
refertur.

19 Quartò, ex verbo *exigere*, nàm exigen-
di quaſi poſſeſſio extinguitur per mortẽ
ipſius exigentis, *Cencius de cenſib. deciſ.515.*
*num.2.*

Et deniq; quia iſta promiſſio exigendi
20 reſpiciebat alimẽta, & ſic ꝓmiſſio annua
intelligitur facta pro alimẽtis, refert *Surd.*
*in tract. de aliment. tit.2. quæſt.7. num.7.* quæ
21 ſunt perſonalia ex parte recipientis, *Proſ.*
*de Franch. deciſ.686 num.3.* vndè alimenta
in perſona vnius, aliud ſunt, quam in per-
ſona alterius, & ſunt perſonalia, *Surd. de*
*aliment. tit.5. quæſt.1. num 2.* & non mirum ſi
22 alimenta finiuntur cum morte eius, cui
ſunt præſtanda, & non tranſeunt ad hære-
des, vt ibidẽ probat in antecedenti *nu.1.*
23 & ibi multa deduxit, benè verũ eſt, quod
poſt litem inſtitutam, partes ſe concorda-
uerunt.

## *S V M M A R I V M.*

1 *Ius petendi alimenta, eſt merè perſonale, ideò ipſa illius morte finiuntur, num.2.*
3 *Alimenta alicui relicta ad hæredes non tranſeunt, quia ſunt perſonalia.*
4 *Promiſſio facta pluribus, intelligitur, cuiq; pro virile, & ratio affertur, num.5.*
6 *Ius accreſcendi in contractibus non viget.*
7 *Ius accreſcendi in legato alimentorum, an detur.*
8 *Præſtatio alimentorum reſpicit perſonam, non bona.*
9 *Alimenta in legitimam non computantur.*
10 *Alimenta futura non tranſmittuntur ad hæredes.*
11 *Conſuetud. Neap.* Si aliquis, *ponderatur.*
12 *Alimenta, quæ debentur filiis de iure conſuetudinario vno mortuo ipſorum accreſcunt aliis, & ratione conualidatur, num.13.*

14 *Alimenta, quæ ditiure conſuetudinario, debentur perſonæ, ratione bonorum dantur.*
15 *Alimenta debentur filio principalitèr propter naturam, & leges acceſſoriè per hæreditatem.*
16 *Alimenta omnia debentur officio Iudicis excepto in caſu teſtamenti, & ſtipulationis.*

ARGVMENTVM.

Promiſſio certorum bonorum pro alimentis facta ab Auo nepotibus, an vno ipſorum decedente portio ſua alijs accreſcat, vel finiatur.

CASVS XXXI.

POſtquàm Orolandus Princeps V.I.D. de anno 1622. ob cauſam matrimonij contracti per Oratium Principem eius filium cum Iudicta Dragone promiſiſſet contemplatione matrimonij, donationis titulo ducatos decem mille filijs naſcituris, ſubſequuta eius morte, & cùm ex tali matrimonio orti ſint quatuor filij, tres maſculi, & vna fœmina, præfatus Oratius ab hac luce migrauit ipſis filijs ſuperexiſtentibus, & dicta eorũ matre, quæ cum petijſſet alimenta ab ipſo Orolando, demùm ad conuentionem deuenerunt, promittendo Orolandus illis tumulos 36. frumenti ſingulis annis à gabellis immunes, & ad domum conductos, & quatuor vegetes vini, duos paſſus lignorum, cum habitatione franca, ac etiã promiſſione veſtimentorum, cum reſtitutione dotis in forma; ſucceſſo indè obitu præfatæ Iudictæ, & poſtmodùm obitu Ioannis Baptiſtæ vnius ex dictis eius nepotibus, qui pretendebant eandem quantitatem rerum promiſſarum pro alimentis integrè eis deberi prætextu iuris accreſcendi.

Ex conuerſo præfatus Orolandus Princeps ſenior, & auus iure optimo prætendebat non alitèr integram quantitaté rerum promiſſarum pro victu, & veſtitu ipſorum ſoluere, ſed ratã ſpectantem ad fratrem mortuum eſſe extinctam, quemadmodùm ex ſequentibus iuridicis fundamentis cõprobari cernitur eius intentio.

1 Non enim eſt dubium, quin ius petendi alimenta ſit merè perſonale ex parte petentis, vt probat *Gamma deciſ.* 11. *nu.* 19. & proindè perſona debetur, tamẽ finiun-

2 tur morte illius, ad text. *in l. Mela, ff. de aliment. & cibar. legat.* cum alijs apud *Theſaur. iun. lib. 1. qq. forenſ. quæſt.* 15. *nu.* 8. & ideò ali-
3 menta alicui relicta, non tranſeunt ad hæredes, quia sũt perſonalia, vt probat *Surd. in tract. de aliment. tit. 5. quæſt. 5. num. 1. & ſeq.* ſequitur *Margil. de impunat. quæſt.* 48. *num.* 5. aſſerentes ea morte finiri, vt dictum eſt.

Præterea ſicut promiſſio, ſeù obligatio tenet quemlibet pro rata, *Coſta de port. rata, quæſt.* 32. *num.* 2. ità è contra, quia pro-
4 miſſio ſi fuerit facta pluribus, intelligitur cuiq; pro virili, vt ipſe *Surd. eod. tract. tit. 9.*
5 *quæſt.* 14. *num.* 17. nàm videntur coniuncti verbis, per ea, quæ tradit *Iaſ. in l. re coniunctis, num.* 11. *ff. de leg.* 2. & ſic non realitèr vt
6 locum habere poſſit ius accreſcendi, eo magis, quia verſabatur in contractibus, in quibus nõ habet locum ius accreſcendi, ex *l.* 1. *§. interdum, ff. de vſufr. accreſc.* probat *Marta conſ.* 31. *num.* 4. cum alijs apud *Barry de ſucceſſ. par.* 2. *lib.* 14. *de iure accreſc.*
7 quo fit, vt ſi non habeat locum ius accreſcendi in legato alimentorum, quemadmodùm diſcutit *Surd. d. tit. 9. quæſt. 5. num.* 6. fortiùs in alijs diſpoſitionibus ceſſare cõperitur, quemadmodùm in terminis noſtris ſpecificè per ſequentia verba teſtatur *Anton. Corduba de Lara in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de lib. agnoſ. num.* 67. & hac ratione attenta, quod ex quo alimenta præ-
8 ſtari, reſpicit perſonam, non autem bona, vt idem *Margil. d. tract. quæſt.* 676. *nu.* 4. firmat, quia finiuntur morte, non tranſmit-
9 tuntur ad hæredes, vt dictum eſt, & proindè in legitimam nõ computari, ex multis probat *Margil. d. tract. quæſt.* 48. *num.* 4. *& ſeq.* & amplius ſi eſſent alimenta futura, quæ citra dubium non tranſmittuntur ad
10 hæredes *l. ſi cum præfinitione, ff. quãdo dies leg. ced.* & ratio eſt, quia alimenta finiunt cum vita, *d. l. cum hic, & l. dominus, §. fin. Noalis in tract. de tranſmiſſ. cap.* 66. *num.* 17.

Licet autem inſpecto iure conſuetudinario huius Ciuitatis appareat alitèr fuiſ-
11 ſe diſpoſitum in *Cõſuet. Si aliquis de alimẽt. præſt.* ibi: *Nepotes autẽ ex filio præmortuo habeant in præmiſſis caſibus partem dictorum fructuum, quæ contingeret partem ipſorum ſi viueret.* non enim ſumus in filio, qui deceſſit relictis fratribus ab inteſtato, quia portio
12 eius accreſcat alijs, vt inquit *Napodan. ibi verſ. deceſſerit*, ſumus enim in nepote, hoc eſt in filio filij ipſius Orolandi ſenioris, qui habet portionem quam haberet pater ſi viueret circa hæreditatem, ità & circa alimentationẽ ex bonis, ob quod alimenta nõ finiuntur morte in hoc caſu, vt ſubdit

dit *ibi Napod. verbo nepos*, hoc enim procedit quando iſte filius defunctus poſſideret bona paterna, aut materna, vel prouenientia ex agnatis, ſed quando non poſſideret prædicta, eo caſu ſubiunxit *ibi Conſuet.* de bonis verò per eum quæſitis non tenetur pater, auus, vel proauus paternus dare liberis quicquam pro vita, & ſubſtẽtatione, attenta tali diſpoſitione conſuetudinaria, *vt ſubdit Napod. verbo quicquam*, non tamen de iure communi, & ratio eſt, quia alimenta, quæ debẽtur de iure com-
13 muni, debentur ex charitate ſanguinis à perſona perſonæ, ea verò, quæ debentur
14 de iure conſuetudinario, debentur à perſona ratione bonorum, *Franch. deciſ. 559. num. 9.* ea propter, licet auus teneatur alimentare etiã filium ſpuriũ ſui filij, & conſequenter eius hæredes, iuxtà deciſa per *Franch. deciſ. 586.* attamen quia alimenta
15 debentur filio principaliter propter naturam, & leges acceſſoriè per hæreditatẽ, *idem Franch. deciſ. 536. num. 6.* ideò cum ſint perſonalia ex parte recipientis, *idem deciſ. 666. num. 1.* morte tamen finiuntur, vltra
16 quod alimenta omnia debentur officio Iudicis exceptis iis, quæ debentur ex teſtamento, vel per ſtipulationem *idem deciſ. 605. num. 8.* Ambæ partes amicabiliter ſe concordauerunt, ſed veritas ex allegatis patet, ſaluo &c.

*S V M M A R I V M.*

1 *Ædificare poteſt qui poſſidet, & pretium à domino recuperat.*
2 *Dolo facit, qui petit, quod ſtatim reſtituturus eſt.*
3 *Poſſeſſor poſt litem conteſtatam efficitur malæ fidei poſſeſſor.*
4 *Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum etiam percipiendorum.*
5 *Reſtitutio fructuum, cum intereſſe ad inuicẽ fit.*
6 *Emptor non debet eſſe nec in lucro, nec in damno.*
7 *Emptori non licet frui re, & pretio.*
8 *Bona fides non patitur, quod emptor habeat rem, & pretium.*
9 *Emptor poſſidens rem, tenetur ad ratam pretij non ſoluti, & fructus reſtituere venditori.*
10 *Emptor nec fructus percipiens à domino ſoluti pretij ad intereſſe venditori, & creditori tenetur.*
11 *Emptor rem poſſidens non ſoluto pretio, tunc dicitur fructus compenſatiuos habere.*
12 *Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos.*
*Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus conſumptos ſuos proprios, nec tenetur ad fructus perceptos.*
13 *Fructus meliorationum ſunt domini melioramentorum, & eius, qui fecit eas.*
14 *Fructus percepti à bonæ fidei poſſeſſore, non reſtituuntur, quando fructus reſtitui iubetur, & ſic deciſum.*
15 *Fructus percepti ex re mea mihi debentur.*
16 *Fructus percepti ex melioramentis à poſſeſſore bonæ fidei, non compenſantur cũ ipſis ſumptibus, ſed pro melioramentis retentio rei illi erit concedenda.*
17 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus ex proprijs melioramentis perceptos, etiam poſt litem conteſtatam lucratur ab eo, qui ſua induſtria melioraret.*
18 *Fructus reſtituendi tantum, compenſandi ſunt cum meliorationibus.*
19 *Fructus poſt ſententiam percepti non veniunt in ſententia facientẽ mentionem de fructibus.*
20 *Emptor tenetur venditori ad vſuras pro rata pretij non ſoluti, de omni iure, quod ampliatur.*
21 *Emptor condemnatus ad reſtitutionem rei, intelligitur etiam condemnatus venditor ad reſtitutionem pretij.*

A R G V M E N T V M.

## Reemptor vigore pacti de retrouendendo, an teneatur ad reſtitutionem fructuũ perceptorum, pendente ſolutione pretij.

C A S V S XXXII.

ANtonius de Paſtena cũ emiſſet quandam domum à D. Vincẽtio, & Gratia de Ianuario pro ducatis 3800. ſoluendis diuerſis creditoribus liberè, illinc ad certum tempus ſuperuenit Nicolaus Scriptor olim dominus eiuſdem domus venditæ ſub haſta ad inſtantiam Dorotheæ Reginaldæ creditricis, pro ducatis mille, & petijt relaxari ſibi domũ prætextu pacti de retrouẽdendo promiſſi per dictum D. Vincentium eidem Antonio, qui fuit condemnatus per S. C. ad reſtituendum dictam domum cum meliorationibus, poſt hæc pendente dicta reſtitutione pretij, præfatus Nicolaus ædificauit quandam cameram in aſtraco, & de ea perceperat penſiones ſingulis annis, facta illinc ad ſeptem annos reſtitutione pretij, expoſtulauerat præfatus Nicolaus

abſolui

abſolui ab expenſis factis in camera, eo
quia ædificauerat in ſolo alieno, & ſcien-
tèr dùm erat reſtiturus domum ipſam;
ex *text. in §. ex aduerſo, Inſtit. de rer. diuiſ.*

Sed replicabatur ex aduerſo, quia ipſe
bona fide emerat domum à dicto D. Vin-
centio, neſciens pactum appoſitum de re-
trouendendo, ſicq; poſſidendo domum
1 bona fidè poterat ædificare, & pretiũ re-
cuperare à domino, ex *text. in §. certe, eo-
dem titulo*.

Et ſi dicatur id feciſſe poſt latam ſen-
tentiam reſtitutoriam, quaſi quod erat in
2 mala fide, ſciens reſtiturum domum,
quo caſu ſuccedit regula dolo facit, qui
petit, quod reſtituere tenetur, *cap. dolo, de
reg. iur. in 6.* non officiebat, quia ſibi pre-
tium erat reſtituendum à dicto Nicolao
priùs, & per eum ſteterat, quo minus do-
mum reſtituerat; nequaquã poterat iudi-
3 cari malæ fidei poſſeſſor, dùm culpa ipſius
Nicolai non reſtituerat illud, effectus vi-
deretur malæ fidei poſſeſſor poſt litem cõ-
teſtatã *Bellus conſ. 33. num. 19.* & conſequẽ-
4 tèr malę fidei poſſeſſor ten. tur ad reſtitu-
tionem omnium fructuum, etiam perci-
5 piendorum, *idem conſ. 223. num. 8.* Sed Ni-
colaus ipſe replicauerat, ſibi fructus per-
ceptos deberi, ad quos fuit condemnatus,
& è conuerſo ipſe ad intereſſe pretij, nàm
plùs ex fructibus ex hoc perceperat, &
maius lucrũ afferebat ipſi Nicolao, ſi fie-
ret liquidatio ſaltim intereſſe cum fru-
ctibus.

Replicabatur ex parte ipſius Antonini,
quod iſta reſtitutio fructuũ cum intereſſe
ad inuicem fit de æquitate. *l. curabit, C. de
action. empti, Ramon. conſ. 84. num. 17.*

6 Taliter quod emptor non debet eſſe in
lucro, nec in damno, ex traditis per *Dom.
7 Reg. Ronit deciſ. 9. num. 27.* neq; licet frui re,
& pretio, *Olarlin. controu. forenſ. tom. 1. cap.
157. num. 41.* nàm bona fides non patitur,
8 quod emptor habeat rem, & pretiũ, *Muta
deciſ. 28. num. 8.* ſed benè emptor, qui rem
9 emptam poſſedit, tenetur ad ratam pretij
non ſoluti, fructus reſtituere venditori,
*Borgn. deciſ. 37. num. 86. par. 2.* & rei fructus
10 percipiẽs à domino ſoluti pretij intereſ-
ſe venditori, & creditori tenetur, *Giurba
deciſ. 100. num. 15.*

Et eo maximè quando emptor habue-
11 rit rem non ſoluto pretio, dicuntur fru-
ctus recõpenſatiui, probat *Mangil. de euict.
quæſt. 91. num. 3. & 5.*

Ampliùs, & meliùs replicabatur, poſt-
12 quàm de iure probatum eſt, quod bonę fi-
dei poſſeſſor facit fructus ſuos *l. bonæ fidei,
ff. de acquir. rer. dom.* cũ alijs apud *Hondel.
conſ. 31. num. 23. tom. 1.* adhùc tamen non
tenetur ad fructus perceptos, etiam con-
ſumptos, *Seſſe deciſ. 410. tom. 4.* ad *text. in §. ſi
quis à non domino Inſtit. de rer. diuiſ.* nãm poſ-
ſeſſor bonę fidei fructus conſumptos ſuos
proprios facit *Ramon. conſ. 50. num. 41. Seſſe
dec. Aragon. 20. num. 26 tom. 1.* ſic etiam di-
13 cendum erat reſpectu meliorationum:
quia fructus meliorationum ſunt domini
melioramentorum, & eius, qui ea fecit,
*Milanenſ. deciſ. 7 lib. 1. num. 82.* & eius, qui
meliorauit, *Mangil. d. tract. quæſt. 153. nu. 24.
Ramon. deciſ. 161. num. 52.* & conſequenter
14 fructus ex meliorationibus percepti à
bonæ fidei poſſeſſore non reſtituuntur,
quando fructus reſtitui iubetur, vt deciſũ
tradit *Gammia deciſ. 364. num. 1.* poſtquàm
15 fructus percepti ex re mea mihi debẽtur,
*Anna allegat. 70. num. 21.* taliter quod fru-
16 ctus percepti ex melioramentis à poſſeſ-
ſore bonæ fidei non compenſantur cum
ipſis ſumptibus, ſed pro melioramentis,
retentio rei illi erit concedenda, reiecta
opinione *Menoch.* vt refert *Mareſcott. va-
riar. reſolut. lib. 2. cap. 112. num. 52.* ibiq; ſubo-
17 dit *num. 4.* quod poſſeſſor bonæ fidei fru-
ctus ex proprijs melioramentis perceptos
etiam poſt litem conteſtatã lucratur con-
tra *Peregrin.* aliter ſentientẽ, quando fru-
18 ctus, qui eſſent reſtituendi tantùm com-
penſandi ſunt cum meliorationibus, *Ra-
mon. vbi ſupra nu. 54. Marſius deciſ. Senenſ. 99
num. 26.* ſicq; fructus poſt litem conteſta-
tam debentur ab eo, qui ſua induſtria, &
diligentia meliorem fundum fecit, *Anton.
Faber in ſuo Codice lib. 1. tit. 18. definit. 19.*
imò fructus poſt ſententiam percepti nõ
19 veniunt in ſententia faciente mentionem
de fructibus, *Surd. conſ. 340. num. 10. vol. 3.*
quapropter cum ipſe Nicolaus procraſti-
nauerat ſoluere pretium domus, ſi tamen
percepiſſet fructus, & pretium non ſolue-
ret, tenetur venditori ad vſuras pro rata
20 pretij nõ ſoluti de omni iure, vt optimè
probant *Chriſtin deciſ. Belgia 75. nu. 6. vol. 3.
Honded. conſ. 44. num. 7. cum ſeq. vol. 1.* vbi
*num. 10.* dixit, quod tenetur ad vſuras etiã
vltra fructus rei emptæ, ſi venditor fuit in
damno, & ibi alia deduxit, eo quia em-
ptor condemnatus ad reſtitutionem rei,
21 intelligitur etiam condemnatus vendi-
tor ad reſtitutionem pretij, *Caball. conſ. 86.
num. 6. volum. 2.* & non facta reſtitutione
illius ad vſuras, ſiuè intereſſe tenetur, vt
dictum eſt, ſic pretium reſciſſa venditio-
ne, reſtituitur emptori vna cum meliora-
tionibus in re factis, etiam ſi emptor no

probet

Digitized by Google

probet, pretium verſum fuiſſe in veilicatem venditoris, *idem conſ.73.num.16.& 18.* & ſic fuit prolatum laudum die 11. Decembris 1635. Ex compromiſſo facto in mei perſonam.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum generale mobilium factum debet ad ſpecies reſtringi.*
2 *Legatum præſumitur factum ſecundum legatarij conditionem, & qualitatem, aliàs eſſet inutile.*
3 *Teſtator legando lectum vxori, non intelligitur lectum de ſerico legatum.*
4 *Legatum factũ vxori, quod ex ſupellectili accipiat, quæ vellet, an indè hæres obijcere poſſit, quod modicè accipiat.*
5 *Vidua ex legato ſupellectili non poterit accipere, niſi quæ eius honeſtati, & neceſſitati conuenit, & quid fuerit deciſum, refertur nu.6.*
7 *Legatum omnium mobilium, an contineat animalia, pecunias, aurum, & argentum, & fructus à ſolo ſeperatos.*
8 *Legatum factum vxori, erit ampliandum.*
9 *Maritus legando omnia bona mobilia, & domus vtenſilia cenſetur legaſſe fructus eorũ.*
10 *Vidua ex legato ſibi facto de ſupellectibus, poteſt illud capere, non attendendo ſi eſſent partui vel modici valoris.*
11 *Hæres nil poterit opponere vxori teſtatoris ob legatum ſupellectilium.*
12 *Legato lecto vxori veniunt omnia ornamenta.*
13 *Electio erit legatarij, acceptare partem rei legatæ & aliam repudiare.*

ARGVMENTVM.

Legatum generale factum à viro vxori omnium mobilium, & ſupellectilium, an inſpecta cõditione perſonę vxoris ſit reſtringendum.

CASVS XXXIII.

Octanius de Maria mens cognatus inter cætera legata contenta in eius teſtamento legauit Lucretiæ de Thoro meæ ſorori, & eius coniugi per hæc verba: *Et anco li laſcio vſufruttuaria de tutti mobili cotidiani, pannamenti, ſtigli di caſa neceſſarij per ſeruitio di ſua perſona vita durante, mentre guarderà dettu letto viduale*, Prætẽdebat Mattheus de Maria eius hæres hoc

1 legatum debere reſtringi ommiſſa generalitate mobilium, ad certas paucas ſpecies ſupellectilium deſeruientiũ pro eius perſona, ex *conſ.Capra 128.num.1.* vbi agie de legato facto mulieri cõſiſtente in pannamentis lanæ, & lini deſeruienti pro vſu ſuæ perſonæ, vt ea tantùm perciperet non omnia alia, quàmuis generalitèr legata fuerunt.

2 Præterea legatum præſumitur factum ſecundum legatarij conditionem, & qualitatem, aliàs inutile videretur, ex *l.plenũ, §.equitij, ff. de vſu, & habitu,* tradit *Menoch. de præſumpt. lib.4.præſumpt.134.num.3.* vbi ſubdit exemplificando *num.5.* quod ſi te-
3 ſtator legauit lectum vidualem vxori ſuæ viduæ, non præſumitur legatum lectum ſericum ædes, ſequitur *Carrocc.ſing 49.*

Accedat prædictis, quod tradit *Cancer. variar.reſolut. tom.3 cap.20 à num.326. cum*
4 *ſeq.* quod ſi teſtator legauit vxori ſuæ, vt ex ſua ſupellectili, quæ ipſa vellet acipere, an hæres obijcere ei poſſit, quod immodicè ex dicta ſupellectili accipiat, vbi ex *Lara in l.ſi quis à liberis, §.ſi quis ex ijs, nu.167*
5 *ff.de liber.agnoſc.* quod vidua capere ex dicta ſupellectile non poterat, niſi quæ eius honeſtati, & neceſſitati ſecundum ſuam, & viri dignitatem congruerent, habita etiam ratione facultatum hæredis per iura ibi relata.

6 Ex aduerſo autem replicabatur, quod tale legatum generalitèr factum non poterat reſtringi ad eius ſpecies expreſſas, ſed generalitèr intelligendum, & Primò, ex *deciſ. Afflict. 106.* vbi caſus in terminis examinatur, & refert in beneficium mulieris pronunciatum fuiſſe, quem ſequuntur *Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.9 tit.3. num.17. Gratian.diſcept.forenſ.cap.9. Iacobus Gallus conſ.69.nu.12.& Vrſill. ad Afflict. vbi ſupra,* quem ſectatur ibidem *Cancer.* pro-
7 bat, quod legato omnium mobilium venire animalia, pecuniam, aurum, & argentum, & fructus à ſolo ſeperatos, vt quoq; ibidem *Mantic.num.1.* aſſequitur.

8 Secundò, dùm tale legatũ factum fuerat perſonæ dilectæ, maximè vxori, erit potiùs ampliandum, quam reſtringendũ, ex ijs, quæ in terminis tradit *Theſaur deciſ. 168.num.7.* & huic cõuenit notabile *Conſ. Petri de Luna inter conſ.diuerſ.Siculor.35.* vbi agit de conſimili legato facto à viro vxori ſuæ per hæc verba: *Et oltra lego à detta mia moglie tutte quelle robbe bianche, e ſtigli di caſa, che ſi vorrà eligere, e pigliar delle robbe, e ſtigli di caſa, che tengo nella mia caſa à ſua libera volontà;* vbi exarato articulo, ac etiã decla-

declaratione facta ſuper dictis verbis le-
gati, demùm concludit in fauorem vxo-
ris, pro qua iudicatum fuiſſe, refert in cal-
ce illins.

9 Tertiò, ex *conſ. Bald.* 485. *lib.* 4. refertur
determinatũ in Senatu Aueniončſi, quod
maritus legando omnia bona mobilia,
& domus vtenſilia, cenſetur legaſſe nedũ
ipſa, ſed fructus domns exiſtentis, & hoc
per dictionem *(&)* quæ eſt copulatiua,
nec propterea reſtringenda ad ſpeciali-
tatem, ſed omnia in concurſu venire per
iura citata à *Hieron de Laurent. deciſ.* 14. &
ſequitur *Theſaur. iuu. lib.* 1. *quaſt. forenſ. cap.*
26. *num.* 15.

Et in ſumma *Cancer. vbi ſupra num.* 331.
10 concludit, poſſe viduam capere quæcun-
que ſupellectilia non attendendo, an eſ-
ſent parui, vel modici valoris, dummodò
ſuo ſtatu, & ordini conuenirent ob verbũ
vellet, *& ſubdit num.* 332. quod ſi teſtator
11 legaſſet vxori omnia ſua ſupellectilia, hę-
res nihil poſſet ei opponere, vt ex *Decian.*
*Iaſ. Corn. & Peregr ibi relatis.*

12 In tantùm ſicuti legato lecto vxori ve-
niunt omnia ornamenta, *Surd. deciſ.* 150.
*num.* 10. *Gratian. cap.* 610. *num.* 11. ità erit in
facultate legatarij vnam partem rei lega-
13 tæ acceptare, & aliam repudiare, idem
*Surd de aliment. tit.* 9. *quaſt.* 4. *nu.* 12. *&* 13.

Fuit lis prædicta tranſactione ſopita
inter eos acceptis quibuſdã mobilibus,
& ſtileis conueniẽtibus eius conditioni,
& ſtatui.

*S V M M A R I V M.*

1 *Poſſidens annuos redditus, an teneatur ſatiſdare.*
2 *Annui redditus inter immobilia connumerantur, aliqui negant, num.* 5.
3 *Annui redditus neque inter immobilia, neque mobilia, connumerantur ſecundum aliquos.*
4 *Cenſus in legato mobilium an veniat.*
6 *Annui redditus tertiam ſpeciem conſtituunt.*
7 *Concordantur opiniones inuicem contrariæ.*
8 *Annui redditus dicuntur, qui ex fundis percipiuntur.*
9 *Annui redditus ſuper immobilibus conſtituti, vti ſtabilia iudicantur.*
10 *Annui redditus perpetui inter immobilia connumerantur, vel in caſu quo ſunt neceſſariè trahendi ad alterum eorum.*
11 *Annui redditus ſi debeantur actione perſonali, vel ad modicum tempus, an inter immobilia connumerentur.*
12 *Annui introitus in legato vſusfructus omnium bonorum mobilium, & immobilium veniunt.*
13 *Redditus natura eſt vniuerſalis, & comprehendit omnes fructus.*
14 *Redditus appellantur annui cenſus.*
15 *Genus includit omnes ſpecies.*
16 *Nomina debitorum non veniunt appellatione mobilium, neque immobilium, ſed bonorum.*
17 *Nomina debitorum ſunt iura incorporalia.*
18 *Nomina debitorum an veniant in legato vni facto de mobilibus, & alteri de immobilibus.*
19 *Nomina debitorum iura, & actiones conſtituũt tertiam ſpeciem.*
20 *Nomina debitorũ dicuntur cautiones, & obligationes.*
21 *Nomina debitorum dicuntur incorporalia iura, quæ cohęrent perſonæ creditoris.*
22 *Actio an veniat appellatione mobilium, & immobilium, dùm conſtituit tertiam ſpeciem.*
23 *Actiones ſunt de loco, quo eſt perſona creditoris.*
24 *Legatum generale de omnibus, & quibuſcunq; bonis, an contineat nomina debitorum.*
25 *In habentibus ſimbolum, facilis eſt tranſitus.*
26 *Dictio,* nomen *ſeù,* nomina, *explicat debitorem.*
27 *Nominis appellatiòne ad omnem contractum, & obligationem pertinet.*
28 *Debitor qualitèr intelligatur.*
29 *Debitor cenſus, an ſit verè debitor.*
30 *Debitor redditus non ſortis debitor eſt, ſed tantùm penſionis, & ratione confirmatur, nu.* 31.
31 *Redditus principalitèr debetur, non acceſſoriè.*
32 *Annui redditus penſionis inſtar.*
33 *Nomen debitoris in legato generali non continetur, ſecus in ſpecie.*
34 *Legatũ factum alicui, quod debet mihi Titius, cenſetur relictum nomen debitoris.*
35 *Legatum generale eſt reſpectu dictionis omnia.*
36 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
37 *Legatum generale dicitur per verba omnium, & quorumcunque.*
38 *Nomina debitorum non veniunt appellatione mobilium, ſecùs ſi eſſet omnium bonorum.*
39 *Generi per ſpeciem derogatur.*
40 *Legatum generale, non comprehendit legatum ſpeciale, de quo eſt facta mentio.*
41 *Genus, & ſpecies quando cadunt ſuper eodem iure, generi per ſpeciem derogatur, ſecùs ſi diuerſo iure.*
42 *Certæ ſpecies mobilium enuntiatæ in legato vniuerſali mobilium per talem expreſſionem ſpecialem in cæteris non expreſſis, non intelligitur reſtrictum.*
43 *Appellatione mobilium, an veniant redditus temporales.*

ARGV-

Digitized by Google

### ARGVMENTVM.

Legatum generale factum de omnibus mobilibus, nominibus debitorum, ac alijs exiſtentibus in domo debitoris, an veniant annui redditus.

### CASVS XXXIV.

Difficultari etiam contingit de conſimili dubio relato in præcedenti Caſu,in quodam legato huiuſmodi facto, & relicto videlicet: *Lego ampliùs N. omnia mobilia, argentum, & aurum domi, quæ conſeruantur, nomina debitorum, & omnia alia exiſtentia in mea domo, &c.* ſi ex dictis verbis comprehendantur etiam annui introitus,per ea,quæ *Doctores noſtri* dixerũt, videbatur negandum, & præcipuè *Bart.in l.ſciendum,num.*10 *ff.qui ſatiſd.cogant.* dùm
1 quærit, ſi habens annnos redditus ſuper immobilibus teneatur ſatiſdare, & tenet, quod non ſequitur *Bertach. in eius repert. verbo annui redditus il ſettimo,* vndè ipſi DD.
2 affirmare videntur, quod annui redditus inter immobilia connumerantur, *Federic. de Senis conſ.*42. *Roman.conſ.*87. *Tiraquell.de retract.conſang.* §.1.*gloſ.*6.*nu.*6.cũ alijs apud eundem *Bertach.d.verbo annuus redditus il* 5. & 7. & nouiſſimè *Conſiliar.de Georgio allegat.*38 *num.*9. *Reg.Fab.Capyc.Galeota lib.*1. *controu.*33.*num.*7. *Reg.Ronit. conſ.*51 *nu.*19. *tom.*2. *Hieronym.de Laurent.deciſ.Auen.*163. *num.*22.
3 Imò neque inter mobilia,neque immobilia comprehendi videntur, eo quia ex propria ſignificatione vocis ipſorum nõ comprehenduntur appellatione mobiliũ, neque immobilium, *Cencius de cenſib. quæſt.* 30.*num.*1.
4 Idcircò in legato mobilium non venit cenſus,vt ſubdit ibidem *Cenc. num.*7.& *in deciſ.*3.*num.*13.*poſt d.tract.*
5 Quanquàm aliqui DD. contrarium putent,quos referunt *Rodriq. de annuis redditib.lib.*1.*quæſt.*3.*num.*8.*cum ſeq. Griuell.deciſ.Dolani* 53. cum alijs apud *Io.del.Caſtill. quotid controu. tom.*1.*cap.*41.*num* 11. & nouiſſimè *Mercul.Merlin. in tractatu de pignor. lib.*2.*quæſt.*44.*num.*4.*& ſeq.*
6 Sed veriùs conſtituere videntur tertiã ſpeciem de per ſe, *Rota Romana deciſ.*3. *nu.*13. *apud Cencium poſt tract.de cenſib.Gratian. diſcept.forenſ.cap.*29.*num.*21. *Rodriq. Caſtill. Merlin.vbi ſupra, Molfeſ.ad Conſuet.Neapol. par.*2 *tit.de bonis, quæſt.*11.*num.*89. & 10. & *conſ.*11.*num.*18.

Nihilominus pro concordia ambarum opinionum cenſuerunt ipſi,hoc eſſe intel-
7 ligendũ, quoties annui introitus fuiſſent impoſiti ſuper re immobili, quoniã tùnc inter immobilia connumerarentur, *Bart. vb ſupra.*
8 Et maximè quando perciperentur ex certis fundis non ex redditibus, *Rota vbi ſupra num* 18. & *Gratian. vbi ſupra num.* 27.
9 tùnc enim redditus annui ſuper immobili conſtituti, iudicabuntur tanquàm ſtabilia, idem *Gratian. cap.*885. *à num.*1.*ad* 7. *Caſtill.vbi ſupra nu.*7. *Felician.in tract.de cenſib tom.*3.*cap.*1.*num.*4.
10 Prætereà quãdo fuiſſent perpetui vtiq; inter immobilia connumerarentur, idem *Cencius deciſ.*468.*num.*5. *Præſ.de Francb.deciſ.*362.*num.*7.

Vel in caſu quo ſunt neceſſariò trahẽdi ad alterum eorum, *Gratian.d cap.*29. *nu.*24. aut ipſi debẽtur actione reali,vel mixta, vt ibidem *Gratian.num.*30.probat.
11 Cæterum autem ſi deberentur actione perſonali ſimpliciter, & tùnc ſecus eſſet, vt dixit ibidem *Bart.*aut ad modicũ tempus conſtituti,ſcilicet ad ſex,vel octo annos,vt ex *Caſtill.& alijs,* probat idem *Reg. Capyc.Galeota vbi ſupra num.*8.
12 Quo fit,vt in legato vniuerſali vſusfructus omnium bonorum tàm mobilium, quàm immobilium venirẽt annui introitus,ſiuè redditus,idẽ *Caſtill.vbi ſupra nu.*2. & *Merlin. eodem loco num.*67. quærit, ſi veniant annui redditus in legatis, & cõcludit iuxtà diſtinctionem ſupra relatam.
13 Eoque impenſiùs ſi attendatur natura redditus, quæ eſt vniuerſalis, & comprehendit ſub ſe omnes ſpecies fructuum, *Maſtrill.deciſ.*58.*num.*8.

Sicuti exemplificando oſtendit *Duard. in tract.de cenſib.num.*1.§.1.*quæſt.*1.*per totam,*
14 vbi *num.* 9. aſſerit, quod redditus appellantur annui cenſus, *Rodriq. d tract.de ann. reddit. lib.*1.*quæſt.*1.*num* 12. vbi plura congerit.
15 Sicquè genus includit omnes ſpecies, *l.omnes, C.de præſcript.* 30. *annor.* cum alijs apud *Auguſtin. Barboſa in ſuo libello princip. vtriuſque iur.lit G.num.*10.

Quadere ex ijs, inſpectis verbis legati generalibus indè ſpecificatis in certas ſpecies mobilium, hoc eſt argenti, & auri, non aliàs videbantur includi.

Supereſt modo diſcernere alia poſtquã ſubſequuntur verba illa, *nomina debitorum,*

ſi inſpecto tali nomine ipſi includi vi-
deantur, ex quo ipſa nomina debitorum
16 pariter non veniunt appellatione mobi-
lium,& immobilium, vt probant *Marta in
ſumma ſucceſſ.legal.par.2.quæſt.18. art.1.nu.
36. Rota Romana deciſ.52.num.15.apud Mer-
linum poſt dict. tract. de pignoribus*, ſed be-
nè appellatione bonorum, *Spino conſil.* 8.
*num.*1.
17 Taliter quod nomina debitorum, nec
mobilia, nec immobilia dicuntur,ſed in-
ra incorporalla, *Hieron.de Leo deciſ.Valent.*
190. *num.*4. *tom.*2.
18 Hinc eſt, quod ſi Titio fuerint legata
mobilia, & Seio immobilia,neutri deben-
tur nomina debitorum, ex *Cardin. in Cle-
ment.1.quæſt.11.de rebus Eccleſ. non alien. &
Dyn. l.Caius, ff.de leg.2.* probat *Bertach. d.
rep. verbo nomen debitoris*.
19 Similiter nomina debitorum, & cętera
iura, & actiones conſtituunt tertiam ſpe-
ciem diuerſam à bonis mobilibus, & im-
mobilibus, *Mande l.conſ.261.num.1. Fonta-
nell.de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.2.par.1.num.15.
Spino d. conſ.8. num.2.* cum alijs apud *Ma-
gon. deciſ.Florent.146. num.5.* poſt *Io.Bapt.
Caſtell.ad Alber. in diction. verbo nomen, Ne-
guſant.de pignor.par.2.num.9. Theſaur.iunior
lib.1.qq.forenſ.quæſt.2.num.3.*
20 Etenim nomina debitorum dicuntur
cautiones, actiones, & obligationes, ex
*l.nominibus, C.de act.& obligat.* probat *Gra-
tian.cap.125.num.39 diſcept.forenſ.*
21 Non mirùm ſi dicãtur ipſa iura incor-
poralia, *Merlin.de pignor.lib.2.quæſt.30.nu.2.
Spino vbi ſupra num.*4. quæ cohærent per-
ſonę creditoris, *Io.Anton.Bellon.conſ.74.nu.*
133. ſicque nomen debitoris non eſt de-
bitoris,ſed creditoris, *Neguſant. de pignor.
par.2 memb.3.num.23.*& deſeruiũt ad con-
ſecutionem eorum debitorũ tales actio-
nes,& cautiones, vt infra ſubnectitur.
Quemadmodùm etiam ipſi annui red-
ditus ideò remanent ſub illa tertia ſpe-
cie,quæ nil aliud conſtituũt,quã ius quo-
dam, ſiuè actionem ad illos exigendum;
22 quæ ſiquidèm actio non comprehendi-
tur etiam appellatione mobilium, & im-
mobilium,ſed & ipſa conſtituit tertiam
ſpeciem, *l.à Diuo Pio,§.in venditione,ff.de re
iudic.*& eſt communis opinio, ex *Iaſ.Tira-
quell.& Pariſ.* relata à *Gratian. dict. cap.29.
nu.25.*vbi ſubnectit *num.26.*quod actiones
23 dicuntur eſſe de loco, quo eſt perſona
creditoris, cuius oſſibus ſunt affixæ pro-
pter effectum exactionis per iura, & do-
ctrinas ibi relata.
Vndè quemadmodũ in legato vniuer-
ſali, ſeù generali, tales redditus annui cõ-
24 prehenduntur,vt ſupra dictum eſt, ſic pa-
riter legatũ generale de omnibus, & qui-
buſcunq, bonis continentur nomina de-
bitorum, vt probat *Marta vbi ſupra num.
34. & 37.*
Quadere ex ijs videntur ſimolizare nomi-
na debitorum, & redditus annui in om-
nibus, ex regula illa, quod diſpoſitum in
vno,cenſetur diſpoſitum in alio.
25 Et in habentibus ſimbolum, hoc eſt ſi-
militudinem facilis eſt tranſitus, *Alber.in
l.1. ff.de iudic. & in diction.verbo ſimbolum.*
Et ex ijs conſequens erit agnoſcere, ſi
tales annui redditus contineãtur ſub no-
minibus debitorum, quæ fuerunt ſpecifi-
cata in ſupradicto legato, & certum eſt,
26 quod dictio ipſa, *nomen, ſeù nomina*, expli-
cantur debitores, *l.ea quæ, C. famil. erciſc.
d.l.à Diuo Pio, ff.de re iudic. Alber.in diction.
ver. nomen.*
27 Et conſequenter nominis appellatione
ad omnem contractũ, omnemq; obliga-
tionem pertinet, *l.nominis, ff.de verb ſignif.*
28 Similiter debitor intelligitur is, à quo
inuito exigi pecunia poteſt, *l.debitor, ff.de
verb.ſignif.* ibi *Gloſ.& Alciat.*cũ alijs apud
*Bertacch in repert.verbo debitor propriè, Ioan.
Petr.Mollign.de appellat.vtriuſque iur.extenſ.
num.249.*
29 Et licet debitor cenſus non ſit verè de-
bitor, vt inquit *Cencius de cenſib.quæſt.108.*
30 *ſub num.12.* & ſic etiam debitor redditus
non ſit ſortis debitor, *Rodriq. d.tract.lib.2.
quæſt.19.num.10.*
31 Sed tantùm debitor penſionis annuæ,
*vt ſubdit num.27.* eo quia principaliter de-
bentur non acceſſoriè, *Præſ.de Franch. de-
ciſ.254.nu.9.Grinell.deciſ.103.nu.8.et 9.*cum
alijs apud *Franciſcum Maria Pratum diſce-
ptat.forenſ.tom.1.cap.2 num. . . Reg.Capyc.
Latro deciſ.175.num.11.tom.2.*
32 Nàm ipſi annui redditus penſionis in-
ſtar iudicantur,idem *Præſ.deciſ.268.nu.15.*
Nihilominus hoc intelligit ibidẽ *Cen-
cius* durante cenſu, & ante illius diſdictã,
ſecus poſteà.
Negari tamen non poteſt, quin non ſit
debitor,& comprehenſus ſub nomine de-
bitorum.
33 Eapropter deueniendo ad rem, de qua
controuertitur,licet enim in legato gene-
rali nomen debitoris non contineatur,
*l.Caius,* vbi *Bart. ff de leg.2. & in l.ijs verbis,
§.3.ff.de leg.3.Card.in clem.1.quæſt.10.de reb.
Eccleſ.non alien.Bertacch.verbo nomen debito-
ris*, tamen ſecus erit, quando in ſpecie
fuiſſet legatum, quemadmodùm etiam ſi
34 teſta-

34 teſtator dixerit,lego tibi,quod debet mi-
hi Titius, quoniam cenſetur relictum no-
men debitoris,& vtilis actio, *Gratian.diſce-
ptat.forenſ.cap.252.num.54.& ſeq.*

35 Quocitca intuendo verba ſupradicti
legati videlicet: *lego omnia mobilia*, quàm-
uis ſit legatum generale reſpectu dictio-
nis, *omnia*, *l.Iulianus, ff de leg.3.* cum alijs
apud *Gratum de diction. in dict.147. Barboſa*
36 *de diction in dict.207.* nàm qui omne dicit,
nihil excludit, *d.l.Iulianus*, cum alijs apud
eundem *Barboſ.in opuſc.princip.vtriuſq; iur.
extim.lit.D.num.4.*

Et legatum generale dicitur per verba *omnium, & quorumcunque*, *Marta vbi ſupra num.24.*

37 Adhùc tamen quia ſubſequitur verbũ
*mobilia*, quorum appellatione aliqua ve-
niunt,vt per *Mollign. in tractatu de appellat.
vtriuſq; iur extenſ.nu.734.* & ſequitur *Mar-
ta vbi ſupra num.3.*

38 Indè ſubſequitur,quod ſub legato mo-
biliũ non veniunt nomina debitorum, vt
probat idem *Hieron.de Leo d.deciſ.190.n.2.*

Secus tamen ſi dixiſſet legatum omniũ bonorum, *Marta vbi ſupra num.24.& 37.*

Verùm quia fuerunt expreſsè nominata in præſenti legato,meritò non erit dubitandum de talibus nominibus debitorum relictis,& conſequentèr annui redditus, ex allegatis vt ſupra.

Conſiderandum paritèr eſſe exiſtima-
bam, qualitèr tale legatum etſi fuerit ab
initiò generalitèr conceptũ, & indè ſpe-
cificatum reſpectu auri,& argenti, ac no-
minum debitorum, vt poſtmodũ per alia
verba generalia conceptum, & omnia,
39 alia, quæ in domo ſunt, licet per ſpecies
videatur derogatum generi, iuxtà vulga-
tam regulam illam, generi per ſpeciem
derogatur, *cap generi, de regul. iur.in 6.* cum
alijs apud *Barboſ.d.princip.iur.lit.G.num.9.*
vbi ità in legatis ampliat ex *Surd. de alim.
tit.2.quæſt.15.num.130.*

Nihilominus aduertendum erit, quod
quando legatum ſpeciale poſſit concur-
rere cum legato generali quando eſſet fa-
ctum poſt legatum generale, ſecus tamen
erit, ſi præcederet legatum ſpeciale, & in-
dè ſequeretur legatum generale, quia le-
40 gatum generale, non comprehendit le-
gatum ſpeciale, de quo eſt facta mentio,
ità *Borgn. deciſ.31. num.32. par.3.* & ſic ge-
41 nus, & ſpecies quando cadunt ſuper iure
eodem generi per ſpeciem derogatur, ſe-
cus ſi ſuper diuerſo iure vt probat *Caſtill.
d.tract.cap.47.num.14.* ſubdens *nu.15.* quod
legatum generale omnium bonorum nõ
derogat ſpeciali alicuius rei, ſed è cõuer-
ſo legatum ſpeciale,derogat legato gene-
ris,vbi plures allegat,qui in *cap.38.nu.13.*
42 ad rem tradit, quod in legato vniuerſali
mobilium ſi fuerint certę ſpecies mobi-
lium ennunciatæ, quod per talem expreſ-
ſionem ſpecialem in cęteris non expreſ-
ſis, non intelligitur reſtrictum vniuerſale
legatum, & dùm quærit *num.14.* ſi appel-
43 latione mobilium veniant redditus tem-
porales, putà quatuor, vel quinque anno-
rum, & non perpetuos, inquit huiuſmo-
di, quæ tamen ſententia fortaſſis, hodiè
dubia eſſet, attento communi vſu lo-
quendi, iuxtà quem appellatione mobi-
lium de pecunijs, ſiuè de redditibus iàm
decurſis,qui in pecunia cõſiſtunt, aut ſol-
ui debent,non præſumi teſtatorem ſenſiſ-
ſe cum *Pinell. Sforz. Odd.* ſtatim probabi-
mus, vt indè aduertamus, & iàm ad ea,
quæ cum alijs ibi relatis probabit *Caual.
de vſufr.mul.relict.d num.81.circa finem,verſ.
& etiam veniunt in legato,fol.251.* venire ſci-
licet in legato vſusfructus bonorum mo-
bilium penſiones, & annuos redditus tẽ-
porales, quatuor,vel quinque annorum,
reſtrinxerunt, id enim nec attento cõmu-
ni vſu loquẽdo omninò certũ eſt,hæc ille,
ex ijs veritas reſultat,& decerni ſperatur

### SVMMARIVM.

1 *Aſſignare verbum, multifariam exponitur.*
2 *Aſſignare videtur ſolùm ius transferre quod habet.*
3 *Aſſignare importat etiam id, quod cedere*
4 *Verba*, damus, & aſſignamus, *attenduntur ad introducendam hypothecam.*
5 *Ius, quod quis habet ex contractu, potentiùs eſt iure, quod ſimplicitèr à lege, vel ſtatuto habet.*
6 *Hypotheca dicitur ius, ſeù ius reale, & nu.10.*
7 *Hypotheca vndè dicatur.*
8 *Ius reale conſtituitur per pignus.*
9 *Ius hypothecæ non includit dominium, neque poſſeſſionem.*
11 *Hypotheca eſt ius afficiens rem.*
12 *Hypotheca conſtituit ius reale.*
13 *Qui habet dominium de iure ſpeciali, habet hypothecam.*
14 *Ius in re habens, dicitur habere dominium.*
15 *Dominium eſt ius fortiùs, quam hypotheca.*
16 *Ius habere dicitur quis, ſi poſſeſſionem habet.*
17 *Verba dederunt, & aſſignauerunt, nedum conueniunt cuicunque contractui, ſed etiam dominij translationi.*
18 *Verba* ceſſit, conceſsit,& tranſtulit, *denotant dominij translationem.*

19 *Verbũ* adiudicare *idem importat, quod verbum* aſſignare.

20 *Verbum* cedere, & aſſignare, *idem importat*

21 *Obligatio quænam ſit.*

22 *Hypotheca eſt alterius obligationis acceſſio.*

23 *Hypotheca ceſſat ceſſante obligatione.*

24 *Obligatio generalis omnia comprehendit, & ad multa ſe extendit.*

25 *Dominium nõ eſt multiplicabile, quia plenum, neque indiuiſibile eſt.*

26 *Dominiũ eſt ius in re, & obligatio ius ad rem.*

27 *Dominium ius reale nõ eſt infixum oſſibus noſtris, ſicut actio.*

28 *Dominium eſt ius competens perſonæ ſeperatum à re, & non eſt qualitas alterius rei, ſed qualitas coherens perſonæ.*

29 *Dominium eſt ius de re corporali liberè diſponendi.*

30 *Dominium abſolutè dictum plenam proprietatem cum alienandi potentiam abſolutè dicitur eſſe.*

31 *Periculum nominis debitoris aſſignati, ad quẽ pertinet.*

32 *Ceſſio eſt iuris.*

33 *Traditio requiritur in traditione rei corporalis.*

34 *Ceſſio requiritur in translatione iurium incorporalium.*

35 *Clauſula,* cedendi omnes actiones perſonales, & reales, & omne ius, quid operetur.

36 *Ceſſio iuriũ in incorporalibus idem operatur, quod traditio in corporalibus.*

37 *Ceſſio in incorporalibus habet vim traditionis, ex quo transfertur dominium, niſi illud fuerit reſeruatum.*

38 *Ceſſionarius rei incorporalis ſtatim abſque apprehenſione poſſeſſionis, cõſequitur quaſi poſſeſſionẽ, & poteſt experiri interdicto uti poſſidetis.*

39 *Ceſſionarius poteſt manuteneri in poſſeſſione rei ceſſæ vigore ceſſionis, maximè quando fuerit ceſſio acceptata per redditnarios, num. 40.*

41 *Poſſeſſio in ceſſionarium, quando vigore ceſſionis tranſeat in eum.*

42 *Cenſus, ſiue redditus annui, ſunt res incorporales.*

43 *Ceſſionarius rerum incorporalium dicitur ex ceſſione annuarium præſtationum, ſed poſſeſſor, & dominus rerum.*

44 *Ceſſio nominis debitoris eſt venditio.*

45 *Ceſſio actionis loco alienationis habetur.*

46 *Nomen poteſt cedi, & vendi.*

47 *Ceſſionem obtinere eſt emere nomen debitoris.*

48 *Ceſſio iurium eſt emptio, & venditio reſpectu determinatæ quantitatis.*

49 *Nomina debitorum, an veniant appellatione bonorum, & quãdo tertiam ſpeciẽ conſtituant, num. 50.*

51 *Periculum nominis ceſſi ad quem pertinet.*

52 *Periculum ſemper ſpectat ad emptorem perfecta emptione, maximè quando periculũ contingerit poſt translationem dominii.*

53 *Periculum nominis debitoris ceſſi ex cauſa dotis, ad quem pertinet.*

54 *Periculum eſt ceſſionarii, quãdo ceditur ius publicum, vt eſt Princeps, vel Reſpublica.*

55 *Fiſcus, & Reſpublica ſemper ſunt ſoluendo.*

56 *Cedens creditum, quod quis habet cum Principe ſub promiſſione quod ſit bonum, & exigibile, non tenetur ob difficultatem exactionis.*

57 *Factum Principis accedit damno ceſſionarii.*

58 *Soluens quis præſumitur in dubio, qualiter intelligatur.*

59 *Ceſſio generalis omnium iurium, & actionum, comprehendit omnia etiam hypothecam.*

60 *Cedens omnia iura ſibi competentia, nil facit, ſi non ſpecificet iura ſua.*

61 *Ceſſio iurium, operatur translationem iurium incorporalium tantùm, non corporalium.*

62 *Cedens iura ſua, retinet directam actionem.*

63 *Actiones directæ ſemper remanent penès cedentem, maximè quando fit ex cauſa voluntaria, donec interueniat unum ex tribus requiſitis, & tunc poterunt exerceri.*

64 *Cedens habens actiones directas, poterit in alium transferre earum exercitium.*

65 *Ceſſionarius ſuccedit loco cedentis, & ſubintrat in locum cedentis; imò ſuccedit in ius illius, et ei competit, quod competebat cedenti.*

66 *Ceſſionarius ſuccedens in locum cedentis, conſequitur omnia iura, & ea omnia habet, & eis utitur.*

67 *Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis, & habet omnia eius iura, & actiones quæ illi cõpetebant, ac omnia iura actiua, & paſſiua, num. 68. ac ei permittitur vſus remedijs competentibus illi, num. 69.*

70 *Clauſula,* ponens eum in locum ſuum, *operatur translationem directarum actionũ.*

71 *Ceſſionarius ſuccedens in ius cedentis, reputatur eadem perſona, quia ſubrogatur in locum eius, num. 72.*

73 *Ceſſionarius ita agere poteſt, ſicut cedens, in quem fuit translatum ius cum ſua cauſa.*

74 *Tutius eſt rei incumbere, quam actionem habere.*

75 *Aſſignatio, & ceſſio, habẽt vim ſolutionis, imò vim pignoris, num. 76.*

77 *Pignus transfert ius reale ad cautionem, non exactionem, & qualiter, num. 78.*

79 *Ceſſionario competit eadem via agendi, quæ competit cedenti.*

80 *Ceſſionarius agere nequit niſi producto inſtrumento ceſſionis, & illa edito, num. 81.*

82 Ceſ-

82 Ceſſionarius tenetur docere de ceſſione, ac iura cedentis plenè iuſtificare.

83 Ceſſio non dicetur facta ſufficientèr, niſi cedens ſcripturas, cũ quibus ceſſionarius valeat agere praeuia eius interpellatione oſtendat.

84 Ceſſionario licet omnia, quæ cedenti licebat, & ſic exigere à debitore.

85 Periculum omne ad ceſſionarium ſpectat, facta ceſſione, ac data poteſtate agendi.

86 Periculum nominis ceſſi tranſit in ceſſionariũ, cui facta eſt iurium ceſſio, eo maximè quando poſt ceſſionem contingerit.

87 Conſtitutio Procuratoris ſimplicitèr facta, non in rem propriam ad ſua conſtituens, remanet dominus, licet intelligatur in rem propriam.

88 Ceſſionarius eſt Procurator in rem ſuam propriam.

89 Creditor cui fuit obligatum nomen debitoris, & quæſita actio habetur, ac ſi eſſet conſtitutus Procurator in rem ſuã, & poterit agere contra illud.

90 Actiones ſiuè mandantur, ſiuè ceduntur, idem erit ad effectum vt quis cenſeatur Procurator in rem ſuam.

91 Ceſſionarius in rem ſuam factus, poteſt etiam actiones directas exercere ſuo nomine, licet ex perſona cedentis.

92 Ceſſionarius non proprio, ſed iure cedẽtis agit.

93 Clauſula, conſtituens Procuratorem, &c. operatur, quod nedum ceſſionarius eius vigore habet actiones in omnibus, et per omnia, reducitur ipſe ad inſtar cedentis etiam quòad iura exequutiua, quæ competunt cedenti.

94 Ceſſionarius ſubintrat in locum prioris creditoris, & dicitur creditor.

95 Cedens, ponens ceſſionariũ in locum ſuum, amplius contra eum agere non valet.

96 Promiſſio euictionis facta videtur de euictione futura, & qualitèr, num. 97. & 98.

99 Euincere eſt rem auferre.

100 Euictio quæ nàm ſit.

101 Euictio vt dicatur commiſſa, quidnam requirat.

102 Ceſſionarius tenetur denunciare cedẽti euictionem rei ceſſæ.

103 Citatio expreſſa requiritur, nec ſufficit ſimplex notitia euictionis facienda cedenti.

104 Sententia requiritur vt agi poſſit de euictione, & quod ſit lata ſuper proprietate, num. 105.

106 Ceſſionarius quando fuerit exclusus agere poterit de euictione in totum, vel in partem.

107 Actio non datur contra cedentem ante ſententiam, & realem exequutionem.

108 Culpa in non exigendo creditum ceſſionario aſcribitur non cedenti.

109 Emptor in mora exigendi exiſtens, damnum erit ipſius, ſi debitor effectus eſſet non ſoluẽdo, quod idem erit in ceſſionario, ſi ſuat ſua culpa, debitor eſſet non eſſet non ſoluendo, num. 110. & ſimilitèr in marito non exigente dotem, num. 111.

112 Venditor non tenetur niſi adhibita diligentia per emptorem.

113 Ceſſionarius tenetur ex parte ſua facere quod promiſit.

114 Ceſſionarius agere non poteſt cõtra cedentem, niſi facta priùs diligentia contra nomen ceſſum.

115 Culpa ceſſionarii non facientis diligentiam in exigendo, qualitèr probetur.

116 Cedens tenetur etiam inſtrumentũ crediti ceſſionario edere, vel ſufficere oſtendere, Notarium, num. 117.

118 Aſſignans aliquem vti debitorẽ, debet oſtendere illum eſſe debitorem, & tradere inſtrumẽta, aut alias probationes facere.

119 Ceſſor iurium, tenetur ſe oſtendere creditorem de quantitate pecuniarum ceſſa.

120 Iura, & inſtrumenta debent conſignari, quando ceditur debitum.

121 Ceſſio inefficax diceretur, antequam eduntur inſtrumenta, per quæ de iure cedentis appareat.

122 Ceſſio vt ſit valida, conſignari debet omnia inſtrumenta, vt ceſſus conueniri poſſit, eo maximè in ceſſione nominis debitoris, nu. 123.

124 Conſignatio ſcripturarum arguit ceſſionẽ iurium.

125 Ceſſionarius ad editionẽ tenetur, ad quam cedens tenebatur.

126 Ceſſionarius ad hoc vt nõ conſtituatur in mora, quidnam debet producere.

127 Ceſſionarius contra debitorẽ cedentis vti Procurator illius, & in rem ſuam poterit omne ius proponere.

128 Debitor non tenetur ſoluere cedenti creditum, ſed ceſſionario, etiam nulla denunciatione facta, dummodò ſciat ceſſionem factam.

129 Debitor ſi allegaret ſoluiſſe, non liberaretur ſoluendo cedenti ob notitiam ceſſionis fortiùs ſtante notificatione, num. 130.

131 Ceſſionarius ante omnia debet denunciare debitori ne ſoluat.

132 Ceſſionarius contra cedentem agere non poteſt nulla facta diſcuſſione nominis.

133 Ceſſionarius non agit niſi priùs omnem diligẽtiam contra debitorem ceſſum pro illo adhibeat, & excuſſo nomine illius, ac reperto non ſoluendo, num. 134.

135 Ceſſionarius vt agere poſſit exigitur, quod ſtatim excutiat nomen debitoris ceſſi, & adhibeat diligentiam, & faciat illum carcerare, num. 136.

137 Nomina debitorum in dotem data, non requiritur ceſſionem, neq; traditionem inſtrumenti.

138 Ceſſionario ſatiſfactum eſſe videtur ſi eius nomen

nomen fuerit receptum à debitore.

139 Ceſſionarius quando incipit exigere à debitore ius exigendi, factum eſt irreuocabile.

140 Debitor ceſſus dicitur exigibilis, eo ipſo, quod poſt ceſſionem ſoluit ceſſionario.

141 Exactio bis, vel ter facta à ceſſiorario ſufficit, vt dicatur exigibilis debitor, & ſic fuit deciſum.

142 Promiſſio exigibilitatis, nõ debet trahi ad perpetuitatem.

143 Poſſeſſio exigendi per vnicam ſolutionem acquiritur.

144 Cedens promittens nomen ceſſum, & exigibile, tenetur tale præſtare ſolùm de tempore ſolutionis.

145 Cedens aſtringere facere nomen debitoris ceſſum verum.

146 Cedens ſi promiſerit debitorem verum, ſufficit oſtendere de veritate crediti.

147 Cedens annuum cenſum, tenetur præſtare ſolũ verum, non autem exigibile.

148 Nomen debitoris vendens, tenetur eum præſtare debitorem, non autem locupletem, et ſoluendo.

149 Cedens iura talia, qualia, tenetur præſtare debitorem ceſſum eſſe verum.

150 Cedens, vel venditor ſolùm tenetur manutenere, quod ſit verum nomen ceſſum.

151 Cedens, non tenetur facere bonum nomen ceſſum, licet aliqui contrarium teneant nu. 152.

153 Cedens nomen debitoris, tenetur illud facere bonum de iure, & de facto.

154 Cedens, promittens nomen debitoris eſſe bonũ, & ſecurum, intelligitur promittere eſſe ſoluendo.

155 Paria ſunt nomen debitoris ceſſum eſſe bonũ, vel ſoluendo.

156 Promittens tenetur ſi nomen ceſſum ſoluere non vult.

157 Promittens aliquem eſſe bonum pro illo dicitur fideiubere.

158 Promittens bonum, & exigibile, idem importat, quod ſoluere, & ſi in ſpecie nõ fuerit promiſſum ex clauſulis cedens tenetur.

159 Verbum liquidum quid importet.

160 Inſtrumentum liquidum quando dicatur.

161 Creditum quando dicatur liquidum.

162 Exigibilitas nõ cenſetur promiſſa, niſi expreſsè dictum ſit.

163 Vendens nomen debitoris, tenetur præſtare illud verum, & de iure exigibile, niſi ex pacto fuerit promiſſum, num. 164.

165 Euictio non dicitur ſimpliciter promiſſa quando fuit datum nomen debitoris, & exigibile, & quod poſſunt agi de euictione factis diligẽtijs, & non exactis capitale, & tertus.

166 Promittens nomen debitoris verum, & exigibile tale eſſe debet, & nil ei poſſit opponi.

167 Cedens nomen debitoris pro dote tenetur illud præſtare exigibile, etiã ſi hoc non fuerit conuentum, quod procedit etiam in intereſſe dotis, imò tenetur ſemper, & ſucceſſiuis temporibus, præſtare exigibilitatem, num. 168.

169 Exigere eſt ab inuito in iudicio extorquere.

170 Vendens ſolùm tenetur nomen debitoris præſtare verum, & nemini obligatum.

171 Periculum nominis ceſſi an ſpectet ad ceſſionarium, ſi fuerit factum inexigibile, ſtante promiſſione illius eſſe verum, liquidum, exigibile, & non exactum, neque ceſſum, & quid ſi fuerit illud venditum, vel ceſſum eſſe verum ſine exceptione, num. 172.

173 Promittens nomen debitoris ceſſum exigibile, tenetur illud manutenere in iſta qualitate.

174 Aſſignatio actionum importat ceſſionem, & talis ceſſio non transfert dominium, num. 175. ſed tantum ius perſonale.

176 Ceſſio facta de omnibus iuribus in datione nominis in ſolutum, tunc induceret ius reale.

177 Actio ad exigendum annuos introitus, an veniat appellatione mobilium, vel immobilium, aut conſtituat tertiam ſpeciem.

178 Ceſſio actionum perſonalium, veniunt in conſequentiam actiones hypothecariæ.

179 Actio perſonalis non tantùm translata, intelligitur in ceſſione, ſed etiam hypothecaria.

180 Actio hypothecaria eſt pediſſequa actionis perſonalis.

181 Ceſſio non transfert poſſeſſionem in ceſſionariũ quando cedens non eſſet in conſpectu rei.

182 Annui redditus redimibiles, potiùs inter mobilia, quam immobilia connumerantur, quod limitatur.

183 Ceſſio duplex eſt, vna, quæ fit ad commodum cedentis, quid importet, vt periculum cedere debeat ipſi.

184 Periculum rei ceſſæ ſpectat ad cedentem, quando fuiſſet ceſſio ſimpliciter facta.

185 Ceſſio ſimplex quando fieret ad commodũ cedentis ſolutionis cauſa dicitur.

186 Ceſſio ſimplex non habetur pro ſolutione, nec liberat debitorem, niſi concurrant requiſita.

187 Cedens ſtat in periculo, & in damno debitoris ceſſa, quando ceſſio eſt ſimplex.

188 Cedens per ſimplicem ceſſionem, non eſt priuatus obligatione ſui debitoris, quam habet agere contra debitorem ceſſum, & ab eo eſigere.

189 Cedens agere poteſt, vt ſoluatur ceſſionario, & num. 190.

191 Ceſſionarius habet regreſſum contra cedentẽ data ineſigibilitate.

192 Ceſſionarius agere poterit recta via contra cedentem, vt ſibi obſeruat ea, quæ ſeruare tenetur.

193 Ceſſio in dubio præſumitur ſimplex.

194 Ceſſio altera dicitur quando nomini debitorũ vendun-

venduntur. & in ſolutum dantur, vel delegantur, ſimilis eſt emptioni, & venditioni, & habetur loco ſolutionis.

195 Datio in ſolutum nominis debitoris, non importat exigibilitatem.

196 Periculum, & riſicum ſpectat ad ceſſionariū, quando fuerit facta datio in ſolutum, & decīſum num. . . .

197 Ceſſio nominis debitoris facta in ſolutum dati loco ſolutionis habetur, & num. . . .

198 Nomen in ſolutū datum perindè eſt, ac ſi res debita ſolueretur.

199 Ceſſionarius agere poteſt, et ſuas actiones exercere contra debitorem ex datione in ſolutum facta ob actiones directas penès ſe exiſtentes.

200 Ceſſio, tunc alienatio dicetur, quoties mediante pretio fieret de iuribus, & ſic deciſum.

201 Cedens adhuc tenetur, ſi nomen publicū Principis fuerit datum, qui ſoluere nolit.

202 Cedens tenetur ceſſionario tradere ſcripturas penès ſe exiſtentes, vel alibi, quando creditum iuſtificari non poteſt, niſi per aliam ſcripturam.

203 Promittens facere expedire aſſenſum, ſi non fuerit obſeruatum, tenetur ad intereſſe, & quando ceſſat.

204 Clauſula, conſtitutionis Procuratoris in rem ſuam, quid operetur.

205 Ceſſionarius erit Procurator in rem propriā ſuam conſtituēdus ad abundantem cautelam.

206 Clauſula, ponens in locum proprium, transfert veram poſſeſſionem, & dominium.

207 Cedens non liberat debitorem ceſſum, quando poſuit ceſſionarium in omnem modum locum, & ſtatum, & gradum ſuum.

208 Ceſſionarius tenetur omnem diligentiam facere, vt debitor excutiatur, & ſententia foratur.

209 Nomen debitoris non poteſt dici exigibile, niſi ſit facilis exactionis.

210 Ceſſio nominis debitoris habet tacitam conditionem, ſi debitū exigi poſſit à debitore ceſſo, quod declaratur.

211 Qualitas exigibilitatis erit probanda.

212 Cedens nomen redditus, non eſt liberatur, ſi redditus non ſoluatur.

213 Stipulatio tùnc dicetur commiſſa per ſolā moram non ſoluentis, nec erit facienda excuſſio.

214 Excuſsio non erit neceſſaria, quando notoriè conſtat debitorem non eſſe ſoluendo, aut quando eſſet decoctus, vel ſit litibus inuolutus.

215 Qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.

216 Promiſsio venditoris, vel cedentis, debet reſtringi ad tempus ceſsionis, & vēditionis, vel ad tempus quo debitor debet ſolutionem facere.

217 Periculum debitoris ceſsi ob fruſtratoriā inopiam ad quem ſpectat.

218 Periculum nominis ceſsi ad cedentem, non ad ceſsionarium ſpectat.

219 Periculū nominis ceſsi ex cauſa dotis, remanet ſub periculo dantis, quando maritus illud ignorauit ſub diſtinctione elicitur.

220 Periculum nominis debitoris venditi, & inſolutum dati poſt dationē inſolutum, ſeù venditionem ſpectat ad accipientes.

221 Ceſsionarius aget contra cedentē nominis inſolutum dati in caſu euictionis.

222 Ceſsionarius negligēs in exigendo, quando ſibi culpa aſcribatur, & quando non.

223 Ceſsionarius debet citare, & conuenire debitorem ceſſum, antequàm agat contra principalē.

224 Ceſsio nominis debitoris requirit notificationem, vt ſit ius quaſitum.

225 Exequutio fieri nequit contra debitorem ceſſum, niſi facta priùs denunciatione.

226 Cedens impedire non poteſt, quo minus ceſsionarius non exigat.

227 Cedens agere poteſt contra debitorem ceſſum, & ab eo exigere.

228 Qui cedit, ſoluiſſe dicitur, & liberatus eſt ab hæreditare, qualitèr intelligatur, num. 229.

230 Cedens iura ſua contra debitorem ſimplicitèr, non cenſetur ſoluiſſe, nec ſatisfeciſſe.

231 Ceſsio ſimplex importat ſolum mandatum, & non habetur loco ſolutionis, niſi facta ſolutione.

232 Cedens quando non liberat debitorem ceſſum, & quare.

233 Ceſsionarius non habet plus iuris, quam cedens.

234 Debitor, qui per ceſsionē acceptatam ab eius creditore de nomine alterius debitoris non erit liberatus.

235 Deciſiones S. R. C. referuntur contra cedentes nomina debitorum, non exiſtentia ſoluendo in cauſa dotali.

## ARGVMENTVM.

Aſſignatarius, ſeù Ceſſionarius ſummæ in dotem datæ ſuper Vniuerſitate debitrice, quæ indè ob eius defectum ſoluere nequiuerat, an recurſum habeat contra hæredem promittentis, & qualitèr.

CASVS

## CASVS XXXV.

ANſam diſſerendi materiam ceſſionis nominis debitoris ſatis, ſuperq; inter Doctores ventilatam, ſed confuſam diuerſimodè iuxtà factorum ſeries exortam mihi dedit occaſio compromiſſi in mei perſonam facti ab Illuſtr. Domino Martio Pignatello Principe Minoruini, & à Io. Angelo Ægiptio V.I.D. eiuſdem Ciuitatis, qui cum in anno 1628. die primo Maij matrimonium cõtraxiſſet cum Syluia Fraiana, & eius contemplatione fuerunt inter cætera promiſſi annui ducati ſeptuaginta pro capitale ducatorum mille, à Phiſico Franciſco Fraiano fratre, & dotante conſequendi ab Vniuerſitate Minoruini in capitulis matrimonialibus indè ſtipulatis in anno 1634. die 19. Septembris in ampla forma, cum clauſulis *conſtituti, & præcarij*, ſub ſequentibus promiſſionibus videlicet.

*In primis ſe li aſſegnino annui ducati ſettanta ſopra l'Vniuerſità, e particolari della Città di Monoruino per la sũma capitale di ducati mille per eſſo Fiſico Gio. Frãceſco, e ſono quelli iſteſſi à lui ceduti da Gio. Battiſta, e Lorenzo Fida, li quali annui ducati ſettanta cede in beneficio del Dottor Gio. Angelo, ita che dal dì dell'Affida vadino in ſuo beneficio, cedendoli ogn'attione, & raggione che li ſpetta, coſtituendolo Procuratore velut in rem propriã; per li quali ne li promette l'euittione in forma probante con lo Regio aſſenſo ſpedito, &c.* & indè dicitur.

Et inſuper dictus Doctor Io. Frãciſcus promiſit debitum prædictum eſſe verùm, liquidum, exigibile, & non exactum, nec alitèr ceſſum, ac de euictione teneri generalitèr, & ſpecialitèr ab omnibus hominibus ſeruata forma capitulorum, nec non dictus Doctor Io. Angelus ſponte còràm nobis recepit, & habuit à dicto Doctore Io. Franciſco præſenti copiam inſtrumenti dicti crediti dictorum de Cappellis in carta bombacina ſcripti contra Vniuerſitatem prædictã Mineruini, & dictus Doctor Io. Franciſcus promiſit conſignare copiam inſtrumenti ceſſionis factæ in beneficium dicti Doctoris Io. Franciſci per dictos fratres de Cappellis in pergameno ſcriptam, & copiam præſentis inſtrumenti ceſſionis ſimilitèr in pergameno ſcriptam cum Regio aſſenſu infra tres menſes ab hodie numerãdo, & aliàs ipſo tempore elapſo, & non adimpletis omnibus prædictis, liceat dicto Io. Angelo liquidare præſens inſtrumentum contra eundem Doctorẽ Io. Frãciſcum pro recuperatione dictorum annuorum ducatorũ ſeptuaginta, donec fuerit adimpletum per dictum Doctorem Io. Franciſcum vt ſupra.

Cum igitur ipſe Io. Angelus ceſſionarius vt ſupra fuiſſet recognitus ab ipſa Vniuerſitate, & deſcriptus inter eius creditores, & recepiſſet quaſdam pecuniarũ quantitates pro certo tẽpore, demũ quia eſſet effecta dicta Vniuerſitas nõ ſoluendo ob eius creditorum concurſum, & impotens notoria, propoſuit liquidare inſtrumentum cõtra dotantem, nedum pro dicta cauſa, ſed ob implementũ ſcripturarũ aſſenſu Regio non ſubſequuto promiſſarum, ad preces tandẽ interpoſitarum perſonarum commotus talem liquidationẽ procraſtinando, interea repentè talis dotans ab hac luce migrauit, relinquendo ſuam hæredem vniuerſalem Capellam S. Mariæ Gratiarum eiuſdẽ Ciuitatis ſub protectione, & diſtributione eiuſdem Excellentiſs. Principis, quadere excreſcente cumulo annatarum decurſarum aſcendentium ad ſummam ducatorum 800. in circa, litem inſtituit contra talem hæredem, & pro ea aduerſus ipſum Illuſtr. Principem petendo illum cõdemnari ad talem ſummam tàm ex prçterito, quàm in futurum, & ſucceſſiuè ipſi aſſiſtentiam præſtari in forma ſuper bonis deductis.

Quanquam ex parte ipſius Illuſtr.
Principis nomine vt in actis plura fuiſſet
obiecta ad excluſionem prætenſorum ip-
ſius Io. Angeli, ex ponderatione ante om-
nia illorum verborum in capitulis poſi-
torum. *Se li aſſegnino annui ducati ſettanta ſo-*
*pra l'Vniuerſità, e particolari della Città di*
1 *Mineruino, &c.* tale enim verbum *aſſi-*
*gnare*, & ſi multifariam exponatur ſecun-
dum ſubiectam materiam, vt inquit *Iaſ. in*
*l. ſi fundum, num. 1. ff. de leg. 1.* eſtq; æquiuo-
cum, vt dixit *Alciat. in l. aſsignare, ff de verb.*
2 *ſignif.* quare cum aſſignare, & transferre
in dubio ſolùm videtur ius, quod quis in
re habet; *Berous conſ. 156. num. 4. vol. 1.* ſic
concedens, aut vendens, videtur ſolùm
concedere, aut vendere ius, quod in ea
habet, probat *Mantica de tac. & ambig lib. 3.*
3 *tit. 11. num. 32.* & verbum *aſsignare*, impor-
tat etiam id, quod cedere, *l. arbiter, ff de di-*
*ſtract. pignor. Bertazzol. de clauſul clauſ. 27.*
*gloſ 4 ſub num. 2.* & ad introducendam hy-
4 pothecam, attenduntur verba *damus, & aſ-*
*ſignamus*, ex *Pacifico*, probat *Merlin. in tract.*
*de pignor. lib. 3. cap. 95. num. 23.*
5 Ius enim, quod quis habet ex ſuo con-
tractu potentiùs eſt iure, quod ſimplicitèr

à lege;

à lege, vel ſtatuto habetur, *Berous conſ.196.*
*num.8.vol.3.* & ſic creditor nedùm habe-
6 re videtur ius in re hypothecata, eo quia
hypotheca dicitur ius in re, ſeù ius reale,
*Neguſant. de pignor. par.5. membro 2. nu.36.*
attenta eiuſdem hypothecæ etymologia
7 dicta ab hypos, quod eſt ſub & theſis po-
ſitio, quaſi quædam ſuppoſitio, vel obliga-
tio rerum, *idem in 1. par. num.2.* & ſubdit
8 *num.3.* quod hypotheca dicitur ius reale,
vel actio realis, quia conſtituitur ſuper re-
bus, & per eam non obligatur perſona
debitori, ſed res, ſicquè ius reale conſti-
tuitur per pignus, & hoc ſpeciale in pi-
gnore, *idem in 2. par. memb.1. num.1.* vbi ra-
9 tiones reddit, & ſi tale ius hypothecę non
includat dominium, neque poſſeſſionem,
vt dixit *Berous conſ.62 num.24. vol.3.* adhùc
10 tamen cum ipſa hypotheca ſit ius reale,
& ſequatur rem illam, *l. eos, C. de pignorib.*
cum alijs apud *Statil. Pacif. de ſaluiano inter-
dicto, inſpect.3. cap.4. num.642. Merlin. deciſ.*
*103. num.3. poſt eius tract. de pignorib.* cum
11 ſit onus afficiens rem, *idem Merlin. in tract.*
*de pignor. lib.4. tit.175 num.2.* & conſtituat
12 Ius reale, *idem lib.2. quæſt.95. num.4.* ſubſe-
13 quitur, quod qui habet dominium de
iure ſpeciali, habet hypothecam, ad tex. *in
l. in bello, § ſi quis ſeruum, ff. de captiu. & poſtli-
min. reuerſ.* cum alijs apud eundem *Statil.*
*d. tract. & inſpect.3. cap.2. num.41.* & conſe-
quentèr ius in re habere, vt ſupra dictum
14 eſt, nàm ius in re habens, dicitur habere
dominium, *Bart. in l. qui vſumfructum, nu.3.*
15 *ff. de verb. obligat.* etenim dominium eſt ius
fortiùs quam ipſa hypotheca, *idem Statil.*
*d. inſpect.3. cap.2. nu.368.* & ampliùs ſi poſ-
ſeſſionem creditor habuerit, & tùnc ius
16 in re habere dicitur quis ſi poſſeſſionem
habet, *idem Statil. in 1. inſpect. cap 5. num 65.*
17 Sicq; attenta tali aſſignatione facta per
verba illa *dederunt, & aſſignauerunt*, quæ li-
cet ſint generalia, & apta conueniri cui-
cunque contractui, etiam dominij tranſ-
lationi, vt inquit *Mandell. conſ.782. num.6.*
*tom.4. Merlinus deciſ.110. nu.13. poſt d. tract.*
*& deciſ.83. nu.2.* vbi inquit, quod illa verba
18 *ceſſit, conceſſit, & tranſtulit*, importat veram
dominij tranſlationem, quemadmodùm
etiam verbum *aſſignare*, denotat dominij
tranſlationem, *idem Mandell. conſ.256. nu 3.*
*Neurzan. conſ.84. num.7.* & ità paritèr per
adiudicationem, transfertur dominium,
19 nàm verbum *adiudicare*, idem importat
quod verbum *aſsignare*, ex *l. item ſi verbera-
tum, §.1. ff. de rei vendic. l. Lucius, ff de euict.*
*Anna alleg.104. in princ. Reg. Sanfel. deciſ.213.*
20 *num.3.* ità etiam verbum *cedere, & aſsigna-*
*re*, *Bertazzol. de clauſul. in clauſ.17. gloſ.4.*
*num.2.* & eo maximè quãdo præcedie cau-
ſa habilis, *Mandell. vbi ſupra num 17.* quæ
21 eſt obligatio, quę eſt iuris vinculum, quo
neceſſitate adſtringimus alicuius rei ſol-
uendæ, *§.1. Inſtitut. de obligat.* cui accedit
22 hypotheca, quæ eſt alterius obligationis
acceſſio, *Franciſc. Balduin. in tract. de pignor.*
23 *cap.10.* quæ ceſſat ceſſante obligatione,
*Statil. d. tract. d. inſpect.1. cap.5. num 74.* nihi-
lominus quia talis obligatio eſt genera-
24 lis, ſic & omnia cõprehendit ad eius ſpe-
cies refertur ſcilicet realem, & perſonalẽ
præſentia, & futura, vt per *Neguſan. d. tract.*
*in 2. membro ſecundæ partis, Statil. d. tract. in-
ſpect.2. cap.2. in princ.* ſic & hypotheca, quæ
acceſſoria obligationi, vt dictum eſt ſu-
25 pra, ità dominium, quod licet nõ ſit mul-
tiplicabile, eo quia eſt plenum, *l.3. §. ex
plurimis, ff. de acquir. poſſeſſ.* tradit *Neguſant.*
*d. tract. 2. memb. tertiæ partis, num.28.* ac etiã
indiuiſibile, ſicut res, ſuper qua eſt, *Cardin.*
*in clem. fin. 1. quæſt. de præbend.* & dominium
26 ſucceſſiuè dicitur ius in re, ſed obliga-
tio dicitur ius ad rem, ſecundum *Bald. in*
27 *l. error. C. ad legem falcidiam*, & paritèr ius
reale, nec eſt infixum oſſibus, ſicut actio,
28 *idem Bald. in l. fin. C. de leg.* eſtq; ius com-
petens perſonæ ſeperatum ab ipſa re, &
non eſt qualitas alterius rei, ſed qualitas
cohærens perſonæ, *Soccin. ſen. conſ.176. in-
cip. præſens, verſ. octauo, & vltimo, circa finem.*
29 *vol.2.* indè ſubſequitur illud eſſe ius de
re corporali liberè diſponẽdi, vt ipſe pro-
bat, quod etiam ſequitur *Rota deciſ.143.*
*num.6. apud Statil. Pacif. poſt d. tract.* & ſequi-
30 tur *num.7.* quod dominium abſolutè di-
ctum plenam eſſe proprietatem cum alie-
nandi potentia.

Quadere conſpicitur ex ſupra relatis
rationibus per aſſignationẽ nominis de-
bitoris aſſignatarium effectum dominũ,
31 & poſſeſſorẽ rei aſſignatæ, propter quod
periculum deficiẽtiæ debitoris ad ipſum
ſpectare, ex adductis etiam, & conſidera-
tis rationibus, per *Paul. Criſtin. deciſ. Belgiæ*
*63. num.8. par.3.* ex doctrina *Bald. in l. ſi nomen, §.4. de hær. vel act. vend. & Anton. Fab.*
*eod. tit. defin.15.*

Inſuper ex alijs verbis ſubſequentibus
in eodem inſtrumento contentis, *cedendo-
li ogni attione, & raggioni, che li ſpetta, &c.*
conſpicitur, quod cum ceſſio ſit iuris, vt
dicit *Præſ. de Franch. deciſ.662. num.2.* & nil
32 aliud eſt, quam iuris proprij in alium fa-
cta tranſlatio, ſiuè conſtitutio, & ideò ſi-
33 cuti in traditione rerum corporalium,
traditio rei corporalis requiritur, ad *tex.*

*in l traditionibus, C. de pact.* ità etiã in tran-
34 ſactione iurium incorporalium requiri-
tur ceſſio, quæ pro traditione reputatur,
& iudicatur, vt ſcripſit *Gloſ in l. fin. C. quan.
fiſc. vel priu.* vbi communitèr DD. proba-
runt, etiam *Caſtr. in l. per diuerſas, C. commod.
Bertaz. in tract. de clauſul. verſ dederunt, ceſſe-
runt, &c. Surd. conſ. 154. num. 38.* quos pro-
bat *Molfeſ. ad conſuet. Neapol. par. 4. tit de
renunc. queſt. num. 8.* adeòq; conſiderata tali
35 clauſula, *cedendo omnes actiones perſonales,
& reales*, & omne ius agit, *Mandell conſ. 265
num. 3.* multos enim operatur effectus in
ceſſionarium, & ante omnia ipſa ceſſio
vim habet traditionis, probat *Canaler de-
ciſ. 319. num. 9* & potiſſimùm in incorpo-
ralibus *Farinac. deciſ. ciuil. 764. nu. 2. tom. 2.
Bertazzol conſ. ciuil. 42. num. 8. Gratian. diſce-
ptat. forenſ cap 310. num. 2. & 24. Burat. deciſ.
133. num. 4.* & talis ceſſio in incorporali-
36 bus tantùm operatur quantum traditio,
*Farinac. deciſ. poſthum. 614. num. 1. par. 1. Cen-
cius deciſ. 392. num. 3. poſt eius tract. Federic.
Mart. eod. tract. quæſt. 32. num. 9. & 10. Bertaz.
de clauſul. d. clauſ. 27. gloſ. 4. num. 3.* & idem
*Cenc. deciſ. 126. num. 4. & deciſ. 243. num. 3.*
& ſic ceſſio iurium in incorporalibus idẽ
operatur. quod traditio in corporalibus,
*Paul. Criſtin deciſ. Belgiæ 110. par. 2. num. 5.*
37 Adeò quod cum talis ceſſio in incor-
poralibus habeat vim traditionis, ex qua
transfertur, nedum dominium, niſi illud
fuerit reſeruatum, *Rota diuerſor. deciſ 262.
num. 4. par. 2.* eò quia verbum *ceſſit, & con-
ceſſit*, importat dominij tranſlationem,
*Farinac. deciſ. ciuil. 131. num. 6. tom. 2. Cana-
ler. deciſ. 647. num. 7.*
38 Sed paritèr poſſeſſionẽ, ſeù quaſi, con-
ſequitur enim ceſſionarius quaſi poſſeſ-
ſionem rei incorporalis ſtatim poſt ceſ-
ſionem abſq; aliqua apprehenſione dictæ
poſſeſſionis, & poteſt experiri interdicto
vti poſſidetis, refert *Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 310. num. 1. & 4.* & ſucceſſiuè poſſit in
illa manuteneri, dùm ſumus in incorpo-
39 ralibus, pro quibus ceſſio habetur pro
traditione, prout ità Romæ iudicatum
aſſerit *ibidem num. 26.* ſed veriùs nanciſci-
40 tur ceſſionarius poſſeſſionẽ ex ſola ceſ-
ſione, maximè quando per ceſſionem, &
reddituarios reſpectiuè erit acceptata,
fundat *Peguera deciſ. Catal. 257. num. 1.* in
41 ciuilibus, quanquàm alij dixerint non
tranſire poſſeſſionem in ceſſionarium, vt
ex *Natta conſ. 398. nu. 13. & Syluan. conſ. 55.
num 8.* refert *Gratian. vbi ſupra ſub num. 25.*
& aſſequitur *Farin. deciſ. poſthum. 295. nu. 2.
par. 1.* hoc tamen procederet in rebus cor-
poralibus, ſecùs tamen in rebus incorpo-
ralibus, *vt ſubdit nu. 3.* & *Gratian. vbi ſupra,*
42 cum igitur cenſus annuus, ſiuè redditus,
ſint res incorporales, tradit *Ludou. Bellus
conſ. 72. num. 15.* etenim cenſus, & redditus
annui, & penſiones, inter immobilia com-
putentur, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 811.
num. 21.*
43 Non mirùm ſi ceſſionarius annuarium
præſtationum nedum dicatur rerum in-
corporalium ceſſionarius, *Peguera deciſ.
257.* ſed paritèr dominus, & poſſeſſor re-
rum ſibi ceſſarum, vndè perſpicitur peri-
culum rei ceſſæ ad ipſum ceſſionarium
ſpectare.
Prætereà ad comprobationem prædi-
ctorum conuenit, quod dùm ſumus in
44 ceſſione nominis debitoris, ceſſio talis
nominis debitoris eſt venditio, vt probãt
*Bertazzol. de clauſul. clauſ. 27. gloſ. 4. ſub n. 3.
Mangil. de euict. quæſt. 80. num. 8. Vueſembec.
45 conſ. 8. num. 71.* & ceſſio actionis loco alie-
nationis habetur, *Magon. deciſ. Lucenſ. 35.
46 num. 7.* eo quia nomen poteſt cedi, & ven-
di, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 459. num. 21.
Mangil. d. tract. quæſt. 92. num. 29.* & ſic ceſ-
47 ſionem obtinere, eſt emere nomen debi-
toris, *Criſtoph. Martius deciſ. Senenſ. exam. 27.
48 num. 25.* ſic ceſſio iurium facta pro certa,
& determinata quantitate, nil aliud eſt,
quam emptio, & venditio nominis, *Spino
49 conſ. 39 num. 7.* quanquàm ipſa nomina
debitorum appellatione bonorum mobi-
lium, vel immobilium non veniant, *Man-
dell. conſ. 322. num. 13. Peguera d. deciſ. 141.
num. 3.* & fuit deductum in præcedenti ca-
50 ſu, attamen talia nomina ſunt tanquàm
incorporalia, neq; mobilia, neq; immo-
bilia ſunt, ſed quandam tertiam ſpeciem
conſtituunt, etiam ſi additum fuerit ſi-
gnum vniuerſale, ſeù generale, vel vterq;
idem *Gerius Spino conſ. 8. num. 2.* & proba-
nimus in præcedenti *caſu num. 19.*
51 Et iſto caſu cuius erit periculũ, diſpu-
tat *Ripol. variar. reſol. cap. 11. num. 301.* plu-
res caſus diſtinguendo, & ſi ad vendito-
rem, vel ad emptorem pertineat, *Afflict. de-
ciſ. 280.* poſt *Aret. in §. cum autem, Inſtitut. de
empt. & vendit. Duena reg. 203. Iacob. Nouell.
reg. 188.* quos probat *Farinac. in fragm. re-
pert. de contract. lit. P. num. 46.* vbi citat *Rol.
conſ. 45. num. 1. & 2. vol. 1.* dicentem, quod
poſt perfectam venditionem periculum,
& caſus fortuitus ſpectat ad emptorem,
52 maximè quando adeſſet clauſula *conſti-
tuti*, ſicq; emptione perfecta ſemper peri-
culum ſpectat ad emptorem, *§. 3. Inſtit. de
empt. & vendit.* cum alijs allegatis per *Be-
ſold.*

*ſold. de caſibus fortuitis cap.* 8. *ſect.* 1. *num.* 1.
*Hartaman. obſeruat.* 212. *num.* 11.

Eoquè ampliùs quando periculũ con-
tingerit poſt tranſlationem dominij fa-
ctam, ex *l. Lucius Titius, la prima, ff. depoſ.*
probat *Mantic. de tacit & ambig. conu lib.* 10.
*tit* 9 *num.* 22. qui in *lib.* 12. *tit.* 11. *nu.* 41. ſpe-
53 cificè quærit de nomine debitoris in
dotem dato ſub diſtinctione tradit, quod
ſi iàm tùnc debitor cum ſub conditione
promiſerit ſoluendo non fuerit ipſius vi-
ri periculum erit, quod ſciẽs tale nomen
accepiſſe, intelligatur quale fuerit in
obligatione, ex *l. promittendo, §. ſi à debito-
re, verſ. quod ſi iàm tunc, ff de iure dotiũ,* ſicq;
in maritum omne periculum, & damnũ,
ſicut omne luctum tranſibit, quando do-
minium rerum dotalium æſtimatarum,
ea æſtimatione adeſſet tranſlatum, late
*Fontanell. de pact. nuptial. lib.* 5. *clauſ.* 8. *par.* 3.
*num.* 8. & iterum *par.* 6. *gloſ.* 3. *num.* 61. vbi
ſpecificè de cenſibus, ac nominibus debi-
torum, & redditibus, agit plures citando,
præſertim *Dom. de Franch. deciſ.* 108.

54 Et eo ampliùs ſi fuerit ceſſum nomen
publicum, prout eſt Princeps, vel Reſpu-
blica deberet ſoluere, cuius periculum
erit ceſſionarij, ità *Mangil. d. tract. de euict.*
*quæſt.* 79. *num.* 18. vbi allegat *Menoch. conſil.*
778. *num.* 15. quem ſequitur *Cencius de cen-
ſibus, in noua edit. quæſt.* 72. *ſub nu.* 23. *limit.* 2.
*verſ. & hinc inferri poteſt,* ex eo quia Fiſcus,
55 & Reſpublica ſemper ſoluendo eſſe di-
cantur, *l.* 2. *ff. de fund. dot. Bart. in rubr de iu-
re fiſci Bald in l.* 1. *num.* 7 *C. de hæred. ven. Me-
dic. conſ.* 148. *num.* 11. *Reg. Valenzuel. conſ.* 39.
*num.* 6. cum alijs apud *Marottam de collectis
cap.* 18. *num.* 3. quemadmodùm etiam ce-
56 dens creditum, quod habet cum Princi-
pe ſub promiſſione, quod ſit bonum, &
exigibile, non tenetur ob difficultatem
exactionis, *Cencius d. tract de cenſib quæſt.* 72.
*ſub num.* 22. *in noua impreſſ. verſ. & hinc in-*
57 *ferri poteſt,* eo quod facto Principis acce-
dit, ceſſionarij damno cedit, *Ludou. Bellus*
58 *conſ.* 195. *num.* 5. nàm etſi ſoluendo regu-
laritèr quis præſumatur in dubio, *Maur.
Aretin. in tract. de ſolution. cap.* 82. *num* 3. do-
nec tamen contrariũ probetur, ſecus etiã
ex *Seraphin. deciſ.* 1394. *num.* 5. notat *Franc.
Maria Pratus diſcept foreuſ. cap* 21. *num.* 83.

Subſequuntur alia verba ceſſionis vi-
delicet: *ogni raggione, & attione, che li ſpetta,*
59 ceſſio ampliſſima ſi ſit facta verbis valdè
prægnantibus, comprehendit omnia iura,
quæ competebant cedenti, *Penia deciſ. Ro-
tæ* 601. *num.* 2. etiam iura competentia
contra quamcunq; perſonã, *ſubdit num.* 3.
& comprehẽdit etiam hypothecas com-
petentes cedenti, *ſubdit num.* 6. quanquàm
60 cedens omnia iura ſibi competentia ni-
hil faciat, ſi non ſpecificet iura ſua, quæ
cedit, *Borgn. deciſ.* 71. *num.* 93. *par.* 3. adhùc
talis ceſſio iuriũ operatur, tantummodò
61 tranſlationem iurium incorporaliũ, non
verò corporaliũ, vt probat *Barbat. in tract.
de aſsiſtent. gloſ.* 7. *num.* 74. nàm & ſuccedens
62 iura ſua, retineat directam actionem, qua
agere poterit, refert *Eugen. conſ.* 83. *num.* 11.
*tom.* 2. quæ ſiquidèm actiones directę pe-
63 nès cedentem ſemper remanent, probat
*Cencius deciſ.* 536. *num.* 2. & 3. *tract. de cenſ.*
eo maximè quando ceſſio fit ex cauſa vo-
luntaria, remanent efficacia iura directa
penès cedentem, donec interueniat vnũ
ex tribus requiſitis, in *l.* 3. *C. de nouat. Mel-
linius deciſ. Rotæ* 391. *num* 10 adeò vt poſt
talem ceſſionẽ poterit exercere actiones
directas, *Cencius deciſ* 512. *num.* 5. *poſt tract.*
in tantùm quod ceſſionarius non poterit
iura directa intẽtare ex perſona ſua pro-
pria, *Cæſar Manent. conſ.* 129. *num* 34.

64 Adhùc tamen cedens qui habet dire-
ctas actiones, poterit in alium transferre
earum exercitium, ſic ex *Cacher. deciſ.* 63.
probat *Hieron. de Leo deciſ. Valent.* 70. *nu.* 7.

65 Et propterea ceſſionarius, quia ſucce-
dit in locum cedentis, vt ait *Mantic. deciſ.*
80. *num* 3. *Cencius deciſ.* 185. *num.* 4. & *deciſ.*
386. *num.* 4 *poſt eius tract.*

Et ſubintrat in locum cedentis, vt pro-
bant *Canaler. deciſ.* 310. *nu.* 9. *Hartaman. ob-
ſeruat.* 712. *num.* 15.

Imò ſuccedit in ius cedentis, *Surd. de-
ciſ.* 308. *num.* 1. *Cencius deciſ.* 413. *num.* 2. *In-
trigl. ſingul.* 87. *num.* 12. *tom.* 2.

Et competit id, quod competebat ce-
denti, *Rub. deciſ.* 74. *num.* 3. nàm idem ius
habet, *Hieron. de Leo deciſ.* 26. *num.* 10.

66 Et tùnc ceſſionarius, qui ſuccedit in
iuribus cedentis, conſequitur omnia iu-
ra, *Rubeus deciſ.* 88. *num.* 11. *par.* 1.

Et proindè habet omnia iura ceden-
tis, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 547. *num.* 54.

Et ſucceſſiuè ceſſionarius per ceſſionẽ
omnia iura, quæ cedens habebat, ità *Mi-
lanenſ. deciſ.* 1. *num.* 12. *lib.* 2. *Monac. deciſ. Bo-
non.* 19. *num.* 2.

Et proindè ipſe vtitur iuribus ceden-
tis, *Farinac. deciſ ciuil.* 551. *num.* 1. *tom* 2. *Cen-
cius deciſ.* 178. *num* 1. & *deciſ.* 68. *num.* 3. & *in
tract. de cenſib quæſt.* 7. *ſub num.* .. *Barbat. dicto
tract. de aſsiſt. gloſ.* 7 *num.* 77.

67 Ex eo quia repreſentat perſonam ce-
dentis, idem *Farin. deciſ. poſthum.* 532. *nu* 1.
*par.* 1. *Rubeus deciſ.* 88. *num.* 5. & 10. *par.* 1.

*Burat.deciſ.*57.*Cencius de cenſ.quæſt.*67.*nu.*4.
& proindè dùm ceſſionarius repreſentat
cedentem, habet omnes actiones,& iura,
quæ cedenti competebant, *Farinac. deciſ.
poſthum.*303.*num.*7.*in fine par.*1.

Eo quia ceſſionarius repreſẽtat ceden-
tem in omnibus,& per omnia, *idem Fari-
nac deciſ.poſthum.*534 *num.*1.*par.*3. ità vt cũ
ceſſionarius repreſẽtat perſonam ceden-
tis, habet omnes actiones,& iura, quæ ce-
denti competebant, *idem Farinac. d. deciſ.
poſthum.*303.*num.*7. *Rubeus deciſ.*450.*num.*1.
68 imò omnia iura actiua,& paſſiua,quę ce-
dens habebat, *idem Farinac. deciſ. poſthum.*
107.*nu.*3.*in fine par.*1. *Barbat.vbi ſup. nu.*75.
69 & demum ei promittitur vti omnibus
iuribus, & remedijs cedenti competenti-
bus, *Hieron.de Leo deciſ.*26.*num.*12. & pro-
pterea ex verbis illis,ponendo eum in lo-
70 cum ſuũ nedum vtiles, ſed directè actio-
nes transferuntur, ex *Oſaſc. deciſ.*45.*ſub
num.*7.probat *Gargiar.in ſing.*7.*nu.*7.*&* 8.

71 Dum igitur ceſſionarius ſuccedit in
ius cedentis, reputatur eadem perſona
cum cedente, *Farinac.deciſ.poſthum.*373 *nu.*
30.*par* 4. *Bertazzol.conſ.ciuil.*52.*num.*9. *Ru-
beus deciſ.*300. *num.*5. *Gratian. diſcept.forenſ.
cap.*906.*num.*4.& *cap.*981.*num.*11.*Milan.de-
ciſ.*19. *num.*24. *lib.*2. *Muta deciſ.*14. *num.*8.
72 quia ſubrogatur in locum cedentis, *Ber-
tazzol.vbi ſupra*, poſt *Crotum conſ.*83.*n.*10.
*lib.* 2. meritò cẽſetur eadem perſona cum
cedente, *Ludouiſ.deciſ.*121.*nu.*2. *Rota in no-
uiſſ. deciſ.*411.*num.*25.*Crot.conſ.*73.*num.*10.
*Surd conſ.*532.*nu.*... *Gratian.cap.*149 *nu.*10.
*& cap.*586.*num.*81. *Muta d deciſ.*14.*num* 8.
*Milan d deciſ.*19.*num* 24.*Barbat.ibi nu.*76.

73 Quo fit,vt ſicut cedens,poterat agere
ita & ceſſionarius in quem fuit tranſlatũ
ius cum ſua cauſa,& qualitate, *Rota in no-
uis deciſ.*179.*num.*11. & proindè ceſſiona-
rius agere poterit ex iure ceſſo contra
debitores cedentis,*Farinac. deciſ.ciuil.*456.
*num.*2.*tom.*2. poſtquàm ius creditoris in
pignore rei obligatæ duplex eſt, vt inquit
*Hugo Donell.in tract.de pignor.in rubr.de iure
credit. in pign. &c.* vnum nempè rem tene-
re,eiq; incumbere licere, donec pecunia
debebitur, alterũ diſtrahere etiam ſi cre-
ditori ad ius ſuum conſequendũ facien-
dum videatur de poſſeſſione pignoris, ſic
ea creditori datur,vt fructus etiã ſuo iure
percipiat, non illos quidèm vt lucretur,
ſed quos deindè in ſortem ſibi compen-
ſet, & reſpectu primi iuris, quia tutius eſt
74 rei incumbere, quàm actionem habere,
vt inquit *text.in l.plus cautionis,ff.de reg.iur.*
vbi *Dec.nu.*1. *Giphan.de reg.iur.lib.*2.*cap.*14.
75 & ideò aut aſſignatio, & ceſſio debitorũ
habet vim ſolutionis, *l.ſi pupillus,*§.1 *ff.de
ſolut.& l.inter eos,*§.*abeſſe,ff.mand.* aut habet
76 vim pignoris, & multò maiorem, nàm
77 pignus dũtaxat tribuit ius reale ad cau-
tionem, non autem ad exactionem, *Man-
dell.conſ.*338.*num.*5. vbi *nu.*6. ſubdit,quod
ceſſio nominum debitorum non tantùm
tribuit cautionem per ius reale ad ipſa
nomina, verum etiam facultatem conce-
78 dit exigendi etiam contra debitores in-
uitos, proùt quoq; dictum eſt ſupra in
ceſſionario agendi contra debitores ce-
dentis, nec non contra ipſum principa-
lem debitorem, cuius debitũ fuit ſibi ceſ-
ſum,*idem Farinac. deciſ.poſthum.*165.*num.*5.
*par.*4. *Marta conſ.*182.*num.*1. prædicto etiã
79 ceſſionario competit eadẽ via ad agen-
dum, quæ competebat cedenti, *Rubeus de-
ciſ.*286.*num.*6.*par.*2. & ſucceſſiuè vigore
ceſſionis agere,ſicut ipſe cedens,alioquin
nihil operaretur, *idem deciſ.*147.*num.*6. *ea-
dem ver.* & ceſſionarius actione ſua pote-
rit experiri tàm ex perſona cedentis, quã
ipſius ceſſionarij,*Tiber.Decian.reſp.*9.*n.*38.
*volum.*1.

80 Bene verum eſt,quod cèſſionarius age-
re non poterit, niſi producto inſtrumen-
to ceſſionis, *Rubeus deciſ.Rom.*147. *num.*7.
81 *par.* 2. debet enim inſtrumentum ceſſio-
nis ædere, *Rodriq.de ann.reddit.lib.*2.*quæſt.*17.
82 *num.* 34. ſicquè tenetur docere de ceſſio-
ne per exhibitionem inſtrumenti, *Cencius
de cenſib. quæſt.*72.*ſub.nu.*22. *in noua impreſſ.
verſ.in hoc autem*, eo quia ipſe iura ceden-
tis tenetur plenè iuſtificare, *idem Rubeus
deciſ.*114.*num.*14.*Ludouiſ deciſ.*579.vbi ple-
na *Additio*.

83 Nàm ceſſio non diceretur ſufficientèr
facta,niſi ceſſionario tradat, cedens ſcri-
pturas, cum quibus ceſſionarius valeat
experiri, probat *Comuncul. deciſ.Bonon.*53.
*num.*13. præuia tamen eius interpellatio-
ne,vt ſubdit *num.*14.*Ludou.Bellus conſ.*214.
*num.* 7.

84 Et in ſumma ceſſionarius poterit om-
nia, quæ cedenti licebant, *Paul. Chriſtin.
deciſ. Belgic.*63. *num.* 2. *par.*3. & ità exige-
re à debitoribus etiam inuitis, id quod
cedenti erat debitum, *Rubeus deciſ.* 88.
*num.*12.

85 Et per conſequens ceſſione facta, da-
taq; poteſtate agendi omne periculum
ſpectabit ad ceſſionarium, *Maur. Aret. in
tract.de ſolut.obl.& ret.cap.*2.§ 6.*num.*10. ità
86 paritèr periculum nominis ceſſi, tranſit
in ceſſionarium, cui facta eſt iurium ceſ-
ſio,vt refert *Guzman de euict.quæſt.*35.*nu.*59
poſt

Digitized by Google

poſt *Theſaur.iun lib.3 qq forenſ quaſt.73.n.5.* eo maximè quando periculum contingerit poſt ceſſionem, tùnc procul dubio periculo ceſſionarij cedere, probat idem *Franc. Maria Pratus d cap.31.nu.57. diſcept. forenſ.tom.1.* cum alijs apud *Salgad.in laberinto credit.par.1.cap.27.nu.55.& ſeq.* eo maximè attenta negligentia ipſius, & *cap.26. §.vnico, num.20.*

Vlteriùs dicebatur in capitulis matrimonialibus *conſtituendolo Procuratore velut*
87 *in rem propriam, &c.* ſi benè conſtitutio
Procuratoris ſimplex, hoc eſt dicendo, facio te Procuratorem meum, faciat eum ſimplicem Procuratorem non vt in rem propriam, quia ipſe adhùc remanet dominus, attamen intelligitur in rem propriam, *Specul.in tit.de ceſſ.act.§.1.ſub num.3.* eo magis ſi fuerint audita verba in rem
88 propriam, quanquã ceſſionarius ſit Pro-
curator in rem ſuam propriam, *Intrigl.deciſ.8.num.11. Hieron de Leo deciſ.Valent.26. num.11. Vuemſembec.conſ.8 num 44. Thomat. deciſ.Macerat.29.num.20. Gozad.conſ 38 nu. 11. Bertazzol. de clauſul in clauſ.28. gloſ.1. num.2. Crotus conſ.83 num.32.vol.1. Milan. deciſ.1.num.20.lib.2. Berous conſ.187.nu.45. lib.1.*

Imò citra ceſsionem debitor obligans creditori nomen ſui debitoris, tùnc eidẽ creditori quæritur vtilis actio, & proindè
89 eſt, ac ſi fuiſſet conſtitutus Procurator in
rem ſuam, & poterit agere aduerſus nomen obligatum, nõ minus quam ſi actiones fuiſſent demandatæ, ex *Aret.conſ.124. alids 125. & Specul.* probat *Gratian. diſcept. forenſ.cap.507.num.11.* vbi notat, quod ſiuè mandantur actiones, ſiuè cedantur, idem eſt ad effectum vt quis cenſeatur con-
90 ſtitutus Procurator in rem ſuam, *Decius*
*conſ.329.num.10. Surd.conſ.4.num.38.lib.1. Intrigl.conſ.12.ſub num.26.*

Nihilominus multum operatur conſtitutio Procuratoris facta in ceſſione expreſſim per talem clauſulã, *conſtituens eum Procuratorem in rem propriam,* principalitèr enim ceſſio iuris, & actionis inducitur
91 per verba ipſa, eo quia ceſſionarius in
rem ſuam factus, poteſt etiam directas actiones exercere ſuo nomine, dummodò ex perſona cedentis, *Ant. Faber in eius Codice lib.4 tit.29 defin.3.nu.13.& 14. Bertazzol.vbi ſupra, Hartam d.obſeru.212. nu.16.*
92 eo quia ceſſionarius non proprio, ſed iu-
re cedentis agit, *Coler.deciſ. German.220. num.6.* ſicque ceſſionario competit eadẽ actio, quæ competebat cedenti, vel ſaltim per omnia ſimilis, *Decia.reſp.47.n.4 vol.5.*

Et maximè ſi talis clauſula vt ſupra dicta fuerit appoſita, *conſtituens, &c.* nam nedum habet actiones, ſed in omnibus, &
93 per omnia reducitur ipſe ceſſionarius
ad inſtar ipſius cedentis, etiàm quòad iura exequutiua, quæ competunt cedenti, competunt etiam ceſſionario, qui eſt proprius, & verè creditor, probat *Coſta Sicul. conſ.35.num.17. Cencius deciſ.126.num.1.* id-
94 circò ceſſionarius ſubintrat in locum
prioris crediroris, & dicitur creditor, *Alex Trentacinq.conſ.17. num.22. par.2.* & acquirit prioritatem crediri ceſſi, *Cencius deciſ.416.num.1.poſt eius tract.* & ſic cedens
95 ponens ceſſionarium in locum ſuũ, am-
pliùs contra eum agere non valet, *Caball. conſ.81.num.15.tom.2.*

Demũ ſubſequuntur alia verba in dictis capitulis, hoc eſt: *per li quali ne li promette euittione in forma,* ſi benè talis promiſſio de
96 euictione, videtur facta de euictione futu-
ta, vt refert *Guzman.d.tract.quaſt.3.nu.57.*
97 Quæ conſiſtere videtur non ſolũ quò-
ad realitatem crediri, proùt ex *Rodriq. de ann.reddit.lib.2.quaſt.21.* probat *Theſaur.iunior vbi ſupra num 2.*
98 Sed veriùs eſt, ne ab alio vincatur, hoc
eſt eripiatur, *l.1.& l.habere licere, ff.de euict. Theſaur vbi ſupra.*
99 Poſtquàm euincere eſt rem auferre,
*l non tamen, ff.de euict. Mangil.d tract q.1.n.3.*
100 Hinc euictio ſecundum *Azon. in ſumma*
*C.de euict.* eſt rei emptæ, vel ex aliqua iuſta cauſa acceptæ per Iudicis ſententiam, abductio alio euincente cauſæ ammiſſio, probat *Guzman.d.tract.quaſt.1.num.2.*

Quaſi quod promictens aliquid, ſeù dans, cedens, & ſimilia, aſtringitur ad obſeruantiam rei ceſſæ, & pro dicta promiſſione euictionis ſuggerente moleſtia defendere, ac etiam manutenere emptorẽ, ſeu ceſſionariũ in ſuo dominio, ſeù pos-
101 ſeſſione adepta, & vt euictio dicatur
commiſſa contra debitorem ceſſum, requiritur ipſius debitoris excuſſio, vel declaratio Iudicis debitorem ceſſum non eſſe ſoluendo, probat nouiſſimè *Franciſc. Maria Pratus diſceptat.forenſ. tom.1. cap.21. num.1.*
102 Et in hoc caſu inſurgẽte controuerſia
ſuper re ceſſa, tùnc ceſſionarius tenetur denunnciare cedenti ante litem conteſtatam, *Tiber.Decian. reſp.97. num.1.vol.3.* vt euictio deleatur, ſiuè ceſſionarius fuerit actor, & cum iuribus cedentis obtinere nequiuerit, ſiuè fuerit reus, & cum dictis iuribus ſe tueri non poteſt, *Girius Spino conſ.35.num.30. & 31.* & vt noceat euictionis

Digitized by Google

ctionis iudicium promiſſori, non ſufficit
103 ſimplex notitia, ſed requiritur citatio,
vt probat idem *Franc. Maria Prat. vbi ſup.*
104 *num.9.* & vt agi poſſit de euictione, re-
quiritur ſententia, *d.l. habere licere, & l.3.*
*C.de euict.* cum alijs apud *Mangil d.quæſt.1.*
*num. 5.*
105 Imò quod talis ſententia ſit lata ſuper
proprietate, *Guzman d. tract. quæſt.55.nu.2.*
106 & hoc caſu quando ceſſionarius fue-
rit excluſus, agere poterit de euictione, vel
in totum, vel in parte iuxtà petita, vt pro-
ſequitur *Intrigliol. conſ.12. num. 21. & ſeq.*
107 ex quo non datur actio euictionis no-
mine contra cedentem ante ſententiam,
& realem euictionem, *Ludou. Bellus conſ.*
214. *num.2. &* 4. vbi *num.3.* aſſeruit, quod
nec ſufficit emptorem, vel cedentem cō-
demnatum fuiſſe, ſed requiritur vt reali-
tèr ſolueret.

Quanquam de hoc nō erat controuer-
ſia in præſenti caſu, ſed difficultas reſul-
tauerat, quia tale nomen Vniuerſitatis
ceſſum erat difficilis exactionis, imò ine-
xigibile ob æs alienum per eam contra-
ctum, & hoc caſu quando id proueniſſet
108 ex culpa ceſſionarij ob moram contra-
ctam non petendi creditum, & tùnc ipſi
erit imputandum non tamen cedenti, ità
probat *Conſ Paul. Stayban. reſol. forenſ. cap.*
*96. num.17.* cum alijs recollectis per *Ioan.*
*Bapt. Gargiar. in ſingul.21.* ſicut quando em-
109 ptor fuerit in mora exigendi, quo tem-
pore debitor euaſerit non ſoluendo, quo-
niam damnum erit ipſius emptoris, ad
*text. in l. quod quis, ff. de regul. iur. & cap. dam-*
*num, eod. tit. in 6* notat *Mangil. eodem tract.*
110 *quæſt.79. num.11.* ita paritèr in ceſſiona-
rio procedere videtur. idem *Paul Stayban.*
*vbi ſupra num.16. & Gargiar.* cui culpæ im-
putatur, ſi debitor ceſſus à principio erat
ſoluendo, & poſteà ob incuriā ipſius ceſ-
ſionarij, fuit non ſoluendo factus, *Mangil.*
*d. tract. quæſt.78. num.2. Cancer. variar. reſolut.*
*lib.2 cap 6. num.187.* vel per negligentiam
in exigendo; *Franc. Maria Pratus d. cap.21.*
*num.59. & 61. Ioan. Franciſc. Andriol. tom.2.*
*controu 115. num.6. & 7.* & potiſſimū pro-
cedere dixerunt DD. in marito, cui fuit
111 datum nomen debitoris ineſtimatum,
quod ſi illud exigere neglexerit, ei impu-
tabitur, vt proſequitur *Mangil. vbi ſupra*
*quæſt.77. num.12 & 13.* & optimè *Gratian.*
*diſcept forenſ. cap.616. Guzman. eodem tract.*
*quæſt.35 num.34. Fontanell. de pact. nupt. clau-*
*ſul.6 gloſ.1. par 1. num.65.*

Aut citra eius culpam in non exigen-
do, & illud eſſet difficilis exactionis, & eo
112 caſu ſicut venditor non tenetur, niſi
adhibita prius diligentia per emptorem,
ex *Ruin. conſ.45. num.5. lib.5. & Eugen. conſ.*
*73. num.15.* probat ibidem *Mangil. nu.17.*
*& Hartaman. d. obſeru.212. num.17.* ità in
ceſſionario vt dictum eſt, nàm ceſſiona-
113 rius, cui eſt facta ceſſio propter aliquam
promiſſionē &c. debet priùs facere quod
promiſit, & implere ex parte ſua, aliàs &c.
etiam nemine petente, quia offerri dici-
tur, quod non petitur, *Mandell. conſ.377.*
*num 19.* ſicquè agere ipſe non poterit ad-
114 uerſus cedentem, niſi facta priùs diligē-
tia contra nomen ceſſum, *Cancer. par. 2.*
*cap 6. num.184* ſic etiam in viro præſertim
115 refertur, ſi eius culpa, quæ probari dici-
tur, ex eo quod non oſtendebatur ipſum
feciſſe aliquam diligentiam pro exigen-
dis nominibus debitorum, *Coccin. deciſ.6e.*
*ſub num.4.*

Deniq; extabat alia promiſſio in dictis
capitulis ſcilicet: *Et li promette in detto*
116 *giorno in forma probante con lo Regio aſſenſo.*

Non eſt dubium, quod ſi fuerit facta
ceſſio nominis debitoris, cedens tenetur
etiam inſtrumentum crediti ceſſionario
ædere, quemadmodùm teſtificantur, *Sta-*
*til. Paciſ. deciſ.166 nu.3. poſt eius tract. de ſal-*
*uiano interd. Bertazzol. de clauſul. in clauſ.27.*
*gloſ. 13. num. 4.* cum alijs apud eundem
*Gargiar. in ſing.22.* ibiq; aſſerit nō ſufficere
117 indicare Notarium, ac etiā omnes ſcri-
pturas, quibus poſſit conuincere ceſſum,
*Ludou. Bellus conſ.217. num.7.*
118 Imò aſſignans aliquem tanquam debi-
torem, debet oſtendere ipſum debitorē,
& ei tradere inſtrumenta, vel alias legiti-
mas probationes debiti, *Paris. in Addit. ad*
*Bart. in rubr. de hæred. vel act. vend. in verbo*
*vendita, verſ. item quod, col.4.* nam ceſſio vt
valeat, debet cōſtare de credito vero, pro-
119 bat *Gargiar. in ſingul.23. num.3.* ceſſor iu-
rium tenetur oſtendere creditorem de
quantitate pecuniarū ceſſa, *Caball. in conſ.*
*143. num.4. tom.2.*
120 Et ſic nomen debitoris, ſeù creditum
quando ceditur pro parte rei venditæ,
debent conſignari iura, & ſcripturæ, quæ
enunciantur in inſtrumento, *Mangil. in*
*d. tract. quæſt.81 num.11.* vbi *num.13.* refert,
121 quod non ſufficit indicare Notarium,
penès quem adſunt inſtrumenta, *Cencius*
*de cenſib. quæſt.72. ſub nu.22. in noua impreſſ.*
*verſ quomodo autem facienda eſt, Gargiar. vbi*
*ſupra.*
122 Ex quo ceſſio efficax non diceretur,
antequàm ędantur inſtrumenta, per quæ
de iure cedentis appareat, *Nouar. in tract.*
*de da-*

Digitized by Google

*de datione in ſolutum, quæſt.12. num.5. ſect.2.*
123 adeò quod vt ceſsio ſit valida, cõſigna-
ri debent omnia inſtrumẽta, vt ceſſus de-
bitor conueniri poſsit. *Farinac. deciſ. poſth.*
*443. num.9. par.1.* & maximè in ceſsione
124 nominis debitoris inſtrumentum ipsũ
re ipſa, & cum effectu eſt parti conſignan-
dum, *Penia deciſ. Rotæ 501. num.3. & 4.* & ſic
125 conſignatio ſcripturarũ arguit ceſsio-
nem iurium, *Anna alleg.79. num.70.* & ſuc-
126 ceſsiuè ceſsionarius ad eã tenetur edi-
tionem, ad quam cedens tenebatur, *Anton.*
*Fab. in eius Codice lib.2. tit.1. de edendo, defi-*
*nit.17 num.1. & 3. Cencius d. quæſt 72. nu.22.*
127 ad hoc vt conſtituat debitorem in mo-
ra, *Bertazz d. tract. clauſ.29. gloſ.4. ſub nu.4,*
vel ſaltem tenetur fidem facere de ceſsio-
ne quando non agit vti Procurator in
rem ſuam, idem *Mangil. eod. tract. quæſt.80.*
*num 3* vbi *num.4.* rationem reddit, & *nu.5.*
vtilitas huius concluſionis intuetur.
128 Cæterum quando ceſsionarius tanquã
Procurator cedentis, & in rem ſuam po-
terit contra debitorem proponere omne
ius, quod competebat, *Mantica deciſ. 80.*
*num. 4.*
129 Hinc reſultare comperiebatur, quod
debitor non tenetur ſoluere cedenti cre-
ditori, ſed ceſsionario etiã nulla ſibi de-
nunciatione facta, dummodò ſciat ceſsio-
nem factam fuiſſe, *Mandell. conſ 717. nu.13.*
vbi *num.14.* ſubdit, & multò magis debi-
130 tor ceſſus poteſt excludere cedentem
viſo inſtrumento ceſsionis, cui veriſimili-
tèr debuit credere, & ampliùs ſi allegaret
ſoluiſſe, nec per hoc liberaretur debitor
ſoluendo cedenti, vt proſequitur idem
*Bertazz. eod. tract. d. clauſ.29. gloſ.4. num.8.*
131 quanto magis facta denunciatione,
ex *Dec. conſ.98.* probat *Gargiar. d. ſingul.7.*
*num. 4.* vbi plura, ære alieno ceſſo ſtatim
debitori denuncianda, ceſsio ei nè alteri
ſoluat, *Paul. Criſtin. deciſ. Belgic.14. num.9.*
*par. 3.*
Quò fit, vt cùm in præſenti caſu fuiſſet
data certa copia inſtrumenti, ſic confeſ-
ſata in dictis capitulis, ob quam aſtringe-
batur ipſe creditor agere contra dictam
Vniuerſitatem debitricẽ ceſſam, & de iure
132 probatum eſt, quod ceſsionarius ante
omnia debet denunciare debitori, vt non
ſoluat cedenti, *Bertazzol. d. tract. clauſ.29.*
*gloſ.4. Paul. Criſtin. deciſ. Belgiæ 14. par.3. n.9.*
133 Nec alitèr agere contra ipſum ceden-
tem, nulla facta diſcuſsione nominis de-
bitoris ceſsi, vt nouiſsimè intuetur *Ioan.*
*Franc. Andreol. controu. forenſ. tom.2. controu.*
*115. num.1.12. & 13.*
134 Poſtquàm ceſsionarius non agit, niſi
prius omnem diligentiam contra debi-
torem ceſſum pro illius conſecutione
adhibeat, *l. fin. ff. ſi certum petatur,* cum
alijs per eundem *Franciſcum Mariam Pra-*
*tum d. cap.21. num.73.* & indè excuſſo prin-
cipali nomine ceſſo, *Rodriq. d. tract. de ann.*
*reddit. lib.2. quæſt.17. num.33.*
135 Et reperto non ſoluendo, vt idem *Fran-*
*ciſc. Maria Prato loc. cit. num.75.* ait, tùnc re-
greſſum habet contra principalem debi-
torem de euictionẽ, imò exigitur, quod
136 ſtatim excutiat nomen debitoris ceſſi,
& adhibeat diligentiam, *Mangil. d. quæſt.78*
*num.1.* vbi *num.3. ad finem* ſubdit, & poſt
137 adhibitam diligentiam perducat ad fi-
nem, faciatq; debitorem carcerare, *nu.9.*
quod etiam aſſequitur *Burat deciſ.476. nu.*
*17. & 18.* poſt *Roder. d. lib.2. quæſt.17. nu.33.*
& nouiſſimè idem *Franc. Maria Pratus vbi*
*ſupra num.78.*
138 Et ampliùs dicebatur, quod quando
expreſsè nomina debitorum dantur in
dotem, non erit neceſſaria ceſſio, neque
neceſſariè danda ſunt inſtrumenta, vt di-
xit *Coccin. d. deciſ 60. num.5. & 6.*
Quo fit, vt cùm ipſe maritus oſtendiſſet
eius ceſſionem Electis dictę Vniuerſitatis,
non ſolùm fuit deſcriptus in libro eiuſdẽ
Vniuerſitatis inter eius creditores, ac etiã
139 acceptato nomine redditus, videbatur
ceſſionario ſatisfactum, *Rodriq. d. tract. eod.*
*lib.2. quæſt.21 num.8.*
Sed etiã cœperat exigere ab ea nonnul-
las pecuniarum quantitates diuerſis tẽ-
140 poribus, & hoc caſu, ceſſione debitorũ
facta, ius exigendi factum eſt irreuocabi-
le etiam contra voluntatẽ cedentis, quan-
do iàm ceſſionarius incepit exigere,
141 *Mandell. conſ.338. nu.7.* at debitor ceſſus
dicetur exigibilis eo ipſo, quod poſt ceſ-
ſionẽ ſoluit ceſſionario, *Cencius deciſ.307.*
*num. 2. poſt eius tract.* quem ſequitur *Franc.*
*Maria Pratus d. cap.21. num.67.* & iſto ca-
142 ſu exigibilitatis promiſſę, vt huic exigi-
bilitati ſatisfiat, nedum ſufficiens erit, quod
cenſuarius bis, vel ter dictam exactionem
exerceat, ſiuè annuam præſtationem exe-
gerit, prout ità deciſũ Romæ, tradit *Cen-*
*cius d. quæſt.72. ſub num.22. verſ. & ad effectũ.*
143 nàm huiuſmodi promiſſio exigibilita-
tis non debet trahi ad perpetuitatem, vt
quoq; ibidem deciſum Romæ tradit, quẽ
ſequitur idem *Franc. Maria Pratus vbi ſup.*
*num.68.* ſed etiam ſi per vnam vicem exe-
144 gerit, poſtquàm poſſeſſio exigendi per
vnicam ſolutionem acquiritur, quantum
iure proprio vſa eſt cũ patientia domini,
*Statil.*

Digitized by Google

*Statil.Pacif. d.tract. inſpect.1. cap.6. num.49.*
dùm ſumus in iuribus incorporalibus, vt
145 ibidem *num.47.* innuit, idcircò cedens
promiſtens nomen ceſſum, & exigibile,
tenetur tale præſtare ſolùm de tempore
ceſſionis, *Ioan. Franc. Andriol.d. tom.2. &*
*controu.115.num.5 & 10.ex Cencio ibi relato.*

Ex quibus omnibus rationibus vt ſu-
pra deductis concludi videbatur pericu-
lum nominis dictæ Viuerſitatis ſpectare
ad virum ipſum, ex adductis per *Paul.Cri-*
*ſtin.decis.63.in fine par.3.*

Licet autẽ ex parte mariti actoris pro
tuitione ſuorum iurium aſſerebatur, fuiſſe
tale nomen dictæ Viuerſitatis ceſſum ſub
his verbis promiſſiuis, eſſe verum, liqui-
dum, exigibile, non exactũ, nec aliter ceſ-
ſum, &c.

146 Et Primò, quòad promiſſionem nomi-
nis eſſe verum, certum eſt, quod cedens
aſtringitur facere nomen debitoris ceſsũ
verum tantùm, *Cancer. variar.reſolut. lib.2.*
*cap.6.num.193. Cencius d.tract. quæſt.72. ſub*
*num.22 in noua impreſſ.Theſaur. lib.4. quæſt.*
*forenſ.10 num.3. Intrigl.ſing 87.nu.34 tom.2.*

147 Et cedens ſi promiſiſſet debitorem ve-
rum, ſufficit oſtendere de veritate credi-
ti, *Guzman. d.tract quæſt.35.num.40. Rodriq.*
*eod.tract.lib.2.quæſt.21 num.9.*

148 Sic cedens annuũ cenſum, tenetur præ-
ſtare ſolùm verum, non autem exigibile,
*Io.Franc.Andriol.vbi ſupra num.9. Intrigliol.*
*conſ.12. num.19. Hartman. d. obſeruat.212.*
*num.30.*

149 Et quando ſimplicitèr vendit quis no-
men debitoris, tenetur eum præſtare de-
bitorem, non autem locupletem, & ſolnẽ-
do, *Mangil.d tract.quæſt.79.num.13. Additio*
*ad decis.Ludouiſ.579.* vbi alia ſimilia tradit
*Hartaman.vbi ſupra num.1.& ſeq.*

150 In tantùm quod cedens iura talia, qua-
lia tenetur præſtare debitorem ceſſum
eſſe verum, *Ludouiſ.decis.579.num.7. Farin.*
*in repert.de contract. quæſt.6.num.110. Anton.*
*de Amato variar.reſol. tom.1.reſol.37.nu.27.*
*28.& 29. Gargiar.ſingul.22. num 13. Conſil.*
*Marcian.conſ.42.num.5.tom.2.& conſ.28. nu.*
*11. in fine tom.1.*

In tantum eſt verum hoc, quod cedens,
vel venditor ſolùm tenetur manutenere,
quod ſit verum nomen ceſſum, *Mangil. d.*
151 *tract. quæſt.77.num.17.* imò cedens, tene-
tur de iure manutenere verum, & legiti-
mum debitorem ceſſum, *Burat. decis.476.*
*num.4.* latiſſimè *Poſtius in tract. de manutent.*
*obſeru.55.à num.3 ad 8. & in decis.107 nu.2.*
*poſt d.tract.* & *ſine exceptione, Gratian. diſcept.*
*forenſ.cap.527.num.13.*

152 Non tamen tenetur illud facere bonũ,
ex *l. ſi nomen.ff.de hæred. vel act. vend. & l.ſi*
*plus, §.fin. ff.de euict.Ludou.Bellus d.conſ.214.*
*nu.4. Maur. Aretin.in d tract.de ſolut.& oblat.*
*& retent.cap.2.§.6.nu.12.* ſubdens ſub *n.13.*
etiam ſi de euictione promiſſum ſit, vbi
multa, eo magis ſtante tali pacto, vt ibi
*Bellus num.1.* probat.

153 Quanquam alij teneant contrarium,
vt cedens, teneatur facere nomen ceſſum
bonum, *Rota diuerſ. tom.2.decis.127.num.7.*
*Intrigl.ſingul.87.num.34.tom.2.*

154 Eo, qui cedens nomen debitoris, tene-
tur illud facere bonũ de iure, & de facto,
*Mangil eod tract.quæſt.80.num.10.*

155 Et ſic talem nomen cedens, & promit-
tens, eſſe bonum, & ſecurum, intelligitur
promittere, quod eſt ſoluendo, *Cæſar Ma-*
*nent. decis.54. num.53.* nàm paria ſunt no-
156 men debitoris ceſſum eſſe bonum, vel
ſoluendo, *ſubdit num.54.* quocirca promit-
157 tere tenetur, ſi nomen ceſſum ſoluere
non vult, *num.55.* etenim promittens ali-
158 quem eſſe bonum pro illo dicitur fide-
iubere, *num.56.* conferunt ad idem recol-
lecta per *Cencium d.quæſt.72.ſub nu.22.verſ.*
159 *amplia hæc concluſio,* & bonum exigibile
idem importat, ac ſoluere, ex *Barzio decis.*
*110.num.4.* probat ibidem *Andreol.num.11.*
& licet hoc in ſpecie non fuerit promiſ-
ſum, tamẽ ex alijs clauſulis videbatur ce-
dens ad prædicta teneri, vt ex multis pro-
bat ibidem *Andriol. num.9.*

160 Subſequitur aliud verbum liquidum,
quod ſanè id dicitur, quod in promptu li-
quidari poſsit, quod etiã dicitur pruden-
tis Iudicis arbitrio remictitur, probat
*Anton.de Amato variar.reſol. tom.1. reſol.39.*
161 *num.161.* quemadmodùm inſtrumentum
dicitur liquidum, quotieſcunquè nulla
eget probatione extrinſecus facienda ad
eius liquidationem, *Caran. in ritu 167. nu.*
*14. Reg. Rouit.in rubr.de inſtrum. liquid. nu.9.*
*Galter.in praxi inſtrum.*

Dicitur liquidum, quod ex ſcriptura
patet liquidum eſſe, *Horat.Carpan. ad Sta-*
*tuta Mediol. tom.1. cap.42.num.7.* quæ om-
nia concurrebant in caſu noſtro, tum re-
ſpectu perſonæ, tùm crediti apparentis ex
inſtrumentis celebratis.

Sequitur aliud verbum, nempè exigibi-
le, exigibilitas cenſus non cenſetur pro-
162 miſſa, niſi expreſsè dictum ſit, *Cencius de-*
*ciſ.477.num.12. poſt eius tract.* & ſi benè ce-
dens, non teneatur facere nomen ceſſum
exigibile, vt probant *Magon. decis.Flor.39.*
*num.2. Rodriq.d tract. lib.2.quæſt.21. num.9.*
*Tonat. decis.Macerat.19. num.3. & 14.* niſi
eſſet

163 eſſet venditor, nàm vendens nomen de-
bitoris, tenetur illud præſtare verum, &
creditum de iure exigibile, præſertim ſi
164 promiſſum ſit, quod verũ ſit, & illęſum,
*Spino conſ.35 num.8.9.& 10.* hinc eſt, quod
euictio non dicitur ſimplicitèr promiſ-
ſa, quando fuit datum nomen debitoris
exigibile, & quando poſſit agi de euictio-
ne factis diligentijs, & non exactis capi-
tale, & tertijs, vt probat *Dom. Reg. Hector
Capycius Latro tom.2.conſult.148 num.4.*
165 Nihilominus quando ex pacto fuerit
promiſſum tale nomen bonum, & exigi-
bile ſecus etiã, *Mangil d tract quæſt.67 n.17.*
& ſectatur nouiſſimè *Io. Franc. Andreol. d.
tom.2.controu.115 num.2.& 3.* quoniam il-
lud tenetur præſtare tale, *Cencius d. q. 72.
num.22.*
166 Eo fortiùs quãdo quis promiſerit no-
men, quod vendidit eſſe verum, & exigi-
bile, tùnc tale debet eſſe nomen, vt nihil
ei poſsit opponi, vt idem *Mangil. eod.tract.
quæſt.79. num.12.* probanit, & poſt eum
*Franc.Maria Pratus d.cap.21.num.3.*
167 Imò etiam ſi non fuerit promiſſum no-
men exigibile, adhùc tamen cedens no-
men debitoris pro dote tenetur illud prę-
ſtare exigibile, etiam ſi hoc nõ fuerit con-
uentum, quod procedit etiam in intereſſe
dotis, & ità per S.C. deciſũ, ex *Dom. Reg.
Fabio Capycio Galeota controu. 32. num.37.
& 38. tom.1.* probat *Conſiliar. Paul. Stayb.
iun. reſolut forenſ.96. num.17.& 28.* imò te-
168 netur illud ſemper, & ſucceſsiuis tem-
poribus præſtare exigibilitatem, idẽ *Pra-
tus vbi ſupra num.4.* ſubdens *num 5.* non ſuf-
ficere, ſi tẽpore ceſsionis fuerit idoneum,
ſicquè talis promiſsio ſemper durat, ita
*Thomat.deciſ.29.num.13.*
169 Sequitur aliud verbum adiectum, non
exactum exigere eſt ab inuito in iudicio
extorquere, *l fideicommiſſa, §.ſi rem, ff.de le-
gat.3.* cum alijs apud *Bertacb. ver. eſigere,
Alex.ad Bart.in d.§.ſi rem,* quod verificatur
etiam in ſponte ſoluente, poſt *Lucam de
Penna in l.quiſquis,C.in quibus cauſ.col.lib.11.
Alex ad Bart in l.hoc iure, ff.de ſolut.verſ.Ia-
cob.de Arena,* nihilominus non poterat ve-
rificari in caſu iſto, quem realitèr capita-
le non fuerat exactum; ſed tantùm certa
annua ſolutio in compotum crediti, &
deniq; aliud verbum ſubſequebatur, nec
alitèr ceſſum, &c. poſtquàm vendens ſolũ
170 tenetur nomen debitoris præſtare verũ,
& nemini obligatum, non autem eſſe ſol-
uendo, *Mangil.eod tract.quæſt.79.nu.4.& 13.*
vbi alia adduxit.
Dato inſuper, quod tale nomen ceſſum
fuerat datum vti verum liquidum exigi-
bile, non exactum, neq; alitèr ceſſum, &c.
reſtringebatur difficultas ad particulam
exigibilitatis, quo fit, vt ſi factum fuerit
inexigibile, tùnc ceſſione facta, & data
171 poteſtate exigẽdi, licet periculũ ſpectet
ad ceſſionarium, *Gozad.conſ.38.num.11.*
172 Aut quando ſimplicitèr fuerit nomen
venditum, vel ceſſum, eſſe verum ſine ex-
ceptione, *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.527.
num.13.*
173 Nihilominus ſecus erit quando fuerit
nomen debitoris ceſſum exigibile, quo-
niam tùnc promictens, tenetur manute-
nere ceſſionarium in iſta qualitate, ex *l ſi
venditor, in princ. ff.de act.empt. l qui fundum,
§.qui agrum, ff de contrah.empt.* cũ alijs apud
eundem *Gratian.d.cap.527.num.1.2.& 14.
Cencius vbi ſupra quæſt.72. ſub num.22. verſ.
declaratur autem,* adeò quod periculũ no-
minis ceſſi ſpectat ad cedentem, quando
poſt ceſſionem factus eſſet debitor non
ſoluendo, *Theſaur.iun lib.3. qq.forenſ. q.73.
num.1.* latiùs *Guzman de euict. q.35 nu 6.*
Et propterea non obſtant, quæ dicta
ſunt in contrarium, & primo de verbo *aſ-
ſignare,* vt videatur facta ei tranſlatio tàm
quòad dominium, quàm quòad proprie-
tatem, nàm vltra quod tale verbũ eſt am-
biguum, ſiuè æquiuocum, vt dictum eſt
ſupra in princ.
174 In hac materia ceſſionum aſſignatio
actionum importat ceſſionem, *l. arbitror,
ff de diſtract.pignor. Bald.in cap.1.col.1.in fine,
verſ.& adde quod per verbum, quid ſit inueſtit.*
probat *Bertach. ver.aſſignatio, Bertazzol. d.
clauſ.27 gloſ 4 ſub num.2.*
Quæ ſiquidèm ceſſio non transfert do-
minium, *Bertazzol.d.clauſ.27.gloſ.1.num.1.*
175 ſed tantũ ius perſonale in ceſſionariũ,
vt deciſum tradit *Hieron. de Leo deciſ. va-
lent.70 num.10.& 12.*
176 Quod ſecus erit in ceſſione, vbi eſſet
facta de omnibus iuribus in datione no-
minis in ſolutum, quoniam tùnc non in-
duceret ius perſonale, ſed reale, vt idem
*Hieron.de Leo deciſ.192.num.22.*
177 Quanquam actio ad exigendũ annuos
redditus, non veniat appellatione mobi-
lium, vel immobilium, ſed conſtituit ter-
tiam ſpeciem, *Reg. Rouit.in pragm.1. nu.74.
de iur.& exact.fiſc.Ludou Bell.d.conſ.72.nu.4.
& conſ.75.nu.4.* perſonalis tùnc actio pro-
mictitur, vt in *d.conſ.72.num.7.* ſubnectit, &
178 tùnc ceſſis actionibus perſonalibus ve-
niunt in conſequentiam actiones hypo-
thecariæ, *Mandell. conſ.256.nu.6.* & ceſsio-
nis vigore intelligitur tranſlata, non tan-

179 tùm actio perſonalis, verùm etiam hy-
pothecaria cum ſua cauſa, *Barbat. de aſſi-*
180 *ſtent. gloſ. 60 num. 70.* ex eo quia actio hy-
pothecaria, eſt pediſſequa actionis perſo-
nalis, *Præſ. de Franch. deciſ. 881. num. 3.* & ſic
non alitèr dominium, ſed hypothecam
ſolùm conſtituit. *Bellus conſ. 194. num. 3.*
181 Imò nequè ipſa ceſsio transfert poſſeſ-
ſionem in ceſsionarium quando cedens,
non eſſet in conſpectu rei, *Farinac. deciſ.*
*poſthum 99. num. 4. par. 4.* adhùc tamen quia
182 eorum natura ſunt redimibiles annui
redditus, potiùs inter mobilia, quam in-
ter immobilia connumerari debent, idem
*Bellus vbi ſupra*, niſi quando iura, & actio-
nes naturam eorū inducunt, *idem conſ. 75.*
*num. 1.*

Nequè obſtabit ceſsio facta, ità vt pe-
riculum ſpectare videatur ad ceſsionariū,
183 poſtquam ceſsio duplex eſt, vna eſt, quæ
fit ad commodū cedentis ſolutionis cau-
ſa, vt cū quis cedit iura ſua alteri ad exi-
gendum ab aliquo certam quantitatem,
vt de ea ſibi de credito ſatisfaciat, & hęc
ceſsio non habetur loco ſolutionis, ſeù
ſatisfactionis, ſed importat ſimplicem
mandatum, ità vt nullo modo contingat
liberatio ante factam ſolutionem, ſed ce-
dentis ſit periculum, non autem ceſsio-
narij, ex *Gloſ in l. legaui, ad finem, ff. de liber.*
*leg.* cum alijs adductis à *Rota in nouiſſ. de-*
*ciſ. 392. num. 21. 22. & 23* quinimò ex ijs
184 colligitur, quòd quando ſimplex erit ceſ-
ſio periculum nominis non erit ceſsiona-
rij, latè *Peguera deciſ. 38 num. 4. Guzman d.*
*tract quæſt. 35. num. 131.*
185 Et conſequentèr facta ceſsione ſimpli-
citèr periculum rei ceſſæ ſpectabit ad ce-
dentem, *Farinac. deciſ. poſthum. 373. num 33.*
*par. 3.* cum alijs apud eundem *Pratum d.*
*cap. 21. num. 70.*

Et tùnc diceretur ceſsio ſimplex quan-
do fieret ad commodum cedentis, ſolu-
tionis cauſa, *Rota d. deciſ. 392. num 2.* vt pro-
ſequitur *Guzman d. tract quæſt. 35. à nu. 131.*
186 *verſ. in ſecundo caſu*, ex quo talis ceſsio
ſimplex, non habetur pro ſolutione, nec
liberat debitorem ceſſum, niſi concurrāt
requiſita, *l. 3. C. de nouat. Burat. deciſ. 470.*
*num. 4. in annot. Guzman vbi ſupra num. 132.*
latiùs *Hieron. de Leo d. deciſ. 192. nu. 4. & 8.*
*Bertazzol. de clauſul. in clauſ. 29. gloſ. 4. nu. 5.*
187 ſicq; cedens ſtat in periculo, & in dam-
no debitoris ceſsi, ſi ceſsio ſit ſimplicitèr
facta, *Bertazzol d. clauſ. 27. gloſ. 13. nu. 3.*

Indè ſubſequitur, quod periculum no-
minis ceſsi ſpectat ad cedentē, & nomen
ipſum remanet in bonis, & in dominio
188 cedentis per ſimplicem ceſsionem, non
eſt priuatus obligatione ſui debitoris quā
habet, & ideò poterit adhuc agere con-
tra debitorem ceſſum, & ab eo exigere,
ex *Bart. in l. facta, §. ſi hæres, ff. ad Trebellian.*
*Surd conſ. 269 nu. 23. & 24.* cum alijs apud
*Statil Pacif. de ſaluiano interd. inſpect. 4. cap. 1.*
*num 62* & pro omni eo, quod non exigit à
debitore ceſſo, ex *Decio conſ. 99. num. 4.* fir-
mat ibidem *Conſ. Staybar. num. 6.*
189 Imò cedens, agere poterit, vt ſoluatur
ceſsionario, *Farinac. deciſ. ciuil. 7. 766. nu. 6.*
*par. 2.*
190 Et conſequentèr data inexigibilitate
debitoris ceſsi, ceſsionarius habebit re-
191 greſſum contra cedentē, ex traditis per
192 *Buratt. d. deciſ. 476.* & indè ceſsionarius
poterit agere recta via contra cedentem,
vt ſibi obſeruet ea, quæ ſeruare tenetur,
*Ludou. Bellus d. conſ. 214. num 6.*
193 Quapropter cum in dubio præſuma-
tur ceſsio ſimplex, proùt eadem *Rota d.*
*deciſ. 392. num. 25.* affirmat.

Eoquè magis, quia ex ſeipſa in hoc fa-
cto apparebat ſimplex ceſsio facta ex fa-
cti ſerie vt ſupra enunciata, ſubnectitur,
quod ob ſolutionem non ſubſequutam à
debitore ceſſo, licito iure actor iſte mari-
tus proteſtationes facere poterat contra
cedentem, velle contra ipſum liquidare
inſtrumentum, quemadmodum ex actis
clarificabatur.
194 Altera verò ceſsio, vt eadem *Rota d. de-*
*ciſ 392. num. 24.* aſſerebat eſſe cum nomina
creditorum vendantur, & inſolutum dan-
tur, aut delegantur; nàm ceſsio, & inſolu-
tum datio voluntaria æquiparantur em-
ptioni, & venditioni, *Decian. reſp. 81. num. 2.*
*vol. 4.* vbi *num. 15.* ſubdit, quod veniunt ap-
pellatione alienationis, & non mirum, ſi
hæc ceſsio habetur eo ipſo loco ſolutio-
nis, ità vt ex tùnc cedēs liberaretur, dùm
creditor nominis ceſsione contentatur,
quo nàm caſu procedunt, *tex. in l. ſi manda-*
*to meo. § qui mihi debeas, ff. mandati, & text. in*
*l. pupillus, §. ſoror, ff. de ſolut. l. inter cauſas, §.*
*abeſſe, ff. mand. l. delegare, ff de nouat. & l. 3. §.*
*quod ſi, C. de nouat Bald. Gozad. Cancer. Socc.*
*Gabr. Oſaſc. & Surd.* quos probat ibi *Rota.*
195 Datio enim in ſolutum nominis debi-
toris non importat exigibilitatē, vt pro-
bat *Franc. Maria Prat. d. cap 21. num. 44.* ta-
men ſtatim liberat cedentem, ità vt riſi-
196 cum, & periculum, deinceps ſpectat ad
ceſsionarium, *Burat. deciſ. 476. num. 7. Fari-*
*nac deciſ. poſthum. 373. num. 33. par. 4.* ex eo
197 quia ceſsio nominis debitoris facta in
ſolutum dati loco ſolutionis habetur, la-

tiùs

Digitized by Google

tiùs *Hieron.de Leo d deciſ.*102. *nu.*11. poſt
*Cancer. variar.reſolut. lib.*2.*cap.*6. *num.*180.
*& Pratus vbi ſupra d.cap.*21.*num.*51. at no-
198 men debitoris datum in ſolutũ perin-
dè eſt, ac ſi res debita ſolueretur, vt ibi-
dem *Pratus num.*52. ſubſequitur prouti ità
199 reſolutum fuit Romę in ceſsione nomi-
nis debitoris in ſolutum dari cum pro-
miſsione exigibilatis, vt periculo ceſsio-
narij cedere deberet, apud *Cencium deciſ.*
476.*in noua impreſſ poſt eius tract.de cenſ.* ite-
rum in *deciſ.*507.*& in dec.*507. *& in d.tract.*
*quæſt.*42.*num.*23. *verſ.ad effectum*, ſequitur
*Pratus d cap.*21.*num.*67.*& ſeq.* & iſto caſu,
quia actiones directæ nõ remanent apud
200 cedentem, ceſsionarius poterit age-
re, & ſuas actiones exercere contra debi-
torem, ex adductis per eundẽ *Andr. d.con-
trou.*115.*num.*13.*& ſeq.*

Quocirca non obſtat ſi dicatur, quod
ceſsio ſit venditio, ſiuè alienatio, vt dictũ
eſt ſupra, poſtquã tùnc venditio, ſeù alie-
natio cenſetur, quoties mediante pretio
fieret ceſsio iurium, ex *Gloſ.in l. apud Cel-
ſum, §.ſi cum legitima, verbo pretio, ff. de dol.
except.* notat *Farinac. in repert. de contract.
quæſt.*11.*num.*26. vbi ità deciſum refert in
*vna Romana prælationis coràm Seraphino die
6.Septembris* 1572 *pro Pico contra Porcellam*,
prætereà, quia hoc procederet in datio-
ne in ſolutum, quæ habet vim emptio-
nis, & venditionis, *l. ſi prædium, C.de euict.
Praſ.de Franch. deciſ.*13.*num.*9. *Guzman de
euict. quæſt.*4 *num.*14. latè *Nouar.in tract. de
datione in ſolutum, ſect.*1. *quæſt.*11.*nu.*1.*&* 2.
201 & conſequentèr dùm fuiſſet promiſſum
nomen publicũ, hoc eſt Principis, adhùc
cedens tenetur, ſi Princeps nolit ſoluere,
ex *Socin.* refert *Cæſar Manent. d. deciſ.*54.
*num.*55.

Quantum verò pertinere videatur ad
ceſsionem iurium factum, hoc eſt, vt ipſe
ceſsionarius potuiſſet agere contra debi-
torem ceſſum, non erat difficultandum,
quoties fuiſſet promiſsio facta per ceden-
tem obſeruata in exhibitione ſcriptura-
rum, quæ aliter non fuerant conſignatæ
in forma probante, iuxtà tenorem dictæ
202 promiſsionis, circumſcripta diſtinctio-
ne circa hoc tradita à *Cencio d. quæſt.* 72.
*ſub num.* 22. *in verſ. quomodo autem*, vbi ex-
preſsim notat, quoties creditum iuſtifica-
ri deberet ex alia ſcriptura exiſtente pe-
nès cedentem, vel alibi, tùnc ſi facilè ha-
beri non poteſt in forma probante, tene-
tur cedens tradere ceſsionario in ſuis ori-
ginalibus &c. vltra quod in caſu noſtro
promiſſa erat exhibitio, ſiuè editio in-
ſtrumenti in forma probanti, ad hoc vt
liquidari potuiſſet cõtra dictam Ciuita-
tem, quæ cum non fuiſſet facta, non vide-
batur ſtetiſſe per eundem ceſsionarium
agere contra dictam Vniuerſitatem.

Inſuper aderat promiſsio faciendi ex-
pediri Regium aſſenſum, & in hoc caſu
refert idem *Guzman eod tract quæſt.*4.*nu.*55.
203 quod talis promictens expedire aſſen-
ſum, erit ſuper ſoliris expediri, & ſi non
fuerit obſeruatum, vtiq; teneretur ad in-
tereſſe, aliàs ſecus, ſi inſolità fuerunt pro-
miſſa, ſuper quibus aſſenſus impetrari nõ
potuiſſet, cæterum vt ipſe ſubdit aſtringe-
tur, promictẽs adhibere omnem diligen-
tiam pro tali impetratione aſſenſus, quod
in iſto facto non apparebat, ex quibus re-
ſultauerat, quod nullatenùs ipſe ceſsio-
narius agere poterat contra dictam Vni-
uerſitatem pro conſequutione ſui crediti.
204 Item minimè obſtare videbatur con-
ſtitutio Procuratoris facta in rem pro-
priam, dùm ipſa clauſula operatur, quod
cenſetur emptor conſtitutus Procurator
vendentis ad faciendũ nomen eius, quid-
quid ipſe vendens, poterat ante venditio-
nem ad ſui tamen emptionis vtilitatem,
*Phanuc.de inuent.hæred.par.*2.*num.*2. ſic ceſ-
205 ſionarius erit Procurator in rem ſuam
conſtituendus ad abundantem cautelam,
probat *Temin.in caut.*17.*num.*20.
206 Et ſimilitèr ex clauſula, *ponens in locum
proprium*, quæ veram poſſeſsionem, domi-
niumq; transfert, probat *Octau.Caracc. de-
ciſ.*22.*num.*16.

Ob ꝗ videbatur legitimare eius per-
ſonam, vt potuiſſet agere, hoc ſanè intel-
ligendum erit quando ſibi fuiſſent datæ
ſcripturæ mentionatæ, & promiſſæ, & ſic
207 cedens, non liberat debitorem ceſſum,
quando poſuit ceſsionarium in omnimo-
dum locum, ſtatum, & gradũ ſuum, *Surd.
conſ.*22.*num.*35.*vol.*1.

Quò verò ad promiſsionem euictionis
etſi ſupra relata circa hoc bene procede-
rant, attamen remanſerat ſolùm difficul-
208 tas in diligentia facienda per ceſsiona-
rium contra debitorem ceſſum in iudi-
cio eum conuenire, & omnem diligentiã
adhibere, vt debitor excutiatur, & ſenten-
tia feratur, *Hartaman.d.obſeru.*212.*num* 17.
209 *&* 29. benè verum eſt, quod nomen de-
bitoris non poſsit dici exigibile, niſi ſit
facilis exactionis, ex *Anton. Monac. deciſ.
Bonon.*35.*num.*7. *& num.*17. *verſ. accedebat*,
probat *Cencius d.quæſt.*72.*ſub num.*22. *verſ.
declaratur autem*.

Et in facto iſto iàm probatum erat, atq;

eſſet debitor ceſſus difficilis potiùs,quam
210 facilis exactionis,nàm ceſſio nominis
habet annexam conditionem, ſi debitum
exigi poſsit à debitore ceſſo,quod decla-
ratur procedere in ſimplici ceſsione, non
autem in venditione,vel datione in ſolu-
tum, aut delegatione, vt probat ibidem
*Hartaman.num.*13.

Ad hoc enim replicabatur, quod quã-
do fuerit ceſſum nomen exigibile, quod
ſemper debet præſtari idoneum per ce-
dentem,cum igitur huiuſmodi promiſsio
211 non ſit pura, ſed cum iſta qualitate exi-
gibilitatis, quæ erit verificanda,prout ex
*Caſtr. in l. pupilli, § ſoror, ff. de ſolut.* firmat
*Gratian.d cap.*527.*num.*5.aſſerens fuiſſe per
*Rot. Rom. corã Penia* 26.*Aprilis* 1600.*deciſũ*,
& ſequitur *num.*6. dicendo, neque enim
hoc caſu erit imputandum ceſsionario
ſi non explorauit conditionem nominis
ceſsi, tanquàm ſubducto ſuaſionibus,
& promiſſionibus principalis cedentis,
dùm aſſerit debitorem ceſſum eſſe exigi-
bilem, & idoneum quod facit, vt nun-
quam cedens liberetur, ſed ſemper de-
beat præſtare talẽ,vbi multa allegat,ſicut
probatum apparebat in facto, dùm ipſe
creditor conſequi nõ poterat dictos an-
nuos introitus ab Vniuerſitate, & inten-
debat liquidare inſtrumentum contra ce-
dentem, ipſe precibus, & promiſsionibus
212 perſuadebat velle ſatisfacere;cedens .n.
nomen redditus,non eſt liberatus, ſi red-
ditus nõ ſoluãtur,*Guzman d. tract. quæſt.*35,
*num.*6. ſubdens *num.* 7. quod ceſsio habet
tacitam conditionem, quatenùs ceſsio-
narius poterit ſolutionem conſequi à de-
bitore ceſſo, ea propter cum ſit in ſtipu-
213 latione deducta,exigibilitas,tùnc dice-
retur commiſſa ſtipulatio per ſolam mo-
ram non ſoluentis, nec erit facienda ex-
cuſsio,ex *text.in l.ſi fideiuſſor,§.fin. ff.de fide-
iuſſ.* probat *Andriol.in d.controuerſ.*115. *ſub
num.*12.

214 Et ampliùs non erit neceſſaria quando
notoriè conſtat principalem debitorem
non eſſe ſoluendo, itá refert *Carroc. in
tract. de excuſſ.bon par.*2.*quæſt.*35.*nu.*1.

Aut quando debitor ceſſus eſſet deco-
ctus, ex *Marſil. de fideiuſſ.num.*10.*&* *Henriq.
eod tract cap.*27.*par.*1.*num.*273. probat ibi-
dem *Conſil. Paul. Stayban. num* 19. quibus
addo *Ciarlin. controu. forenſ. tom.*1. *cap.*95.
*num.*21.

Vel ſi nomen ceſſum ſit litibus inuolu-
tum, vt facilè disbrigari non poſsit, aut
quando facilè conueniri non poſsit, vel
cõtra eum exequutio difficiliter fieri po-
teſt,vt ibidem *Conſil.Stayban. nu.*25. *&* 26.
probat,& nouiſsimè *Pratus d.cap.*21. *nu.*2.
*Ciarlin ibi num.*16.

Et ſi dicatur,quod idoneitas, & exigi-
bilitas nominis ceſsi ſit conſideranda, &
expectanda iuxtà tempus venditionis, &
215 ceſsionis, quia qualitas adiecta verbo
debet intelligi ſecundũ tempus verbi, *l.in
delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. action.* &
periculum rei venditæ non pertinet ad
venditorem,niſi de tempore venditionis,
*l. ſi vina, in princ. ff. de peric. & commod. rei*
216 *vend.* & propterea promiſsio vendito-
ris,& cedentis debet reſtringi ad tempus
ceſsionis,& venditionis, vel ad tẽpus quo
debitor debet ſolutionem facere, vt ani-
maduertit *Rota illa cenſus* 5. *Martij* 1627.
*coràm Ill. D. Coccino, quæ eſt poſt tract. Cenc.
deciſ.*476 *num.*1.*& ſeq.* de quo tempore ad
217 eum ſpectat periculum fruſtratoriæ ino-
piæ debitoris ceſsi, itá *Cencius vbi ſupra,
verſ. declaratur ſecundo*, quem citat nouiſsi-
mè *Pratus d cap.*21.*num.*56.*Io. Franciſc. An-
driol.d.controu.*115.*num.*10.

218 Reſpondetur, quod periculum nomi-
nis ceſsi ad cedentem, non autem ad ceſ-
ſionarium ſpectabit, probat idem *Cencius
de cenſ.quæſt* 107.*ſub num.* 16.*in noua impreſſ.*
& latè *Ludouic. Bellus conſ.*190.*nu.*7. & præ-
cipuè periculum nominis debitoris ceſsi
219 cauſa dotis, remanet ſub periculo dan-
tis, quando maritus illud ignorauit,ex
*Bald. in l.promittendo, ff. de iure dotium.* cum
alijs relatis à *Rodr.d.lib.*2.*quæſt.*21 *num.*18.
quem probat *Pratus vbi ſupra nu.* 54. adhi-
bita tamẽ diſtinctione ſupra relata, quan-
do ſimpliciter fit ceſsio, vel alio modo,
*Surd.d.conſ.*22.*num.*35.

Verum tamen quãdo verſemur in ven-
ditione, ſeù datione in ſolutum, tùnc pe-
220 riculũ nominis debitoris venditi, & in
ſolutum dari poſt venditionem, ſeù in ſo-
lutum dationem ſpectat ad accipientem,
idem *Cencius deciſ.*332.*num.*2.*poſt eius tract.*
latiſsimè *Guzman eod.tract. quæſt.*35.*nu.*85.
*cum ſeq. Franc. Hieron. de Leo d. deciſ.*192.
*num* 10.*lib.*2. *Rodriq.d.lib.*2.*quæſt.*21.*num.*7.
eo magis quando fuerit ceſſum nomen
debitoris ex cauſa dotis,vt dictum eſt.

221 Et tùnc ſi nomen detur in ſolutum, &
euinceretur ceſsionarius agit de euictio-
ne contra cedentem *Rodriq.vbi ſupra nu* 5.
abſoluto debitore ceſſo, *Hartam. d.obſeru.*
212.*num.*18.*&* 25.

Si tamen eo tempore ceſsionis non
erat ſoluendo, licet ceſsionarius eſſet ne-
222 gligens,nihil ei dicta negligentia obeſ-
ſet: quia culpa non poteſt imputari ali-
cui

Digitized by Google

cui ſi non fecit,quod factum nō erat pro-
futurum,*Guman vbi ſupra num.35.& 36.* &
negligentia ceſſionarij in non exigendo
ſibi non nocebit,*Pratus vbi ſupra nu.65.*

Poſtremò nil teleuare poterat, fuiſſe
deſcriptam partitam ducatorum 70. an-
nuorum in faciem ipſius creditoris ceſ-
ſionarij in libris eiuſdē Ciuitatis ab riis
Electis, & Officialibus: quia talis deſcri-
ptio proceſſerat ex facto voluntario ipſo-
rum,non tamen coactè,& iudicialitèr.

223 Poſtquàm exigebatur citario debito-
ris ceſſi, & illum conuenire vtili actione,
antequàm agatur contra principalem,
iuxtà notata in *l.1. & 2. C. quando fiſc. vel
priuat. Gloſ. in l.1. verſ. decernere, C.de pret.
pign.* firmat *Gratian. d.cap.507.num.13.* vbi
*num.19.* concludit tutius eſſe citationem
adhibere, *& ibidem nu.20.* ſubnectit,quod
nomen debitoris priùs conueniri poteſt,
quam debitor principalis, & ſic ipſa ceſ-
224 ſio nominis debitoris requirit notifica-
tionem,vt ſit ius quæſitum,*Coſta Sicul. con-
ſil.34. num.1.* in tantùm eſt verum, quod
225 ceſſionarius non poterit exequi contra
debitorem ceſſum, niſi priùs facta denun-
ciatione, aliás exequutio erit nulla, *Guz-
man d.queſt.35.num.33.*

Quæ ſiquidèm omnia cum non fuerit
adimplere,quia impleri non poterant per
ipſum creditorem contra tale nomen ceſ-
ſum ſine inſtrumento in forma probante,
& aſſenſu Regio,iuxtà promiſſionem ip-
ſius cedentis, meritò contra cedentem
proteſtatus fuerat, requirendo ipſum ad
liquidandum contra dictam Vniuerſita-
tem iuxtà eius facultatem reſeruatam li-
quidandi contra ipſam, & per conſequēs
contra dictum cedentem ad inſtantiam
ipſius creditoris non valentis adimplere.

Neq; obſtabat, quod ipſe ceſſionarius
exigerat certas quantitates pecuniarum
ab ipſa Vniuerſitate,poſtquàm cedens,nō
226 poteſt impedire, quominus ceſſiona-
rius non exigat,*Buratt.deciſ.848.nu.7.* imò
227 cedens,agere poterit,vt ſoluatur ceſſio-
nario,*Farinac.deciſ.ciuil.766 num.6.par.2.*

Verùm quia ceſſio in dubio præſumi-
tur ſimplex,*Rota in nouiſſ. d. dec.392.nu.25.*
quemadmodū probatum fuit in præſen-
ti caſu, & ex hac ſimplici ceſſione ſubſe-
quebatur, quod periculum nominis ceſſi
ſpectat ad cedentem,& tale nomen rema-
net in bonis, & in dominio cedētis,& ce-
dens per ſimplicē ceſſionem, non eſt pri-
uatus obligatione ſui debitoris quam
habet, ideò poterit adhùc agere contra
debitorē ceſſum,& ab eo exigere,ex *Bart.
in l.facta, §.ſi hæres, ff.ad Trebell. Surd. conſ.
269. num.23. & 24.* cum alijs apud *Statil.
Pacif.eod.tract.inſpect.4.cap.1.num.92.*

228 Quo fit,vt licet dicatur quod qui cedit
ſoluiſſe dicatur, & liberatus eſt ab identi-
tate,*l.qui debitorem,ff.de fideiuſſ. l.verbū exa-
ctè, ff. de verb. oblig.* vbi *Gloſ.* ſubdit, quod
creditor videtur exigiſſe, *l. inter cauſas, §.
abeſſe, ff.mand.* cum alijs apud eundē *Guz-
man d.queſt.35.num.116.*

Procederet quādo ceſſio nominis de-
bitori facta eſſet loco ſolutionis, quem
tùnc periculum non ſpectabit ad ceſſio-
narium,*Thomat.deciſ.29.num.5.*

229 Vtputà per dationem in ſolutum, quæ
ſolutionis loco habetur, *Hieron.de Leo de-
ciſ.Valent.192.num.1. Maur.Aretin. in tract.
de ſolut.cap.2.§.9.num.1.*

Vel quando non per viam dationis in
ſolutum, ſed per modum pignorationis,
& aſſecurationis,quem tenderet ad com-
modum, & periculum cedentis, *Buratt. d.
deciſ.450.num.4.*

230 Sed quādo cedens erit debitor ceſſio-
narij, & vt ſibi ſatisfaceret, ceſſerit iura
contra ſuum debitorem, non cenſetur
ſoluiſſe,nec ſatisfeciſſe, ex *Gloſ.in l.legaui,
ff.de lib.leg. Alex.conſ.96.lib.3. Dec.conſ.99.
num 4.* probat ibidem *Guzman nu.89.* cum
231 iſthęc ceſſio importet ſolum mandatū,
& non habetur loco ſolutionis,neq; ſatiſ-
factionis, niſi facta ſolutione, ex *Soccin.
conſ.37.num.13.lib.4.Bald.in cap.1.de benefic.
fratris*, probat *Cancer. variar. reſolut. lib.2.
cap.6. num.183.* vbi allegat *text. in l.ſi man-
dauero, §.interdum, ff.mand.* & ſequitur pro-
bando *num.184.* quod iſta ceſſio habet ta-
citam conditionem, quatenùs ceſſiona-
rius poterit conſequi à debitore ceſſo.ex
232 *Surdo ibi relato*, etenim cedēs.nō liberat
debitorem ceſſum quando poſuit ceſſio-
narium in omnimodum locum, ſtatum,
gradum ſuū, vel ceſſio facta eſſet per ver-
ba ampliſſima,& pręgnantia,ex *Surd.con-
ſil.22.num.35.& 36.* notat *Burat. deciſ.470.
num.10.* ſubdens,vel quando cedens,non
habet directas actiones,ſed vtiles tantùm
actiones ſibi paritèr ceſſas, vt ibi *Surd nu.
38.* & per eundem *Burat. deciſ.476.* proùt
erat in facto iſto; dùm ipſe cedens eandē
quantitatem debitam à dicta Vniuerſita-
te ſibi ceſſam, apparebat ex lectura capi-
tulorum matrimonialium, poſtquàm ceſ-
233 ſionarius non habet plus iuris quam
cedens,*Bellus conſ.159.num.10.* & debitor,
234 qui per ceſſionem acceptaram ab eius
creditore de nomine alterius debitoris
non erit liberatus, per *text. in l.item libera-*

*tur,*

*tur, §.qui paratus,ff.quib.mod.pign.vel hipoth. ſolu.* notat *Buratt. d.deciſ.848.nu.8. & Cancer.ibidem d.num.*183.

235 Quocirca pro coronide huius thematis producebatur deciſio S.C. in conſimili facta, atq; relata ab eodem *Conſ. Paulo Staybano in calce d.reſolut.* allegatæ, per quã apparet fuiſſe condemnatos conuẽtos de Rota ad ſoluendum Marco Antonio Capano,& Lauræ Rotæ coniugibus ducatos 4000. ceſſos contra Ducem Termularum vna cum intereſſe liquidãdo, verùm ſi infra quatuor menſes ipſi de Rota procurauerint integralem ſatisfactionẽ totius quantitatis debitæ à dicto Duce, ſuperſederetur in exequutione dictę ſentẽtię &c. & prius in cauſa Ill. Marchionis Cilentiæ Principis Macchiæ, cum Ill. Duce Limatulæ, qui vti filius, & hæres Io.Andreæ, & Dianotæ Gãbacottæ, ſub prætextu,quod de anno 1601. contracto matrimonio inter dictum Andream,& Dianam inter cætera fuerunt promiſsi annui ducati 90.cũ eorum capitale ducatorum 1000, conſequendi à Beatrice Aurelia, & Io.Baptiſta de Ebulo, adiecto pacto, quod Andreas promitteret euictionem, & etiam qui annuæ pręſtationes ſint exigibiles,cuius pacti vigore petijt Io Andreas vti pater, & adminiſtrator eius filiorũ in anno 1631. condemnari dotantem ad ſoluẽdum ducatos mille ſortis principalis, & alios ducatos 2000. pro tertijs decurſis, & decurrendis cum intereſſe, eo quod illos non valuit exigere ab illis de Ebulo vti nominibus debitorum aſſignatis non exiſtentibus ſoluendo,imò decoctis, & compilato proceſſu die 1.Iunij 1641. per S.C. fuit prolata diſſinitiua ſententia, per quam fuit condemnatus conuentus ad ſoluendum actori annatas decurſas ann duc.90. pro capitale ducat.mille à die 12 Aprilis 1632. nec non ad correſpondendum ſingulis annis in futurum de dictis annuis ducatis 90. vt refert nouiſſimè prælatus doctiſſimus *Franc. Maria Pratus diſcept. forenſ. tom.1.eod.cap.21.Marchio Celſtiæ in fine.*

Deciſio huius compromiſſi præuio laudo refertur in ſequenti Caſu.

*SVMMARIVM.*

1 *Cenſus, ſeù redditus annui poſt ceſſionem comparantur fructibus à ſolo ſeparatis.*

2 *Annui redditus quando debentur ratione fructuum naturalium inter immobilia computantur.*

3 *Intereſſe tertiarum venit appellatione fructuũ.*

4 *Vſuræ vicem fructuum habere dicuntur.*

5 *Intereſſurium fructuum non datur, neq; acceſſio acceſſionis.*

6 *Fructus fructuum non dantur.*

7 *Vſuræ vſurarum non dantur.*

8 *Intereſſe intereſſe non datur, & intereſſurium intereſſurij.*

9 *Lucrum ex lucrò exigi non debet.*

10 *Annui redditus ſunt fructus ciuiles.*

11 *Annui redditus perpetui iudicantur fructus ciuiles.*

12 *Natura annuorum introituum eſt,quod ſint redimibiles, & ſic perpetui, num.13. & inter immobilia connumerantur num.14.*

15 *Annui redditus principalitèr debentur, & non acceſſoriè.*

16 *Intereſſe quando non petitur,vt acceſſio.ſed vt ſors parit aliud intereſſe.*

17 *Intereſſe annuorum introituum non ſolutorum in tempore debetur.*

18 *Intereſſe annuorum introituum ad quam rationem debetur.*

19 *Annuus redditus eſt ius percipiendi annuã correſponſionem, non autem pretium, ſeù capitale.*

20 *Ad poſitionem vnius,non ſequitur alterius poſitio.*

21 *Capitale annuorum redditaum eſt mortuũ penes debitorem.*

22 *Sors principalis in contractu cenſuali non eſt ità debita,vt exigi poſſit.*

23 *Sors redituum cum reliquis impoſſibile eſt exigere.*

24 *Debitor cenſus nullo caſu obligatur reſtituere ſortem.*

15 *Sors ſuccedit loco intereſſe.*

26 *Intereſſe annuorum introituum non ſoluturum debetur.*

27 *Intereſſe debetur poſt moram, etiam ſi debitor non fuiſſet admonitus.*

28 *Intereſſe oritur ratione moræ.*

29 *Intereſſe venit ex mora non ſoluentis.*

30 *Intereſſe non debetur ſine mora.*

31 *Mora dùm committitur, debetur intereſſe.*

32 *Sors quando ad libitum peti poteſt, tùnc nullum intereſſe currit niſi à die petitionis ſortis.*

33 *Mora non cadit vbi debitum eſt illiquidum.*

34 *Intereſſe quando debetur à die interpellationis.*

35 *Interpellatus iudicialitèr ſi non implet promiſſa, tenetur ad intereſſe.*

36 *Interpellatio non exigitur ſtante appoſitione diei in inſtrumento.*

37 *Dies interpellat pro homine.*

38 *Interpellatio vnica ſufficiens erit eo, quod ſemper durat,& pluries facta,magis iuuat.*

39 *Intereſſe dotis eſt damnum emergens.*

40 *Inte-*

40 *Intereſſe ex intereſſe percipi poteſt vbi agitur de damno emergenti, ſecus de lucro ceſſante.*
41 *Forma interpellationis refertur.*
42 *Decretum compromiſſi enunciatur.*

### ARGVMENTVM.

## Intereſſe ex redditu annuorum introituum ceſſorum, non alitèr exactorum à debitore ceſſo ex cauſa dotis, an debeatur.

### CASVS XXXVI.

ALtera inſurrexit dubitatio ex facto prænarraro in præcedēti Caſu reſoluenda, ſi intereſſe ex dicto redditu annuorum ducatorum ſeptuaginta non exactorum ab ipſa Vniuerſitate debeatur, & certum eſt in iure, quod cenſus, ſiuè redditus annui, licet computantur inter immobilia, antequàm cedantur.
1 Secus tamen posteà, quia tùnc comparātur fructibus à ſolo ſeperatis, ſicut probar *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 811. *num.* 21. *& ſeq.*
2 Idcircò tales annui introitus non exacti, dicuntur fructus pendentes; eo maximè quando debentur ratione fructuum
naturalium, & inter immobilia computari videntur, refert *Ludouic Bellus conſ.* 151.
3 *num.* 2. ſic intereſſe tertiarum venit appellatione fructuum, *Dom. Reg. Merlin controuerſ. forenſ. cap.* 43 *num* 16 *tom.* 2.
4 At cum vſuræ dicantur vicem fructuū habere duplici ex cauſa, vt inquit *Roder. de ann. reddit. lib.* 3. *quæſt.* 7 *num.* 12.
5 Meritò ſicut fructuum intereſſurium
non datur, neq; datur acceſſio acceſſionis, vt idem *Roder. eod. tract. lib.* 1. *quæſt.* 14.
6 *num.* 46. & fructus fructuum, *Gratian. diſce-*
7 *ptat forenſ. cap.* 987. *num.* 2. ſic vſuræ vſurarū, *l. fin. C. de vſur. Conſiliar. Theodor. allegat.* 40.
8 *num.* 40. *Gratian. vbi ſupra*, ſeù intereſſe alterius intereſſe, & intereſſuriū intereſſurij, idèm *Roder. d. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 27. *Duard. de cenſ. tom.* 1. §. 1. *quæſt.* 5. *ſub num.* 14. *&* §. 4. *quæſt.* 38. *nu* 1. *Ludou. Bellus conſ.* 229 *nu.* 27. *& conſ.* 230. *nu.* 11. *Io. Anton. Bellon. conſ.* 25. *num.* 6. *&* 8. *Honded. conſ.* 34. *num.* 7. *tom.* 2. *Andriol. controu. for. cap.* 210. *tom.* 3. *per totū.*
9 Sic etiam lucrum de lucro exigere nō permictitur, *Reg. Merlin. controu forenſ. to.* 2. *cap.* 16. *num.* 8.

Ex aduerſo dicebatur certū eſſe, quod
10 cum ſint ipſi annui redditus fructus ciuiles, vt refert *Præſ. de Franch. deciſ.* 254. *num.* 4. *& deciſ.* 168. *num.* 13. *Ludouic. Bellus conſ.* 72. *num.* 42.
11 Et conſequētèr annui introitus perpetui iudicantur immobiles, idem *Præſ. de Franch. deciſ.* 362. *num.* 7. *Maſtrill. deciſ.* 121. *num.* 19. *Ludou. Bell. vbi ſupra num.* 6. vbi id declarat.
12 Ac etiam quia eorum natura redimibiles ſunt, *Conſ. de Georgio allegat.* 50. *nu.* 27. licet etiam dicantur mobiles, vt ſupra dictum eſt, præſertim tales redditus ad vsū
13 Bullæ, adhùc tamen tales annui redditus redimibiles habitu perpetui ſunt, *Roder. d. tract. lib.* 1. *quæſt. num.* 18. *Io. Criuell. deciſ. Dolani* 53.
14 Et ſic inter immobilia connumerātur, *Maſtrill. deciſ.* 121. *num.* 19. *Ioan. del Caſtillo tom.* 1. *quotid. controu. cap.* 41. *nu.* 11. *Merlin de pignor. lib.* 2 *tit.* 9. *quæſt* 44. *num.* 4. *& ſeq.*
15 Ea propter cum ipſi annui redditus principalitèr debeantur, & non acceſſoriè, vt dicunt *Præſ. de Franch. d deciſ.* 254. *num.* 9. *Io. Criuell. deciſ.* 103. *num.* 8. *Maſtrill. deciſ.* 115. *nu* 7. cum alijs citatis per *Franc. Mariam Pratum diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 40. *& pract obſeruat. in* 12 *obſeru nu.* 33.
16 nàm intereſſe quando non peritur vt acceſſio, ſed vt ſors parit aliud intereſſe, *Io. Anton. Bellon. conſ.* 25. *num.* 8.
17 Et conſequētèr intereſſe dictorum annuorum introituum in tempore non ſolutorum debetur, vt ex *Piſanell. ad Afflict. deciſ.* 291. ſic deciſum per S.C. teſtante refert *Præſ. de Franch. vbi ſupra nu.* 12. ſequitur *Griuell. deciſ.* 103. *Conſil. Theodor. d. alleg.* 40. *num.* 49.
Et hoc ad rationem ſeptem pro centenario, vt ipſe *Præſ. de Franch.* dixit, & quandoque ad decem pro centenario, deciſum refert *Anna ſingul.* 261. vbi & in alijs cauſis
18 intereſſe tertiarum ad rationem ducatorum quinque pro centenario, pluries per S.C. deciſum aſſerit, ſequitur *Conſil. Theodor. alleg.* 40. *num.* 36. vbi rationem reddit per S. C. ad hanc ſummā ſolere liquidare itereſſe tertiarum, & *num.* 49. aſſequitur *Conſil. Paul. Stayban. iun. reſol.* 81. *num* 22.
Vltimò aſſerebat ipſe Ioannes Angelus Ægiptius, quod cum fuiſſent ceſſi dicti annui ducati 70. non per hoc videbatur ceſſum capitale; etenim quoties annuus redditus ceditur, non intelligitur, quia ſunt ſatis diuerſa inter ſe, & diſtinctè, ex eo quia certum eſt annuum redditum nil
19 aliud eſſe, niſi ius percipiendi annuam

cotte-

correſponſionem, non autem pretium il-
lius, ſeù capitale, vt fundat *Cenc. de cenſ.*
*par.2. quæſt.2. art.6 num.26. Odoard. de cenſ.*
*quæſt.26. num.74 Mantic. deciſ.14. num.26.*
ex ratione ſupra relata, quia ſe habent ad
inuicem vti diuerſa, & ſeperata, cēſus ſci-
licet, & pretium illius, ſeù capitale, & vno
legato, & conceſſo, non cēſetur legatum,
20 vel conceſſum alterum, nàm ad poſitionē
vnius, non ſequitur alterius poſitio, *l. ſed ſi*
*ante, ff. de except l ſi maritus, C de donat. inter*
*vir. & vxor. l. duobus, ff. de teſt.*

Quo fit, vt tale capitale non fuerat in
dotem datum, ſed illius annui redditus,
21 non alitèr poterat peti, quia erat demor-
tuum penès debitorem, *Abb. in cap in Ciui-*
*tate, de vſur.* cum alijs allegatis per *Nicol.*
*Intrigl. de cenſib. quæſt.43. num.1.*

22 Sicq; ſors principalis in contractu cen-
ſus non eſt ità debita, vt exigi poſſit, *Cen-*
*cius de cenſ. quæſt.70. num.2.*

23 Proùt quoquè in annuis redditibus,
nàm ſortem redditus cum reliquis exige-
re impoſſibile, ex *Rodriq. d. tract. lib.3. q.10.*
*num.25.*

24 Ità quod ſortem reſtituere nullo caſu
obligatur debitor redditus, idem *Rodriq.*
*eod. tract. lib.1. quæſt.4. num.13.*

25 Poſtquàm ſors ſuccedit loco intereſſe,
*Duard. deciſ.138 num.2. & deciſ.285 num.2.*
*& deciſ.286. num. . . . poſt eius tract. de cenſib.*
*tomo 2.*

Ea propter nec alitèr repeti potuerat
ad inſtantiam debitoris cedentis, neque
ceſſionarij, eo quia ſortem reſtituere, nul-
lo caſu obligatur debitor redditus, vt di-
ctum eſt ſupra.

26 Ex quibus omnibus reſultare videba-
tur intereſſe dictorum annuorum introi-
tuum non ſolutorum, quod etſi debeatur,
vt indicatum refert *de Franch. deciſ.21. &*
*254.* cum alijs apud *Maſtrill. deciſ.124. nu.*
*30.* adhùc tamen non alitèr deberi præ-
tendebat à die petitionis, quemadmodū
aſſerebat dictus Adminiſtrator dictæ Ca-
pellæ, etenim intereſſe annuorum introi-
tuum debetur vbi debitor eſſet in mora,
27 debetur enim intereſſe poſt moram, etiā
ſi debitor non fuiſſet ſufficientèr admo-
nitus, *Duard. d. tract. §.2. quæſt.11. nu.13.* quæ
eſt cauſatiua intereſſe, *Magon. deciſ. Flo-*
28 *rent.103. num.1.* vbi ratione moræ intereſ-
ſe oritur, *Præſ. de Franch. deciſ.642. num.12.*
29 non mirùm ſi venit ex mora non ſoluen-
30 tis, *idem deciſ.613. num.1.* igitur ſi intereſ-
ſe non debetur ſine mora, *Cencius dec.242.*
*num.4. deciſ.324. num.1. & deciſ.243. num.1.*
*poſt eius tract. Magon. vbi ſupra nu.1. Ciarlin.*
*controuerſ. forenſ. tom.1. cap.29. nu.29.* & mo-
31 ra dùm committitur, debetur intereſſe,
*Muta deciſ.42. num.28.*

Quanquam autem introitus non ſint
empti, quod contingit quando ſors ad li-
bitum peti poteſt, & tùnc nullum intereſ-
32 ſe currit niſi à die petitionis ſortis, quia
eſt incertum debet liquidari, & interim
aliud intereſſe non oritur, vt dixit *Conſil.*
33 *Theodor. alleg.40. num.5.* quia mora non
cadit vbi debitum eſt illiquidū, *Theſaur.*
*iun. lib.3. qq forenſ. quæſt.71. num.3. Monac. de-*
*ciſ. Bonon.11. num.60.*

34 Multò fortiùs quando introitus eſſent
empti, ex quibus debetur intereſſe ob
moram contractam, & tùnc intereſſe pro-
pter moram debetur à die interpellatio-
nis, *Cencius deciſ.61 num.7.* aliàs non debe-
retur, niſi præcedente interpellatione,
*idem deciſ.270. num.5. poſt d. tract.*

In facto autē apparebat ipſum Io. An-
gelum pluries interpellaſſe cedentem, vt
liquidaret inſtrumentum contra dictam
Vniuerſitatem, vel ſibi conſignari ſcriptu-
ras promiſſas, vt ipſe potuiſſet iura ſibi
ceſſa exercere tàm iudicialitèr, quàm ex-
35 traiudicialitèr, & tùnc interpellatus iu-
dicialitèr, ſi nō impleat promiſſa, tenetur
ad intereſſe, *Cenc. deciſ.138. num.1.*

36 Vltra quod ipſa interpellatio non ali-
tèr exigebatur ſtante appoſitione diei in
inſtrumento, *Cencius deciſ.486. nu.7. Oſaſc.*
*deciſ.986. num.6.*

37 Nàm dies interpellat pro homine, *Cen-*
*cius deciſ.379. num.12. Muta deciſ.52. nu.27.*
*Philipp. Port. Imolenſ. in ſuis concluſ. iuris con-*
*cluſ.21.*

38 Imò nō ſolùm ſemel interpellatus fue-
rat, quæ ſufficiens erat, vt ex multis pro-
bat *Ant. Phicard. in diſput. de mora, num.46.*
poſt *Bertacch. in repert. verbo interpellatio,* &
ſemel facta ſemper durat, niſi ab ea rece-
datur, *Magon deciſ. Florent.103. num.13.* ſed
pluries iuxtà alteram opinionem DD. re-
latorum ab eodem *Phicard. in d. diſput. nu.*
*50. & 51.*

39 Et deniq; quia intereſſe dotis eſt dam-
num emergens, *Ludou. Bellus. conſ.169. n.2.*
40 meritò intereſſe de intereſſe poteſt perci-
pi vbi agitur de damno emergenti, ſecus
de lucro ceſſante, *Gratian. diſceptat. forenſ.*
*cap.987. num.12.*

Ex quibus omnibus concludi videba-
tur tale intereſſe ſibi deberi à die moræ
contractæ per lapſum diei, ac etiam per
interpellationes factas, & non à die peti-
41 tionis prætenſæ, forma autem interpella-
tionis eſt, vt debeat debitor interpellari,
vt ſol-

Digitized by Google

vt ſoluat, & ſic debet incitari ad aliquid, ità *Bart. in l. non ſolùm, §. morte, num. 53. ff. de noui oper. nunc.* & meliùs in *l. quod te, nu. 15. ff. ſi certum petatur*, vbi dat practicam huiuſmodi dicendo, nàm ſiquidem tu es debitor facto tuo ſufficit, quod ego denuntio, tibi quod ſoluas, nàm cum ex facto ſuo dependeat, & intelligis, vel intelligere debeas te debere.

42 In DEI Nomine. Amen. Viſo compromiſſo ſtipulato ſub die 25. Nouembris 1648. per Ill. & Excell. Dominũ D. Martium Pignatellũ Principem Ciuitatis Minoruini Gubernatorem, & diſtributorem hæreditaris quondam Io. Franciſci Fraiani ex parte Reuer. Cappellæ S. Mariæ Gratiarum eiuſdem Ciuitatis hæredis dicti quond. Io. Franciſci, & per Io. Angelũ Ægiptium V.I.D. actorem ex alterà virũ Syluiæ Fraianæ in noſtri perſonam facti, viſoq; inſtrumento dotali promiſſionis dotium dictę Syluiæ Fraianæ, ac ceſſionis annuorum ducatorum ſeptuaginta conſequendorum à prędicta Ciuitate pro capitale ducatorum mille promiſſorum per dictum quond. Io. Franciſcum fratrem dictæ Syluiæ cum pacto expreſſo exigibilitatis conſignationis ſcripturarum, & euictionis in forma fol. 1. 2. & 3. viſoq; proceſſu deſuper facto in Curia Epiſcopali dictæ Ciuitatis, viſiſq; videndis, conſideratis conſiderandis, ac auditis Magnificis Dominis Aduocatis vtriuſq; partis pluries oretenus, & in ſcriptis, &c.

Per hoc præſens laudum dicimus, decernimus, determinamus, arbitramur, & laudamus ſupradictam Reuer. Cappellam S. Mariæ Gratiarum dictæ Ciuitatis Minoruini hæredem dicti quond. Io. Franciſci Fraiani, & pro ea Ill. & Excell. Principem dictæ Ciuitatis D. Martium Pignatellum nomine quo ſupra fore, & eſſe condemnandum, prout præſenti laudo condemnetur ad dandum, & ſoluendum eidẽ V.I.D. Io. Angelo Ægiptio actori redditus decurſos, & non exactos à dicta Ciuitate ob eius inexigibilitatem, & impotẽtiam dictorum annuorum ducatorum ſeptuaginta dotalium dictæ Syluiæ vna cum intereſſe illorum ad rationem ducatorum quinque pro centenario liquidandis tempore exequutionis præſẽtis laudi, de quibus tertijs conuertantur duc. 350. in tutam emptionem pro ſecuritate dotis ipſius Syluiæ ſeruata forma pacti in inſtrumento dotali adiecti, nec non ad continuandum ſingulis annis in futurum ſolutionem dictorum ducatorũ ſeptuaginta, ſaluis iuribus competentibus eidem Ill. & Excell. Principi nomine quo ſupra contra dictam Ciuitatem Minoruini, pro quibus omnibus aſſiſtentiã præſtari mandatur in forma cum adiudicatione, prout præſtamus ſuper bonis deſcriptis in libello, ac etiam ad ſoluendum pretium vnius trabacchæ, & duorum baullorum ducatorum triginta, & ad medietatem expenſarum erogatarum in expeditione diſpenſationis obtemptæ à Sede Apoſtolica, verùm ſi præfatus Ill. & Excell. Princeps procurauerit infra duos mẽſes ſolutionem redditunm decurſorum vna cum intereſſe ab Vniuerſitate prædicta, abſoluatur pro præterito, & ità hoc præſenti laudo decernitur, arbitratur, & laudatur, hoc ſuum. *Io. Baptiſta de Thoro Arbiter.*

Lectum, latum, & publicatũ fuit ſupradictum laudum per Mag. V.I.D. Io. Baptiſtam Thorum Arbitrum electum præſentibus pro teſtibus Reu. D. Io. Vincentio Raphaele, Carolo Ruſſetto, Franciſco Turtura, Ioſeph Vitulo, & alijs perſonis in numero oportuno ſub die 7. menſis Maij 1649. Dominicus Grantius Scriba ordinarius S.R.C. & Actuarius aſſumptus.

*SVMMARIVM.*

1 *Paragium quod nàm ſit.*
2 *Paragium debetur de allodio, & feudo, itemq; de bonis burgenſaticis.*
3 *Paragium debetur reſpectiuè ad feudalia, & burgenſatica.*
4 *Paragium eſt onus feudi intrinſecum.*
5 *Paragium ſucceſſit loco portionis hæreditariæ feudi, ſeù loco legitimè.*
6 *Paragium onera ſentire non debet.*
7 *Paragium eſt quota bonorum, deducto ære alieno.*
8 *Paragium ſuccedit loco portionis feudi, à qua fœminæ ſunt excluſæ.*
9 *Paragium reſpectu burgenſaticorum eſt portio hæreditatis, quæ eſt loco portionis de iure naturæ debita.*
10 *Paragium debetur fœminis loco portionis hæreditariæ, & ſic legitimæ.*
11 *Paragium debetur vigore Conſtitutionis, non differt à legitima.*
12 *Paragium dotis eſt pro legitima ſororis, & eiuſdem naturæ.*
13 *Paragium denotat in quantum eſt dari conueniens, inſpecta qualitate bonorum feudi.*
14 *Paragium datur habito reſpectu ad facultates, & numerum filiorum, dignitatem viri, & mulieris.*
15 *Paragium dupliciter conſideratur.*

M 16 Para-

16 Paragium burgenſaticorum, ſi incongruè fuerit conſtitutum, debet ſuppleri ſuper rebus emphiteoticis.

17 Paragium ſuppleri debet de proprio, pro inueniendo viro condigno.

18 Fœmina tunc excluderetur, quando paragium fuerit taxatum aſtentis omnibus bonis cuiuſcunque generis.

19 Paragium vt nubat pari relictum eſt, arbitrio Iudicis.

20 Paragium competit filiæ excluſæ à feudi ſucceſſione.

21 Paragium filiæ debitum intereſſe non parit, nec peti poteſt, antequàm nubat, ſed tantùm alimenta.

22 Paragium filiæ debitum taxari poteſt vſq; ad legitimam, & illam excedere vſque ad virilem.

23 Paragium non poteſt eſſe minus legitima, ſed plus.

24 Paragium etiam in vita patris debetur, & quare.

25 Paragium debetur tempore mortis patris, quando ab inteſtato moritur.

26 Paragium in nupta minus legitima eſſe nō poteſt. ſecus in filia in capillo, cum poſſit excedi, non tamen excedere legitimam.

27 Supplementum paragii, ſeù legitimæ in maritata competit, quod non excedat legitimam.

28 Paragium, & vsta militia circa liquidationem liquidatur vt legitima.

29 Paragium ſecundum aliquos eſt tertia tertiæ, quam filia eſſet habitura, ſi non excluderetur, ſed veriùs dicitur quæ poſſit pari nubere.

30 Paragium aliud non denotat niſi congruam dotem.

31 Dos congrua qualitèr dicatur.

32 Legitima, ſeù paragium eſt tertia portionis ab inteſtato, ſi ſint quatuor filii, ſi vero quinque dimidia.

33 Æqualitas inter filios ſeruanda in dotatione.

34 Filia ſi dotem non habuerit ſecundum paragium, aget ad ſupplementum.

35 Dos legata etiam debetur, ſicuti legatum factum ſub conditione non nubendi, non ammittitur, ſi ſponſalia contrahat.

36 Dos à patre profecta, licet modica aſtenta legitima, non admittit ſupplementum, & ſic deciſum.

37 Legatum factum filiæ, cenſetur factum in compenſationem dotis.

38 Filia portionem bonorum maternorum conſequitur ex Conſtit. Regni.

39 Filia in bonis maternis, an præferatur, & qualiter.

40 Frater dans paragium pro dote ſorori, repellitur à ſucceſſione matris, atq; paterna ſecundum aliquos.

41 Filia excluditur ab illa hæreditate, de cuius hæreditate proceſſit.

42 Portio bonorum maternorum ad filiam ſpectat, & qualiter procedat.

43 Opinio Affl. in Conſt. In aliquibus, nu. 48. refertur circa portionem bonorum maternorū filiæ debitam.

44 Ius in Regno facit Iudicatum per S. C.

45 Filia fœmina debet habere paragium de feudo materno ab eius fratre ſuccedente in illo.

46 Paragium debetur filiæ tàm de bonis paternis, quàm maternis, ex Conſ. Neap.

47 Frater dotando ſororem, cenſetur tàm de bonis paternis, quàm maternis.

48 Mater preſumitur de proprio dotare filiam, quàmuis aliqua bona filiæ ſint penès eam, ſi illa ad dotem non ſufficiant.

49 Actus quando nomine proprio, & alieno fieri poteſt, præſumitur nomine proprio factus.

50 Actus quilibet proprio nomine geſtus præſumitur, & ſi gerit alio nomine.

51 Præſumitur quod quis faciat actum ſuo nomine, quam quod fecerit delictum faciendi nomine proprio.

52 Paternum eſt officium dotare filias.

53 Dotare filiam, annexam habat neceſſitatē pater.

54 Dos data, vel promiſſa ſimplicitèr à patre pro filia ex bonis patris promiſſe præſumitur.

55 Diſpoſitio l. fin. C. de dot. promiſſ. non habet locum reſpectu matris.

56 Mater quando cenſetur dotaſſe tàm de bonis paternis penès eam exiſtētibus, quàm de ſuis, & quid in patre.

57 Mater non tenetur dotare filiam, & ſcientèr dotando donare præſumitur.

58 Conſilium Affl. datum patri, vel fratri in dotando filiam, ſeù ſororem, quæ habet matrem habentem dotem, vel ſucceſſionē in bonis alicuius, quomodò erit dandum.

59 Fratres tenentur ſorores maritare iuxtà paragium ex Conſtit. Regni, eo quia ipſe non admittuntur ſtantibus maſculis.

60 Frater tenetur dotare ſororem habita ratione ad portiones defunctorum, quæ accreſcunt ſuperſtiti fratri.

61 Mulier, quæ per dotem à ſucceſſione repellitur, neceſsè erit, vt ſit dotata de illis bonis.

62 Frater tenetur maritare, & dotare ſororem, non tantùm de bonis paternis, num. 63. ſed etiam maternis, num. 66.

64 Frater dotem, dotando ſorori de bonis paternis dediſſe præſumitur, & ratione oſtenditur, num. 65.

66 Frater præſumitur dotare ſororem de bonis vtriuſq; paternis, & maternis.

67 Soror dotata de paragio de bonis patris, vel fratris excluſa cenſetur à bonis maternis, & qualitèr intelligatur, ibi refertur.

68 Filia

68 *Filia à fratre dotata viua matre, cenſeatur dotata etiam de maternis bonis.*

69 *Frater dotando ſimpliciter ſororem de ſuo, videtur dotaſſe quaſi donauerit ſorori.*

70 *Dotare videntur Curatores, Adminiſtratores, & Tutores de bonis, quorum curam habent.*

71 *Auia, quæ gerit negotia neptis, de eius bonis dotare præſumitur.*

72 *Frater ſororis debitor in eadem quantitate quam in dotem promiſerit, tunc non donandi, ſed compenſandi animo dotem dediſſe cenſetur.*

73 *Frater, vel mater ſimpliciter dotantes, rem propriam, vel communem in dotem dare cenſentur, etiam ſi eſſent adminiſtratores.*

74 *Dos per matrem, & fratrem, defuncto patre, conſtituta ex maternis, fraterniſq; bonis in partes conſtituta intelligitur.*

75 *Deciſio S. R. C. refertur, vt debeatur paragiũ à fratre ſorori vna cũ fructibus, & ad portiones bonorum hæreditariorum amitarum vna cum fructibus liquidãdis, & pro reliquis abſoluendum.*

76 *Laudum prolatum ſuper eadem difficultate ennunciatur.*

77 *Paragium ad hæredes ſororum mortuarum nõ tranſmittitur, ſed fratribus accreſcit, & ratione comprobatur.*

78 *Paragium, an ad hæredes tranſmittatur in controuerſiam deductum eſt, ſed qualiter fuerit deciſum, refertur num. 79.*

80 *Paragium quæritur mulieri tempore nuptiarum.*

81 *Additamentum paragij, quod debetur mulieri, vt pari nubat, non tranſmittitur ad hæredes.*

82 *Dotatio vnica an ſufficiat, vel plures iuxtà ſucceſſiones, inſpecta* Conſuetud. Neap. aut Conſtit. Regni.

83 *Soror ſuccedere volens fratri, vel ſorori mortuis, an excludatur per fratrẽ viuum de iure communi.*

84 *Paragium debetur ſorori tàm de Iure conſuetudinario, quàm Regni.*

85 *Paragium qualiter liquidatur.*

86 *Paragium debetur ei, cui pater minus debiti paragij legauit.*

## A R G V M E N T V M.

Paragium an competat filiæ maritatæ incongruè, ſuper bonis paternis, maternis, & portionibus fratris, ac ſororibus prædefunctis.

## C A S V S XXXVII.

ALtera controuerſia vertẽs inter Cappellam S. Mariæ Gratiarum Ciuitatis Minoruini, & pro ea Ill. & Excell. Principem illius Adminiſtratorem, vti hæredem quon. Io. Franciſci Fraiani, & Corneliam Fraiani, & Mihi ab eiſdem compromiſſa determinanda, per ea, quæ ex facti ſerie oſtendebatur, apparebat ipsã Corneliã in anno 1598 fuiſſe matrimonio collocatã cum Alexãdro Raphaele, cuius cauſa in dotem, & pro dote fuerunt promiſſi ducati 400. à Portia de Graſſis eius matre, & hærede Spinucci Fraiani inſimul cum dicto Io. Franciſco cũ alijs mobilibus corredalibus, vt ex inſtrumento dorali celebrato patebat.

Indè vidua relicta, & remãſa, iudicium intentauit in Curia Epiſcopali dictæ Ciuitatis contra dictam Cappellam hæredẽ inſtitutam in anno 1645. aſſerendo poſt mortem eius patris relictis duobus filijs maſculis Hieronymo, & Io. Franciſco nec non ſex filiabus fœminis Lucretia, Angela, Syluia, Antonia, Laura, & Cornelia, & inde ab hac luce migraſſe dictum Hieronymum, Lauram, & Antoniam, ob quorũ obitum ſpectabant portiones eidem Corneliæ, nec non paragium in bonis paternis, ac portionem bonorum maternorum, iàm quod non fuerat congruè dotata, neque renunciauerat, & cum fuiſſet condemnata prædicta Cappella ad ſoluendũ ducatos 1500. pro ſua legitima, paragio, & ſupplemẽto paragij, iuxtà dotem elargitam Angelę Fraianę eius ſorori, ex quibus debuerant ducati 140. ſolui à dicto Io. Franciſco Portiæ Raphaeli filiæ dictæ Corneliæ, & deuoluta cauſa per appellationem ad Curiam Archiepiſcopalem Barenſem, poſtmodùm mihi compromiſſa, vt de iure tantùm laudum proferre deberem; adeòq; cum tota cauſa ipſa ad tria potiſſimùm capita reducebatur, hoc eſt ad ſupplementum paragij bonorũ paternorũ. Secundo ad portionem bonorũ maternorum, & Tertio ad portiones prędefunctorũ fratris, & ſororum, quæ ſiquidè altercationes verſebantur inſpecto Iure *Conſtitutionis Regni In aliquibus*, qua cautum eſt, quod ſtante filio maſculo, & filià fœmina deſcendentibus ex patre in bonis paternis tàm burgenſaticis, quàm feudalibus, ſuccedit ſolus filius maſculus cũ onere, q̀ teneatur ſorores, & amitas ſm paragiũ maritare, vbi *Andr. in verbo maritare*, dixit, quod paragium eſt portio quã

M 2 habet

Digitized by Google

1 habet de bonis, quod habere debet ſine
aliquo onere ad exemplum debiti bono-
rum ſubſidij, *C. de inoffic. teſtam. l. quoniam,*
ſequuntur *Dom. Reg. Lanar. conſ. 76. num. 4.*
*Dom. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 158. nu.*
*34. tom. 2,* poſt *Petr. de Gregor. in tract. de dote,*
*& paragio, quæſt. 1. num. 2.* ibiquè *addit. Ma-*
*ſtrill. lit. A.* alios citat DD. cū *text. in l. quæ-*
*ro, ff. de iure dotium, Reg. Tapia deciſ. S.C. 14.*
*num* 38.

2 Dato igitur, quod tale paragiū quem-
admodùm debetur de allodio, ac de feu-
do, probat *Conſil de Georgio alleg. 11. n. 19.*
& ſic debetur tam de feudalibus, quàm
de burgenſaticis, idem *Reg. Tapia d. deciſ.*
14. *num.* 48. quia verſebatur in caſu enar-
rato de burgenſaticis tantùm debetur, ta-
3 men tale paragium debetur reſpectiuè ad
feudalia, & burgenſatica, ex *conſil. de Ama-*
*to,* probat *Andr. Capan. in tract. de iure adhoa,*
*quæſt. 25. num. 23.* reſpectu verò, quod illud
debeatur occaſione feudi, vt inquit *Reg.*
4 *Tapia d. deciſ 48. num. 10.* cum ſit onus feu-
di intrinſecum, *Capan. eodem tract. quæſt. 2.*
5 *nu. 18.* ex quo ſucceſſit loco portionis he-
reditariæ feudi, *idem quæſt. 25. nu 5. & quæſt.*
*26. num. 20. & ſeq.* ſiue loco legitimæ, *idem*
6 *d. quæſt. 25. num. 21.* eſtq; tenuis, ideò onera
ſentire non debet, *idem d quæſt. 25. num. 12.*
7 non mirùm, quod ſit quota bonorum
deducto ære alieno, *Reg. Tapia d deciſ. 14.*
*num. 43.* & ſic deductis oneribus *Andr. Ca-*
*pan de iure releuij, par. 2. quæſt. 15, num. 8.* qua-
propter cū ſuccedat loco portionis feu-
8 di, à qua fœminæ propter *Conſtitut. Regni*
fœminæ ſunt excluſæ, *vt ſubdit num. 14.*

9 Reſpectu verò burgenſaticorū, eſt por-
tio hæreditatis, quæ eſt loco portionis de
iure naturæ debitæ, idem *Capan. d tract. de*
*iure adhoa, d. quæſt. 25. num. 2.* ſicq; illud de-
10 betur fœminis loco portionis hæredita-
riæ, ex ſententia *Camerarij,* vt tradit *Capan.*
*eodem tract. de iure releuij. d. quæſt. 15. num. 3.*
*11, 15. & 16.* ità quod ſuccedit loco legi-
timæ, *Camill. de Medic. conſ. 11. nu. 7. & conſ.*
*75. nu. 10. Reg. Tapia vbi ſupra nu. 42. & 46.*
ſubdens idem quod legitima, *Capan. dicta*
*quæſt. 15. num. 7. & quæſt. 26. à num. 10. ad 22.*
11 nec alitèr paragium debitum vigore di-
ctæ *Conſtit.* differt à legitima, *Reg. de Ponte*
12 *conſ. 50. num. 4. vol. 2.* & precipuè paragium
dotis eſt pro legitima ſororis, ſubdit *Andr.*
*vbi ſupra col. 2.* & iſtud eſt eiuſdem natu-
ræ, ſeu iuris ſicut legitima, & ſine onere,
vt liberè conſequatur, inquit ibidē *Andr.*
*col. 10.* ex *l. quoniam, C. inoff. teſtam.* ſequitur
*Dom. Reg. Capyc. Galeota contron. 19. à nu. 39.*
*ad 40. tom. 2.*

13 Iſtud paragium, prout inquit ibidem
*And colum. 7.* denotat in quantum eſt dari
conueniens inſpecta facultate, ſcilicet bo-
norum illius feudi, nec non dignitatis, &
numero filiorum, *ff. de leg. 3. l ſi filiæ, de iure*
*dot. quæro, & l. ſine, & l. cum poſt, § gener, eod.*
*tit. D. Reg. Capyc. Latro conſult. 158. num. 33.*
*tom. 2.* poſt *Afflict. in d. Conſtit. In aliquibus,*
*num. 72.* quapropter decernitur habito re-
14 ſpectu ad facultates, numerū filiorum, &
dignitatem viri, & mulieris, *Andr. Capan.*
*de iure adhoa, d. quæſt. 25. in allegat. Camilli*
*num. 1. & quæſt. 27. num. 2.*

15 Quocirca paragium fœminarum du-
plicitèr conſideratur reſpectu vniuerſalis
hæreditatis, & reſpectu certę rei, & ſic feu-
dorum, *Capan. de iure adhoa, quæſt. 26. nu. 19.*
quòad feudalia paragiū liquidatur iuxtà
valorem feudi, *idem d. quæſt. 26. num. 20.*

16 Reſpectu verò burgenſaticorum, ſi il-
lud incongruè fuerit conſtitutum, debet
ſuppleri ſuper rebus emphiteoticis, *idem*
*quæſt. 27. num. 6.* & ſic etiam de proprio te-
17 netur ſupplere pro inueniendo viro con-
digno, *vt ſubdit num. 7.* & ità illud ſupple-
ri debet ſuper alijs bonis, vt in *d. quæſt. 27.*
18 *à num. 1. ad 16.* ſecus tamen quando fue-
rit taxatum attentis omnibus bonis cu-
iuſcumq; generis, quoniam tùnc fœmina
excluderetur, *vt idem d. quæſt. 26. num. 42.*
19 benè verum eſt, quod paragium vt nubat
pari, relictū ſit arbitrio Iudicis, *Maſtrill.*
*deciſ. 107. num. 13. Ciarliu. controuerſ foreuſ.*
*tom. 2. controu. 15. num. 27.*

In hac materia principalitèr erat ad-
uertendum, quod alitèr erat tractandum
in filia maritanda, & aliud in filia mari-
tata.

20 Reſpectu filiæ maritandæ, & ſi tale pa-
ragium cōpetat filiæ excluſæ à feudi ſuc-
ceſſione à die nubilis ætatis, vt probat
*Giurba in ſuis obſeruat. in obſeru, 28. num. 1.*
21 nec alitèr producat intereſſe, nec peti
poteſt antequā nubat, ſed tantùm alimen-
ta, vt teſtificatur *Conſil. Io. Andr, Georg. al-*
*legat. 11.* & illud poteſt taxari vſque ad le-
22 gitimam, & illam excedere vſq; ad virilē,
retulit *Andr. Capan. de vita, & militia q. 22.*
*num. 6. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. 8.*
*nu. 25. tom 2. Reg. Capyc. Latro d conſult. 158.*
23 *num. 40.* & ità non alitèr eſſe poſſit minus
legitima, *Camill. de Medic. conſ. 59. num. 16.*
*Camill. Laratha conſ. 26. num. 23.* ſed bene
plus legitima, *vt ſubdit num. 62.*

24 Adhùc tamen etiam in vita patris de-
beri poterit, *Reg Hector Capyc. Latro d con-*
*ſult. 158. num. 37. tom. 2.* cum regularitèr il-
lud debeatur vigore *Conſtit. In aliquibus,*
inſpecto

inſpectio tempore mortis patris, vt poſt
*Coltam in ſuis memorab. verbo dos conſtituta fi-*
*lia*, *Grammat. deciſ.57. & 10. Dec. conſ.26.*
*Reg. Rouit. conſ.36. num.1. tom 2.* quoniam
debetur tempore mortis patris, *Laratha*
25 *conſ.38. num.41.* & hoc quando ab inteſta-
to moritur pater, vt ibidem fatetur *Reg.*
*Rouit.*

At cum in præſenti caſu verſabatur in
muliere nupta poſt mortem patris, & in
facto liquebat patrem ipſius Corneliæ re-
linquiſſe ducatos 400. pro eius monaca-
tu, & quia voluerat ſe maritare, ideò ſuc-
ceſſo obitu dicti eius patris, matrimonio
collata fuit à matre, & fratre dotata pro
ſumma ducatorum 400. inſteterat pro pa-
ragio, ac alijs ſupradictis portionibus, &
26 ſi benè in nupta paragium eſt ipſa legiti-
ma, *Hodierna controuerſ foreuſ. cap.21. nu.10.*
*& cap.7. num.27.* minus legitima eſſe non
poſſit, quod ſecus eſt in filia in capillo cũ
poſſit excedi, *Camill. Laratha d. conſ.25. nu.*
*39. Reg. Capyc. Galeota vbi ſupra. Reg. Capyc.*
*Latro d. controu.168. num.41.* non tamen ex-
cedit legitimam, idem *Reg. Capyc. Galeota*
*controu.16. num.6. & 8. tom.2. Capan. d. quæſt.*
*25. num.3.*

27. Attamen videbatur ei competere ſup-
plementum paragij, ſeù legitimæ in ma-
ritata, quod non excedit legitimã, vt ibi-
dem *Capan. num.7. Franc. Maria Pratus di-*
*ſcept. forenſ. cap.14. num 66. tom.1. Molfeſ. ad*
*conſuet. Neap. par.3. quæſt.7. num.7. & par.4.*
[illegible]
[illegible] propter cum paragium, & vita mili-
[illegible] circa taxationem iudicantur vt legi-
[illegible], *Capan. d. cap.22. num.3.* vbi ità deciſũ
[illegible], & ſucceſſiuè vt cum tale paragium
non alitèr continere videbatur quantita-
tem valoris tertiæ, vel dimidiæ, quod ſe-
29 cundum aliquos eſſe oſtenditur tertia
tertię portionis, quam filia eſſet habitura,
ſi non excluderetur, *Petr. Gregor. de dote, &*
*paragio, quæſt.29. num.2.* ſed illa veriùs eſſe
dicitur qua poſſit pari nubere, vt ex *And.*
*in d. Conſtit. In aliquibus, col. penult. verſ. nos*
*dicimus*, perpendit *Camill. de Medic. conſ.75.*
*num.6.* vbi *num.9.* ſubdit, quod aliud non
30 denotat paragium niſi congruam dotẽ,
& qualis ſit congrua dos filiæ patri tantũ
ſtabilitur, & de eius iudicio non eſt diſce-
ptandum, ex *Soccin. & ibi relatis*, vel arbi-
31 trio Iudicis, vt ſupra dictum eſt; & patri,
quod videtur conueniens, omnibus debet
videri tale, *Molfeſ d. par.3. quæſt.7. nu.9.*

Cum igitur in nupta ageretur, cui pa-
ter legauerat dictos ducatos 400. pro do-
te monachatus, licet poſteà à matre, & fra-
tre dotata pro ſumma ducatorum 400. vi-
debatur excludi à tali petitione, eo ma-
gis attento numero octauo filiorum, quo
ſiquidèm numero attento, legitima, ſeù
32 paragium ſunt, ſcilicet tertia portionis
ab inteſtato, ſi ſunt quatuor filij, ſi verò
quinque dimidia pars, vt probant *Camill.*
*de Medic. conſ.37. num.1. Reg. Capyc. Galeota*
*controu.15. num.32. tom.2.*

Benè tamen ex aduerſo replicabatur,
quod attento dicto legato, non videbatur
eius pretentioni ſatisfactum; eo quod pa-
ragium non eſt merè legatum, *Reg. Lanar.*
*conſ.70. num.7.* & videbatur ſatis læſa ex
differenti dotatione facta ab eiſdem alte-
ri ſorori Angelcllæ Fraianæ, cui fuerunt
promiſſi ducati 1500. per hæc verba: *Per*
*contemplatione, e cauſa del quale matrimonio, e*
*per li peſi di quello ſopportandi eſſo Gio. Fran-*
*ceſco, e Portia dotanti la detta Angelella pro-*
*mettono al detto Gio. Battiſta in dote, & dotis*
*nomine ducati 1500. tanto di robbe paterne di*
*eſſo Gio. Franceſco, quanto delle robbe materne,*
*che la detta Portia li promettono nel modo ſe-*
*quente videlicet*. Ex qua dotatione videba-
33 tur reſultare inęqualitas inter filias con-
tra diſpoſitionem relatam in *L. inter filios,*
*& filias bona inteſtatorum parentum pro viri-*
*bus portionibus æquo iure diuidi oportere ex-*
*plorati iuris eſt, C. fam. erciſc.* vbi *Gloſ. & DD.*
quo circa non vetebatur ſaltim ſupple-
mentum paragij expetere, vt dictum eſt
34 ſupra, ex quo filia ſi fuerint maritata ſe-
cundum paragium; ſi tamen non habuit
dotem ſecundum paragium, aget ad ſup-
plementum paragij, vt inquit *Bartholom.*
*de Capua in d. Conſtit. In aliquibus*, ad quod
*Gramat. ibidem num.4.* dixit, quod filia ma-
ritata de paragio, quæ non habuit dotem
ſecundum paragium, poteſt agere ad ſup-
plementum.

Verùm, quia reſpectu bonorum pater-
norum non fuerat exacta probatio illorũ
facta, vt potuiſſet determinari portio ei
debita, quæ pendebat ex liquidatione
bonorum ipſorum, & ampliùs, quia pater
relinquerat certam ſummã pro eius dote,
vt efficeretur monacha, & ſi ipſa hoc re-
nuiſſet, & voluiſſet maritari, exiſtebat ta-
lis dos relicta, quo caſu etiam debetur, ſi-
35 cuti legatum factum ſub conditione non
nubendi, non amittitur, ſi ſponſalitia cõ-
trahat, ex *Sanch.* probat *Donat. Ant. de Ma-*
*rin. quotid. reſolut. cap.127. num.5. tom.2.* qui-
bus addo *Mantic de coniectur. vltim. volunt.*
*lib.11 tit.19. num.4.* ex *Rimin. iun. conſ.215.*
*num.172 & 173.* & ſi modica fuiſſet atten-
36 ta legitima ſibi debita, non alitèr ſupple-
mentum

Digitized by Google

eſſet debitor ceſſus difficilis potiùs, quam
210 facilis exactionis, nàm ceſſio nominis
habet annexam conditionem, ſi debitum
exigi poſsit à debitore ceſſo, quod decla-
ratur procedere in ſimplici ceſsione, non
autem in venditione, vel datione in ſolu-
tum, aut delegatione, vt probat ibidem
*Hartaman.num.* 13.

Ad hoc enim replicabatur, quod quã-
do fuerit ceſſum nomen exigibile, quod
ſemper debet præſtari idoneum per ce-
dentem, cum igitur huiuſmodi promiſsio
211 non ſit pura, ſed cum iſta qualitate exi-
gibilitatis, quæ erit verificanda, proùt ex
*Caſtr. in l. pupilli, § ſoror, ff. de ſolut.* firmat
*Gratian.d cap.* 527.*num.* 5. aſſerens fuiſſe per
*Rot. Rom. corã Penia* 26. *Aprilis* 1600. *deciſũ*,
& ſequitur *num.* 6. dicendo, neque enim
hoc caſu erit imputandum ceſsionario
ſi non explorauit conditionem nominis
ceſsi, tanquàm ſubducto ſuaſionibus,
& promiſſionibus principalis cedentis,
dùm aſſerit debitorem ceſſum eſſe exigi-
bilem, & idoneum quod facit, vt nun-
quam cedens liberetur, ſed ſemper de-
beat præſtare talẽ, vbi multa allegat, ſicut
probatum apparebat in facto, dùm ipſe
creditor conſequi nõ potuerat dictos an-
nuos introitus ab Vniuerſitate, & inten-
debat liquidare inſtrumentum contra ce-
dentem, ipſe precibus, & promiſsionibus
212 perſuadebat velle ſatisfacere; cedens .n.
nomen redditus, non eſt liberatus, ſi red-
ditus nõ ſoluãtur, *Guzman d.tract quæſt.* 35,
*num.* 6. ſubdèns *num.* 7. quod ceſsio habet
tacitam conditionem, quatenùs ceſsio-
narius poterit ſolutionem conſequi à de-
bitore ceſſo, ea propter cum ſit in ſtipu-
213 latione deducta, exigibilitas, tùnc dice-
retur commiſſa ſtipulatio per ſolam mo-
ram non ſoluentis, nec erit facienda ex-
cuſsio, ex *text. in l. ſi fideiuſſor, §. fin. ff. de fide-
iuſſ.* probat *Andriol. in d. controuerſ.* 115. *ſub
num* 12.
214 Et ampliùs non erit neceſſaria quando
notoriè conſtat principalem debitorem
non eſſe ſoluendo, ità refert *Carrocc. in
tract de exeuſſ. bon par.* 2. *quæſt.* 35. *nu.* 1.

Aut quando debitor ceſſus eſſet deco-
ctus, ex *Marſil. de fideiuſſ. num.* 10. *& Henrig.
eod tract cap.* 27. *par.* 1. *num.* 273. probat ibi-
dem *Conſil. Paul. Stayban. num* 19. quibus
addo *Ciarlin. controu. forenſ. tom.* 1. *cap.* 95,
*num.* 21.

Vel ſi nomen ceſſum ſit litibus inuolu-
tum, vt facilè disbrigati non poſsit, aut
quando facilè conueniri non poſsit, vel
cõtra eum exequutio difficilitèr fieri po-
teſt, vt ibidem *Conſil. Stayban. nu.* 25. *&* 26.
probat, & nouiſsimè *Pratus d.cap.* 21. *nu.* 2.
*Ciarlin ibi num.* 16.

Et ſi dicatur, quod idoneitas, & exigi-
bilitas nominis ceſsi ſit conſideranda, &
expectanda iuxtà tempus venditionis, &
215 ceſsionis, quia qualitas adiecta verbo
debet intelligi ſecundũ tempus verbi, *l. in
delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. action.* &
periculùm rei venditæ non pertinet ad
venditorem, niſi de tempore venditionis,
*l. ſi vina, in princ. ff. de peric. & commod. rei
216 vend.* & propterea promiſsio vendito-
ris, & cedentis debet reſtringi ad tempus
ceſsionis, & venditionis, vel ad tẽpus quo
debitor debet ſolutionem facere, vt ani-
maduertit *Rota illa cenſus* 5. *Martij* 1627.
*coràm Ill. D. Coccino, quæ eſt poſt tract. Cenc.
deciſ.* 476 *num.* 1. *& ſeq.* de quo tempore ad
217 eum ſpectat periculum fruſtratoriæ ino-
piæ debitoris ceſsi, ità *Cencius vbi ſupra,
verſ. declaratur ſecundo*, quem citat nouiſsi-
mè *Pratus d cap.* 21. *num.* 56. *Io. Franciſc. An-
driol. d. controu.* 115. *num.* 10.
218 Reſpondetur, quod periculum nomi-
nis ceſsi ad cedentem, non autem ad ceſ-
ſionarium ſpectabit, probat idem *Cencius
de cenſ. quæſt.* 107. *ſub num.* 16. *in noua impreſſ.*
& latè *Ludouic. Bellus conſ.* 190. *nu.* 7. & præ-
cipuè periculum nominis debitoris ceſsi
219 cauſa dotis, remanet ſub periculo dan-
tis, quando maritus illud ignorauit, ex
*Bald. in l. promittendo, ff. de iure dotium*, cum
alijs relatis à *Rodr. d. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 18.
quem probat *Pratus vbi ſupra nu.* 54. adhi-
bita tamẽ diſtinctione ſupra relata, quan-
do ſimplicitèr ſit ceſsio, vel alio modo,
*Surd. d. conſ.* 22. *num.* 35.

Verum tamen quãdo verſemur in ven-
ditione, ſeù datione in ſolutum, tùnc pe-
220 riculũ nominis debitoris venditi, & in
ſolutum dati poſt venditionem, ſeù in ſo-
lutum dationem ſpectat ad accipientem,
idem *Cencius deciſ.* 332. *num.* 2. *poſt eius tract.*
latiſsimè *Guzman eod. tract. quæſt.* 35. *nu.* 85.
*cum ſeq. Franc. Hieron. de Leo d. deciſ.* 192.
*num* 10. *lib.* 2. *Rodriq. d. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 7.
eo magis quando fuerit ceſſum nomen
debitoris ex cauſa dotis, vt dictum eſt.
221 Et tùnc ſi nomen detur in ſolutum, &
euinceretur ceſsionarius agit de euictio-
ne contra cedentem *Rodriq. vbi ſupra nu* 5.
abſoluto debitore ceſſo, *Hartam. d. obſeru.*
212. *num.* 18. *&* 25.

Si tamen eo tempore ceſsionis non
erat ſoluendo, licet ceſsionarius eſſet ne-
222 gligens, nihil ei dicta negligentia obeſ-
ſet: quia culpa non poteſt imputari ali-
cui

cui ſi non fecit, quod factum nõ erat profuturum, *Guman vbi ſupra num.35.& 36.* & negligentia ceſſionarij in non exigendo ſibi non nocebit; *Pratus vbi ſupra nu.65.*

Poſtremò nil releuare poterat, fuiſſe deſcriptam partitam ducatorum 70. annuorum in faciem ipſius creditoris ceſſionarij in libris eiuſdẽ Ciuitatis ab eius Electis, & Officialibus: quia talis deſcriptio proceſſerat ex facto voluntario ipſorum, non tamen coactè, & iudicialitèr.

223 Poſtquàm exigebatur citatio debito-
ris ceſſi, & illum conuenire vtili actione,
antequàm agatur contra principalem,
juxtà notata in *l.1. & 2. C. quando fiſc. vel*
*priuat. Gloſ. in l.1. verſ. decernere, C. de pret.*
*pign.* firmat *Gratian. d.cap 507. num.13.* vbi
*num.19.* concludit tutius eſſe citationem
adhibere, *& ibidem nu.20.* ſubnectit, quod
nomen debitoris priùs conueniri poteſt,
quam debitor principalis, & ſic ipſa ceſ-
224 ſio nominis debitoris requirit notifica-
tionem, vt ſit ius quæſitum, *Coſta Sicul. con-*
*ſil.34. num.1.* in tantùm eſt verum, quod
225 ceſſionarius non poterit exequi contra
debitorem ceſſum, niſi priùs facta denun-
ciatione, aliàs exequutio erit nulla, *Guz-*
*man d.quæſt.35. num.33.*

Quæ ſiquidèm omnia cum non fuerit adimplere, quia impleri non poterant per ipſum creditorem contra tale nomen ceſſum ſine inſtrumento in forma probante, & aſſenſu Regio, juxtà promiſſionem ipſius cedentis, meritò contra cedentem proteſtatus fuerat, requirendo ipſum ad liquidandum contra dictam Vniuerſitatem juxtà eius facultatem reſeruatam liquidandi contra ipſam, & per conſequẽs contra dictum cedentem ad inſtantiam ipſius creditoris non valentis adimplere.

Neq; obſtabat, quod ipſe ceſſionarius
exigerat certas quantitates pecuniarum
ab ipſa Vniuerſitate, poſtquàm cedens, nõ
226 poteſt impedire, quominus ceſsiona-
rius non exigat, *Buratt. deciſ.848. nu.7.* imò
227 cedens, agere poterit, vt ſoluatur ceſsio-
nario, *Farinac. deciſ. ciuil.766 num.6. par.2.*

Verùm quia ceſsio in dubio præſumitur ſimplex, *Rota in nouiſſ. d. dec.392. nu.25.* quemadmodũ probatum fuit in præſenti caſu, & ex hac ſimplici ceſsione ſubſequebatur, quod periculum nominis ceſſi ſpectat ad cedentem, & tale nomen remanet in bonis, & in dominio cedẽtis, & cedens per ſimplicẽ ceſsionem, non eſt priuatus obligatione ſui debitoris quam habet, ideò poterit adhùc agere contra debitorẽ ceſſum, & ab eo exigere, ex *Bart.* *in l. facta, §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Surd. conſ. 269. num.23. & 24.* cum alijs apud *Statil. Pacif. eod. tract. inſpect.4. cap.1. num.92.*

228 Quo fit, vt licet dicatur quod qui cedit
ſoluiſſe dicatur, & liberatus eſt ab identi-
tate, *l. qui debitorem, ff. de fideiuſſ. l. verbũ exa-*
*cti, ff. de verb. oblig.* vbi *Gloſ.* ſubdit, quod
creditor videtur exigiſſe, *l. inter cauſas, §.*
*abeſſe, ff. mand.* cum alijs apud eundẽ *Guz-*
*man d. quæſt.35. num.116.*

Procederet quãdo ceſsio nominis debitori facta eſſet loco ſolutionis, quem tùnc periculum non ſpectabit ad ceſsionarium, *Thomat deciſ.29. num.5.*

229 Vtputà per dationem in ſolutum, quæ
ſolutionis loco habetur, *Hieron. de Leo de-*
*ciſ. Valent.192. num.1. Maur. Aretin. in tract.*
*de ſolut. cap.2. §.9. num.1.*

Vel quando non per viam dationis in ſolutum, ſed per modum pignorationis, & aſſecurationis, quem tenderet ad commodum, & periculum cedentis, *Buratt. d. deciſ.450. num.4.*

230 Sed quãdo cedens erit debitor ceſsio-
narij, & vt ſibi ſatisfaceret, ceſſerit iura
contra ſuum debitorem, non cenſetur
ſoluiſſe, nec ſatisfeciſſe, ex *Gloſ. in l. legaui,*
*ff. de lib. leg. Alex. conſ.96. lib.3. Dec. conſ.99.*
*num 4.* probat ibidem *Guzman nu.89.* cum
231 iſthęc ceſsio importet ſolum mandatũ,
& non habetur loco ſolutionis, neq; ſatiſ-
factionis, niſi facta ſolutione, ex *Soccin.*
*conſ.37. num.13. lib.4. Bald. in cap.1. de benefic.*
*fratris*, probat *Cancer. variar. reſolut. lib.2.*
*cap.6. num.183.* vbi allegat *text. in l. ſi man-*
*dauero, §. interdum, ff. mand.* & ſequitur pro-
bando *num.184.* quod iſta ceſsio habet ta-
citam conditionem, quatenùs ceſsiona-
rius poterit conſequi à debitore ceſſo. ex
232 *Surdo ibi relato*, etenim cedẽs nõ liberat
debitorem ceſſum quando poſuit ceſsio-
narium in omnimodum locum, ſtatum,
gradum ſuũ, vel ceſsio facta eſſet per ver-
ba ampliſsima, & pręgnantia, ex *Surd. con-*
*ſil.22. num.35. & 36.* notat *Burat. deciſ.470.*
*num.10.* ſubdens, vel quando cedens, non
habet directas actiones, ſed vtiles tantùm
actiones ſibi paritèr ceſſas, vt ibi *Surd nu.*
*38.* & per eundem *Burat. deciſ.476.* prouit
erat in facto iſto; dùm ipſe cedens eandẽ
quantitatem debitam à dicta Vniuerſita-
te ſibi ceſſam, apparebat ex lectura capi-
tulorum matrimonialium, poſtquàm ceſ-
233 ſionarius non habet plus iuris quam
cedens, *Bellus conſ.159. num.10.* & debitor,
234 qui per ceſsionem acceptatam ab eius
creditore de nomine alterius debitoris
non erit liberatus, per *text. in l. item libera-*
*tur,*

Digitized by Google

*tur, §.qui paratus,ff.quib.mod.pign.vel hipoth. ſolu.* notat *Burati. d.deciſ.848.nu.8. & Cancer.ibidem d.num.183.*

235 Quocirca pro coronide huius thematis producebatur deciſio S.C. in conſimili facta, atq; relata ab eodem *Conſ. Paulo Staybano in calce d.reſolut.* allegatæ, per quã apparet fuiſſe condemnatos conuẽtos de Rota ad ſoluendum Marco Antonio Capano,& Lauræ Rotæ coniugibus ducatos 4000. ceſſos contra Ducem Termularum vna cum intereſſe liquidãdo, verùm ſi infra quatuor menſes ipſi de Rota procurauerint integralem ſatisfactionẽ totius quantitatis debitæ à dicto Duce, ſuperſederetur in exequutione dictę ſentẽtię &c. & prius in cauſa Ill. Marchionis Cilentiæ Principis Macchiæ, cum Ill. Duce Limatulæ, qui vti filius, & hæres Io. Andreæ, & Dianoræ Gãbacortæ, ſub prætextu,quod de anno 1601. contracto matrimonio inter dictum Andream,& Dianam inter cætera fuerunt promiſsi annui ducati 90.cũ eorum capitale ducatorum 1000, conſequendi à Beatrice Aurelia, & Io.Baptiſta de Ebulo, adiecto pacto, quod Andreas promitteret euictionem, & etiam qui annuæ pręſtationes ſint exigibiles,cuius pacti vigore petijt Io Andreas vti pater,& adminiſtrator eius filiorũ in anno 1631. condemnari dotantem ad ſoluẽdum ducatos mille ſortis principalis, & alios ducatos 2000. pro tertijs decurſis, & decurrendis cum intereſſe, eo quod illos non valuit exigere ab illis de Ebulo vti nominibus debitorum aſſignatis non exiſtentibus ſoluendo,imò decoctis, & compilato proceſſu die 1.Iunij 1641. per S.C. fuit prolata diffinitiua ſententia, per quam fuit condemnatus conuentus ad ſoluendum actori annatas decurſas ann.duc.90. pro capitale ducat.mille à die 12 Aprilis 1632. nec non ad correſpondendum ſingulis annis in futurum de dictis annuis ducatis 90. vt refert nouiſſimè prælatus doctiſſimus *Franc. Maria Pratus diſcept. forenſ. tom.1.eod.cap.21.Marchio Celſtiæ in fine.*

Deciſio huius compromiſſi præuio laudo refertur in ſequenti Caſu.

## SVMMARIVM.

1 *Cenſus,ſeù redditus annui poſt ceſſionem comparantur fructibus à ſolo ſeparatis.*
2 *Annui redditus quando debentur ratione fructuum naturalium inter immobilia computantur.*
3 *Intereſſe tertiarum venit appellatione fructuũ.*
4 *Vſuræ vicem fructuum habere dicuntur.*
5 *Intereſſurium fructuum non datur, neq; acceſſio acceſſionis.*
6 *Fructus fructuum non dantur.*
7 *Vſuræ vſurarum non dantur.*
8 *Intereſſe intereſſe non datur, & intereſſurium intereſſurij.*
9 *Lucrum ex lucro exigi non debet.*
10 *Annui redditus ſunt fructus ciuiles.*
11 *Annui redditus perpetui iudicantur fructus ciuiles.*
12 *Natura annuorum introituum eſt,quod ſint redimibiles, & ſic perpetui, num.13. & inter immobilia connumerantur num.14.*
15 *Annui redditus principalitèr debentur, & non acceſſoriè.*
16 *Intereſſe quando non petitur,vt acceſſio,ſed vt ſors parit aliud intereſſe.*
17 *Intereſſe annuorum introituum non ſolutorum in tempore debetur.*
18 *Intereſſe annuorum introituum ad quam rationem debetur.*
19 *Annuus redditus eſt ius percipiendi annuã correſponſionem, non autem pretium, ſeù capitale.*
20 *Ad poſitionem vnius,non ſequitur alterius poſitio.*
21 *Capitale annuorum reddituum eſt mortuũ penes debitorem.*
22 *Sors principalis in contractu cenſuali non eſt ità debita,vt exigi poſſit.*
23 *Sors redituum cum reliquis impoſſibile eſt exigere.*
24 *Debitor cenſus nullo caſu obligatur reſtituere ſortem.*
25 *Sors ſuccedit loco intereſſe.*
26 *Intereſſe annuorum introituum non ſoluturum debetur.*
27 *Intereſſe debetur poſt moram, etiam ſi debitor non fuiſſet admonitus.*
28 *Intereſſe oritur ratione moræ.*
29 *Intereſſe venit ex mora non ſoluentis.*
30 *Intereſſe non debetur ſine mora.*
31 *Mora dùm committitur, debetur intereſſe.*
32 *Sors quando ad libitum peti poteſt, tùnc nullum intereſſe currit niſi à die petitionis ſortis.*
33 *Mora non cadit vbi debitum eſt illiquidum.*
34 *Intereſſe quando debetur à die interpellationis.*
35 *Interpellatus iudicialitèr ſi non implet promiſſa, tenetur ad intereſſe.*
36 *Interpellatio non exigitur ſtante appoſitione diei in inſtrumento.*
37 *Dies interpellat pro homine.*
38 *Interpellatio vnica ſufficiens erit eo, quod ſemper durat,& pluries facta,magis iuuat.*
39 *Intereſſe dotis eſt damnum emergens.*

40 *Inte-*

Digitized by Google

40 *Intereſſe ex intereſſe percipi poteſt vbi agi-*
*tur de damno emergenti, ſecus de lucro ceſ-*
*ſante.*
41 *Forma interpellationis refertur.*
42 *Decretum compromiſſi enunciatur.*

ARGVMENTVM.

## Intereſſe ex redditu annuorum introituum ceſſorum, non alitèr exactorum à debitore ceſſo ex cauſa dotis, an debeatur.

CASVS XXXVI.

ALtera inſurrexit dubitatio ex facto
præenarrato in præcedēti Caſu re-
ſoluenda, ſi intereſſe ex dicto red-
ditu annuorum ducatorum, ſeptuaginta
non exactorum ab ipſa Vniuerſitate de-
beatur, & certum eſt in iure, quod cenſus,
ſiuè redditus annui, licet computantur
inter immobilia, antequàm cedantur.
1 Secus tamen poſteà, quia tùnc compa-
rātur fructibus à ſolo ſeperatis, ſicut pro-
bat *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 811. *num.* 21.
*& ſeq.*
2 Idcircò tales annui introitus non exa-
cti, dicuntur fructus pendentes; eo maxi-
mè quando debentur ratione fructuum
naturalium, & inter immobilia computa-
ri videntur, refert *Ludouic Bellus conſ.* 151.
3 *num.* 2. ſic intereſſe tertiarum venit appel-
latione fructuum, *Dom. Reg. Merlin contro-*
*uerſ. forenſ. cap.* 43 *num.* 16 *tom.* 2.
4 At cum vſuræ dicantur vicem fructuū
habere duplici ex cauſa, vt inquit *Roder.*
*de ann. reddit. lib.* 3. *quæſt.* 7 *num.* 12.
5 Meritò ſicut fructuum intereſſurium
non datur, neq; datur acceſſio acceſſio-
nis, vt idem *Roder. eod. tract. lib.* 1. *quæſt.* 14.
6 *num.* 46. & fructus fructuum, *Gratian. diſce-*
7 *ptat forenſ. cap.* 987. *num.* 2. ſic vſuræ vſurarū,
*l. fin. C. de vſur. Conſiliar. Theodor. allegat.* 40.
8 *num.* 40. *Gratian. vbi ſupra*, ſeù intereſſe alte-
rius intereſſe, & intereſſuriū intereſſurij,
idem *Roder. d. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 27. *Duard.*
*de cenſ. tom.* 1. §. 1. *quæſt.* 5. *ſub num.* 14, *&* §. 4.
*quæſt.* 38. *nu.* 1. *Ludou. Bellus conſ.* 229 *nu.* 27.
*& conſ.* 230. *nu.* 11. *Io. Anton. Bellon. conſ.* 25.
*num.* 6. *&* 8. *Honded. conſ.* 34. *num.* 7. *tom.* 2.
*Andriol. controu. for. cap.* 210. *tom.* 3. *per totū.*
9 Sic etiam lucrum de lucro exigere nō
permictitur, *Reg. Merlin. controu forenſ. to.* 2.
*cap.* 16. *num.* 8.

Ex aduerſo dicebatur certū eſſe, quod
10 cum ſint ipſi annui redditus fructus ci-
uiles, vt refert *Præſ. de Franch. deciſ.* 254.
*num.* 4. *& deciſ.* 168. *num.* 13. *Ludouic. Bellus*
*conſ.* 72. *num.* 42.
11 Et conſequētèr annui introitus perpe-
tui iudicantur immobiles, idem *Præſ. de*
*Franch. deciſ.* 362. *num.* 7. *Maſtrill. deciſ.* 121.
*num.* 19. *Ludou. Bell. vbi ſupra num.* 6. vbi id
declarat.
12 Ac etiam quia eorum natura redimi-
biles ſunt, *Conſ. de Georgio allegat.* 50. *nu.* 27.
licet etiam dicantur mobiles, vt ſupra di-
ctum eſt, præſertim tales redditus ad vſū
13 Bullæ, adhùc tamen tales annui redditus
redimibiles habitu perpetui ſunt, *Roder.*
*d. tract. lib.* 1. *quæſt. num.* 18. *Io. Crinell. deciſ.*
*Dolani* 53.
14 Et ſic inter immobilia connumerātur,
*Maſtrill. deciſ.* 121. *num.* 19. *Ioan. del Caſtillo*
*tom.* 1. *quotid. controu. cap.* 41. *nu.* 11. *Merlin de*
*pignor. lib.* 2 *tit.* 9. *quæſt.* 44. *num.* 4. *& ſeq.*
15 Ea propter cum ipſi annui redditus
principalitèr debeantur, & non acceſſo-
riè, vt dicunt *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 254.
*num.* 9. *Io. Crinell. deciſ.* 103. *num.* 8. *Maſtrill.*
*deciſ.* 115. *nu* 7. cum alijs citatis per *Franc.*
*Mariam Pratum diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 2.
*num.* 40. *& pract. obſeruat. in* 12 *obſeru nu.* 33.
16 nàm intereſſe quando non petitur vt ac-
ceſſio, ſed vt ſors parit aliud intereſſe, *Io.*
*Anton. Bellon. conſ.* 25. *num.* 8.
17 Et conſequētèr intereſſe dictorum an-
nuorum introituum in tempore non ſo-
lutorum debetur, vt ex *Piſanell. ad Afflict.*
*deciſ.* 291. ſic deciſum per S.C. teſtante re-
fert *Præſ. de Franch. vbi ſupra nu.* 12. ſequi-
tur *Grinell. deciſ.* 103. *Conſil. Theodor. d. alleg.*
40. *num.* 49.
Et hoc ad rationem ſeptem pro cente-
nario, vt ipſe *Præſ. de Franch.* dixit, & quan-
doque ad decem pro centenario, deciſum
refert *Anna ſingul.* 261. vbi & in alijs cauſis
18 intereſſe tertiarum ad rationem ducato-
rum quinque pro centenario, pluries per
S.C. deciſum aſſerit, ſequitur *Conſil. Theo-*
*dor. alleg.* 40. *num.* 36. vbi rationem reddit
per S. C. ad hanc ſummā ſolere liquidare
itereſſe tertiarum, & *num.* 49. aſſequitur
*Conſil. Paul. Stayban. iun. reſol* 81. *num* 22.
Vltimò aſſerebat ipſe Ioannes Angelus
Ægiptius, quod cum fuiſſent ceſſi dicti
annui ducati 70. non per hoc videbatur
ceſſum capitale; etenim quoties annuus
redditus ceditur, non intelligitur, quia
ſunt ſatis diuerſa inter ſe, & diſtinctè, ex
eo quia certum eſt annuum redditum nil
19 aliud eſſe, niſi ius percipiendi annuam
corre-

correſponſionem, non autem pretium il-
lius, ſeù capitale, vt fundat *Cenc. de cenſ. par.2. quaſt.2. art.6 num.26. Odoard. de cenſ. quaſt.26. num.74. Mantic. deciſ.14. num.26.*
ex ratione ſupra relata, quia ſe habent ad
inuicem vti diuerſa, & ſeperata, cēſus ſci-
licet, & pretium illius, ſeù capitale, & vno
legato, & conceſſo, non cēſetur legatum,
20 vel conceſſum alterum, nàm ad poſitionē
vnius, non ſequitur alterius poſitio, *l.ſed ſi ante, ff.de except l.ſi maritus, C.de donat. inter vir.& vxor. l.duobus, ff.de teſt.*

Quo fit, vt tale capitale non fuerat in
dotem datum, ſed illius annui redditus,
21 non alitèr poterat peti, quia erat demor-
tunm penès debitorem, *Abb.in cap in Ciuitate, de vſur.* cum alijs allegatis per *Nicol. Intrigl.de cenſib.quaſt.43.num.1.*

22 Sicq; ſors principalis in contractu cen-
ſus non eſt ità debita, vt exigi poſſit, *Cencius de cenſ.quaſt.70.num.2.*

23 Proùt quoquè in annuis redditibus,
nàm ſortem redditus cum reliquis exige-
re impoſſibile, ex *Rodriq. d.tract lib 3.q.10, num.25.*

24 Ità qnod ſortem reſtituere nullo caſu
obligatur debitor redditus, idem *Rodriq. eod.tract.lib.1.quaſt.4.num.13.*

25 Poſtquàm ſors ſuccedit loco intereſſe,
*Duard. deciſ.138 num.2.& deciſ.285 num.2. & deciſ.286. num. . . . poſt eius tract. de cenſib. tomo 2.*

Ea propter nec alitèr repeti potuerat
ad inſtantiam debitoris cedentis, neque
ceſſionarij, eo quia ſortem reſtituere, nul-
lo caſu obligatur debitor redditus, vt di-
ctum eſt ſupra.

26 Ex quibus omnibus reſultare videba-
tur intereſſe dictorum annuorum introi-
tuum non ſolutorum, quod etſi debeatur,
vt indicatum referr *de Franch. deciſ.21. & 254.* cum alijs apud *Maſtrill. deciſ.124. nu. 30.* adhùc tamen non alitèr deberi præ-
tendebat à die petitionis, quemadmodū
aſſerebat dictus Adminiſtrator dictæ Ca-
pellæ, etenim intereſſe annuorum introi-
tuum debetur vbi debitor eſſet in mora,
27 debetur enim intereſſe poſt moram, etiā
ſi debitor non fuiſſet ſufficientèr admo-
nitus, *Duard.d.tract.§.2.quaſt.11.nu.13.* quæ
eſt cauſatiua intereſſe, *Magon. deciſ. Flo-*
28 *rent.103.num.1.* vbi ratione moræ intereſ-
ſe oritur, *Praſ.de Franch.deciſ.642.num.12.*
29 non mirùm ſi venit ex mora non ſoluen-
30 tis, *idem deciſ.613.num.1.* igitur ſi intereſ-
ſe non debetur ſine mora, *Cencius dec.242. num.4. deciſ.324. num.1. & deciſ.243.num.1. poſt eius tract. Magon. vbi ſupra nu.1. Ciarlin. controuerſ.forenſ.tom.1.cap.29.nu.29.* & mo-
31 ra dùm committitur, debetur intereſſe,
*Muta deciſ.42.num.28.*

Quanquam autem introitns non ſint
empti, quod contingit quando ſors ad li-
bitum peti poteſt, & tùnc nullum intereſ-
32 ſe currit niſi à die petitionis ſortis, quia
eſt incertum debet liquidari, & interim
aliud intereſſe non oritur, vt dixit *Conſil.*
33 *Theodor. alleg.40. num.5.* quia mora non
cadit vbi debitum eſt illiquidū, *Theſaur. iun.lib.3.qq forenſ.quaſt.71.num.3. Monac.deciſ. Bonon.11.num.60.*

34 Multò ſortiùs quando introitus eſſent
empti, ex quibus debetur intereſſe ob
moram contractam, & tùnc intereſſe pro-
pter moram debetur à die interpellatio-
nis, *Cencius deciſ.61 num.7.* aliàs non debe-
retur, niſi præcedente interpellatione,
*idem deciſ.270.num.5.poſt d tract.*

In facto autē apparebat ipſum Io. An-
gelum pluries interpellaſſe cedentem, vt
liquidaret inſtrumentum contra dictam
Vniuerſitatem, vel ſibi conſignari ſcriptu-
ras promiſſas, vt ipſe potuiſſet iura ſibi
ceſſa exercere tàm iudicialitèr, quàm ex-
35 traiudicialitèr, & tùnc interpellatus iu-
dicialitèr, ſi nō impleat promiſſa, tenetur
ad intereſſe, *Cenc deciſ.138.num.1.*

36 Vltra quod ipſa interpellatio non ali-
tèr exigebatur ſtante appoſitione diei in
inſtrumento, *Cencius deciſ.486.nu.7. Oſaſc. deciſ.986.num.6.*

37 Nàm dies interpellat pro homine, *Cencius deciſ.379.num.12. Muta deciſ.52. nu.27. Philipp. Port. Imolenſ. in ſuis concluſ. iuris concluſ.21.*

38 Imò nō ſolùm ſemel interpellatus fue-
rat, quæ ſufficiens erat, vt ex multis pro-
bat *Ant. Phicard. in diſput. de mora, num.46. poſt Bertacch. in repert. verbo interpellatio,* &
ſemel facta ſemper durat, niſi ab ea rece-
datur, *Magon deciſ. Florent.103.num.13.* ſed
pluries iuxtà alteram opinionem DD. re-
latorum ab eodem *Phicard. in d.diſput. nu. 50. & 51.*

39 Et deniq; quia intereſſe dotis eſt dam-
num emergens, *Ludou. Bellus.conſ.169. n.2.*
40 meritò intereſſe de intereſſe poteſt perci-
pi vbi agitur de damno emergenti, ſecus
de lucro ceſſante, *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.987.num.12.*

Ex quibus omnibus concludi videba-
tur tale intereſſe ſibi deberi à die moræ
contractæ per lapſum diei, ac etiam per
interpellationes factas, & non à die peti-
41 tionis præteuſæ, forma autem interpella-
tionis eſt, vt debeat debitor interpellari,
vt ſol-

Digitized by Google

vt ſoluat, & ſic debet incitari ad aliquid, ità *Bart. in l. non ſolùm, §. morte, num. 53. ff. de noui oper. nunc.* & meliùs in *l. quod te, nu. 15. ff. ſi certum petatur*, vbi dat practicam huiuſmodi dicendo, nàm ſiquidèm tu es debitor facto tuo ſufficit, quod ego denuntio, tibi quod ſoluas, nàm cum ex facto ſuo dependeat, & intelligis, vel intelligere debeas te debere.

42 In DEI Nomine. Amen. Viſo compromiſſo ſtipulato ſub die 25. Nouembris 1648. per Ill. & Excell. Dominũ D. Martium Pignatellũ Principem Ciuitatis Minoruini Gubernatorem, & diſtributorem hæreditatis quondam Io. Franciſci Fraiani ex parte Reuer. Cappellæ S. Mariæ Gratiarum eiuſdem Ciuitatis hæredis dicti quond. Io. Franciſci, & per Io. Angelũ Ægiptium V.I.D. actorem ex altera virũ Syluiæ Fraianæ in noſtri perſonam facti, viſoq; inſtrumento dotali promiſſionis dotium dictę Syluiæ Fraianæ, ac ceſſionis annuorum ducatorum ſeptuaginta conſequendorum à prędicta Ciuitate pro capitale ducatorum mille promiſſorum per dictum quond. Io. Franciſcum fratrem dictæ Syluiæ cum pacto expreſſo exigibilitatis conſignationis ſcripturarum, & euictionis in forma fol. 1. 2. & 3. viſoq; proceſſu deſuper facto in Curia Epiſcopali dictæ Ciuitatis, viſiſq; videndis, conſideratis conſiderandis, ac auditis Magnificis Dominis Aduocatis vtriuſq; partis pluries oretenus, & in ſcriptis, &c.

Per hoc præſens laudum dicimus, decernimus, determinamus, arbitramur, & laudamus ſupradictam Reuer. Cappellam S. Mariæ Gratiarum dictæ Ciuitatis Minoruini hæredem dicti quond. Io. Franciſci Fraiani, & pro ea Ill. & Excell. Principem dictæ Ciuitatis D. Martium Pignatellum nomine quo ſupra fore, & eſſe condemnandum, prout præſenti laudo condemnetur ad dandum, & ſoluendum eidẽ V.I.D. Io. Angelo Ægiptio actori redditus decurſos, & non exactos à dicta Ciuitate ob eius inexigibilitatem, & impotẽtiam dictorum annuorum ducatorum ſeptuaginta dotalium dictæ Syluiæ vna cum intereſſe illorum ad rationem ducatorum quinque pro centenario liquidandis tempore exequutionis præſẽtis laudi, de quibus tertijs conuertantur duc. 350. in tutam emptionem pro ſecuritate dotis ipſius Syluiæ ſeruata forma pacti in inſtrumento dotali adiecti, nec non ad continuandum ſingulis annis in futurum ſolutionem dictorum ducatorũ ſeptuaginta, ſaluis iuribus competentibus eidem Ill. & Excell. Principi nomine quo ſupra contra dictam Ciuitatem Minoruini, pro quibus omnibus aſſiſtentiã præſtari mandatur in forma cum adiudicatione, prout præſtamus ſuper bonis deſcriptis in libello, ac etiam ad ſoluendum pretium vnius trabacchæ, & duorum baullorum ducatorum triginta, & ad medietatem expenſarum erogatarum in expeditione diſpenſationis obreptæ à Sede Apoſtolica, verùm ſi præfatus Ill. & Excell. Princeps procurauerit infra duos mẽſes ſolutionem redditum decurſorum vna cum intereſſe ab Vniuerſitate prædicta, abſoluatur pro præterito, & ità hoc præſenti laudo decernitur, arbitratur, & laudatur, hoc ſuum. *Io. Baptiſta de Thoro Arbiter.*

Lectum, latum, & publicatũ fuit ſupradictum laudum per Mag. V.I.D. Io. Baptiſtam Thorum Arbitrum electum præſentibus pro teſtibus Reu. D. Io. Vincentio Raphaele, Carolo Ruſſetto, Franciſco Turtura, Ioſeph Vitulo, & alijs perſonis in numero oportuno ſub die 7. menſis Maij 1649. Dominicus Grantius Scriba ordinarius S.R.C. & Actuatius aſſumptus.

*SVMMARIVM.*

1 *Paragium quod nàm ſit.*
2 *Paragium debetur de allodio, & feudo, itemq; de bonis burgenſaticis.*
3 *Paragium debetur reſpectiuè ad feudalia, & burgenſatica.*
4 *Paragium eſt onus feudi intrinſecum.*
5 *Paragium ſucceſſit loco portionis hæreditariæ feudi, ſeù loco legitimè.*
6 *Paragium oneraſentire non debet.*
7 *Paragium eſt quota bonorum, deducto ære alieno.*
8 *Paragium ſuccedit loco portionis feudi, à qua fœminæ ſunt excluſæ.*
9 *Paragium reſpectu burgenſaticorum eſt portio hæreditatis, quæ eſt loco portionis de iure naturæ debita.*
10 *Paragium debetur fœminis loco portionis hæreditariæ, & ſic legitimæ.*
11 *Paragium debetur vigore Conſtitutionis, non differt à legitima.*
12 *Paragium dotis eſt pro legitima ſororis, & eiuſdem naturæ.*
13 *Paragium denotat in quantum eſt dari conueniens, inſpecta qualitate bonorum feudi.*
14 *Paragium datur habito reſpectu ad facultates, & numerum filiorum, dignitatem viri, & mulieris.*
15 *Paragium dupliciter conſideratur.*



Digitized by Google

16 Paragium burgenſaticorum, ſi incongruè fuerit conſtitutum, debet ſuppleri ſuper rebus emphiteoticis.

17 Paragium ſuppleri debet de proprio, pro inueniendo viro condigno.

18 Fœmina tunc excluderetur, quando paragium fuerit taxatum actentis omnibus bonis cuiuſcunque generis.

19 Paragium vt nubat pari relictum eſt, arbitrio Iudicis.

20 Paragium competit filiæ excluſæ à feudi ſucceſſione.

21 Paragium filiæ debitum intereſſe non parit, nec peti poteſt, antequàm nubat, ſed tantùm alimenta.

22 Paragium filiæ debitum taxari poteſt vſq; ad legitimam, & illam excedere vſque ad virilem.

23 Paragium non poteſt eſſe minus legitima, ſed plus.

24 Paragium etiam in vita patris debetur, & quare.

25 Paragium debetur tempore mortis patris, quãdo ab inteſtato moritur.

26 Paragium in nupta minus legitima eſſe nõ poteſt, ſecus in filia in capillo, cum poſſit excedi, non tamen excedere legitimam.

27 Supplementum paragii, ſeù legitimæ in maritata competit, quod non excedat legitimam.

28 Paragium, & vita militia circa liquidationem liquidatur vt legitima.

29 Paragium ſecundum aliquos eſt tertia tertiæ, quam filia eſſet habitura, ſi non excluderetur, ſed veriùs dicitur qua poſſit pari nubere.

30 Paragium aliud non denotat niſi congruam dotem.

31 Dos congrua qualitèr dicatur.

32 Legitima, ſeù paragium eſt tertia portionis ab inteſtato, ſi ſunt quatuor filij, ſi vero quinque dimidia.

33 Æqualitas inter filios ſeruanda in dotatione.

34 Filia ſi dotem non habuerit ſecundum paragium, aget ad ſupplementum.

35 Dos legata etiam debetur, ſicuti legatum factum ſub conditione non nubendi, non ammittitur, ſi ſponſalia contrahat.

36 Dos à patre profecta, licet modica actenta legitima, non admittit ſupplementum, & ſic deciſum.

37 Legatum factum filiæ, cenſetur factum in compenſationem dotis.

38 Filia portionem bonorum maternorum conſequitur ex Conſtit. Regni.

39 Filia in bonis maternis, an præferatur, & qualiter.

40 Frater dans paragium pro dote ſorori, repellitur à ſucceſſione matris, atq; paterna ſecundum aliquos.

41 Filia excluditur ab illa hæreditate, de cuius hæreditate proceſſit.

42 Portio bonorum maternorum ad filiam ſpectat, & qualiter procedat.

43 Opinio Affl. in Conſt. In aliquibus, nu. 48. refertur circa portionem bonorum maternorũ filiæ debitam.

44 Ius in Regno facit iudicatum per S. C.

45 Filia fœmina debet habere paragium de feudo materno ab eius fratre ſuccedente in illo.

46 Paragium debetur filiæ tàm de bonis paternis, quàm maternis, ex Conſ. Neap.

47 Frater dotando ſororem, cenſetur tàm de bonis paternis, quàm maternis.

48 Mater preſumitur de proprio dotare filiam, quàmuis aliqua bona filiæ ſint penès eam, ſi illa ad dotem non ſufficiant.

49 Actus quando nomine proprio, & alieno fieri poteſt, præſumitur nomine proprio factus.

50 Actus quilibet proprio nomine geſtus præſumitur, & ſi gerit alio nomine.

51 Præſumitur quod quis faciat actum ſuo nomine, quam quod fecerit delictum faciendi nomine proprio.

52 Paternum eſt officium dotare filias.

53 Dotare filiam, annexam habat neceſſitatẽ pater.

54 Dos data, vel promiſſa ſimplicitèr à patre pro filia ex bonis patris promiſſa præſumitur.

55 Diſpoſitio l. fin. C. de dot. promiſſ. non habet locum reſpectu matris.

56 Mater quando cenſetur dotaſſe tàm de bonis paternis penès eam exiſtẽtibus, quàm de ſuis, & quid in patre.

57 Mater non tenetur dotare filiam, & ſcientèr dotando donare præſumitur.

58 Conſilium Affl. datum patri, vel fratri in dotando filiam, ſeù ſororem, quæ habet matrem habentem dotem, vel ſucceſſionẽ in bonis alicuius, quomodò erit dandum.

59 Fratres tenentur ſorores maritare iuxtà paragium ex Conſtit. Regni, eo quia ipſe non admittuntur ſtantibus maſculis.

60 Frater tenetur dotare ſororem habita ratione ad portiones defunctorum, quæ accreſcunt ſuperſtiti fratri.

61 Mulier, quæ per dotem à ſucceſſione repellitur, neceſsè erit, vt ſit dotata de illis bonis.

62 Frater tenetur maritare, & dotare ſororem, non tantùm de bonis paternis, num. 63. ſed etiam maternis, num. 66.

64 Frater dotem, dotando ſorori de bonis paternis dediſſe præſumitur, & ratione oſtenditur. num. 65.

66 Frater præſumitur dotare ſororem de bonis vtriuſq; paternis, & maternis.

67 Soror dotata de paragio de bonis patris, vel fratris excluſa cenſetur à bonis maternis, & qualitèr intelligatur, ibi refertur.

68 Filia

Digitized by Google

68 Filia à fratre dotata viua matre, cenſeatur dotata etiam de maternis bonis.
69 Frater dotando ſimpliciter ſororem de ſuo, videtur dotaſſe quaſi donauerit ſorori.
70 Dotare videntur Curatores, Adminiſtratores, & Tutores de bonis, quorum curam habent.
71 Auia, quæ gerit negotia neptis, de eius bonis dotare præſumitur.
72 Frater ſororis debitor in eadem quantitate quam in dotem promiſerit, tunc non donandi, ſed compenſandi animo dotem dediſſe cenſetur.
73 Frater, vel mater ſimpliciter dotantes, rem propriam, vel communem in dotem dare cenſentur, etiam ſi eſſent adminiſtratores.
74 Dos per matrem, & fratrem, defuncto patre, conſtituta ex maternis, fraternisq; bonis in partes conſtituta intelligitur.
75 Deciſio S.R.C. refertur, vt debeatur paragiũ à fratre ſorori vna cũ fructibus, & ad portiones bonorum hæreditariorum amitarum vna cum fructibus liquidãdis, & pro reliquis abſoluendum.
76 Laudum prolatum ſuper eadem difficultate enunciatur.
77 Paragium ad hæredes ſororum mortuarum nõ tranſmittitur, ſed fratribus accreſcit, & ratione comprobatur.
78 Paragium, an ad hæredes tranſmittatur in controuerſiam deductum eſt, ſed qualiter fuerit deciſum, refertur num. 79.
80 Paragium quæritur mulieri tempore nuptiarum.
81 Additamentum paragij, quod debetur mulieri, vt pari nubat, non tranſmittitur ad hæredes.
82 Dotatio vnica, an ſufficiat, vel plures iuxtà ſucceſſiones, inſpecta Conſuetud. Neap. aut Conſtit. Regni.
83 Soror ſuccedere volens fratri, vel ſorori mortuis, an excludatur per fratrẽ viuum de iure communi.
84 Paragium debetur ſorori tàm de Iure conſuetudinario, quàm Regni.
85 Paragium qualiter liquidatur.
86 Paragium debetur ei, cui pater minus debiti paragij legauit.

ARGVMENTVM.

Paragium an competat filiæ maritatæ incongruè, ſuper bonis paternis, maternis, & portionibus fratris; ac ſororibus prædefunctis.

CASVS XXXVII.

Altera controuerſia vertẽs inter Cappellam S. Mariæ Gratiarum Ciuitatis Minoruini, & pro ea Ill. & Excell. Principem illius Adminiſtratorem, vti hæredem quon. Io. Franciſci Fraiani, & Corneliam Fraiani, & Mihi ab eiſdem compromiſſa determinanda, per ea, quæ ex facti ſerie oſtendebatur, apparebat ipsã Corneliã in anno 1598. fuiſſe matrimonio collocatã cum Alexãdro Raphaele, cuius cauſa in dotem, & pro dote fuerunt promiſſi ducati 400. à Portia de Graſſis eius matre, & hærede Spinucci Fraiani ſimul cum dicto Io. Franciſco cũ alijs mobilibus corredalibus, vt ex inſtrumento dotali celebrato parebat.

Inde vidua relicta, & remãſa, iudicium intentauit in Curia Epiſcopali dictæ Ciuitatis contra dictam Cappellam hæredẽ inſtitutam in anno 1645. aſſerendo poſt mortem eius patris relictis duobus filijs maſculis Hieronymo, & Io. Franciſco nec non ſex filiabus fœminis Lucretia, Angela, Syluia, Antonia, Laura, & Cornelia, & inde ab hac luce migraſſe dictum Hieronymum, Lauram, & Antoniam, ob quorũ obitum ſpectabant portiones eidem Corneliæ, nec non paragium in bonis paternis, ac portionem bonorum matenorum, iam quod non fuerat congruè dotata, neque renunciauerat, & cum fuiſſet condemnata prædicta Cappella ad ſoluendũ ducatos 1500. pro ſua legitima, paragio, & ſupplemẽto paragij, iuxta dotem elargitam Angelę Fraianę eius ſorori, ex quibus debuerant ducati 140. ſoluti à dicto Io. Franciſco Portiæ Raphaeli filiæ dictæ Corneliæ, & deuoluta cauſa per appellationem ad Curiam Archiepiſcopalem Barenſem, poſtmodum mihi compromiſſa, vt de iure tantùm laudum proferre deberem; adeòq; cum tota cauſa ipſa ad tria potiſſimùm capita reducebatur, hoc eſt ad ſupplementum paragij bonorũ paternorũ. Secundo ad portionem bonorũ maternorum, & Tertio ad portiones pręfunctorũ fratris, & ſororum, quæ ſiquidẽ altercationes verſebantur inſpecto Iure *Conſtitutionis Regni In aliquibus*, quæ cantum eſt, quod ſtante filio maſculo, & filia fœmina deſcendentibus ex patre in bonis paternis tàm burgenſaticis, quàm feudalibus, ſuccedit ſolus filius maſculus cũ onere, q; teneatur ſorores, & amitas ſine paragiũ maritare, vbi *Andr. in verbo maritare*, dixit, quod paragium eſt portio quã



Digitized by Google

1 habet de bonis, quod habere debet ſine aliquo onere ad exemplum debiti bonorum ſubſidij, *C. de inoffic. teſtam. l. quoniam*, ſequuntur *Dom. Reg. Lanar. conſ. 76. num. 4. Dom. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 158. nu. 34. tom. 2.* poſt *Petr. de Gregor. in tract. de dote, & paragio, quæſt. 1. num. 2.* ibiquè *addit. Maſtrill. lit. A.* alios citat DD. cũ *text. in l. quæro, ff. de iure dotium*, *Reg. Tapia deciſ. S.C. 14. num 38.*

2 Dato igitur, quod tale paragiũ quemadmodùm debetur de allodio, ac de feudo, probat *Conſil de Georgio alleg. 11. n. 19.*
& ſic debetur tàm de feudalibus, quàm
de burgenſaticis, idem *Reg. Tapia d. deciſ.*
14. *num. 48.* quia verſebatur in caſu enarrato de burgenſaticis tantùm debetur, ta-
3 men tale paragium debetur reſpectiuè ad
feudalia, & burgenſatica, ex *conſil. de Amato*, probat *Andr. Capan. in tract. de iure adhoa, quæſt. 25. num. 23.* reſpectu verò, quod illud
debeatur occaſione feudi, vt inquit *Reg.*
4 *Tapia d. deciſ 48. num. 10.* cum ſit onus feu-
di intrinſecum, *Capan. eodem tract. quæſt. 2.*
5 *nu. 18.* ex quo ſucceſſit loco portionis hæ-
reditariæ feudi, *idem quæſt. 25. nu 5. & quæſt. 26. num. 30. & ſeq.* ſiue loco legitimæ, *idem*
6 *d. quæſt. 25. num. 21.* eſtq; tenuis, idrò onera
ſentire non debet, *idem d quæſt. 25. num. 12.*
7 non mirùm, quod ſit quota bonorum
deducto ære alieno, *Reg. Tapia d deciſ. 14. num. 43.* & ſic deductis oneribus *Andr. Capan de iure releuij, par. 2. quæſt. 15. num. 8.* quapropter cũ ſuccedat loco portionis feu-
8 di, à qua fœminæ propter *Conſtitut. Regni*
fœminæ ſunt excluſæ, *vt ſubdit num. 14.*

9 Reſpectu verò burgenſaticorũ, eſt portio hæreditatis, quæ eſt loco portionis de iure naturæ debitæ, idem *Capan. d. tract. de iure adhoa, d. quæſt. 25. num. 2.* ſicq; illud de-
10 betur fœminis loco portionis hæreditariæ, ex ſententia *Camerarij*, vt tradit *Capan. eodem tract. de iure releuij. d. quæſt. 15. num. 5. 11. 15. & 16.* ità quod ſuccedit loco legitimæ, *Camill. de Medic. conſ. 11. nu. 7. & conſ. 75. nu. 10. Reg. Tapia vbi ſupra nu. 42. & 46.* ſubdens idem quod legitima, *Capan. dicta quæſt. 15. num. 7. & quæſt. 26. à num. 10. ad 22.*
11 nec alitèr paragium debitum vigore dictæ *Conſtit.* differt à legitima, *Reg. de Ponte*
12 *conſ. 50. num. 4. vol. 2.* & precipuè paragium
dotis eſt pro legitima ſororis, ſubdit *And. vbi ſupra col. 2.* & iſtud eſt eiuſdem naturæ, ſeù iuris ſicut legitima, & ſine onere, vt liberè conſequatur, inquit ibidẽ *Andr. col. 10.* ex *l. quoniam, C. inoff. teſtam.* ſequitur *Dom. Reg. Capyc. Galeota controu. 10. à nu. 30. ad 40. tom. 2.*

13 Iſtud paragium, prout inquit ibidem *And colum. 7.* denotat in quantum eſt dari conueniens inſpecta facultate, ſcilicet bonorum illius feudi, nec non dignitatis, & numero filiorum, *ff. de leg. 3. l ſi filiæ, de iure dot. quæro, & l. ſine, & l. cum poſt, § gener, eod. tit. D. Reg. Capyc. Latro conſult. 158. num. 33. tom. 2.* poſt *Afflict. in d Conſtit. In aliquibus, num. 52.* quapropter decernitur habito re-
14 ſpectu ad facultates, numerũ filiorum, &
dignitatem viri, & mulieris, *Andr. Capan. de iure adhoa, d. quæſt. 25. in allegat. Camilli num. 1. & quæſt. 27. num. 2.*

15 Quocirca paragium fœminarum dupliciter conſideratur reſpectu vniuerſalis hæreditatis, & reſpectu certę rei, & ſic feudorum, *Capan. de iure adhoa, quæſt. 26. nu. 19.* quòad feudalia paragiũ liquidatur iuxtà valorem feudi, *idem d. quæſt. 26. num. 20.*

16 Reſpectu verò burgenſaticorum, ſi illud incongruè fuerit conſtitutum, debet ſuppleri ſuper rebus emphiteoticis, *idem quæſt. 27. num. 6.* & ſic etiam de proprio te-
17 netur ſupplere pro inueniendo viro condigno, *vt ſubdit num. 7.* & ità illud ſuppleri debet ſuper alijs bonis, vt in *d. quæſt. 27.*
18 *à num. 1. ad 16.* ſecus tamen quando fuerit taxatum attentis omnibus bonis cuiuſcumq; generis, quoniam tùnc fœmina
excluderetur, *vt idem d. quæſt. 26. num. 42.*
19 benè verum eſt, quod paragium vt nubat
pari, relictũ ſit arbitrio Iudicis, *Maſtrill. deciſ. 107. num. 13. Ciarlin. controuerſ foren. tom. 2. controu. 15. num. 27.*

In hac materia principalitèr erat aduertendum, quod alitèr erat tractandum in filia maritanda, & aliud in filia maritata.

20 Reſpectu filiæ maritandæ, & ſi tale paragium cõpetat filiæ excluſæ à feudi ſucceſſione à die nubilis ætatis, vt probat *Giurba in ſuis obſeruat. in obſeru. 28. num. 1.*
21 nec alitèr producat intereſſe, nec peti
poteſt antequã nubat, ſed tantùm alimenta, vt teſtificatur *Conſil. Io. Andr. Georg. allegat. 11.* & illud poteſt taxari vſque ad le-
22 gitimam, & illam excedere vſq; ad virilẽ,
retulit *Andr. Capan. de vita, & militia q. 22. num. 6. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. 8. nu. 25. tom 2. Reg. Capyc. Latro d conſult. 158.*
23 *num. 40.* & ità non alitèr eſſe poſſit minus
legitima, *Camill. de Medic conſ. 59. num. 16. Camill. Laratha conſ. 26. num. 23.* ſed benè plus legitima, *vt ſubdit num. 62.*

24 Adhùc tamen etiam in vita patris deberi poterit, *Reg Hector Capyc. Latro d conſult. 158. num. 37. tom. 2.* cum regularitèr illud debeatur vigore *Conſtit. In aliquibus*,
inſpecto

inſpecto tempore mortis patris, vt poſt
*Collam in ſuis memorab. verbo dos conſtituta fi-
lia, Grammat. deciſ.57. & 10. Dec. conſ.26.
Reg. Rouit. conſ.36.num.1.tom 2.* quoniam
debetur tempore mortis patris, *Laratha*
25 *conſ.38.num.41.* & hoc quando ab inteſta-
to moritur pater, vt ibidem fatetur *Reg.
Rouit.*

At cum in præſenti caſu verſabatur in
muliere nupta poſt mortem patris, & in
facto liquebat patrem ipſius Corneliæ re-
linquiſſe ducatos 400. pro eius monaca-
tu, & quia voluerat ſe maritare, ideò ſuc-
ceſſo obitu dicti eius patris, matrimonio
collata fuit à matre, & fratre dotata pro
ſumma ducatorum 400. inſtiterat pro pa-
ragio, ac alijs ſupradictis portionibus, &
26 ſi benè in nupta paragium eſt ipſa legiti-
ma, *Hodierna controuerſ. forenſ. cap.21. nu.10.
& cap.7. num.27.* minus legitima eſſe non
poſſit, quod ſecus eſt in filia in capillo cū
poſſit excedi, *Camill. Laratha d. conſ.25. nu.
39. Reg. Capyc. Galeota vbi ſupra. Reg. Capyc.
Latro d. controu.168. num.41.* non tamen ex-
cedit legitimam, idem *Reg. Capyc. Galeota
controu.16. num.6. & 8. tom.2. Capan. d. quæſt.
25. num.3.*

27 Attamen videbatur ei competere ſup-
plementum paragij, ſeù legitimæ in ma-
ritata, quod non excedit legitimā, vt ibi-
dem *Capan. num.7. Franc. Maria Pratus di-
ſcept. forenſ. cap.14. num 66. tom.1. Molfeſi ad
conſuet. Neap. par.3. quæſt.7. num.7. & par.4.
num.16.*

28 Ea propter cum paragium, & vita mili-
tia circa taxationem iudicantur vt legi-
tima, *Capan. d. cap.22. num.3.* vbi ità deciſū
refert, & ſucceſſiuè vt cum tale paragium
non alitèr continere videbatur quantita-
tem valoris tertiæ, vel dimidiæ, quod ſe-
29 cundum aliquos eſſe oſtenditur tertia
tertię portionis, quam filia eſſet habitura,
ſi non excluderetur, *Petr. Gregor. de dote, &
paragio, quæſt.29. num.2.* ſed illa verius eſſe
dicitur qua poſſit pari nubere, vt ex *And.
in d. Conſtit. In aliquibus, col. penult. verſ. nos
dicimus,* perpendit *Camill. de Medic. conſ.75.
num.6.* vbi *num.9.* ſubdit, quod aliud non
30 denotat paragium niſi congruam dotē,
& qualis ſit congrua dos filiæ patri tantū
ſtabilitur, & de eius iudicio non eſt diſce-
ptandum, ex *Soccin. & ibi relatis,* vel arbi-
31 trio Iudicis, vt ſupra dictum eſt; & patri,
quod videtur conueniens, omnibus debet
videri tale, *Molfeſ d. par.3. quæſt.7. num. 9.*

Cum igitur in nupta ageretur, cui pa-
ter legauerat dictos ducatos 400. pro do-
te monachatus, licet poſteà à matre, & fra-
tre dotata pro ſumma ducatorum 400. vi-
debatur excludi à tali petitione, eo ma-
gis attento numero octauo filiorum, quo
ſiquidèm numero attento, legitima, ſeù
32 paragium ſunt, ſcilicet tertia portionis
ab inteſtato, ſi ſunt quatuor filij; ſi verò
quinque dimidia pars, vt probant *Camill.
de Medic. conſ.37. num.1. Reg. Capyc. Galeota
controu.15. num.32. tom.2.*

Benè tamen ex aduerſo replicabatur,
quod attento dicto legato, non videbatur
eius pretentioni ſatisfactum; eo quod pa-
ragium non eſt merè legatum, *Reg. Lanar.
conſ.70. num.7.* & videbatur ſatis læſa ex
differenti dotatione facta ab eiſdem alte-
ri ſorori Angelellæ Fraianæ, cui fuerunt
promiſſi ducati 1500. per hæc verba: *Per
contemplatione, e cauſa del quale matrimonio, e
per li peſi di quello ſopportandi eſſo Gio. Fran-
ceſco, e Portia dotanti la detta Angelella pro-
mettono al detto Gio. Battiſta in dote, & dotis
nomine ducati 1500. tanto di robbe paterne di
eſſo Gio. Franceſco, quanto delle robbe materne,
che la detta Portia li promettono nel modo ſe-
quente videlicet.* Ex qua dotatione videba-
33 tur reſultare inęqualitas inter filias con-
tra diſpoſitionem relatam in *L. inter filios,
& filias bona inteſtatorum parentum pro viri-
bus portionibus æquo iure diuidi oportere ex-
plorati iuris eſt, C. fam. erciſc.* vbi *Gloſ. & DD.*
quo circa non vetebatur ſaltim ſupple-
mentum paragij expetere, vt dictum eſt
34 ſupra, ex quo filia ſi fuerint maritata ſe-
cundum paragium; ſi tamen non habuit
dotem ſecundum paragium, aget ad ſup-
plementum paragij, vt inquit *Bartholom.
de Capua in d. Conſtit. In aliquibus,* ad quod
*Gramat. ibidem num.4.* dixit, quod filia ma-
ritata de paragio, quæ non habuit dotem
ſecundum paragium, poteſt agere ad ſup-
plementum.

Verùm, quia reſpectu bonorum pater-
norum non fuerat exacta probatio illorū
facta, vt potuiſſet determinari portio ei
debita, quæ pendebat ex liquidatione
bonorum ipſorum, & ampliùs, quia pater
relinquerat certam ſumnā pro eius dote,
vt efficeretur monacha, & ſi ipſa hoc re-
nuiſſet, & voluiſſet maritari, exiſtebat ta-
lis dos relicta, quo caſu etiam debetur, ſi-
35 cuti legatum factum ſub conditione non
nubendi, non amittitur, ſi ſponſalitia cō-
trahat, ex *Sanch.* probat *Donat. Ant. de Ma-
rin. quotid. reſolut. cap.127. num.5. tom.2.* qui-
bus addo *Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib.11 tit.19. num.4.* ex *Rimin. iun. conſ 215.
num.172 & 173.* & ſi modica fuiſſet atten-
36 ta legitima ſibi debita, non alitèr ſupple-
mentum

mentum poterat prætendere, dùm à patre
proceſſerat donatio, quemadmodùm fuit
in conſimili deciſum per S. C. in cauſa
Duciſſæ Nuceriæ, cum Ill. Principe Hoſti-
liani, relata per *Reg. de Ponte conſ. 65. nu. 15.*
*vol. 1.* & iterum in cauſa Duciſſæ Atriæ, de
quibus meminit *Molfeſ. ad Conſuet. Neap.*
*par. 3. quæſt. 7. num. 12.* legatum factum filiæ
37 cenſetur factum in compenſationem do-
tis, *Farinac. in repert. vlt. vol. cap. 27. nu. 19.*

Reſpectu verò bonorum maternorum,
38 in quo tota vis cauſæ cõſiſtebat, diceba-
tur ex parte ipſius Corneliæ, nulli dubiũ
eſſe ad ſe pertinere portionem dictorum
bonorum, etiam ſtante diſpoſitione dictæ
*Conſtitut.* vbi *Andr.* mouet quæſtionem ſu-
per *verbo maritare,* & ibi in fine dixit. Alij
approbant, quod per *Conſtit.* iſtam præ-
39 feratur filijs etiam in ſucceſſione matris,
ſed dicunt filium ſorori etiam dotatæ de
bonis patris, debere dare paragium de
bonis matris, ſicut portionem legitimam,
non ſicut meram dotem remittens ſe *infe-*
*rius* [illegible] *allegando quandam Apoſtillam*
40 dicentem, quod ſi frater dedit paragium
pro dote, repellitur etiam à ſucceſſione
matris, nedum paterna, quod ponitur in
*verſ. etiam, attamen talis Gloſ.* communitèr re-
probatur, quia hæreditas matris ſtrictiùs
debetur filiæ, quam hæreditas patris, ſed
41 legitima portio excludit filiam ab illa
tantum hæreditate, de cuius hæreditate
proceſſit, vt notat *Lallus de Tuſcia in dicta*
*Conſtit. in princ.* ſed ibi *Andr.* proſequendo
materiam ipſam, referendo aliorum opi-
42 niones, concludendo dixit ſpectare ad
filiam portionem bonorum maternorũ,
& idem *Andr. in cap. 1. ſub num. 15. de his, qui*
*feud. dare poſſ. verſ. nunc ergo,* (ubidè inquit)
*Item ſecundum illos, qui dicunt idem in matre,*
*vel ſi Conſuetudo probaretur, an teneatur ſorori*
*nuptæ, & dotatæ de bonis paternis dare paragium*
*de bonis matris,* & alia multa circa hãc ma-
teriam plenè tractauimus ſuper *Conſtit. In*
*aliquibus, Afflict. tandem in eadem Conſt. à nu.*
48. at ſi reaſſumendo ipſam quæſtionem,
ſi frater poſt mortem patris maritet ſoro-
rem, & dat ei dotem de bonis paternis,
poſteà moritur mater huius filiæ marita-
tæ, vtrum huic filiæ maritatæ competit
ius petendi paragium, ideſt legitimam
de bonis maternis contra fratrem, vel ius
ſuccedendi vna cum fratre, refert, licet
multi ſapientes tenuiſſent eſſe attenden-
dum in hoc ius commune, vt ambo ſuc-
cedant, tamen in contrarium cæteri ſa-
pientes tenebant, quod ſtante filio maſcu-
lo, ſicut excluditur à ſucceſſione bono-
rum paternorum, dummodò dotetur de
bonis paternis, ità dũmodò dotetur, ideſt
datur ſibi legitima in bonis matris, ma-
ximè quia ratio diuerſitatis reddi nõ po-
teſt, ergo idem ius, & tantò magis, quia
talis Conſtitutio dicit ad parentum ſuc-
ceſſiones &c. ſubdens ex *Andr.* hoc eſſe
approbatum de generali Conſuetudine,
ideò oportet, quod hæc Conſuetudo ſit
probanda, nihilominus *ſub nu. 49.* hæc ver-
ba protulit, ego ſemper eſſem in voto, per
*text. huius Conſtit.* quod etiam, quod probe-
43 tur prædicta Conſuetudo, quod ſoror à
fratre debet habere legitimam de bonis
maternis per rationes pro iſta parte in-
ductas hic per *Andr.* & ità audiui pluries
44 fuiſſe iudicatũ etiam per ſẽtentiã Regis,
quæ facit in hoc ius generale in Regno,
vt in *l. fin. C. de leg.* & ità dixerunt mihi
etiam duo Doctores de Sacro Cõſilio vi-
delicet, D. Antonius de Palmerio & D. Io.
Aloyſius de Artaldo, cum quibus habui-
mus verbum ſuper dicta concluſione, &
poſteà deciſum, ſic eodem *Afflict.* atteſtante
*in deciſ. 178. num. 1.* ſequitur *Præſ. de Franch.*
*deciſ. 171. in princ.* aſſerens ſic hodie abſq;
dubio iudicamus, meminit *Maſtrillus in Ad-*
*dit. ad Petr. Gregor. in tract. de dote, & paragio,*
*quæſt. 12. Camill. de Medic. conſ. 11.* vbi *Reg.*
*Fab. Capyc. Galeota in addit. num. 17. Bilotta*
*in ſuis concluſ. feudal. concl. 3. num. 15.* Imò fi-
45 lia fœmina debet habere paragium de
feudo materno ab eius fratre ſuccedente
in illo, vt fundat *Andr. Capan. in tract. de vi-*
*ta, & militia, quæſt. 19. num. 8.*

46 Quod etiam approbatur, & cernitur ex
*Conſuetud. Neap. Si qua mulier,* vt debeatur
paragium tàm de bonis paternis, quàm
maternis, vt quoq; teſtatur *Conſ. Andr. Pro-*
*uenz. in ſuis obſeruat. & Gloſ. ad Conſuet. Nea-*
*pol. Si moriatur, obſeruat. 13. num. 2.* & ante
eum *Napod. in d. Conſuet. Si moriatur, nu. 65.*
*verſ. ſatis confirmante,* & *Camill. de Medic. vbi*
47 *ſupra num. 12.* & ità cenſetur frater de
vtriſq; æqualitèr dotans, tàm de bonis pa-
ternis, quàm maternis, *Fontanell. de pact. nu-*
*ptial. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 3. num. 34.*

Suppoſita igitur iſta cõcluſione ſic fir-
mata, reſtabat differere illud dubiũ, quia
tàm mater, quàm frater dotauerát ſimpli-
citèr iſtam Corneliam nulla facta mẽtio-
ne, de quibus bonis, quod erat ſatis cogi-
tandum, qualitèr ipſa Portia de Graſſis
mater illius Corneliæ fuerat inſtituta hæ-
res à ſuo viro, vndè dicebatur ex parte
dictæ Cappellæ dictam Portiam dotaſſe
filiam de vtroq; patrimonio, hoc eſt pa-
terno, & materno, nàm quemadmodùm

in patre

in patre ſimplicitèr dotando, cènſeretur
de proprijs bonis dotaſſe, vt infra dicam,
ità paritèr mater præſumeretur dotare
48 de proprio, quàmuis aliqua bona filiæ
ſint penès eam, ſi illa ad dotem non ſuffi-
ciunt, inquit *Fontanell. de pact. dotal tom. 2.*
*clauſ. 5. gloſ. 1. par. 3. num. 31.* proùt erat ca-
ſus iſte in matre hærede patris, & penès
erant bona filiæ relicta.
49 Et huic accedit eo, ſiquidèm præſup-
poſito, quod actus, qui nomine tàm pro-
prio, quã alieno fieri poteſt, præſumitur
nomine proprio factus, *Menoch. de præſũpt.*
50 *lib. 3. præſumpt. 49. num. 23.* & actus quilibet
proprio nomine geſtus præſumitur, & ſi
geri alio nomine potuiſſet, *idem eod. lib. 3.*
*præſumpt 46. num. 5.* & potiùs præſumitur,
51 quod quis fecerit actum ſuo nomine, quã
quod fecerit delictum faciendo nomine
proprio, *Anna alleg. 141. num. 15.*
52 Ex aduerſo autem replicabatur, nulli
dubium eſſe, quod cum paternum ſit of-
ficium dotare filias, *l. fin. C. de dotis promiſſ.*
*Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 15. n. 6.*
53 vbi *num. 7.* aſſerit, quandam habere anne-
xam neceſſitatẽ *Fontanell. eod. tract. d. clau-*
*ſul. 5. gloſ. 1. par. 2. num* 8.
Et conſequentèr hæredis patris officiũ
eſſe dotare, *idem Fontanell. d. clauſ. 5. gloſ. 1.*
*par. 1. num. 98. Bellon conſ. 74. num. 67.*
54 Vndè quemadmodũ dos data, vel pro-
miſſa ſimplicitèr à patre pro filia ex bo-
nis patris promiſſa præſumitur, ex *Petra-*
*ſanta ſingul. 71.* notant *Menoch. d. præſũpt. 15.*
*num. 1. & Fontanell. d clauſ 5. par. 3. num. 7.* ità
ſi promiſſa fuerit ab eius hærede.
55 Quapropter non videbatur idem pro-
cedere in matre, vt de ſuis bonis paritèr
præſumeretur dotaſſe, eo quia nõ eſt onus
matris dotare filiam, ſicq; reſpectu matris
diſpoſitio *d. l. fin. C. de dot. promiſſ.* locum nõ
habet, vt probat *Carrocc. in tract. de patre fi-*
*liam ſimpl. dot. quæſt. 7.*
56 Et ſic mater tùnc cenſetur dotaſſe tàm
de bonis paternis, penès eam exiſtẽtibus,
quàm de ſuis quando id diceret, & non
intrat, tùnc diſpoſitio *d. l. fin. C. de dot. pro-*
*miſſ.* vt inquit *Fontanell. vbi ſupra num. 32.*
quod etiam in patre procedere, dixit ibi-
dem *Fontanell. num. 38.* vt diſpoſitio *d. l. fin.*
non intret quando pater dixerit ſe non
ſolùm dotare de proprijs, ſed etiam de fi-
liæ bonis, & ex ijs colligitur eſſe neceſſa-
riam declarationem expreſſam, aliàs præ-
ſumptio ipſa non procederet, & in tan-
57 tùm hoc verum eſſe oſtẽditur, quod ma-
ter non tenetur dotare filiam, & ſcientèr
dotando, donare præſumeretur, *Menoch.*
*d. tract. lib. 3. præſumpt. 31. num. 1.*
Quinimò *Afflict. vbi ſupra num. 50.* dat
conſilium patri, vel fratri, quod quando
58 vult maritare filiam, vel ſororem, quę ha-
bet matrem, quę habuit dotem, vel ſucceſ-
ſionem in bonis alicuius ſui agnati, quod
dicat frater in contractu dotalitio, quod
tantùm tibi dat de dote de bonis pater-
nis, & tantùm pro bonis maternis, poſt
*Fontanell. d. clauſ. 1. gloſ. 1. par. 3. num. 34.*
Reſtabat modo videre de alijs portio-
nibus obuenientibus à fratre præmortuo,
59 ac etiam à duabus alijs ſororibus, verùm
quia per exiſtentiã maſculorum, fœminæ
nõ alitèr admittuntur, ſed tenẽtur fratres
illas maritare iuxtà paragium, attenta di-
ſpoſitione *d. Conſtit* vbi *Afflict. & Cumia in*
*cap ſi aliquem, verbo nullo, num 3.*
60 Et in facto præpoſito iàm apparebat
prædictum Io Franciſcum ſucceſſiſſe in
omnibus bonis, ob quod tenebatur dota-
re ipſam Corneliam de paragio, habita
etiam ratione ad dictas portiones defun-
ctorum, quæ accreſcunt ſuperſtiti fratri,
vt tradunt *Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. par. 4.*
*quæſt. 7. num. 7.* idem *Reg. Capyc. Galeota in*
*d. Addit. ad Camill. de Medic. num. 54.* & no-
uiſſimè *Conſil. Andr. Prouenz. ad d. Conſuet.*
*Si moriatur, obſert. 27. num. 22.* quia tot ſunt
ſucceſſiones, ex *Anna alleg. 81. in fine, & al-*
*leg. 79. alleg. 70. & 117. nu. 1. ad 13.* ſequitur
*Reg in d. Addit num. 33.*
61 Poſtquàm mulier, quę per dotem à ſuc-
ceſſione repellitur, neceſsè erit, vt ſit do-
tata de illius bonis regularitèr, *l. quoniam*
*nouella, C. de inoff teſta* cũ alijs apud *Dec. in*
*l. vt liberis, nu. 8. C. de collat* quos probat idẽ
*Reg. Capyc. Galeot in d. Addit. Camill. nu. 31.*
*Cumia in cap. ſi aliquem, verſ. maritata, nu. 413.*
62 At cum ſit diſpoſitũ de iure, quod fra-
ter teneatur maritare, & dotare ſuam ſo-
rorem, *Afflict. in Conſtit. Fratribus, ſub nu. 1.*
*& 4. Fontanell de pact. nupt. d. clauſ. 5. gloſ. 3.*
*num. 14. Muta in Conſuet. Panhorm. cap. 21.*
*num. 49. Molfeſ. d. par. 4. quæſt. 5. num. 3.*
63 Et ſic non tantùm de bonis paternis, vt
idem *Affl. in d. Conſtit. In aliquibus, num. 56.*
64 vbi *num. 22. & ſeq.* dixit, quod frater do-
tem pro ſorore dando de bonis paternis,
dediſſe præſumitur, tùm quia bona pater-
na tranſeunt in filium cum onere dotan-
65 di, tùm quia filius bona paterna cum di-
cto onere poſſidet, eundem citat *Cumia in*
*d. cap. ſi aliquem, de ſucceſſ. feud. verſ. mandata,*
*num. 428.* ſed etiam de bonis maternis, vn-
66 dè præſumitur frater dotare ſororem de
vtriſq; bonis paternis, & maternis, *Fonta-*
*nell. d. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 3. num. 34.* at ſi filia,
vel

Digitized by Google

vel ſoror fuerit dotata de paragio, ideſt
67 de bonis patris, vel fratris, excluſa, cenſe-
retur à bonis maternis; vt inquit *Afflict.*
*in d. Conſtit. num. 72.* vbi talem *Gloſ.* repro-
bat, ſed benè repellitur ſolum ab hæredi-
tate, à qua habuit dotem.

At cum iſta Cornelia filia ipſius Portię
fuerat ab ea dotata inſimul cum eius fra-
tre certum erat reſpectu bonorum pater-
norum fuiſſe dotatam, non tamen mater-
68 norum, quia non apparebat hoc declara-
tum. ſed an per præſentiam ſuam, viſa ipſa
matre, cenſeri debuerat dotata etiam de
maternis. *Andr. in d. Conſtit. col. penult.* in-
quit, quod ſi frater poſt mortem matris
dotauerit ſororem, & paragium dediſſet
de bonis matris, nulli dubium quin ex-
cluderetur ab eius hæreditate, cæterum
autem ſi viua matre, dederit paragium
matre volente, vel ratum habente, adhùc
repelleretur. ſecus tamen ſi viua matre, &
ſimpliciter dediſſet tantum, quantum eſ-
ſet paragium etiam de bonis matris, quia
videretur de ſuo dotare: imo idem ſi no-
mine matris dediſſet, nec probaretur,
quod ratum habuiſſet, quia mater non
cogitur ratum habere ſicut in patre, cum
ſit officium paternum, & tùnc confirma-
tur illa datio de bonis maternis facta
quando non erat dominus hic frater, poſt-
quam eſt dominus, & hæres matris, *ff. de*
*act. empt. l. ſi quis alienam, de vſucap. l. cum vir*
niſi proteſtaretur frater, quod tanquàm
de bonis matris dotabat, tunc fortè illam
imputabat in paragio *argum. l. Neſennius,*
hæc ille.

Ea propter quia ipſe frater interuene-
rat in capitulis ſuper Conſtitutione dotis
prędicta, quæ de bonis patris faciliè intel-
ligi debuerat, nec aliter de proprio dota-
re, dum non erat hæres patris, neq; ma-
tris, neq; de portionibus ſibi competen-
tibus ſuper bonis vtriuſque parentis, ad
quod idem *Andr. in d. Conſtit. In aliquibus,*
69 *col* 11. inquit, veriùs videtur, vt frater do-
tando, ſimpliciter de ſuo proprio videtur
id feciſſe quaſi donauerit id ſorori, *ff. de*
*probat. l. Procula, ff. de regul. iur. l. cuius per*
*errorem, de cond. indeb. l. 1.* ſecus ſi eſſet ad-
miniſtrator bonorum ſororis, vel patris,
70 cuius eſt officium dotare filias, Contuto-
res, Adminiſtratores, Procuratores, & ge-
ſtores bonorum, & promittere videntur
de bonis illorum, quorum curam admi-
niſtrant, & procuratorium gerunt, quia
ea, quæ agunt, ad eorum nomen referun-
tur. *ff. ſi quis caut. l. penult. & fin.* & ſic loqui-
tur, *l. cum poſt mortem in curatore* 5. *& l. Ne-*
71 *ſennius*, in ania, quæ nepotis negotia geſ-
ſit, vt quoq; proſequitur *Giurba in Conſuet.*
*Meſſan. cap. 3. gloſ 6. par. 1. nu. 39. & 40. Fon-*
*tanill. eod. tract. d. clauſ. 5. gloſ. 7. per totam.*

Quod quidem licet nõ poſſit hoc ada-
ptari caſui noſtro talis dotatio ſimplex,
eo quia talis frater nõ ipſe ſolus dotaue-
rat, ſed inſimul cum matre, & reperieba-
tur debitor reſpectu portionum ſibi ob-
uentorum ob mortem præmortuorum
fratris, & ſororum, ſic quod ſi frater ſit ſo-
roris debitor in eadem quantitate, quam
in dotem promiſerit, tùnc non donandi,
72 ſed compenſandi animo dotem promi-
ſiſſe cenſeretur, vt ex multis probat ibidẽ
*Giurba num* 41. vbi *num.* 44. ad rem noſtrã
ſubdit in matre, & fratre, quod ſi filiam,
& ſororem dotent pro virili, dos ab eis
datã præſumitur, niſi Adminiſtratores
ſint bonorũ ſororis, & filiæ, ex *Bald. Boer.*
*Ruin. Sanch. & Menoch. ibi relatis,* quidquid
dixerit *Mandel. conſ.* 12. quem etiam citat
*Cumia d. verbo maritata, num* 428. quod fra-
73 ter, vel mater ſimpliciter dotantes rem
propriam, vel communem in dotem da-
re cenſentur, etiam ſi aliàs eſſent Admi-
niſtratores. ex *Cyn. in l. fin. quaſt. 3 C. de dot.*
*promiſſ.* contra quem *Menoch. de arbitr. caſu*
88. *num.* 48. inuehit, & increpat, proùt de-
ciſum expreſſe firmat *Anton. Faber in eius*
*Codice tit. de dot. promiſſ. defin.* 1. vbi refertur,
74 quod dos per matrem, & fratrem, defun-
cto patre, conſtituta ex maternis, frater-
niſq; bonis in partes conſtituta intelligi-
tur, quod in caſu noſtro reſpectu matris
non erit ſic intelligendum, cum ipſa pa-
tris hæres conſtituta fuerat, ob quod prę-
ſumebatur de bonis paternis dotaſſe, &
ampliùs, quia aderat legatum paternum
ducatorum 400. vt monacari potuiſſet,
ſed quia matrimonio ſe collocare inten-
debat, ſubſequebatur, quod ſi puella
haberet legatum a quocunque, & ſimpli-
citer dotetur à matre, & fratribus, tunc
de bonis ipſius dotare cenſentur, & in re-
ſiduo ex ſuo, vt ex *Bald. de dote par. 6. priui-*
*leg. 3. & Tuſco concluſ. 779. num. 6. & concluſ.*
785. *num.* 18. firmat ibidem *Giurba*, & ſuc-
ceſſiuè frater de ſuis bonis ad eum peruẽ-
tis ex aliorum ſucceſſione pro virili, vt ſu-
pra dictum eſt, quæ omnia ex liquidatio-
ne patrimonij vnius cuiuſq; dependere
non dubitabatur, & ad corroborationem
75 præmiſſorum extat optima deciſio S. C.
ad relationẽ Regij tunc Conſiliarij Mar-
ci Antonij de Ponte in cauſa Iuliæ Bray-
dæ iàm nuptæ, cum Oddo Brayda eius
fratre, à quo petierat competens paragiũ
ſuper

ſuper bonis paternis vna cum fructibus, & deindè petijt ipſum condẽnari ad portionem virilem ei competentem, nec non ad medietatem hæreditatis Paulæ Altabellæ, & Felicianæ eius amitarum, ac portionem Frãciſci Mariæ Braydæ communis fratris eidem obuentam; licet fuiſſet replicatum non teneri, niſi ad paragium, pro quo obtulerar ſoluere ducatos mille ſpectantes pro eo, & ab alijs liberari, fuit tandem dictus Oddus condemnatus ad dandum petitum paragium vna cum fructibus, nec non ad portiones bonorum hæreditariorum dictarum amitarum vna cum fructibus liquidandis, & pro reliquis abſoluendum eſſe, poſtmodum in liquidatione fuit paragium liquidatum in ducatis 1127. 1. 13. & in virilem in ducatis 3382. vt in Banca Ioan. Baptiſtæ Figliolæ Mag. Actor. de anno 1608.

IN DEI NOMINE. Amen.

VIſo compromiſſo facto ab Ill. & Excell. Dño D. Martio Pignatello Principe
76 Minoruini, Gubernatore, ac Adminiſtratore hęreditatis q. Doctoris Fiſici Io. Frãciſci Frayani, ac Venerab. Cappellæ Sãctæ Mariæ Gratiarum dictę Ciuitatis hęredis, & à Cornelia Frayana vidua relicta q. Alexandri Raphaelis in noſtri perſonam; viſoq; proceſſu agitato in Reuerenda Curia Epiſcopali præfatæ Ciuitatis, viſiſq; videndis, conſideratis de iure cõſiderandis, auditis Magnificis Aduocatis vtriuſque partis pluries voce, & in ſcriptis.

Per hoc præſens laudum, decernimus, arbitramur, & laudamus, ſpectaniſſe, & ſpectare ad prædictam Corneliam actricem portionem ſucceſſionum in bonis quon. Hieronymi Frayani fratris, ac Antoniæ, & Lauræ ab inteſtato mortuarum, vnà cum fructibus à die mortis liquidandis, & ſimiliter laudamus ipſi actrici deberi paragium in bonis quond. Portię de Graſſis matris etiam mortuæ ab inteſtato, ſuperexiſtente quond. Ioanne Franciſco Frayano filio maſculo eidem cum fructibus liquidandis ad rationem quinque pro cẽtenario, declarando dictæ Corneliæ nihil deberi de bonis paternis, ex quo fuit dotata in ducatis quatuorcentũ, ac etiam eius contemplatione datos fuiſſe ducatos centum quatraginta Portiæ Raphaeli eius filiæ ex cauſa dotis per eundem quond Doctorem Fiſicum Ioannem Franciſcum Frayanum, quarum portionum, & intereſſe, liquidationem commictimus Dominico Granutio Scribæ S.C. Actuario aſsũpto in huiuſmodi cauſa, pro quibus ſummis debitis ex cauſa ſupradictarum portionum, & paragij; condemnamus dictum Ill. & Excell. Principẽ nomine quo ſupra ad dandum, & ſoluendum ex bonis vt ſupra eidem Corneliæ, vt præſenti noſtro laudo ſolui mandatur, ab expenſis tamen vtramq; partem abſoluentes, & ſic arbitramur, & laudamus &c. hoc ſuum &c.

*Io. Baptiſta de Thoro Arbiter.*

Præſens laudum lectum, latum, & publicatum fuit per ſupradictũ Mag. V.I.D. Ioannem Baptiſtam Thorum Arbitrum electum ſub die 19. menſis Aprelis 1649. præſentibus pro teſtibus Franciſco Faſano, Antonio Riccio, & alijs perſonis in numero copioſo.

*Dominicus Granutius Scriba ord. S.C. & Actuarius aſſumptus.*

IESVS, MARIA, IOSEPH.

*Subſequitur motiuum deſuper factum in eadem cauſa iàm reſolutum vt infra.*

MOtiuum nouiſſimè excitatum per Dominum Arbitrum videlicet: (Corneliam Frayanam in ſucceſſione ſororum præmortuarum non poſſe prætẽdere partem paragij in bonis paternis ſororibus mortuis debiti, cùm illę mortuæ ſint ante contractum matrimoniũ, quo caſu, cum paragium illis debitum eſſet ſub conditione, nempè ſi nuberent, & quando nuberent, cum caſus prædictus factus non ſit, quia matrimonium non eſt contractum, & ſorores mortuæ ſint pendente conditione matrimonij, paragium prædictum ad hæredes ſororum mortuarum
77 non trãſmictitur, ſed fratribus accreſcit. *Peregr. de fideicommiſſ art.* 38. *nu.* 21. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4 *præſ.* 146 *num* 40. & eſt ra-
78 tio, quia paragium debitum ſub conditione nuptiarum, & debitum ſub conditione, pendẽte conditione, non tranſmittitur ad hæredes, *l.* 1. *C de his, quæ ſub modo cum concord.*)

Et ſi fateri neceſsè habeã inter doctiſſimum. Nihilominus Clientis partes de-
78 fendendo, dico ſub correctione. Articulum prædictum ſatis fuiſſe controuerſum inter DD. vt videre eſt ex *Molfeſio ad Conſuetud. Neapol par.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. q.* 15. *num.* 1. *vſque & totum.*

Sed præualuit opinio, quod paragium

vel ſoro[illegible] ad heredes, ſicuti ius pe-
67 de bo[illegible] cum ſucceſſerit loco le-
retur [illegible] ius petendi eam, quamuis
in d.Co[illegible] ur ad heredes, vt
bat, ſe[illegible] lib.5. tit.3. quæſt. 9.
tate, à [illegible] cap. 31 num. 33.
At [illegible] dotem de paragio, &
fuerat [illegible] dicit per § C.
tre ce[illegible] de Gammacorta, Præſid.
norum [illegible] & iterum in cauſa
68 noru[illegible] teſtatur Conſiliar. de
tum. [illegible] id non habere difficul-
mar[illegible] Dom. Conſiliar. Prouenzalis in
mat[illegible] Neapol. obſeru. 15.
qui [illegible] non habent locum in adi-
dor[illegible] pari nubat, quia cum mu-
de [illegible] niſi nuptiarum tem-
clu[illegible] concludit Petrus de Gregorio de
ar[illegible] 29. ideò ſi mulier ante
ma[illegible] licet tranſmictat para-
rep[illegible] vſq; legitimæ, non
fin[illegible] additamentum para-
fe[illegible] vt pari nubat, & ſic tem-
vi[illegible] & nõ anteà, quemadmo-
m[illegible] concludit Muta deciſ. 90. à num. 55.
q[illegible] quod eiuſdem additamentum, vt
c[illegible] prout non eſt tranſmiſſibi-
[illegible] neq; eſt ceſſibile, atq; ità ceſſiona-
[illegible] excludatur, allegat poſt Bald.
[illegible] Gregor. in cit. quæſt. 39. Hæc occur-
[illegible] ſub correctione, &c.

*[illegible] ſubſequentes Allegationes pro Actrice.*

Prætendente Cornelia Frayano ſucceſ-ſionem infraſcriptarum perſonarum ab inteſtato mortuarum abſq; filijs videlicet, ſucceſſionem Lauræ ſororis Hieronymi, & Antoniæ ſimiliter fratris, & ſororis [illegible] coniunctorũ, & Portiæ de Graſ-[illegible] communis matris, omni iure prædictæ Actrici, ſucceſſiones prædictas fratris, & ſororum ab inteſtato abſq; liberis mortui, & mortuarum deberi, & à ſucceſſione non excludi, neq; fuiſſe excluſam à quon. Ioanne Fräciſco ſimiliter fratre, ſed cum [illegible]o concurrere, vna inſimul cum matre, & in bonis Portiæ matris vltimo loco mortuæ, ſaltim paragium, ſtante exiſtentia quond. Ioannis Franciſci fratris tùnc temporis, dubitari non poteſt.

Quia non ſumus in terminis *Conſuetudinis Neapolitanæ*, quo caſu procedunt de-
82 ciſiones contrariæ, quod exiſtẽtibus maſculis, fœminæ excludantur, etiam in ſucceſſione ab inteſtato in linea collaterali, quo caſu intrat illud dubium, an vnica dotatio ſufficiat, & diſtinguitur inter ſucceſſionem in linea aſcendenti, à quibus excluditur fœmina per exiſtentiam maſculi tot dotationibus, quæ ſunt in linea collaterali, in qua vnica dotatio ſufficit, *Capyc. deciſ. 159. Anna alleg. 70. 81. & 117. Anna filius conſ. 45. num 70.* ſed in terminis *Conſtitutionis Regni, Et Actrix*, & alij, de quorum ſucceſſione agitur, non fuerunt ciues Neapolitani, neq; origine, neq; per incolatum; & tractatur articulus in ſucceſſione fratris, & ſororum, & ſic in linea tranſuerſali, & *Conſtitutio Regni In aliquibus*, om-
83 miſit caſum, quando ſoror vult ſuccedere fratri, vel ſorori mortuis, an excludatur per fratrem viuum. & proindè caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris cõmunis, & eſt terminanuns, per *text. in Iure communi, in Auth defuncto, C. de legitim. hæred.* & proindè ſoror ſuccedit vna ſimul cum fratre, & matre fratri, & ſororibus mortuis etiam in bonis, quæ peruenerunt ad defunctos fratrem, & ſorores, ex aditione hæreditatis paternæ, *Dom de Franch. deciſ. 171. per totum*, vbi *Addentes*; & in bonis
84 maternis non eſt dubium deberi actrici paragiũ tàm de Iure Conſuetudinis Regni, quàm Conſuetudinis Neapolitanæ, *Caput. in Conſuet. Neapol. par. 2. § 4. num. 5.*
85 *Anna loc. cit. d. alleg. 81.* & paragium prædictum liquidandum eſſe habita ratione facultatum, dignitatum, Conſuetudinis patriæ, & numeri liberorum, *Dom. Conſiliar. Prouenzan. in gloſ. ad Conſuet. Neap. obſeru. 8. num. 10.* allegat *Caput. in Conſuet. Si moriatur, par. 2 § 6. num. 39.* dicentem in liquidatione prædicti paragij obſeruari infraſcripta: Primò, morem Regionis, prout in Apulea paragium liquidatur in maiori ſumma. Secundò, conditionem viri, & vxoris. Tertiò, dignitatem patris dotantis, mariti mulieris, & fratris. Quartò, nobilitatem. Quintò, pulchritudinẽ. Sextò, virginitatem. Septimò diuitias. Octauò, ætatem, quæ omnia requiſita actendi debere, dicit idem *Dom. Conſ. Prouenzan. loco*
86 *citato, obſeru. 8 num 12.* & quod ſupplemẽtum paragij debeatur ei, cui pater minus debiti paragij legauit, *Reg. de Ponte conſ. 65. num. 11. vol. 1. Caput. par. 2. § 12. in repet. ad Conſuet. Neapol num. 6.*

Et in facto præſenti ſatis conſtat ex aſſertiua dictorum quon. Portiæ, & Ioannis Franciſci in dotatione facta Angelellæ Frayanæ filiæ, & ſorori per infraſcripta verba fol. 89. in fine, ibi: *Per contemplatione, & cauſa del qual matrimonio, & per li peſi di quello legitime ſupportãdi, eſſo Gio. Franceſco, & Portia*

Digitized by Google

*& Portia dotanti la detta Angelella, promettono al detto Gio. Batiſta in dotem, & dotis nomine ducati mille, e cinquecento di robbe paterne di eſſo Gio. Frãceſco, quanto delle robbe materne; che la detta Portia li promette nel modo ſequente videlicet, ducati mille, e ducẽto di denari, per li quali ſe l'aſſegnano dalla detta Portia, & detto Gio. Franceſco per quello li ſpetta.* Quæ aſſertiua ſtante etiam inuentario nõ cõfecto per dictum Ioannem Franciſcum de bonis paternis, & maternis, neque per dictam Portiam defunctam, ſatis probat, paragium liquidandum eſſe in duc. 1500. pro conſimili ſumma in beneficium actricis.

Et quaudo pars prædictæ aſſertiuę non acquieſceret, prout de iure debet, negari non poteſt, quin condemnatio in bonis Portiæ ſequi debeat, ſaltim ad paragium liquidandum, in qua liquidatione debeat dari terminus, & idem Ciues, & Excellentiſſimus Dominus, qui ſcit omnes in illius liquidatione, poſſunt eſſe magis Iudices, quam teſtes. Hæc occurrunt, &c.

## *SVMMARIVM.*

1 Promictere *verbum, importat ſtipulationem, maxime appoſitum in capitulis matrimonialibus fauore dotis, num. 2.*

3 *Promictere aliud eſt, & aliud facere.*

4 *Promiſſio de aliquid faciendo, importat de faciendo ſtatim.*

5 *Promictens aliquid facere, cenſetur promiſiſſe validè facere.*

6 *Aliud eſt cedere, aliud promiſſio de cedendo.*

7 *Promiſſio ſubrogatur loco præcep.*

8 *Intereſſe comprehẽditur ſtante obligatione bonorum debetur principaliter ex promiſſione.*

9 *Intereſſe comprehendit damnum emergens, & lucrum ceſſans.*

10 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis omni iure debetur.*

11 *Intereſſe non tantùm venit ob moram contractam per non ſoluentem, ſed ſub promiſſione refectionis illorum, num. 14.*

12 *Intereſſe debetur per debitorem moroſum.*

13 *Intereſſe ſine mora nõ debetur, & intereſſe venit ſub obligatione refectionis damnorũ, ſtante clauſula, quæ omnia, num. 15.*

16 *Intereſſe conſideratur reſpectu mercaturæ, ſecus in aliis, cum ſit illud introductum fauore mercatorum, num. 17.*

18 *Intereſſe lucri ceſſantis à conſueto negotiari peti debet.*

19 *Intereſſe prætendens, probare debet conſuetam negotiationem, adhibitis illis tribus requiſitis.*

20 *Intereſſe tàm lucri ceſſantis, quàm damni emergentis mercatori debetur.*

21 *Intereſſe lucri ceſſantis, ac damni emergentis debetur ei, qui pecuniam habet paratam ad negotiandum.*

22 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur ſolito negotiare, & ſic deciſum, quod erit probandum concludenter non præſumptiuè.*

23 *Intereſſe dotis dicitur damnum emergens, & debetur, licet maritus non ſit ſolitus negotiare.*

24 *Intereſſe debetur ei, qui habuiſſet pecuniam, potuiſſet emere prædia, & alia.*

25 *Intereſſe probatum cenſetur quando accepiſſet quis pecuniam ſub vſuris ad eandem rationem, aut accepiſſe pecuniam ad cambium, num. 26.*

27 *Intereſſe dotis debetur conſtante matrimonio ex mora propter onera.*

28 *Intereſſe debetur mulieri ob dotẽ nõ ſolutam.*

29 *Intereſſe dotis debetur à die moræ.*

30 *Intereſſe damni emergentis ſine mora debetur.*

31 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis in Regno probatione, non indiget.*

32 *Intereſſe ad quam rationem liquidatur.*

33 *Ratio compenſatiua intereſſe habetur ad fructus.*

34 *Pignus conſtituitur tàm in rebus mobilibus, quàm immobilibus.*

35 *Vſusfructus intereſſe in pignus dari poteſt.*

36 *Pignus tàm pro ſorte quàm pro vſuris, intelligitur obligatum.*

37 *Pignus præſumitur idoneum, & ſufficiens.*

38 *Creditor accipiens à debitore pignus in dubio non præſumitur idoneum.*

39 *Fructus ex pignore percepti imputãtur in creditum, ſecus ſi contrarium probetur.*

40 *Pignus datũ creditori pro certa ſumma, quod non ſit veriſimilis eius redẽptio, non imputatur in creditum.*

41 *Accipere aliquid vltra ſortem, de iure eſt improbatum.*

42 *Fructus ex pignore accipiens, vſura eſt.*

43 *Vſura non eſt quando intereſſe percipitur ob damnum emergens, & lucrum ceſſans.*

44 *Creditor ex pacto poteſt ex pignore fructus percipere ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, quod etiam procedit in dote non tradita, num. 45.*

46 *Mens contrahentium in conſtitutione pignoris magis attenditur, quam verborum tenor.*

47 *Fructus ex pignore percipi poſſunt quando ità contentum eſſet, quoniam tùnc non vſura diceretur, ſed intereſſe debitum, & ſic iudicatum num. 48.*

49 *Deciſio Rotæ Romanæ affertur ob dationem domus data ad vſufruendum inſolutum pro*

*quantitate debita ex clauſulis appoſitis, & partis in inſtrumento potuiſſe fructus percipere ex tali pignore.*

50 *Creditor ex pignore nec vſum, nec fructum percipit.*

51 *Adimeditatio pignoris facta plus debito, corruit in totum.*

52 *Deciſio controuerſiæ ex laudo refertur.*

## ARGVMENTVM.

Hæres debitoris an teneatur ſoluere eandem quantitatẽ promiſſam ad eandem rationem, ſicuti debitor ad cedendũ teneatur ſimiliter, & an territoriũ aſſignatum ad vſumfruendũ non totalitèr, ſed loco pignoris aſſignatum cenſeri debeat.

## CASVS XXXVIII.

ALtera ſe offerebat altercatio mihi compromiſſa ab eodem Illuſtriſſimo Domino Principe Mineruini D. Martio Pignatello decidenda in cauſa Horatij de Martino viri Portiæ Raphaelis, cui fuerũt inter cætera promiſſi à Phiſico Franciſco Frayano ducati centum, quadraginta in dotem cum promiſſione ceſſionis actionum, ac conſignatione inſtrumenti contra Ioſeph Raphaele eius debitorem in conſimili ſumma tempore effectuati matrimonij, & indè ſubſequuto effectu illius in anno 1629. die 14. Ianuarij, non alitèr facta dicta ceſſione promiſſa, licet fuiſſet aſſignatum quoddam territorium valoris ducatorum nonaginta per eundem dotantẽ eidem Horatio ad vſufructuandum, quemadmodùm ex atteſtationibus teſtium examinatorum in proceſſu percipiebatur, & per certos annos percepiſſet illius fructus non alitèr æquiualentes eius credito, nihilominus comparendo in iudicio Curiæ dictæ Ciuitatis, ſua iura propoſuit, petendo condemnari eundem Illuſtriſs. Dominum Principem vti Adminiſtratorem Ceppellæ Diuę Mariæ Gratiarum hæredem ipſius quond. Io. Franciſci ad ſoluendũ dictos ducatos centum quadraginta vna cum intereſſe, decurſo ad rationem ducatorum decem pro centenario, quemadmodùm ſoluebat
eius debitor Ioſeph Raphaele, & ipſe coactus fuerat accipere ad intereſſe eandem ſummam, ac inſuper compenſari valorem dicti territorij ſibi ad vſufructuandum, datum cum eius credito, ſtante quod ipſe Ioan. Franciſcus conſequutus fuerat eius creditum ab ipſo Ioſeph, & multa illius bona inſolutum, & pro ſoluto acceperat, quinimò ex hoc facti themate duo reſultauerant dubia reſoluenda, quorum Primum erat ſi dicta Cappella hæres tenebatur ſoluere intereſſe ad eandem rationẽ ducatorum decem pro centenario, ſicuti debitor cedendus obligatus erat, quan-
1 quàm attento verbo *promettere*, videatur
firmandum, importare ſtipulationem, vt
ſi non tantum in ſcriptura priuata, quantum in publica fuerit appoſitũ, poſt *Surd. deciſ. 115. num. 4. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4 gloſ. num. 1. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 24. tit. 1. num. 13.* eo magis
2 ſi fuerit appoſitum in capitulis matrimonialibus fauore dotis; vt idem *Fontanell. d. tract. d. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 4. num. 13.* vbi deciſiones affert.
3 Nihilominus, quia promittere aliud eſt, & aliud facere, idem *Fontanell. d. clauſul. 4. gloſ. 9. par. 4. num. 21.* & promiſſio de faciẽdo, longè differt à facto, *Farinat. deciſ. poſt.*
4 *num. 326. num. 1. par. 4.* ex eo quia promiſſio de aliquid faciendo, importat de faciendo ſtatim, *idem deciſ. 397. num 1. par. 3.*
5 ità vt promittens aliquid, facere cenſetur promiſiſſe validè facere, talitèr quod producat effectum à partibus conſideratum, *idem deciſ. 422. num. 2. par. 4.*
6 Et propterea, cum nõ fuerit promiſſio facta de cedendo ad effectum deducta, nil releuare potuerat, nàm aliud eſt ceſſio, & aliud promiſſio cedendi, vt ex *Dec. & Roman.* perpendit *Tiraq. de retract. conu. ad finem tituli, ſub num. 41.*
7 Reſtabat tamen promiſſio ipſa loco pretij, eo quod promiſſio ſubrogatur loco pretij, vt voluit *Farinac. deciſ. poſtb. 465. num. 4. par. 3.*
Quinimò ex ijs reſultauerat, quod ſi benè intereſſe debetur principalitèr, & iure actionis quando debetur ex promiſſione, vt dixit *Handed. in conſ. 30. num. 52. vol. 1.* adhùc tamen ob promiſſionẽ promiſſionis fortis, & ſcripturarum non ſubſequutam intereſſe reſultauerat non ob-
8 ſeruando promiſſa, quare ſtante obligatione bonorum pro contractus obſeruantia intereſſe comprehendit, *Donatus Antonius de Marinis reſolut. quotidianar. cap. 76. num. 6. tom. 1.* & ſi cui ſtipulationis debetur,

Digitized by Google

tur, *Hodierna controu foreſ. cap.17.nu.21.*
9 Quod ſiquidèm intereſſe comprehen-
dit damnum emergens,& lucrum ceſſans,
*Gamma deciſ.Luſit.110. num.31.* quod qui-
10 dem intereſſe lucri ceſſantis, & damni
emergentis omni iure debetur, *Honded.*
*conſ.38.num.10. tom.2. Coſta Sicul. conſil.48.*
*num. 2.*
11 Et tale intereſſe lucri ceſſantis,& dam-
ni emergentis venit non tantùm ob mo-
ram contractam per non ſoluentem, pro-
bat *Præſ.de.Franch.deciſ.642.num.12.& de-*
*ciſ. .7.num.15.Coccin.deciſ.256.num.5.*
12 Et ſic debetur per debitorem moroſũ,
*Muta deciſ.52.num.12.& 37.*
13 Etenim ſine mora tale intereſſe, ſiuè
ſit damni emergentis, ſiuè lucri ceſſantis
non debetur, *Honded. conſ.36.nu.29.tom.2.*
14 Sed etiam venit ſub promiſſione refe-
ctionis damnorum, & intereſſe, & expen-
ſarum,idem *Muta deciſ.52.nu.52.* maximè
15 ſtante clauſula *(quæ omnia) Merlin.deciſ.*
*Luccenſ.91.ſub num.1. & Mellinus deciſ.Ro-*
*man.27.num.7.*
16 Et ſi in præſenti facto non agebatur de
intereſſe lucri ceſsãtis, iſte Horatius actor
nõ aliter erat mercator, nã intereſſe cõſi-
deratur reſpectu mercaturæ,ſecus in alijs,
17 *Borrell. conſ.79.nu.27.* cum ſit illud intro-
ductum fauore mercatorum, *Fontanell. de-*
*ciſ.Catal.93.num.8.tom.1.* quapropter iſtud
18 intereſſe lucri ceſſantis à ſolo conſueto
negotiari peti poteſt, *Polid.Ripa obſeru.1.*
*num.1.Honded.conſ.39.num.2.tom.2. Mellin.*
*deciſ.27.num.5. Surd in conſ.368.num 5.* &
per conſequens prætendens tale intereſſe
debet articulare,& probare conſuetam
negotiationem, *vt ibi num.2.Ripa,* adhibi-
tis illis relatis ab *Honded.d.conſ.39 num.3.*
19 Primò,quod creditor ſit ſolitus negotia-
re. Secundò, quod debitor ſit in mora.
Tertiò,quod occaſio lucrãdi ſit in prom-
ptu, *Hodierna controu.forenſ.cap.17.nu.20.*
20 Imò non tantùm dicto intereſſe lucri
ceſſantis mercatori debetur, ſed paritèr
intereſſe damni emergentis, *Muta vbi ſu-*
*pra num.42.* vbi *num.23.& 41.* oſtendit, vt
illud cõſequi poſſit quid agendum ſit,in-
21 tereſſe enim lucri ceſſantis, ac damni
emergentis debetur ei, qui pecunias ha-
bet paratas ad negotiandum, *Ramon.con-*
*ſil.40.num.19.& Mellin.deciſ.Rotæ Rom.27.*
22 *num.5.* & quod tale intereſſe lucri ceſſan-
tis debeatur ſolito negotiari,deciſum re-
tuli per S. C. in 1.*par. noſtri compendij verbo*
*intereſſe lucri ceſſantis,* optimè *Franc.Merlin.*
*deciſ. Luccenſ.48.num.17..Gratian. cap.833.*
*num.14.& cap.243.num.74.* quod erit pro-
bandum concludentèr,non præſumptiuè,
*idem cap.67.num.9.ad 15.*

Sed benè tantũ intereſſe damni emer-
gentis ei conueniens erat principalitèr,
23 nàm intereſſe dotis dicitur damnum
emergens, *Ludou. Bello conſ.169.num.2.* &
debetur licet maritus non ſit ſolitus ne-
gotiare, vt ſubdit *num.3.* quanquam tàm
24 intereſſe lucri ceſſantis, quam damni
emergẽtis debeatur eidem, qui ſi habuiſ-
ſet pecuniam, potuiſſet emere prædia, &
ſimilia etiam in non ſolito negotiari,eſto
quod creditor haberet pignus, vt voluit
ibi *Muta num.39. & 40.* adhùc tamen non
apparebat in actis verè probatum damnũ
25 emergens, ſed tantùm accepiſſe ſub vſu-
ris pecuniam ad eandem rationem, quod
erat in eius facultate illas recipere, vel
non, vt aduertis, *Honded.conſ.50.nu.3.vol.1.*
vbi docet, probationem vtriuſq; intereſſe
damni emergentis, & lucri ceſſantis, aut
26 accepiſſe pecuniam ad cambium, refert
*Merlin.deciſ.Luccenſ.91.ſub num.1. Hodierna*
*controu.forenſ. cap.17.nu.35.* reſtabat tamen
vt tale intereſſe deberetur occaſione pro-
miſſionis non ſubſequutæ ob morã con-
27 tractam, ex quo ei damnum reſultauerat
propter onera matrimonij, ſi benè inte-
reſſe dotis debetur conſtante matrimo-
28 nio ex mora,vt inquit *Io. Ant. Bellon.conſ.*
*64.nu.1.* hoc eſt tàm intereſſe lucri ceſſan-
tis,quàm damni emergentis debetur mu-
29 lieri propter dotem nõ ſolutam, *Gratian.*
*cap.833.num.15.* intereſſe dotis debetur à
30 die moræ, *Michael Ferr.obſeru.383.num.2.*
nihilominus tale intereſſe damni emer-
gentis, & ſine mora debetur, *Honded. d.*
*conſ.50.num.15.* & non mirum ſi in Regno
31 probatio intereſſe damni emergentis, &
lucri ceſſantis non eſt neceſſaria, vt refert
*Reg.Merlin.controuerſ.forenſ.cap 50. num.27.*
*tom.2.* vbi rationem aſſignat, & proinde
nulla differentia eſt in Regno circa inte-
reſſe lucri ceſſantis,& damni emergentis,
*cap.42.num.29.*

Supererat diſſerere,qualitèr taxari de-
beret, quod eſt relictum arbitrio Iudicis,
dùm diuerſimodè taxetur, ſed benè taxa-
ri debet, iuxtà taxam honeſtam ſecundũ
morem regionis,hoc eſt ad decem, ſeptẽ,
32 ſex,vèl quinque pro centenario, vt tradit
*Muta d.deciſ.52.num.49.*

Quocircà dùm Actor iſte accepiſſet
dictum territorium conceſſum ad vſufru-
ctuandum, ex quo fructus recollexerat
per aliquos annos tale intereſſe rectè ta-
33 xari non poterat,ſed ratio compenſatiua
haberi ad fructus,vt *ibi Muta nu.24.* oſten-
dit,

dit.& propterea illud taxandum ſuo loco, & tempore relinquendum perhabita notitia perceptionis fructuum, idcirco conuentum condemnari debere ad tale capitale ducat. 140. vna cum intereſſe liquidando.

Reſtabat aliud ſatis notandum dubiũ reſoluendum, eo quod ipſe actor prætendebat tale territorium ſibi aſſignatum ad vſufruendum, non eſſe totalitèr ſibi conceſſum, ſed loco pignoris potiùs, quã dominij, & propterea inſtabat iſtud ſibi
34 aſſignari in compotum annatarũ decurſarum, eo quia pignus conſtituitur non tantùm in rebus mobilibus, qum etiam in immobilibus, ex *l ſciendum, § 1. verſ. creditor, ff qui ſatiſd. cog. Neguſ de pignor. par. 1. num 1. Alciat. in l plebs. num. 2 ff. de verb. ſign.* notat *Mercul. Merlin. in tract. de pignor. lib. 1.*
35 *tit. 1. quæſt. 1. num 6.* ſed etiam vſusfructus illorum in pignus dari poteſt, ex *l. ſi is qui ff. de pignor.* probat *Maurel. Caluan. in tract. de vſufructu cap. 70.* & proindè pignus non
36 ſolum pro ſorte, ſed etiam pro vſuris intelligitur obligatum *Mantica eod tract. de tacit & ambig. lib. 14. tit. 46. num. 9. Cõſ. Barz. deciſ. 108. num. 11.*
37 Sed replicabatur, quod pignus in dubio præſumitur idoneum, & ſufficiens; ità *Affl. deciſ. 373. num. 28. Menoch de præſumpt. lib. 2. præſ. 93. num. 3.* adeò quod ſi credi-
38 tor à debitore accipiat pignus, in dubio præſumitur idoneum, *Cancer variar. reſol. par. 2. cap. 3. num. 131.* & per cõſequens fru-
39 ctus ex pignore percepti imputantur in creditum, *Merlin. d. tract. lib. 5. quæſt. 2. nu. 9. & quæſt 45. num. 1. Conſ Arias de Meſa var. reſolut. lib. 1. cap. 4. ſub num 14.*

Quod ſecus eſſet ſi contrarium probetur, *Surd deciſ 44 num. 16.*

Apparebat enim in facto probatum ipſum Horatium fuiſſe creditorem in ducatis centum quadraginta pro capitale, & pro intereſſe decurſo.

Sed territorium aſſignatum non erat tanti valoris, ſed valoris ducatorum no-
40 naginta, ſicuti erat verificatum, quapropter ſufficiens non erat neq; pro capitale, neq; pro vſuris, & tùnc fructus non imputantur in creditum quando pignus fuit datum creditori pro tanta ſumma, quod non ſit veriſimilis eius redemptio, *idem Merlin. d. tract. d. quæſt. 45. num. 73. & 74.*
41 Quapropter reſpectu fructuum perceptorum ex dicto territorio, & ſi de iure inhibitum ſit accipere aliquid vltra ſortem, vt probat *Soccin. in reg. 3.* quem ſequitur *Farin. in repert. de contract. in fragm. verſ. pignus, num. 7.* ſubdens regularitèr eſſe vſu-
42 ram fructus ex pignore percipere, & perceptos in ſortem computari, *cap. 1. & cap. conqueſtus, de vſur.*
43 Attamen id limitant DD. ſecus eſſe quando percipiũtur ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, quoniã creditor
44 etiam ex pacto poteſt ex pignore ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis fructus percipere, vt ex *Couar. variar. reſol. lib. 3. cap. 3. num 3. verſ. quamobrem,* probat *ibi Farinac. & Soccin. ibidem verſic. caſus eſt,* quando debitor recuſat compenſare fructus per aliquod intereſſe, putà quia erat
45 maritus, qui ſubit onera matrimonij dote adhùc ſibi non tradita, vt eſt elegans *text in cap ſalubritèr, extra de vſur.* & alios in *l. 1. § vſuras, ff ſolut. matrim Bartholom. Socc. conſ 1... incipit Præſens, verſ. ſecundo cõfirmo, cum ... ſeq. vol. 2.* & ſic fauore dotis hoc permiſſum eſſe iſto caſu confirmat *Farin. in d. repert. quæſt. 34. num. 30.* eò magis vt ſupra traditum eſt, quod intereſſe dotis eſt damnum emergens.
46 Et ampliùs in conſtitutione pignoris mentem contrahentium magis, quam verborum tenorem inſpicimus, *l. fin C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. 3 ff. de lib. præt. l. 3. § condit. ff. de adim. leg. l. in conuentione, ff de verb. oblig.* probat *Vulbem. Rodelam. deciſ. Traiect. 47. num. 3.* eò magis quando eſſet conuentum
47 inter creditorem, & debitorem, vt fructus ex pignore percepiſſet, quod iure optimo probatur ex *l. ſi ea lege, & l pignoribus, C. de vſur.* cum alijs apud *Theſaur. deciſ. 78. nu. 1.* & ibidem licet quærat ſi tales leges admitti debeant attento iure Canonico diſputando quæſtionem ad partes, affirmat hanc conuentionem apparere eſſe vſurariam, & reijcendam, & ità cenſuiſſe Senatum, nihilominus ſubdit dicendo, niſi aliundè probetur intereſſe partis, & quod tantum intereſſit, quantum valebãt fructus rei pignoratæ, tùnc enim non dicetur vſura, ſed legitimũ intereſſe, ex *Gloſ. in d. cap.*
48 *conqueſtus,* quod intereſſe debitum eſſe iudicauit Senatus in eadem cauſa, vt etiam teſtis eſt in hoc puncto *D. Oſaſc. deciſ. 143. num. 2.* quod ſatis videtur huic facto conferre, dùm iſte erat creditor non tantùm capitalis, ſed etiã intereſſe, & fructus territorij, potius erant minoris redditus, quam maioris, adeò quòd cum fuerat datum territorium ad vſufructuandum neutiquam poterat in vſuras illud applicari, dùm pacto expreſſo conuentũ fuerat ad vſufructuandum, hoc eſt vt in ſatisfactionem intereſſe illius fructus computarentur,

tur, & territorium in capitale debitum;
ad quod ſingulariter congruit pro deci-
ſione iſtius articuli, quod tradit *Farinac.*
*deciſ.crim.46.num.2. tom.1.* ſic dicendo ex-
49 tra Rotã conſului D. qui perpenſis clau-
ſulis, & pactis appoſitis in primo inſtru-
mento, quæ pignoris naturam excedunt,
ac deſtruunt, reſponderunt, q partem do-
mum fuiſſe D. Helenæ datam inſolutum
pro quantitate qua in inſtrumento voluit
enim D. Chiappinus D. Helenam pro di-
cta ſumma 360. ſcutorũ tantam dictæ do-
mus habere, & poſſidere, ac ea vti, & frui
ad ipſius D. Helenæ libitũ voluntatis. quæ
verba important, vt ab ea deiure pars do-
mus auocari non poſſe, *Specul. de empt. &*
*vendit. num.19. & ſeq.* & concedit liberam
fructuum perceptionem, *Bero. conſ.157 nu.*
*16. lib.1.* at ex pignore, nec vſum, nec fru-
ctum habet creditor, § *furti, Inſtit. de oblig.*
& poteſt, ac debet quandocunq; ſoluen-
50 do debitum pignus auocare, *Neguſant de*
*pignor. par.5. memb.3. num 1. & 5.* hæc ille,
51 quemadmodũ pignoris adiudicatio fa-
cta plùs debito ruit in totum, *Afflict. deciſ.*
*358. num.7.*

Fuit prolatum laudum huiuſmodi videlicet.

In DEI Nomine. Amen.

52 Viſo cõpromiſſo facto ab Ill. & Excell.
Domino D. Martio Pignatello Principe
Mineruini Gubernatore, ac Adminiſtra-
tore hæreditatis quond. Doctoris Phiſici
Io. Franciſci Fraiani, ac Venerab. Cappel-
læ S. Mariæ Gratiarum eiuſdem Ciuitatis
illius hæredis, ac etiam ab Horatio de
Martino viro Pottiæ Raphaele in noſtri
perſonam, &c.

Viſoq; proceſſu deſuper cõpilato tàm in Curia Minoruini, quàm in Curia Epiſcopali illius Ciuitatis, viſis vidẽdis, conſideratiſq; de iure conſiderandis, ac auditis Magnificis Aduocatis vtriuſq; partis pluries voce, & in ſcriptis.

Per hoc præſens laudum dicimus, decernimus, arbitramur, & laudamus prędictam Cappellam S. Mariæ Gratiarum hæredem vt ſupra, & pro ea eundem Ill. & Excell. Dominũ Principem nomine quo ſupra forè, & eſſe condemnandam, prout condemnamus, & condemnari mandatur ad dandum, & ſoluendum eidem Horatio petitum capitale ducatorũ centum quadraginta vna cum illorũ intereſſe liquidando, excomputato tamẽ vſufructu percepto ſingulis annis ex territorio ſibi aſſignato loco pignoris ad fructuandũ pariter liquidando, verùm liceat, & licitum ſit eidem Horatio retinere dictum territorium in ſatisfactionem ſui crediti prævio illius appretio, & ità præſenti laudo decernitur, arbitramur, & laudamus neutram partem in expenſis, &c.

*Io Baptiſta de Thoro Arbiter.*

Lectum, latum, & publicatũ fuit ſupradictum laudum per Magnif. V.I.D. Io. Baptiſtam de Thoro Arbitrum electum pręſentibus pro teſtibus Reu. D. Io. Vincẽtio Rafaele, Carolo Ruſſetto, Franciſco Turtura, Ioſepho Vitulo, & alijs perſonis in numero oportuno ſub die 7. menſis Maij 1649.

*Dominicus Granutius Scriba ordinarius S.R.C. & Actuarius aſſumptus.*

*SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtratio iuſtitiæ potiùs exteris quam ciuibus erit decernenda.*
2 *Officialis quis in propria patria eſſe non poteſt.*
3 *Suburbia veniunt appellatione Ciuitatis.*
4 *Contradici poteſt Officiali electo ſiuè ſit ciuis, ortus, vel oriundus, vel ſi maiorem partẽ bonorum ibi habeat.*
5 *Officiales quare in propria patria non poſſunt eligi, & exercere, ſed alibi, num. 6. & 8.*
7 *Officialis originarius in amicis, & coniunctis præſumitur affectionem habere.*
9 *Intereſt Reipublicæ delicta puniri.*
10 *Publica lætitia turbatur quando delicta nõ puniuntur.*
11 *Officiales, Actuarij, & Aſſeſſores prohibentur exercere officia in eorum patria.*
12 *Ciues in capite non poſſunt eſſe Officiales in propria patria.*
13 *Officialis electus in propria patria per modicũ tempus poteſt exercere, quod tempus non debet excedere quindecim dies, num. 14.*
15 *Ciues ægrè ferunt à conciue condemnari magis quam placet ab extraneo puniri.*
16 *Ciues potiùs quam aduenæ admitti debent ad adminiſtrationem iuſtitiæ.*
17 *Ciues quare Neap. admittuntur officia iuriſdictionalia, & quando procedat.*
18 *Officiales ſupremorum Magiſtratuum in Regno Neapolitano debent eſſe ciues, ſecus in Officialibus minoribus.*
19 Pragmat. 1. de offic. prouiſ. *qualitèr procedat.*
20 *Officiales ciues ſcientèr à Principe electi admittuntur.*

ARGV-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Ciues in propria patria an debeant eſſe Officiales, vel potiùs aduenæ.

## CASVS XXXIX.

PRætenſionē Ill. Epiſcopi Montiſmurri
aduerſus Vniuerſitatem ipſam inſti-
tutam, nempè quòad Officialis ele-
ctionem ab ea faciendam, & ab ipſo Epi-
ſcopo vtili Domino confirmandam de
extero ciue, ſiuè alienigena ab ea facien-
dam, non tamen eorum patriæ ciue ritè,
& rectè procedere omni iure oſtenditur
ex infra dicendis fundamentis iuridicis.
Nàm ſi attendatur iuris communis di-
ſpoſitio certum erit, quod exteris non ta-
1 men ciuibus, vel originarijs adminiſtra-
tio iuſtitiæ erit decernēda, ad *text. in l. fin.
C de offic. Rector. Prouinc.* cuius verba ſunt
hæc: *Nulli Iudicum patriæ ſuæ adminiſtratio
ſine ſpeciali permiſſu Principis permittatur*, ad
idem eſt *text. in l hij qui, & l. ſi cui, ff ex quib.
cauſ maior.* cui conſimilis eſt *text in l. fin. ff.
de offic aſſeſſ.* vbi *Bart* notat, quod in pro-
2 pria patria quis Officialis eſſe non poſſit,
quæ iura ponderantur à *Camil. Borrell. de
magiſt. edit. lib. 1. cap. 5. nu. 1. & 2* vbi ex *In-
nocent Io Monac. Ludou Rom. Iaſ Dec. Franc.
Marco, & Lancell. Conrad* confirmat iſtam
concluſionem per *text.* à nemine adductū
*in l. 3. C. de diuerſ. offic. & l. fin. C. de crim. ſacril.*
poſt *Parid. de ſyndic § ſtatutum Ciuitatis, n. 4.
Theſaur. deciſ. 268. num. 1.* & nouiſſimè *Ma-
ſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 7 num. 3.*
In tantum quod non ſolùm ciues ab
adminiſtratione iuſtitiæ in propria patria
erint arcendi, vt dictum eſt, ſed etiam ve-
riùs prohibentur hij, qui ex Suburbijs
3 proueniunt, cum ipſa ſuburbia veniant
Ciuitatis appellatione, *l. vxorem, § lega-
rat. l. cuique, ff. de leg. 3.* cum alijs relatis ibi
à *Borrell. num. 3.* ibiq; etiam *num 3. 8. & 9.*
probat apud Hiſpanos, Gallos, & Roma-
nos vſu receptū eſſe aduenas, potiùs quā
ciues admiſſos fuiſſe ad iuſtitiæ admini-
ſtrationem in àliena patria, quod adeò
4 verum eſt, vt ſi Officialis electus ſit ciuis
ortus, vel oriundus, vel ſi maiorem partē
bonorum ibi habeat, vel vxorem duxerit,
poterit ei contradici, vt refert *Capiblanc in
prag. 5. de Baron. num. 165.* per *text. in d l fin.
C. de crim. ſacril.* & extat *Conſtitut. Regni Iu-
ſtitiarij per Prouincias*, ibiq; *Afflict. num. 1.*
intelligit nedum de Iuſtitiarijs, ſed Aſſeſ-
ſoribus, & Actuarijs, vbi rationē aſſignat
5 *num. 2.* propter ſuſpictionē, ne quid gra-
tioſè ageret, & quia nemo Propheta ac-
ceptus eſt in patria ſua, ſed in alia *cap. 1. de
iure iur.* quam ſiquidem *Conſtit.* exornat *D.
Reg. Tapia in ſuo Iure Regni, & Addentes ad
Capyc deciſ. 168.* & ſubdit ibi *Capibl.* quod
poſſit refutari, per *tex. in l. 3. ff de offic. aſſeſſ.
& l. 3. C. de diuerſ. offic. lib 10. Præſ. de Franch.
deciſ 98 Auiles in cap. Prætorum, cap. 4. in gloſ.
Tierra, num. 1.*
Et rationes quibus mouentur DD. sūt,
6 Primò, quia originarius, vel ciuis cum
habeat ibi ſanguine coniunctos, amicos,
& familiares nō ratione, aut iure, ſed ani-
mi, & ſanguinis affectibus moueri poterit
à veritate, ex *Foller. & Bart. relatis ibidem*
7 per *Borrell num. 25.* Officialis namq; ori-
ginarius in amicis, & cōiunctis præſumi-
tur affectionem habere, *Maſtrill. vbi ſupra
num. 9. & 10.* & ſequitur *num 17.* quod ami-
citia, & coniunctio tribuit anſam delin-
quendi Officiali, & conſequentèr ex hoc
iudicium peruerteretur. *ſubdit ibi Capibl.*
8 Secūdò, quia difficile ſi illi parerēt ſub-
diti, vt probat ibi *Borrell. num. 31.* nàm fa-
miliaritas nimia parit contemptum, *Fe-
lin. in cap. & ſi Iudęos, de Iudęis.*
9 Cum igitur interſit Reipublicę delicta
puniri, & expedit nè remaneant impuni-
tà, *l. ità vulneratus, § quod ſi quis, verſ. impu-
nita, ff ad leg. Aquil.* cum alijs adductis per
*Barboſ princip. vtriuſq; iur. lit. D. num. 10.* ob
cauſas enarratas puniri nō benè videren-
tur, & potiùs augeſcetur eorum audacia,
10 nàm cum delicta non puniantur publica
lætitia turbatur, & ira Dei in nos procu-
ratur, *Gram. deciſ. 36. num. 2.*
Et hac ratione perpenſa, nè delicta re-
maneant impunita nedum Officiales, ſed
11 Actuarij, & Aſſeſſores prohibentur exer-
cere eorum officia in eorum patria, poſt
*Afflict. vbi ſupra, Præſ. de Franch. deciſ. 98.
in princ.*
12 Quod adeò verum eſt, qualitèr non
ſolùm ciues in capite non poſſunt eſſe Of-
ficiales in propria patria, ſed nequè Lo-
cumtenentes, vt ex *Afflict. in Conſtit Magi-
ſtri Camerarij*, vbi citat *Bald.* allegantem
*Bartholom. de Capua in l. parabolani, C. de
Epiſcop & cler.* quorum auctoritate refert
ibi *Præſ. de Franch.* ſemper prouidiſſe,
13 quod ſit aduena, & quatenus ciuis fortè
prouideretur tamen per modicum tem-
pus hoc conceſſum videri. probat ex mul-
tis *Guttier. pract. quæſt. lib. 1. cap. 34.* quod tē-
pus

14 pus non excedat tempus dierũ quinde-
cim,vt fuit deciſum cum Vniuerſitate So-
loſtæin anno 1578.die 22.Nouembris re-
fert *Capibl.vbi ſupra nu.*16.& dixi in 1.*par.*
*compendy vrebo Locumtenens.*

15 Multò magis ſi principalitèr fuerit Of-
ficialis in capite cõſtitutus,& ciues egre-
ferunt ab ipſomet conciue condemnari,
placet ab extraneo puniri, quam à com-
patriota liberari, inquit *Maſtrill. ibidem*
*num.*18.

16 Quàmuis aliqui voluerint,ciues potiùs
quã aduenas admicti debere in admini-
ſtratione iuſtitiæ, ex *l fin.C.de offic.Prætor.*
& ex alijs congeſtis per eundem *Borrell.*
*vbi ſupra nu.*17.*& ſeq.*& latiùs per *Maſtrill.*
*vbi ſupra à nu* 27.*cum ſeq.*ſubdẽs Neapoli,
17 & ſi ciues admictantur ad officia iuriſdi-
ctionalia, hoc tamen ſub diſtinctionis fę-
dere concordare nituntur procedere in
adminiſtratione Reipublicæ,nè exteri ſe-
creta illius ſciant,& manifeſtent,& prodi-
tionem aliquam moliuntur,*vt ibi Borrell.*
*num.*21. fundat, *ſubdens num.*24. ſecus eſſe
vbi tractatur de adminiſtratione iuſtitiæ
alicui populo, & Ciuitati, vel vbi eſſet vt
ciues potiùs,quam exteri ad regimen iu-
ſtitiæ anteferẽdi,vt poſt *Theſ. Maſtrill. ibi*
*nu* 25.nec propterea curandũ erit de Ma-
18 giſtratibus Neap. exiſtentibus iuſtitiam
adminiſtrãtibus,quàmuis ciuibus,ex quo
Officiales ſupremorũ Magiſtratuũ in Re-
gno Neapolitano debent eſſe ciues, ꝙ ſe-
cus eſſet in Officialibus minoribus, *Ma-*
*ſtrill. eodem loco num.* 69. *&* 70. & ratio eſt,
quia præſentia Principis abſtergit omnes
ſuſpictiones, ità ex *Franch. & Tapia*, fun-
dat ibi *Capiblanc num.*167. & proindè ob-
19 ſtare non videtur præmiſſis *prag.*1. *de of-*
*fic. prou. &c.* quod officia Regnicolis, &
non exteris erit concedenda in Regno,
quoniam non intelligenda erit, vt ſint in
propria patria deſtinandi,cum id ſit reli-
ctum diſpoſitioni iuris communis, vt di-
20 ctum eſt ſupra, niſi fuerint electi à Prin-
cipe ſcientèr, vt dicunt *DD. ſupra ci-*
*tati*, quare ex allegatis patet illibata, &
incócuſſa reſolutio altercationis propo-
ſitæ, nempè quod ciues omni iure arceri
debent ab exercitio Magiſtratuum in
propria patria, ſed potiùs aduenas de
Regno admicti, ſaluo,&c. & ſic fuit exe-
quutum.

*SVMMARIVM.*

1 *Intereſſe ob retardatam ſolutionem pecunia-*
*rum non factam,omni iure debetur.*
2 *Intereſſe lucriceſſantis, ac damni emergentis,*
*nunquam debetur ſine mora.*
3 *Intereſſe non debetur ſine mora,& ex mora.*
4 *Intereſſe lucri ceſſantis quando debetur, debe-*
*tur ſine mora.*
5 *Intereſſe taxatio admictitur, & poteſt à prin-*
*cipio in pactum deduci,quando quis eſt ſolitus*
*negotiare,& in eo lucrari.*
6 *Intereſſe in ſolito negotiare nullo pacto dedu-*
*cto ante moram denegari debet.*
7 *Mutuum dantes nihil ſpectantes legitur apud*
*Lucam.*
8 *Recipi poteſt aliquid pro mutuo ex retardata*
*ſolutione.*
9 *Intereſſe lucri ceſſantis admictitur in mercato-*
*re, qui vendere, & emere ad negotiandum*
*ſolet.*
10 *Intereſſe ex mutuo in tribus caſibus admicti-*
*tur, maximè quando mora præceſſit.*
11 *Id quod intereſt in mutuo, non habetur pro*
*vſura.*
12 *Intereſſe non alitèr debetur ſi non eſſet verifi-*
*catum mutuantem ſolitum eſſe mercare,nàm*
*debet de hoc conſtare.*
13 *Intereſſe lucri ceſſantis prætendens, debet pro-*
*bare conſuetam negotiationem.*
14 *Deciſio S.C. enũciatur ſuper intereſſe ex mu-*
*tuo debito.*
15 *Intereſſe damni emergentis probari debet ſe il-*
*lud paſſum, & quomodo.*
16 *Intereſſe damni emergentis non poteſt conſe-*
*qui, niſi probetur in indiuiduo damnum con-*
*ſequutum fuiſſe, ex eo quia non habuit pecu-*
*niam.*
17 *Intereſſe damni emergentis ità demum credi-*
*tori debetur, ſi ipſe aliquod damnum incur-*
*rat ob caſſationem ſolutionis non factam.*
18 *Intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis*
*probatio in Regno non admictitur,& debetur*
*ſine alia probatione.*
19 *Damnum eſt lucro priuari.*
20 *Moroſus debitor ad intereſſe tenetur.*
21 *Hypotheca vndè dicitur, & dicitur ius reale,*
*num.*22. *& tribuit ius in re, num.*23.
24 *Hypotheca ſequitur rem hypothecatam.*
25 *Hypotheca cum ipſa re in quemcunq; poſſeſſo-*
*rem, & ſic contra tertium poſſeſſorem,nu.*26.
27 *Vſura debentur ex mora contracta per debi-*
*torem.*
28 *Vſura poſt moram debitam ſuccedit loco in-*
*tereſſe.*
29 *Intereſſe venit acceſſoriè ad cauſam principa-*
*lem.*
30 *Intereſſe ex mora debetur, ob moram acceſ-*
*ſoriè.*
31 *Actio hypothecaria naſcitur ex iure quod quis*
*habet iure, & poſſeſſione.*
32 *Actio hypothecaria non tantùm pro ſorte prin-*

vel ſoror fuerit dotata de paragio, ideſt
67 de bonis patris, vel fratris, excluſa, cenſe-
retur à bonis maternis; vt monit *Afflict.*
*in d. Conſtit. num. 72.* vbi talem *Gloſ.* repro-
bat, ſed benè repellitur ſolùm. ab hæredi-
tate, à qua habuit dotem.

At cum iſta Cornelia filia ipſius Portię
fuerat ab ea dotata inſimul cum eius fra-
tre certum erat reſpectu bonorum pater-
norum fuiſſe dotatam, non tamen mater-
68 norum, quia non apparebat hoc declara-
tum, ſed an per præſentiam ſuam, viſa ipſa
matre, cenſeri debuerat dotata etiam de
maternis, *Ardi. in d. Conſtit. col. penult.* in-
quit, quod ſi frater poſt mortem matris
dotauerit ſororem, & paragium dediſſet
de bonis matris, nulli dubium quin ex-
cluderetur ab eius hæreditate, cæterum
autem ſi viua matre, dederit paragium
matre volente, vel ratum habente, adhùc
repelleretur. ſecus tamen ſi viua matre, &
ſimpliciter dediſſet tantum, quantum eſ-
ſet paragium etiam de bonis matris, quia
videretur de ſuo dotare: imò idem ſi no-
mine matris dediſſet, nec probaretur,
quod ratum habuiſſet, quia mater non
cogitur ratum habere ſicut in patre, cum
ſit officium paternum, & tùnc confirma-
tur illa datio de bonis maternis facta
quando non erat dominus hic pater. poſt-
quam eſt dominus, & hæres matris, *ff. de*
*act. empt. l. ſi quis alienam, de vſucap. l. cum vir*
niſi proteſtaretur frater, quod tanquàm
de bonis matris dotabat, tunc fortè illam
imputabat in paragio *argum. l. Neſennius,*
hæc ille.

Ea propter quia ipſe frater interuene-
rat in capitulis ſuper Conſtitutione dotis
prędictæ, quæ de bonis patris facilè intel-
ligi debuerat, nec aliter de proprio dota-
re, dum non erat hæres patris, neq; ma-
tris, neq; de portionibus ſibi competen-
tibus ſuper bonis vtriuſque parentis, ad
quod idem *Andr. in d. Conſtit. In aliquibus,*
69 *col* 11. inquit, veriùs videtur, vt frater do-
tando, ſimpliciter de ſuo proprio videtur
id feciſſe quaſi donauerit id ſorori, *ff. de*
*probat. l. Procula, ff. de regul. iur. l. cuius per*
*errorem, de cond. indeb. l. 1.* ſecus ſi eſſet ad-
miniſtrator bonorum ſororis, vel patris,
70 cuius eſt officium dotare filias, Contuto-
res, Adminiſtratores, Procuratores, & ge-
ſtores bonorum, & promittere videntur
de bonis illorum, quorum curam admi-
niſtrant, & procuratorium gerunt, quia
ea, quæ agunt, ad eorum nomen referun-
tur. *ff. ſi quis caut. l. penult. & fin.* & ſic loqui-
tur, *l. cum poſt mortem in curatore* 5. *& l. Ne-*
71 *ſennius,* in auia, quæ nepotis negotia geſ-
ſit, vt quoq; proſequitur *Giurba in Conſuet.*
*Meſſan. cap. 3. gloſ. 6. par. 1. nu. 39. & 40. Fon-*
*tanell. eod. tract. d. clauſ. 5. gloſ. 7. per totam.*

Quod quidèm licet nō poſſit hoc ada-
ptari caſui noſtro talis dotatio ſimplex,
eo quia talis frater nō ipſe ſolus dotaue-
rat, ſed inſimul cum matre, & reperieba-
tur debitor reſpectu portionum ſibi ob-
uentorum ob mortem præmortuorum
fratris, & ſororum, ſic quod ſi frater ſit ſo-
roris debitor in eadem quantitate, quam
in dotem promiſerit, tùnc non donandi,
72 ſed compenſandi animo dotem promi-
ſiſſe cenſeretur, vt ex multis probat ibidē
*Giurba num* 41. vbi *num.* 44. ad rem noſtrā
ſubdit in matre, & fratre, quod ſi filiam,
& ſororem dotent pro virili, dos ab eis
data præſumitur, niſi Adminiſtratores
ſint bonorū ſororis, & filiæ, ex *Bald. Boer.*
*Rum. Sanch. & Menoch. ibi relatis,* quidquid
dixerit *Mandel. conſ.* 12. quem etiam citat
*Cumia d. verbo maritata, num.* 428. quod fra-
73 ter, vel mater ſimpliciter dotantes rem
propriam, vel communem in dotem da-
re cenſentur, etiam ſi aliàs eſſent Admi-
niſtratores ex *Cyn. in l. fin. quæſt.* 3 *C. de dot.*
*promiſſ.* contra quem *Menoch. de arbitr. caſu*
88. *num.* 48. inuehit, & increpat, prout de-
ciſum expreſsè firmat *Anton. Faber in eius*
*Codice tit. de dot. promiſſ. defin.* 1. vbi refertur,
74 quod dos per matrem, & fratrem, defun-
cto patre, conſtituta ex maternis, frater-
niſq; bonis in partes conſtituta intelligi-
tur, quod in caſu noſtro reſpectu matris
non erit ſic intelligendum, cum ipſa pa-
tris hæres conſtituta fuerat, ob quod prę-
ſumebatur de bonis paternis dotaſſe, &
ampliùs, quia aderat legatum paternum
ducatorum 400. vt monacari potuiſſet,
ſed quia matrimonio ſe collocare inten-
debat, ſubſequebatur, quod ſi puella
haberet legatum à quocunque, & ſimpli-
citer dotetur à matre, & fratribus, tunc
de bonis ipſius dotare cenſentur, & in re-
ſiduo ex ſuo, vt ex *Bald. de dote par. 6. priui-*
*leg. 3. & Tuſco concluſ. 779. num. 6. & concluſ.*
785. *num.* 18. firmat ibidem *Giurba,* & ſuc-
ceſſiuè frater de ſuis bonis ad eum peruē-
ris ex aliorum ſucceſſione pro virili, vt ſu-
pra dictum eſt, quæ omnia ex liquidatio-
ne patrimonij vnius cuiuſq; dependere
non dubitabatur, & ad corroborationem
75 præmiſſorum extat optima deciſio S. C.
ad relationē Regij tunc Conſiliarij Mar-
ci Antonij de Ponte in cauſa Iuliæ Bray-
dæ iàm nuptæ, cum Oddo Brayda eius
fratre, à quo petierat competens paragiū

ſuper

Digitized by Google

ſuper bonis paternis vna cum fructibus, & deindè petijt ipſum condẽnari ad portionem vitilem ei competentem, nec non ad medietatem hæreditatis Paulæ Altabellæ, & Felicianæ eius amitarum, ac portionem Frãciſci Mariæ Braydæ communis fratris eidem obuentam; licet fuiſſet replicatum non teneri, niſi ad paragium, pro quo obtulerat ſoluere ducatos mille ſpectantes pro eo, & ab alijs liberari, fuit tandem dictus Oddus condemnatus ad dandum petitum paragium vna cum fructibus, nec non ad portiones bonorum hæreditariorum dictarum amitarum vna cum fructibus liquidandis, & pro reliquis abſoluendum eſſe, poſtmodum in liquidatione fuit paragium liquidatum in ducatis 1127. 1. 13. & in virilem in ducatis 3382. vt in Banca Ioan. Baptiſtæ Figliolæ Mag. Actor. de anno 1608.

## IN DEI NOMINE. Amen.

VIſo compromiſſo facto ab Ill. & Excell.
Dño D. Martio Pignatello Principe
76 Minoruini, Gubernatore, ac Adminiſtratore
hęreditatis q. Doctoris Fiſici Io. Frãciſci Frayani, ac Venerab. Cappellæ Sãctæ Matiæ Gratiarum dictę Ciuitatis hęredis, & à Cornelia Frayana vidua relicta q. Alexandri Raphaelis in noſtri perſonam; viſoq; proceſſu agitato in Reuerenda Curia Epiſcopali præfatæ Ciuitatis, viſiſq; videndis, conſideratis de iure cõſiderandis, auditis Magnificis Aduocatis vtriuſque partis pluries voce, & in ſcriptis.

Per hoc præſens laudum, decernimus, arbitramũr, & laudamus, ſpectauiſſe, & ſpectare ad prædictam Corneliam actricem portionem ſucceſſionum in bonis quon. Hieronymi Frayani fratris, ac Antoniæ, & Lauræ ab inteſtato mortuarum, vnà cum fructibus à die mortis liquidandis, & ſimilitèr laudamus ipſi actrici deberi paragium in bonis quond. Portię de Graſſis matris etiam mortuæ ab inteſtato, ſuperexiſtente quond. Ioanne Franciſco Frayano filio maſculo eidem cum fructibus liquidandis ad rationem quinque pro cẽtenario, declarando dictæ Corneliæ nihil deberi de bonis paternis, ex quo fuit dotata in ducatis quatuorcentũ, ac etiam eius contemplatione datos fuiſſe ducatos centum quadraginta Portiæ Raphaeli eius filiæ ex cauſa dotis per eundem quond Doctorem Fiſicum Ioannem Franciſcum Frayanum, quarum portionum, & intereſſe, liquidationem commictimus Dominico Granutio Scribæ S.C. Actuario aſsũpto in huiuſmodi cauſa, pro quibus ſummis debitis ex cauſa ſupradictarum portionum, & paragij, condemnamus dictum Ill. & Excell. Principẽ nomine quo ſupra ad dandum, & ſoluendum ex bonis vt ſupra eidem Corneliæ, vt præſenti noſtro laudo ſolui mandatur, ab expenſis tamen vtramq; partem abſoluentes, & ſic arbitramur, & laudamus &c. hoc ſuum &c.

*Io. Baptiſta de Thoro Arbiter.*

Præſens laudum lectum, latum, & publicatum fuit per ſupradictũ Mag. V.I.D. Ioannem Baptiſtam Thorum Arbitrum electum ſub die 19. menſis Aprelis 1649. præſentibus pro teſtibus Franciſco Faſano, Antonio Riccio, & alijs perſonis in numero copioſo.

*Dominicus Granutius Scriba ord. S.C. & Actuarius aſſumptus.*

## IESVS, MARIA, IOSEPH.

*Subſequitur motiuum deſuper factum in eadem cauſa iàm reſolutum vt infra.*

MOtiuum nouiſſimè excitatum per Dominum Arbitrum videlicet: (Corneliam Frayanam in ſucceſſione ſororum præmortuarum non poſſe pretẽdere partem paragij in bonis paternis ſororibus mortuis debiti, cùm illę mortuæ ſint ante contractum matrimoniũ, quo caſu, cum paragium illis debitum eſſet ſub conditione, nempè ſi nuberent, & quando nuberent, cum caſus prædictus factus non ſit, quia matrimonium non eſt contractum, & ſorores mortuæ ſint pendente
conditione matrimonij. paragium prædictum ad hæredes ſororum mortuarum
77 non trãſmictitur, ſed fratribus accreſcit.
*Peregr. de fideicommiſſ art. 38. nu. 21. Menoch. de præſumpt. lib. 4 præſ. 146 num.* 40. & eſt ra-
78 rio, quia paragium debitum ſub conditione nuptiarum, & debitum ſub conditione, pendẽte conditione, non tranſmittitur ad hæredes, *l. 1. C de his, quæ ſub modo cum concord.)*

Et ſi fateri neceſsè habeã inter doctiſ-
ſimum. Nihilominus Clientis partes de-
78 fendendo, dico ſub correctione. Articulum prædictum ſatis fuiſſe controuerſum inter DD. vt videre eſt ex *Molfeſio ad Conſuetud. Neapol par. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 15. num. 1. vſque & totum.*

Sed præualuit opinio, quod paragium



Digitized by Google

79 tranſmittatur ad hæredss, ſicuti ius pe-
tendi legitimam, cùm ſucceſſerit loco le-
gitimæ,& ſicut Ius petendi eam, quamuis
non petitam,tranſmittitur ad hæredes, vt
*Merlinus in tract. de legit. lib.5. tit.3, quæſt. 9.*
*Hodierna controuerſ foreuſ. cap. 31 num. 33.*
Ita, & Ius petendi dotem de paragio, &
in his terminis iudicatum dicit per S. C.
in cauſa illorum de Gammacorta. *Præſid.*
*de Franchis deciſ. 618.* & iterum in cauſa
Marchionis Illiceti, teſtatur *Conſiliar. de*
*Georgio alleg. 11.* & id non habere difficul-
tatem, dixit *Dom. Conſiliar. Prouenzalis in*
*gloſis ad Conſuetud. Neapol. obſeruat. 15.*
Quæ omnia non habent locum in adi-
tamento illo, vt pari nubat, quia cum mu-
80 lieri non quæratur, niſi nuptiarum tem-
pore, vt concludit *Petrus de Gregorio de*
*dote de paragio quæſt 39* ideò ſi mulier ante
nuptias decedat, licet tranſmićtat para-
gium ad quantitatem vſq; legitimæ, non
81 tamen tranſmićtit additamentum para-
gij, quod debetur, vt pari nubat, & ſic tem-
pore nuptiarum, & nō anteà, quemadmo-
dum concludit *Muta deciſ. 90. à num. 55.*
ſubdens, quod eiuſdem additamentum, vt
vt pari nubat, prout non eſt tranſmiſſibi-
le, ità neq; eſt ceſſibile, atq; ità ceſſiona-
rius ab eo excludatur, allegat poſt *Bald.*
*Petr. de Gregor. in cit. quæſt. 39.* Hæc occur-
runt ſub correctione, &c.

*Subnectuntur ſubſequentes Allegationes*
*pro Actrice.*

PRætendente Cornelia Frayano ſucceſ-
ſionem infraſcriptarum perſonarum ab
inteſtato mortuarum abſq; filijs videlicet,
ſucceſſionem Lauræ ſororis Hieronymi,
& Antoniæ ſimiliter fratris, & ſororis
vtrinque coniunctorū, & Portiæ de Graſ-
ſis communis matris, omni iure prædictę
Actrici, ſucceſſiones prædictas fratris, &
ſororum ab inteſtato abſq; liberis mor-
tui, & mortuarum deberi, & à ſucceſſione
non excludi, neq; fuiſſe excluſam à quon.
Ioanne Frācisco ſimiliter fratre, ſed cum
illo concurrere, vna inſimul cum matre,
& in bonis Portiæ matris vltimo loco
mortuæ, ſaltim paragium, ſtante exiſten-
tia quond. Ioannis Franciſci fratris tùnc
temporis, dubitari non poteſt.
Quia non ſumus in terminis *Conſuetu-*
*dinis Neapolitanæ*, quo caſu procedunt de-
82 ciſiones contrariæ, quod exiſtētibus ma-
ſculis, fœminæ excludantur, etiam in ſuc-
ceſſione ab inteſtato in linea collaterali,
quo caſu intrat illud dubium, an vnica
dotatio ſufficiat, & diſtinguitur inter ſuc-
ceſſionem in linea aſcendenti, à quibus
excluditur fœmina per exiſtentiam ma-
ſculi tot dotationibus, quæ ſunt in linea
collaterali, in qua vnica dotatio ſufficit,
*Capyc. deciſ. 159. Anna alleg. 70. 81. & 187.*
*Anna filius conſ. 45. num. 70.* ſed in terminis
*Conſtitutionis Regni, Et Actrix*, & alij, de quo-
rum ſucceſſione agitur, non fuerunt ciues
Neapolitani, neq; origine, neq; per inco-
latum; & tractatur articulus in ſucceſſio-
ne fratris, & ſororum, & ſic in linea tranſ-
uerſali, & *Conſtitutio Regni In aliquibus*, om-
83 miſit caſum, quando ſoror vult ſuccedere
fratri, vel ſorori mortuis, an excludatur
per fratrem viuum. & proindè caſus om-
miſſus remanet ſub diſpoſitione iuris cō-
munis, & eſt terminandus, per *text. in Iure*
*communi, in Auth. defuncto, C. de legitim. hæred.*
& proindè ſoror ſuccedit vna ſimul cum
fratre, & matre fratri, & ſororibus mor-
tuis etiam in bonis, quæ peruenerunt ad
defunctos fratrem, & ſorores, ex aditione
hæreditatis paternæ, *Dom de Franch. deciſ.*
*171. per totum*, vbi *Addentes*; & in bonis
84 maternis non eſt dubium deberi actrici
paragium tàm de Iure Conſuetudinis Re-
gni, quàm Conſuetudinis Neapolitanæ,
*Caput. in Conſuet. Neapol. par. 1. §. 4. num. 5.*
85 *Anna loc. cit. d. alleg. 81.* & paragium prædi-
ctum liquidandum eſſe habita ratione fa-
cultatum, dignitatum, Conſuetudinis pa-
triæ, & numeri liberorum, *Dom. Conſiliar.*
*Prouenzan. in gloſ. ad Conſuet. Neap. obſeru. 8,*
*num. 10.* allegat *Caput. in Conſuet. Si moria-*
*tur, par. 2 § 6. num. 39.* dicentem in liquida-
tione prædicti paragij obſeruari infra-
ſcripta; Primò, morem Regionis, proùt
in Apulea paragium liquidatur in maio-
ri ſumma. Secundò, conditionem viri, &
vxoris. Tertiò, dignitatem patris dotan-
tis, mariti mulieris, & fratris. Quartò, no-
bilitatem. Quintò, pulchritudinē. Sextò,
virginitatem. Septimò diuitias. Octauò,
ætatem, quæ omnia requiſita actendi de-
bere, dicit idem *Dom. Conſ. Prouenzan. loco*
86 *citato, obſeru. 8 num 12.* & quod ſupplemē-
tum paragij debeatur ei, cui pater minus
debiti paragij legauit, *Reg. de Ponte conſ.*
*65. num. 11. vol. 1. Caput. par. 2. §. 22. in repet.*
*ad Conſuet. Neapol num. 6.*
Et in facto præſenti ſatis conſtat ex aſ-
ſertiua dictorum quon. Portiæ, & Ioannis
Franciſci in dotatione facta Angelellæ
Frayanæ filiæ, & ſorori per infraſcripta
verba fol. 89. in fine, ibi: *Per contemplatione,*
*& cauſa del qual matrimonio, & per li peſi di*
*quello legitime ſupportādi, eſſo Gio. Franceſco,*
*& Portia*

Digitized by Google

& Portia dotanti la detta Angelella, promettono al detto Gio. Battiſta in dotem, & dotis nominé ducati mille, e cinquecento di robbe paterne di eſſo Gio. Fráceſco, quanto delle robbe materne, che la detta Portia li promette nel modo ſequente videlicet, ducati mille, e ducẽto di denari, per li quali ſe l'aſſegnano dalla detta Portia, & detto Gio. Franceſco per quello li ſpetta. Quæ aſſertiua ſtante etiam inuentario nõ cõfecto per dictum Ioannem Franciſcum de bonis paternis, & maternis, neque per dictam Portiam defunctam, ſatis probat, paragium liquidandum eſſe in duc. 1500. pro conſimili ſumma in beneficium Aſcitici.

Et quando pars prædictæ aſſertiuę non acquieſceret, prouti de iure debet, negari non poteſt, quin condemnatio in bonis Portiæ ſequi debeat, ſaltim ad paragium liquidandum, in qua liquidatione debeat dari terminus, & idem Ciues, & Excellentiſſimus Dominus, qui ſcit omnes in illius liquidatione, poſſunt eſſe magis Iudices, quam teſtes. Hæc occurrunt, &c.

*SVMMARIVM.*

1 Promictere *verbum, importat ſtipulationem, maximè appoſitum in capitulis matrimonialibus fauore dotis, num. 2.*

3 *Promictere aliud eſt, & aliud facere.*

4 *Promiſſio de aliquid faciendo, importat de faciendo ſtatim.*

5 *Promictens aliquid facere, cenſetur promiſiſſe validè facere.*

6 *Aliud eſt cedere, aliud promiſſio de cedendo.*

7 *Promiſſio ſubrogatur loco pretij.*

8 *Intereſſe comprehẽditur ſtante obligatione bonorum debetur principaliter ex promiſſione.*

9 *Intereſſe comprehendit damnum emergens, & lucrum ceſſans.*

10 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis omni iure debetur.*

11 *Intereſſe non tantùm venit ob moram contractam per non ſoluentem; ſed ſub promiſſione refectionis illorum, num. 14.*

12 *Intereſſe debetur per debitorem moroſum.*

13 *Intereſſe ſine mora nõ debetur, & intereſſe venit ſub obligatione refectionis damnorũ, ſtante clauſula, quæ omnia, num. 15.*

16 *Intereſſe conſideratur reſpectu mercaturæ, ſecus in alijs, cum ſit illud introductum fauore mercatorum, num. 17.*

18 *Intereſſe lucri ceſſantis à conſueto negotiari peti debet.*

19 *Intereſſe prætendens, probare debet conſuetam negotiationem, adhibitis illis tribus requiſitis.*

20 *Intereſſe tàm lucri ceſſantis, quàm damni emergentis mercatori debetur.*

21 *Intereſſe lucri ceſſantis, ac damni emergentis debetur ei, qui pecunias habet paratas ad negotiandum.*

22 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur ſolito negotiare, & ſic deciſum, quod erit probandum concludenter non præſumptiuè.*

23 *Intereſſe dotis dicitur damnum emergens, & debetur, licet maritus non ſit ſolitus negotiare.*

24 *Intereſſe debetur ei, qui habuiſſet pecuniam, potuiſſet emere prædia, & alia.*

25 *Intereſſe probatum cenſetur quando accepiſſet quis pecuniam ſub vſuris ad eandem rationem, aut accepiſſe pecuniam ad cambium, num. 26.*

27 *Intereſſe dotis debetur conſtante matrimonio ex mora propter onera.*

28 *Intereſſe debetur mulieri ob dotẽ nõ ſolutam.*

29 *Intereſſe dotis debetur à die moræ.*

30 *Intereſſe damni emergentis ſine mora debetur.*

31 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis in Regno probatione, non indiget.*

32 *Intereſſe ad quam rationem liquidatur.*

33 *Ratio compenſatiua intereſſe habetur ad fructus.*

34 *Pignus conſtituitur tàm in rebus mobilibus quàm immobilibus.*

35 *Vſusfructus intereſſe in pignus dari poteſt.*

36 *Pignus tàm pro ſorte quàm pro vſuris, intelligitur obligatum.*

37 *Pignus præſumitur idoneum, & ſufficiens.*

38 *Creditor accipiens à debitore pignus in dubio non præſumitur idoneum.*

39 *Fructus ex pignore percepti imputãtur in creditum, ſecus ſi contrarium probetur.*

40 *Pignus datũ creditori pro certa ſumma, quod non ſit veriſimilis eius redẽptio, non imputatur in creditum.*

41 *Accipere aliquid vltra ſortem, de iure eſt improbatum.*

42 *Fructus ex pignore accipiens, vſura eſt.*

43 *Vſura non eſt quando intereſſe percipitur ob damnum emergens, & lucrum ceſſans.*

44 *Creditor ex pacto poteſt ex pignore fructus percipere ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, quod etiam procedit in dote non tradita, num. 45.*

46 *Mens contrahentium in conſtitutione pignoris magis attenditur, quam verborum tenor.*

47 *Fructus ex pignore percipi poſſunt quando ita contentum eſſet, quoniam tunc non vſura diceretur, ſed intereſſe debitum, & ſic iudicatum num. 48.*

49 *Deciſio Rotæ Romanæ affertur ob dationem domus data ad vſufruendum inſolutum pro*

*quantitate debita ex clauſulis appoſitis, & partis in inſtrumento potuiſſe fructus percipere ex tali pignore.*

50 *Creditor ex pignore accuſum, nec fructum percipit.*

51 *Adiudicatio pignoris facta plus debito, corruit in totum.*

52 *Deciſio controuerſiæ ex laudo refertur.*

A R G V M E N T V M.

Hæres debitoris an teneatur ſoluere eandem quantitatẽ promiſſam ad eandem rationem, ſicuti debitor ad cedendũ teneatur ſimilitèr, & an territoriũ aſſignatum ad vſumfruendũ non totalitèr, ſed loco pignoris aſſignatum cenſeri debeat.

C A S V S XXXVIII.

ALtera ſe offerebat altercatio mihi compromiſſa ab eodem Illuſtriſſimo Domino Principe Mineruini D. Martio Pignatello decidenda in cauſa Horatij de Martino viri Portiæ Raphaelis, cui fuerũt inter cætera promiſſi à Phiſico Franciſco Frayano ducati centum quadraginta in dotem cum promiſſione ceſſionis actionum, ac conſignatione inſtrumenti contra Ioſeph Raphaele eius debitorem in conſimili ſumma tempore effectuati matrimonij, & indè ſubſequuto effectu illius in anno 1620. die 14. Ianuarij, non alitèr facta dicta ceſſione promiſſa, licet fuiſſet aſſignatum quodam territorium valoris ducatorum nonaginta per eundem dotantẽ eidem Horatio ad vſufructuandum, quemadmodùm ex atteſtationibus teſtium examinatorum in proceſſu percipiebatur, & per certos annos percepiſſet illius fructus non alitèr æquiualentes eius credito, nihilominus comparendo in iudicio Curiæ dictæ Ciuitatis, ſua iura propoſuit, petendo condemnari eundem Illuſtriſs. Dominum Principem vti Adminiſtratorem Cappellæ Diuę Mariæ Gratiarum hæredem ipſius quond. Io. Franciſci ad ſoluendũ dictos ducatos centum quadraginta vna cum intereſſe decurſo ad rationem ducatorum decem pro centenario, quemadmodùm ſoluebat
eius debitor Ioſeph Raphaele, & ipſe coactus fuerat accipere ad intereſſe eandem ſummam, ac inſuper compenſari valorem dicti territorij ſibi ad vſufructuandum datum cum eius credito, ſtante quod ipſe Ioan. Franciſcus conſequutus fuerat eius creditum ab ipſo Ioſeph, & multa illius bona inſolutum, & pro ſoluto acceperat, quinimò ex hoc facti themate duo reſultauerant dubia reſoluenda, quorum Primum erat ſi dicta Cappella hæres tenebatur ſoluere intereſſe ad eandem rationẽ ducatorum decem pro centenario, ſicuti debitor cedendus obligatus erat, quan-
1 quàm attento verbo *promettere*, videatur
firmandum, importare ſtipulationem, vt
ſi non tantum in ſcriptura priuata, quantum in publica fuerit appoſitũ; poſt *Surd. deciſ.* 115. *num.* 4. *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4 *gloſ. num.* 1. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 24. *tit.* 1. *num.* 13. eo magis
2 ſi fuerit appoſitum in capitulis matrimonialibus fauore dotis; vt idem *Fontanell. d. tract. d. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 4. *num.* 13. vbi deciſiones affert.
3 Nihilominus, quia promictere aliud eſt,
& alind facere, idem *Fontanell. d. clauſul.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 4 *num.* 21. & promiſſio de faciendo, longè differt à facto, *Farinac. deciſ. poſt.*
4 *num.* 326. *num.* 1. *par.* 4. ex eo quia promiſ-
ſio de aliquid faciendo, importat de faciendo ſtatim, *idem deciſ.* 397. *num* 1. *par.* 3.
5 ità vt promictens aliquid, facere cenſetur
promiſiſſe validè facere, talitèr quod producat effectum à partibus conſideratum, *idem deciſ.* 425. *num.* 2. *par.* 4.
6 Et propterea, cum nõ fuerit promiſſio
facta de cedendo ad effectum deducta, nil releuare potuerat, nàm aliud eſt ceſſio, & aliud promiſſio cedendi, vt ex *Dec. & Roman.* perpendit *Tiraq. de retract. conu. ad finem tituli ſub num.* 41.
7 Reſtabat tamen promiſſio ipſa loco
pretij, eo quod promiſſio ſubrogatur loco pretij, vt voluit *Farinac. deciſ. poſtb.* 465. *num.* 4. *par.* 3.
Quinimò ex ijs reſultauerat, quod ſi benè intereſſe debetur principalitèr, & iure actionis quando debetur ex promiſſione, vt dixit *Handed. in conſ.* 30. *num.* 52. *vol.* 1. adhùc tamen ob promiſſionẽ promiſſionis fortis, & ſcripturarum non ſubſequutam intereſſe reſultauerat non ob-
8 ſeruando promiſſa, quare ſtante obligatione bonorum pro contractus obſeruantia intereſſe comprehendit, *Donatus Antonius de Marinis reſolut. quotidianar. cap.* 76. *num.* 6. *tom.* 1. & ſi cui ſtipulationis debetur,

Digitized by Google

tut, *Hodierna controu. forenſ. cap.17.nu.21.*
9 Quod ſiquidem intereſſe comprehen-
dit damnum emergens,& lucrum ceſſans,
*Gamma deciſ. Luſit.110. num.32.* quod qui-
10 dem intereſſe lucri ceſſantis, & damni
emergentis omni iure debetur, *Honded.
conſ.38.num.10. tom.2. Coſta Sicul. conſil.48.
num.2.*
11 Et tale intereſſe lucri ceſſantis,& dam-
ni emergentis venit non tantùm ob mo-
ram contractam per non ſoluentem, pro-
bat *Præſ. de Franch. deciſ.642.num.12. & de-
ciſ.[illegible] num.15. Coccin. deciſ.256. num.5.*
12 Et ſic debetur per debitorem moroſũ,
*Muta deciſ.52.num.12.& 37.*
13 Etenim ſine mora tale intereſſe, ſiuè
ſit damni emergentis, ſiuè lucri ceſſantis
non debetur, *Honded. conſ.36.nu.29.tom.2.*
14 Sed etiam venit ſub promiſſione refe-
ctionis damnorum, & intereſſe, & expen-
ſarum, idem *Muta deciſ.52.nu.52.* maximè
15 ſtante clauſula *(quæ omnia) Merlin. deciſ.
Luccenſ.91. ſub num.1. & Mellinus deciſ. Ro-
man.27.num.7.*
16 Et ſi in præſenti facto non agebatur de
intereſſe lucri ceſsãtis, iſte Horatius actor
nõ aliter erat mercator, nã intereſſe cõſi-
deratur reſpectu mercaturæ, ſecus in alijs,
17 *Borrell. conſ.79.nu.27.* cum ſit illud intro-
ductum fauore mercatorum, *Fontanell. de-
ciſ. Catal.91.num.8.tom.1.* quapropter iſtud
18 intereſſe lucri ceſſantis à ſolo conſueto
negotiari peti poteſt, *Polid. Ripa obſeru.1.
num.1. Honded. conſ.39.num.2.tom.2. Mellin.
deciſ.27.num.5. Surd in conſ.368. num.5.* &
per conſequens prætendens tale intereſſe
debet articulare, & probare conſuetam
negotiationem, *vt ibi num.2. Ripa*, adhibi-
tis illis relatis ab *Honded. d. conſ.39 num.3.*
19 Primò, quod creditor ſit ſolitus negotia-
re. Secundò, quod debitor ſit in mora.
Tertiò, quod occaſio lucrãdi ſit in prom-
ptu, *Hodierna controu. forenſ. cap.17.nu.30.*
20 Imò non tantùm dicto intereſſe lucri
ceſſantis mercatori debetur, ſed paritèr
intereſſe damni emergentis, *Muta vbi ſu-
pra num.42.* vbi *num.23.& 41.* oſtendit, vt
illud cõſequi poſſit quid agendum ſit, in-
21 tereſſe enim lucri ceſſantis, ac damni
emergentis debetur ei, qui pecunias ha-
bet paratas ad negotiandum, *Ramon. con-
ſil.40.num.19.& Mellin. deciſ. Rotæ Rom.27.*
22 *num.2.* & quod tale intereſſe lucri ceſſan-
tis debeatur ſolito negotiari, deciſum re-
tuli per S. C. in 1. *par. noſtri compendij verbo
intereſſe lucri ceſſantis*, optimè *Franc. Merlin.
deciſ. Luccenſ.48.num.17. Gratian. cap.833.
num.14.& cap.243.num.74.* quod erit pro-
bandum concludentèr, non præſumptiuè,
*idem cap.67.num.9.ad 15.*

Sed benè tantũ intereſſe damni emer-
gentis ei conueniens erat principalitèr,
23 nàm intereſſe dotis dicitur damnum
emergens, *Ludou. Bello conſ.169. num.2.* &
debetur licet maritus non ſit ſolitus ne-
gotiare, vt ſubdit *num.3.* quanquam tàm
24 intereſſe lucri ceſſantis, quam damni
emergẽtis debeatur eidem, qui ſi habuiſ-
ſet pecuniam, potuiſſet emere prædia, &
ſimilia etiam in non ſolito negotiari, eſto
quod creditor haberet pignus, vt voluit
ibi *Muta num.39. & 40.* adhùc tamen non
apparebat in actis verè probatum damnũ
25 emergens, ſed tantùm accepiſſe ſub vſu-
ris pecuniam ad eandem rationem, quod
erat in eius facultate illas recipere, vel
non, vt aduertis, *Honded. conſ.50.nu.3. vol.1.*
vbi docet, probationem vtriuſq; intereſſe
damni emergentis, & lucri ceſſantis, aut
26 accepiſſe pecuniam ad cambium, refert
*Merlin. deciſ. Luccenſ.91. ſub num.1. Hodierna
controu. forenſ. cap.17.nu.35.* reſtabat tamen
vt tale intereſſe deberetur occaſione pro-
miſſionis non ſubſequutæ ob morã con-
27 tractam, ex quo ei damnum reſultauerat
propter onera matrimonij, ſi benè inte-
reſſe dotis debetur conſtante matrimo-
28 nio ex mora, vt inquit *Io. Ant. Bellon. conſ.
64.nu.1.* hoc eſt tam intereſſe lucri ceſſan-
tis, quàm damni emergentis debetur mu-
29 lieri propter dotem nõ ſolutam, *Gratian.
cap.823.num.15.* intereſſe dotis debetur à
30 die moræ, *Michael Ferr. obſeru.383.num.2.*
nihilominus tale intereſſe damni emer-
gentis, & ſine mora debetur, *Honded. d.
conſ.50.num.15.* & non mirum ſi in Regno
31 probatio intereſſe damni emergentis, &
lucri ceſſantis non eſt neceſſaria, vt refert
*Reg. Merlin. controuerſ. forenſ. cap.50. num.27.
tom.2.* vbi rationem aſſignat, & proinde
nulla differentia eſt in Regno circa inte-
reſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis,
*cap.42.num.29.*

Supererat diſſerere, qualitèr taxari de-
beret, quod eſt relictum arbitrio Iudicis,
dùm diuerſimodè taxetur, ſed benè taxa-
ri debet, iuxtà taxam honeſtam ſecundũ
morem regionis, hoc eſt ad decem, ſeptẽ,
32 ſex, vel quinque pro centenario, vt tradit
*Muta d. deciſ.52.num.49.*

Quocircà dùm Actor iſte accepiſſet
dictum territorium conceſſum ad vſufru-
ctuandum, ex quo fructus recollexerat
per aliquos annos tale intereſſe rectè ta-
33 xari non poterat, ſed ratio compenſatiua
haberi ad fructus, vt *ibi Muta nu.24.* oſten-
dit,

dit,& propterea illud taxandum ſuo loco,
& tempore relinquendum perhabita no-
titia perceptionis fructuum,idcirco con-
uentum condemnari debere ad tale capi-
tale ducat. 140. vna cum intereſſe liqui-
dando.

Reſtabat aliud ſatis notandum dubiū
reſoluendum, eo quod ipſe actor præten-
debat tale territorium ſibi aſſignatum
ad vſufruendum, non eſſe totaliter ſibi
conceſſum, ſed loco pignoris potius, quā
dominij, & propterea inſtabat iſtud ſibi
34 aſſignari in compotum annatarū decur-
ſarum, eo quia pignus conſtituitur non
tantum in rebus mobilibus,quam etiam
in immobilibus,ex *l ſciendum, § 1. verſ. cre
ditor, ff qui ſatiſd. cog. Neguſ de pignor. par. 1.
num 1. Alciat. in l plebs, num. 2 ff. de verb. ſign.*
notat *Mercul. Merlin. in tract. de pignor. lib. 1.*
35 *tit. 1. quæſt. 1 num 6.* ſed etiam vſusfructus
illorum in pignus dari poteſt, ex *l. ſi is qui
ff. de pignor.* probat *Maurel. Caluan. in tract.
de vſufructu cap. 70.* & proinde pignus non
36 ſolum pro ſorte, ſed etiam pro vſuris in-
telligitur obligatum *Mantica eod tract. de
tacit. & ambig. lib. 14. tit. 46. num. 9. Cōſ. Barz.
deciſ. 108. num. 11.*

37 Sed replicabatur, quod pignus in du-
bio præſumitur idoneum,& ſufficiens;ita
*Affl. deciſ. 373. num. 28. Menoch de præſumpt.
lib. 2. præſ. 93. num. 3.* adeo quod ſi credi-
38 tor à debitore accipiat pignus,in dubio
præſumitur idoneum, *Cancer variar. reſol.
par. 2. cap. 3. num. 131.* & per cōſequens fru-
39 ctus ex pignore percepti imputantur in
creditum, *Merlin. d. tract. lib. 5. quæſt. 2. nu. 9.
& quæſt 45. num. 1. Conſ Arias de Meſa var.
reſolut. lib. 1. cap. 4. ſub num 14.*

Quod ſecus eſſet ſi contrarium probe-
tur, *Surd deciſ 44 num. 16.*

Apparebat enim in facto probatum ip-
ſum Horatium fuiſſe creditorem in du-
catis centum quadraginta pro capitale,
& pro intereſſe decurſo.

Sed territorium aſſignatum non erat
tanti valoris, ſed valoris ducatorum no-
40 naginta, ſicuti erat verificatum, quapro-
pter ſufficiens non erat neq; pro capita-
le, neq; pro vſuris, & tunc fructus non
imputantur in creditum quando pignus
fuit datum creditori pro tanta ſumma,
quod non ſit veriſimilis eius redemptio,
*idem Merlin. d. tract. d quæſt. 45. num. 73. & 74.*

41 Quapropter reſpectu fructuum perce-
ptorum ex dicto territorio, & ſi de iure
inhibitum ſit accipere aliquid vltra ſor-
tem, vt probat *Soccin. in reg. 3.* quem ſequi-
tur *Farin. in repert. de contract. in fragm. verſ.
pignus, num. 7.* ſubdens regulariter eſſe vſu-
42 ram fructus ex pignore percipere,& per-
ceptos in ſortem computari, *cap. 1. & cap.
conqueſtus, de vſur.*

43 Attamen id limitant DD. ſecus eſſe
quando percipiūtur ratione damni emer-
gentis, & lucri ceſſantis, quoniā creditor
44 etiam ex pacto poteſt ex pignore ratio-
ne damni emergentis, & lucri ceſſantis
fructus percipere, vt ex *Couar. variar. reſol.
lib. 3. cap. 3. num 3. verſ. quamobrem,* probat
*ibi Farinac. & Soccin. ibidem verſic. caſus eſt,*
quando debitor recuſat compenſare fru-
ctus per aliquod intereſſe, putà quia erat
45 maritus, qui ſubit onera matrimonij do-
te adhuc ſibi non tradita, vt eſt elegans
*text in cap ſalubriter, extra de vſur.* & alius in
*l. 1. § vſuras, ff ſolut. matrim Bartholom. Socc.
conſ 1.. incipit Præſens, verſ. ſecundo cōfirmo,
cum 1. & ſeq. vol. 2.* & ſic fauore dotis hoc
permiſſum eſſe iſto caſu confirmat *Farin.
in d. repert. quæſt. 34. num. 30.* eo magis vt ſu-
pra traditum eſt; quod intereſſe dotis eſt
damnum emergens.

46 Et amplius in conſtitutione pignoris
mentem contrahentium magis, quam ver-
borum tenorem inſpicimus, *l. fin C. quæ res
pign. oblig. poſſ. l. 3 ff. de lib. præt. l. 3. § condit.
ff. de adim. leg. l. in conuentione, ff de verb. oblig.*
probat *Vulhelm. Riddelam. deciſ. Traiect. 47.
num. 3.* eo magis quando eſſet conuentum
47 inter creditorem,& debitorem,vt fructus
ex pignore percepiſſet, quod iure optimo
probatur ex *l. ſi ea lege, & l pignoribus, C. de
vſur.* cum alijs apud *Theſaur. deciſ. 78. nu. 1.*
& ibidem licet quærat ſi tales leges ad-
mitti debeant attento iure Canonico di-
ſputando quæſtionem ad partes, affirmat
hanc conuentionem apparere eſſe vſura-
riam,& reijciendam, & ita cenſuiſſe Sena-
tum, nihilominus ſubdit dicendo, niſi
aliunde probetur intereſſe partis,& quod
tantum intereſſit, quantum valebāt fructus
rei pignoratæ, tunc enim non dicetur vſu-
ra, ſed legitimū intereſſe, ex *Gloſ. in d. cap.*
48 *conqueſtus,* quod intereſſe debitum eſſe iu-
dicauit Senatus in eadem cauſa, vt etiam
teſtis eſt in hoc puncto *D. Oſaſc. deciſ. 143.
num. 2.* quod ſatis videtur huic facto con-
ferre, dum iſte erat creditor non tantum
capitalis, ſed etiā intereſſe, & fructus ter-
ritorij, potius erant minoris redditus,
quam maioris, adeo quod cum fuerat da-
tum territorium ad vſufructuandum neu-
tiquam poterat in vſuras illud applicari,
dum pacto expreſſo conuentū fuerat ad
vſufructuandum, hoc eſt vt in ſatisfactio-
nem intereſſe illius fructus computaren-
tur,

tur, & territorium in capitale debitum; ad quod ſingulatitèr congruit pro deciſione iſtius articuli, quod tradit *Farinac. deciſ.crim.46.num.2. tom.1.* ſic dicendo ex-
49 tra Rotā conſului D. qui perpenſis clauſulis, & pactis appoſitis in primo inſtrumento, quæ pignoris naturam excedunt, ac deſtruunt, reſponderunt, q̄ partem domum fuiſſe D. Helenæ datam inſolutum pro quantitate qua in iuſtrumento voluit enim D. Chiappinus D. Helenam pro dicta ſumma 360. ſcutorū tantam dictæ domus habere, & poſſidere, ac ea vti, & frui ad ipſius D. Helenæ libitū voluntatis. quæ verba important, vt ab ea deiure pars domus auocari non poſſe, *Specul. de empt. & vendit. num. 19. & ſeq.* & concedit liberam fructuum perceptionem, *Bero.conſ.157 nu. 16. lib.1.* at ex pignore, nec vſum, nec fructum habet creditor, *§ furti, Inſtit. de oblig.* & poteſt, ac debet quandocunq; ſoluen-
50 do debitum pignus auocare, *Neguſant de pignor. par.5. memb.3. num.1. & 5.* hæc ille,
51 quemadmodū pignoris adiudicatio facta plùs debito ruit in totum, *Afflict. deciſ. 358. num.7.*

Fuit prolatum laudum huiuſmodi videlicet.

In DEI Nomine. Amen.

52 Viſo cōptomiſſo facto ab Ill. & Excell. Domino D. Martio Pignatello Principe Mineruini Gubernatore, ac Adminiſtratore hæreditatis quond. Doctoris Phiſici Io. Franciſci Fraiani, ac Venerab Cappellæ S. Mariæ Gratiarum eiuſdem Ciuitatis illius hæredis, ac etiam ab Horatio de Martino viro Portiæ Raphaele in noſtri perſonam, &c.

Viſoq; proceſſu deſuper cōpilato tàm in Curia Minoruini, quàm in Curia Epiſcopali illius Ciuitatis, viſis vidēdis, conſideratiſq; de iure conſiderandis, ac auditis Magnificis Aduocatis vtriuſq; partis pluries voce, & in ſcriptis.

Per hoc præſens laudum dicimus, decernimus, arbitramur, & laudamus prędictam Cappellam S. Mariæ Gratiarum hæredem vt ſupra, & pro ea eundem Ill. & Excell. Dominū Principem nomine quo ſupra forè, & eſſe condemnandam, proùt condemnamus, & condemnari mandatur ad dandum, & ſoluendum eidem Horatio petitum capitale ducatorū centum quadraginta vna cum illorū intereſſe liquidando, excomputato tamē vſufructu percepto ſingulis annis ex territorio ſibi aſſignato loco, pignoris ad fructuandū paritèr liquidando, verùm liceat, & licitum ſit eidem Horatio retinere dictum territorium in ſatisfactionem ſui crediti præuio illius appretio, & ità præſenti laudo decernitur, arbitramur, & laudamus neutram partem in expenſis, &c.

*Io Baptiſta de Thoro Arbiter.*

Lectum, latum, & publicatū fuit ſupradictum laudum per Magnif. V.I.D. Io. Baptiſtam de Thoro Arbitrum electum pręſentibus pro teſtibus Reu. D. Io. Vincētio Rafaele, Carolo Ruſſetto, Franciſco Turtura, Ioſepho Vitulo, & alijs perſonis in numero oportuno ſub die 7. menſis Maij 1649.

*Dominicus Grauutius Scriba ordinarius S.R.C. & Actuarius aſſumptus.*

*SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtratio iuſtitiæ potiùs exteris quam ciuibus erit decernenda.*
2 *Officialis quis in propria patria eſſe non poteſt.*
3 *Suburbia veniunt appellatione Ciuitatis.*
4 *Contradici poteſt Officiali electo ſiuè ſit ciuis, ortus, vel oriundus, vel ſi maiorem partē honorum ibi habeat.*
5 *Officiales quare in propria patria non poſſunt eligi, & exercere, ſed alibi, num. 6. & 8.*
7 *Officialis originarius in amicis, & coniunctis, præſumitur affectionem habere.*
9 *Intereſt Reipublicæ delicta puniri.*
10 *Publica lætitia turbatur quando delicta nō puniuntur.*
11 *Officiales, Actuarij, & Aſſeſſores prohibentur exercere officia in eorum patria.*
12 *Ciues in capite non poſſunt eſſe Officiales in propria patria.*
13 *Officialis electus in propria patria per modicū tempus poteſt exercere, quod tempus non debet excedere quindecim dies, num. 14.*
15 *Ciues ægrè ferunt à conciue condemnari magis quam placet ab extraneo puniri.*
16 *Ciues potiùs quam aduenæ admitti debent ad adminiſtrationem iuſtitiæ.*
17 *Ciues quare Neap. admittuntur officia iuriſdictionalia, & quando procedat.*
18 *Officiales ſupremorum Magiſtratuum in Regno Neapolitano debent eſſe ciues, ſecus in Officialibus minoribus.*
19 Pragmat. 1. de offic. prouiſ. *qualitèr procedat.*
20 *Officiales ciues ſcientèr à Principe electi admittuntur.*

ARGVMENTVM.

Ciues in propria patria an debeant eſſe Officiales, vel potiùs aduenæ.

CASVS XXXIX.

PRætenſionẽ Ill. Epiſcopi Montiſmurri
aduerſus Vniuerſitatem ipſam inſti-
tutam, nempè quòad Officialis ele-
ctionem ab ea faciendam, & ab ipſo Epi-
ſcopo vtili Domino confirmandam de
extero ciue, ſiuè alienigena ab ea facien
dam, non tamen eorum patriæ ciue ritè,
& rectè procedere omni iure oſtenditur
ex infra dicendis fundamentis iuridicis.

Nàm ſi attendatur iuris communis di-
ſpoſitio certum erit, quod exteris non ta-
1 men ciuibus, vel originarijs adminiſtra-
tio iuſtitiæ erit decernẽda, ad *text. in l. fin.
C. de offic. Rector. Prouinc.* cuius verba ſunt
hæc: *Nulli Iudicum patria ſuæ adminiſtratio
ſine ſpeciali permiſſu Principis permittatur.* ad
idem eſt *text. in l. hij qui, & l. ſi cui, ff. ex quib.
cauſ. maior.* cui conſimilis eſt *text. in l. fin. ff.
de offic. aſſeſſ.* vbi *Bart.* notat, quod in pro-
2 pria patria quis Officialis eſſe non poſſit,
quæ iura ponderantur à *Camill. Borrell. de
magiſt. edict. lib. 1. cap. 5. nu. 1. & 2* vbi ex *In-
nocent. Io. Monac. Ludou. Rom. Iaſ. Dec. Franc.
Marco, & Lancell. Conrad.* confirmat iſtam
concluſionem per *text.* à nemine adductũ
*in l. 3. C. de diuerſ. offic. & l. fin. C. de crim. ſacril.*
poſt *Parid. de ſyndic. § ſtatutum Ciuitatis, n. 4.
Theſaur. deciſ. 268. num. 1.* & nouiſſimè *Ma-
ſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 7. num. 3.*

In tantum quod non ſolùm ciues ab
adminiſtratione iuſtitię in propria patria
erint arcendi, vt dictum eſt, ſed etiam ve-
riùs prohibentur hij, qui ex Suburbijs
3 proueniunt, cum ipſa ſuburbia veniant
Ciuitatis appellatione, *l. vxorem, § legaue-
rat. l. cuique, ff. de leg. 3.* cum alijs relatis ibi
à *Borrell. num. 3.* ibiq; etiam *num. 3. 8. & 9.*
probat apud Hiſpanos, Gallos, & Roma-
nos vſu receptũ eſſe aduenas, potiùs quã
ciues admiſſos fuiſſe ad iuſtitiæ admini-
ſtrationem in aliena patria, quod adeò
4 verum eſt, vt ſi Officialis electus ſit ciuis
ortus, vel oriundus, vel ſi maiorem partẽ
bonorum ibi habeat, vel vxorem duxerit,
poterit ei contradici, vt refert *Capiblanc. in
pragm. 5. de Baron. num. 165.* per *text. in d. l. fin.
C. de crim. ſacril.* & extat *Conſtitut. Regni Iu-
ſtitiarij per Prouincias*, ibiq; *Afflict. num. 1.*
intelligit nedum de Iuſtitiarijs, ſed Aſſeſ-
ſoribus, & Actuarijs, vbi rationẽ aſſignat
5 *num. 2.* propter ſuſpictionẽ, ne quid gra-
tiosè ageret, & quia nemo Propheta ac-
ceptus eſt in patria ſua, ſed in alia *cap. 1. de
iure iur.* quam ſiquidem *Conſtit.* exornat *D.
Reg. Tapia in ſuo Iure Regni, & Addentes ad
Capyc. deciſ. 168.* & ſubdit ibi *Capibl.* quod
poſſit refutari, per *tex. in l. 3. ff. de offic. aſſeſſ.
& l. 3. C. de diuerſ. offic. lib. 10. Præſ. de Franch.
deciſ. 98. Auiles in cap. Prætorum, cap. 4. in gloſ.
Tierra, num. 1.*

Et rationes quibus mouentur DD. sũt,
6 Primò, quia originarius, vel ciuis cum
habeat ibi ſanguine coniunctos, amicos,
& familiares nõ ratione, aut iure, ſed ani-
mi, & ſanguinis affectibus moueri poterit
à veritate, ex *Foller. & Bart. relatis ibidem*
7 per *Borrell. num. 25.* Officialis namq; ori-
ginarius in amicis, & cõiunctis præſumi-
tur affectionem habere, *Maſtrill. vbi ſupra
num. 9. & 10.* & ſequitur *num. 17.* quod ami-
citia, & coniunctio tribuit anſam delin-
quendi Officiali, & conſequentèr ex hoc
iudicium peruerteretur, *ſubdit ibi Capibl.*

8 Secũdò, quia difficile ſi illi parerẽt ſub-
diti, vt probat ibi *Borrell. num. 31.* nàm fa-
miliaritas nimia parit contemptum, *Fe-
lin. in cap. & ſi Iudæos, de Iudæis.*

9 Cum igitur interſit Reipublicę delicta
puniri, & expedit nè remaneant impuni-
tà, *l. ità vulneratus, § quod ſi quis, verſ. impu-
nita, ff. ad leg. Aquil.* cum alijs adductis per
*Barboſ. princip. vtriuſq; iur. lit. D. num. 10.* ob
cauſas enarratas puniri nõ benè viderен-
tur, & potiùs augeretur eorum audacia,
10 nàm cum delicta non puniantur publica
lætitia turbatur, & ira Dei in nos procu-
ratur, *Gram. deciſ. 36. num. 2.*

Et hac ratione perpenſa, nè delicta re-
maneant impunita nedum Officiales, ſed
11 Actuarij, & Aſſeſſores prohibentur exer-
cere eorum officia in eorum patria, poſt
*Afflict. vbi ſupra, Præſ. de Franch. deciſ. 98.
in princ.*

12 Quod adeò verum eſt, qualitèr non
ſolùm ciues in capite non poſſunt eſſe Of-
ficiales in propria patria, ſed nequè Lo-
cumtenentes, vt ex *Afflict. in Conſtit. Magi-
ſtri Camerarij*, vbi citat *Bald.* allegantem
*Bartholom. de Capua in l. parabolani, C. de
Epiſcop. & cler.* quorum auctoritate refert
ibi *Præſ. de Franch.* ſemper prouidiſſe,
13 quod ſit aduena, & quatenus ciuis fortè
prouideretur tamen per modicum tem-
pus hoc conceſſum videri, probat ex mul-
tis *Guttier. pract. quæſt. lib. 1. cap. 34.* quod tẽ-
pus

14 pus non excedat tempus dierũ quinde-
cim, vt fuit deciſum cum Vniuerſitate So-
loſtæin anno 1578. die 22. Nouembris re-
fert *Capibl. vbi ſupra nu.* 16. & dixi in 1. *par.*
*compendy vrebo Locumtenens.*

15 Multò magis ſi principalitèr fuerit Of-
ficialis in capite cõſtitutus, & ciues egre-
ferunt ab ipſomet conciue condemnari,
placet ab extraneo puniri, quam à com-
patriota liberari, inquit *Maſtrill. ibidem*
*num.* 18.

16 Quàmuis aliqui voluerint, ciues potiùs
quã aduenas admicti debere in admini-
ſtratione iuſtitiæ, ex *l fin. C. de offic. Prætor.*
& ex alijs congeſtis per eundem *Borrell.*
*vbi ſupra nu.* 17. *& ſeq.* & latiùs per *Maſtrill.*
*vbi ſupra à nu.* 27. *cum ſeq.* ſubdẽs Neapoli,
17 & ſi ciues admictantur ad officia iuriſdi-
ctionalia, hoc tamen ſub diſtinctionis fę-
dere concordare nituntur procedere in
adminiſtratione Reipublicæ, nè exteri ſe-
creta illius ſciant, & manifeſtent, & prodi-
tionem aliquam moliuntur, *vt ibi Borrell.*
*num.* 21. fundat, *ſubdens num.* 24. ſecus eſſe
vbi tractatur de adminiſtratione iuſtitiæ
alicui populo, & Ciuitati, vel vbi eſſet vt
ciues potiùs, quam exteri ad regimen iu-
ſtitiæ anteferẽdi, vt poſt *Theſ. Maſtrill. ibi*
*nu.* 25. nec propterea curandũ erit de Ma-
18 giſtratibus Neap. exiſtentibus iuſtitiam
adminiſtrãtibus, quàmuis ciuibus, ex quo
Officiales ſupremorũ Magiſtratuũ in Re-
gno Neapolitano debent eſſe ciues, ꝙ ſe-
cus eſſet in Officialibus minoribus, *Ma-*
*ſtrill. eodem loco num.* 69. *&* 70. & ratio eſt,
quia præſentia Principis abſtergit omnes
ſuſpictiones, ità ex *Franch. & Tapia*, fun-
dat ibi *Capiblanc num.* 167. & proindè ob-
19 ſtare non videtur præmiſſis *prag.* 1. *de of-*
*fic. prou. &c.* quod officia Regnicolis, &
non exteris erit concedenda in Regno,
quoniam non intelligenda erit, vt ſint in
propria patria deſtinandi, cum id ſit reli-
ctum diſpoſitioni iuris communis, vt di-
20 ctum eſt ſupra, niſi fuerint electi à Prin-
cipe ſcientèr, vt dicunt *DD. ſupra ci-*
*tati*, quare ex allegatis patet illibata, &
incõcuſſa reſolutio altercationis propo-
ſitæ, nempè quod ciues omni iure arceri
debent ab exercitio Magiſtratuum in
propria patria, ſed potiùs aduenas de
Regno admicti, ſaluo, &c. & ſic fuit exe-
quutum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Intereſſe ob retardatam ſolutionem pecunia-
rum non factam, omni iure debetur.*

2 *Intereſſe lucri ceſſantis, ac damni emergentis, nunquam debetur ſine mora.*

3 *Intereſſe non debetur ſine mora, & ex mora.*

4 *Intereſſe lucri ceſſantis quando debetur, debetur ſine mora.*

5 *Intereſſe taxatio admictitur, & poteſt à principio in pactum deduci, quando quis eſt ſolitus negotiare, & in eo lucrari.*

6 *Intereſſe in ſolito negotiare nullo pacto deducto ante moram denegari debet.*

7 *Mutuum dantes nihil ſpectantes legitur apud Lucam.*

8 *Recipi poteſt aliquid pro mutuo ex retardata ſolutione.*

9 *Intereſſe lucri ceſſantis admictitur in mercatore, qui vendere, & emere ad negotiandum ſolet.*

10 *Intereſſe ex mutuo in tribus caſibus admictitur, maximè quando mora præceſſit.*

11 *Id quod intereſt in mutuo, non habetur pro vſura.*

12 *Intereſſe non alitèr debetur ſi non eſſet verificatum mutuantem ſolitum eſſe mercare, nàm debet de hoc conſtare.*

13 *Intereſſe lucri ceſſantis prætendens, debet probare conſuetam negotiationem.*

14 *Deciſio S.C. enũciatur ſuper intereſſe ex mutuo debito.*

15 *Intereſſe damni emergentis probari debet ſe illud paſſum, & quomodo.*

16 *Intereſſe damni emergentis non poteſt conſequi, niſi probetur in indiuiduo damnum conſequntum fuiſſe, ex eo quia non habuit pecuniam.*

17 *Intereſſe damni emergentis ità demum creditori debetur, ſi ipſe aliquod damnum incurrat ob ceſſationem ſolutionis non factam.*

18 *Intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis probatio in Regno non admictitur, & debetur ſine alia probatione.*

19 *Damnum eſt lucro priuari.*

20 *Moroſus debitor ad intereſſe tenetur.*

21 Hypotheca *vndè dicitur, & dicitur ius reale, num.* 22. *& tribuit ius in re, num.* 23.

24 *Hypotheca ſequitur rem hypothecatam.*

25 *Hypotheca cum ipſa re in quemcunq; poſſeſſorem, & ſic contra tertium poſſeſſorem, nu.* 26.

27 *Vſura debentur ex mora contracta per debitorem.*

28 *Vſura poſt moram debitam ſuccedit loco intereſſe.*

29 *Intereſſe venit acceſſoriè ad cauſam principalem.*

30 *Intereſſe ex mora debetur, ob moram acceſſoriè.*

31 *Actio hypothecaria naſcitur ex iure quod quis habet iure, & poſſeſſione.*

32 *Actio hypothecaria non tantùm pro ſorte prin-*

*cipalitèr, quantum etiã pro intereſſe, & damnis quaſi re non tradita.*

33 *Intereſſe ob moram contractam debetur Iudicis officio mercenarij.*

34 *Acceſſiones licet non ſint promiſſæ, veniunt officio Iudicis mercenarij.*

35 *Officium Iudicis mercenarij incidentèr venit de ſeruiendo actioni intentatæ, cum ſit remedium extraordinarium, num. 36.*

37 *Hypothecaria actio, eſt remedium principale, competens etiam Iudicis officio intentato.*

38 *Actio hypothecaria duplex eſt.*

39 *Actio hypothecaria vtilis, non eſt acceſſoria ad principalem, ſed actio realis.*

40 *Aſſiſtentia continet in ſe tria remedia.*

41 *Hypothecaria agi dicitur quãdo petitur debitum ſolui, aut bona relaxari.*

42 *Actio hypothecaria contra tertium dicitur directa.*

43 *Aſſiſtentia oritur ex ſaluiano interdicto.*

44 *Saluianum interdictum datur contra tertium poſſeſſorem.*

45 *Saluianum interdictum competit tàm pro capitale, quàm pro damnis, & intèreſſe ob moram.*

46 *Remedium* l.fin. ff de acquir poſſeſſ. *introductum eſt contra tertium poſſeſſorem.*

47 *Clauſula*, quæ omnia, &c. *quid importet.*

48 *Promiſſio ſolutionis damnorum, & intereſſe, intelligitur tàm de intereſſe lucri ceſſantis, quàm damni emergentis.*

49 *Clauſula illa*, ad pœnam dupli, *importat intereſſe promiſſionem.*

50 *Intereſſe continet duplum.*

ARGVMENTVM.

Intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, an debeatur ex mutuo mora intercedente,

CASVS XL.

1 NON eſt dubium, quin omni iure intereſſe debetur ob retardatam ſolutionem pecuniarum non factam, ex *Barzio deciſ.* 108. *num.* 20. & 21. probat *Franc. Merlin. deciſ Luccenſ.* 91. *nu.* 2. eo maximè intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, quod omni iure permittitur, vt idem *Merlin. deciſ.* 48. *num.* 19. *Cancer. variar. reſol. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 30. *Dexart. deciſ. Sardin.* 90. *num.* 1. *Gionagn. conſ.* 46. *nu.* 1. *libro* 1.

2 Benè verum eſt, quod tale intereſſe lucri ceſſantis, ac damni emergentis, nunquam debetur ſine mora, idem *Merlin. deciſ.* 96. *num.* 79. vt fuit deductum ſupra in *caſu* 38. *Zuccar. deciſ.* 21. *num.* 1. nàm vbi
3 non eſt mora, non alitèr debetur, probat *Ciarlin. controuerſ. forenſ. tom.* 1. *cap.* 29. *num.* 29. potiſſimum in mutuo intereſſe debetur ex mora, *Hodiern. controu. forenſ. cap.* 17. *num.* 17.

4 Quanquam autem reſpectu intereſſe lucri ceſſantis eatenùs deberi ſine mora, quando à principio inter partes fuerit illud in conuentione deductam, vt ex multis probat ibidem *Ciarlin. num.* 66. & inte-
5 reſſe taxatio admictitur, & poteſt à principio in pactum deduci, quando quis eſt ſolitus negotiari, & in negotio lucrari, ſi conſtat illum veriſimilitèr tantùm lucraturum fuiſſe, *Surd. conſ.* 327. *num.* 55. nihilominus inſolito negotiare nullo pacto deducto ante moram denegari debet, vt ex *Aret. conſ.* 151. & 156. probat *Ripa obſer. ſingul.* 1. *num* 3.

Et propterea in caſu mihi conſulendo occurſo in Ciuitate Caſtri maris de Stabia ſub Gubernio Horatij Salinas V.I.D. mei conſobrini, dùm Andreas Pillarus Fornarius mutuaſſet ducatos ſexdecim Nicolao Carrenſi reſtituendos infra certum tempus iàm elapſum, exiſtente creditore in mora ſoluẽdi per plures interpellationes extraiudiciales ei factas, demum creditor petijt in eadẽ Curia Caſtri maris ipſum condemnari ad ſoluendum nedum dictos ducatos ſexdecim, ſed etiam
6 ad intereſſe illorum, & licet intereſſe non debeatur ex eo ſolo, quod quis ſolitus eſt mercari, & lucrari, *Hodiern. vbi ſup. nu.* 32. tamen cum fuiſſet dubitatum ſi tale inte-
7 reſſe in mutuo debeatur, cum ſit expreſsè prohibitum in Sacra Pagina, *Mutuum dantes nihil ſperantes, Luc.* 6. dicebatur, quod
8 mutuum etiam pro retardata ſolutione certum quid recipiendum admicti dixit probando *Dom. Reg. Rouit. in prag.* 1. *de vſuris num.* 32. & non dubitatur in hoc caſu
9 admicti intereſſe lucri ceſſantis, ex quo poterat iſte actor merces vendere, & emere ad negotiandum, ac cum die præfixo non potuit negotiare, & ſucceſſiuè mutuum ceſſauerat, vt exemplificando tradit *Nauar. in ſuo manuali cap.* 17. *poſt num.* 211.
10 vbi in, & quod inter ſingularitèr concludit tale intereſſe in mutuo peti poſſe tribus in cauſis, hoc eſt, quando mora in ſoluendo præceſſit, iuxtà mentẽ *Gloſ. in cap. conqueſtus, de vſur.* vbi *Abb.* & *cæteri*, & id quod
11 intereſt etiam in mutuo nõ habetur pro

vſura,

vſura, quàmuis ſimus in intereſſe lucri
ceſſantis, multos citat *Gratian. diſcept. forẽſ.
cap. 387. num. 2.*

12 Et amplius in proceſſu fuerat verifica-
tum prædictũ actorem ſolitum eſſe mer-
care, & ſi pecuniã ipſam habuiſſet, lucra-
tus eſſet, poſtquàm debet plenè de lucro,
vel damno cõſtare, ex multis probat *Ho-
dierna controuerſ. forenſ. cap. 17. nu. 30. & ſeq.*
& ſic alitèr intereſſe non deberetur, ſi id
verificatum nõ fuiſſet, iuxtà *deciſ. Affl. 20.
in princ.* nàm à ſolito negotiare, & conſue-
to peti poſſe non ambigitur, probat *Ripa
in d. obſeruat. 1. num. 1.* ſubdens *num. 2.* quod
13 intereſſe lucri ceſſantis prætendens, de-
bet articulare, & probare conſuetam ne-
gotiationem, vt ſatis fuit deductum ſupra
*d. caſu* 38. & ſic conuentus fuit condem-
natus ad ſoluendum dictam quantitatem
mutuatam vna cum intereſſe lucri ceſſan-
tis die 23. Decembris 1609. idemq; mihi
contigit in M.C.V. dùm mutuo dediſsẽ
Io. Paulo Duranti ducatos quinquaginta
prænia apoca bancaria reſtituendos infra
certum tempus elapſum, & conuento ad
14 ſoluendum dictam ſummam vna cum in-
tereſſe, compilato proceſſu ad relationem
Iudicis Macedonij fuit condemnatus ad
talem ſummam vna cum intereſſe, & de-
uoluta cauſa in S.R.C. fuit per illud ad
relationem *Reg* Conſ. Caroli Brancatij
deciſum, quod exequeretur decretum
M.C. pro dicta ſumma, ſalua prouiſione
facienda reſpectu intereſſe petiti, penès
Berardum Spera Magiſtrum Actorum,
quanquam autem in caſu prædicto inte-
reſſe lucri ceſſantis ceſſauerat, quia non
eram ſolitus negotiationẽ exercere, ſuc-
15 cedebat intereſſe damni emergẽtis, quo-
circa petenti intereſſe, vel damna, incum-
bit onus probandi ſe illa paſſum fuiſſe
propter cauſam, ob quam petit intereſſe,
vel damna, *Coccin. deciſ. 498. num. 1. & 2.* &
ideò tale intereſſe damni emergentis ha-
bet ſuas conditiones, vt ſcilicet damnum
emergens à principio in ſtipulationem
deducatur, aduerſarius moneatur de hoc
in principio, illudq; verò damnũ à prin-
cipio ſtabiliri non poterit, quia eſt incer-
tum, quod quale, & quantum, ſed damnũ
illud, damninè quantitas erit deindè pro-
banda à prætẽſore intereſſe damni emer-
gentis, iuxtà omnium traditionẽ ex mul-
tis relatis à *Polyd. Ripa vbi ſupra num. 4.* ſed
meliùs probationẽ vtriuſq; damni emer-
gentis, & lucri ceſſantis intuetur, *Honded.
conſ. 50. num. 30. vol. 1. Andriol. controuerſ. fo-
renſ. 10. tom. 1. Gionagn.* optimè *d. conſ. 46.
per totum*, etenim intereſſe damni emer-
16 gentis non poteſt conſequi, niſi probetur
in indiuiduo damnum conſequutũ fuiſſe,
ex eo quia non habuit pecunias, *Zuccar.
deciſ. Lucenſ. 20. num* 8. & intereſſe damni
emergentis ità demũ creditori debetur, ſi
17 ipſe aliquod damnum incurrat ob ceſſa-
tionem ſolutionis non factam à debitore,
*idem deciſ. 75. num. 5.* at cum non fuiſſet in
actis tale intereſſe probatũ, videbatur ex-
cludi prætenſio intereſſe petiti, ſed *Dom.
Reg. D. Franc. Merlin. controuer. forenſ. tom. 2.
cap. 42. ſub num. 28.* inquit ad noſtrum pro-
18 poſitũ huiuſmodi v3. & qui aliàs iuri cõ-
muni adiento ad obtinendam intereſſe
condemnationem ante omnia probare
cogeretur damnum paſſum, vel lucrum
ceſſans regnicolę iàm ab huiuſmodi pro-
bationis onere releuantur, ac proindè
quidquid creditoris intereſt, reficitur de
ſtylo S.C. abſq; alia probatione, ſicut poſt
*Cyn. Bart et Canoniſtas*, docuit *Alex. cõſ. 172.
num. 20. vol. 2.* & fatẽtur Noſtrates paſſim,
vt eſt videre penès *Dom. Theod. d. alleg. 40.
num. 30. Dom. Marcian. conſ. 50. num. 4.* eſtq;
vulgatiſſimum, & indubitatum apud nos,
adeò vt nulla ſit differentia inter damnũ,
emergens, & lucrum ceſſans, nàm data lu-
cri certitudine; cuius probationem lex
præſumptiuè ſupplet ex vi Cõſuetudinis,
vtroq; caſu emẽdatio venit, nàm & dam-
num quoq; eſt lucro priuari, quemadmo-
19 dum latè fundat *Couar. lib. 1. variar. cap. 5.
num. 1. & 2.* hæc ille, & quod moroſus de-
20 bitor ad intereſſe teneatur, ex *Diuo Tho-
ma 2. 2. quæſt. 62. art. 4. & quæſt 13. art. 4. ad
14.* probat *Octau. Caracciol. deciſ. 26. nu. 46.*
etiam in mutuo loquitur.

De conſimili altercatione rogatus à
Thoma Anello de Alexandro in cauſa,
quam habebat cum Ferdinãdo Perfecto
tàm in M. C. quàm poſteà in S.R.C. co-
tàm Domino Conſiliario D. Gaſpare So-
to, vt meum proferrem votum, nolui onus
iniunctum in ſcriptis renuere, quid de iu-
re erit pro veritate tuenda oſtendere ex
ſequenti.

Cũ fuiſſet præſtita aſſiſtentia per Mag.
Cur. Vic. tàm pro capitale ducatorũ 86.
debitorum vigore ſtipulatę obligationis,
& pro intereſſe decurſo ob moram ſub-
ſequutam, non tamen expreſsè promiſſo
per debitorem ad inſtantiam Leonardi
de Alexandro cõtra illos de Perfecto ter-
tios poſſeſſores, & per S.C. confirmata re-
ſpectu ſortis principalis ſalua meliori de-
liberatione reſpectu intereſſe partis ple-
niùs auditis, citra dubium pro tali inte-

reſſe paritèr exequutioni erit demandanda ex ſequentibus iuris fundamentis.

Nulli dubium eſt, quin aſſiſtentia prouenia principalitèr ex obligatione bonorum,ex qua oritur hypotheca, quæ di-
21 citur ab hypos,quod eſt ſub & theſis poſitio quaſi,quædam ſuppoſitio,vel obligatio bonorum, *Neguſant. in tract. de pignor.*
22 *par 1.nu.2.* & talis hypotheca dicitur ius reale,idem *Neguſant. d tract.par.5 memb.2. num.36. Afflict. in deciſ.383. num.2.* & tri-
23 buit ius in re, *Natta conſ.426.num.2. Gratian. cap.911. num.27. Amat.deciſ.Ancon.27. num.8.*

24 Et ſequitur rem hypothecatam, *Borgn. deciſ.27.num.5.par.2.* adeò quod cum ſit onus reale,vt inquit *Ripol.variar.reſol. cap. 14.num 414. Laratha conſ.93.num.11.* tran-
25 ſit tamen cum ipſa re in quemcunq; poſſeſſorem, vltra *Ripol. cap.11.num.118. Maſtrill.deciſ.174.num.10. Laratha vbi ſup.* cum alijs apud *Gratian. diſceptat.forenſ.cap.272.*
26 *num.9.* & ſic contra tertium poſſeſſorem, *Io.Botta conſ.99 nu.1.* cum alijs apud eundem *Ripol.cap.7.num.297.*

Et hoc nedum pro ſorte principali,ſed etiam pro intereſſe conuento, & ſi fortè non fuerit promiſſum expreſsè in contractu adhùc debetur.

27 Et potiſſimùm quando ſors non fuerit ſtatuto tempore ſoluta, inſurgunt vſuræ, quæ debentur ex mora debitoris contracta, *l.mora. ff. de vſur. Amat.deciſ.23.num.5, Theſaur. deciſ.258. Farinac.deciſ.ciuil. 157. nu.3.vol.2. Cancer.variar.reſol.tom.3.cap 16. num.69. Ant.Fab.in eius Cod.lib.8.tit.28.deſin.19.num.3.Laratha conſ.90.num.4.*

28 Vndè ſubſequitur, quod dùm vſura ipſa debeatur poſt moram in eius locum ſuccedit intereſſe, *Rerons conſ.193.num.50.*
29 *vol.1.* quod ſiquidèm intereſſe venit acceſſoriè ad cauſam principalem, *Gratian. diſcept.forenſ.cap.144.num.64.*ſicq; intereſ-
30 ſe ob moram contractam debetur acceſſoriè, *Honded.conſ.34.num.79.vol.2.*

31 Quo fit,vt cum ipſa hypotheca oriatur actio hypothecaria, quæ naſcitur ex iure, quod quis habet in re, & poſſeſſione, *Honded.conſ.25 .num.60. vol.2.* eſt paritèr reale, *Pariſ.conſ.50.num.28.vol.1.Magon.deciſ.Florent.124.num.1.* & ſequitur non tan-
32 tùm pro ſorte principali,quantum etiam pro intereſſe, & damnis, quaſi re non tradita,probat *Gratian.diſcept.forenſ. cap.950. num.20.*

33 Suppoſita igitur hac actione hypothecaria ſubſequitur, quod dum vſuræ, ſeu intereſſe ob moram contractam debeantur Iudicis officio mercenarij, ad *text. in l.4. C.depoſiti,* cum alijs apud *Martam voto 156.num 4.Morot.reſp.65.num.5.* cum tales
34 acceſſiones licet non ſint promiſſæ, veniunt tamen officio Iudicis mercenarij, poſt *Roffred. de Ibellis, rubr. de offic.Iud. quo pet.vſur.nu.1.& 2. Neguſant d.tract.4.membro 2.par. ſub num.50.* vbi *num. 51.* ſubdit,
35 quod tale officium Iudicis mercenarij incidentèr venit deſeruiendo actioni intentatæ, vt per *Bart. in l.1. ff de iuriſd. omn. Iud. Coſta de remed.ſubſid. remed.31. num.6.*
36 cum ſit remedium extraordinariū, *Paul. de Caſtr in l.ſi cui legatum,num 2.ff.de cond. &*
37 *demonſtr.* & ideò ipſa hypothecaria actio cum ſit paritèr remediū principale, competit etiam officio Iudicis intentato, ex adductis per *Theſaur inn.lib.2. q.67.nu.16.* quæ eſi ſit alia directa, & alia vtilis, *Hon-*
38 *ded.conſ.25.nu.31.* licet directa detur contra debitorem, vtilis tamen datur contra poſſeſſorē, *Surd.conſ.191.num.15.* & ſic con-
39 tra tertium poſſeſſorem, vt dictum eſt, ex eo quia hypothecaria vtilis non eſt acceſſoria ad principalem, ſed eſt actio realis, *Honded d.conſ.25.num.59.*

40 Et in ſumma ex quo aſſiſtentia ipſa continet ſub ſe tria remedia, ſcilicet hypothecariam, interdictum ſaluianum, & remedium *l. fin. C. de acquir poſſeſſ. Afflict. deciſ.183.*

Reſpectu hypothecariæ actionis nedū pro ſorte, ſed etiam pro intereſſe decurſo
41 ob moram conceditur contra tertium poſſeſſorem, vt dictum eſt ſupra, & non ab re quando petitur debitum ſolui, aut bona relaxari dicetur agi hypothecaria, *Cancer.variar.reſolut.par.2.cap.5.num.88.* &
42 conſequentèr talis actio hypothecaria contra tertium dicitur directa, probat *Mercul.Merlin. in tract.de pignor. lib.5. quæſt. 58. num 12.*

43 Subſequitur remedium interdicti ſaluiani,ex quo oritur aſſiſtentia, *Laratha vbi*
44 *ſupra num.15.* quod nedum datur contra tertium poſſeſſorem, vt inquit *Statil. Pacific de ſaluiano interdicto,inſpect.1.cap.7.n.14. & deciſ.5.num.5.poſt d.tract. Scappuccin.eod. tract.lib.1.quæſt.4.num.3.Mercul.Merlin.eod. tract. d.lib.5. quæſt.76.num.4. Paul.Marcheſ. eod.tract. par.1. cap.8.num.2.& cap.10.nu.1.*
45 & tàm pro capitale,quàm pro damnis,& intereſſe competit,idem *Statil.eodem tract. inſpect.4.cap.1.num.101. Scappucc. eod. tract. lib.1. quæſt.19.num.1.* vbi ſubdit, eo maximè propter moram debitoris ex rationibus ibi adductis *Cenc.de cenſib.par.2.cap.2. q.5.art.9.n.22.Thomat.deciſ.Marcb.95.n.15.*

46 Et

46 Et demùm remedium *d.l. fin.* quod po-
tiſſimùm introductum eſt contra tertium
poſſeſſorem, *Menoch. de recup. poſſeſſ. remed.*
*14 num. 71.*
47 Et ſi attendantur clauſulæ in inſtrumẽ-
to, nẽpè, *quæ omnia, &c.* & ibi reficere dam-
na, expenſas, & intereſſe, non erit dubium
intereſſe eſſe comprehenſum, vt ponderat
*Merlin. d. deciſ. 91. ſub num. 1.* quoniam tùnc
48 promiſſio ſolutionis damnorum, & inte-
reſſe, intelligi debet de intereſſe damni
emergentis, & lucri ceſſantis; vt cõtractus
valeat, *Mellinus d. deciſ. 27. num. 7.*

Et potiſſimum adiecta clauſula illa;
*ad pœnam dupli*, quæ pro obſeruantia con-
49 tractus importat promiſſionem intereſ-
ſe, proùt ex *Papienſ. in ſua pract. in forma li-
belli in cauſa venditionis, in verbo pro pretio, à
num. 6. & ſeq* probat *Donat. Anton. de Marin.
quotid. reſolut. cap. 76. num. 7.* nàm tale i
50 reſſe in ſe continet duplum, vt per *Luauß.
Bellum conſ. 229. à num. 20. & ſeq.*

Ex quibus omnibus patet iuſtiſſimè
fuiſſe per M.C.V. iudicatum tale intereſ-
ſe deberi ob moram debitoris contractã;
quam ſiquidèm ſententiã confirmari ſup-
plicatur per idem S. C. Io. Baptiſta de
Thoro I. C. Almi Collegij Neap. Conſe-
ſenator, quàmuis vt percepi ab Actore
tranſactione fuiſſe cauſam deciſam; acta
ſunt in Banca Caprilis pro Amico Acto-
rum Magiſtri.

## *SVMMARIVM.*

1 *Annua præſtatio relicta Eccleſiæ, etiam Vni-
uerſitati nunquã morituro perpetuo debetur.*
2 *Annua credita peti poſſunt, tàm pro tempore
præterito, quàm futuro.*
3 *Quaſi poſſeſſio acquiritur ex exactione annui
redditus per vnicam ſolutionem.*
4 *Solutio bina ſufficit ad conſtituendum, quem in
quaſi poſſeſſione exigendi.*
5 *Solutio triennalis erit ſufficiens, adeò quod per
tres ſolutiones continuatas paſumitur ſolutio
antea facta.*
6 *Creditor exigendo creditum per triennium, ac-
quirit poſſeſſionem exigendi.*
7 *Vnica ſolutio, vel plures ſolutiones, aut tres, an
ſufficiant pro exactione.*
8 *Bonæ fidei poſſeſſor cum titulo efficitur, & fa-
cit fructus ſuos, vndè manuteneri debet, nu. 9.*
10 *Petens manuteneri in exactione ſui crediti, erit
manutenendus contra alium creditorem ex-
cipientem, & plenè probantem intentionem*
11 *Filius alienando rem prohibitam, alienari in
dubio videtur elegiſſe rem alienatam pro ſua
legitima.*
12 *Alienatio bonorum fideicommiſſi in legitimam
ipſo iure imputatur, maximè ſi non extarent
bona libera, ſuper quibus filius ſatisfieri poſ-
ſit, num. 13.*
14 *Legitima à loco æris alieni habetur.*
15 *Filius pro legitima dicitur creditor, & credi-
tori æquiparatur.*
16 *Grauamen vllum imponi poteſt ſuper legi-
tima.*
17 *Legitima incipit deberi tempore mortis, quia
petitur vt ſucceſſio.*
18 *Legitima, mortuo patre, incontinẽti ſolui debet.*
19 *Legitima ſine onere venit deducenda.*
20 *Legitima prohiberi poteſt, nè alienetur intra
certum tempus, non tamen perpetuo.*
21 *Minor abſque decreto diuidere non poteſt, cum
ſit ſpecies alienationis.*
22 *Diuiſio præſumitur ſi conſortes diù pro diuiſo
bona poſſiderint, & vnuſquiſque commoda
ſupportauerunt.*
23 *Creditor agere non prohibetur contra quemli-
bet eorum, qui hæreditatem debitoris diuiſe-
runt non ex teſtamento, ſed tranſactione.*
24 *Creditor poteſt auocare rem obuentam in di-
uiſione ſuo debitori, nec moleſtare fratrem
ſuum in dimidia parte illi conuentam, non
obſtante quod illa pro indiuiſo obligatam ha-
beat.*

## ARGVMENTVM.

Creditor in annuo redditu ſi per triennium illud perceperit, an in futurum debeatur, nõ obſtante diuiſione inter fratres facta, illum obijcientes, ac fideicommiſſi exceptione oppoſita.

## CASVS XLI.

DIanora Torchiarulo vna cum Vito Rizzitiello eius viro vendiderunt annuos ducatos ſexdecim pro capitale ducat. 200. Gregorio de Chiantera die 18. Iunij 1607. qui obligauerat oliuetum, Tappetum, & Iardenum, & alia ſua iura mediante inſtrumento; poſt hæc ipſa Dianora in ſuo vltimo teſtamento condito ſub die 12. Decembris 1614. legauit dictum redditum Venerab. Monaſterio Sãcti Dominici Ciuitatis Monopolis pro eius anima pro celebratione miſſarum, & indè mortuo dicto Gregorio, ſui filij continuauerunt per trienniũ ſolutionẽ ipsã,

deindè

deindè in anno 1625. ipſi filij diuiſionem
bonorum fecerunt inter ſe, & dùm dictũ
Monaſterium conſequi vellet ſuũ introi-
tum relictum, minores filij obijcierũt, ne-
dum dictam diuiſionem factam fuiſſe ip-
ſis inauditis, ex quo cederant dictum re-
ditum ſoluendum per dictos minores, ſed
etiam de fideicommiſſo auito facto per
quond. Vitum Antonium de Chiantera
ſeniorem ſic in teſtamento dicendo: *Et
da dette robbe fideicommiſſarie non ſi poſſa, nè
debbia fare deduttione, ò diminutione alcuna per
riſpetto di falcidia, trebellianica, legitima, ò ſup-
plemento di legitima, ſeu alia qualitercũque, ma
in dominatione habbiano da paſſare da vno fidei-
commiſſario all'altro, &c.*

Ex parte Monaſterij excipiebatur hoc
ſibi non obeſſe, cũ ex actis apparebat exi-
ſtere in poſſeſſione exigendi per trienniũ
ab hæredibus debitoris dictos introitus
1 relictos, & annua præſtatio relicta Eccle-
ſiæ, vel Vniuerſitati, aut corpori nunquã
morituro perpetuò debentur, ex *Bald. in l.
annua, §. à Titio in fine, ff. de ann. leg.* & alijs
*Iacob. Vonenti in tract. de annua præſtat. par. 2.*
2 *quæſt. 38.* non mirùm ſi annua reddita peti
poſſunt non ſolùm pro tempore præteri-
to, ſed etiam pro futuro, ità aſſerit *Cencius
in tract. de cenſib. quæſt. 96. num. 23.*

3 Quo fit, vt quemadmodũ ius exigendi
annuum redditũ, quaſi poſſeſſio acquiri-
tur vnica ſolutione, ſeù receptione, vt
probat *Poſthius in tract. de manut. quæſt. 18. ſub
num. 29.* vbi alia conſimilia deduxit, imò
4 ſolutio bina ſufficit ad conſtituendum
quem in quaſipoſſeſſione, probat *Pyrr.
Maur. de ſolut. quæſt. 36. num. 6.* & per vnicam
ſolutionẽ, ex multis probat *Cencius d. tract.
quæſt. 93. num. 21.*

Quantò magis exiſtẽte tempore trien-
nali, *argum. l. quicunque, C. de apoc. pub. lib. 10.*
5 vbi oſtenditur, quod per tres ſolutiones
continuatas præſumitur ſoluiſſe anteà, vt
probat etiam *Pyrr. Maur. in tract. de ſolut.
d. quæſt. 36. num. 2.* latè *Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 39. Cencius d. tract. quæſt. 87. à
num. 25. ad finem,* ſic creditor exigendo ſuũ
creditum per trienniũ poſſeſſionem exi-
6 gendi acquirit, & ſic ius exigẽdi, vel quaſi
probatur ex præcedentibus ſolutionibus,
*Cencius d. quæſt. 93. num. 3.* & melius *num. 20.*
7 *& ſeq.* vbi diſputat, ſi vnico, vel plures exi-
gantur ſolutiones, vel tres ſolutiones, *idẽ
d. quæſt. 87. num. 27.*

8 Adeò quod bonæ fidei poſſeſſor effici-
tur cum titulo, & facit fructus ſuos, *Afflict.
deciſ. 240. n. 1. Poſthius d. tract. obſeru. 74. n. 8.*
9 non mirùm ſi erit manutenendus in eius
poſſeſſione, *Afflict. deciſ. 343. num. 6. Poſthius
d. tract. obſeru. 11.*

10 In tantum hoc eſt verum, quod petens
manuteneri in exactione ſui crediti, erit
manutenendus contra alium creditorem
excipientem, & plenè probantem inten-
tionem ſuam quoad idem creditum, *Po-
ſthius in d. tract. obſeru. 42. num. 63.*

Nec propterea videbatur ſibi obſtare
fideicommiſſum, maximè reſpectu legiti-
mæ ſibi competenti, iuxtà communem
11 opinionem DD. aſſerentium, quod filius
alienando rem prohibitam, alienari in
dubio videtur eligiſſe rem alienatam pro
ſua legitima, *Ang. & Io. de Imol. in l. 4. C. ad
l. falcid. Aret. conſ.* quos probat *Grammat. de-
ciſ. 92. nu. 5. Cucch. in tract. de legit. rubr. quib.
in reb. conſt. poſſ. leg. num. 52. Ant. de Amat. va-
riar. reſol. cap. 56. num. 31. tom. 2.* & talis alie-
12 natio honorũ fideicommiſſi in legitima
ipſo iure imputatur, *Merlin. deciſ. 1. num. 3.
deciſ. 2. num. 14. deciſ. 10. num. 8. deciſ. 12.
num. 4. deciſ. 14. nu. 1. 8. & 14. deciſ. 16. nu. 6.
deciſ. 34. num. 2. & deciſ. 55. num. 3. poſt tract. de
legit.*

Et maximè ſi non extarent alia bona
13 libera, ſuper quibus poſſit filius ſatisfieri,
vt ſubdit ibi *Grammat. num. 6. Barzius de-
ciſ. 104. ſub num. 12.* & latè proſequitur *Co-
ſta de remed. ſubſid. remed. 90. num. 2. Fuſar.
conſ. 132. num. 3. & conſ. 158. num. 8.*

14 Ex quo legitima loco æris alieni habe-
tur, *Præſ. de Franch. deciſ. 1. num. 39. & deciſ.
374. nu. 4. Surd. de aliment. tit. 3. quæſt. 1. nu. 8.*

15 Nàm filius pro legitima dicitur credi-
tor, & creditori æquiparatur, *Cucc. d. tract.
rubr. bona an ſint pro legit. hypoth. num. 1.
Barz. deciſ. 104. num. 9. Fuſar. conſ. 131. nu. 21.
& conſ. 82. num. 1.*

16 Quo circa nullum grauamen ſuper ea
imponi poteſt, vt fuit deductum ſupra in
Caſu *Barz. deciſ. 104. num. 9. Fuſar. conſ. 131.
num. 21. & conſ. 132. num. 1.* etiam temporis,
ſed incontinenti mortuo patre ſolui de-
bet, idem *Franch. deciſ. 16. num. 12. & de-*
17 *ciſ. 127. num. 6.* nàm legitima incipit de-
18 beri tẽpore mortis, quia petitur vt ſuc-
ceſſio, *Barz. deciſ. 102. num. 35.*

19 Et non mirùm ſi legitima ſine onere
venit deducenda, & illi onus imponi non
poteſt, *idem deciſ. 525. num. 28. Merlin. in d.
tract. de legitima, lib. 2. tit. 2. quæſt. 32. nu. 2.*

Idcirco ſi fuerit prohibita, detrahi, ta-
lis prohibitio non ſubſiſteret.

20 Quàmuis autẽ legitima prohiberi poſ-
ſit, nè alienetur intra certũ tempus, *Frãch.
deciſ. 14. nu. 3.* exemplo oſtendit *Merlin. d.
tract. lib. 3. tit. 2. quæſt. 11. n. 6. Fuſar. conſ. 184.
num. 91.*

Digitized by Google

*num.91.* & 114. non tamen perpetuò.

Rebus ſic ſtantibus aſſerebant filij minores diuiſionem factam per fratres maiores eis non officere, cum in ea non interfuerant, nec alitèr facta iuris ordine ſeruato præuio decreto, nàm minor abſq;
21 decreto diuidere non poteſt cum ſit ſpecies alienationis, *Simoncell. in tract. de decretis, lib. 2. tit. 4. in princ. num. 2. Petr. Sanz. in tract. de diuiſ. bonor. lib. 1. cap. 2. num.* 14. per quam ipſi fratres maiores delegauerunt debitum ipſum ſoluendum dicto Monaſterio.

Et quatenùs ſubſiſteret ipſa diuiſio, ipſi filij minores renunciauerunt hæreditatē paternam, & contenti remanſerūt de bonis fideicommiſſi relictis, ideò diſſequeſtrandum inſtabat ſequeſtrum factum ſuper eorum bonis, & Monaſterium dirigere debebat greſſus ſuos cōtra fratres ma-
22 iores, qui agnouerant hæreditatem paternam, & diuiſionē ſic fraudulentèr egerant, quæ cum fuerat facta de recenti, non poterat eis præiudicare; ob quod diuiſio præſumatur, ſi conſortes diù pro diuiſo bona poſſiderunt, vnuſquiſq; commoda, & incommoda ſupportauerunt, *Vaſill. deciſ. 368. num. 3. & 4.* & ampliùs quia credi-
23 tor agere non prohibetur contra quemlibet eorum, qui hæreditatem debitoris diuiſerunt non ex teſtamento, ſed tranſactione, vt probat *Rebuff. in l. 2. num. 10. C. de debit. Ciuit. lib. 13.*
24 Benè tamen creditor poteſt auocare rem obuentam in diuiſione ſuo debitori, nec moleſtari fratrem ſuum in dimidia parte illi obuenta, non obſtante quod illam pro indiuiſo obligatam habeat, *Manent. deciſ. 20. num. 39. & deciſ. 23. num. 5.*

Die 3. Septembris 1625. fuerunt condemnati fratres filij Vitus Antonius, & Franciſcus, Paulus, ac Palma de Bari mater, & tutrix ad continuandam ſolutionem, & infrà quatuor dies ad ſoluendum annatam, ſaluis iuribus competentibus filijs minoribus ſuper rebus fideicōmiſſo relictis, ac etiam Monaſterio pro legitima ſuper illis debita quondam Gregorio &c. Monopoli penès Ayetam Actuarium.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Cedula bancaria vim habet ſolutionis, & præſenti pecunia, num. 2.*

3 *Cedula bācaria tùnc vim ſolutionis habet quādo pecunia præſens eſſet facto depoſito.*

4 *Simulationis præſumptio excluditur ex numeratione pecuniæ in Banco poſita.*

5 *Ceſſionarius tenetur probare exiſtentiam crediti in actis.*

6 *Cedens debet facere debitorem ſoluendo tempore ceſſionis, quod ſufficit.*

7 *Debitor primus, quod ſcripſit apocam, eo ipſo eſt liberatus, quod numularius ipſam acceptauit, & ſcripſit in libris ad debitum ſcribentis, & creditum illius, cui ſolutio fit.*

8 *Campſor acceptans, ſi non ſoluerit ſtatim, apoca habet vim ſolutionis.*

9 *Bancherius acceptando apocas, licet eas non ſcripſerit, in libris debent ſcribi, & tenentur deputati, atq; fideiuſſores.*

10 *Apoca penès Notarium depoſita, ſolutionem operatur.*

11 *Numeratio in apoca contenta, & acceptata per inſcriptionem factam de perſonā ad perſonā, transfert dominium.*

12 *Creditor bancarius dicitur qui habet ceſſionē à creditore Banci.*

13 *Apoca Banci non acceptata à Banco, non habet vim ſolutionis, ſed mandati.*

14 *Mandatum contractum cenſetur inter ſcribentem, & acceptantem apocam.*

15 *Mandatum præſumitur ſi conſtat alicui tradita inſtrumenta ad exigendum, quod ad chirographum extenditur.*

16 *Periculum caſus fortuiti ad recipientem pertinet, & quandò.*

17 *Periculum nominis ceſſi ad cedentem pertinet.*

18 *Diligentia in ſolutione apocæ ad giratarium pertinet.*

19 *Ceſſionarius non redit contra cedentem, niſi oſtenſa diligentia exigendi debitorem ceſſum.*

20 *Creditor ſi fuerit negligens in exigendo ſibi imputatur, cum debito tēpore non comparuit, nec contradixit.*

21 *Creditor, qui ſuperſedit in agendo, & debitor decoxerit ſibi imputandum, nec fideiuſſores tenentur.*

22 *Creditorem non exigendo apocam à Banco ſibi nocere debet probato tempore exigendi, nec expreſſum habebit contra debitorem, & ſic deciſum, & qualitèr hoc procedat, refertur num. 23. & quid ſi inter creditorem, & tertium, num. 24.*

25 *Remiſſio quando pro vera ſolutione reputetur.*

26 *Creditor non habet plus iuris in exigendo debitorem ſui debitoris, quam haberet primus creditor ſui debitoris.*

27 *Creditor recipiens cedulam à debitore, in qua continetur mandatum factum alicui vt ſoluat, non liberat debitorem.*

28 *Cre-*

98 *Creditor, qui fuit mitis, & placidus in non exigendo, & obſequioſus ſuo debitori, non ob id præiudicium facit ſibi.*

99 *Creditor inuerſimile eſt, quod per ſpatium plurium annorum neglexerit petere ſuum creditum.*

ARGVMENTVM.

Apoca Banci alicui girata, ſi per certum ſpatium temporis non fuerit à debitore exacta, ſucceſſio eius fallimento, an teneatur girans ſoluere.

CASVS XLII.

Fvit in controuerſiam deductus caſus ad modum practicabilis, ſuper quo exigebatur conſultatio iuridica, eo quia cum Tirius apocā feciſſet Caio pro certa quantita pecuniarum ſoluenda pro alijs tantis, quam poſteà Caius girauerat Seio pro alijs tantis, qui ſteterat per ſpatium certorum annorum non petere, ac pecuniam exigere, interim Titius fefellit, ad præſens Seius petijt à Caio vt ſolueret dictam quantitatem, cui replicauerat, ex quo fuit in culpa non petendo, idcircò moleſtari nequiuerat, dùm per tale temporis ſpatium non requirerat, nec exigerat à Titio; Replicabatur ex aduerſo ea non obſtante replicatione condemnari debere, dum apoca directa Banco facta fuerat, & tùnc in culpa fuiſſet quando ibi pecunia adeſſet, & indè ſucceſſum fallimentum, vndè heſitari contingit quid iuris, in qua quidem controuerſia erint ſequentia conſideranda; nàm etſi cedula

1 bancaria vim ſolutionis habeat, vt dicūt DD. relati per *Cencium deciſ.* 104. *nu.* 1. *deciſ.* 561. *num.* 5. *deciſ.* 132. *num.* 1. *& deciſ.* 261. *nu.* 5. *&* 6. *poſt eius tract. de cenſib. Pyrr. Maur. Aretin in tract. de ſolut. cap.* 2. §. 8. vbi refert, quod cedula bancaria quo ad effectum habet vim ſolutionis, imò pro vera, reali, & effectuali ſolutione, cū numeretur pecunia facta habetur, adeò quod vim ha-

2 bet ſolutionis facta præſenti pecunia, idē *Cencius deciſ.* 103. *num.* 7. *& in d. tract. de cenſib. quæſt.* 50. *num.* 14. & apodixa in tabula, vel Banco, dicitur realis ſolutio, & inſtrumentum publicū, *Muta in cap.* 355. *nu.* 132. *Regis Alphonſi tom.* 5. *Pareſcia de inſtrum editione tom.* 2. *tit.* 7. *reſol.* 10. *num.* 58. *& ſeq.*

Nihilominus hoc ſanè erit intelligendum, vt realitèr interueniat numeratio

3 pecuniæ depoſito facto in Banco, idem *Cencius d. tract. quæſt.* 52. *num.* 25. & tùnc vera, & realis ſolutio diceretur apoca bancaria, probat *Dom. Præſ. Merlin. controu. for. cap.* 82 *num* 5. *& ſeq. tom.* 1.

4 Sicq; ſimulationis præſumptio excluditur ex numeratione pecuniæ, de qua conſtat ex partita Banci, *Ludouiſ. deciſ.* 195. *num.* 3.

5 Quo fit, vt ſicut ceſſionarius tenetur probare exiſtentiam crediti quando eſſet in actis appoſita, *Statil. Pacif. de ſaluiano interdicto, inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 916. quemad-

6 modum cedens, debet facere debitorem ſoluendo tempore ceſſionis, & hoc ſufficit idem *Maur. Aretin d. cap.* 2. §. 6 *num.* 17. ità in præſenti facto priùs probandum erat de exiſtentia pecuniæ in Banco realitèr.

Secundo, exigitur acceptatio Bancherij, & propterea debitor primus, qui

7 ſcripſit cedulam bancariam eo ipſo liberatus eſt, quod numularius ipſam acceptauit, & ſcripſit in libris ad debitum ſcribentis, & creditum illius, cui ſolutio erat facienda, ità *Dom. Reg. Hector Capyc. Latro deciſ.* 20. *ſub num.* 12. *tom* 1. & tùnc etiam

8 Campſor acceptans, ſi non ſolueret ſtatim apoca habet vim ſolutionis, *Cencius dicta quæſt.* 50. *ſub num* 19. vbi etiam notat talē acceptationem debere inferre, depoſitum eſſe factum penès Bancum de dicta ſum-

9 ma, quo vt, ſit apocæ per bancherios acceptantur, licet eas in libris Banci non deſcribant, debent deſcribi, & tenentur deputati, & fideiuſſores pro quantitatibus in illis contentis, *Camill. de Medic conſil.* 121 *num.* 6. & non mirandum, ſi cedula

10 bancalis penès magiſtrum Notarium depoſita ſolutionem operatur, *Giurba deciſ* 38 *num.* 10. *Reg. Rouit. deciſ.* 35. *num* 8. aſſequitur *Montan. in tract. de regal. tit. de officijs regalibus, ſub num.* 63. *col.* 4. *verſ. quia hy non poſſunt.*

11 Talis ergo numeratio pecuniæ in apoca contenta, & acceptata per inſcriptionem factam de perſona ad perſonā, transfertur dominiū, ex traditis per *Dom. Reg. de Ponte conſ.* 70 *vol.* 2. vndè ex ijs reſultare videtur fallimentum cedere in dāmnum

12 creditoris Banci, & ille dicitur creditor bancarius, qui habet ceſſionem à creditore Banci, *Reg. Valenz. conſ.* 78. *nu.* 30. *vol.* 1.

13 Cæterum autem dùm in apoca girata alicui facta, nec alitèr acceptata à Campſore, ſeu Banco, nullatenùs vim ſolutionis

Legatarij à ſemetipſis,& propria auctoritate rem legatã occupare non poſſunt,
ſed eam de manu hæredis accipere debent; *Maluaſ.conſ.12 num.7.*

Aut cogere hæredem ad agendum pro re ſibi legata, *Bart.in auth.de litigioſis,nu.5.*
43 & ſi legatarius licitè poſſit exigere annuam reſponſionem ſibi legatam, ſi hæres aliquod non faciat,vel non ſoluat,ſcilicet ſi non ſit in eius facultate cogere
hæredem vt faciat,vel ſoluat, ſecus aliàs, *Concius de cenſib.quæſt.49.nu.*10. non tamen pro conſequutione legati agere via exequutiua, *Farinac.deciſ.ciuil.391.nu.2.tom.2.*

Præterea in legatis nõ apponitur clau-
44 ſula, *conſtituti,& præcarij,* quæ particulaticulatèr exigitur in petitione aſſiſtentiæ ſeruata forma *Pragm.1. de aſſiſtent.* cuius vigore conceditur ius aſſiſtendi, poſt *Marant. d. ſpec.par.6.verbo inſtrumentorum,nu.*30.*&* 31. latiſſimè *Horat. Barbat. ſuper d.pragmat. in gloſ.7.per totam poſt Dom. Reg. Rouit.ibidem.*

45 Quamuis autem legatario competat hypothecaria actio inter alias actiones vt ſupra adductas, & aſſequitur *Statil.Pacific. vbi ſupra num.*186.*Barbat.d.gloſ.12.nu.*76.

46 Adhuc tamen ſine tali conſtituto, & precario agi non poteſt iure aſſiſtendi contra tertium, vt oſtendit *Muſcatell. vbi*
47 *ſupra,* & talis hypotheca eſt tacita, non tamen expreſſa,ad *text.in l.1.C.commun.de leg.*vbi *DD. Caball.conſ.ciuil.*26.*tom.*2.poſt *Neguſant.de pignor.in 4.memb.ſecunda partis num.*157.*& ſeq.* latiſſimè *Merlin. vbi ſupra*
48 *num.* 1. *& ſeq.* & differt ab alijs hypothecis,vt tradit ibidem *Negaſant.num.*160. & meliùs *Merlin ibidem num.*84. aſſerit,quod
49 hypotheca pro legato eſt alijs hypothecis debilior, quia non eſt indiuidua, nec
50 competit inſolidum, imò eſt irregularis, & animoſa,*vt ſubdit num.*86.

Ex quibus omnibus tutiſſima redditur concluſio,non poſſe aſſiſtentiam præſtari ad inſtantiam legatarij ſine ceſſione obtenta à defuncto,aut ab eius hærede, nàm
51 legatarius non agit contra tertium ad bona obligata excuſſo hærede, *Surd.conſ.* 51.*num.*5.

Non obſtat, quod dictũ eſt ſupra,quod
52 appellatio nõ datur in ſententia aſſiſtentiæ; quoniam intelligitur quoad finem ſuſpenſiuum tantùm, non autem deuolutiuum,nàm facta exequutione admictitur appellatio,vt probat *Barbat. d.tract. gloſ.1. num.34.&* 35.

Et poſtquam fuerat aditum ad M.C.V. & per eam inhibitum, ſuccedente deſertione cauſæ certum erat, quod interponi
53 deberet decretum deſertionis, vt ad exequutionem deueniri potuiſſet, vt probat *Ruginell.in tract.de appellat.*§.11.*gloſ.1.cap.2. num.* 8.

54 Ex quo infertur, per quem Iudicem erat facienda declaratio,vel per Iudicem ad quem, vel per Iudicem à quo; idem *Ruginell.vbi ſupra num.*13.*cum ſeq.* articulũ exarat pro vtraque parte, & demum concludit ſub *num.*16.*verum hæc opinio,* id ſpectare ad Iudicem ad quem, ibique etiam *num.*17. probat ex noſtratibus, præſertim *Marant.& Carau.in ritu* 264.*num.*2. ſeruari in hoc Regno abſque alia declaratione deſertionis, idẽ enim tradit *Scaccia de appellat.quæſt.*11.*num.*148.

55 Quod Iudex ad quem viſo Calendario proceſſus, ſi ſibi liquet appellationem eſſe deſertam ſine alio decreto de deſertione faciendo, poteſt per literas reſcribere Iudici à quo, quod ſuam ſententiã exequatur, ex quo ſibi liquet de deſertione, eundem *Carau.* aſſequitur *Nicol.Carbon. in ſua pract.practicarum lib.*3.*cap.vlt.num.*142. vbi etiam notat *Carau. vbi ſupra num.*3. quod Iudex ad quem fuit aditus, deſertaq; ap-
56 pellatione, eius pronunciatio ſemper requiritur, quem ſequitur *Muſcatell. in praxi S.C. lib.2.par.1.gloſ.proſequendum,num.*107. *& ſeq.* & deciſum patet Romæ *deciſ.* 188. *in nouis,* quam ſectatur *Bernard. Murmſer. pract.obſeruat.forenſ.lib.1.cap.24. Andr.Gayl. pract.obſeruat.lib.1.obſeru.*137.*num.*1.*Miſinger.centu.2.obſeru.*59.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio bonorum eſt alienatio, & ſpecies alienationis.*
2 *Diuidere rem cum alio, communem, eſt alienare.*
3 *Diuiſio dicitur venditio, ſeù permutatio, & habet vim permutationis, æquipollet tranſactioni.*
4 *Contractus diuiſionis ſub verbo alienationis continetur.*
5 *Contractus ab initio sũt voluntarij ex poſt facto neceſſarij.*
6 *Nemo compellitur inuitus diuidere.*
7 *Diuiſio eſt actus neceſſarius.*
8 *Diuiſio dicitur contractus onerofus.*
9 *Diuiſio dicitur alienatio neceſſaria.*
10 *Vnuſquiſque ad diuiſionem compelli poteſt.*
11 *Iudex poteſt aſſignare vni omnia bona, & illũ condemnare ad ſoluendum æſtimationem conſocio, ſi euidentèr ità ſibi neceſſum diuidere.*
12 *Creditor recipere tenetur creditum diuiduum ab hæredibus debitoris.*

13 *Legatario plus ſubuenitur.*

14 *Legatarijs magis fauetur, fauore vltimæ voluntatis.*

15 *Legatarius nõ eſt creditor, nec poteſt cogere hæredem ad adeundum.*

16 *Dominium rei legatæ transfertur in legatarium, quando ei fuerit conceſſa poteſtas accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*

17 *Legatarius pro conſequendo legatũ, habet fundatam intentionem ex teſtamento.*

18 *Legatarius poteſt capere poſſeſſionem rei legatæ, ex poteſtate conceſſa.*

19 *Legatarius pro legato habet hypothecata omnia bona teſtatoris.*

20 *Legatarius largo modo dicitur hæres, & ſi nõ veniat appellatione hæredis.*

21 *Legatarius petere poteſt diuiſionem bonorum teſtatoris à bonis hæredis, & ſit deciſum.*

22 *Diuiſio eſt impropria alienatio.*

## ARGVMENTVM.

Creditor, & legatarius an poſſit cogi facere hęredes teſtatoris, ad faciendum diuiſionem bonorum hæreditatis, ad hoc vt poſſit rem legatam præcapere, ſtante poteſtate relicta percipiendi legatum propria auctoritate.

## CASVS XLVI.

IOſeph de Sancto Hippolito tàm vti creditor, quàm vti legatarius Io. Angeli de Sraſio iunioris petijt in Regia Curia Monopolitana mandari fieri diuiſionem bonorum quond. Io. Angeli ſenioris inter cohæredes illius. hoc eſt eidẽ Io. Angelo maiori, cum altero fratre ipſius Io. Angeli iunioris, ad hoc vt ſibi ſatisfacere potuiſſet ſuper bonis, dùm ſibi fuerat relicta poteſtas accipiendi legatum propria auctoritate, vndè hæſitari contingit ſi id tuto iudicio mandari potuerat, poſt-
1 quam diuiſio non tantùm eſt alienatio, *Berous conſ. 22. num. 18. vol. 2. Marquar. de diuiſ. bonor lib. 1. cap. 2. nu. 8.* & ſpecies alienationis *Ciarlin. controu. forenſ. cap. 74. num. 11. tom. 1. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. num. 124.*

2 Sicq; diuidere rem cum alio communem eſt alienare, *Berous conſ. 124. n. 8. vol. 1.*

3 Sed etiam dicitur venditio, ſeù permutatio, *Berous d. conſ. 124. num. 8. Criſtin deciſ. Belgia 182. num. 1. & 2. volum. 3.*

Et æquipollet tranſactioni, *Muta dec. 53. num. 24. Michalor. in tract. de fratribus, par. 3. cap. 41. num. 24.*

Imò habet vim permutationis, *idem cap. 39. num. 4. Ciarlin. controu. forenſ. tom. 2. cap. 118. num. 1.*

4 Qui ſiquidèm contractus, ſub alienationis verbo continentur *cap. nulli, de alien. rer. Eccleſ.*

5 Et propterèà cum omnes contractus ab initio ſint voluntarij, ex poſt facto neceſſarij. ad *tex in l. ſicut, C. de action. & obligat.*

6 Reſultari conſpicitur ad diuiſionem neminem compelli poſſe. *Gloſ. in l. 1. C. de fund. dotal.*

7 Nihilominus quia diuino eſt actus neceſſarius, vt inquit *Ciarlin. cap. 77. num. 1. eod. tom. 1. num. 4.* ſubdit, quod diuidi debẽt omnia, quæ poſſidebat defunctus, ac etiã
8 dicitur contractus onerofus, *Berous conſ.*
9 *156. num. 3. vol. 1.* & diuiſio dicitur alienatio neceſſaria, *Farin. deciſ. ciuil. 544. n. 3. to. 2.*
10 & non mirũm ſi ad diuiſionẽ poteſt vnuſquiſque de iure cõpelli, *Mandell. conſ. 125. num. 18.*

11 Et proindè talis diuiſio bonorum in libello peti poteſt, & Iudex poteſt aſſignare vni omnia bona, & illum condemnare, vt ſoluat æſtimationẽ partis ſocio, ſi euidentèr ità ſibi videatur neceſſum diuidere bona, probat *Franc. Maria Pratus pract.*
12 *obſeruat. in obſeru. 67. num. 2.* & ſic diuiduũ creditum tenebitur recipere per partes creditor ab hæredibus debitoris, *Ciarlin. cap. 34. num. 53. controu. forenſ. tom. 1.*

13 Quæ tamen videntur pertinere ad creditorem, nàm etſi legatarijs ſubuenitur, vt inquit *Gloſ. in l. cum ij, ff. de tranſact. verſ. tranſigere, adhùc tamen Additio inquit huiuſmodi*, tu dic, quod vbi creditores, & legatarij concurrunt ad aliquid exigendum magis fauetur creditori, quia tractatur de
14 damno creditorum, & lucro legatariorũ, alijs magis fauetur legatarijs fauore vltimæ voluntaris, & hoc voluit dicere *Gloſ. Iaſ.* hæc illã, & facit ad propoſitum *Gloſ. in l. vlt. verſ. non in fraudem, ff. vt in poſſeſſ. legat.* vbi etiam refert, quod legatarius non eſt creditor per iura ibi citata, & ob id
15 legatarius non poteſt cogere hæredem ad adeundum hæreditatem, vt ſatisfieri poſſit, ſed fideicõmiſſarius, vt refert *Praſ. de Franch. dec. 1. 2. n. 3.* eo quia debet capere legatũ à manu hęredis, vt dictũ eſt in pręcedenti caſu, & cõtra hęredẽ cõtũ agere.

Bene

Digitized by Google

16 Benè verum eſt, quod ex teſtamento
apparebat fuiſſe à teſtatore conceſsā po-
teſtatem capiedi legatum propria auƈto-
ritate,& tùnc legatario vbi dara eſt pote-
ſtas à teſtatore capiendi legatum propria
auƈtoritate,ex hoc ſolo in legatarium rei
legatę dominium transfertur inquit *Fari-
nac. deciſ. poſthum.* 25. *num.* 6. *par.* 3. quo fit vt
17 legatarius pro conſequendo legata,dici-
tur habere fundatam intentionem ex te-
ſtamento, *idem deciſ. poſth.* 233. *num.* 1. *par.* 3.
& non mirùm, ſi in hoc caſu ſtante licen-
18 tia prædiƈta,licitum erit legatario rem
ſibi legatam propria auƈtoritate capere,
vt diƈtum eſt in præcedenti caſu, quibus
addo *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 242. *num.* 115.
19 poſtquā legatarius pro legato habet hy-
pothecata omnia bona teſtatoris, *Farinac.
deciſ. ciuil.* 587. *num.* 2. *tom.* 1. *Seſſe deciſ.* 42.
*num.* 3. *tom.* 1. *poſt Marcamb. conſ.* 2. *num.* 71.
20 Et conſequentèr talis legatarius in re
legata largo modo dicitur hæres, *Cęſar
Manent. deciſ.* 34. *nu.* 15. & ſi non veniat hæ-
redis appellatione, *idem conſ.* 144 *num.* 35.
21 Quapropter legatarius petere poterit
ſeperationem bonorum teſtatoris à bo-
nis hæredis, vt ex ijs priùs ipſi,quam cre-
ditoribus hæredis ſatisfiat, ad *text. in l.* 1.
*§. ſciendum, l. creditoribus, §. legatarios autem,
& l. quoties, ff. de ſeperat. bonor. Caualer. deciſ.*
41. 51. *&* 112. & ſic deciſum fuiſſe in *Rota
Romana* teſtatur *Rubeus deciſ.* 17. *num.* 13.
*tom.* 2. nouiſſimè aſſequitur *Sperell. deciſ. fo-
ri Eccleſ.* 176. *num.* 95. *vol.* 2. *& Farinac in re-
pert. vltim. volunt deciſ.* 107. *num.* 13.
22 Quantò magis petere diuiſionē,quę eſt
impropria alienatio, vt inquit *Berous con-
ſil.* 26. *num.* 28. *vol.* 2. & ſic iudicatum vt in-
fra quatuor dies fieret diuiſio, vt legata-
rio ſatisfieri potuiſſet, die 6. Febr. 1625.
penès Ayetam, Monopoli Aƈtuarium.

## *SVMMARIVM.*

1 *Bona,quæ ex mare Neap. proueniunt, debent in loco vbi fundacus reperitur aſportari, ex diſpoſitione Iuris Regni.*

2 *Ignorantia non præſumitur, ſed potiùs ſcientia de ijs,quæ publicè geſta ſunt.*

3 *Ignorantia non præſumitur,quod publicè fit,& qualitèr procedat, num.* 4. *&* 5.

6 *Ignorantia an admiƈtatur quando præſumeretur ſcientia vti conſanguineus,vel vicinus.*

7 *Ignorantia non præſumitur,in ijs,quæ quis debet inueſtigare.*

8 *Scientia præſumitur in ijs, quæ quis inquirere tenetur.*

9 *Paria ſunt ſcire,& ſcire poſſe.*

10 *Ignorantia craſſa, & ſupina pro ſcientia habetur in pœnalibus,quæ nunquam prodeſt, nec excuſat.*

11 *Omnis res, quæ per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.*

12 *Sollemnitas eadem requiritur in reuocatione aƈtus,quam in confeƈtione illius.*

13 *Mandatum dicens habere à Principe, non creditur,niſi de illo doceat.*

14 *Scire quilibet præſumitur per bannum publicum.*

15 *Qualibet cauſa licet iniuſta excuſat à dolo.*

16 *Gabellarius quando abeſſet, cui eſſet facienda notificatio, ad hoc ne aliquis exemptus excuſaretur.*

17 *Captus ſub ſaluaguardia à non competēti Officiali faƈta,erit reponendus ad libertatem.*

18 *Gabellam non ſoluens,non eſt in culpa, cum nō extet Gabellarius, cui ſit aſſignatio.*

19 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

20 *Fraus nunquam cenſetur commiſſa quādo omnia ſunt palam faƈta, & nihil clam.*

21 *Dolus non præſumitur,quando aliquid fit palam,& publicè.*

22 *Gabellarius agens reiuendicatione rei, quæ in commiſſum incidit, probare debet fraudem commiſſam.*

23 *Fraudatio gabellæ conieƈturis,& præſumptionibus probatur.*

24 *Pœna fraudatæ gabellæ, non habet locum niſi dolo ſuperueniente.*

25 *Gabella tunc verè diceretur fraudata, ſi cum mercibus quis tranſiret,& non ſolueret.*

26 *Gabellam fraudare nō dicitur,qui merces quas defert denunciat, nec illam ſoluere negat.*

27 *Pragmat. Illuſtriſſ. Domini Admirantis enunciatur.*

28 *Proclama alta voce deuulgata, quilibet ſcire præſumitur.*

29 *Bannimenta in loco eminenti publicata, ob locorum vicinitatem ſufficit.*

30 *Ignorantia banni,ſolo iuramento probatur.*

31 *Locus vbi publicatio banni fit,attenditur.*

32 *Gabellam non ſoluens ad portam Ciuitatis, licet videatur habere animum fraudandi, non tamen procederet,quando gabella eſſet noua, vel incognita.*

33 *Bannum faƈtum in Ciuitate,non ligat habitantes in villis.*

34 *Statuta pœnalia, non ligat abſentes à Ciuitate, in qua ſunt publicata.*

35 *Fraudandi animum habere non dicitur, ſi pecuniam poſuiſſet in feneſtra,vel ſub lapide nō reperto Gabellario.*

36 *Gabellarius interpellare debet, vt gabella ſoluatur.*

37 *Denunciatio faƈta Poteſtati, vel Præfeƈto Ciuitatis cenſetur faƈta Ciuitati.*

Q 2 38 Caſo

38 *Carceratus aufugiens ex carceribus ad ſuperiorem adiens, nullam pœnam incurrit.*
39 *Qualitas perſonæ attendi debet.*
40 *Qualitas perſonæ delictum minuit.*
41 *Qualitas perſonæ falſitatis præſumptionē excludit.*
42 *Publica vtilitas præfertur priuatæ.*
43 *Gabella nequit ſolui pro rebus portatis ad Ciuitatem, pro neceſſitate famis.*
44 *Statuta gabellarum ſtricti iuris ſunt, & ſic intelligenda.*
45 *Deciſio affertur circa immiſſionē vini, non alitèr ſolutis diriƈtibus Arrendatoribus.*

ARGVMENTVM.

Interceptum bonorum inuectorū in aliquo loco Regni, vbi non erat fundacus, ad hoc vti notitia dari debuerat de inuectis, & illatis, pro ſolutione gabellæ, & ſi Officialibus in eodē loco exiſtētibus de omnibus notitia data fuerit, commiſſum an dicatur.

CASVS XLVII.

MAgna fuit controuerſia excitata in Regia Camera Sũmariæ inter Gubernatores Regiæ Duanæ Neap. & quoſdam Mercatores ſuper ſequeſtro facto certæ quantitatis caſei, prætextu intercepti ob denunciationem prætenſam non factam vbi fierī debuerat, & requiſitus vt de iure reſponderem in beneficium ipſorum Mercatorum, duxi principalitèr enunciare prętenſionem ipſorum Gubernatorum, quæ ex facti ſerie ſubſequenti oſtenditur. De anno 1649. die 27. Iulij in Terra Procidæ per Honophrīū de Socijs Commiſſarium Barcę, ſeù Felluchæ Regię Duanæ Neap. fuerunt interceptatæ, atq; ſequeſtratæ certę quantitates caſei diuerſorum dominorum vna cum quibuſdam barrilibus ſardarū, ac alicium ſalatarum, & per ea, quæ ex teſtibus examinatis percipiebatur, qualitèr habita notitia, quod in dicta Terra Procitæ perueneratn dictæ quantitates caſei, in qua non aderat fundacuſ, nequiuerāt ibidem bona prædicta detineri abſq; manifeſtatione danda in Duana Puteolorum, & accerſitis dicto Commiſſario, ac alijs conſocijs in dicta Terra Procidæ inuenerunt dicta bona non alitèr fuiſſe manifeſtata de ſero 26. Iulij hora 22. inuenerunt Capitaneum ad Guerram, ac alias perſonas; quos interrogauerunt de tali quantitate caſei, qui reſponderunt, quod erat factum manifeſtum, & quod die ſequenti aſportare dixerunt manifeſta, vnde ſequēti die poſt aliquas inſtātias quidam Portulanus aſportauit, hoc eſt vnius quantitatis Nicolai Mazzellæ, ſeù Aloyſij Forte, aſſerendo ea cepiſſe. quia ibi non aderat fundacus, nèque Duana, vt priùs, & quod librum non confecerat, & cum alta voce clamaſſet dictus Commiſſarius ſi adeſſent alia bona præter manifeſtata eidem Portulano, ipſi ſe contulerunt in dictam Terram, & reportauerunt alia bona manifeſtata.

Ex parte ipſius Regiæ Duanæ dicebatur minimè poſſe difficultari, dicta bona declarari debere interceptata, poſtquàm illa fuerant exhonerata in Terra Procidæ dicto die vt ſupra, in illa parte vbi tumulti fuerant, vbi nunquam fuit indè repoſitus Fundacus, nec Duana, cum ſit certū, cum bona, quæ veniunt ex mare, non poſ-
1 ſint exhonerari niſi in loco vbi Fundacus extitit ex *Conſtit. Regni Magiſtros Fundacarios*, prout ità ſemper obſeruatum extitit, atq; ſeruatur.

Idemque diſpoſitum eſt ex *Regia Pragmatica anni* 1644. *in* 15. *capite in fine d. cap.* vbi reſidet Fundacus, & ex banno emanato in anno 1646. in proceſſu pręſentato, in quo dicitur, quod ſtatim, quod bona intrent in locis iuriſdictionis debeant ſoluere diriƈtus debitos Regiæ Duanæ.

Nec proindè obſtat prætenſio ipſorum contrabannitorum, qui ſe excuſabāt, prætextu quod in dicta Terra Procitæ fuiſſet Fundacus, ſeù Duana, & ideò non eſſe locum, in quo non poſſit exhonerari.

Quia reſpondetur, quod hoc eſt factū notorium, quod in dicta Terra Procidæ à tumultis ſucceſſis ab iſta parte non fuit nec Fundicus, nec Duana, vt deponunt teſtes examinati, & inter eos Portulanus aſſerens ordine S.E. fuiſſe remotam Duanā.

Imò ipſimet domini dixerunt manifeſta dediſſe etiam Portulano, dùm nō aderant alij Officiales, & ipſos eſſe eiuſdem Terræ Procidæ, vt aſſerunt in dictis manifeſtis, idcircò nequeunt allegare ignorantiam facti manifeſti, & propriæ Terræ.
2 Ignorantia enim non præſumitur. Imo ſcientia de ijs, quæ publicæ geſta fuerunt,

*Gloſ.*

*Gloſ. in l. ſi tutor, C. de peric. tutor.* vbi etiam
*Bart.* hoc pro indubitato affirmat ex illo
*text.* & per *text. in l. ſed ſi pupillus, §. pro-*
*ſpicere, ff. de inſtit.* & poſt *Bart. & alios,*
*Grammat. deciſ. 36. num. 16.* allegat innume-
ros *Maſcard. de probat. concluſ. 879. num. 164.*
3 in eo num. quod publicè fit, non præſu-
mitur ignorantia, *cap. 1. de poteſt. prælat. &*
*l. ſi tutor, C. de peric. tut.* & poſt multos *Socc.*
*in fallent. lit. I. concluſ. 2. verſ. ſecundo fallit,*
4 quod præcipuè procedit in iis, qui erant
præſẽtes in loco, in quo actus publicè fit,
*Calder. conſ. 84. in fine, verſ. non obſtat, circa*
*princ. aliàs 4. de offic. deleg. Card. Tuſc. pract.*
5 *concluſ. lit. I. concl. 21. num. 5.* quod procedit
etiam in pœnalibus, ſic *Roman. conſ. 123.*
*num. 2. vſque ad finem*, vbi *Apoſtill.* hoc ex-
preſsè dicit, quem ſequitur *Cardin. Tuſc.*
*lit. I. concluſ. 21. num. 6. Gabriel. commun. con-*
*cluſ. tit. de regulis iuris, concluſ. 1. num. 12.*
6 nec ignorantia admictitur quando præ-
ſumitur ſciuiſſe, quia cõſanguineus aliàs
vicinus, aliàs ciuis, & erat fama publica
in vicino, alias in Ciuitate, *Bar. in l. is poteſt,*
*num. 18. ff. de acquir. hered.* & poſt multos id
fundat *Andr. Gayl. pract. obſeruat. lib. 2. obſer-*
*uat. 48. num. 15. cum ſeq.* & propriè *num. 17.*
poſt *Bal. Felin. & alios DD. Maſc. concl. 879.*
*num. 11. & 12.*
7 Et nequaquam præſumitur ignorantiã
in iis, quæ quis debet inueſtigare, *Gloſ. in*
*cap. innotuit, in ver. ignorantia, de elect. & in*
*cap. dum, in ver. euadere, & in cap. ad falſitatẽ,*
*de falſ.* & poſt *Ioan. Andr. Iaſ. Roman. & alios*
*DD. Maſcard. d. concluſ. 879. num. 7.*
8 In iis enim, quæ quis inquirere te-
netur, præſumitur ſcientia, optimè *Gloſ.*
*in cap. præſumitur, poſt princ. de regul. iur.* &
poſt *Archid. Anchar. & alios DD. Gabr. com-*
*mun. concluſ. tit. de regul. iur. concluſ. 5. num. 31.*
9 paria namq; ſunt ſcire, & ſcire poſſe, ſeù
debere *Bald. in l. quicunque, C. de ſeru. fugit.*
*Creſcent. deciſ. 19. num. 10. de dolo, & contum.*
& poſt alios, *Coſta de ignor. facti, & iur. in ſp.*
*num. 1.* quos refert, & ſequitur *Gratian. di-*
*ſcept. forenſ. cap. 194. num. 18.*

Generale namque, & perpenſum eſt, vt
huiuſmodi ignorantia tanquam craſſa, &
10 ſupina pro ſcientia habeatur etiam in
pœnalibus, & ſtatutis, *Gloſ. in cap. 1. in ver-*
*bo ſciens. in tit. quib. mod. feud. amitt.* vbi *Bald.*
*nu. 21. verſ. quæro quid,* & poſt *Alex. & alios,*
dicit optimè *Tiraquell.* omninò videndus
*de retract. lignag. tit. 35. & gloſ. 4. num. 25.* quẽ
ſequitur *Gratian. d. cap. 194. num. 18. & 19.*
ignorantia craſſa nunquam prodeſt, nec
excuſat, *Fontanell. deciſ. 18. num. 18. tom. 1.*

Duo quidèm concluſiones in iure in-
controuertibiles optimè caſui noſtro applicantur, dùm iſti domini prædictorum bonorũ ſunt ciues Terræ Procitæ, & erat publica vox non adeſſe Fundacũ Regiæ Duanæ, & ſic hoc ſciebant alitèr ſcire debebant, non adeſſe Fundacum; ſunt enim ſoliti introducere bona, & ſic ſcire, vel inueſtigare debebant vbi erant immictenda dicta bona, & proindè ſtantibus ordinibus publicatis tàm per Regiam Camerã, quàm per Regiam Pragmaticam debebant denunciare, & immictere bona prædicta in Fundaco ipſius Regiæ Duanæ in loco viciniori, quod cum facere noluerunt, inciderunt in commiſſum.

Ampliùs dicebatur qualitèr iidẽ nautæ aſportauerunt aliàs alia bona, & morã fecerunt per certam temporis moram, & poſteà illa Neapoli tranſtulerunt.

Ex depoſitionibus Portulani, & Credenzerij apparebat qualitèr idem Nicolaus Mazzella, Vincentius Matarazzo, & alij aſportauerant bona ſalata, & moram fecerant per diẽ Procitę, & deindè Neap. applicauerunt, ideò cauſam ignorantiæ allegare non poterant. quod ab ipſo loco fuerat ſublata Duana, & Fundacus.

Et denique dicebatur, quod quando in eodem loco adeſſet Fundacus, adhùc bona ipſa ſubiecta erant contrabanno, poſtquam dùm fuiſſent exonerata in magazenis abſq; licentia ſundacherij ſic dictante, *eadem Conſtit. Magiſtros Fundicarios*, quod etiã in locis vbi adeſſet Fundacus abſq; licentia Fundacarij alibi exonerari non poſſit, & ideò in contrabannum incidiſſe refertur, eo ampliùs, quod partita caſei Michaelis Schettini fuit exonerata die 4. Iulij, & illa Aloyſij Forte die 6. & illa Ioannis Scotto die 22. & illa Nicolai Mazzellæ die 24. & debebant ſaltim primo Neap. aut Puteolis accedere per modicum tractum maris à dicto loco, & ſoluere iurictus, & cum non fuerit factũm declarari omninò deberet interceptum.

Et parte verò mercatorũm, pro quibus onus in iure ſcribendi aſſumpſeram, dicebam.

Sequeſtrum factum ſuper certa caſei quantitate exonerata à nautis in littore Inſulæ Procitæ cum barca ex longè adducta, & repoſita in illius magazenis, ac notitia certis Officialibus ibidem exiſtẽtibus data omninò tollendum, & indè illam reſtituendam forè dominis illarum remoto nomine controbanni, vt prætenditur per Regiũ Fiſcum Reg. Cam. Sum. Neap.

Digitized by Google

Neap. ex ſequentibus demonſtrabitur.

Eo priùs ſuppoſito, quod etſi in eadem
Inſula priùs adeſſet Fundacus publicus
deſtinatus à Reg.Cam.Sum. vna cum Of-
ficialibus, indè ordine S.E. ſublatus, ac
etiam eiuſdem R. C. lapſo anno ab hinc
nullatenùs talis reuocatio per teſtes pro-
bata officere videbatur iuribus onerum
prædictorum, cum certum ſit, talem Fun-
dacum ordine ipſorum inſtitutum fuiſſe,
pariterq; deſtitutum ex eorum ordine,
11 ex vulgata iuris regula, quod omnis res,
quæ per quaſcunque cauſas naſcitur, per
eaſdem diſſoluitur, *cap. omnis, extra de reg.
iur.* pariterq; eadem ſollemnitas requiri-
12 tur in reuocatione actus, quã in cõfectio-
ne illius fit, *Duena in reg.* 187. *Cald. Pereyra
de poteſt elig. cap.* 7 *num.* 13. & ſic dum ordi-
ne ſcripto S.E. ac R.C. id proceſſerat in
inſtitutione, ſic etiã in deſtitutione pro-
cedi debuerat, & ſic dicens, mandatum ſe
13 habere à Principe non creditur, niſi de
illo doceat *Maſcard. de probat. concluſ.* 110.
*num.* 59. neque teſtibus erit credendum,
non oſtenſo ordine reuocatorio Princi-
pis ſublationis Fundaci, quemadmodum
enim in illius inſtitutione banna emana-
runt præuio tali ordine, vt notitiam om-
nes de iſto haberent, ità etiam in diſſolu-
14 tione, etenim per bannum publicum qui-
libet ſcire præſumitur, *Maſcard. d. tract. con-
cluſ.* 1237. *num.* 4. eo quia banna probantur
per ſcripturam etiam cancellatam, dum-
modò reperiantur in Archiuio commu-
ni, *idem concluſ.* 162. *num,* 33.

Quo fit, vt cum dicta quantitas caſei in
talem locum ducta, & palam publicè exo-
nerata, ac repoſita in dictis magazenis,
data etiã notitia aliquibus Officialibus
ibidem exiſtentibus, & ſi legitimi nõ fuiſ-
ſent dependentes à dicta Regia Duana,
nullum ex hoc detrimentum cauſari in-
15 ſpicitur, quia quælibet cauſa etſi iniuſta
excuſat à dolo, *Bertazzol, conſ. crimin.* 376.
*num.* 4. *tom.* 2.

Satis ſufficiẽtèr dicitur facta denũciatio
huiuſmodi ſi nõ potuerat copia officialiũ
Duanæ priſtinæ haberi, ex quo per talem
manifeſtationẽ nullatenùs incurri vide-
16 batur, vt bona in commiſſum incidiſ-
ſent, ſicuti quando Gabellarius abeſſet,
cui eſſet facienda notificatio, nec aliquis
eius nomine, tùnc excũſaretur exemptus,
ex *Alex. conſ.* 172. *lib.* 1. *Firmian. de gabell,* 9. *p.
num.* 22. *quæſt,* 15. *Guazzin. de confiſcat. bonor.
concluſ.* 13. *ampl.* 82. *num.* 1. *verſ. ſi extaret ga-
bellarius*, & ibi alitèr non eſt in culpa, fir-
mat *Parin. in tract. de gabel. par.* 1. *num.* 285.

17 quemadmodùm etiam captus ſub ſalua-
guardia à non competenti Officiale, facta
erit reponendus ad priſtinam libertatem,
proùt deciſum refert *Reg. Tapia in* 4. *par.
Iuris Regni Neap. ſuper ritu* 287. *num.* 9. *verſ.
ſed nunc videamus,* quem ſequitur *Molfeſ. in
Conſuet. Neap. tom.* 2. *par.* 4. *quæſt.* 47. *num.* 3.
18 *in addit.* & propterea gabellam non ſol-
uens, non eſt in culpa, cum non extat Ga-
bellarius, & Præpoſitus vectigalium, cui
ſit aſſignatio, *Maſcard. de probat. concl.* 834.
*num.* 12. *Farinac. in tract. de furtis, quæſt.* 173.
*num.* 32.

19 Concurrebat etiã prompta ſolutionis
oblatio iurium Dohanæ cum proteſta-
tione ſoluendi dirictus, & talis proteſta-
tio conſeruat ius proteſtantis, *Maſcard. d.
tract. in concluſ.* 1178. *num.* 36.

Eoque impenſiùs aderat manifeſtatio
caſei, & aliarum rerum de die facta palã,
& publicè coràm omnibus gentibus ibi
exiſtentibus, & talia bona repoſita fuerũt
in magazenis, quocirca fraus nulla pote-
20 rat cenſeri commiſſa, quando omnia sũt
palam facta, & nihil clam, *Mandell. conſ.* 45.
21 *num.* 15. & quod fit palam, & publicè in
ijs dolus non præſumitur, *Franc. Perſonal.
de gabellis, num.* 111.

22 Inſuper Gabellarius agens reiuendica-
tione ad res, quæ inciderunt in commiſ-
ſum, debet principalitèr probare fraudẽ
eſſe commiſſam, vt inquit *Maſcard. d. tract.*
23 *concluſ.* 835 *num.* 2. & licet gabellæ frauda-
tio, coniecturis, & præſumptionibus pro-
betur, *idem concl.* 834, *num,* 1. *Farinac. de fur-
tis quæſt. num.* 10.

Et non ſolùm fraus in hoc verſari de-
bet, ſed etiam dolus, adeò quod fraudatæ
24 Gabellæ pœna non habebit locũ niſi do-
lo interueniente, *Farinac. vbi ſupra num.* 45.

At in caſu deducto, nedum fraus, ſed
etiam dolus aberat, eo quod tũc verè di-
25 ceretur gabella fraudari, ſi cum merci-
bus quis tranſiret, & non ſoluerit, *Maſcar.
d. concluſ.* 834. *num.* 2. & 5. *Farinac. vbi ſupra
num.* 17.

Verùm, quia denunciatio bonorum fa-
cta fuerat, & paritèr oblata ſolutio diri-
26 ctum, tali caſu gabellam fraudare non
dicitur, qui merces quas defert, denun-
ciat, nec illam ſoluere negat, licet non
ſoluerit, vt probat ibi *Farinac. num.* 31.

Nec proindè officere videbatur bannũ
emanatum, quod immictẽtes bona Neap.
teneãtur res manifeſtare Officialibus pri-
mi Fundaci magis propinqui, ſicut erat
Fundacus Puteolanus, vbi adeſt Duana,
in quo cum nulla fuerat facta denuncia-
tio,

rio, ſicuti perfides illius Officialium per-
cipiebatur, videbatur contra bannum
commiſſum, vt ex banno R.C.S. lato die
9. Martij 1646. & publicato Neapoli die
25. Maij, ac 31. Auguſti, deſumebatur pro
bono regimine Arrendamenti, vt res, &
merces ſubiectæ eſſent ſolutionibus diri-
ctuum, quando intrant in locum iuriſdi-
ctionis Duanæ, & pro illis dare fideiuſſio-
nem illas immittendi in Fundacis Regijs
Duanæ, & pro alijs rebus aliàs exportan-
dis vbi reſidet Fundacus Regius, neque
poſſint exhonerari alibi, ſub pœna amiſ-
ſionis bonorum, neq; etiam qui contra-
27 uenerât *Pragmatica editæ die 12. Decembris*
1644. *Ill. Dom. Admirantis cap.* 15. idem di-
ſponenti ſub formidabili pœna.

Nàm ijs replicabatur multifariam, &
Primò, quatenùs ſpectat ad ignorantiam
banni publicati Neap. certum eſt cum
ſit locale non potuit eius notitia ad alios
28 peruenire, quo fit, vt proclama alta voce
præconis diuulgata, licet quilibet ſcire te-
neatur, *Iaſ. in l. is poteſt, num. 72. ff. de acquir.*
*hered. Maſcard. de probat. concl.* 1237. *num.* 4.
quæ ſiquidèm ſcientia banni præſumitur
non tantùm inter ſubiectos, quantum etiã
inter alias Terras eiuſdem Principis mul-
tum diſtantes, niſi per duas tantùm die-
29 tas quando in Ciuitate principali Me-
tropolitana bannimenta in loco eminen-
ti ſint publicata ob locorũ vicinitatem,
proùt ex multis probat *Franc. Perſonal. in*
30 *d. tract. nu.* 18. non tamen data banni igno-
rantia, quæ ſolo iuramento probatur, op-
timè *Farinac. in fragm. crim. par.* 1. *verbo ban-*
*nimenta, num.* 31. *& ſeq.* tamen procederet
data ignorantia, ſiuè abſentia conducto-
ris bonorum, vt ibi *Perſonal. num.* 24. *&* 25.
probat, cum in iſto caſu attendatur locus
vbi publicatio banni fit, *Franch. deciſ.* 360.
31 *num.* 3. hinc eſt, quod non ſoluens gabel-
lam ad portam Ciuitatis, licet videatur
habere animũ fraudandi, non tamen pro-
32 cederet quãdo gabella eſſet noua, vel in-
cognita, ex *Abb. & Rol.* probat *Ioſeph Lu-*
*douic. in ſuis concluſ. tit. de gabellis, concl. vnica,*
33 *verſ. infertur* 26. & ſic bannum factum in
Ciuitate, non ligat habitantes in Villis,
*Bertaz. Rol. conſ. crim.* 393 *nu.* 1. *tom.* 2. & ban-
num publicatum in vno loco, non ligat
abſentes in alio loco habitantes, *idem con-*
34 *ſil.* 140. *num.* 4. ſicq; bannimenta, & ſtatuta
pœnalia, non ligant abſentes à Ciuitate,
in qua eorum publicatio facta fuit, *Fari-*
*nac. d. verbo bannimenta, num.* 36. ea ratione,
quia abſens præſumitur ignorare ea, quæ
ſunt in Ciuitate.

Secundò replicabatur, non ſtetiſſe per
vectores ſoluere iura Duanæ, ac etiã ma-
nifeſtare bona inuecta Officialibus depu-
tatis, eo quia illicò bona prædicta in dicto
loco publicè exonerauerant, notitiã dan-
do certis Officialibus ibi cõmorantibus,
non tamen illis, ad quos id ſpectabãt, ipſis
veris abſentibus exiſtentibus Neap. quo
caſu ſuccedit ſupra allegata concluſio,
quod Gabellarius, cui eſſet facienda no-
tificatio abeſſet, nec aliquis eius nomine
eſſet, tùnc excuſaretur, hinc etiam non
diceretur quis habuiſſe animum fraudan-
di gabellam, quando nõ reperiretur Ga-
35 bellarius, & poſuiſſet pecuniam in fene-
ſtra, vel ſub lapide, vt ex *Roland. conſ.* 42. *nu.*
18. *lib.* 3. *& Ferrett. d. tract. num.* 247. notat
*Ioſeph Ludouic. vbi ſupra verſ. infertur* 25. *&*
*Farinac. ibidem num.* 33. imò etiam exige-
batur interpellatio Gabellarij, nàm ga-
36 bellam quippiam non ſoluentem neceſsè
eſt, quod Gabellarius interpellat, vt dixit
*Maſcard. d. concl.* 834. *num.* 3.

Præterea arguebatur bona fides ipſo-
rum ex ijs, quæ occurrerant tẽpore exho-
nerationis, poſtquàm reconditis bonis
prædictis in magazenis Procitæ, ipſi ve-
ctores nautæ ſtatim notitiã dederunt Ele-
cto Populari Ciuitatis Neap. ad cuius in-
ſtantiam fuerunt talia bona adducta, qui
illicò adiuit Dom. Præſidentem R. C. S.
omnia manifeſtando, ſicq; dùm ad Supe-
riorem conuolauerant, nullus dolus neq;
fraus reſultauerat, eo quod in citationi-
bus, & denunciationibus Vniuerſitati fa-
ciendis, ſufficit, quod in congruo loco, &
coràm maioribus, & alijs ibidem inuen-
tis publicè proponantur, *Gloſ. in cap. ſi ca-*
*pitulo, verſ. falſum, de conceſſ. præbend. in* 6. &
ſequitur ibi *Gloſ.* quod ſi præſentatio ad
duos pertineret, putà ad Epiſcopum, & ad
Capitulum, quod admittitur præſentatio
facta alicui ipſorum, & denunciatio facta
37 Poteſtati, vel Præfecto alicuius Ciuitatis,
cenſetur facta Ciuitati, *Alber. in l. ſi ergo,*
*§. ſi bona, ff. de fideicom. libert.* quemadmodũ
enim DD. aſſerunt de carcerato ad Supe-
riorem conuolante nullus dolus, neque
fraus conſiderari poteſt, & ſic carceratus
38 aufugiens ex carceribus, ad Superiorem
adiens, nullam pœnam incurrit, ex addu-
ctis per *Farin. de carcer. & carcerat. quæſt.* 30.
*num.* 171.

Prætereà in hoc attẽdi debuerat id quod ad
cuius inſtantiã talis quãtitas caſei Neap.
conducta fuerat, quæ erat Electus Popu-
laris perſona publica, atque digna, & ſic
39 qualitas perſonæ attendi debet, *Gloſ. in l.*
*Pompe-*

deindè in anno 1625. ipſi filij diuiſionem
bonorum fecerunt inter ſe, & dùm dictũ
Monaſterium conſequi vellet ſuũ introi-
tum relictum, minores filij obijcierũt, ne-
dum dictam diuiſionem factam fuiſſe ip-
ſis inauditis, ex quo cederent dictum re-
ditum ſoluendum per dictos minores, ſed
etiam de fideicommiſſo auito facto per
quond. Vitum Antonium de Chiantera
ſeniorem ſic in teſtamento dicendo: *Et
da dette robbe fideicommiſſarie non ſi poſſa, nè
debbia fare deduttione, ò diminutione alcuna per
riſpetto di falcidia, trebellianica, legitima, ò ſup-
plemento di legitima, ſeu alia qualitercũque, ma
in dominatione habbiano da paſſare da vno fidei-
commiſſario all'altro, &c.*

Ex parte Monaſterij excipiebatur hoc
ſibi non obeſſe, cũ ex actis apparebat exi-
ſtere in poſſeſſione exigendi per trienniũ
ab hæredibus debitoris dictos introitus
1 relictos, & annua præſtatio relicta Eccle-
ſiæ, vel Vniuerſitati, aut corpori nunquã
morituro, perpetuò debentur, ex *Bald in l.
annua, § à Titio in fine, ff. de ann. leg.* & alijs
*Iacob. Venenti in tract. de annua præſtat. par. 2.*
2 *quæſt.* 38. non mirũm ſi annua relicta peti
poſſunt non ſolùm pro tempore præteri-
to, ſed etiam pro futuro, ità aſſerit *Cencius
in tract. de cenſib. quæſt. 96. num.* 23.

3 Quo fit, vt quemadmodũ ius exigendi
annuum redditũ, quaſi poſſeſſio acquiri-
tur vnica ſolutione, ſeù receptione, vt
probat *Poſthius in tract. de manut. quæſt* 18. *ſub
num.* 29. vbi alia conſimilia deduxit, imò
4 ſolutio bina ſufficit ad conſtituendum
quem in quaſipoſſeſſione, probat *Pyrr.
Maur. de ſolut. quæſt.* 36. *num.* 6. & per vnicam
ſolutionẽ, ex multis probat *Cencius d. tract.
quæſt.* 93. *num.* 21.

Quantò magis exiſtẽte tempore trien-
nali, *argum. l. quicunque. C. de apoc. pub. lib.* 10.
5 vbi oſtenditur, quod per tres ſolutiones
continuatas præſumitur ſoluiſſe anteà, vt
probat etiam *Pyrr. Maur. in tract. de ſolut,
d. quæſt.* 36. *num.* 2. latè *Menoch. de præſumpt.
lib.* 3. *præſumpt.* 39. *Cencius d. tract. quæſt.* 87. *à
num.* 25. *ad finem*, ſic creditor exigendo ſuũ
creditum per trienniũ poſſeſſionem exi-
6 gendi acquirit, & ſic ius exigẽdi, vel quaſi
probatur ex præcedentibus ſolutionibus,
*Cencius d. quæſt.* 93. *num.* 3. & melius *num.* 20.
7 *& ſeq.* vbi diſputat, ſi vnico, vel plures exi-
gantur ſolutiones, vel tres ſolutiones, *idẽ
d. quæſt.* 87. *num.* 27.

8 Adeò quod bonæ fidei poſſeſſor effici-
tur cum titulo, & facit fructus ſuos, *Afflict.
deciſ.* 240. *n.* 1. *Poſthius d. tract. obſeru.* 74. *n.* 8.
9 non mirũm ſi erit manutenendus in eius
poſſeſſione, *Afflict. deciſ.* 343. *num.* 6. *Poſthius
d. tract obſeru.* 11.

10 In tantum hoc eſt verum, quod petens
manuteneri in exactione ſui crediti, erit
manutenendus contra alium creditorem
excipientem, & plenè probantem inten-
tionem ſuam quoad idem creditum, *Po-
ſthius in d. tract. obſeru* 42. *num.* 63.

Nec propterea videbatur ſibi obſtare
fideicommiſſum, maximè reſpectu legiti-
mæ ſibi competenti, iuxtà communem
11 opinionem DD. aſſerentium, quod filius
alienando rem prohibitam, alienari in
dubio videtur eligiſſe rem alienatam pro
ſua legitima, *Ang. & Io. de Imol. in l.* 4. *C. ad
l. falcid. Aret. conſ.* quos probat *Grammat. de-
ciſ* 92. *nu.* 5. *Cucch. in tract. de legit. rubr. quib.
in reb. conſt. poſſ. leg. num.* 52. *Ant. de Amat. va-
riar. reſol cap.* 56. *num.* 31. *tom.* 2. & talis alie-
12 natio bonorũ fideicommiſſi in legitima
ipſo iure imputatur, *Merlin. deciſ.* 1. *num.* 3.
*deciſ.* 2. *num.* 14. *deciſ.* 10. *num* 8. *deciſ.* 12.
*num.* 4. *deciſ.* 14. *nu.* 1, 8, & 14. *deciſ.* 16. *nu.* 6.
*deciſ.* 34. *num.* 2, & *deciſ.* 55. *num.* 3. *poſt tract. de
legit.*

Et maximè ſi non extarent alia bona
13 libera, ſuper quibus poſſit filius ſatisfieri,
vt ſubdit ibi *Grammat. num.* 6. *Barzius de-
ciſ.* 104. *ſub num.* 12. & latè proſequitur *Co-
ſta de remed. ſubſid. remed.* 90. *num.* 2. *Fuſar.
conſ.* 132. *num.* 3. & *conſ.* 158. *num.* 8.

14 Ex quo legitima loco æris alieni habe-
tur, *Præſ. de Franch. deciſ.* 1. *num.* 39. & *deciſ.*
374. *nu.* 4. *Surd. de aliment. tit.* 3. *quæſt.* 1. *nu.* 8.

15 Nàm filius pro legitima dicitur credi-
tor, & creditori æquiparatur, *Cucc. d. tract.
rubr. bona an ſint pro legit. hypoth. num.* 1.
*Barz. deciſ.* 104. *num.* 9. *Fuſar. conſ.* 131. *nu.* 21.
& *conſ* 82. *num.* 1.

16 Quo circa nullum grauamen ſuper ea
imponi poteſt, vt fuit deductum ſupra in
Caſu *Barz. deciſ.* 104. *num.* 9. *Fuſar. conſ.* 131.
*num.* 21. & *conſ.* 132. *num.* 1. etiam temporis,
ſed incontinenti mortuo patre ſolui de-
bet, idem *Franch. deciſ.* 16. *num.* 12. & *de-*
17 *ciſ.* 127. *num.* 6. nàm legitima incipit de-
18 beri tẽpore mortis, quia petitur vt ſuc-
ceſſio, *Barz. deciſ.* 102. *num.* 35.

19 Et non mirũm ſi legitima ſine onere
venit deducenda, & illi onus imponi non
poteſt, *idem deciſ.* 525. *num.* 28. *Merlin. in d.
tract. de legitima, lib* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 32. *nu.* 2.

Idcircò ſi fuerit prohibita, detrahi, ta-
lis prohibitio non ſubſiſteret.

20 Quàmuis autẽ legitima prohiberi poſ-
ſit, nè alienetur intra certũ tempus, *Frãch.
deciſ.* 14. *nu.* 3. exemplo oſtendit *Merlin. d.
tract. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 6. *Fuſar. conſ* 184.
*num.* 91.

*num.91.& 114.* non tamen perpetuò.

Rebus ſic ſtantibus aſſerebant filij minores diuiſionem factam per fratres maiores eis non officere, cum in ea non interfuerant, nec alitèr ſacta iuris ordine ſeruato prçuio decreto, nàm minor abſq;
21 decreto diuidere non poteſt cum ſit ſpecits alienationis, *Simoncell. in tract. de decretis, lib. 2. tit. 4. in princ. num. 2. Petr. Sanx. in tract. de diuiſ. bonor. lib. 1. cap. 2. num. 14.* per quam ipſi fratres maiores delegauerunt debitum ipſum ſoluendum dicto Monaſterio.

Et quatenùs ſubſiſteret ipſa diuiſio, ipſi filij minores renunciauerunt hæreditatẽ paternam, & contenti remanſerũt de bonis fideicommiſſi relictis, ideò diſſequeſtrandum inſtabat ſequeſtrum factum ſuper eorum bonis, & Monaſterium dirigere debebat greſſus ſuos cõtra fratres ma-
22 iores, qui agnouerant hæreditatem paternam, & diuiſionẽ ſic fraudulentèr egerant, quæ cum fuerat facta de recenti, non poterat eis præiudicare; ob quod diuiſio præſumatur, ſi conſortes diù pro diuiſo bona poſſiderunt, vnuſquiſq; commoda, & incommoda ſupportauerunt, *Vaſſil. decіſ. 368. num. 3. & 4.* & ampliùs quia credi-
23 tor agere non prohibetur contra quemlibet eorum, qui hæreditatem debitoris diuiſerunt non ex teſtamento, ſed transactione, vt probat *Rebuff. in l. 2. num. 10. C. de debit. Ciuit. lib. 13.*

24 Benè tamen creditor poteſt auocare rem obuentam in diuiſione ſuo debitori, nec moleſtari fratrem ſuum in dimidia parte illi obuenta, non obſtante quod illam pro indiuiſo obligatam habeat, *Manent. deciſ. 20. num. 39. & deciſ. 23. num. 5.*

Die 3. Septembris 1625. fuerunt condemnati fratres filij Vitus Antonius, & Franciſcus, Paulus, ac Palma de Bari mater, & turrix ad continuandam ſolutionem, & infrà quatuor dies ad ſoluendum annatam, ſaluis iuribus competentibus filijs minoribus ſuper rebus fideicõmiſſo relictis, ac etiam Monaſterio pro legitima ſuper illis debita quondam Gregorio &c. Monopoli penès Ayetam Actuarium.

*S V M M A R I V M.*

1 *Cedula bancaria vim habet ſolutionis, & præſenti pecunia, num. 2.*

3 *Cedula bãcaria tunc vim ſolutionis habet quãdo pecunia præſens eſſet facto depoſito.*

4 *Simulationis præſumptio excluditur ex numeratione pecuniæ in Banco poſita.*

5 *Ceſſionarius tenetur probare exiſtentiam crediti in actis.*

6 *Cedens debet facere debitorem ſoluendo tempore ceſſionis, quod ſufficit.*

7 *Debitor primus, quod ſcripſit apocam, eo ipſo eſt liberatus, quod numularius ipſam acceptauit, & ſcripſit in libris ad debitum ſcribentis, & creditum illius, cui ſolutio fit.*

8 *Campſor acceptans, ſi non ſoluerit ſtatim, apoca habet vim ſolutionis.*

9 *Bancherius acceptando apocas, licet eas non ſcripſerit, in libris debent ſcribi, & tenentur deputati, atq; fideiuſſores.*

10 *Apoca penès Notarium depoſita, ſolutionem operatur.*

11 *Numeratio in apoca contenta, & acceptata per inſcriptionem factam de perſonã ad perſonã, transfert dominium.*

12 *Creditor bancarius dicitur qui habet ceſſionẽ à creditore Banci.*

13 *Apoca Banci non acceptata à Banco, non habet vim ſolutionis, ſed mandati.*

14 *Mandatum contractum cenſetur inter ſcribentem, & acceptantem apocam.*

15 *Mandatum præſumitur ſi conſtat alicui tradita inſtrumenta ad exigendum, quod ad chirographum extenditur.*

16 *Periculum caſus fortuiti ad recipientem pertinet, & quando.*

17 *Periculum nominis ceſſi ad cedentem pertinet.*

18 *Diligentia in ſolutione apoca ad giratarium pertinet.*

19 *Ceſſionarius non redit contra cedentem, niſi oſtenſa diligentia exigendi debitorem ceſſum.*

20 *Creditor ſi fuerit negligens in exigendo ſibi imputatur, cum debito tẽpore non comparuit, nec contradixit.*

21 *Creditor, qui ſuperſedit in agendo, & debitor decoxerit ſibi imputandum, nec fideiuſſores tenentur.*

22 *Creditorem non exigendo apocam à Banco ſibi nocere debet probato tempore exigendi, nec expreſſum habebit contra debitorem, & ſic deciſum, & qualitèr hoc procedat, refertur num. 23. & quid ſi inter creditorem, & tertium, num. 24.*

25 *Remiſſio quando pro vera ſolutione reputetur.*

26 *Creditor non habet plus iuris in exigendo debitorem ſui debitoris, quam haberet primus creditor ſui debitoris.*

27 *Creditor recipiens cedulam à debitore, in qua continetur mandatum factum alicui vt ſoluat, non liberat debitorem.*

28 *Cre-*

Legatarij à ſemetipſis, & propria auctoritate rem legatã occupare non poſſunt, ſed eam de manu hæredis accipere debent; *Maluaſ. conſ. 12 num. 7.*

Aut cogere hæredem ad agendum pro re ſibi legata, *Bart. in auth. de litigioſis, nu. 5.*
43 & ſi legatarius licitè poſſit exigere annuam reſponſionem ſibi legatam, ſi hæres aliquod non faciat, vel non ſoluat, ſcilicet ſi non ſit in eius facultate cogere hæredem vt faciat, vel ſoluat, ſecus aliàs, *Concius de cenſib. quæſt. 49. nu. 10.* non tamen pro conſequutione legati agere via exequutiua, *Farinac. deciſ. ciuil. 391 nu. 2. tom. 2.*

Præterea in legatis nõ apponitur clau-
44 ſula, *conſtituti, & precarij*, quæ particularitèr exigitur in petitione aſſiſtentiæ ſeruata forma *Pragm. 1. de aſſiſtent.* cuius vigore conceditur ius aſſiſtendi, poſt *Marant. d. ſpec. par. 6. verbo inſtrumentorum, nu. 30. & 31.* latiſſimè *Horat. Barbat. ſuper d. pragmat. in gloſ. 7. per totam poſt Dom. Reg. Rouit. ibidem.*
45 Quamuis autem legatario competat hypothecaria actio inter aliàs actiones vt ſupra adductas, & aſſequitur *Statil. Pacific. vbi ſupra num. 186. Barbat. d. gloſ. 12. nu. 76.*
46 Adhuc tamen ſine tali conſtituto, & precario agi non poteſt iure aſſiſtendi contra tertium, vt oſtendit *Muſcatell. vbi*
47 *ſupra*, & talis hypotheca eſt tacita, non tamen expreſſa, ad *text. in l. 1. C. commun. de leg.* vbi *DD. Caball. conſ. ciuil. 26. tom. 2.* poſt *Neguſant. de pignor. in 4. memb. ſecunda partis num. 157. & ſeq.* latiſſimè *Merlin. vbi ſupra*
48 *num. 1. & ſeq.* & differt ab alijs hypothecis, vt tradit ibidem *Neguſant. num. 160.* & meliùs *Merlin ibidem num. 84.* aſſerit, quod
49 hypotheca pro legato eſt alijs hypothecis debilior, quia non eſt indiuidua, nec
50 competit inſolidum, imò eſt irregularis, & animoſa, *vt ſubdit num. 86.*

Ex quibus omnibus tutiſſima redditur concluſio, non poſſe aſſiſtentiam præſtari ad inſtantiam legatarij ſine ceſſione obtenta à defuncto, aut ab eius hærede, nàm
51 legatarius non agit contra tertium ad bona obligata excuſſo hærede, *Surd. conſ. 51. num. 5.*

Non obſtat, quod dictũ eſt ſupra, quod
52 appellatio nõ datur in ſententia aſſiſtentiæ; quoniam intelligitur quoad finem ſuſpenſiuum tantùm, non autem deuolutiuum, nàm facta exequutione admittitur appellatio, vt probat *Barbat. d. tract. gloſ. 1. num. 34. & 35.*

Et poſtquam fuerat aditum ad M.C.V. & per eam inhibitum, ſuccedente deſertione cauſæ, certum erat, quod interponi
53 deberet decretum deſertionis, vt ad exequutionem deueniri potuiſſet, vt probat *Ruginell. in tract. de appellat. §. 11. gloſ. 1. cap. 2. num. 8.*
54 Ex quo infertur, per quem Iudicem erat facienda declaratio, vel per Iudicem ad quem, vel per Iudicem à quo, idem *Ruginell. vbi ſupra num. 13. cum ſeq.* articulũ exarat pro vtraque parte, & demum concludit ſub *num. 16. verum hæc opinio*, id ſpectare ad Iudicem ad quem, ibique etiam *num. 17.* probat ex noſtratibus, præſertim *Marant. & Caran. in ritu 264. num. 2.* ſeruari in hoc Regno abſque alia declaratione deſertionis, idẽ enim tradit *Scaccia de appellat. quæſt. 11. num. 148.*
55 Quod Iudex ad quem viſo Calendario proceſſus, ſi ſibi liquet appellationem eſſe deſertam ſine alio decreto de deſertione faciendo, poteſt per literas reſcribere Iudici à quo, quòd ſuam ſententiã exequatur, ex quo ſibi liquet de deſertione, eundem *Caran.* aſſequitur *Nicol. Carbon. in ſua pract. practicarum lib. 3. cap. vlt. num. 142.* vbi etiam notat *Caran. vbi ſupra num. 3.* quod Iudex ad quem fuit aditus, deſertaq; ap-
56 pellatione, eius pronunciatio ſemper requiritur, quem ſequitur *Muſcatell. in praxi S.C. lib. 2. par. 1. gloſ. proſequendum, num. 107. & ſeq.* & deciſum patet Romæ *deciſ. 188. in nouis*, quam ſectatur *Bernard. Murmſer. pract. obſeruat. forenſ. lib. 1 cap. 24. Andr. Gayl. pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 137. num. 1. Miſinger. centu. 2. obſeru. 59.*

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio bonorum eſt alienatio, & ſpecies alienationis.*
2 *Diuidere rem cum alio, communem, eſt alienare.*
3 *Diuiſio dicitur venditio, ſeù permutatio, & habet vim permutationis, æquipollet tranſactioni.*
4 *Contractus diuiſionis ſub verbo alienationis continetur.*
5 *Contractus ab initio sũt voluntarij ex poſt facto neceſſarij.*
6 *Nemo compellitur inuitus diuidere.*
7 *Diuiſio eſt actus neceſſarius.*
8 *Diuiſio dicitur contractus onerosus.*
9 *Diuiſio dicitur alienatio neceſſaria.*
10 *Vnuſquiſque ad diuiſionem compelli poteſt.*
11 *Iudex poteſt aſſignare vni omnia bona, & illũ condemnare ad ſoluendum æſtimationem conſocio, ſi euidentèr ità ſibi neceſſum diuidere.*
12 *Creditor recipere tenetur creditum diuiduum ab hæredibus debitoris.*

Q 13 Lega-

13 *Legatario plus ſubuenitur.*
14 *Legatarius magis fauetur, fauore vltimæ voluntatis.*
15 *Legatarius nõ eſt creditor, nec poteſt cogere hæredem ad adeundum.*
16 *Dominium rei legatæ transfertur in legatarium, quando ei fuerit conceſſa poteſtas accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*
17 *Legatarius pro conſequendo legatũ, habet fundatam intentionem ex teſtamento.*
18 *Legatarius poteſt capere poſſeſſionem rei legatæ, ex poteſtate conceſſa.*
19 *Legatarius pro legato habet hypothecata omnia bona teſtatoris.*
20 *Legatarius largo modo dicitur hæres, & ſi nõ veniat appellatione hæredis.*
21 *Legatarius petere poteſt diuiſionem bonorum teſtatoris à bonis hæredis, & ſit deciſum.*
22 *Diuiſio eſt impropria alienatio.*

## ARGVMENTVM.

Creditor, & legatarius an poſſit cogi facere heredes teſtatoris, ad faciendum diuiſionem bonorum hæreditatis, ad hoc vt poſſit rem legatam præcapere, ſtante poteſtate relicta percipiendi legatum propria auctoritate.

## CASVS XLVI.

IOſeph de Sancto Hippolito tàm vti creditor, quàm vti legatarius Io. Angeli de Staſio iunioris petijt in Regia Curia Monopolitana mandari fieri diuiſionem bonorum quond. Io. Angeli ſenioris inter cohæredes illius. hoc eſt eidẽ Io. Angelo maiori, cum altero fratre ipſius Io. Angeli iunioris, ad hoc vt ſibi ſatisfacere potuiſſet ſuper bonis, dùm ſibi fuerat relicta poteſtas accipiendi legatum propria auctoritate, vndè hæſitari contingit ſi id tuto iudicio mandari potuerat, poſt-
1 quam diuiſio non tantùm eſt alienatio, *Berous conſ. 22. num. 18. vol. 2. Marquar. de diuiſ. bonor. lib. 1. cap. 2. nu. 8.* & ſpecies alienationis *Ciarlin. contron. forenſ. cap. 74. num. 11. tom. 1. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. num. 124.*
2 Sicq; diuidere rem cum alio communem eſt alienare, *Berous conſ. 124. n. 8. vol. 1.*
3 Sed etiam dicitur vendicio, ſeù permutatio, *Berous d. conſ. 124. num. 8. Criſtin deciſ. Belgiæ 182. num. 1. & 2. volum. 3.*

Et æquipollet tranſactioni, *Muta dec. 53. num. 24. Michalor. in tract. de fratribus, par. 3. cap. 41. num. 24.*

Imò habet vim permutationis, *idem cap. 39. num. 4. Ciarlin. controu. forenſ. tom. 2. cap. 118. num. 1.*
4 Qui ſiquidèm contractus, ſub alienationis verbo continentur, *cap. nulli, de alien. rer. Eccleſ.*
5 Et propterreà cum omnes contractus ab initio ſint voluntarij, ex poſt facto neceſſarij. ad *tex. in l. ſicut, C. de action. & obligat.*
6 Reſultari conſpicitur ad diuiſionem neminem compelli poſſe. *Gloſ. in l. 1. C. de fund. dotal.*
7 Nihilominus quia diuino eſt actus neceſſarius, vt inquit *Ciarlin. cap. 77. num. 1. eod. tom. 1. num. 4.* ſubdit, quod diuidi debẽt omnia, quæ poſſidebat defunctus, ac etiã
8 dicitur contractus onerofus, *Berous conſ.*
9 *156. num. 3. vol. 1.* & diuiſio dicitur alienatio neceſſaria, *Farin. deciſ. ciuil. 544. n. 3. to. 2.*
10 & non mirùm ſi ad diuiſionẽ poteſt vnuſquiſque de iure cõpelli, *Mandell. conſ. 125. num. 18.*
11 Et proindè talis diuiſio bonorum in libello peti poteſt, & Index poteſt aſſignare vni omnia bona, & illum condemnare, vt ſoluat æſtimationẽ partis ſocio, ſi euidentèr ità ſibi videatur neceſſum diuidere bona, probat *Franc. Maria Pratus pract.*
12 *obſeruat. in obſeru. 67. num. 2.* & ſic diuiduũ creditum teneretur recipere per partes creditor ab hæredibus debitoris, *Ciarlin. cap. 34. num. 53. controu. forenſ. tom. 1.*
13 Quæ tamen videntur pertinere ad creditorem, nàm etſi legatarijs ſubuenitur, vt inquit *Gloſ. in l. cum ij, ff. de tranſact. verſ. tranſigere, adhùc tamen Additio inquit huiuſmodi,* tu dic, quod vbi creditores, & legatarij concurrunt ad aliquid exigendum magis fauetur creditori, quia tractatur de
14 damno creditorum, & lucro legatariorũ, alijs magis fauetur legatarijs fauore vltimæ voluntatis, & hoc voluit dicere *Gloſ. Iaſ.* hæc illà, & facit ad propoſitum *Gloſ. in l. vlt. verſ. non in fraudem, ff. vt in poſſeſſ. legat.* vbi etiam refert, quod legatarius non eſt creditor per iura ibi citata, & ob id
15 legatarius non poteſt cogere hæredem ad adeundum hæreditatem, vt ſatisfieri poſſit, ſed fideicõmiſſarius, vt refert *Praſ. de Franch. dec. 11. n. 3.* eo quia debet capere legatũ à manu hęredis, vt dictũ eſt in prçcedenti caſu, & cõtra hęredẽ contũ agere.

Bene

16 Benè verum eſt, quod ex teſtamento
apparebat fuiſſe à teſtatore conceſsā po-
teſtatem capiedi legatum propria auctо-
ritate,& tùnc legatario vbi data eſt pote-
ſtas à teſtatore capiendi legatum propria
auctoritate,ex hoc ſolo in legatarium rei
legatę dominium transfertur inquit *Fari-
nac. deciſ. poſthum. 25. num. 6. par. 3.* quo fit vt
17 legatarius pro conſequendo legata,dici-
tur habere fundatam intentionem ex te-
ſtamento,*idem deciſ. poſth. 233. num. 1. par. 3.*
& non mirùm, ſi in hoc caſu ſtante licen-
18 tia prædicta,licitum erit legatario rem
ſibi legatam propria auctoritate capere,
vt dictum eſt in præcedenti caſu, quibus
addo *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 242. num. 115.*
19 poſtquā legatarius pro legato habet hy-
pothecata omnia bona teſtatoris,*Farinac.
deciſ. ciuil. 587. num. 2. tom. 1. Seſſe deciſ. 42.
num. 3. tom. 1. poſt Marcamb. conſ. 2. num. 71.*

20 Et conſequentèr talis legatarius in re
legata largo modo dicitur hæres, *Cęſar
Manent. deciſ. 34. nu. 15.* & ſi non veniat hæ-
redis appellatione,*idem conſ. 144 num. 35.*

21 Quapropter legatarius petere poterit
ſeperarionem bonorum teſtatoris à bo-
nis hæredis, vt ex ijs priùs ipſi,quam cre-
ditoribus hæredis ſatisfiat, ad *text. in l. 1.
§. ſciendum, l. creditoribus, §. legatarios autem,
& l. quoties, ff. de ſeperat. bonor. Caualer. deciſ.
41. 51. & 112.* & ſic deciſum fuiſſe in *Rota
Romana* teſtatur *Rubeus deciſ. 17. num. 13.
tom. 2.* nouiſſimè aſſequitur *Sperell. deciſ. fo-
ri Eccleſ. 176. num. 95. vol. 2. & Farinac. in re-
pert. vltim. volunt deciſ. 107. num. 13.*

22 Quantò magis petere diuiſionē,quę eſt
impropria alienatio, vt inquit *Berous con-
ſil. 26. num. 28. vol. 1.* & ſic iudicatum vt in-
fra quatuor dies fieret diuiſio, vt legata-
rio ſatisfieri potuiſſet, die 6. Febr. 1625.
penès Ayetam, Monopoli Actuarium.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona,quæ ex mare Neap. proueniunt, debent in loco vbi fundacus reperitur aſportari, ex diſpoſitione Iuris Regni.*

2 *Ignorantia non præſumitur, ſed potiùs ſcientia de ijs,quæ publicæ geſta ſunt.*

3 *Ignorantia non præſumitur,quod publicè fit,& qualitèr procedat, num. 4. & 5.*

6 *Ignorantia au admictatur quando præſumeretur ſcientia vti conſanguineus,vel vicinus.*

7 *Ignorantia non præſumitur,in ijs,quæ quis debet inueſtigare.*

8 *Scientia præſumitur in ijs, quæ quis inquirere tenetur.*

9 *Paria ſunt ſcire,& ſcire poſſe.*

10 *Ignorantia craſſa, & ſupina pro ſcientia habetur in pænalibus,quæ nunquam prodeſt, nec excuſat.*

11 *Omnis res, quæ per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.*

12 *Sollemnitas eadem requiritur in reuocatione actus,quam in confectione illius.*

13 *Mandatum dicens habere à Principe, non creditur,niſi de illo doceat.*

14 *Scire quilibet præſumitur per bannum publicum.*

15 *Qualibet cauſa licet iniuſta excuſat à dolo.*

16 *Gabellarius quando abeſſet, cui eſſet facienda notificatio, ad hoc ne aliquis exemptus excuſaretur.*

17 *Captus ſub ſaluaguardia à non competēti Officiali facta,erit reponendus ad libertatem.*

18 *Gabellam non ſoluens,non eſt in culpa, cum nō extet Gabellarius, cui ſit aſſignatio.*

19 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

20 *Fraus nunquam cenſetur commiſſa quādo omnia ſunt palam facta, & nihil clam.*

21 *Dolus non præſumitur,quando aliquid fit palam,& publicè.*

22 *Gabellarius agens reiuendicatione rei, quæ in commiſſum incidit, probare debet fraudem commiſſam.*

23 *Fraudatio gabellæ coniecturis,& præſumptionibus probatur.*

24 *Pæna fraudata gabellæ, non habet locum niſi dolo ſuperueniente.*

25 *Gabella tunc verè diceretur fraudata, ſi cum mercibus quis tranſiret,& non ſolueret.*

26 *Gabellam fraudare nō dicitur,qui merces quas defert denunciat, nec illam ſoluere negat.*

27 *Pragmat. Illuſtriſs. Domini Admirantis enunciatur.*

28 *Proclama alta voce deuulgata, quilibet ſcire præſumitur.*

29 *Bannimenta in loco eminenti publicata, ob locorum vicinitatem ſufficit.*

30 *Ignorantia banni,ſolo iuramento probatur.*

31 *Locus vbi publicatio banni fit,attenditur.*

32 *Gabellam non ſoluens ad portam Ciuitatis, licet videatur habere animum fraudandi, non tamen procederet,quando gabella eſſet noua, vel incognita.*

33 *Bannum factum in Ciuitate,non ligat habitantes in villis.*

34 *Statuta pænalia, non ligat abſentes à Ciuitate, in qua ſunt publicata.*

35 *Fraudandi animum habere non dicitur, ſi pecuniam poſuiſſet in feneſtra,vel ſub lapide nō reperto Gabellario.*

36 *Gabellarius interpellare debet, vt gabella ſoluatur.*

37 *Denunciatio facta Poteſtati, vel Præfecto Ciuitatis cenſetur facta Ciuitati.*

38 *Carceratus auſugiens ex carceribus ad ſuperiorem adiens, nullam pœnam incurrit.*
39 *Qualitas perſonæ attendi debet.*
40 *Qualitas perſonæ delictum minuit.*
41 *Qualitas perſonæ falſitatis præſumptionẽ excludit.*
42 *Publica vtilitas præfertur priuatæ.*
43 *Gabella nequit ſolui pro rebus portatis ad Ciuitatem, pro neceſſitate famis.*
44 *Statuta gabellarum ſtricti iuris ſunt, & ſic intelligenda.*
45 *Deciſio affertur circa immiſſionẽ vini, non alitèr ſolutis dirictibus Arrendatoribus.*

## ARGVMENTVM.

Interceptum bonorum inuectorũ in aliquo loco Regni, vbi non erat fundacus, ad hoc vti notitia dari debuerat de inuectis, & illatis, pro ſolutione gabellæ, & ſi Officialibus in eodẽ loco exiſtẽtibus de omnibus notitia data fuerit, commiſſum an dicatur.

## CASVS XLVII.

Magna fuit controuerſia excitata in Regia Camera Sũmariæ inter Gubernatores Regiæ Duanæ Neap. & quoſdam Mercatores ſuper ſequeſtro facto certæ quantitatis caſei, prætextu intercepti ob denunciationem prætenſam non factam vbi fieri debuerat, & requiſitus vt de iure reſponderem in beneficium ipſorum Mercatorum, duxi principalitèr enunciare prętenſionem ipſorum Gubernatorum, quæ ex facti ſerie ſubſequenti oſtenditur. De anno 1649. die 27. Iulij in Terra Procidæ per Honophriũ de Socijs Commiſſarium Barcę, ſeù Felluchæ Regię Duanæ Neap. fuerunt interceptatæ, atq; ſequeſtratæ certę quantitates caſei diuerſorum dominorum vna cum quibuſdam barrilibus ſardarũ, ac alicium ſalatarum, & per ea, quæ ex teſtibus examinatis percipiebatur, qualitèr habita notitia, quod in dicta Terra Procitæ peruenerant dictæ quantitates caſei, in qua non aderat fundacus, nequiuerãt ibidem bona prædicta detineri abſq; manifeſtatione danda in Duana Puteolorum, & accerſitis dicto Commiſſario, ac alijs conſocijs in dicta Terra Procidæ inuenerunt dicta bona non alitèr fuiſſe manifeſtata de ſero 26. Iulij hora 22. inuenerunt Capitaneum ad Guerram, ac alias perſonas; quos interrogauerunt de tali quantitate caſei, qui reſponderunt, quod erat factum manifeſtum, & quod die ſequenti aſportare dixerunt manifeſta, vnde ſequẽti die poſt aliquas inſtãtias quidam Portulanus aſportauit, hoc eſt vnius quantitatis Nicolai Mazzellæ, ſeù Aloyſij Forte, aſſerendo ea cepiſſe, quia ibi non aderat fundacus, nèque Duana, vt priùs, & quod librum non confecerat, & cum alta voce clamaſſet dictus Commiſſarius ſi adeſſent alia bona præter manifeſtata eidem Portulano, ipſi ſe contulerunt in dictam Terram, & reportauerunt alia bona manifeſtata.

Ex parte ipſius Regiæ Duanæ dicebatur minimè poſſe difficultari, dicta bona declarari debere interceptata, poſtquàm illa fuerant exhonerata in Terra Procidæ dicto die vt ſupra, in illa parte vbi tumulati fuerant; vbi nunquam fuit indè repoſitus Fundacus, nec Duana, cum ſit certũ, cum bona, quæ veniunt ex mare, non poſ-
1 ſint exhonerari niſi in loco vbi Fundacus extitit ex *Conſtit. Regni Magiſtros Fundacarios*, proùt ità ſemper obſeruatum extitit, atq; ſeruatur.

Idemque diſpoſitum eſt ex *Regia Pragmatica anni 1644. in 15. capite in fine d. cap.* vbi reſidet Fundacus, & ex banno emanato in anno 1646. in proceſſu pręſentato, in quo dicitur, quod ſtatim, quod bona intrent in locis iuriſdictionis debeant ſoluere dirictus debitos Regiæ Duanæ.

Nec proindè obſtat prætenſio ipſorum contrabannitorum, qui ſe excuſabãt, prætextu quod in dicta Terra Procitæ fuiſſet Fundacus, ſeù Duana, & ideò non eſſe locum, in quo non poſſit exhonerari.

Quia reſpondetur, quod hoc eſt factũ notorium, quod in dicta Terra Procidæ à tumultis ſucceſſis ab iſta parte non fuit nec Fundicus, nec Duana, vt deponunt teſtes examinati, & inter eos Portulanus aſſerens ordine S.E. fuiſſe remotam Duanã.

Imò ipſimet domini dixerunt manifeſta dediſſe etiam Portulano, dùm nõ aderant alij Officiales, & ipſos eſſe eiuſdem Terræ Procidæ, vt aſſerunt in dictis manifeſtis, idcircò nequeunt allegare ignorantiam facti manifeſti, & propriæ Terræ.

2 Ignorantia enim non præſumitur. Imò ſcientia de ijs, quæ publicæ geſta fuerunt,

Gloſ.

*Gloſ.in l.ſi tutor, C.de peric.tutor.* vbi etiam
*Bart.* hoc pro indubitato affirmat ex illo
*text.* & per *text. in l.ſed ſi pupillus, §. pro-
ſpicere, ff. de inſtit.* & poſt *Bart. & alios,
Grammat.deciſ.36.num.16.* allegat innume-
ros *Maſcard.de probat.concluſ.879.num.164.*
3 in eo num. quod publicè fit, non præſu-
mitur ignorantia, *cap.1.de poteſt.prælat. &
l.ſi tutor,C.de peric.tut.* & poſt multos *Socc.
in fallent. lit.I. concluſ. 2. verſ. ſecundo fallit,*
4 quod præcipuè procedit in iјs, qui erant
præſẽtes in loco, in quo actus publicè fit,
*Calder. conſ. 84. in fine, verſ. non obſtat, circa
princ. aliàs 4. de offic.deleg. Card. Tuſc. pract.*
5 *concluſ lit.I.concl.22.num.5.* quod procedit
etiam in pœnalibus, ſic *Roman. conſ.123.
num.2. vſque ad finem*, vbi *Apoſtill.* hoc ex-
preſsè dicit, quem ſequitur *Cardin. Tuſt.
lit.I. concluſ.21.num.6. Gabriel.commun.con-
cluſ. tit. de regulis iuris, concluſ.1. num. 12.*
6 nec ignorantia admictitur quando præ-
ſumitur ſciuiſſe, quia cõſanguineus aliàs
vicinus, aliàs ciuis, & erat fama publica
in vicino, alias in Ciuitate, *Bar.in l.ſi is poteſt,
num.18.ff de acquir hæred.* & poſt multos id
fundat *Andr.Gayl.pract.obſeruat.lib.2.obſer-
uat.48.num.15. cum ſeq.* & propriè *num.17.*
poſt *Bal.Felin.& alios DD. Maſc.concl.879.
num.11.& 12.*

7 Et nequaquam præſumitur ignorantiã
in iјs, quæ quis debet inueſtigare, *Gloſ. in
cap. innotuit, in ver.ignorantia, de elect. & in
cap.dura, in ver. euadere, & in cap.ad falſitatẽ,
de falſ.* & poſt *Ioan. Andr. Iaſ. Roman.& alios
DD. Maſcard. d.concluſ.879.num.7.*

8 In iјs enim, quæ quis inquirere te-
netur, præſumitur ſcientia, optimè *Gloſ.
in cap. præſumitur, poſt princ. de regul. iur.* &
poſt *Archid. Anchar.& alios DD. Gabr.com-
mun.concluſ tit.de regul.iur.concluſ.5.num.31.*
9 paria namq; ſunt ſcire, & ſcire poſſe, ſeù
debere *Bald.in l.quicunque, C.de ſeru. fugit.
Creſcent. deciſ.19.num.10. de dolo,& contum.*
& poſt alios, *Coſta de ignor.facti,& iur. in ſp.
num.1.* quos refert, & ſequitur *Gratian. di-
ſcept.forenſ.cap.194 num.18.*

Generale namque, & perpenſum eſt, vt
huiuſmodi ignorantia tanquam craſſa, &
10 ſupina pro ſcientia habeatur etiam in
pœnalibus,& ſtatutis, *Gloſ.in cap.1. in ver-
bo ſciens.in tit.quib.mod.feud.amitt.* vbi *Bald.
nu.21. verſ.quæro quid,*& poſt *Alex. & alios,*
dicit optimè *Tiraquell.* omninò videndus
*de retract.lignag.tit.35.& gloſ.4.num.25.* quẽ
ſequitur *Gratian. d.cap.194. num.18.& 19.*
ignorantia craſſa nunquam prodeſt, nec
excuſat, *Fontanell.deciſ.18.num.18.tom.1.*

Duo quidèm concluſiones in iure in-
controuertibiles optimè caſui noſtro ap-
plicantur, dùm iſti domini prædictorum
bonorũ ſunt ciues Terræ Procitæ, & erat
publica vox non adeſſe Fundacũ Regiæ
Duanæ,& ſic hoc ſciebant aliter ſcire de-
bebant, non adeſſe Fundacum; ſunt enim
ſoliti introducere bona,& ſic ſcire,vel in-
ueſtigare debebant vbi erant immictenda
dicta bona, & proindè ſtantibus ordini-
bus publicatis tàm per Regiam Camerã,
quàm per Regiam Pragmaticam debe-
bant denunciare, & immictere bona præ
dicta in Fundaco ipſius Regiæ Duanæ in
loco viciniori, quod cum facere nolue-
runt, inciderunt in commiſſum.

Ampliùs dicebatur qualitèr iјdẽ nau-
tæ aſportauerunt aliàs alia bona, & morã
fecerunt per certam temporis moram, &
poſteà illa Neapoli tranſtulerunt.

Ex depoſitionibus Portulani, & Cre-
denzerij apparebat qualitèr idem Nico-
laus Mazzella, Vincentius Matarazzo, &
aliј aſportauerant bona ſalata, & moram
fecerant per diẽ Procitę, & deindè Neap.
applicauerunt, ideò cauſam ignorantiæ
allegare non poterant, quod ab ipſo loco
fuerat ſublata Duana,& Fundacus.

Et denique dicebatur, quod quando in
eodem loco adeſſet Fundacus, adhùc bo-
na ipſa ſubiecta erant contrabanno, poſt-
quam dùm fuiſſent exonerata in magaze-
nis abſq; licentia fundacherij ſic dictan-
te, *eadem Conſtit.Magiſtros Fundicarios*, quod
etiã in locis vbi adeſſet Fundacus abſq;
licentia Fundacarij alibi exonerari non
poſſit,& ideò in contrabannum incidiſſe
refertur, eo ampliùs, quod partita caſei
Michaelis Schettini fuit exonerata die 4.
Iulij, & illa Aloyſij Forte die 6. & illa
Ioannis Scotto die 22. & illa Nicolai
Mazzellæ die 24. & debebant ſaltim pri-
mo Neap. aut Puteolis accedere per mo-
dicum tractum maris à dicto loco, &
ſoluere iurictus, & cum non fuerit fa-
ctũm declarari omninò deberet interce-
ptum.

Et parte verò mercatorũm, pro quibus
onus in iure ſcribendi aſſumpſeram, di-
cebam.

Sequeſtrum factum ſuper certa caſei
quantitate exonerata à nautis in lictore
Inſulæ Procitæ cum barca ex longè ad-
ducta, & repoſita in illius magazenis, ac
notitia certis Officialibus ibidem exiſtẽ-
tibus data omninò tollendum, & indè il-
lam reſtituendam forè dominis illarum
remoto nomine controbanni, vt præten-
ditur per Regiũ Fiſcum Reg. Cam. Sum.
Neap.

Neap. ex ſequentibus demonſtrabitur.
Eo priùs ſuppoſito, quod etſi in eadem
Inſula priùs adeſſet Fundacus publicus
deſtinatus à Reg.Cam.Sum. vna cum Of-
ficialibus, indè ordine S.E. ſublatus, ac
etiam eiuſdem R. C. lapſo anno ab hinc
nullatenùs talis reuocatio per teſtes pro-
bata officere videbatur iuribus onerum
prædictorum, cum certum ſit, talem Fun-
dacum ordine ipſorum inſtitutum fuiſſe,
pariterq; deſtitutum ex eorum ordine,
11 ex vulgata iuris regula, quod omnis res,
quæ per quaſcunque cauſas naſcitur, per
eaſdem diſſoluitur, *cap. omnis, extra de reg.
iur.* pariterq; eadem ſollemnitas requiri-
12 tur in reuocatione actus, quã in cõfectio-
ne illius fit, *Duena in reg.187, Cald. Pereyra
de poteſt elig.cap.7.num.*13.& ſic dum ordi-
ne ſcripto S.E. ac R.C. id proceſſerat in
inſtitutione, ſic etiã in deſtitutione pro-
cedi debuerat,& ſic dicens, mandatum ſe
13 habere à Principe non creditur, niſi de
illo doceat *Maſcard. de probat. concluſ,*110.
*num.*59. neque teſtibus erit credendum,
non oſtenſo ordine reuocatorio Princi-
pis ſublationis Fundaci, quemadmodum
enim in illius inſtitutione banna emana-
runt præuio tali ordine, vt notitiam om-
nes de iſto haberent,ità etiam in diſſolu-
14 tione, etenim per bannum publicum qui-
libet ſcire præſumitur, *Maſcard.d tract.con-
cluſ.*1237.*num.*4.eo quia banna probantur
per ſcripturam etiam cancellatam, dum-
modò reperiantur in Archiuio commu-
ni, *idem concluſ.*162.*num,*33.
Quo fit, vt cum dicta quantitas caſei in
talem locum ducta,& palam publicè exo-
nerata, ac repoſita in dictis magazenis,
data etiã notitia aliquibus Officialibus
ibidem exiſtentibus,& ſi legitimi nõ fuiſ-
ſent dependentes à dicta Regia Duana,
nullum ex hoc detrimentum cauſari in-
15 ſpicitur, quia quælibet cauſa etſi iniuſta
excuſat à dolo, *Bertazzol, conſ.crimin.*376.
*num.*4. *tom.*2.
Satis ſufficiẽtèr dicitur facta denũciatio
huiuſmodi ſi nõ potuerat copia officialiũ
Duanæ priſtinæ haberi, ex quo per talem
manifeſtationẽ nullatenùs incurri vide-
16 batur, vt bona in commiſſum incidiſ-
ſent, ſicuti quando Gabellarius abeſſet,
cui eſſet facienda notificatio, nec aliquis
eius nomine, tùnc excũſaretur exemptus,
ex *Alex.conſ.*172.*lib.*1. *Firmian.de gabell,*9.*p.
num.*22.*quæſt,*15.*Guazzin.de confiſcat. bonor.
concluſ.*13. *ampl.*82.*num.*1, *verſ.ſi extaret ga-
bellarius*, & ibi alitèr non eſt in culpa, fir-
mat *Farin. in tract. de gabel. par.*1.*num.*285.
17 quemadmodùm etiam captus ſub ſalua-
guardia à non competenti Officiale, facta
erit reponendus ad priſtinam libertatem,
proùt deciſum refert *Reg. Tapia in* 4. *par.
Iuris Regni Neap.ſuper ritu* 287.*num.*9.*verſ.
ſed nunc videamus*, quem ſequitur *Molfeſ.in
Conſuet.Neap. tom.*2. *par.*4. *quæſt.*47.*num.*3.
18 *in addit.* & propterea gabellam non ſol-
uens, non eſt in culpa, cum non extat Ga-
bellarius, & Præpoſitus vectigalium, cuĩ
ſit aſſignatio, *Maſcard. de probat.concl.*834.
*num.*12. *Farinac. in tract.de furtis, quæſt.*173.
*num.*32.
19 Concurrebat etiã prompta ſolutionis
oblatio iurium Dohanæ cum proteſta-
tione ſoluendi dirictus, & talis proteſta-
tio conſeruat ius proteſtantis, *Maſcard. d.
tract.in concluſ.*1178.*num.*36.
Eoque impenſiùs aderat manifeſtatio
caſei, & aliarum rerum de die facta palã,
& publicè coràm omnibus gentibus ibi
exiſtentibus, & talia bona repoſita fuerũt
in magazenis, quocirca fraus nulla pote-
20 rat cenſeri commiſſa, quando omnia sũt
palam facta,& nihil clam, *Mandell.conſ.*45.
21 *num.*15. & quod fit palam, & publicè in
ijs dolus non præſumitur, *Franc, Perſonal.
de gabellis, num.*111.
22 Inſuper Gabellarius agens reiuendica-
tione ad res, quæ inciderunt in commiſ-
ſum, debet principalitèr probare fraudẽ
eſſe commiſſam, vt inquit *Maſcard. d.tract.*
23 *concluſ.*835 *num.*2.& licet gabellæ frauda-
tio, coniecturis,& præſumptionibus pro-
betur, *idem concl.*834,*num,*1. *Farinac.de fur-
tis quæſt.num.*10.
Et non ſolùm fraus in hoc verſari de-
bet, ſed etiam dolus, adeò quod fraudatæ
24 Gabellæ pœna non habebit locũ niſi do-
lo interueniente, *Farinac.vbi ſupra num.*45.
At in caſu deducto, nedum fraus, ſed
etiam dolus aberat, eo quod tũc verè di-
25 ceretur gabella fraudari, ſi cum merci-
bus quis tranſiret,& non ſoluerit, *Maſcar.
d.concluſ.*834.*num.*2.*&* 5. *Farinac. vbi ſupra
num.*17.
Verùm, quia denunciatio bonorum fa-
cta fuerat, & paritèr oblata ſolutio diri-
26 ctum, tali caſu gabellam fraudare non
dicitur, qui merces quas deferet, denun-
ciat, nec illam ſoluere negat, licet non
ſoluerit, vt probat ibi *Farinac.num.*31.
Nec proindè officere videbatur bannũ
emanatum, quod immictẽtes bona Neap.
teneãtur res manifeſtare Officialibus pri-
mi Fundaci magis propinqui, ſicut erat
Fundacus Puteolanus, vbi adeſt Duana,
in quo cum nulla fuerat facta denuncia-
tio,

Digitized by Google

rio, ſicuti perfides illius Officialium per-
cipiebatur, videbatur contra bannum
commiſſum, vt ex banno R.C.S. lato die
9. Martij 1646. & publicato Neapoli die
25. Maij, ac 31. Auguſti, deſumebatur pro
bono regimine Arrendamenti, vt res, &
merces ſubiectæ eſſent ſolutionibus diei-
ctuum, quando intrant in locum iuriſdi-
ctionis Duanæ, & pro illis dare fideiuſſio-
nem illas immictendi in Fundacis Regijs
Duanæ, & pro alijs rebus aliàs exportan-
dis vbi reſidet Fundacus Regius, neque
poſſint exhonerari alibi, ſub pœna amiſ-
ſionis bonorum, neq; etiam qui contra-
27 uenerāt *Pragmatica edita die 12. Decembris*
*1644. Ill. Dom. Admirantis cap.* 15. idem di-
ſponenti ſub formidabili pœna.

Nàm ijs replicabatur multifariam, &
Primò, quatenùs ſpectat ad ignorantiam
banni publicati Neap. certum eſt cum
ſit locale non potuit eius notitia ad alios
28 peruenire, quo fit, vt proclama alta voce
præconis diuulgata, licet quilibet ſcire te-
neatur, *Iaſ. in l. is poteſt. num. 72. ff. de acquir.*
*hered. Maſcard. de probat. concl.* 1237. *num.* 4.
quæ ſiquidèm ſcientia banni præſumitur
non tantùm inter ſubiectos, quantum etiā
inter alias Terras eiuſdem Principis mul-
tum diſtantes, niſi per duas tantùm die-
29 tas quando in Ciuitate principali Me-
tropolitana bannimenta in loco eminen-
ti ſint publicata ob locorū vicinitatem,
proùt ex multis probat *Franc. Perſonal. in*
30 *d. tract. nu.* 18, non tamen data banni igno-
rantia, quæ ſolo iuramento probatur, op-
timè *Farinac. in fragm. crim. par. 1. verbo ban-*
*nimenta, num.* 31. *& ſeq.* tamen procederet
data ignorantia, ſiuè abſentia conducto-
ris bonorum, vt ibi *Perſonal. num. 24. &* 25.
probat, cum in iſto caſu attendatur locus
vbi publicatio banni fit, *Franch. deciſ.* 360.
31 *num.* 3. hinc eſt, quod non ſoluens gabel-
lam ad portam Ciuitatis, licet videatur
habere animū fraudandi, non tamen pro-
32 cederet quādo gabella eſſet noua, vel in-
cognita, ex *Abb. & Rol.* probat *Ioſeph Lu-*
*douic. in ſuis concluſ. tit. de gabellis, concl. vnica,*
33 *verſ. infertur* 26. & ſic bannum factum in
Ciuitate, non ligat habitantes in Villis,
*Bertaz. Rol. conſ. crim.* 393 *nu.* 2. *tom.* 2. & ban-
num publicatum in vno loco, non ligat
abſentes in alio loco habitantes, *idem con-*
34 *ſil.* 140. *num.* 4. ſicq; bannimenta, & ſtatuta
pœnalia, non ligant abſentes à Ciuitate,
in qua eorum publicatio facta fuit, *Fari-*
*nac. d. verbo bannimenta, num.* 36. ea ratione,
quia abſens præſumitur ignorare ea, quæ
ſunt in Ciuitate.

Secundò replicabatur, non ſtetiſſe per
vectores ſoluere iura Duanæ, ac etiā ma-
nifeſtare bona inuecta Officialibus depu-
tatis, eo quia illicò bona prędicta in dicto
loco publicè exonerauerant, notitiā dan-
do certis Officialibus ibi cōmorantibus,
non tamen illis, ad quos id ſpectabāt, ipſis
veris abſentibus exiſtentibus Neap. quo
caſu ſuccedit ſupra allegata concluſio,
quod Gabellarius, cui eſſet facienda no-
tificatio abeſſet, nec aliquis eius nomine
eſſet, tùnc excuſaretur, hinc etiam non
diceretur quis habuiſſe animum fraudan-
di gabellam, quando nō reperiretur Ga-
35 bellarius, & poſuiſſet pecuniam in fene-
ſtra, vel ſub lapide, vt ex *Roland. conſ.* 42. *nu.*
18. *lib. 3, & Ferrett. d. tract. num.* 247. notat
*Ioſeph Ludouic. vbi ſupra verſ. infertur* 25. *&*
*Farinac. ibidem num.* 33. imò etiam exige-
batur interpellatio Gabellarij, nàm ga-
36 bellam quippiam non ſoluentem neceſsè
eſt, quod Gabellarius interpellat, vt dixit
*Maſcard. d. concl.* 834. *num.* 3.

Prætereà arguebatur bona fides ipſo-
rum ex ijs, quæ occurrerant tēpore exho-
nerationis, poſtquàm reconditis bonis
prædictis in magazenis Procitæ, ipſi ve-
ctores nautæ ſtatim notitiā dederunt Ele-
cto Populari Ciuitatis Neap. ad cuius in-
ſtantiam fuerunt talia bona adducta, qui
illicò adiuit Dom. Præſidentem R. C. S.
omnia manifeſtando, ſicq, dùm ad Supe-
riorem conuolauerant, nullus ſolus neq;
fraus reſultauerat, eo quod in citationi-
bus, & denunciationibus Vniuerſitati fa-
ciendis, ſufficit, quod in congruo loco, &
coràm maioribus, & alijs ibidem inuen-
tis publicè proponantur, *Gloſ. in cap. ſi ca-*
*pitulo, verſ. factam, de conceſſ. præbend. in 6.* &
ſequitur ibi *Gloſ.* quod ſi præſentatio ad
duos pertineret, putà ad Epiſcopum, & ad
Capitulum, quod admictitur præſentatio
facta alicui ipſorum, & denunciatio facta
37 Poteſtati, vel Præfecto alicuius Ciuitatis,
cenſetur facta Ciuitati, *Alber. in l. ſi ergo,*
*§. ſi bona, ff. de fideicom. libert.* quemadmodū
enim DD. aſſerunt de carcerato ad Supe-
riorem conuolante nullus dolus, neque
fraus conſiderari poteſt, & ſic carceratus
38 aufugiens ex carceribus, ad Superiorem
adiens, nullam pœnam incurrit, ex addu-
ctis per *Farin. de carcer. & carcerat. quæſt.* 30.
*num.* 171.

Prætereà in hoc attēdi debuerat id quod ad
cuius inſtantiā talis quātitas caſei Neap.
conducta fuerat, quæ erat Electus Popu-
laris perſona publica, atque digna, & ſic
39 qualitas perſonæ attendi debet, *Gloſ. in l.*
*Pompo-*

Digitized by Google

40 *Pomponius, ff. de negot. geſt.* & qualitas per-
ſonæ delictum minuit, *Affl. in Conſt. Quæ-*
41 *ſtiones, num. 21.* imò qualitas perſonæ fal-
ſitatis præſumptionem excludit, *Farinac.*
*conſ. 172. num. 22.*
42 Prætereà quia inſeruiebat talis quan-
titas caſei pro vſu ciuium, & ſic pro bo-
no publico ipſorũ, & publica vtilitas pre-
fertur priuatæ, *l. munerum, § item ff. de mun.*
43 *& honor.* idcircò gabella neque ſolui de-
bet pro rebus portatis ad Ciuitatem pro
neceſſitate famis, *Ferret. d. tract. num. 105.*
adeòque cum pluries idem contigiſſet
aſportari conſimiles quãtitates caſei pro
vſu prædicto, & nunquam in talem præua-
ricationem inciderant non ſoluendi iura
debita dictæ Regiæ Duanæ, ità in futurũ
erat præſumendum.
Deniq; cum in dubio pronunciandum
ſit pro non ſolutione gabellæ, contra pu-
44 blicanos, & gabellarum ſtatuta, quæ ſtri-
cti iuris ſunt, & ſic intelligẽda, vt ex *Bart.*
*Corn. & Crau.* tradit *Ioſeph Ludou. vbi ſup.*
*verſ. quomodocunq; ſit*, ità dùm ſumus in
claris fortiùs erit iudicandũ, eo ampliùs
ſucceſſo conſimili caſu immiſſionis certæ
quantitatis vini intus Ciuitatem Neap.
non alitèr ſolutis diriɛtibus Arrendatori-
bus gabellæ, fuit per Collaterale Conſiliũ
45 prouiſum, quod ageretur ciuilitèr, & vi-
num reſtituatur domino, præſtita cautio-
ne de ſoluendo iudicatum, ex rationibus
cumulatis per *Dom. Reg. Hect. Capyc. Latro*
*in 1. tomo conſultat. ſelect. conſult. 18. per totã*,
& ſic fuit per R.C.S. in præſenti caſu iu-
dicatum de mẽſe Nouembris 1649. quod
præſtita cautione de ſtando iuri, & iudi-
catum ſoluendo conſignetur talis quan-
titas caſei eius dominis, penès Pepe Act.

*SVMMARIVM.*

1 *Fratres conſanguinei ſuccedunt cum matre in bonis paternis.*
2 *Conſuetudo viri, & non vxoris, attenditur reſpectu ſucceſſionis filiorum, & ità cautelæ ſtipulantur.*
3 *Filij vti filij ſuccedunt in bonis paternis.*
4 *Mater ſuccedit vna cum fratre decedente ſine liberis indifferentèr.*
5 *Fratres conſanguinei tantùm, vel vterini, vel patrueles tantùm, excluduntur à ſucceſſionibus decedente fratre cum fratribus vtrinque coniunctis, & ſolùm parentes admittuntur.*
6 *Mater quando concurreret cum vno fratre ex vno latere tantùm admitti, an debeat.*
7 *Mater ſuccedit cum ſororibus ex vno latere.*
8 Auth. defuncto, C. ad Tertullian. *qualitèr procedat.*
9 Auth. poſt fratres, C. de leg. hæred. *producitur.*
10 *Frater vtrinque coniunctus, excludit fratrem conſanguineum à ſucceſſione.*
11 *Mater in ſucceſſione filij, præfertur filiæ ex primo matrimonio, & ſorori conſanguineæ fratris ex ſecundo matrimonio.*
12 *Pater ſemper præferendus, excluſo fratre ex latere matris.*
13 *Mater ſi cõcurrit in ſucceſſione filij ex ſecundo matrimonio, cum filio ex primo matrimonio, an admittatur ad ſucceſſionem.*
14 *Fratres vtrinq; coniuncti, non ſuccedunt vna cũ parentibus, tam ſi ſint conſanguinei, quã vterini de iure nouiſſimo.*
15 *Fratres conſanguinei ſemper præferũtur ſicuti vterini in bonis maternis.*
16 *Bona paterna paternis, & materna maternis concedũtur, quando agitur de ſucceſſione filij inter deſcendentes.*
17 *Fratres conſanguinei, & vterini, quando concurrunt inter ſe ad ſucceſſionem, qualitèr admittuntur.*
18 *Bona antiqua ſi proueniunt à patre ad patrẽ redeunt, ſin autem à matre ad matrem.*
19 *Hæres debet ſeruare diſpoſitionem defuncti, & ſi illam non ſeruauit, erit priuandus, & num. 20.*
21 *Qui voluntatem defuncti non ſeruat, excluditur ab omni beneficio.*
22 *Hæres non ſeruando contenta in teſtamento, dicitur teſtatoris voluntatem circumuenire.*
23 *Hæres poteſt priuari hæreditate, ſi nõ obediat eius mandato.*
24 *Hæres eligens viam ex teſtamento, non poteſt eligere viam ex codicillis, & ſibi præiudicat.*
25 *Vna via electa, altera non tollitur.*
26 *Vxor ducens virum originarium Neapolitanum, an efficiatur de eius domicilio, & retinet originem poſt eius mortem.*
27 *Conſuetudines Neapolitanæ continẽt bona omnia, & actiones, dummodò ſint ſita intra diſtrictum, aliàs ſecus.*
28 *Exteri ligantur actiuè, & paſſiuè diſpoſitione conſuetudinũ pro bonis ſitis intra diſtrictum.*
29 *Declaratio defuncti per binos teſtes admittitur.*
30 *Teſtatoris intentio declaratur, ex verbis eius extra teſtamentũ ſimplicitèr prolatis, & ante teſtamentum.*
31 *Voluntas teſtatoris in teſtamentis, & fideicommiſſis, ex coniecturis percipitur, tanquam Regina dominatur, quod etiam ad tacitam voluntatem extenditur.*
32 *Voluntas vltima teſtatoris ad hoc vt valeat, conſtare debet ſaltim nutu, vel ſignis.*

33 *Volun-*

Digitized by Google

33 *Voluntatis mutatio, quocumque probationis genere probari poteſt, etiam per coniecturas, & inditia.*

34 *Voluntas ex ſignis oſtenditur per inclinationẽ capitis, ac reſtringendo humeros.*

A R G V M E N T V M.

## Fratres conſanguinei, an ipſi ſoli ſuccedere poſſint fratri cõſanguineo, excluſa matre, vel mater illius ſola, excluſis ipſis fratribus conſanguineis.

C A S V S XLVIII.

EX quadam facti ſerie in cauſa illorũ de Maramaldo deſumebatur, qualitèr Decius Maramaldus V.I.D. ciuis originarius Neapolitanus habitans Mormanni menſibus, & annis elapſis, ab hac luce migrauit, ſuperſtitibus tribus filijs, ſcilicet Michaele Angelo, Io. Hieronymo, procreatis ex primo matrimonio, & Simeone ex ſecũdo matrimonio contracto cum Dianora Capalbo, & dictis duobus filijs ex primo matrimonio, tempore quo ipſe viuebat, donationẽ contemplatione matrimonij fecerat ducatorũ 550. cuilibet ipſorum pro alimẽtis viuentibus ſeorſum à patre cum eorum vxoribus, & familijs, ſicuti vixerunt, quam donationẽ voluit fuiſſe pro legitima, & portione, ac ſupplemento ipſius, & indè aliam donationem fecerat eidem Simeoni ex ſecundo matrimonio, cum ſupradicta cõditione cum tot mobilibus, & domo, declarando, quod illud plus, quod excedebat donatio ducatorum 550. ſicuti receperunt vnuſquiſque aliorum duorum filiorum donauerat cauſa ſtudij, & presbyteratus, & ceſſante fieri Sacerdos illud plus fuiſſet poſitum in communi ſuæ hæreditatis, & totũ vt obſeruaretur æqualitas inter fratres, indè in vltimis conſtitutus, teſtamentum condidit nuncupatiuum, inſtituendo omnes tres æqualitèr hæredes, ordinando, quod omnes donationes illis factę fuiſſent poſitæ in collationem poſt eius mortem, & ille ex dictis hęredibus voluiſſet præualere donationi, illud fuiſſet pro legitima, & ſupplemento illius ex ſucceſſione, nec aliud petere potuiſſet, indè poſt certos menſes defuncto eorũ patre, obijt dictus Simeon ab inteſtato frater conſan-
1 guineus aliorum duorum fratrum ex primo matrimonio, cui prætendunt ſuccedere vna cũ matre in bonis paternis, iuxtà deciſionem relatam per *Vrſill. quem retuli in prima parte noſtri compendij verbo fratres*, ſed mater prætendebat ſola ſuccedere, adeò quod tales doctrinæ, quę loquuntur ad fauorem fratrum, loquuntur de *Iure Conſuetudinario Neap.* ſed ex parte fratrum replicabatur, quod loquuntur de Iure Conſuetudinario, quod nõ creditur; quoniam dicta Dianora mater huius filij defuncti cõtraxit cum dicto ſuo viro originario Neapolitano, gaudẽte priuilegio Neapolitanorũ, & per conſequẽs ex conſuetudine ipſorũ, vxor trahitur ad cõſuetudinem viri, non facta mentione de con-
2 ſuetudine, & non è contra, nàm conſuetudo viri, & non vxoris attendenda eſt reſpectu ſucceſſionis filiorum, & ità debent ſtipulari cautelæ matrimoniales, & pręſumitur conuentum, *Dom. Reg. Hett. Capyc. Latro deciſ. 35. num. 4 vol. 1.*

Secundò dicebatur ipſos ſolos fratres ſuccedere debere in bonis paternis, ex quo omnes cenſus, & ſtabilia extabant in communi, & indiuiſi, & conſequentèr di-
3 cuntur bona paterna, in quibus ſuccedũt vti filij, vt ex traditis per *Dom. de Franch. deciſ.* 101. licet fuiſſet facta diuiſio aliquorum bonorum mobilium, & domus tantùm, ideò ipſa hæreditas ſaltim bonorum indiuiſorum accreſcere debet ipſis fratribus cohæredibus per ius accreſcendi.

Tertiò, ꝙ debent ſuccedere ipſi fratres conſanguinei, ex quo in articulo mortis, dùm eſſet mors violenta, ipſe Simeon frater cùm fuiſſet pluries inſtigatus, & importunatus ab vno Confeſſore cõſanguineo ſuæ matris, quod inſtituiſſet hęredem eius matrem, bis ſignum dedit negatiuè cum manu, & capite ob amiſſionẽ loquolæ, & priùs declarauerat voluiſſe ſe clericum facere, & relinquere bona ſua eius nepotibus filijs ipſorum fratrum conſanguineorum poſt eius mortem.

Quartò, quod dictus Simeon nõ ſit hæres dicti quond. eius patris, quàmuis ſe immiſcuiſſet hæreditati paternæ, quia receperat aliquas baccas hæreditatis, ſub prætextu illas fuiſſe emptas ab eodem eius patre eidem Simeoni relaxatas, iuxtà teſtamentum, cùm ſic faciendo vtebatur donatione, & à ſucceſſione hæreditaria recedebat, atq; donatarius reſtabat, indè requiſitus de voto, infraſcripta in iure dicebam.

Concurrũt in hereditate Simeonis Ma-
ramaldi filij ex primo matrimonio quõn.
Decij eorum patris, tàm mater ipſius Si-
meonis prætendens excludere dictos fra-
tres patrueles, & ſola ſuccedere, quã præ-
dicti fratres excludere annuentes ipſam
matrem, & ſolos ſuccedere, vel ſaltim in-
ſimul cum ipſa matre, & propterea pro
ipſorum fratrum tuitione dicebatur ex
iuris diſpoſitione eſſe probatum, matrem
4 ſuccedere vna cum fratre decedente ſine
liberis, & hoc indifferentèr, ad *text. in l. ſi
quis, vel ſi qua, C. ad S.C. Tertull.* quæ ſiqui-
dèm licet videatur correcta, ex *Auth. de-
functo, C. eod. tit.* per quam diſpoſitum pa-
tet, parentes ſuccedere filio prædefuncto
vna cum fratribus vtrinque coniunctis,
5 quaſi quod cæteri fratres, vel conſangui-
nei tantùm, vel vterini tantùm, vel patrue-
les tantùm ſint excluſi; & ſolùm parentes
admitti debeant, prout ibi *DD.* præſertim
*Bald.* notant.

Nihilominus ibidem *Paul. de Caſtro ſub
nu. 2. in fine*, quem ſequitur *Boer decif. 185.
num. 4.* articulum iſtum examinando in-
6 quit, quod quando mater concurreret cũ
vno fratre ex vno latere tantùm deberet
admitti ad ſucceſſionem, nàm quemad-
modum mater admittitur ad ſucceſſionẽ
propter coniunctionem paritèr, & filius
licet ex vno latere ob eandem rationem,
ſed meliùs *Caſſan. in conſ. 9.* eundem articu-
lum in ſpecie examinando, concludit ſuc-
7 cedere matrem cum ſororibus ex vno la-
tere, & reſpondet *d. Auth. defuncto*, quę licet
8 loquatur in fratribus, & ſororibus vtrin-
que côiunctis, non tamen dicit alios om-
ninò excluſos à matre, ſed benè ex vtroq;
latere eſſe præferendos, propter duplici-
tatem vinculi, & eum non vltra procedat,
deueniendum eſt ad aliam iuris diſpoſi-
9 tionem, quæ eſt in *Auth. poſt fratres la pri-
ma, C. de legit hæred.* quæ dicit, poſt fratres
autem ex vtroque parente, & eorum filios
admittuntur ex vno latere fratres, & ſoro-
10 res, hinc eſt, quod frater vtrinq; coniun-
ctus excludit fratrem conſanguineum à
ſucceſſione, *Præſ. de Franch. decif. 619. nu. 1.
Surd. conſ. 31. num. 3.* cum alijs apud *Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 349. num. 26. Molfeſ. ad Con-
ſuet. Neapol. par. 4. quæſt. 39. num. 7. & 8. &
quæſt. 40. & 41.* poſt *Craſſ. in tract. de ſucceſſ.
§. ſucceſſio ab inteſtato. quæſt. 31.* & nouiſſimè
*Blaſ. Michal. in tract. de fratribus, par. 3. cap. 14.*
vbi diffuſè hanc materiam examinat, & ſi
benè attenta diſpoſitione antiqui iuris,
quod ſi pater habuerit vxorem, & ex ea
filiam eamq; defunctam, ſecundam duxit,
ex qua filium genuit patre, filioq; defun-
cto, mater in ſucceſſione filij, præfertur fi-
11 liæ ex primo matrimonio, & ſorori con-
ſanguinei fratris ex ſecũdo matrimonio,
ex *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* & ibi *Bald.*
quem ſectatur *Couar. de ſucceſſ. ab inteſt. con-
cluſ. 6.* & hoc non habere dubium dixit ibi
*Caſtr.* & ſic iudicatum refert *Boer. d. decif.
185. num. 2.* quos probat *Craſſ. d. tract. q. 24.*
quem ſequitur *Michalor. vbi ſupra num. 9.*
idẽ ſi concurreret frater ex latere tamen
12 matris ad ſucceſſionem fratris vna cum
patre, pater enim ſemper præferendus, ex-
cluſo fratre ex latere matris, ex *Caſtr. Ale-
xand. & Nicol. de Vbald. & Boer. ibi relatis*, &
ſequitur *num. 10.* quid ſi frater eſſet con-
iunctus ex illo latere, ex quo coniunctus
eſt pater, vel mater, cum quibus eſt alter-
catio, vt ſi côcurrat mater, & frater ex la-
tere materno, vel pater, & frater ex latere
paterno, hoc eſt, quia mater ex primo ma-
13 trimonio habuit Titium ex ſecundo Se-
ium, deceſſit Seius, concurrit mater, & Ti-
tius frater Seij ex latere materno, quæri-
tur, an iſte Titius debeat concurrere cum
matre ad hæreditatem Seij, *Bald. in d. Auth.
defuncto.* affirmatiuè ſententiam firmat, li-
cet *Caſtr.* contrariam teneat, & cogitan-
dum relinquat *Boer*, attamen opinio *Bald.*
verior, & receptior eſſe refertur à *Graſſ.
vbi ſupra*, quam etiã tenuit *Angel conſ. 282.*
14 ita è conuerſo, nihilominus nouiſſimo
iure conſtitutũ eſt in fratribus nõ vtrinq;
coniunctis, quod non ſuccedunt vna cum
parentibus, tàm ſi ſint conſanguinei, quã
vterini, ex *text. in §. conſequens, §. ſi igitur de-
functus, & §. ſi verò, de hæred. ab inteſt. & §. 1.
Auth. vt fratrum filij*, quos probat *Michalo.
vbi ſup. num. 8.*
15 Prætereà quia agebatur de ſucceſſione
paterna, quo caſu ſemper fratres conſan-
guinei pręferuntur, ſicuti vterini in bonis
maternis, iuxtà notab. *conſ. Bologn.* quem
ſequitur *Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 76.
§. 8. verbo le ligne de trouuic num. 1. Molfeſ. d.
par. 4. quæſt. 45. num. 29. & ſeq.* ſicque pater-
na paternis, & materna maternis applicã-
16 tur quando agitur de ſucceſſione filij in-
ter deſcendentes, ex *l. quod ſcitis, §. ſin au-
tem, C. de bonis, quæ liber.* iuxtà *decif. Theſ. 27.*
quem ſequitur *Gaſpar Theſaur. eius filius qq.
forenſ. quæſt. 58. ſub lib. 3. num. 4.* & ſic quan-
17 do conſanguinei, & vterini fratres con-
currunt inter ſe ad ſucceſſionem in bo-
nis prouentis à defuncto ex linea pater-
na præferuntur conſanguinei, in bonis
verò prouentis ex linea materna vterini,
etiam ſi adeſſet ſtatutum, vt conſanguinei
præfe-

præferantur vterini, probat *Michalor. vbi ſupra num.27. & 28.* quo fit, vt *d. Auth.* procedat etiam in bonis antiquis, quæ ſi pro-
18 ueniant à patre, ad patrem redeunt, ſin autem à matre, ad matrē redeunt, vt conſiderat *Conſ. Fab. de Anna conſ.92. num.65. tom.2.*

Inſuper dùm Teſtator mandauerat vt eius filij, & hæredes debuiſſent donationes per Teſtatorem in vita eis factæ, conferre in collationem poſt eius mortem,
19 quod non aliter fuit impletum, nàm hæres debet ſeruare diſpoſitionem defuncti,
20 *Marta conſ.22. num.3.* & dùm illam non ſeruauerat, certum eſt quod erit priuandus, vt idem *Marta conſ.49. num.1.* probat cum alijs apud *Hondedæ conſ.61. num 61. volum 2. Mandel conſ.465 num.6.* & voluntatē
21 Teſtatoris, qui non ſeruat, excluditur ab omni beneficio, *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.3. tit.3. nu.1.* & hæres non ſeruan-
22 do contenta in teſtamēto, dicitur Teſtatoris voluntatem circumuenire, probat *Franc. Maria Pratus diſcept. for. tom.1. cap.17.*
23 *num.13.* & hæres poteſt à Teſtatore priuari hæreditate, ſi non obediat eius mandato, *Ciarlin. contron. forenſ. tom.2. cap.126. num.15.*

Adeòq; cum Teſtator ipſe vlterius progreſſus fuerat, aſſerendo, quod ſi aliquis ex ipſis ſuis hæredibus voluiſſet ſe tueri donatione ſibi factæ, illa fuiſſet ſibi pro legitima, ac pro ſupplemento illius, atq; ſucceſſione, nec aliud petere potuiſſet, certum eſt, quod cum ipſe Simeon quęuā animalia baccina ſibi donata, præoccupauerat, videbatur eligiſſe viā donationis, ac tacitè renunciaſſe ſucceſſioni, ſicut eli-
24 gens viam ex teſtamento, non poteſt eligere viam ex codicillis, probat *Camill. de Medic. conſ.40. num.9. & ſeq. & conſ.41. nu 3.* nàm videtur alteri renunciaſſe, idem *Medic. conſ.59. num 21.* vndè ſibi præiudicare viderur, *idem d. conſ.40 num.7.15.46. & ſeq.*
25 & tunc vna via electa, ad aliam non tendit, ex *Salyc. in l. fin. num.6. C. de Codic.* probat *Magon. deciſ. Luccenſ.32 ſub num.28.*

Non obſtat ſi dicatur, quod ipſa Dianora duxit Neapolitanum originariū, &
26 propterea efficiebatur de domicilio viri, cuius originem retinet etiam poſt mortem viri, vt refert *Molfeſ. ad d. conſuet. Neap. par.1. cap.5. num.46. & par.2. in tit. de bonis, quæſt.12. num 15. & 17. & 2. tom. ſuper dicta quæſt.12. nu.7.* nām hoc procederet quòad forum, & quòad ea, quæ pertinent ad ſeruitium viri, vt ipſe tradit in *Addit. ad q.6. in tit. de perſonis, tom.2.* non autem reſpectu bonorum alibī exiſtentiū, cum oporteat, vt ſint in diſtrictu, ad hoc vt Conſuetudines locum habeant. poſtquàm Conſuetudines etiam bona mobilia, iura, & actio-
27 nes complectuntur, dummodò ſint ſita intra diſtrictum, aliàs ſecus, *idem d tom.2. par.2. tit. de bonis, quæſt.11. num.1. & 2* hinc
28 exteri ligantur etiam actiuè, & paſſiuè diſpoſitione Conſuetudinum pro bonis ſitis intra diſtrictum, *idem tom.1. par.2. tit. de perſonis, quæſt.1 præſertim num.4.*

Supereſt modo intueri voluntatem ipſius defuncti, qui cum fuiſſet interrogatus à Confeſſore conſanguineo eius matris, vt eius matrem inſtituiſſet hæredem, & per ſigna capitis deſumpta, & manus, dùm alloqui non poterat, negauit hoc facere: imò prius declarauerat clericatum aſſumere, & relinquere bona ſua eius nepotibus filijs dictorum ſuorum fratrum
29 poſt eius mortem, & citra dubium probata tali declaratione per binos teſtes, vt refert *Maſcard. de probat. concluſ.486. num.1.* ſufficiens eſſet, etenim Teſtatoris intentio
30 declaratur ex verbis eius extra teſtamentum ſimpliciter prolatis etiam ante teſtamentum, ità *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.1. nu.4* & voluntas Teſtatoris etiā
31 ex cōiecturis probari poteſt, cui voluerit relinquere, *idem lib.8. tit.4. num.5.* & ipſa in teſtamentis, atq; fideicommiſſis ex coniecturis percipitur, & tanquā Regina dominatur, probat *Paul. Emil. Gall. in tract. de except. quæ oriri poſſ. in ſucceſſ. tàm ab inteſt. quàm ex teſtam. tit 4. except.22. ſeù 1. par. ſecunda, num.30.* vbi *num.103.* extendit etiam ad voluntatem tacitā in fideicommiſſis, vt ex coniecturis colligi poſſit, *& ibidem num.43.* ad propoſitum cenſuit, quod vo-
32 luntas vltima Teſtatoris ad hoc vt valeat, debet cōſtare ſaltim nutu, vel ſignis, ibiq; etiam hanc materiā exarat, ex multis rationibus ibi adductis, ex quibus cōcludi-
33 tur, quod voluntatis mutatio quocunq; probationis genere probari poteſt etiam per coniecturas, & inditia, *Ant. Fab in eius Codice lib 6 tit.5. defin.14. nu 2. in alleg.* hinc *Aluar. de coniect. mente defuncti lib.3 c.2. §.2. nu.4. & ſeq.* probat, ꝙ ex ſignis oſtenditur voluntas inclinādo capud verſus pectus, aut reſtringēdo humeros, & ſimilia ab eo relata, ob quod ex hac inclinatione capitis, & humeris aſſentire videatur, refert *D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult.71. n.25. tom.1.* quare ex ijs veritas affectationis elicitur, quid indè inter eos fuerit obſeruatum neſcio ab abſentiam partium, ſaluo, &c.

R 2 SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Alienatio emphyteoſis, ſeù ſubcenſuatio inter hæredes, & ſucceſſores comprehenſa, nullo indiget aſſenſu domini, neque ſolutio laudimu.*

2 *Laudemium ſemper debet ſolui, quando feudum tranſit ad perſonas in inueſtitura non comprehenſas, quod etiã in burgenſaticis procedit.*

3 *Laudemiũ ſoluitur propter conſenſum domini translatione rei, ad alienas manus propter mutationem emphyteotæ.*

4 *Laudemium non debet ſolui per emphyteotã, ſi ſibi non ſit tradita bonorũ poſſeſſio per dominum directum.*

5 *Laudemium debetur, adepta poſſeſſione bonorum, non per ſimplicem aſſignationem.*

6 *Laudemiũ vt debetur ſola recognitione generali, non niſi recognitionis tempore recognoſcens tenetur.*

7 *Laudemium ſoluitur pro inſcriptione, & receptione noui emphyteotæ.*

8 *Laudemium debet habere dominus, vt poſſeſſionem det nouo emphyteotæ.*

9 *Laudemium debetur ob immiſſionem in poſſeſſionem rei emphyteoticæ.*

10 *Laudemium non debetur niſi ſubſequuta traditione, & poſſeſſione apud dominum facta, & num. 11.*

12 *Dominus directus à principio videtur conceſſiſſe, vt poſſit ſine licentia alienari etiam ſine præſtatione laudemu, ſecundum aliquos, ſed in contrarium extat verior opinio num. 13.*

14 *Pactum inter venditorẽ, & emptorem rei emphyteoticæ, non cenſetur in aliquo, laudemio præiudicare.*

15 *Laudemium an pro conſenſu, vel pro inueſtitura debetur, ſeù traditione poſſeſſionis.*

16 *Laudemiũ domino debetur data poteſtate alienandi.*

17 *Solutio laudemij venit ex natura contractus.*

18 *Solutio laudemy ſemper videtur excepta.*

19 *Laudemium eſt quædam exhibitio obſequiæ reuerentialis, quæ nunquam cenſetur remiſſa per quamcunque conceſſionem, & immunitatem.*

20 *Laudemium à laudando, & approbãdo dicitur, nàm laudetur à domino.*

21 *Laudemium remitti non poteſt ex pacto, ſed quod ſoluatur maior penſio, vel pauca validitatur.*

22 *Laudemium ſi donetur à domino, vel quod ius exigendi habeat remitteret, poſſit illud peti, & ratione oſtenditur.*

23 *Pactum non ſoluendi laudemium, non ſubſiſtit.*

24 *Dominus poteſt laudemium remittere quandocunque tàm in totum, quàm in partem, qualiter procedat.*

25 *Cedens priùs acquirit.*

26 *Poteſtas conceſſa mittendi in poſſeſſionem alicui eo ſemper inducto, & primo impedimento remoto expirat.*

27 *Laudemium eſt onus odioſum, ideò reſtringendum, nec extendendum.*

28 *Laudemium eſt onus, vel ſecundum alios quædam res ſeperata ab ipſa re conceſſa in emphyteoſim, & nõ dicitur onus reale, nec perſonale.*

29 *Laudemium prouenit ex re ipſa, vel propter rem.*

30 *Laudemium eſt fructus rei emphyteoticæ, ac directi domini.*

31 *Laudemium eſt onus reale, ſeù patrimoniale, & ſic non perſonale.*

32 *Res ipſa conſideratur in ſolutione laudemu, & percipitur propter rem.*

33 *Laudemium tranſit ad ſingularem quemcunq; res tranſit.*

34 *Laudemiũ ſoluitur ab acquirente, non ab alienante.*

35 *Laudemiũ ſoluere tenetur acquiſitor, non alienator.*

36 *Laudemium ſoluere ſpectat ad nouum emphyteotam.*

37 *Laudдemium ab emptore, non à venditore ſoluitur.*

38 *Laudemium ſoluitur domino directo.*

39 *Laudemium primo domino directo debetur, ſi alienatio rei emphyteoſis facta fuerit ab emphyteota, etiam de conſenſu domini, & ſic deciſum.*

40 *Reemptio non eſt noua acquiſitio, ſed prioris reſolutio.*

41 *Retrouenditio importat reſolutionem prioris venditionis.*

42 *Reemptio introytuum non dicitur noua acquiſitio, ſed redditio, ità quod reincidit in primã cauſam.*

43 *Laudemium nullum debetur ex reſolutione contractus.*

44 *Laudemium non debetur quando fuerit facta retrouenditio vigore pacti de retrouendendo.*

45 *Affrancatio abſque alio conſenſu poteſt effici quando in aſſenſu adeſt pactum affrancandi.*

46 *Laudemium debetur in retrouenditionis contractu, quando tempus fuiſſet prorogatus, vel elapſum.*

47 *Laudemium ex retrouenditione aliqui dixerũt deberi, & ſic iudicatum.*

ARGV-

### ARGVMENTVM.

Pactum factum inter venditorem territorij cum emptore, quod ſi ipſi, vel eius hæredes,& ſucceſſores vellēt dictum territorium totum, vel in partem alienare, nequeunt ſoluere laudemium aliquod,ſed quod ſit in electione venditoris,& eius hæredum conſequi cenſum tàm ab ipſis, quā à futuris ſucceſſoribus, an iure ſubſiſtit,

### CASVS XLIX.

VIſis, & conſideratis verbis inſtrumēti
conceſſionis territorij factæ à Ioanne
Piſtacchio, Antonio N. ſic dicēcis: *Item ſe declara,che quando detto Antonio,
e ſuoi heredi,e ſucceſſori parerà voler detto pezzo di terra in tutto,ò in parte ad altro ſubcēſuare,ò vendere, ſi è conuenuto, che li ſubcenſuarii,
ſeù compratori non habbiano à pagar laudemio
alcuno, ma che ſia in elettione di eſſo Giouanne,
e ſuoi heredi detto cenſo conſequirlo, & hauerlo
tanto da eſſi Antonio,e ſuoi heredi, quanto dalli
futuri ſubcenſuarii,dummodo che de vno pagamento reſti pagato, & nō venghi duplicato,&c.*

Et citra dubiū ſi alienatio,ſeù ſubcēſuatio facta inter dictos hæredes, & ſucceſſores in ſuos Antonij ſuccedētes vti cōprehenſos in inueſtitura,nullus alius conſen-
1 ſus domini directi exquireretur, neq; alia
ſolutio laudemij deberetur, quemadmodum ex multis probant *Ant.de Amato var,
reſol, tom.2 reſolut* 84. *num.*35 *&* 37. *Franc.
Anton. Coſta Siculus conſ.*94 *num* 50. *Maur.
Burg.de laudemio par.*2 *inſpect.*1.*nu.*20. cum
alijs apud *Farinac. in fragm.de contract. ver.
laudemium,num.*3. *Amad. de Ponte in tract.de
laudemio, quæſt.*12. *nu.*1.*&* 17. *Vueſemb.conſ.*
16.*num.*13.*tom.*1.*Berlich.decif.*19.*Io.Anton.
Bellon.conſ.*45.*num.*69.

Sed ſi alienatio, ſeù ſubcenſuatio fieret
in extraneos non aliter comprehenſos in
inueſtitura, vtroque indigeret ſuffragio,
hoc eſt cōſenſu domini, & ſolutione laudemij, ex quo laudemium ſemper debet
2 ſolui,quando feu-um tranſit ad perſonas
in inueſtitura non comprehenſas, *Marta
voto* 33. *num.*2. poſt *Amad.de Ponte vbi ſup.
num.*11.14.35.*&* 36. vbi etiam de re non
feudali,idem procedere dixerunt,hoc eſt
burgenſatica,*Cancer.variar.reſol.lib.*1.*c.*11.
*& cap.*12.*num.*3.de vtroq; meminit.

3 Etenim laudemium ſoluitur propter
conſensū domini,qui adhibetur in tranſlatione rei ad alienas manus, *l. fin. C. de
iure emphyt.*& propter mutationē emphyteotæ, *Marta vbi ſupra nu.*3. vbi citat alios
*Bellon,d conſ.*45.*num.*70.ac pro inſcriptione, & receptione noui emphyteotæ, *Berlich.decif* 10.*num.*5.

4 Quod adeò verum eſt, quod laudemiū
non debet ſolui per emphyteotam, ſi ſibi
non ſit tradita bonorum poſſeſſio per dominum directum, proùt tenetur *Cornaz.
decif*168.*num* 1.

5 Non mirùm ſi illud non debeatur ob
ſimplicem aſſignationem, ſecus tamen
ſi probetur bonorum poſſeſſionem adeptam fuiſſe,& ex hac cauſa in inueſtituram
conceſſam eſſe, *Cæſar Mancnt. decif.*50. *nu.*
10.*&* 11.

6 Et proindè laudemia vt debeantur ſola recognitione generali, non niſi recognitionis tempore recognoſcens tenebatur, & poſſidebat, *Franc. Marc. decif.* 291.
7 *tom.* 1. ſoluitur enim pro inſcriptione, &
receptione noui emphyteotæ, *Berlich. decif.*19 *num.*5.

8 Sicq; laudemium debet habere dominus vt poſſeſſionem det nouo emphyteotæ, *Coler.decif.German* 33. *num* 12. & debe-
9 tur ob immiſſionem in poſſeſſionem rei
emphyteoticæ,*Caſtill decif.*46.*nu.*6. *tom.*3.

10 Idcircò laudemium non debetur, niſi
ſubſequuta traditione, & profeſſione
apud dominum facta.*Andr.Knchen de veſt.
pact. par.*2.*cap.*4. *num.*190. indè reſultare
11 comperitur, quod laudemiū debetur ob
immiſſionem in poſſeſſionem rei emphyteotæ,*Caſtill.decif.Sicil.*214.*num.*6.*Surd.decif.*200.*num.*3.*&* *decif.*31.*num.*8.

Quod adeò verum eſt, quod in conceſſione emphyteoſis facta pro ſe, & hæredi-
12 bus, & quibuſcunq; ſucceſſoribus, licet
dominus videatur à principio cōceſſiſſe,
vt poſſit ſine licētia alienari etiā ſine præſtatione laudemij, ſecundum aliquos relatos à *Gratiano diſcept forenſ.cap.*377. *nu.*3.
*ad* 9. per rationes ibi traditas, & à *Ludou.
Bello conſ.*138.*num.*11.

Nihilominus ipſemet *Gratian. ibidem à
num.*10.*ad* 35.*&* 36.contrariam eſſe verio-
13 rem opinionem probat, vt debeatur laudemium,ex *Soccin,iun. conſ.*70.*nu.*11.*&* 12.
*lib.*3.*& Menoch. conſ.*297.*nu.*27.*&* 35.*lib.*3.
cum

Digitized by Google

cum alijs ibidem relatis *num.*13.quoniam
14 per iſtud factum non cenſetur in aliquo
ipſi laudemio præiudicatum, ex *Imol. in cap.potuit.col.*25 *in fin. vers. vlterius etiam poteſt quæri,num.*64 *de locat.* cond. verum non
15 ſit; quod laudemium debeatur pro conſenſu, ſed pro inueſtitura, & traditione poſſeſſionis, *Burſat.conſ.*56 *num.*16,*lib.*1.& idem *Grattian.cap.*180.*num.*3. & hanc eandem opinionẽ ex multorum DD. cumulo aſſequitur *Anton. de Amat. vbi ſupra nu.*73. nouiſſimè *Georg. Frantzk. ius in tract.de laudemio cap.*7 *nu* 6.& *ſeq.* poſt *Statil. Pacif. de ſaluiano interdicto, inſpect.*3. *cap.*4 *num.*598. *Vueſembec.vbi ſup.num.*3.& 8. *Paul.Criſtin. in conſuet. Mechlin.tit.*10,*artic.*5.*num.*7.
16 Sicq; data poteſtate alienandi emphyteotæ laudemium domino debetur, *Maur. Burg.eod tract par.*1 *inſpect.*3.*num.*36.& 37. *Menta vbi ſupra num.*6. nec proinde cenſetur ob hoc remiſſum, idem *Surd. d. deciſ.* 200. *num.*5.

Verum tamen quantum pertinere videatur ad remiſſionem laudemij expreſſè factam in caſu enarrato, illud prius conſi-
17 derandum erit, quod ſolutio laudemij
venit ex natura contractus emphyteotici, ideò debetur, *Rubens deciſ. Rotæ Rom.*14. *num.*2 *par.*1.
18 In tantum eſt, quod ſit de natura contractus, quod illius ſolutio ſẽper videtur excepta, voluit idẽ *Gratian. vbi ſup. nu.*22.
19 Ex quo laudemium cum ſit quædam exhibitio obſequij reuerẽtialis, quæ nunquam cenſetur remiſſa per quamcunque conceſſionem, & immunitatem, vt ibidẽ
20 probat *Gratian. num.* 21. & dicitur laudemium à laudando, & approbando, *Fontanell.deciſ.*281 *num.* 11.12.& 13 nàm laudatur alienatio à domino, *Caſtill. deciſ.*235. *num.*4.*tom.*3. *Hartam.Piſtor.quæſt.*50.*num.*3.

Quo fit, vt attenta tali potiſſima ratione vt ſupra adducta, nempè quod ſit de natura contractus, tale laudemium, ſubſequitur, nullatenus poſſe remitti, ità quod
21 tale pactum remiſſionis illius minimè
ſubſiſteret, quia eſſet contra ſubſtantialia contractus, & vitiaretur ipſe contractus, ſed quod ſoluatur maior penſio pro iure laudemij, vel pauca rectè validum eſſet, poſito quod ſit contra naturam contractus, vt ex *Natta conſ.*49.*nu* 20.*lib.*1, probat *Maur. Burg d. tract par.*1. *inſpect* 1.*num.*15. & 16. *Borrin. de ſeruit. vaſſall. par.*4.*cap.*8. §.*laudemium, verſ.poteſt quoque*, hinc *Hieron. deciſ. Auen.*26. *in fine*, inquit, at ſi dominus
22 directus donaret, vel qui ius exigendi haberet, remitteret, vt poſſit poſtea illud petere, quia illi remanet ad antidora obligatus ſuo ſcilicet benefactori, *l ſed ſi lege,* §.*conſuluit, ff.de petit.hæred.*
23 Dum igitur ſine veri præiudicio, quatenus tale pactum non ſoluendi laudemiũ
ſubſiſteret, vt quoque idem *Maur. Burg. d. tract. par.*3 *inſpect.*2.*num.*12. firmat, quod
24 poteſt dominus laudemium remittere
quandocunque, tàm in totum, quàm in parte, *Muta deciſ.*44. *num.*14. hoc tamen procederet ex gratia, vt quoque *Amadeus eod.tract.de laudem.quæſt.*4. & dùm remittit,
25 videtur prius acquirere ſicut cedẽs, *Praeſ. de Framb. deciſ* 14. *ſub num.*16. vel intelligendum erit pro prima alienationis conceſſa poteſtas, non autem ſemper, & in infinitum, quemadmodum poteſtas conceſſa alicui mittendi in poſſeſſionem, & etiam
26 in ea tuendum eo ſemel, inducto, & primo impedimento remoto expirat, ita *Tiraquell in l.boues.*§.*hoc ſermone,in princ. n.*61. *ff.de verb.ſignif.*

Poſtquàm laudemia, & huiuſmodi onera ſunt odioſa, ideò reſtringenda, non au-
27 tem extendenda de vno caſu ad alium
etiam vbi militaret eadem ratio, vt ex *Iſern in* §.*ſed & res,per quos fiat inueſtit.*cum alijs oſtendit *Amad d tract.quæſt.*2.*num.*10.
28 & quod laudemium ſit onus, refert *Burg. d.tract. par* 1 *inſpect* 2 *num.*8. licet autem ſecundum aliquos ſit quædam res ſeperata ab ipſa re in emphyteoſi conceſſa, & non dicitur onus reale, nec perſonale, vt inquit *Statil.Pacif. d tract inſpect.*3. *cap* 4.
29 *num.* 558. eſt tamen laudemiũ fructus ex re ipſa, vel propter rem proueniẽs, *Amad.*
30 *d.tract.*20.*num.*3.ac fructus rei emphyteotici, *Burg.d tract.d.par.*1 *inſpect.*4.*num.*84.& fructus directi dominij, *Fontanell.deciſ.*208
31 *num.*12.*tom.*1. & ſic eſt onus merè reale, ſeù patrimoniale, idem *Amad. eodem tract. quæſt.*46 *num.* 2.*Surd deciſ.*81 *num.*3. *Statil. Pacif. vbi ſupra num.*574. & ſic non perſonale; *Gratian.d cap.*377.*num.*24. adeò quod
32 in ſolutione laudemij conſideratur res
ipſa non perſona, idem *Gratian. cap.* 784. *num.*17.& percipitur propter rem, *Surd.de-*
33 *ciſ.*31.*num.*12.& ſic tranſit ad ſingularem
quæcunq; res tranſit, *Amad. quæſt.*45.*nu.*3.
34 & propterea ſoluitur ab acquirente, non
autem ab alienante, *Cæſ. Manent.d.deciſ.*50.
35 *num* 1. & ſoluere tenetur acquiſitor, non
alienator, *Coler. d. deciſ.*32. *num.*4. ſicque
36 ad nouum emphyteotam ſpectare vide-
tur, ex *Gloſſ.in l.fin. C.de. iur.emphit.* & alijs
37 probat *Amad quæſt.*9.*nu.*1. & ab emptore,
non autem venditore, *Molſeſ. de contract. tom.*2,*tract.*12.*cap.*9.*num.*41.

38 Cum

Digitized by Google

38 Cùm igitur laudeminm ſoluendum ſit domino directo, quemadmodùm *Maur. Burg. d.tract.par.1.inſpect.4.nu.1.* firmat *Camill.de Medic.conſ.245 num.3. Farinac.deciſ. poſthum.580.n.103. Intrigl.ſing.96.n.15 lib.3.*

39 Si fortè alienatio rei emphyteoſis facta fuerit ab emphyteota etiam de conſenſu domini directi, adhùc laudemium primo domino directo debetur, & ſic deciſum teſtatur *Præſ. de Franch. deciſ. 437.* poſt *Farinac. ibidem num. 4. Hartam.Piſtor. d.quæſt.50.num.6.*

Imò ſi dominus percepiſſet plures cenſus, per quos videtur approbata alienatio, non tamen diceretur ſibi præiudicatū quòad laudemium, idem *Statil. Pacif. ibi num.594.*

Sed an ex affrancatione pretij rei emphyteoſis debeatur laudemiū; vt erat caſus de quo controuertebatur, & certum
40 eſt, quod iſta reemptio non eſt noua emptio, ſed prioris reſolutio, *Cencius de cenſib. quæſt.103.num.5.*

41 Sic retrouenditio importat reſolutionem prioris venditionis, *Duard.de cenſ.deciſ.369.poſt eius tract.de cenſib.tom.2.*

42 Sic reemptio introituum non dicitur noua acquiſitio, ſed redditio, ità quod reincidunt in priſtinam cauſam, *Præſ. de Franch.deciſ.39.num.1.*

43 Et in hoc caſu DD. dicunt, quod nullum laudemium debetur ex reſolutione contractus, vt ex *Bart.in l.ab emptione, n.12. ff de pact. Fab.de Monte de empt.& vend. q.8. num.9. Muta in cap. Regis Feder.110.num.9. tom.2.* cum alijs ab eodem allegatis in *Conſuet.Panhorm.cap.26.nu.124.& ſeq.Gratian. cap.180. num.7.* probant, eo maximè
44 quando fuerit facta retrouēditio vigore pacti de retrouendendo, *Statil. Pacific. vbi ſupra num.593. Intrigl.ibidem num.34. Fontanell deciſ.272.num.5.*

45 Poſtquàm affrancatio abſq; alio conſenſu poteſt effici, quando in aſſenſu adeſt pactum affrancādi, *Ricc.in eius praxi tom.1. reſolut.66.* de quo latè per *Amad. quæſt.37. Leoncill.deciſ.14.*

46 Niſi tamen fuerit terminus retrouenditionis poſteà prorogatus, vt aduertit ibi *Muta num.127.* vel elapſum eſſet tempus præfixum, *Intrigl.vbi ſup.nu.34.& 36. Fontanell.vbi ſupra num.13.& 14.*

47 Quàmuis alij contrarium teneant. vt inquit *Amod. d.q.37. num.6.* ſubdens ità fuiſſe iudicatum in illo Senatu, & paritèr *Theſaur. iun.lib.2. qq. forenſ. quæſt.22.nu.26.* ſed ibidem *Amad. ſub diſtinctionis fœdere id reſoluit num.8.& ſeq.* & ità ſaluo, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Proximior an debeat admitti ad officium, pro quo data fuerat poteſtas nominandi defuncto eo, qui in teſtamento fecerat, non tamen perfecto.*

2 *Nominatus videtur ad officium hæres ab inteſtato, ſi habens poteſtatem nominandi, ea non facta deceſſerit.*

3 *Teſtamentum conſcriptum debet relegi coràm teſtibus, limitatur in teſtamento facto ad pias cauſas, num.4.*

5 *Teſtamentum ad pias cauſas nutu factum ſubſtinetur, quod eſt ſpeciale priuilegium cauſæ piæ, num.5.*

7 *Teſtamentum piæ cauſæ ſubſtinetur, ſi realitèr non fuerit ſtipulatum, & ſic deciſum.*

8 *Teſtamentum fauore piæ cauſæ ob defectū ſollemnitatis nō redditur inualidum ratione defectus voluntatis.*

9 *Teſtamentum nullum ex defectu ſollemnitatis declarat voluntatem.*

10 *Teſtamentum ſi in ſcriptis valere non poterat ſaltim in vim nuncupatiui, attentis clauſulis in eo adiectis, maximè ſi adeſſet clauſula,* omni meliori modo, *num.11.*

12 *Teſtamentum minus ſollemne, non dicitur teſtamentum, ſed vltima voluntas.*

13 *Vltima voluntas defuncti vti lex ſeruanda eſt.*

14 *Vltima voluntas probari poteſt per binos teſtes.*

15 *Nominatio facta in teſtamento inualido, redditur valida per probationem duorum teſtium.*

16 *Conceſſionarius facta nominatione, nudus miniſter reputatur.*

17 *Nominatus habet officium à Rege, quàmuis illud à nominante accipiat.*

18 *Nominatio facta virtute facultatis à Rege data, videtur facta à Rege.*

19 *Officium conferre non dicitur per ſolam nominationem, ſed ille conſtituere videtur, qui facultatem conceſſit.*

20 *Nominatio in officio fieri poteſt per actus inter viuos, & vltimæ voluntatis, imò & verbis iuxtà facultatem à Rege conceſſam, & ſic deciſum, num.21.*

22 *Nominatio in officio ſufficit fuiſſe factam per nomen, & cognomen.*

23 *Nominatio ſine verbis dici non poteſt.*

24 *Proximus ſuccedēs ab inteſtato, nequit admitti ad officium ſine nominatione.*

25 *Nominandi poteſtatem habens in officio nō poteſt nominare fœminam.*

ARGV-

## ARGVMENTVM.

Nominatio ſucceſſoris in officio facta in teſtamento, ab habente poteſtatem nominandi, non tamen ſtipulato, cũ in actu ſtipulationis Teſtator obijt, adhibitis alijs ſollemnitatibus, an iure ſubſiſtet.

## CASVS L.

ANellus de Ferrarijs olim Magiſter Actorum S. R. C. cum obtinuiſſet annis preteritis à Sua Maieſtate Regis noſtri ampliationem ſui officij Magiſtri Actorum, cũ facultate nominãdi ſucceſſorẽ in eius teſtamento, codicillo, ſcriptura publica, vel priuata ſolo verbo, & quouis modo, &c. in vltimis conſtitutus, ſuum vltimum condidit teſtamentum clauſum, & poſt hæredis inſtitutionem factam in beneficiũ Hoſpitalis Diuæ Mariæ Pacis, ſimilitèr ſucceſſorem in officio nominauit Berardum Speram V. I. D. ita quod emolumenta eſſe debeat ipſius Hoſpitalis. Verùm poſt hæc ſcripta à Notario in actu ſtipulationis Teſtator ipſe ampliùs loquutus non fuit, ſed ſequenti nocte obijt, quapropter adhibitis ſollemnitatibus ſigillationis Notarij de ſubſcriptionibus teſtium ejuſdem teſtamenti vigore, dictum Sacrum Hoſpitale, ac etiam præambuli interpoſiti, hæreditatẽ adeundo in eius poſſeſſione, perſiſtendo etiam dicti officij per exercitiũ perſonæ nominatæ, inſurrexit prætẽſio eius ſororis prætendentis inualiditatem teſtamenti prædicti, & ſucceſſiuè nominationis ſucceſ-
1 ſoris in officio factæ, vti tanquam proximior, vt ad prædicti officij commodum admitteretur, & ijs, quæ obitèr tradit *Dom. Reg. de Ponte conſ.* 109. *num.* 12. *vol.* 2. vbi nullà interuenit ſtipulatio, nullus cõtractus, nulla neceſſaria acquiſitio, & per conſequens nominatus videtur ad officium hæres ab inteſtato, ſi habens pote-
2 ſtatem nominandi, non facta nominatione decedat, ità *Dom. Reg. Rouit. in conſ.* 106. *num.* 11. *tom.* 2. & deciſum tradit *Dom. Reg. de Ponte vbi ſupra num.* 20. attingit *Maur. ſenior alleg.* 43.

Sed ſi rectè termini iuris conſiderentur proculdubio in fauorem ipſius Speræ nominati decerni ſpectatur, & principalitèr præſuppoſita hac nominatione in teſtamento ſacto, dùm ab ipſo teſtamento nõ alitèr ſtipulato dependat, animaduertendum eſſe dicitur, cum diſtinctione eſſe id conſiderandum data validitate ipſius teſtamenti, prouè validum eſſe oſtẽditur citra ſtipulationem illius, dum hæres inſtitutus appareat eſſe dictum Hoſpitale, ſicq; licet de iure conſtitutum ſit, vt teſta-
3 mentum conſcriptum relegatur coram teſtibus, ad *text. in l. cum antiquitas, C. de teſtam.* vbi *DD. Vaſq. de ſucceſſ. tom.* 1. *lib.* 2. § 14. *num.* 56.

4 Hoc tamen limitatur, vt non procedat teſtamento facto ad pias cauſas. *cap. relatum, & cap. cum eſſet, de teſtament. Vaſq. vbi ſupra num.* 39.

5 Nàm ſufficit eſſe nutu factum, *Alexand. Raud. deciſ. Piſan.* 46. *nu.* 7. & hanc eſſe communem opinionem ex multis probat *Iul. Clar. in § teſtamentum, quæſt.* 7. *num.* 7. cum alijs apud *Vaſq. de ſucceſſ. tom.* 1. *lib.* 3. § 22. *num* 15.

6 Quod eſt ſpeciale ipſius piæ cauſæ, *Viuius deciſ.* 13. *num.* 4. cum alijs adductis per *Addentes ad Tiraquell. de priuileg. piæ cauſa. in priuil.* 8.

7 Et idem erit attendendum, ſi realiter ſtipulatio non interſuerit, nàm fauore piæ cauſæ ſubſtinebitur, prout in terminis deciſum fuiſſe dixi in *ſingulari piarum cauſarũ* 48. *per Iudices Reuerendæ Fabricæ in contingenti caſu ibi relato.*

8 Præterea conſiderandum eſſe refertur, tale teſtamentum realitèr fuiſſe completum, & ſcriptum à Notario, in quo nil aliud Teſtator mandauerat, quod quidem tali ſollemnitate lecturæ, ac ſtipulatione indigebat, ſicq; non alitèr defectus voluntatis Teſtatoris ineſſet, ob quod inualidum reputari debuerat, etiam fauore piæ cauſæ, ex traditis per *Iul. Clar. in d. § teſtamentum, quæſt.* 7. *num.* 4. *Vaſq. tom.* 2. *lib.* 3.
9 § 30. *num.* 46. & ſi teſtamentum quàmuis nullum ex defectu ſollemnitatis, tamen declarat voluntatem, probat *Dom. Regens Hector Capycius Latro conſult.* 76. *ſub nu.* 64. *tomo* 2.

Sed defectus procedebat ratione ſollẽnitatis prætermiſſæ, quo nam caſu DD. cenſuerunt, quod etſi iure teſtamenti in ſcriptis valere non poterat, ſaltim teſtamenti nuncupatiui, attentis clauſulis in eo adiectis, nec conſtito de contraria voluntate Teſtatoris volentis in ſcriptis teſtari, ità *Iul. Clar.* qui alios citat *in d. § teſtamentum, quæſt.* 4. *num.* 2. *Vaſquez d. tom.* 1. *lib.* 2.

*lib.3. §.11.num.11. Simon de Petris de interp. vltim.volunt.lib.2.dub.2 ſolut.nu.23.& Martius exam.58. nu.12.& in deciſ.97.nu.7.& 9.*
11 ſubdens,maximè ſi adeſſet clauſula, *omni meliori modo*, vt quoq; ex alijs probat *Barboſ.de clauſulis. in clauſ.52.num.19.*
Sed dato cltra veri præiudicium,quod tale teſtamentum ſit inualidum prætextu ſollemnitatis ommiſſæ, non tamen defuit voluntas Teſtatoris, poſtquàm teſtamen-
12 tum minus ſollemne, non dicitur teſtamentũ, ſed vltima voluntas, *l.ſi vnus, C.de teſtam. Bart.in l.1.col.fin C.de ſacroſ.Eccleſ.& in l.nemo poteſt, in princ.ff. de leg.1 Philipp. Franc in rubr de teſtam.in 6.*quos probat *Simon de Petris d tract lib 2.ſolut.8 num.1.*
13 Quæ erit vti lex modis omnibus ſernanda, *§.diſponat,authent de nupt.* cum alijs penès eundem *Sim.de Petr. d tract.lib.5. interp.1.dub.1 num.1.*
14 Cum igitur voluntas vltima probari poterit per binos teſtes de iure, ad *text. in l. hæredes palàm, ff de teſtam.* & iàm in facto fuerat probata, conſeqnẽs erit nomi-
15 nationem factam vndiq; validam eſſe, vt inquit *Reg.Ronit conſ.104.nu.1.tom.2. Conſiliar.Marcell.Marcian.conſ.43.nu.6.* & con-
16 ſequentèr ipſe conceſſionarius facta nominatione,nudus miniſter reputatur, *Reg. de Ponte d.conſ.109.num.13. Conſil. Marcian.*
17 *d.conſ.43.num.6.* ex quo nominatus habet officium à Rege, quàmuis illud à nominante accipiat, *Reg.Ronit.vbi ſupra num.5.*
18 poſtquàm nominatio facta virtute facultatis à Rege, videtur facta à Rege, *Regens Valenzuela conſ.151.num.22.vol.2 Reg.Ronit.conſ.104.num.3.Reg de Ponte d.conſ.109.*
19 *num.23.* ſicq; per ſolam nominationem non dicitur officium conferre, ſed ille conſtituere videtur, qni facultatem conceſſit,ex *l pater,ff.de manum.vind.*& ex *Dec. conſ.543.num.8.*probat ibidem *Marcian.*& demũ poterit quouis modo fieri talis nominatio ſiuè in ſcriptis per actus inter vi-
20 uos,ſiuè per actus vltimæ voluntatis,poſt *Maſtrill. de magiſtrat. lib.1. cap.28. num.51. & 52.* & habetur in *alleg.34.diuerſ.poſt deciſ.Reg.Salern.num.5.* imò & verbis iuxta
21 iſtam facultatem expreſsè conceſſam à Rege verbis ſupradictis,prout aliàs deciſum fuit per S.C. in cauſa Andrianæ Muſceptulæ,de qua in meo *compend. deciſ. Regni par.3 verbo nominatio in officio*, & in ſumma quouis modo ſufficit ipſam fuiſſe fa-
22 ctam per nomen,& cognomen, vt de ea dubitari non poſſit, *Auctor in alleg.34.nu.5. poſt deciſ. Salern.* vel in ſcriptis, vel oretenus, vel ſaltim verificari poſſit per teſtes,
23 *vt ibi ſubdit num.7.* quia ſine verbis nominatio non poteſt dici, ex *l.1.* vbi *Bart. Alexand. Iaſ. & alij ff. de verbor. obligat.* eapropter cum talis nominatio per nomen,& cognomen appareat facta in dicto teſtamento ab ipſo Teſtatore coràm Notario, & teſtibus indè examinatis in iudicio, cur nominatus excludi debeat ab ipſa actrice ab inteſtato veniente, quæ etiã
24 excluſa, conſimilis fuit in caſu relato ab Auctore *d. alleg.34.* & Fiſcus admiſſus ad ſucceſſionem officij, & ob id ipſi nullum ius competere cernitur, ſed potiùs ipſe Berardus nominatus admiſſus, ab impetitis liberãdus, vt ſperatur decerni ad excluſionem ipſius ſororis,eo quia ſi conce-
25 datur officium cum poteſtate nominandi, non poteſt nominare fœminam, *Maſtrill.vbi ſupra num.60*
Remãſit Berardus Spera Magiſter Actorum S. C. in exercitio adminiſtrationis dicti officij vigore dictæ nominationis, ſed cum onere ſoluendi debita Teſtatoris, vt ex ſequentibus patet.

*SVMMARIVM.*

1 *Officia ſunt de regalibus.*
2 *Officia creare eſt de regalibus.*
3 *Officia ab ipſo Rege conferuntur.*
4 *Officia eorumq; exercitium iuriſdictio, & adminiſtratio dependet à Principe.*
5 *Adminiſtratio, ſeù miniſterium ſolùm confertur in officijs*
6 *Dominium officiorum penès Principem reſidet, quia ratione probatur, ità quod comendata dicuntur.*
7 *Induſtria perſonæ conſideratur ex conceſſione officiorum.*
8 *Officia non tranſmittuntur ad hæredes,quia sũt perſonalia.*
9 *Officia alienari non poſſunt ſine conſenſu Regis. aut transferri ad hæredes, num.10. aut per per viam ampliationis, num 11.*
12 *Hæres onera hæreditaria ſubit ex iuris debito.*
13 *Nominatus in officio dicitur inueſtitus à Rege, miniſterio nominantis, quia interuenit vt nudus miniſter.*
14 *Nominatus dicitur habere officiũ à Rege concedente, quam à nominante.*
15 *Officium Magiſtri Actorum in hoc Regno ſupremorum Tribunalium, Regiarum Audientiarum à Rege conſtituuntur, vt plurimũ ad vitam cum emolumentis.*
16 *Qualitas hæreditaria in feudo immutat feudi naturam, quæ conſideratur quando fit conceſſio officij cum clauſula,* prohærede,*quo caſu in eum transfertur, num.17.*

18 *Nominatus in officio in teſtamento, licet dicatur hæres impropriè, tamen legatarius dicetur.*

19 *Conceſſio officij generalitèr facta pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, an includat nominatum in officio.*

20 *Officium cum qualitate hæreditaria confertur, quando illud conceſſum fuerit pro uno hærede, ſecus ſi conceſſio dictaret pro perſona nominanda.*

21 *Creditores in actione perſonali, vel legatarii nominantis in officio, an poſſint agere contra nominatum in eo pro eorum creditis, eo magis ſi officium percipiatur cum qualitate hæreditaria, ità ut hæres eſſe debeat, & ideò conueniri, quod ſecus ceſſante tali qualitate, & deciſum refertur, num. 22.*

23 *Omnes obedire tenētur Præſidibus Prouinciarum.*

24 *Soluens contra mandatum Iudicis, malè ſoluit.*

25 *Soluens de mandato Iudicis tutus redditur.*

26 *Soluere qui poteſt cogi perindè eſt, ac ſi coactus ſoluiſſet.*

27 *Soluens mandato Iudicis, dicitur coactè ſoluere.*

28 *Iuſſus Iudicis excuſat debitorem ſoluentem.*

29 *Voluntas coacta excuſat.*

30 *Voluntas coacta, voluntas eſt.*

31 *Ratificatio facto, & verbis fieri poteſt.*

32 *Ratificatio contractus ad hoc ut valeat, & effectum ſortiatur, exigitur, ut ſit celebratus cū creditoribus.*

33 *Qui non laborat, non manducat.*

34 *Finis litium eſt incertus, eiuſque euentus dubius.*

35 *Error iuris præſumitur quando articulus ſit arduus, atq; difficilis.*

36 *Error iuris ambigui nedum excuſat, ſed titulum præbet.*

37 *Error excludit conſenſum.*

38 *Confeſſio ad unum finem facta, non poteſt alium operari.*

39 *Onus probandi errorē, incumbit allegantì, quia ſcientia præſumitur.*

40 *Error probatur, dùm probatur rem alitèr ſe habere.*

41 *Confeſſio erronea dicitur, ſi conſtaret rem alitèr ſe habere.*

42 *Confeſſio erronea non nocet quando apparet de relato alitèr loquente, & relatum attenditur, quo caſu error ſtatim cenſetur probatus.*

43 *Confeſſio non nocet conſtito de errore, nec facit actum diuerſum.*

44 *Errans, & ignorans, non dicitur ratificare.*

45 *Confeſſio facta in iudicio vim habet ſententiæ, & rei iudicatæ, & præiudiciū confitenti, qualitèr procedat, num. 46.*

47 *Confeſſio ad hoc ut noceat, debet acceptari.*

48 *Confeſſio erronea quando confitenti nocet.*

49 *Confeſſio erronea reuocatur, licet iurata, etiam ſi fuiſſet pluries repetita, num. 50.*

51 *Confeſſio erronea, cōſtito de errore, ſemper poteſt reuocari, etiam deliberato animo facta.*

52 *Confeſſio non eſt probatio, ſed releuatio ab onere probandi, imò ſupplectio probationis, quod ceſſat in confeſſione erronea, licèt incidentèr facta, num. 53.*

### ARGVMENTVM.

Creditores Officialis defuncti habentis facultatē nominandi, an admictantur ad conſecutionem eorum iurium, contra nominatum ab eo in officio vigore inſtrumentorum, cum aſſenſu interpoſitorum.

### CASVS LI.

DEcreueram non eſſe opus aliud de iure reſpondere in cauſa Berardi Speræ V. I. D. ad excluſionem creditorum quondam Anelli de Ferrarijs olim Magiſtri Actorum S. C. prætendentiū ſatisfieri ſuper officio Magiſtri Actorum ipſius S. C. peruēto, in poſſe ipſius Berardi nominati ab ipſo quond. Anello vigore priuilegij ampliationis conceſſæ à Sua Catholica Maieſtate, poſtquàm diffuſè, & doctè fuit à peritiſſimo Collega de iure reſponſum, taliter quod ſuperfluum mihi viſum fuit alia ſuperaddere, ſed cōfiſus iuſtitiæ ipſius Berardi, ſupplendo aliqua ommiſſa, cogitaui ius ſibi ſatis ſuffragari breuitèr ex ſequentibus.

1 Et principalitèr intuendo ipſorum officiorum eſſe de regalibus, *Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. cap. 18. num. 10. & cap. 20. nu. 11. & 12. Reg. Hector Capyc. Latro deciſ. 6. nu. 17. tom. 1.*
2 Nàm officia creare eſt de regalibus, probat *Ripol. in tract. de regal. c. 35. nu. 143.*
3 Et propterà ab ipſo Rege conferuntur, *Maſtrill. d. tract. lib. 2. cap. 1. num. 76. Ripol. eod.*
4 *tract. eod. cap. 35. num. 14. & 33.* officia eorumq; iuriſdictio, & adminiſtratio depēdēt à Principe, *Dom. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 145. num. 139. tom. 2.*
5 In qua ſiquidē in collatione nudum dumtaxat miniſterium confertur, ſiuè admini-

Digitized by Google

miniſtratio, ex *Anna.& Reg.Tapia*, probat
*Maſtrill.eod.tract.lib.1.cap.27.num.34.*
6 Dominio verò penès Principē reſiden-
te,quia numerātur inter bona,& patrimo-
nio Regis,*Maſtrill.d.tract.lib.1.cap.20 nu.7.*
*Montan.in tract.de regal.tit.de officijs,nu.2.20.*
*21.& 43.*

Ità quod potiùs officia ipſa commen-
data,quæ tradita conſpiciuntur.
7 Quinimò ex tali conceſſione induſtria
perſonæ conſideratur,*Montan.vbi ſupra ſub*
*num.44.*

Ob quod perſonalia eſſe oſtenduntur,
8 & propterea non tranſmittuntur ad hæ-
redes, *Maſtrill. d. lib.1. cap.28. num.21.23.*
*30 & 32.*
9 Et conſequentèr alienari non poſſunt
ſine conſenſu Regis,*Maſtrill d lib.1.cap.13.*
*num.10.& cap.20 num.11.& 12.*
10 Vel transferri ad hæredes de conſenſu
Regis,vt proſequitur *Maſtrill.in d tract. eo-*
*dem lib.1 cap.28.Montan.de regal.in tit.de of-*
*ficijs,ſub num.5.*
11 Aut per viam ampliationis cum facul-
tate nominandi,vt proſequitur,*Maſtrill.d.*
*cap.28.Montan.vbi ſupra num.26.*

Ijs breuitèr præſuppoſitis, ad rem de
qua controuertitur deueniendo,conſide-
randum erit, quod poſtquàm vigore pri-
uilegij ampliationis conceſſum fuerit à
Regia Maieſtate eidem quon. Anello ius
nominādi ad tale officiū Magiſtri Acto-
rum quē velit ad vitā vnius hæredis, &c.
quanquā ex parte creditorum ipſius præ-
tenderetur, ius habere in dicto officio ex
ſpecialibus hypothecis ſuper eo contra-
ctis,vigore inſtrumentorum aſſenſibus ro-
boratorū,& proindè ad debita ipſū tene-
ri vti hæredem in hoc einſdem Anelli ca-
ſu perpēdendo verba ipſius priuilegij,&c.
12 ob quod hæres onera hæreditaria ſubire
ex iuris debito compelleretur, ad *text. in*
*l.fin.C.de hæred.act.Praſ.de Franch.deciſ.246.*
*num.1.*

Dicebatur pro parte ipſius Berardi al-
legata ſibi non alitèr obſtare, dùm ipſe
Berardus non vt hęres admiſſus fuerat ad
tale officium,ſed vti nominatus ab eodē
Anello, & per acceptationem radicatum
fuit ius in ipſius perſonam, dependens à
iure nominantis, ſed à nominationis fa-
cultatē dantis, & ſic à Principe, vel à Re-
ge,hinc nominatus in officio dicitur in-
ueſtitus à Rege miniſterio nominantis,
13 quia vt nudus exequutor interuenit, ex
*l.patet ex Prouincia,ff.de manumiſſ.vind.* pro-
bat *Montan. vbi ſupra num.39. 53. & 54. in*
14 *fine, verſ. firmata igitur,* & nominatus dici-
tur habere officium à Rege concedente,
quàm à nominante, *Reg.Hector Capyc.La-*
*tro deciſ.26. num.11.tom.1.* ideò diceretur
nominatus de nouo à Rege, vndè ſucce-
dere videtur non vt ex nunc,ſed vt ex tūc,
non vti hæres propriè, ſed vti extraneus
conſecutus fuit officium, ob quod ad de-
bita contracta non alitèr teneri videba-
tur,quod ſanè comprobatur, ſi verba am-
pliationis ponderetur,ſuppoſito id, quod
notat *Reg. Fab. Capyc. Galeota in ſuo libello*
*de alienat.& ſucceſſ.Official.num.383. ex Bor-*
*rell de Magiſtr edict.lib.2.cap.15.num 6.* poſt
15 *Afflict.ibi relatum*,quod hodie officia Ma-
giſtrorum Actorum in hoc Regno ſupre-
morum Tribunalium Regiarum Audien-
rum à Rege conſtituuntur,vt plurimum
ad vitam cum emolumentis,&c. & quan-
do fit ampliatio per aliquem fit ad vitam
vnius hæredis, vt dictū eſt in iſta amplia-
tione.talis enim particula non denotat,vt
pernecesſē ſit hæres cum effectū, ſed ad
ſimilitudinem,& ſic demonſtratiuè, poſt-
quam hæc qualitas hæredis, vel ſtat acci-
dentalitèr, quæ poteſt adeſſe, vel abeſſe
præter ſubiecti corruptionem, nec ſubie-
ctum mutat, exemplo oſtenditur in filio,
qui ex pacto ſuccedit in feudo ex pacto,
& prouidentia tenetur eſſe hæres in allo-
dio, non propter hoc efficitur feudum
hæreditarium, & propterea conficiendo
inuentarium, filius liberatur, quandoque
talis notula hæres non ſtat accidētalitèr,
ſed eſt qualitas cohærens ſubſtantia, quæ
licet ſit qualitas,eſt tamen inſeperabilis à
ſubſtātia, & ſi ſeperetur ſubiectum muta-
16 ret,hæc qualitas hæreditaria in feudo,
quæ immutat ipſius feudi naturam,*cap.1.*
*de feud.non hab nat feud. ex Andr. & Camer.*
probat *Reg.Camill. de Curte in diuerſ. feud.*
*§.multoties concedens,nu.24.* quod poteſt ve-
rificari in hoc caſu per verbum ad vitam
hæredis, hoc eſt accidentalitèr, nàm po-
teſt officium de per ſe cōſiſtere,eſto quod
non ſit realitèr hæres, ſed tantùm nomi-
natus, vel hæc qualitas eſt cohærens ſub-
ſtantiæ,quæ licet ſit qualitas eſt inſepera-
bilis à ſubſtantia, & ſi ſeperetur, ſubiectū
mutaretur hæc qualitas hæreditaria in
feudo,*vt ibi per eum*, quod poteſt conſide-
17 rari quando conceſſio officij fit cum
clauſula, *pro hærede*, quo caſu transfertur
in primo hærede,vt ex *Frecc.*cōſiderat ibi
*Reg.Capyc.Galeota nu.128.*& hoc caſu per-
neceſſè erit ille inſtituendus hæres, vt of-
ficium conſequatur.

Imò etiam in hoc caſu quatenùs hęres
fuiſſet inſtitutus in officio particularitèr

non teneretur ad debita, quia ea perſol-
uere ad hæredem vniuerſalem ſpectabit,
non autem ad particularem, ex quo licet
18 dicatur propriè hęres, tamen diceretur
in propriè tamen hæres cum ſit terminus
æquiuocus, ex *Bellon. ſupp.iur.lib 4.cap.18.*
notat *Alexand. Raud. conſ.57.num.20.vol.1.*
19 aut eſſet facta conceſſio generalitèr pro
ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, & tunc
ſecus, vt oſtendit ibidem *Reg. Capyc. Ga-
leota num.219.* & propterea qui habet offi-
cium, vt nominatus ex cõceſſione pro vno
hęrede nominando, non poteſt illud ha-
20 beri niſi cum qualitate hęreditaria, ſecus
ſi conceſſio dicat non pro hęrede, ſed pro
perſona nominanda, vt probat, idem *Reg.
Capyc. Latro deciſ.26. num.15.17.& 36.*

Ad rem autem noſtram, de qua agebatur, de conſimili quęrit *Montan. vbi ſupra*
21 *ſub num.43. verſ huic occurris vna,* vbi aſſe-
rit fuiſſe conſultũ, ſi creditores in actione
perſonali, & legatarij nominantis poſſint
agere contra nominatũ, ſi facultas nomi-
nādi cõtineret hęreditariã qualitatẽ, pu-
tà nominandi hęredẽ, ex quo nominatus
inſtitui debet heres in officio à nominã-
te, & vti heres conueniri poteſt, quia ac-
ceptando officium, dicitur adire, & ſic
quaſi contrahit cum creditoribus, & le-
gatarijs, *§.fin. Inſtit de oblig. quæ ex quaſi con-
tract. naſc.* & per conſequens conueniri po-
teſt, *l. vnic. C. de action. hæred. & contra hæred.*
22 ſed meliùs conferre videbatur *deciſio eiuſ-
dem D. Reg Capyc. Latro,* vbi agebatur de
creditoribus paternis ſuper officio Magi-
ſtri Actorum S.C. cumq; illud fuerat da-
tum in dotem eius filiæ, & ſic non titulo
hæreditario illud poſſidebat, nequiuerat
à creditoribus paternis moleſtari pro eo-
rum creditis, *& ſic deciſum per S. C. ibidem
refertur.*

Verùm, quia in facto pręmiſſo ad excluſionem ipſius Berardi alia conſiderabantur ex aduerſo, & propterea fuerunt ſequentia in eius fauorem infraſcripta deducta videlicet.

Audio partem aduerſam ad excluſionẽ iuſtitiæ Berardi Speræ magnũ fundamentum facere in duobus in facto conſiſtentibus. Primò, ex eo quod poſt mortem Anelli de Ferrarijs Magiſtri Actorũ S. C. tempore quo poſſidebat officium, ratificauerat obligationes per dictum Anellũ factas in beneficium eius creditorum per ſolutiones tertiarum factas in beneficium eius creditorũ, & per ſolutiones tertiarũ factas iàm in iudicio præſentatas. Secundò, ex confeſſione ipſius Berardi aſſerentis nudũ nomen habere in dicto officio, poſtquàm emolumenta ad hęredẽ vniuerſalem ſpectabant iuxtà defuncti voluntatem, & propterea petijſſe taxari aliquod ſalarium pro eius labore in exercitio officij impenſo, & fortiùs renunciando adminiſtrationẽ, inſteterat aliam perſonam nominari.

Nihilominus ad corroborationem iurium ipſius Berardi, facillimè replicabatur, oppoſita in contrarium corruere.

Et quatenùs ad Primam oppoſitionem ratificationis per ſolutiones factas pertineret, illud ſiquidèm aduertendum erat, certum eſſe tales ſolutiones nõ alitèr voluntariè fuiſſe factas, ſed coactè præuijs decretis Iudicis mandantibus illas perſolui ad euitandum ſequeſtra, fuit enim ipſe Berardus coactus ſoluere tertias, quis enim audax erit affirmare non eſſe
23 Iudicis mandato parendum, cum omnes
obedire debeant Prouinciarũ Iudicibus,
inquit *text in §.1. auth vt omnes obed. Iudic.*
24 quo fit vt ſoluens contra mandatum, malè
ſoluit, *Præſ. de Franch. deciſ.204. num.22.* &
propterea dùm ità mandatum fuerat per
25 Iudicem, vt ipſe Berardus ſolueret aſſer-
tis creditoribus rectè ſoluiſſe aſſerebatur,
& tutius reddebatur, *Muta deciſ.18. nu.22.*
26 ac inſuper coactè, nàm ſoluere qui poteſt
cogi perindè, ac ſi coactus ſoluiſſet, idem
*Præſ. de Franch. deciſ.49 num.5.* ſoluẽs enim
27 Iudicis mandato, dicitur coactè ſoluere,
*Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de ſolution. cap.5.*
28 *num.51.* ſubdens *num.52.* quod iuſſus Iu-
dicis excuſat debitorem ſoluentem, quo
circa ſtante iuſſu Iudicis excuſatur, *Gloſ.
in l. ait Prætor, §. permittitur ff. de minor. verſ.*
29 *imputandum,* & ſucceſſiuè voluntas coacta
excuſabitur per iura ibi allegata, & licet
30 voluntas coacta, voluntas ſit, *l. ſi mulier, §.
ſi metu coactus, ff. quod met. cauſa,* cum alijs
apud *Barboſ. in libello princip. & vtriuſq; iur.
lit.2. num.72.* tamen ibidem in fine decla-
rat, non tamen eſſe ſpontaneam volunta-
tem, ſed qualificatam, vel ſecundum quid,
ità quod ex hoc nullum videbatur præiu-
dicium inferri ex ſolutionibus ità factis,
neq; vlla ratificatio ex hoc reſultari cer-
nebatur, poſtquã ratificatio, facto, & ver-
bis fieri poteſt, *Franch. deciſ.105. num.4.* in
31 contractibus verò factum magis, quam
compenſatio attenditur, *idem deciſ.33. n.2.*
& in præſenti caſu non apparebant con-
32 tractus ſecum celebratos eſſe cum dictis
creditoribus, vt principalitèr exigitur, ad
hoc vt ratificatio per ſolutiones ſuum
operaretur effectum, vt dixit *Cancer. var.
reſol.*

Digitized by Google

*reſol. tom.2.cap.6.num.*102. neq; verbis ex-
preſſis, quàmnis de aſſerta confeſſione,
ſeù contentamento penès acta prætende-
retur, ſed indè reuocata ſe integra inde
ſubſequuta, & ex alijs ſubſequentibus ra-
tionibus.

Ad Secundam oppoſitionem prætenſę
confeſſionis oppoſitæ, ſeù mauis conten-
tamenti iàm poſtmodū reuocati per con-
trarias confeſſiones iuramento vallatas,
erit paritèr animaduertendū illas ex iu-
ris, & facti errore proceſſiſſe expreſsè, nā
ex facti ſerie apparebat talem confeſſio-
nem ignoranter proceſſiſſe, eo quia cum
ad ipſum Berardum nominatum in offi-
cij adminiſtratione illud pertinere vide-
batur, confeſſus fuit nomen dumtaxàt ha-
bere, & emolumenta ad hæredem vniuer-
ſalem ſpectare iuxtà Teſtatoris volunta-
tem.

Et propterea petierat ſalarium pro il-
lius exercitio, non enim iuſtum videba-
tur officij nomen habere ſine ſalario, nàm
dignus eſt mercenarius mercede ſua.

33 Et qui non laborat, non māducat, *Gloſ.
in l.quamuis, ff de damno infecto*.

Cum igitur in controuerſiam deductū
ſit in iudicio, an ad hęredem inſtitutum
officium collocari debuerat, vel ad ipſum
Berardum ex iuris determinatione iam
pendente deciſione articuli coràm Iudi-
ce certificari nō poterat, & propterea ob
ambiguitatem opinionum certa, & deter-
minata confeſſio haberi nō poterat, cum
34 [illegible] litium ſit incertus, eiuſq; euētus du-
bius *l. quod debetur, ff. de pecul.*

[illegible] error iuris ex hoc reſultare
35 videbatur, & præſumitur, ſi punctus, & ar-
ticulus ſit difficilis, & arduus in iure ad
decidendum, *Maſcard. de probat. concluſ* 40.
36 *num.*19. imò error iuris ambigui nedum
excuſat, ſed titulum pręBet, *Cancer. variar.
reſolut lib.1. cap.1.num.*260. *Surd. deciſ.*28.
37 *num* 9. & error excludit conſenſum, *l. ſi
per errorem, ff de iuriſd.omn.Iud. Barboſ.d.li-
bello lit. E.num* 11.

38 Et quatenus fuiſſet talis confeſſio facta
ad vnum finem, ac effectum nequiuerat
operari [illegible] vltra intentionē proferen-
tis, *R. uta deciſ.*74.*num.*12.

Concurrebat etiam error facti, ex eo
quia cogitabat creditores Anelli habere
aſſenſum ſuper officio, ſed cū indè com-
pertum eſſet creditores non eſſe illius, ſed
Io. Laurentij eius germani, qui non habe-
bant aſſenſum ſuper dicto officio, meritò
obſtare non poterat obiectum, quia error
facti omninò eſt excuſabilis, *Cancer d.p.*1.
*cap.*1 *num.*259.& error facit vt errans non
conſentiat, neq; ei cēſeatur in aliquo prę-
iudicare, *Gratian. diſcept forenſ. cap.*759. *nu.*
15. quia errantis nullus eſt cōſenſus, *Ma-
ſcard. concl.*1181.*num.*6. *Coſta conſ.*7 *num.*58.
*& conſ.*24.*num.*1.

39. Et quamuis alleganti errorem, incum-
bat onus probandi, tàm ſi error iuris fue-
rit, quia ſcientia præſumitur, *Maſcard. eod.
tract. concluſ.*78.*num.*7 *Marta conſ.*84.*nu.*21.
quam ſi eſſet facti, idem *Maſcard. concl.*637.
*Surd. deciſ.*104 *num.*18.

Nihilominus quia ex allegatis in facto
alitèr ſe habebat negotij qualitas, quod
fuerat cōfeſſus, ſubſequebatur indè, quod
40 error probatur, dùm probatur rem alitèr
ſe habere, *Maſcard. eod. tract. concl.*642.*nu.*2.

41 Et ſucceſſiuè confeſſio ipſa erronea
diceretur, ſi conſtaret rem alitèr ſe habe-
re, *Borgn. deciſ.*27.*nu.*42.*par.*1. *Gratian. cap.*
501 *num* 4. *Maſcard. concl* 646.*num.*1.

42 Imò confeſſio erronea nō nocet, quan-
do apparet de relato alitèr loquente, quia
attenderetur relatum, & veritas, *Borgn de-
ciſ.*41. *num.*23. *par.*2. neque præiudicaret,
*Mancin. in tract. de confeſſ. cap.*2.*num.*224.*&
cap.*3. *artic.*5 *num.*34. quo nàm caſu ſtatim
cenſetur error probatus, *Gratian. cap.*759.
43 *num.*14, ſicq; conſtito de errore, confeſſio
non nocet, nec facit actum diuerſum, *Co-
ſta Sicul conſ.*73 *num.*55. *Faber in eius Codice
lib.*4 *tit.*10. *defin.*8. *num.*13. & proindè er-
44 rans, & ignorans, non diceretur ratifica-
re, *Maſcard concl.*1261.*num.*4.

45 Deniq; cum ipſa confeſſio in iudicio
facta, vim habeat ſententiæ, & rei iudica-
tæ, probat *Gratian. cap.*595.*num.*3.*&* 14. *&
cap* 151.*num.*11. *Fran. Maria Pratus practic.
obſeru. cap.*68.*num* 5. ac præiudicium con-
fitenti, *idem cap.*154.*num.*22. hoc tamen nō
46 procederet in confeſſione erronea, quæ
etſi ſit iurata, & facta pręſente parte acce-
ptante, neq; præiudicat, *Gratian. cap.*501.
*num.*27 *&* 28.

47 Et ampliùs, quia talis confeſſio non
fuit acceptata, & ad hoc vt noceat, debet
acceptari, *Gratian. cap.*287. *num.*1. imò ſi
48 confeſſio facta à parte in iudicio, ſi pro-
betur erronea per confitentem, non præ-
iudicaret cōfitenti, niſi ante prouocatio-
nem à Iudice approbata in ſententia fue-
rit ſecus ſi ſit reprobata, *Borgn. deciſ.* 30.
*num.*127. *par.* 2.

Quantò magis ſi fuerit reuocata, proùt
49 facto liquebat, poſtquàm confeſſio erro-
nea reuocatur, quāuis ſit iurata, *Gratian.
cap.*706.*num.*58. *&* 59. *& cap.*718.*num.*15.
*& cap.*662. *num.*9. imò etiam ſi eſſet con-
feſſio

Digitized by Google

50 feſſio ipſa erronea pluries repetita, *Maſcard. concl.378.num.2.* & in ſumma confeſ-
51 ſio erronea, cõſtito de errore, ſemper reuocari poteſt, etiam deliberato animo facta, probat nouiſſimè *Franc. Maria Pratus pract. obſeruat cap.68.num.18.* etiam ſi iurata, & geminata fuerit, adhùc reuocari poteſt, *vt ſubdit nu.25* & in ſumma, quia con-
52 feſſio non eſt probatio, ſed releuatio ab onere probandi, ad *tex. in l.1. in fine, ff. de interrog. act. l.1. C. de iuram. calumn.* cum alijs allegatis per *Carol. Ant. Moccia in ſua ſylua forenſ. caſuum cap.70.num.6.* ſubdens ex *Bal. in rubr. C. de probat.* ſed ſuppletio proba-
53 tionis, quod ceſſat in cõfeſſione erronea, & maximè ſi incidentèr fuerit facta, ex *Bald. in l. ad probationem, C. locati,* firmat *Hector de Guido in tract. de virib. confeſſ. par. 7. cap.2. num.31.*

Ex aduerſo autem contra pręcenſa per eundem Spera in iure allegauit *Reg. Conſ. Paul. Stayban. iunior tùnc Aduocatus diſertiſſimus pro Antonia de Ferrarijs, & Iulio de Nubulis reſolut. forenſ. reſol.50.* hanc eandem cauſam pleniùs examinando, demùm in calce refert deciſum fuiſſe per S. C. contra ipſum Spera, & fuerunt abſoluti creditores couenti ab eo, in Banca Iadoniſij.

*Thoro.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Subingreſſio etiam in linea tranſuerſali procedit.*
2 *Filij fratris, & filij ſororis, cõſobrini dicuntur, & in quarto gradu poſiti.*
3 *Subingreſſio includitur per clauſulam* gradus pręrogatiua ſeruata.
4 *Sexus æqualitate exiſtente omnes ſuccedũt reſpectu maſculorum.*
5 *Fratres conſobrini, & deſcendẽtes alterius fratris conſobrini præmortui æqualitèr ſuccedũt, ſicuti frater patruelis, & deſcendentes alterius fratris patruelis, ſicuti fratres carnales, & filij alterius fratris carnalis, num.6.*
7 *Fœminæ exiſtentes in pari gradu, vel deſcendentes ex eis omnes admittuntur.*
8 *Filij fratrum, & ſororum de iure communi concurrunt ſimul in ſucceſſione patrui, vel amitæ.*
9 *Filius ex repreſentatione conſequitur gradum patris, non tamen alias qualitates ætatis, vel maſculinitatis.*
10 *Mares ex fœminis aliquando raro, aut nunquã ex maribus fœminæ fiunt.*
11 *Prærogatiua gradus non inducitur ſecundum* Conſuetudines Neap. Sed ſexus.
12 *Fratres, & filij alterius fratris ſuccedunt omnes, prædefuncto fratre, excluſis fœminis ex fratre, quod etiam in fratribus in tranſuerſali linea conſtitutis procedit, quod exemplificatur, num.13.*
14 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*
15 *Frater ſolus conſobrinus ſuccedit decedẽti, aliquo ſuperſtite fratre conſobrino, & filijs ſororis conſobrinæ, illis excluſis.*
16 *Frater patruelis excludit ſororem patruelem.*
17 *Filij fratrum, & ſororum, ad patrui ſucceſſionem, ſeù amitæ, an concurrant.*
18 *Differentia ſexus abolita à Iuſtiniano.*
19 *Deſcendentes ex ſorore, excludũtur vti ab infecta radice.*
20 *Deciſio refertur in beneficiũ nepotum ex fratre, excluſis nepotibus ex ſorore filij fœminarum eiuſdem naturæ cenſentur ſicut fœminæ, num.21.*
22 *Dotatio eſt cauſa excluſionis fœminarum.*
23 *Dotatio vnica ſufficit in Ciuitate Neapol. vt excludatur dotata ab omnium ſucceſſione.*
24 *Excluſio à ſucceſſionibus conſideratur reſpectu temporis dotationis.*
25 *Fœminæ ſi reperiantur dotatæ, excluderentur à ſucceſſione fraterna, qualitate adimpleta.*
26 *Paternum eſt officium dotare filias.*
27 *Fratres dotare ſorores nõ tenentur, et qualitèr.*
28 *Fœmina ſi non fuiſſet maritata infra ſexdecim annos ſuccederet, ſecus ſi fuiſſet dotata.*
29 *Amita ſi concurrat cum patruo in ſucceſſione nepotis ex fratre ambo ſuccederent, dummodò ipſa fuerit dotata à compatre.*

## ARGVMENTVM.

Proximior in gradu an admicti debeat cum instituto in pari gradu in bonis antiquis, etiam ex vi ſubingreſſionis conceſſæ, non obſtante teſtamento condito.

## CASVS LII.

DEceſſit Octauius de Maria filius, & hæres qu. Iacobi Anelli de Maria, ac hæres qu. Horatij de Maria fratris, condito teſtamento, in quo inſtituit hęredem vniuerſalem Matthęum de Maria eius fratrem conſobrinum, qui hæreditatem adiuit, poſt cuius aditionem inſurrexerunt Ioanna, & Prudentia Pupatellæ, ac Ianuarius, & Ludouicus Marra filij Fuluiæ Pupatellæ, omnes filij Lucre-

tiæ

tiæ de Maria ſoror vtrinq; coniuncta eſt
dicto Iacobo Anello prętendentes ratam
medietatis bonorum antiquorũ, de qui-
bus non poterat diſponere ipſe Octauius,
& conſequẽtèr inſimul cum eodem Mat-
thęo concurrere, ad talem ſucceſſionem
1 bonorum, nedùm inſpecta gradus pręro-
gatiua, ſed etiam ex vi ſubingreſſionis
conceſſæ etiam in linea tranſuerſali, iuxtà
*Conſuetud. Neapol. Quod autem, de ſucceſſ. ab inteſt.*

Et quàmuis reſpectu primæ prætenſio-
nis videantur omnes eſſe in eodem gra-
2 du, hoc eſt in quarto gradu filij fratris, &
filij ſororis, qui omnes conſobrini dicun-
tur, & in quarto gradu, vt dixit *Napod. in d. Conſuet. Quod autem, ſub nu. 286. & 289. Anna in alleg. 34. num. 3. & alleg. 55. nu. 6.*

Et ſimilitèr ſi ageretur de ſubingreſ-
ſione, ex quo ſubingreſſio includitur per
3 clauſulam, *gradus prærogatiua ſeruata, Reg. Lanar. conſ 69 num. 29.*

In quo aduertendũ erit in facto, quod
ſicuti Pyrrus Thomas de Maria erat fra-
ter vtrinq; coniunctus cum dicto Iacobo
Anello, & ipſa Lucretia ſoror paritèr
vtrinq; coniuncta erant in gradu æquali,
ità etiam Matthęus, Ioanna, Prudentia, &
Fuluia, hoc eſt Matthęus ex dicto Pyrro,
Thoma, Ioanna, Prudentia, & Fuluia, ex
dicta Lucretia reputabantur in eodem
gradu, omnes inſimul ſubingredientes in
locum eorum parentum, quod idem erit
in Ianuario, & Ludouico ſubingredienti-
bus in locum ipſius Fuluię, ob quod vide-
bantur ambos ſuccedere in æqualitate
ob gradus pręrogatiuam.

Nihilominus reſpectu primi aſſumpti
certum eſt, ſiuè data pręrogatiua gradus,
ſiuè non data, adhùc æqualitate ſexus in-
teruениente procuidubio omnes ſuccede-
4 rent æqualitèr, ſicut reſpectu maſculorũ,
exemplificat *Napod. in d. Conſuet. Quod au-*
5 *tem, num. 289.* quod defuncto ſi ſuperſint
frater patruelis, & deſcendẽtes fratris al-
terius patruelis æqualitèr ſuccederẽt, ità
etiã ſi ſupereſſent frater conſobrinus, de-
ſcendentes fratris conſobrini præmortui
eodem modo ſuccederent æqualitèr, de
quo ſatis per *Dom. de Franch. dec. 652. nu 1.*
ſiuè etiam eſſent fratres carnales, & filij
6 alterius fratris carnalis, vt in *Conſuet. Sed ſi morienti,* latè *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. p. 4. queſt. 42.*

7 Sic etiam exiſtentibus fœminis in pari
gradu, vel deſcendentibus ex eis, adhùc
omnes admitterentur, ex traditis in caſu
relato ab eodẽ *D. de Franch. d. dec. 652. n. 2.*

Data igitur gradus æqualitate inter ſuc-
cedere volentes, ſed differentia ſexus per
exiſtentia, proùt erat in caſu pręmiſſo,
quàmuis inſpecto iure cõmuni æqualitas
8 ſexus conſiderabatur ſicuti filij fratrum,
& ſororum de iure communi Romanorũ
concurrunt ſimul in ſucceſſione patrui, &
amitæ, ex *l. auunculo, C. commun. de ſucceſſ.*
quem citat ad hoc idem *Præſ. de Franch. in deciſ. 412. in princ.* quem citat nouiſſimè
*Conſil. Andr. Prouenz. in ſuis obſeru. ad Conſuetud. Si moriatur, obſeru. 6 num. 1.* nihilo-
9 minus erit aduertendũ, quod ſicuti filius
repreſentatione conſequitur gradum pa-
tris, non tamen alias qualitates, putà æta-
tis, vel maſculinitatis, quę in eo non repe-
riuntur, vt probat *Præſ. Merlin. controu. forenſ. tom. 2. cap. 4. ſub num. 20.* & ſicuti ma-
10 res ex fœminis aliquando, imò, & frequẽ-
tiùs, raro autem, aut nunquã ex maribus
fœminę fiunt, ſecundum Philoſophos,
Theologos, & Iuriſtes, *Robles in tract. de repreſent. lib. 2. cap. 12. nu. 28. & 29.* ità è cõtra.

11 Sed inſpecto iure conſuetudinario non
inducitur prærogatiua gradus, ſed ſexus,
vt inquit *Napod. in Conſuet. Sed ſi morienti, num. 270. & in d. Conſuet. Quod autem, & in Conſuet. Si moriatur, num. 26.*

Maximè ſi ſumus in linea collaterali.

12 Quo fit, quod per *d. Conſuetud. Sed ſi morienti ab inteſtato,* ſi habet quis fratres, & fi-
lios ex altero fratre, omnes ſuccedunt, ex-
cluſis fœminis, ex fratre forſan inſimul cũ
fratribus exiſtentibus quas dotare com-
pelluntur.

13 Quod etiam in fratribus in tranſuerſa-
li linea conſtitutis procederet, vtputà ſi
eſſent conſobrini amitini, ſiuè patrueles,
vt etiam inter eos, & filios ipſorum ſuc-
ceſſio æqualis oſtendatur, vt ſubdit *Napodan. d. Conſuetud ſi moriatur, nu. 28.* in quã
ſiquidèm Conſuetudine habetur etiam,
quod in pręmiſſis appellatione fratris, ſo-
ror non contineatur, ſicq; dùm vnum in-
cludit, alium excludit, iuxtà vulgatam re-
14 gulam *incluſio vnius, eſt excluſio alterius, l. cum prætor, ff. de iudic.* cum alijs apud *Barboſ. princip. iur. dit. 1. num. 17.* & proindè *Napodan. in d. Conſuet. Quod autem, nu. 298.* quẽ
ſequitur *Dom. Reg. Hector Capyc. Latro deciſ. 4. num. 16. tom. 1.* ad literam poſuit ca-
ſum, quod decedẽte aliquo ſuperſtite ſibi
15 fratre conſobrino, & filijs ſororis conſo-
brini, quod ſolus frater conſobrinus ſuc-
cederet, excluſis filijs ſororis conſobrinæ,
etenim ratio conſeruationis bonorum in
familia, etiam in fratre patruele viget,
*Molfeſ. ad Conſuet. Neap. tom. 1. par. 4. q. 33. num. 2.*

Digitized by Google

*num.*2.ibiq; agit de eadem materia,vt fra-
16 ter patruelis excludat ſororem patruelẽ,
*num.*1.*&* 16.vbi plures allegat,& rationes
deduxit, & in ſumma idem *Conſ.Prouenz.*
*vbi ſupra*, poſtquàm cenſuit de iure com-
17 muni concurrere filios fratrum,& ſoro-
rũm ad patrui, ſeù amitę ſucceſſionem,
*ſubnectit num* 2.*& ſeq.* per hęc verba.ſed an
idem dici oporteat in terminis iuris no-
ſtri Conſuetudinarij videamus hoc loco,
& quidèm in hoc variant ius noſtrum, &
Romanorum, moribus,namq; noſtris in-
troductum eſt filios ſororum excludi à fi-
lijs fratrum,retenta antiqui iuris ratione,
per quam differẽtia ſexus obſeruabatur,
18 quam Iuſtinianus aboleri præcepit in
*l.maximum vitium, C.de liber. præt.* & hinc
19 excluſa ſorore, excludit ius noſtrum de-
ſcendentes ab ea tanquam ex radice in-
fecta,ſeù potiùs inhabili,ità *Napod in Con-
ſuetud. Et omnia, num.*113. *infra hoc titulo de
ſucceſſ ab inteſt verbo filius autem*,& cumulat
alios *Præſ. de Franch. d.deciſ* 412. qui hoc
20 pro abſoluto deducit, & iudicatũ refert
in cauſa Alphonſi Guezzæ ad beneficium
nepotum ex fratre, excluſis nepotibus ex
ſorore defuncti, quod & ſępiſſimè decisũ
eſt tàm per M.C.V, quàm per S. C. ea ra-
21 tione,quia eiuſdem naturę cenſendi ſunt
cum fœminis filij fœminarũ, vt dicit *Na-
podan.in hac Conſuet. num.*112. & notat no-
uiſſimè *Caput ad Conſuetud.* §.5.*de perſonis,
num* 36. qui ait hinc fundari *d. deciſ. Præſ.*
412.

Et eo amplius iſta Lucretia ſoror Iaco-
bi Anelli excludebatur, quia dotata fue-
22 rat, dotatio enim eſt cauſa excluſionis
fœminarum,probat *Molfeſ.conſ.*10.*num* 9.
*in* 1.*tomo ad Conſuet. Neap. Conſil.Prouenz.
ad d. Conſuet. Si moriatur. obſeruat.*5 *num.*3.
imò vt retulit *Anna ſenior in alleg.* 81.*nu.*6.
23 quod dotatio vnica ſufficit in Ciuitate
Neap. vt excludatur dotata ab omnium
ſucceſſione, ſecus in Regno ſtante Con-
ſtitutione, & ijs conferunt allegata in ſe-
quentibus reſponſis.

Ad pręſens cum ageretur de ſucceſſio-
ne fratris conſobrini,videndũ erit, ſi hoc
tempore delationis hęreditatis attenda-
tur proximitas, ad hoc vt excludatur ſo-
24 ror conſobrina, & circa hoc erit aduer-
tendum, quod tempore ſucceſſionis con-
ſiderari debet dotatio ſororis, vt excluſio
ipſa fiat, ità *Molſef in* 2.*tomo ad Conſuetud.
Neap. d.par.*4.*quæſt.*1 probat,quod ſi repe-
25 riantur dotatæ, & qualitas fuerit adim-
pleta, excluderẽtur ſorores,nàm licet pa-
26 ternum ſit officium dotare filias, probat
bat *Molfeſ. par.*6. *quæſt.*1. *num.*24. *tom.*1.*&
tom.*2. *par* 9. *quæſt.*6. *num* 2.*&* 3. vbi etiam
erit matris officium in ſubſidium non ta-
27 men fratres tenentur maritare ſorores,ex
traditis per *Napod.* quem ſequitur *Molfeſ.
d.par* 4.*quæſt.*5.*num.*5. eo magis ſi nil à pa-
tre habuerint,vel eſſent pauperes,& tantò
magis fratres conſobrini, qui non tenen-
tur conſobrinas maritare, & alias con-
iunctas.

Dum igitur iſta Lucretia à patre non
fuerat dotata,quia nihil erat in bonis,ne-
que à fratre carnali, quia nil ex ſubſtan-
tia paterna habuerat, neque ſua, ſed ab
eius patruo fuerat dotata,dùm poſteà per
fratres fuiſſent quęſita bona de nouo,quæ
reliquerat ſuis filijs Oratio,ac Octauio,&
per Oratium obuenta eius pars Octauio,
qui ſuum conſobrinũ hęredem inſtitue-
rat,videndum erit, ſi ipſa ſoror conſobri-
na dotata à patruo nùnc ſuccedere po-
tuiſſet ſi viuiſſet dictus Octauius, in quo
28 caſu aduertendum erat, quod ſi amita
ſola fuiſſet, & non fuiſſet maritata infra
ſexdecim annos ſuccederet, per text *in* §.
*eas autem, in Conſuet. Si moriatur, Hodierna
controu.forenſ. cap.*23.*nu.*25. ſin autem fuiſ-
ſet dotata, excluderetur à ſucceſſione,
*Capyc. in d. Conſuet. Si moriatur, incip. An ſi
mulier. fol.*94. *Franc.Maria Pratus diſceptat.
forenſ tom.*1.*cap.*58.

29 Sed ſi amita concurreret cum patruo
in ſucceſſione nepotis ex fratre ipſorum,
licet ambo ſuccederent, tamen intelligi-
tur etiam ſi amita fuiſſet dotata à com-
muni patre, *Piſanell. in Apoſtill. ad Conſuet.
Si quis,vel ſi qua, fol.*116.*foris, incip. Nota in
eo,& ſe remittit ad Conſuetud Sed ſi morienti*,
vbi in *Addit.incip.Nota iſtam Gloſ. fol.*153.
notat, quod ſi ſupereſſet ſoror, & ſic ami-
ta reſpectu neptis, an ipſa admittatur cũ
fratre, hoc eſt patruo, & concludit, quod
non, quia ſoror non venit appellatione
fratris, vbi à fortiore inquit, ſi nullus ſu-
pereſſet frater, ſed tantùm neptis ex pr-
mortuo fratre, & amita, & ſic multò for-
tiùs quando nepoti ſuccederetur,ſin autẽ
eſſent in pari gradu,& æquali deſcenden-
tes ex maſculo ſobrino, & deſcendentes
ex fœmina ſobrina, vt in caſu præmiſſo,
in hoc erit aduertendũ, quod aut loqui-
mur de Iure communi,vel de Iure Regni,
aut Conſuetudinarij, vt ſupra deductum
eſt, interea partes ſe concordauerunt prę-
uia tranſactione, ſed veritas patet ex alle-
gatis, & in ſequẽtibus Iuris Reſponſis de-
monſtrabitur. *Thoro.*

*SVM-*

## SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes exiſtentes in pari gradu ſuccedunt.*
2 *Deſcendentes ex parte patris, itè ex linea maſculina, ſucceduns per edictum vndè cognati.*
3 *Agnatio comprehendit maſculos,& fœminas.*
4 *Deſcendentium nomine continētur fœminæ,& maſculi ex fœminis.*
5 *Illud quod eſt inductum tàm ad beneficiū maſculi,quàm fœminæ de iure conſuetudinario.*
6 *Proximioris appellatione quando veniunt maſculi,& fœminæ.*
7 *Amita dicitur agnata.*
8 *Fratres patrueles non excludunt amitam.*
9 *Agnatio in fœminis non conſeruatur.*
10 *Agnatio per filium,non per filiam conſeruatur.*
11 *Agnatorum appellatione in vltimis voluntatibus, non veniunt fœminæ agnatæ.*
12 *Agnatio per filios maſculos conſeruatur,nō autem per fœminas,& indè per deſcendentes ex maſculis propagatur.*
13 *Deſcendentes ex agnata nō ſunt de agnatione.*
14 *Deſcendentes tàm maſculi, quàm fœminæ, & ſic ex dotata excluduntur.*
15 *Agnatio mulieris cum ipſa extinguitur., ſed donec vixeris conſeruatur.*
16 *Agnationis, & familiæ, nomina ſunt ſinonima.*
17 *Conſuetudo ſuit facta in fauorem familiæ.*
18 *Conſuetudines ſcriptæ ſunt in fauorem agnationis,& maſculorum.*
19 *Agnati conſeruant cum bonis,honorem, decus, auctoritatem,& memoriam domus.*
20 *Extraneus ab agnatione etiam dicitur.*
21 *Extranei non debent ſperare ſucceſſionem.*
22 *Agnati præferuntur cognatis in ſucceſſionibus.*
23 *Agnati potiùs quam cognati admictuntur ad ſucceſſionem,& magis cognati, quā extranei.*
24 *Subingreſſio non conceditur in linea collaterali, dummodò non excedat primum gradum, num.25.*
26 *Maſculi tenētur maritare fœminas de paragio, ideò admictuntur ad ſucceſſionem, & fortiùs inter collaterales conſobrinos,quod ſecus eſſet in vtrinque coniunctos, num. 26.*
27 *Proximiores ſuccedentes de iure communi, & conſuetudinario cum prærogatiua gradus excludunt remotiores,remota ſubingreſſione.*
28 *Teſtator ex inſtitutione maſculorum,præſumitur voluiſſe agnationi proſpicere.*
29 *Fœmina proximior excluditur à maſculo remotiore.*
30 *Fœmina excluditur per maſculos in eodē gradu exiſtentes.*
31 *Proximiores non admictuntur in caſu quo fuit facta inſtitutio proximioris.*
32 *Maſculi,& deſcendentes quando vocātur,ſemper intelligitur pro conſeruatione familiæ.*
33 *Deſcendentes maſculi vocati in perpetuū, arguunt agnationis conſeruationem.*
34 *Fœminæ quàmuis agnatæ ſint, non tamen ſunt aptæ conſeruare ius agnationis.*

## APPENDIX I.

OCtauius de Maria defunctus, filius Iacobi Anelli de Maria.

Matthęus de Maria conſobrinus filius Pyrri Thomæ de Maria frater carnalis Iacobi Anelli.

Lucretia de Maria ſoror vtrinque coniuncta dicti Anelli,& Pyrri Thomæ.

Ioanna, Prudentia,& Fuluia Pupatellæ filiæ ipſius Lucretiæ.

Ianuarius,& Ludouicus Marra filij ipſius Fuluiæ.

1 Si actendatur diſpoſitio iuris commu-
nis,eſt certum,quod dùm ipſi deſcenden-
tes ſint in pari gradu, ſuccedere debent
dicto Octauio defuncto, ex *l.maximum vi-
tium, C.de liber. præter.* cum alijs apud *Ca-
pyc. deciſ.159.num.3.* ſublata differentia
maſculorum,& fœminarum,nàm ſola co-
gnatio ſpectatur, *Authent.poſt fratres, la ſe-
conda, C.de legit. hæred.* ſicque iſti videntur
ſuccedere per edictū vndè agnati, eo quia
2 omnes deſcendunt ex parte patris,& ita
ex linea maſculina, ad *text.in* §.1.vbi *gloſ.
Inſtit. de legit.hæred. Bertacch.in repert.verbo*
3 *agnatio*, poſtquàm talis agnatio compre-
hēdit maſculos,& fœminas, *Marta in ſum-
ma de ſucceſſ. leg. par.3. quæſt.2 art.1.num.1.*
4 paritèrq; deſcendentium nomine conti-
nentur fœminæ,& maſculi ex fœminis, ex
*Intrigl.de ſubſtitut. centur.3.quæſt.85.* probat
*Barri de ſucceſſ.lib.8.rubr.quib.fideicom.relict.*
5 *intellig. ſub num.52.* & inſpecto iure Con-
ſuetudinario diſpoſitū eſt, quod illud in-
ductum eſt tàm ad beneficium maſculi,
quàm fœminæ, ex *Napod de Ponte,& alijs,*
probat *Reg. Hector Capyc. Latro conſult.123.*
6 *num.148. tom.2.* ſicuti etiam proximioris
appellatione venit tàm maſculus,quàm
fœmina, *Reg. Hector Capyc. Latro conſult.46
ſub num.19.tom.1.*

Sed ſi conſiderētur differentiæ, quæ inter maſculos, & fœminas agnatas exiſtūt, alitèr videtur concludendū in facto præſenti, poſtquàm Matthęus eſt filius Pyrri Thomæ patrui,Octauij,& fratris vtrinque coniuncti dicti Iacobi Anelli ex linea directa maſculorū procedens, & verè agnatus,& proximior dicto Octauio.

Iſtę autem ſorores conſobrinę de Pupatellis deſcendunt ex dicta Lucretia ſo-

T rore

rore carnali ipſorũ Iacobi Anelli, & Pyr-
ri Thoma, ac amita ipſius Octauij, quæ
7 etſi agnata dicebatur, eo quia amita dici-
tur agnata, *Bal. in l ſi defunctus, in princ. C. de
ſuis, & legitim. hæred. Ant. Roſell. in arbore con-
ſanguin. cap. 2. Bertach. d. repert. verbo agnati,*
taliter quod ſi viueret ipſa Lucretia, con-
curreret cũ Mattheo, ità quod Mattheus
illam excludere non potuiſſet, ex quo fra-
8 tres patrueles non excludunt amitam,
iuxta *conſil. Cornei 169. vol. 4. Soccin. ſen. con-
ſil. 28. vol. 4.* quos probat *Marta d. par 3 q. 4.
9 caſu 5. num. 3.* adhuc tamen quia agnatio
in fœminis non conſeruatur, *§ cæterum, In-
ſtit de legit agnat. ſucc. Paul. Leon. inter conſ. vl-
10 tim. volunt. conſ. 38. num. 6. tom. 2.* & agnatio
per filium, & non per filiam conſeruatur,
*Ludou. de Lambert. inter conſil. vltim. volunt.
tom. 1. conſ. 76. num. 96.* cum in earum per-
11 ſonas finiatur agnatio, quo circa agnato-
rum appellatione in vltimis voluntatibus
non veniunt fœminæ agnatæ, ex *Crau. con-
ſil. 180 num 1. & conſ. 306. nu. 5.* probat *Mol-
lignat. de appellat vtriuſque iur. extenſ. verbo
agnatorum appellatione, num 26.* ſed tantùm
12 ipſa agnatio per filios maſculos conſer-
uatur, non autem per fœminas, *Port. Imol.
conſ. 131. num. 7. Caſſan. in conſuet Burgundiæ
tit. des ſucceſſions §. 12 num. 7. Mantica de con-
iectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 3. Regens
Hector Capyc. Latro conſult. 60 nu. 27. tom. 1.*
& conſequentèr per deſcendentes ex ma-
ſculis propagatur, *Mantic. eod. tract. lib. 8 tit.
18. num. 18.*

Non ſic in deſcendẽtibus ex fœminis,
vt ſunt iſtæ de Pupatellis, nàm licet eorũ
13 mater fuerat agnata, tamen eius deſcen-
dentes non ſunt de agnatione, ex *l. volun-
tas, C. de fideicom.* probat *Romul. in tract. de
teſtament. præcept. extra famil alien. num. 39.* &
ſub *num. 114.* ac etiam cum ipſa Lucretia
fuerat dotata, & nuptui tradita, omnes ex
ea deſcendentes fœminæ, & maſculi ex-
14 cluſi ſunt, quandocunque illa morietur,
*Io. Campeg. in tract. qualit ſtantib. maſcul. & c.
quæſt. 1. num. 98.* & ſic deſcendentes omnes
ex filia excluſa, excluduntur, *Georg. Natta
in eod. tract. in 2. quæſt. princ. num. 34.* etenim
15 agnatio mulieris cum ipſa extinguitur,
ſed donec vixerit conſeruatur, poſt *Cioff.
in conſ. 8. num. 26. par. 1. Mantic. d lib. 8. tit. 12.
nu. 13.* & non mirum ſi ipſa Lucretia tunc
viuens, concurrere poterat cum Mattheo,
& vti agnata, & deſcendens ex maſculo
nõ tamen eius filiæ, quæ nõ ſunt de agna-
tione, hoc eſt de familia cum agnationis,
16 atque familiæ nomen ſint ſinomina, pro-
bat *Carena pract. reſol in reſol. 105. num. 5.* &

17 Conſuetudo fuit facta in fauorem fami-
liæ, *Reg. de Ponte conſ. 39. num. 12. vol. 1.* &
18 ſic Conſuetudines ſcriptæ ſunt in fauo-
rem agnationis, & maſculorum, *Conſ. Pro-
uenzal. ad Conſuet. Si moriatur, obſeruat. 22.
19 num. 21.* poſtquàm agnati conſeruant cũ
bonis, honorem decus, auctoritatẽ, & me-
moriam domus, *Andr. Prouenz. ad Conſuet.
Si quis, vel ſi qua, obſeruat 20. num. 30. cum
ſeq.* vbi alia adducit, & ideò extraneæ
20 reputandæ, quia extraneus ab agnatione
etiam dicitur, *Bald. in l. emancipati, C. de col-
21 lat.* & non mirùm ſi extranei non debent
ſperare ſucceſſionem, *Bald. in l. 1. C. de his,
quæ ante apert. tabul.* ſed ipſe Mattheus tan-
22 tùm admittendus, ſicuti agnati præferun-
tur cognatis in ſucceſſionibus, *Bart. in con-
ſil. nouiſſ. 41. num. 6.* & illos ſemper omni iu-
re excludunt, *Marta ead. ſumma par. 3. ar-
tic. 3. num. 19.* & potiùs agnati admittendi
23 quam cognati, & magis cognati, quam
extranei, *Borgn. deciſ. 26. nu. 17. par. 3.* & con-
ſequentèr ſubingreſſio videbatur ceſſare,
24 nã licet verſetur in linea collateralis, non
tamen agebatur de ſucceſſione patrui, vel
auunculi, pro qua conceditur ſubingreſ-
ſio, *Præſ de Franch. deciſ. 24. num. 5. & deciſ.
149. num. 1* ſed verſabatur in ſucceſſione
fratris conſobrini cum alijs conſobrinis
fœminis, & altero conſobrino maſculo;
25 quanquã ipſa ſubingreſſio in linea tranſ-
uerſali non excedat primum gradũ, *Mol-
feſ. ad Conſuet Neapol. par. 4. quæſt. 38. nu. 1.
& in conſ 50 num. 38 in 2. tom.* adhuc tamen
quia erant fœminæ, & ipſe Mattheus ma-
ſculus ex maſculo deſcendens, idcircò nõ
omnes deſcendentes vocantur ad ſucceſ-
ſionem bonorum aſcendentium, ſecundũ
26 *Conſuet. Neap.* ſed maſculi tantùm, exclu-
ſis fœminis, qui tenentur illas maritare
de paragio, *Molfeſ. d. par. 4. quæſt. 1. num. 4.
& 15.* multò fortiùs inter collaterales cõ-
ſobrinos, quod ſecus eſſet in vtrinq; con-
iunctis, vt declarat idem *Reg. Capyc. Latro
vbi ſupra num. 150.* qui excludunt remotio-
res in gradu, præſertim fœminæ vtrinque
coniunctæ, etenim proximiores, qui ſuc-
cedunt de iure communi, & vigore *Con-
ſuet. Si quis, vel ſi qua,* vocantur cum præro-
27 gatiua gradus, vt proximior excludet re-
motiorem remota ſubingreſſione, *idem
conſult. 61. num. 32. & 33. tom. 1.* & potiſſimũ
ſtante matrimonio contracto per ipſam
Lucretiam dotatam, & excluſam per *Con-
ſtitut. Regni, & Conſuet. Neap.*

Quæ omnia procedere videbantur in
ſucceſſione ab inteſtato, ſed in præſenti
caſu agebatur de ſucceſſione ex teſtamẽ-

to con-

Digitized by Google

to condito per Octauium relinquentem
heredem Mattheum maſculum ex maſcu-
lo deſcendentem, & proximiorem eius
conſobrinum ex patruo ſuo, & hoc caſu
28 agnationi proſpicere voluiſſe teſtatorē,
intelligitur, ex inſtitutione maſculorum,
probat *Carena reſol.* 128. *num.* 19. ſubdens
*num.* 31. *& ſeq.* quod ideò excluditur fœ-
mina quàmuis agnata, imò *num.* 32. ſequi-
29 tur, quod fœmina proximior excluditur
à maſculo remotiore, quod etiam proba-
uit *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par.* 4. *quaſt.* 27.
*num.* 6. 9. *&* 12. *& quaſt.* 56. *num.* 7. vbi in fi-
ne dixit tamen in materia iſtarum Con-
ſuetudinum, ſecus eſſe, quia fœmina ex-
30 cluditur per maſculos in eodem gradu
exiſtentes, prout latiùs dictum eſt ſupra
*quaſt.* 27. vt erat in caſu illo, ex quibus per-
31 cipitur, quod in caſu teſtamenti, in quo
fuit facta inſtitutio hæredis proximi, qui-
bus debetur ſucceſſio non admitti debet
prętenſio aliorum proximorum, prout re-
fert deciſum *Capyc. deciſ.* 98. *in fine*, ſuppoſi-
32 to quoque, quod maſculi, & deſcenden-
tes quando vocantur, ſemper intelligitur
pro conſeruatione familiæ, probat *Franc.
Maria Pratus I.C. benemeritus diſcept. foren*ſ.
*tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. & ſubdit *num.* 14. quod
33 deſcendentes maſculi vocati in perpe-
tuum, arguunt agnationis conſeruatio-
34 nem, ſed fœminæ quàmuis agnatæ ſint,
nō tamen ſunt aptę conſeruare ius agna-
tionis, vt ſubdit *num.* 58. ex ijs redditur di-
lucida altercationis reſolutio.

*Ioannes Baptiſta de Thoro.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Cauſa teſtati regulatur ſecundùm cauſam in-
teſtati.*

2 *Subingreſſio datur in linea collaterali inter
fratres conſobrinos, & filios, ſeù nepotes de-
ſcendentes ex altero fratre.*

3 Conſuet. Sed ſi Moriatur, *&* Cōſuet. Sed
ſi morienti *producuntur.*

4 *Fœmina, & deſcendentes ex eis excluduntur
per* Conſuet. Neap.

5 *Appellatione fratris fœmina non continetur,
quod ſecus de iure communi, num.* 6.

7 *Fœmina filios habens de bonis paternis, & ma-
ternis, non alterius collateralis mortui ab eius
ſucceſſione excluditur.*

8 *Paragium non debetur ſorori de bonis frater-
nis, etiam ipſi obuentis ex ſucceſſione pater-
na, nec de bonis per ipſum quaſitis, ſed vnica
ſufficit dotatio, quod ſecus eſt de iure* Conſt.
Regni, *num.* 9. *& ſic iudicatum num.* 10.

11 *Regula, quod appellatione fratris, ſoror nō con-
tinetur, limitatur num.* 12.

13 *Soror dotata, nec filij alterius ſororis dotata
etiam ſi non ſit dotata de bonis paternis, non
ſuccedit, & ſic deciſum num.* 14.

15 *Filia ſi reperitur maritata, & non apparet de
aliqua dotatione, nec interpellatione excludi-
tur à ſucceſſione fratris.*

16 *Filia dotata, cui dos promiſſa fuit in certis
tandis, & non ſoluta, agere poterit, non tamen
ad ſolutionem, vt maſculiata idem ſi habuiſ-
ſet dotem minore paragio, num.* 17.

18 *Dos an praſumatur ſoluta, vel praſumantur
iura ipſorum renunciaſſe filias.*

19 *Qualitas maſculinitatis in filia debet adeſſe
tempore delata ſucceſſionis, & idem operatur
ſolutio dotis, quod praſcriptio.*

20 *Filia ſemper eſt excluſa per Conſuetudines ab
omni ſucceſſione aſcendentium, & tranſuerſa-
lium per fratres etiam conſobrinos, quod am-
pliatur num.* 21.

22 *Soror excluſa à ſucceſſione paterna, non cenſe-
tur excluſa à ſucceſſione fratris, etiam in bo-
nis ipſius obuentis ex paterna ſucceſſione, vel
de nouo quaſitis.*

23 *Fœmina dotata à patruo, qui non habebat onus
eam dotandi, an excludatur.*

24 *Fœmina ab alio dotata contemplatione patris,
vel fratris, an excludatur à ſucceſſione.*

25 *Dos dicitur profectitia, quando fœmina ab alio
dotatur.*

## APPENDIX II.

DEceſſit Octauius de Maria filius Ia-
cobi Anelli de Maria, qui erat fra-
ter carnalis Lucretiæ de Maria, ſu-
perſtite Matthæo de Maria eius fratre
conſobrino, vniuerſali herede inſtituto,
ac Ioanna, & Prudētia Pupatellæ filiabus
dictæ Lucretiæ ſimilitèr ſororibus conſo-
brinis, ſeù amitinis, & Ianuario, & Ludo-
uico Marra nepotibus, ex altera ſorore
Fuluia Pupatella, qui omnes agunt pro
portione, & rata, quam dicunt eis compe-
tere in bonis dicti Octauij reſpectu me-
dietatis de qua non poterat diſponere, &
hoc ſub prętextu quod ſint in pari gradu
cum dicto Mattheo herede inſtituto, eſt
videndum an eis competat aliqua portio
vigore Conſuetudinis, & dico nullum ius
competere, ex infraſcriptis.

1 Cauſa teſtati per *Conſuet. Neapol. Et ſi
teſtator de ſucceſſ. ab inteſt.* regulatur ſecun-
dum cauſam inteſtati, nàm ſi quis teſta-
tus deceſſerit abſque filijs de bonis anti-
quis ſibi obuentis ab agnatis, vel cogna-
tis, poteſt diſponere de medietate, reliqua

verò medietas debet peruenire ad proxi-
miores agnatos, vel cognatos, ſubdit ea-
dem Conſuetudo, prout in *capitulis de ſuc-
ceſſ. ab inteſt.* fuit dictum.

Modo nos ſumus in caſu, quod deceſ-
ſit abſq; filijs Octauius de Maria ſuperſti-
tete Matthęo de Maria fratre conſobri-
no inſtituto hęrede vniuerſali, & ſorori-
bus de Pupatella ſimilitèr conſobrinis, &
illis de Marra filijs ex altera ſorore con-
ſobrina, qui prętendunt dictam ratam vi-
2 gore *Cõſuetudinis*, vt in pari gradu, ex quo
in linea collaterali etiã inter fratres con-
ſobrinos, & filios, ſeù nepotes, & deſcen-
dentes ex altero fratre, ſeù ſorore conſo-
brina, datur ſubingreſſio per *Cõſuet. Quod
autem, de ſucceſſ ab inteſt.*

Sed ad excluſionem prędictorum dico,
3 quod tàm per *Conſuetud. Sed ſi moriatur, de
ſucceſſ. ab inteſt.* quę loquitur in linea aſcẽ-
denti, & ſucceſſione patris, vel aui, quam
per *Conſuet. Sed ſi morienti, eod. tit.* quę lo-
quitur in linea collaterali inter fratres
carnales, & deſcendentes alterius fratris,
quam per *Conſuetud. Quod autem,* quæ lo-
quitur in caſu noſtro, inter fratres, & ſo-
4 rores conſobrinas, & deſcendentes ipſa-
rum ſemper fœminę, & deſcendentes ex
eis ſunt excluſę, *Napod.* latè *in Conſuet. Et
omnia, eod. tit. in verſ. ex maſculis, num.* 111. &
in ſpecie in caſu de quo agimus eadem
*Conſuet. Quod autem,* dicit, quod appella-
5 tione fratris, ſoror non continetur, & *Na-
pod. in d. Conſuet. Quod autem, verſ. ſoror, nu.*
298. dicit, quod ſi decedenti ſupereſt fra-
ter conſobrinus, & filij ſororis conſobri-
næ, ſolus frater ſuccedit, excluſis filijs ſo-
roris conſobrinę, & appellatione fratris,
ſoror non continetur iuxtà hanc Conſue-
6 tudinem quicquid ſit de iure communi,
*l. maximum vitium, C. de lib. præt.* & fratres
eas tenentur dotare de paragio, *d. Conſuet.
Si moriatur, & Conſuet. Eas autem, & Con-
ſuet. Sed ſi morienti, Napod. in Conſuet Si qua
mulier, verſ. abſque diſcretione, num.* 3. de mu-
7 liere habẽte filios de bonis tamen pater-
nis, & maternis, non alterius collateralis
mortui, vt ab eius ſucceſſione ſorores ex-
cludant, *Franch. deciſ. 7. Camill. de Medic.* la-
tè *in conſ. 11. num. 6 cum ſeq. vſque ad finem,*
qui in eadem cauſa conſuluit, & *Fab. Ca-
pyc. Galeota in addit. ibi num.* 19. refert *deciſ.
de Franch.* & in alijs cauſis deciſum dictas
deciſiones, & alios DD. refert *Molfeſ. p. 4.
de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.* 29. & dicit hoc in-
dubitatum de iure Conſuetud. tàm ex in-
terpretatione Prudentum, quàm ex ver-
8 bis Conſuetudinum, vt ſorori non debea-
tur paragium de bonis fraternis etiam
ipſi obuentis ex ſucceſſione paterna, nec
de bonis per ipſã quæſitis, vt ab eius ſuc-
ceſſione excludatur, ſed vnica tantùm
ſufficiat in die votorum, quicquid ſit de
9 Iure *Conſtit. Regni In aliquibus*, quaſi non
viuatur Iure Longobardorum, tot debet
habere paragia, quot ſunt ſucceſſiones, &
eſt de hoc *Pragmat. 1. de feud. detta la Filin-
10 geria,* & ſecundum hanc opinionem dicit
fuiſſe iudicatum, quicquid ipſe alitèr ſen-
ſerit *Anna alleg. 81. Aponte in tit. de ſucceſſ.
mulier. num. 6.* & alij, quos refert *Molfeſ. in
loco præallegato, Reg. Rouit. conſ. 45. num. 5. vo-
lum. 2.* & latè quoque refert *Dec. conſ. 23.
num. 18.*
11 Eſt tamen verum, quod regula prędicta
vt appellatione fratris, ſoror non conti-
neatur de Iure Conſuetud. & ipſa ſit ex-
cluſa à dictis ſucceſſionibus limitatur,
12 niſi fuiſſet maſculiata, altero ex duplici
modo: Primo, ſi fratres diſtuliſſent eam
maritare vſque ad decimumſextum annũ
quo ſuccedit in virilem portionem vna
cum alijs fratribus, ac ſi eſſet maſculus,
*Conſuet. Eas autem, & Conſuet. Si qua mulier,*
vbi *Napod. d. verſ. abſq; diſcretione,* & *Anton.
de Alex. in Conſuet. quod autem, in addit. verſ.
hic loquitur,* hoc tenet de mente *Napod. ibi
verſ. habuiſſet,* idem tenet *Afflict. verſ. quia
iſta gloſa,* qui intelligit *Napod. in d. Conſuet.
Eas autem,* ſi fuerint requiſiti fratres con-
gruo loco, & tempore, & habeant hanc fa-
cultatem, & communitèr hoc tenent *om-
nes Addentes ibi,* & referunt ſic fuiſſe deci-
ſum, quos latè refert *Franch. deciſ. 417. co-
13 lum. 1.* Secundo modo vbi pater in teſta-
mento æqualiter. & in virili portionem
eam indotatam cũ fratribus inſtituiſſet,
*Anton. de Alex. & Afflict. in d. Conſuet. Quod
autem, in præallegato verſ.* vbi ſic refert deci-
ſum, & *Piſanell. ibi in addit. verſ. pone quod ſo-
ror,* & eſt de mente *Napod. in Conſuet. Sed ſi
morienti, verſ. parentum, num.* 303. ſuperſtite
alia ſorore, vel filijs alterius ſororis, & ſu-
pereſt frater diſtinguit, an ſoror habuit
bona paterna titulo donationis, vt hoc
caſu nec ipſa, nec eius filij ſuccedant, an
verò ex cauſa ſucceſſionis, vt hoc caſu
vtantur iure maſculi, & fratrum, & per il-
lam *gloſ. Napod. Anton. de Alex. ibi verſ. circa
iſtam gloſ.* refert fuiſſe deciſum, quod in
caſu prædicto fratri decedenti, non ſuc-
cedunt ſoror dotata, nec filij alterius ſo-
roris dotatæ, ſed frater etiam quod non
ſint dotatæ de bonis paternis, & quod
tantùm ſibi ſupereſt facultas petendi le-
gitimam pro dote, ex quo maritata quam
habebit

habebit loco donationis,& non iure ſuc-
ceſſionis,& propterea frater ipſam exclu-
dit,& *Iacob. Anell. de Bottis in d. Conſuet. Sed
morienti, ſuper verſ. infinitum, num. 268. in ad-
dit. quæ incipit iſta Conſuetudo, in fine,* dicit
14 fuiſſe deciſum in S.C. maritatam à fratre
de bonis paternis, vel à patre non admit-
tendam ad ſucceſſionem fratris, idem di-
cit fuiſſe deciſum ſi fuit maritata,& dota-
ta à fratre de alijs bonis datis in eſcam-
bium bonorum paternorum, eandem de-
ciſionem ad hoc refert *Capyc. in Conſuet.
Si moriatur, in addit. quæ incip. Circa hanc Con-
ſuetudinem, in fine,* idem tenet *Camill. de Me-
dic. d. conſ. 11. num. 25.* idem dico ſi reperi-
15 tur maritata, & non apparet de aliqua
dotatione, nec interpellationem præceſ-
ſiſſe, quod adhùc excluditur à ſucceſſione
fratris, ità per plura tenet *Piſanell.* & refert
in S.C. fuiſſe deciſum *in d. Conſuet. Quod
autem, d. verſ. pone quod ſoror,* ſed quod poſ-
ſit petere paragium tantùm in bonis pa-
ternis, ex quo non apparet dotem habuiſ-
ſe, idem dicit *Camill. de Medic. in loc. præal-
16 leg.* idē dico vbi fuiſſet dotata, & ei pro-
miſſa dos in certis tandis,& non ſoluta,
vt agere poſſit ad dotem, non ad ſucceſ-
ſionem vti maſculiata, *Napodan. in Con-
ſuetud. Si moriatur, in verbo paragium, nu. 59.*
cùm ſe remictit dictis *Andrea in cap. 1. de
nat. ſucceſſ. feud. 10. collat.* vbi hoc dicit *Andr.*
latè *Molfeſ. de ſucceſſ. ab inteſt. par. 4. quæſt. 10.
17 num. 3. cum ſeq.* idem ſi habuiſſet dotem
minorem paragio, *Frecc in addit. ad Napod.
in d. verſ. paragium, num. 58. verſ. item dicendū,*
item ex curſu legitimi temporis pluſquā
annorum 30. quo in circa vixit ab anno
1547. quo nuptui fuit tradita cum Fabri-
tio Pupatello, tàm ipſa, quàm dictus eius
vir non petierunt, & per alios annos 54.
tacuerunt etiam eius filij, & nunquā con-
queſti, immò vir in anno 1564. ſe conſti-
tuit debitorem Marco dotanti in duca-
18 tis 60. quo fit alterum de tribus, vel quod
præſumitur ſoluta dos pro ea, quæ dixit
*Afflict.* in fortiori caſu, & ſatis minori tē-
pore *deciſ. 13.* & alij, quos refert *Molfeſ. d.
par. 4. quæſt. 11. in fine, Camill. de Medic. d. con-
ſil. 11. num.* .... vel quod præſumuntur iura
ipſorum renunciaſſe, *l. ſi eo tempore*, C. *de
remiſſ. pignor.* plura ad hoc,& legantur quę-
ſo *Stayban. conſ. 77. verſ. vltimo aduertatur,*
vel tempore et it excluſa ab actione quam
19 fortè habuiſſet vti maſculiata, quę quali-
tas debet adeſſe tempore delatę ſucceſ-
ſionis, & eidem operatur ſolutio dotis,
quod præſcriptio per prędictā hoc tenet,
dicit conſuluiſſe *Anton. de Alex. in d. conſil.
qui autem, verſ. parentum, in addit. quæ incipit
Quid autem,* & per 30. annos quęlibet actio
tollitur, *l. ſicut, l. omnes, & l. cum notiſſimi*,
C. *de præſcript. 30. vel. 40. ann.*

20 Dotata ergò indiſtinctè, ſemper eſt ex-
cluſa per has Cōſuetudines ab omni ſuc-
ceſſione aſcendentium, & tranſuerſalium
per fratres etiam conſobrinos, *Reg. Rouit.
conſ. 23. num. 17. poſt Cap. & Franch.* quos al-
21 legat, idem ſi maritata,& non apparet de
aliqua dote, niſi fuiſſet maſculiata altero
ex dictis duobus modis per ea, quæ dicſit
ſupradicti *Anton de Alex. & Piſanell. in locis
ſupra allegatis,* & differt Ius Regni ab hoc
Iure Conſuetudinario per *Conſtitutionem
22 In aliquibus*, ſoror excluſa à ſucceſſione
fratris etiam in bonis ipſi obuētis ex pa-
terna ſucceſſione,& de nouo quęſitis, iux-
tà *deciſ. Afflict. 178. Franch. dec. 171. & 667.*
quas refert *Dom. Fab. Capyc. Galeota in add.
ad conſ. prædictum Camill. de Medic. 11. nu. 18.
Molfeſ. in d. quæſt. 29. par. 4. de ſucceſſ. ab in-
teſtato.*

Non obſtat ſi dicerent Lucretiam ami-
tam fuiſſe dotatam à Sebaſtiano patruo,
23 qui non habebat onus tam dotandi, &
ob id non poterat eam excludere, & eius
deſcendens à ſucceſſionibus paternorū,
nec fraternorum, de quibus agitur *Napo-
dan. in Conſuet. Si moriatur, verbo ex maſculis,
verſ. patruorum, num. 113.* vide *Apoſtillam in
Conſuet. Sed ſi morienti, fol. 159. incip. Circa
iſtam Gloſ.* & alij, quos allegat *Molfeſ. d.
quæſt. 29. num. 10.* nàm vbi contemplatio-
24 ne patris, vel fratris ab alio,& de alijs bo-
nis ſoror fuit dotata, tùnc excluditur, *Na-
podan. in d. Conſuet. Eas autem, verſ. paragium,
num. 58. verſ. ſed quid ſi fratres,* facit ad hoc
*text. in l. ſi verò, §. item quicquid ff. ſolut. matr.
l. ſed ſi plures, § in arrogato, ff. de vulg. et pupill.*
vel vbi vt gerat negotium fratris, vel ve
25 patris, donec alius dotaſſet, quibus caſi-
bus dos dicitur profectitia, *l. profectitia, ff.
de iure dotium,* ſed patruus in actu dotatio-
nis voluit renunciationem paternorum,
maternorum, & fraternorum in benefi-
cium tàm Iacobi Anelli, Pauli, & Pyrri
Thomę fratrum dictæ Lucretiæ, quàm fi-
liorum hęredum, & ſucceſſorum dictorū
eorum fratrum.

Reliqua ſuppleant Domini Iudican-
tes, quibus in omnibus me ſubmicto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Conſuet. Si moriatur, *adducitur, & ponderatur*.
2 Conſuet. Si moriatur, §. eas autem, *exaratur*.
3 Conſuet. Sed ſi morienti, *qualitèr procedat*.
4 *Nouũ ius ſuccedendi per Conſuetudines, quod nàm ſit*.
5 *Frater conſobrinus ſolus ſuccedit poſt mortem conſobrini, excluſis filijs ſororis*.
6 Napod. in Conſuet. Si moriatur, § quod autem, *declaratur*.
7 *Soror conſobrina cum fratribus maſculis conſobrinis, ex diuerſis ſororibus procreata, ad ſucceſſionem auunculi in capite admiſſa fuit, & ſic deciſum, & quid è contra, num.* 8.
9 *Filius natus ex fœmina, quæ renunciauit, licet ex perſona matris ſuccedere non poſſit, quia ſe excluſit per renunciationem, adhùc ſuccederet ex perſona propria, ſi non adeſſet alter in gradu, vel eſſet ipſe proximior, vel in pari gradu*.
10 *Succeſſio inter fratres amitinis, ſeù ſorores, qualis ſit*.
11 *Soror amitina eſt excluſa ab eius fratre conſanguineo, non autem ab alijs fratribus conſobrinis*.
12 *Deſcendentes ex altero fratre ſobrino præmortuo, an ſuccedant per ſubingreſſionem*.
13 *Amita an excludat fratres conſobrinos natos ex maſculo vti proximiores in gradu*.
14 *Fœminæ agnatæ an excludantur per Conſuetudinem, ſi concurrant cum fratribus ipſarũ*.
15 *Intellectus ad* Conſuetud. Si moriatur, §. quod autem.

APPENDIX III.

Deceſſit Octauius de Maria abſque filijs, condito teſtamento, in quo inſtituit hæredem vniuerſalẽ Mattheum de Maria eius fratrem patruelem.

Prætendunt ſorores amitinæ debere cõcurrere cum dicto Matthęo ad medietatem bonorum antiquorum infra diſtrictum, de qua vigore Conſuetudinis Neapolitanæ non poterat diſponere.

Difficultas, quę mihi occurrit, quia nõ ſunt ſorores Matthęi ex eõdẽ patre, quo caſu eſſent per fratrem conſanguineum excluſę tàm à ſucceſſione aſcendentium, quàm tranſuerſaliũ, & vnica dotatio tantùm ſufficeret de Iure Conſuetudinario, ſed ex diuerſis parentibus, quo caſu Conſuetudo non dixit, & ſucceſſiuè remanet caſus ommiſſus ſub diſpoſitione iuris cõmunis, per quã ambo in pari gradu abſq; diſtreptione ſexus concurrunt, & id ex pluribus mihi ſuadetur.

1 Primò, ex verbis Conſuetudinis habetur enim in *Conſuet. Si moriatur, de ſucceſſ. ab inteſt.* quod ſeruetur prerogatiua ſexus, & ſorores à ſucceſſione aſcendentium ſunt excluſæ per eorum fratres, & tenentur illas maritare ſecundum paragium, verum per *verſ. eas autem, eod. tit.* differentibus ipſas maritare vſq; ad annos ſexdecim completos ſuccedunt, & poſſunt petere portionem virilem de bonis paternis, & maternis, vt fratres, & alij ſucceſſores, qui tenentur eas dotare. Et quandò tractatur de ſuccedendo tranſuerſalibus, loquitur *Conſuetudo Sed ſi moriẽti*, quæ duo diſponit, ampliat ſubingreſſionem, vt nedum filij fratris ſubingrediantur locum patris, ſed tota progenies fratris premortui in infinitum retineat locum illius, & fecit aliud, quod quandò in tali ſucceſſione concurrunt fœminę, quæ habeant fratres conſanguineos, excludantur, quia eorum fratres tenẽtur ipſas maritare, ſequitur *verſ. quod autem*; & nil aliud diſponitur, niſi dat etiam ſubingreſſionem, quandò tractatur de ſuccedendo alijs agnatis, & cognatis in vlterioribus gradibus exiſtentibus, quod fuit interpretatum in *fratribus* patruelibus, amitinis, vel conſobrinis, qui ſunt in quarto gradu, & ſucceſſionẽ colligitur, quod in vtroq; caſu quandò tractatur de ſuccedendo aſcendenti, quam quando tractatur de ſuccedendo tranſuerſali, ſunt excluſæ fœminæ per fratres conſanguineos.

Idq; magis apertè detegitur ex ſequẽtibus verbis dicti *verſ. quod autem*; dũm dicitur appellatione fratris, ſoror non continetur, præterquàm ſi ſoror partem vt vnus ex fratribus habuiſſet de bonis parentum, & eſt quando fratres conſanguinei diſtulerant maritare, vt dictũ erat,
2 *verſ. eas autem*; ergò de fratre conſanguineo, quia patrueles, amitini, & conſobrini non tenentur maritare ſorores ex diuerſis
3 parentibus; Rurſus *Conſuet. Sed ſi morienti*, vocat ad ſucceſſionẽ collateralis filias, neptes, & proneptes ex fratribus pręmortuis, verùm ſi habent fratres conſanguineos, ſunt fœminæ excluſæ, cum habeant fratres ipſas maritare, & dũm nil diſponitur, quando nõ habent fratres conſanguineos, non ſolùm remanet incorreptũ ius commune, ſed expreſsè per Conſuetudinem vocatę fœminæ.

Secundò, authoritate *Napod. in Conſuet. Si moriatur, num. 26.* vbi ponit nouum ius ſucce-

Digitized by Google

4 ſuccedendi, & eſt conſuetudinarium, ſe-
cundum quod ſeruatur prærogatiua ſe-
xus, ſed conditionalitèr ſi filia infra certũ
tempus dotetur de paragio, tàm in linea
deſcendenti, quàm in linea tranſuerſali.

Prætereà *Napod. alibi in d. verſ. quod au-
tem, in verſ. ſoror,* dicit ex hoc patet, quod
5 ſi aliquis deceſſit, ſuperſtite ſibi fratre
conſobrino, & filijs ſororis conſobrinæ,
ſolus fratèr conſobrinus ſuccedit, exclu-
ſis filijs ſororis conſobrinæ, præterquàm
ergo in filijs ſororis ſuæ conſanguineæ,
quæ per dotationem fuiſſet excluſa, dùm
dicit, præterquàm quia conſobrini, & pa-
trueles non tenentur illas dotare, & ſi ve-
limus dicere loqui *Napod.* in filijs ſororis
6 conſobrinæ, ex diuerſis parentibus dùm
illas excludit, ſecus de earum matre, quæ
concurreret cum alio fratre conſobrino,
quia aliàs ſi eorum mater fuiſſet excluſa
per Conſuetudinem, poſuiſſet *Napod.* ca-
ſum indubitabilem.

Et ſecundùm hanc meam opinionem,
& interpretationem conſuluit *Conſiliar. de
Georgio conſ. 30. num. 8. & 9. cum ſeq.* & ſic
ſimilitèr interpretatus fuit, & *ſubdit nu. 20.*
quod prærogatiua ſexus in materia *Con-
ſuetud.* conſideratur ſemper reſpectu pro-
prij fratris cõſanguinei tam quando ſuc-
cedunt aſcendenti, quàm collaterali, non
autem ad beneficium fratris conſobrini,
vel amitini, in quo caſu ius commune re-
manet incorreptum, & dicit ipſe, quod in
hoc nulla poterat cadere difficultas, *& ità
7 fuit in illa cauſa deciſum iunctis Aulis,* admit-
tendo ſororem conſobrinam cum fratri-
bus maſculis conſobrinis, ex diuerſis ſo-
roribus procreatam ad ſucceſſionem
auunculi in capite, vt refert *Reg. Rouitus
8 deciſum in fine ſui conſ. 23.* qui conſulerat in
eadẽ cauſa pro altera parte, *& num. 6. & 7.*
tenuerat excludi ſororem conſobrinam
per fratres conſobrinos ex diuerſo ſtipi-
te, & alitèr interpretauerat Conſuetudi-
nem, & quod non erat ſumendum argu-
mentum à contrario, & nullum ex noſtris
adent ad Conſuet. pro ſua opinione alle-
gauit.

Et *Molfeſ. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. par. 4.
quæſt. 42. in fine,* vbi loquitur de ſucceſſio-
9 ne fratris conſobini, notat, quod licet na-
tus ex fœmina, quæ renunciauit, non poſ-
ſit ſuccedere ex perſona matris, quæ ſe ip-
ſam excluſit per renunciationem, ſucce-
deret tamen ex propria perſona, ſi non
adeſſet alter in gradu, vel eſſet ipſe proxi-
mior, vel in pari gradu cum alio.

Ponderatur etiam *Napod. in Conſuet. Si
quis, vel ſi qua, nu. 347.* qui dicit inter iſtos
10 fratres amitinos, ſeù ſorores, talis eſt ſuc-
ceſſio, vt ego filius fratris ſuccedam tibi,
qui es filius ſororis patris mei, quæ eſt mi-
hi amita in bonis ipſius matris ſuæ ami-
tæ meæ, cum ſim tibi proximior ex parte
matris tuæ, & è contra, tu potes mihi ſuc-
cedere in bonis omnibus, & patris mei
auunculi quidèm tui, cum ſis mihi proxi-
mus ex parte patris mei per matrem tuam
ſororem patris mei, & ſic de linea eius; Et
ſucceſſiuè ratione æqualitatis ſeruandæ,
ſicut Octauius ſucceſſiſſet iſtis ſororibus
amitinis in bonis maternis vigore Con-
ſuetudinis, ità è contra, & ipſe ſuccedere
debet eidem defuncto in bonis paternis,
*Præſ. de Franch. deciſ. 149. num. 12.* videtur
11 dicere, quod ſoror amitina ſit excluſa
ab eius fratre conſanguineo, non autem
ab alijs fratribus conſobrinis.

Et tandem nõ ſemper eſt excluſa à fra-
tre conſanguineo, quia ſi tractaretur de
ſuccedendo fratri ſobrino, vulgò tertij,
12 concurreret cum fratre conſanguineo in
capite ad illius ſucceſſionẽ, vti caſus non
prouiſus per *verſ quod autem,* vt deciſum
refert *Franch deciſ. 24.* vbi fuerunt concluſi
deſcendentes ex altero fratre ſobrino præ-
mortuo, quia nec iſto caſu loquebàtur
ſubingreſſio, & *Iacob. Anell. de Bottis in d.
verſ. quod autẽ, in apoſtill. incip. In cauſa Ioan-
nis Hieronymi,* refert deciſionem prædi-
ctam.

Tertiò, & fortiùs ſi viueret hodie Lu-
cretia de Maria amita Octauij defuncti
ob prioritatem gradus in tertio gradu,
non obſtante ſexu excluderet Matthæum
in quarto gradu ex alio parente à medie-
tate bonorum antiquorum infra diſtrictũ
vigore Conſuetudinis, ex *deciſ. Præſ. de
13 Franch.* 157. vbi iudicatũ amitam exclu-
dere fratres conſobrinos, licet natos ex
maſculo vti proximiores in gradu, & di-
14 cit *ibi num. 6.* fœminas agnatas per Con-
ſuetudinẽm non excludi, & ità demùm
ſi concurrant cum fratribus ipſarum fœ-
minarum, & *Molfeſ in tit. de ſucceſſ. ab inteſt.
par. 4. quæſt. 42. nu. 5.* dicit, quod licet Con-
ſuetudo det ſubingreſſionem in filijs fra-
trum, & in filijs fratrum conſobrinorum
non loquitur, quando quis deceſſit ſuper-
ſtite patruo, qui eſt in tertio gradu, & fi-
lijs patrui, qui ſunt in quarto gradu, quia
iſto caſu nõ permittitur ex Conſuetudine
expreſsè ſubingreſſio, & proindè ſtandũ
eſt iuri communi, & habet locum præro-
gatiuæ gradus, ſi ergò Lucretia licet fœ-
mina excluderet Matthæum, ergò & filiæ
Lucretiæ,

Digitized by Google

Lueretiæ, quæ nunc agunt, & ſunt in eadem quarto gradu cum Matthęo coneurrere debet.

Quartò, ſi vellemus intelligere, *verſiç.*
15 *quod autem*, quod frater patruelis exeluderet ſororem patruelem, vel amitinam, quę nō eſſet ſibi cōſanguinea, reſultaret, quod frater conſobrinus, vel amitinus eſſet meliotis conditionis ad exelnſionem ſororis patruelis conſobrinæ, vel amitinæ defuncti, quoniam frater primi ordinis, qui exeludit eius ſororem cum onete dotandi de paragio tàm à bonis aſeendentiũ, quàm tranſuerſalium, & fratres patrueles conſobrini exeluderent ſorores patrueles conſobrinos, & amitas ex diuerſis parentibus abſq; onere dotandi.

Additio. *Vide Thorum in ſuo compendio verbo amitæ tertio loco, & Conſiliar. de Georgio allegas.30.num.57.*

*SVMMARIVM.*

1 *Maſculi non ſemper excludunt fœminas, ſed quando habēt onus dotandi de paragio in bonis patris.*
2 *Maſculi non ſemper in omni gradu excludunt fœminas ſolùm, in quo Conſuetudines concedunt Conſuet. ſubingreſſionem, & non vltra.*
3 Conſuet. Et ſi teſtator *producitur*.
4 Conſuet. Sed ſi morienti *adducitur*.
5 Conſuet. Sed ſi motienti, §. quod autem, *affertur*.
6 *Subingreſſio an, & quando locum habeat inter fratres.*
7 *Caſus duo ſunt expreſſi in* Conſnet. Sed ſi morienti, §. quod autē, *in materia ſubingreſſionis.*
8 Conſuet. Neap. Sed ſi morienti, *quo caſu loquatur de fœminis.*
9 *Fœminæ in bonis fraternis paragium petere nequeũt.*
10 *Portio ſororis quando ſucceſſio eſt fratris conſobrini, accreſcit fratribus vtrinq; coniunctis, vel conſanguineis.*
11 *Deſcendentes ex fœmina excluſa per ſtatutum ſunt excluſi.*
12 *Amita inſimul cum nepte ad ſucceſſionem admiſſa ex æquitate, & ſic deciſum.*
13 *Deſcendentes ex ſorore ſunt excluſæ.*
14 Conſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem, *intellectus.*
15 *Soror facit partem. & non eſt excluſa, ſed eius portio accreſcit fratri vtrinque coniuncto, & conſanguineo. & ſic deciſum.*
16 Napod. in Conſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem, ver. ſoror, *qualitèr intelligatur.*
17 *Filij ſororis conſobrinæ ſunt excluſi à fratre conſobrino, & quomodo.*
18 *Matre excluſa, excluduntur deſcendētes ex ea.*
19 *Amita in tertio gradu exiſtens, ſi viueret, an excludat fratrem conſobrinum in quarto gradu exiſtentem.*
20 *Amita excludit fratrem patruelem in ſucceſſione fratris conſobrini.*
21 Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, nu. 137. *intellectus, & num. 25.*
22 *Amita de iure communi, an excludat filiũ patrui, vel amitæ eius nepotes.*
23 *Subingreſſio an detur quando quis deceſſit ſuperſtite patruo, & filius alterius patrui, & quando militaret ſubingreſſio, num. 24.*
25 *Patruus indiſtinctè excludit nepotes, & ratio affertur num. 26.*
27 *Subingreſſio in quibus caſibus detur.*
28 *Excluſio fœminarum, & deſcendentium ex illis per Conſuetudines inducta eſt.*
29 *Soror dotata, concurrit cum maſculiata, & ſic deſcendentes ex illis.*
30 *Soror maſculiata admittitur ad ſucceſſionem.*
31 Deciſ. D. de Franch. 157. *qualitèr intelligatur.*
32 *Amita an excludat fratrem conſobrinum.*
33 Conſuet. Sed ſi motienti, & Conſuet. Et ſi teſtator *qualitèr procedant.*
34 Conſuet. Si quis, vel ſi qua, *qualitèr procedat.*
35 *Actio ad paragium datur fœminæ maritatæ.*
36 *Fœmina, quæ renunciauit habetur, ac ſi paragium haberet.*
37 *Renunciatio promiſſa à fœmina, ſi non appareat ſequuta, habetur, ac ſi eſſet facta ad excluſionem deſcendentium.*
38 *Solutio promiſſæ dotes, ac paragium præſumitur facta.*
39 *Fœminæ admiſſæ faciunt partem, & earũ portiones accreſcit ſucceſſoribus.*

IESVS

IESVS, MARIA, IOSEPH.

Leonardus de Maria
communis ſtipes.

Iacobus Anellus. — Octauius de cuius bonis antiquis ex Iacobo Anello prę obuentis agitur.

Petrus Thomaſius. — Matthæus frater patruelis Octauij, & ab eo vniuerſalis hæres inſtitutus, & Maria, & Laudonia ſorores Matthæi.

Lucretia maritata cum Fabritio Pupatella.
- Prudentia mortua poſt liť.
- Ioanna viuit.
- Fuluia mortua ante mortem Octauij. — Ianuarius, & Ludouicus Marra.

APPENDIX IV.

MOrtuo Octauio de Maria, relictis bonis antiquis ſub diſtrictu Ciuitatis Neap. ſibi ex Iacobo Anello patre obuentis, & inſtituto vniuerſali hęrede Matthęo de Maria fratre patruele, eoq; bona prędicta poſſidente comparuerunt in S. C. Ioanna, & Prudentia Pupatella ſorores amitinæ, nec non Ianuarius, & Ludouicus Marra filij ex Fuluia Pupatella altera ſorore amitina Octauij mortui, vt in Arbore, & petunt admicti ex Cōſuetudine dictæ Ciuitatis ad medietatem dictorum bonorum antiquorum, vna cum dicto Matthæo, non obſtante dicto teſtamento.

Sed partes Matthæi tuendo puto, niſi fallor, eſſe caſum expreſſum ad beneficiū Matthæi per Cōſuetudines prædictas, excluſis ipſis Ioanna, & Prudētia, ac Ianuario, & Ludouico actoribus.

In quo obmitto Ioannam, & Prudentiam eſſe fœminas, & concurrere cū Matthæo maſculo, quia per Conſuetudines non indiſtinctè maſculi excludunt fœmi-
1 nas, ſed in eo tantùm caſu, quando habēt onus dotandi de paragio fœminas in bonis patris, vt ſunt fratres vtrinque cōiuncti, & conſanguinei, *Præſ de Franch. deciſ.* 149.*num* 8.*&* 12. *deciſ.*157.*num.*6.*deciſ.*32. *num.*9.*&* *deciſ* 486. *Georg. alleg.*30 *num.*17. *P. Molfeſ. tom.*1.*ad Conſuet. par.*4. *tit de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.*32.*num.*6. *&* 18. nec iſti
2 in omni gradu excludunt fœminas ſolùm in eo gradu, in quo Conſuetudines concedunt ſubingreſſionem, & nō vltra, *Præſ. de Franch. deciſ.* 14.*num.*13. *Dom. Capyc. Galeota in conſ. Camill. de Med*, 11.*nu.*39. *&* 40.

In eo ſolùm fundatur intentio Matthęi ad excluſionem Ioannæ, Prudentiæ, Ianuarij, & Ludouici, quod agitur de ſuccedendo fratri conſobrino, ſiue patrueli ſiſtenti in quarto gradu, & ipſi deſcendunt ex Lucretia de Maria maritata, & dotata, vt inferiùs dicetur, quæ Lucretia per Conſuetudines eſt penitùs excluſa, & ſic ſimilitèr omnes eius deſcendentes ſunt excluſi, ob exiſtentiam Matthęi deſcendentis ex maſculo, & fratris patruelis cum Octauio mortuo, de cuius hæreditate agitur.

Ad quod fundandum ſunt conſiderandæ Conſuetudines, & dùm adeſt teſtamētum, Conſuetudines ſunt quatuor: Prima
3 incip. *Et ſi Teſtator, fol* 172. per quam Teſtator non habens filios diſponere de medietate bonorū antiquorū, & reliqua medietas perueniat ad proximiores agnatos, & cognatos, prout in capitulis de ſucceſſionibus ab inteſtato dictū eſt. Secunda eſt *Conſuetudo incip. Si quis, vel ſi qua fol.* 110. & per iſtam moriente aliquo, vel aliqua ab inteſtato, an bona paterna proximiores ex parte patris, admittuntur ad bona materna, proximiores ex parte ma-
4 tris. Tertia eſt *Conſuetudo incip. Sed ſi morienti, fol.* 150. ſecundum quam moriente aliquo ſuperſtite ſibi fratre, ſiuè vtrique coniuncto, ſiue conſanguineo, ac deſcendentibus, & alio fratre in infinitū, admittuntur in ſtirpes iſti deſcendentes cum fratre mortui, & iſtis patruo, & ſi cum deſcendentibus alterius fratris adſunt ſorores vtrinque coniunctę, vel conſanguineę,

excluduntur à fratribus. Quarta, & po-
5 ſtrema eſt Conſuetudo, in eadem *Conſuet.*
*Sed ſi morienti, in §. quod autem, fol.156.* &
quod eſt dictum reſpectu fratris, & deſcē-
dentium ex alio fratre dicit, Conſuetudo
procedere in alijs vlterioris gradus agna-
tis, & cognatis, & *Napod. in verbo alijs*, intel-
ligit in fratre conſobrino, ſiuè patruele,
ſiuè amitino, & ſic in exiſtētibus in quar-
to gradu, & non vltra, & ampliùs ſubdit
Conſuetudo, quod in præmiſſis, appella-
tione fratris, ſoror non continetur, niſi ſo-
ror habuiſſet partem in bonis parentum,
vt vnus ex fratribus, quia tùnc eiuſdem
eſt conditionis quoad prædicta, ac ſi eſ-
ſet maſculus, eius filij deſcendētes, quoad
id habentur, ſicut filij, & alij deſcenden-
tes ex maſculis.
6 Ex iſtis deciſionibus Conſuetudinum
volunt interpretes, & noſtri Sapiētes ſub-
ingreſſionem procedere, quando concur-
rūt frater, & deſcendētes ex altero fratre,
vel ſi concurrūt frater cōſobrinus, & de-
ſcendentes ex alijs fratribus conſobrinis,
& non vltra, quando eſſent fratres tertij,
ſiuè in quinto, vel ſexto gradu, & inter
iſtos tantùm, cum quibus habet locum
ſubingreſſio, fratres vtrique coniuncti, vel
conſanguinei, excludunt fœminas, *Præſ. de*
*Franch. d. deciſ. 24. num. 13. Dom. Capyc. Ga-*
*leota in conſ. 11. nu. 39. & 40. Camill. de Medic.*
7 Sunt ergo duo caſus tantùm expreſſi
in *d. Conſuet. incip. Sed ſi morienti, & in d. §.*
*quod autem*, ad limitationem regulæ poſitę
in *d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua*, per quam ge-
neraliēr vocantur proximiores. Primus
caſus, quando agitur de ſuccedendo fra-
tri, ſuperſtite altero fratre mortui, & ſu-
perſtitibus deſcendentibus in infinitum
alterius fratris præmortui, tùnc nō atten-
ditur regula proximitatis, ſed habet locū
ſubingreſſio in infinitum, & hic eſt caſus
*d. Conſuet. Sed ſi morienti*. Secundus eſt ca-
ſus, ſi agitur de ſucceſſione fratris conſo-
brini ſiſtentis in quarto gradu, & cōcur-
runt alter frater conſobrinus, & deſcen-
dentes in infinitum ex alio fratre conſo-
brino, ſimilitèr procedit ſubingreſſio, &
admittūtur non habita ratione proximi-
tatis, & eſt caſus *d. §. quod autē*, & ideò *Na-*
*podan. ibi num. 394.* de quo meminit *Præſ.*
*de Franch. d. deciſ. 24. num. 5.* facit regulam,
quod in toto ordine collateralium atten-
ditur prærogatiua proximitatis, exceptis
dictis duobus caſibus,
8 Circa fœminas, dictæ Conſuetndinis
duobus modis loquuntur altero in *d. Con-*
*ſuet. incip. Sed ſi morienti*, & dicitur, quod ſi
inter deſcendentes ex fratre ſunt ſorores,
& conſanguineæ non ſuccedunt cum fra-
tribus, ſed illis ſufficit paragium, & vſu ex
interpretatione receptum eſt, hoc para-
gium ſufficere de bonis paternis, & ma-
ternis tantùm, nec aliud paragium poſſe
ſorores petere in bonis.
9 Fraternis etiam per fratrem de nouo
quæſitis, *Napodan. in Conſuetud. Si moriatur,*
*num. 83. Præſ. de Franch. deciſ. 87. num. 1. & 5.*
*Anna alleg. 81. Ann. conſ. 45. num. 72. lib. 1. Re-*
*gens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de*
*ſucceſſ. mulier. num. 6. Dom. Reg. Rouit. conſ. 23*
*num. 17. & 18. lib. 1. P. Molfeſ. tom. 1. ad Con-*
*ſuetud. par. 4. tit de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt 29.*
*Camill. de Medic. d. conſ. 11. num 6. cum ſeq.*
vbi *Dom. Capyc. Galeota num. 19.* quare ſem-
per quod ſoror concurrit cum fratre vtri-
que coniuncto, vel conſanguineo, ſoror
excluditur, ſi ſucceſſio eſt de fratre, ſiue
patruo, vel fratre conſobrino, & quando
10 ſucceſſio eſt fratris cōſobrini, portio ſo-
roris accreſcit fratribus vtrique coniun-
ctis, vel conſanguineis, *Præſ. de Franch. de-*
*ciſ. 149.*
Altero modo fit mentio de fœminis in
*d. Conſuet. incip. Sed ſi morienti, §. quod autem,*
vbi dicitur, quod in præmiſſis appellatio-
ne fratris, ſoror non continetur, nec eius
deſcendentes, niſi eſſet maſculiata, & pre-
miſſa, de quibus loquitur Conſuetudo, ſūt
de primo, & de ſecūdo caſu ſuperiùs nar-
ratis, ſic ſoror remanet penitùs, & expreſ-
ſè excluſa in vtroq; caſu, tàm ſi agitur de
ſucceſſione fratris carnalis, vt in primo
caſu, quàm ſi agitur de ſuccedendo fratri
conſobrino, vt in ſecundo caſu, item erūt
excluſi eius deſcendentes in vtroq; caſu,
dùm de vtroque fit mentio per illud ver-
11 bum præmiſſis, ſicut omnes DD. conclu-
dunt, deſcendentes ex fœmina excluſa
per ſtatutū eſſe etiam excluſos ex propria
perſona, *Bece. conſ. 107. num. 2. lib.* , *Riminal.*
*iunior conſ. 731. num. 24. lib.* . *Surd. conſ. 85.*
*num. 10. lib. 1. Hartam. Piſtor. lib. 4. qq. iur. q. 7.*
*num. 22.* in terminis Conſuetudinis *Capyc.*
*deciſ. 159. ante num. 1. & deciſ. 276. num. 12.*
*P. Molfeſ. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 33. num.* . .
*Dom. Reg. Rouit. d. conſ. 23. num. 27. lib. 1.*
Ampliùs conſidero, quod illa verba in
præmiſſis appellatione fratris, ſoror non
continetur multifariam poſſunt applica-
ri, ſiquidèm dictum eſt in *Conſuetud. Sed ſi*
*morienti*, quod ſi morienti ſupereſt frater,
& deſcendentes ex altero fratre, omnes
admictuntur in ſtirpes, ſic facta eſt men-
tio de fratre, quando frater ſupereſſet, ſub
hoc nomine fratris, non cōtinetur ſoror,

& ideò

& ideò exiſtentibus deſcendentibus ex
fratre,excluditur ſoror, quæ eſt amita ip-
ſis deſcendentibus ex fratre, & ſolùm ipſi
deſcendentes ex fratre admittútur, qund
non eſt dubinm, fuit ſolùm difficultas
quando deſcendens ex fratre,eſt fœmina,
12 & concurrit cum alia fœmina,& ſic ami-
ta, & tempore *Capyc.* ex æquitate fuit ad-
miſſa vna cum nepte, vt in eius *deciſ.* 21.
*Piſarell. in d. Conſuet. Sed ſi morienti, in apo-
ſtilla incip. Nota iſtam gloſ. fol.* 153. alias quo-
tas ponit *Thorus in 1. par. compend. in verbo
neptis*, & ſic filia fratris, alias deciſiones
cõtra *Capyc.* ponit *P. Molfeſ. d. tit. quæſt.* 32.
& ideò maſculi deſcendentes ex fratre,
excludunt fœminas, item & eius deſcen-
dentes in ſucceſſione patrui, item ſi ſu-
pereſt frater, & deſcendentes ex fratre,
dicit Cõſuetudo, quod omnes admittun-
tur in ſtirpes,ſic fit mentio de fratre, quã-
do eius deſcendentes ſuperſunt,in hoc nõ
continetur ſoror,& ideò ſi adeſt frater, &
ſuperſunt deſcendentes ex ſorore,vel ipſa
ſoror,frater ſolus admi&titur,ſic ergo in
hoc primo ordine ſuccedẽdi, ſcilicet fra-
tris, ſoror,& deſcendentes ex ſorore ſunt
13 excluſi ex *d. Conſuet. Sed ſi moriẽti*, ſequitur
*§. quod autem, & diſpoſita in d. Conſuet. Sed ſi
morienti*, dicit procedere in fratribus con-
ſobrinis cum expreſſa mentione, quod
ſorores, & deſcendentes non continẽtur,
quibus ſufficit primum paragium rece-
ptum in bonis paternis, ſequitur clara
conſequentia, quod fœminæ illæ excluſę,
& deſcendẽtes ipſarum excluſi in ſucceſ-
ſione fratris conſobrini,vt eſt præſens ca-
ſus dùm dixerat, quod Conſuetudo in
præcedenti dicit procedere in *d. §. quod au-
14 tem*, qui loquitur de fratribus conſobri-
nis, & propterea per *d. Conſuet. Sed ſi mo-
rienti, cum d. § quod autem*, habemus duo di-
ſpoſita,vnum dari ſubingreſſionem in in-
finitũ, dùm agitur de ſucceſſione ſecun-
di,& quarti gradus, alterum fœminas, &
eius deſcendentes eſſe excluſos in ſucceſ-
ſione ſecundi, & quarti gradus exiſtenti-
bus perſonis contentis in Conſuetudine.

Ex duobus ergo caſus præſens, & ex-
preſſius per dictas Conſuetudines ad be-
neficium Matthęi fratris patruelis, ſine
conſobrini,& ad excluſionem dictorum
Ioannæ,Prudentiæ,& filiorũ Fuluiæ, dùm
deſcendunt ex fœmina maritata, ſcilicet
ex Lucretia de Maria, vel ex eo quod ſo-
ror,& deſcendentes ex ſorore in ſecundo,
& in quarto gradu ſunt excluſi,dum dici-
tur in Conſuetudine,quod appellatione
fratris, ſoror,& deſcendẽtes ex ſorore nõ
non continentur,vel ex eo, quod dùm iſti
deſcendentes ex Lucretia excluduntur in
terminis *d. Conſuet. Sed ſi morienti*, ſi agere-
tur de ſucceſſione fratris, ſiue patrui, vt
ibi dicitur,remanent etiam excluſi in ter-
minis *d. §. quod autem*, qui loquitur de ſuc-
ceſſione fratris conſobrini, iàm quod eſt
dictum in *Conſuet. Sed ſi morienti*, procedit
*in §. quod autem*, vt ibi dicitur.

Nec obſtaret ſi opponeretur dicta ver-
ba appellatione fratris,ſororem non con-
tineri, procedere in ſorore vtrique con-
iuncta,vel conſanguinea fratris conſobri-
15 ni, qui frater conſobrinus vellet ſucce-
dere fratri conſobrino mortuo, nàm hoc
eſt deciſum in S.C. quod dicta ſoror facit
partem, & non eſt excluſa, & eius portio
accreſcit fratri vtrique coniuncto,& con-
ſanguineo, *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 149. &
ideò ſunt intelligẽda de ſorore ſuperiori,
& ſic amita fratris conſobrini mortui, &
de deſcendentibus eiuſdem ſororis, qui-
bus ſufficit illud primum paragium habi-
tum in bonis paternis,& iſto modo intel-
16 ligitur *Napod. in §. quod autem, in verbo ſo-
ror*, vbi filios ſororis conſobrinæ conclu-
dit eſſe excluſos à fratre conſobrino, vt
17 ſint excluſi ad beneficium fratris conſo-
brini auunculi ipſis filijs ſororis cõſobri-
næ, non ad beneficiũ alterius fratris con-
ſobrini, vt in *d. deciſ.* 149. & tacitò *Napod.
P. Molfeſ. d. tit. quæſt.* 33. indiſtinctè excludit
ſororem amitam deſcendentem ex fœmi-
na,propter fratrem patruelem deſcenden-
tem ex maſculo, vt eſt præſens caſus, &
18 hoc ex ratione generali, quod excluſa
matre, excluduntur deſcendentes ex ea,
vt in ſorore amitina, *Ruin. conſ.* 15. *num.* 26.
*lib.* 3. *Brun. de ſtatut. artic.* 12. *quæſt.* 16. *Gabr.
conſ.* 1. *num.* 9. *lib.* 2. *Dom. Reg. Rouit. d. conſ.* 23.
*num.* 5. *verſ. ad ſecundum, & num.* 6. *cum ſeq.*

Neque vrget in contrarium, ſi dicere-
tur, quod ſi Lucretia viueret tanquã ami-
19 ta, & in tertio gradu excluderet in iſtis
bonis Octauij, Matthęum fratrem conſo-
brinum in quarto,& remotiori gradu; ex
his,quæ dicit *Præſ. de Franch. deciſ.* 157. *n.* 4.
*& in deciſ.* 266. *in fine*, ex *Apoſtilla Thomæ
Nanclerij*,& ideò iſtas ſorores deſcenden-
tes ex Lucretia non debent excludi, dùm
mater earum non excluderetur.

20 Nàm *Præſ. de Franch.* concludit,amitam
excludere fratrem patruelem in ſucceſ-
ſione fratris conſobrini, auctoritate *Na-
podan. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, num.* 137.
21 *fol.* 116. ſed vel *Napod.* non eſt ità intelli-
gendus, vel quando *Napod.* hoc diceret,
non vrget contra Matthęũ, verba *Napod.*

ſunt,& ſic patruus,vel amita excludit ma-
gnum patruum,& magnam amitam,& ſic
22 deinceps, & excludit etiam filiũ alterius
patrui,vel alterius amitæ,qui ſunt ſibi ne-
potes filij fratris, & ſunt defuncti fratres
conſobrini, & hoc eſt etiam de iure com-
muni. C. *commun.de ſucceſſ. l. auunculo*,ſed tu
oppones, nonne in linea tranſuerſali ha-
bet locum ſubingreſſio in infinitum, ſe-
cundum hoc ius infra eadem *Conſuetud.
verſ. ſed ſi morienti*, reſpond. quod ipſe
*verſ.* loquitur in fratre carnali ipſius de-
functi ſuperſtite,& filijs, ſeù deſcẽdẽtibus
alterius ſimilis fratris, & *ſeq. Conſuet.* lo-
quitur in fratre conſobrino ſuperſtite, &
filijs alterius fratris ſimilitèr conſobrini,
in quibus habet locum ſubingreſſio, ſed
23 quæſtio,ſeù caſus noſter eſt quando quis
deceſſit ſuperſtite patruo,& filijs alterius
patrui, vbi non permictitur expreſſa ſub-
ingreſſio per hãc Conſuetudinem, vel ſe-
quentem,ergo ſtabitur iuri communi. *d. l.
auuncula & in authent. de hered. ab inteſt. §. ſi
verò neque, collat 9.* quæ hic non corrigun-
tur, & ſtabo generalitati, ſeù *regulæ huius
Conſuetudinis Si quis,vel ſi qua,in princ.*

Et in iſtis terminis ſubingreſſionis lo-
quitur etiam *Thom Naucl. à Præſ. citatus in
d. deciſ.* 266. *in fine*, ibi, itemq; deſcendens
alterius fratris,ſubintrat in locum patris,
quod non eſt in caſu noſtro.

24 Dico Ego, quod *Napod.* dùm loquitur
de patruo,& amita, quod excludũt nepo-
tes,loquitur alternatiuè, & cum miſterio,
& in fine cõcludit de patruo in caſu ſub-
ingreſſionis, ibi, *patruus, vel amita*, exclu-
dit filiũ alterius patrui,vel alterius amitę,
qui ſunt ſibi nepotes filij fratris, & infra,
ſed quæſtio, ſeù caſus noſter eſt quando
quis deceſſit ſuperſtite patruo, referendo
25 ſingula verba *Napodani* ſingulis, patruus
excludit nepotes indiſtinctè, ſiuè ex alte-
ro fratre,ſiuè ex ſorore,de quo patruo in-
diſtinctè loquitur, & indiſtinctè, in fine
concludit de patruo,amita verò excludit
filios alterius amitæ,non autem filios fra-
tris, hoc apparet manifeſtè, dùm *Napod.*
loquẽdo de filijs fratris, dicit caſum quæ-
ſtionis propoſitæ eſſe in patruo, & in eo
26 per Conſuetudinem non dari ſubingreſ-
ſionem,ſed actendi proximitatem gradus
ex *Conſuet. Si quis,vel ſi qua*, hoc non pro-
cedit in amita, in qua licet ſubingreſſio
ordinata per Conſuetudines non applice-
tur, quam ſubingreſſionem, *Napod.* & alij
27 omnes volunt in dictis duobus caſibus,
in ſucceſſione fratris carnalis, & fratris
conſobrini ſuperſtite alio fratre carnale,
vel fratre conſobrino tantùm procedere,
vt eſt dictum, tamen remanet cum amita
ratio excluſionis, quæ excluſio amitæ eſt
non ſolùm propter fratres,ſed etiam pro-
pter nepotes, & deſcendentes ex fratre,&
ideò cũ amita remanet ſemper excluſio,&
ſi ceſſat vnum inductum per Conſuetudi-
28 nes, ſcilicet ſubingreſſio,non ceſſat alte-
rum per eaſdem Conſuetunines introdu-
ctum,ſcilicet excluſio fœminarum, & de-
ſcendentium ex fœminis, quod non fuit
tactum à *Præſide de Franch. in d. deciſ.* 157.
*num.* 4. hinc eſt,quod inter ſorores, & de-
ſcendentes ex ſororibus, non procedunt
ea, quæ per Conſuctudines conſiderantur
tur in maſculis concurrentibus cum fœ-
minis, vt eſt dotatio. & maſculiatio, ſed
29 indiſtinctè inter eos concurrunt,& ſoror
dotata concurrit cum maſculiata, & ſic
etiã deſcendentes ex ipſis, *Præſ. de Franch.
deciſ.* 412. *num. 4. verſ. & fuit iudicatum*, vt er-
go poſſint deſcendentes ex fœmina con-
currere cum maſculis, & deſcendentibus
30 ex maſculis, eſt neceſsè, quod illa fœmi-
na ſit maſculiata, admiſſa ad ſucceſſionẽ
ex Conſuetudine, quando fratres differũt
maritare,vel quando eſt ſola, *Napod. in d.
Conſuet. Sed ſi morienti,verbo neptes,num.* 272
*Camill. de medic. d conſ.* 11. *num.* 5.

Nec in *d. deciſ. S.C.* 157. fuit deciſum
31 amitam excludere filios fratris in ſuc-
ceſſione fratris conſobrini, vt putat *Pater
Molfeſ. d. par. 4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt* 42.
*num.* 5. non enim erat neceſſarium decide-
re illum articulum, quia amita erat ma-
ſculiata, *vt in principio illius deciſ. & num.* 9.
itẽ donatio de qua ibi fuit habita à S. C.
pro valida,ex qua donatione ceſſabat dif-
ficultas, & frater conſobrinus erat exclu-
ſus ab amita,proùt ex illa donatione fuit
excluſus, vt in fine illius deciſionis appa-
ret, eſt verum, quod *Præſ. ſubiungit*, S. C.
32 habuiſſe pro abſoluto amitam excludere
fratrem conſobrinum ex *d. deciſ. Napod.*
ſed *Præſes* loquitur de fratre conſobrino,
qui propriè eſt filius ſororis, non autem
loquitur de filio fratris, qui propriè dici-
tur frater patruelis, *Napod. in d. Conſuet. Si
quis, vel ſi qua, num.* 146. *fol.* 116. *P. Molfeſ.
d. quæſt* 42. *num.* 2.

Sed quando prædicta non procederẽt,
& amita excluderet filium fratris in ſuc-
ceſſione nepotis amitæ,iſtud procederet,
quia eſſet caſus ommiſſus in *d. Conſuet. Sed
ſi morienti, & in d. §. quod autem*, vt *Napod.*
de patruo dicit, & *Præſes* de amita, quæ
33 Conſuetudines loquũtur quãdo ſupereſt
frater carnalis, vel frater conſobrinus, &

extra

Digitized by Google

extra hos caſus procedunt iura commu-
34 nia,& *d.Conſuet.Si quis,vel ſi qua*, ex qua
vocantur proximiores cum diſtinctione
bonorum, vt eſt dictum, & eſt iudicatum
in *d.deciſ.266.Præſ.de Frāch.in caſu conſ.23.*
*Dom.Reg.Rouit.ibi num.2.& Georg.num.63.*
*73. & 74.* ponunt dictam interpretationē
ad Conſuetudines, ex qua interpretatio-
ne ſequitur, quod & ſi in ſucceſſione fra-
tris,concurrunt frater,& deſcendentes in
infinitum alterius fratris, & ſic nepotes
concurrunt cum patruo, dùm agitur de
ſuccedendo in ſecundo gradu, item fra-
ter patruelis, & deſcendentes in infinitū
ex altero fratre patruele concurrunt,dùm
agitur de ſuccededo alteri fratri patrue-
li, vel conſobrini, & ſic in in quarto gra-
du,& tamen ex dicta interpretatione quā-
do agitur de ſuccedendo in tertio gradu,
patruus excludit nepotem ſecundum iura
communia, & tanquàm caſus ommiſſus,
in quo non loquuntur Conſuetudines, &
hoc ex ſola interpretatione ſolis verbis
Conſuetudinum inherendo.

Hoc erit in amita,vt ipſi, & eius deſcē-
dentes ſint excluſi in omnibus caſibus
Conſuetudinis,& non vltra, quando ſcili-
cet adeſt frater, vel ſi adeſt deſcendens ex
amita,adeſt frater patruelis,vt eſt præſens
caſus,& propterea licet amita excludit fi-
lium patris in ſucceſſione ſui nepotis,hoc
procedit, quia eſt caſus ommiſſus, tamen
deſcendens ex amita, excluditur à fratre
patruele, quia eſt caſus expreſſus.

Secundū ſuperiùs concluſa, & propte-
reà conſequentia cōſiderata forſàn à par-
te aduerſa non ſequitur, ſcilicet ſi Lucre-
tia viueret,excluderet Matthęum,ergo fi-
liæ Lucretiæ debent concurrere cū Mat-
thęo,quoniam Lucretia excluderet ex ca-
ſu ommiſſo per Conſuetudinem,filiæ Lu-
cretiæ non poſſunt cōcurrere ex caſu ex-
preſsè prouiſo per Conſuetudinem, quæ
quod voluit expreſſit, quod noluit om-
miſit.

Nec eſt dubitandum Lucretiam matrē
Prudentiæ,Ioannæ,& Fuluiæ eſſe excluſā
per Conſuetudinem,dùm apparet marita-
ta à Sebaſtiano de Maria patruo, cū pro-
miſſione dotis, & cum renunciatione fa-
cienda ad beneficium fratrum Lucretiæ,
nàm aliud non requiritur, niſi à ſorore
probetur mota ex parte fratrum,quia ſuf-
ficit eſſe maritatam, & præſumitur mari-
tata abſque mora fratrum, vt ideò ſit ex-
cluſa à ſucceſſione ſecundum Conſuetu-
dines, ſolùm ſupereſt actio ad paragium,
35 hoc eſt indubitabile, *Andr.in cap.1.nu.22.*
*de nat.ſucceſſ.ſeud.* ad quem ſe remittit *Na-*
*podan.in Conſuet.Si moriatur,verbo paragium*
*num.59. Anton.de Alex in d.Conſuetud. Sed ſi*
*morienti, in addit.incip.circa iſtam gloſam, fol.*
*159.Piſanel in d.§ quod autem, in addit. incip.*
*Pone quod ſoror, fol 156. Reg. de Ponte conſ.*
*50. num.4. lib.1. Præſ. de Franch.* videndus
*d.deciſ.412.in princ. & num 3.in fine, Caput.*
*d.Conſuet Si moriatur,par.1.§.10.num.21.&*
*61.Camill.de Medic.d.conſ.11.num.16.*

Maximè prædicta procedunt,quod Se-
baſtianus patruus maritauit Lucretiam
neptem contemplatione nepotum fratrū,
ſcilicet Lucretiæ, ad quorum beneficium
voluit, quod Lucretia ampliſſimè renun-
36 ciare deberet,quo caſu habetur, ac ſi pa-
ragium recepiſſet, *Napod in d.Conſuetud.Si*
*moriatur,verbo paragium, num.58 fol.98. Pa-*
*ter Molfeſ.tit.de renunc.quæſt.10.num 24.Vr-*
*ſill ad Afflict.deciſ.178.num.14.* quæ renun-
37 ciatio promiſſa,& ſi non apparet,ſequuta
habetur, ac ſi eſſet facta ad excluſionem
deſcendentium ex Lucretia, *Surd.conſ.85.*
*num.29.Hartam.Piſtor d.lib.4.quæſt.7.nu.23.*
etiam ex longitudine,& antiquitate tem-
poris annorū 54. in quo ſpatio maritus,
vxor, & filij nunquàm de dote ſunt con-
queſti, immò maritus in anno 1564. ſe
conſtituit dotanti debitorem in ducatis
38 ſexaginta, ex quo præſumitur ſolutio
promiſſæ dotis,& paragij,ex *Affl.deciſ.13.*
*P.Molfeſ. d.par.4. quæſt.11. in fine, Stayban.*
*conſ.77. verſ.vltimo aduertatur, Ant.de Alex.*
*in d.§.quod autē,verſ.parentum,in addit. incip.*
*Quid autem, fol.159.*

Et quando fieret dubium contra Mat-
thęum, & eſſent admittendæ ſorores con-
ſobrinæ deſcendentes ex fœmina (quod
puto eſſe cōtra Conſuetudines, & expreſ-
ſus caſus ipſarum Conſuetudinum, vt eſt
plenè ſupra demonſtratum) non poſſe
fieri dubium, quod ſorores vtrinque con-
iunctæ Matthęi facerent adhùc partem,
39 & admitterentur, verum portio ipſarum
accreſceret Matthęo,vt ex *deciſ.S.C.149.*
*Præſ.de Franch.* ſuperiùs citatę. Cætera
ſuppleant Domini mei, quibus omnia
ſubicio. Neap. die

*SVMMARIVM.*

1 Conſuet. Et ſi teſtator, *enunciatur.*
2 Conſuet. Et ſi Teſtator, *refertur ad* Con-
ſuet. Si quis,vel ſi qua.
3 *Fœminæ proximiores defuncto,ex parte patris*
*cenſentur vocatæ ad ſucceſſionem.*
4 *Deſcendētes ex amita defuncti ex perſona eo-*
*rum*

*rum matri prædefunctæ, ſunt eidem defuncto patris conuenta.*

5 *Filius ſororis patris defuncti, ſuccedit illi in bonis eius paternis, vbi ratio aſſignatur.*

6 *Verba* Conſuet. *proximiores ex parte patris, qualitèr intelligantur.*

7 *Exiſtentes in pari gradu omnes ſuccedunt.*

8 *Differentia agnationis, & cognationis, eſt ſublata.*

9 Conſuet. Si quis, vel ſi qua, *vocat in bonis omnibus defuncti agnatos, & cognatos, ſicut de iure communi.*

10 *Correctio omninò euitanda, niſi expreſsè.*

11 *Diſpoſitio iuris communis tolli, quando debeat.*

12 *Conſuetudines ſe conformes reddere debent, cũ diſpoſitione iuris communis.*

13 Conſuet. allegata, §. quod autem, verſ. & in præmiſſis, *ponderatur.*

14 *Statutum vocans agnatos ad ſucceſſionem, excludit cognatos filios ſororis vocare non cenſetur.*

15 *Filius ſororis meæ eſt mihi cognatus.*

16 *Proximiores ex parte patris ſuccedunt in omnibus bonis, ex ſigno vniuerſali in textu.*

17 *Frater conſanguineus inſimul cum fratre vterino, ſuccedunt defuncto in bonis ab eo quaſitis æqualitèr.*

18 *Agnati, & cognati defuncto ſuccedunt, in omnibus bonis.*

19 *Conſuetudo dùm vocat proximiores ex parte patris, cenſetur etiam vocare cognatos*

20 *Deciſ. S.C. refertur de deſcendentibus ex fœminis, & de deſcendentibus ex maſculo, vt omnes admittantur ad ſucceſſionem prædefuncti.*

21 *Sorores tùnc excluduntur quando habent fratres conſanguineos, & ratio affertur, & numer. 22.*

23 *Sorores non excluduntur per fratres vterinos, ſed per fratres vtrinque coniunctos, & ratione oſtenditur, num. 24.*

25 *Onus dotandi, ceſſat in alijs fratribus non conſanguineis.*

26 *Conſuetudines excludentes fœminas à ſucceſſione, loquuntur cum qualitate dotandi.*

27 Conſuet. Sed ſi morienti, *qualitèr intelligatur.*

28 Conſuet. Quod autẽ, verſ. in præmiſſis, *qualitèr intelligatur.*

29 *Appellatione fratris, an ſoror contineatur.*

30 *Exceptio, præ dicatur de regala, & qualitèr.*

31 *Appellatione fratruum non veniunt, niſi qui propagantur ex vno, vel vtroque latere.*

32 *Subingreſſio fuit promiſſa filus, & deſcendentibus ex fratribus patruelibus, & conſobrinis ex* Conſuet. Sed ſi morienti, *quod fuit ampliatum per aliam* Conſuet. Quod autem, *num. 33.*

34 *Conſuetudines Neapol. correctoriæ iuris communis, non debent extendi de caſu ad caſum.*

35 *Frater patruelis, conſobrinus, vel amitinus, non excludit ſororem amitinam, vel conſobrinam à ſucceſſione alterius fratris patruelis, vel conſobrini.*

36 *Subingreſſio de iure conſuetudinario conceditur nõ tantùm filus, & deſcendentibus fratrũ carnalium, ſed etiam filus deſcendentibus ex fratribus patruelis, & conſobrinis.*

37 Conſuet. quod autẽ generalitèr loquẽs, *fuit reſtricta ad ſolos fratres patrueles, vel conſobrinos, & ſic deciſum.*

38 *Appellatione fratris, ſoror continetur.*

39 *Sorores continentur appellatione fratrum in ſubingreſſione, quando non habent fratres conſanguineos, qui eos excludere poſſit.*

40 Præſes Vincentius de Franchis *doctiſſimus, & nunquam ſatis laudatus, teſtantur Doctores.*

41 *Intellectus ad* Conſuet. Quod autẽ, verſ. & in præmiſſis.

42 *Soror quando appellatione fratris non continetur, & num. 48.*

43 *Sororis admiſſio ad partem in ſucceſſione parentum facta per patrem, vel fratrem, quæ fit ex gratia, quid operetar.*

44 *Legatum factum alicui per teſtatorem rogantem fratrem ad ſoluendum aliam quantitatẽ, an valeat, deciſio refertur.*

45 *Soror in tertio gradu exiſtens an excludat maſculum in quarto gradu exiſtentem.*

46 *Soror concurrere an poſſit inſimul cum fratre vtrinque coniuncto, ad hæreditatem nepotis.*

47 *Soror qualitèr excludatur, per fratrem à ſucceſſione.*

49 *Soror non excluditur per fratres à ſucceſſione fratris ſobrini, & ſic deciſum.*

50 *Dotatio puellæ quando non fit ab eo, qui poteſt dotare, neque ab eius hærede, an excludatur, per dotationem ab altero factam.*

51 *Dotatio vnica, an ſufficiat pro excluſione ſucceſſionis.*

52 *Soror, vt excludatur per fratres à ſucceſſione alterius fratris, de quibus bonis debet dotari, an etiam de bonis collateralium, & quid fuerit iudicatum.*

53 *Dotatio paterna vnica, excludit ſororẽ à ſucceſſione collateralium.*

54 *Filia dotata ſuccedit patri, vel fratri cum ſorore in capillo collatis dotibus.*

55 *Soror dotata excluditur à ſorore in capillo, & quando.*

56 *Dotatio voluntaria, non tamen neceſſaria, an excludat à ſucceſſione.*

57 *Filia*

57 *Filiæ ſororis dotatæ renunciantis, an ex propria perſona veniant ad ſucceſſionem conſobrini, deciſio affertur.*

58 *Dotatio matris, eiuſque renunciatio, an noceat eius filiabus, & qualitèr deciſum, numer. 59.*

60 *Dotatio facta alicui per patruum eiuſq; conſobrinum, an excludat filias dotatas à ſucceſſione alterius conſobrini.*

61 *Collatio dotis locum non habet, in linea collaterali.*

62 *Dos quando in collationem faciendam veniat.*

## Ex altera parte fuerunt ſequentia allegata in Iure.

*Fratres, & Soror vtrinque coniuncti.*

| | | |
|---|---|---|
| Lucretia de Maria, eius filiæ | Iacobus Anellus de Maria, eius filius | Pyrrus Thomas de Maria, eius filij |
| Prudentia,) Fuluia, & ) Pupatella. Ioanna. ) | Octauius. *De cuius ſucceſſione agitur.* | Matthęus, Maria, & Laudonia. |
| V.I.D. Ianuarius,) & Ludouicus ) Marra filij Fuluiæ. | | |

### APPENDIX V.

CVM obijſſet Octauius de Maria ſuperſtitibus, Matthęo de Maria eius
fratre patrueli,& Prudētia,& Ioanna Pupatella eius ſororibus amitinis, ac
V.I.D. Ianuario,& Ludouico Marra filijs
quond. Fuluiæ Pupatellæ alterius ſororis
amitinæ, & condidiſſet teſtamentum, in
quo inſtituit hæredem vniuerſalem eundem Matthęum, & in eius hæreditate
adeſſent bona ſibi obuenta à quond. Iacobo Anello de Maria eius patre, propterea prædictæ Prudentia,& Ioanna, prædictiq; de Marra filijs prædictæ Fuluiæ alterius ſororis ex illius gradu, porrexerunt
ſupplicationem in S.C. petentes declarari ad ipſos ſpectare medietatem, ſiuè omnem portionem dictorum bonorum antiquorum,eidem Octauio ab eius patre obuenrorum.de qua diſponere non poterat,
ſed peruenire debet ad proximiores ipſi
defuncto conuentos ex parte patris pro
obſeruantia *Conſuet. Et ſi Teſtator*.

Ad præſens eſt videndum de duobus
articulis.

Primò, an ipſę ſorores Prudentia, &
Ioanna poſſint concurrere in ſucceſſione
prædictorum bonorum, cum dicto Matthęo hærede inſtituto.

Secundò, an etiam ipſi de Marra ſint
admittendi, & ſic poſſint ſuccedere per
viam ſubingreſſionis ex gradu prædictæ
quond.Fuluiæ eorum matris.

1 Quòad Primum,per *d.Conſuet.Et ſi Teſtator*, diſponitur Teſtatorem abſque filijs
decedentem,non poſſe de bonis paternis,
& maternis diſponere,niſi pro medietate,
reliqua autē medietas perueniat ad proximiores agnatos,& cognatos, prout in
capitulis de ſucceſſ.ab inteſtato,hæc qui-
2 dem Conſuetudo refertur ad *Conſuet. Si quis, vel ſi qua, de ſucceſſ. ab inteſt.* vt in hac
eadem *Conſuet.*aduertit *Napod ſub nu.169.*
per quam diſponitur, quod decedente
aliquo ſine liberis proximiores ex parte
patris, ſuccedūt in omnibus bonis defuncti,præterquam in bonis maternis,&c.

Et prædictas actrices eſſe proximiores
defuncto ex parte patris ipſius, vt ad eius
ſucceſſionem ex diſpoſitione eiuſdem
3 Conſuetud. cenſeantur vocatæ, declarat
expreſſiſſimis verbis *Napod. in eadem Conſuet. Si quis,vel ſi qua,ſub nu.136, verſ.in collateralibus*, & præſertim in *verſ. vel deceſſit*,
vbi ponit caſum quando quis deceſſit relicto patruo,vel amita,vel patruo magno,
amita magna,vel deſcendentibus ex prædictis maſculis,& fœminis,& dicit eos eſſe agnatos,& cognatos,omneſq; conuentos ipſi defuncto ex parte patris, & ſic cū
in ſpecie loquatur de deſcendentibus ex
patruo,& amita,maſculis,& fœminis, clariſſimè determinat in caſu noſtro, tàm
prædictum Matthæum filium patrui de-
4 functi,quā ipſas actrices filias amitæ eiuſdem defuncti, ex perſona eorum matris
prædefunctæ, eſſe eidem defuncto ex parte patris coniunctos, & idem *Napod.* clariùs hoc idem affirmat *in eadem Conſuetud. ſub num.144* vbi inquit, quod filius
5 ſororis patris defuncti, ſuccedit eidem
defun-

Digitized by Google

defuncto in bonis eius paternis, qui pater defuncti erat ipſi ſuccedenti auunculus, *& ſubdit*, rationem aſſignando, quia ipſe filius ſororis patris defuncti dicitur eidē defuncto cōiunctus ex parte patris ipſius, & idem *Napod. ſub num* 168. *&* 169 *eiuſdem Si quis, vel ſi qua, in verſ. ex parte patris*, explicando illa verba *in eadem Conſuet adiecta ſcilicet proximiores ex parte patris*, quærit, an
6 per hæc verba voluit *Conſuet.* denotare agnatos, & concludit quod non, nàm ex parte patris poſſunt eſſe cognati vt deſcēdentes ex amita, quæ fuit ſoror patris, itē deſcendentes ex amita magna, quæ fuit ſoror aui, item deſcendentes ex ſorore patrueli defuncti, qui omnes ſunt proximiores ex parte patris, & tamen ſunt cognati, ex quo per fœminam coniunguntur. Cum igitur prædictæ ſorores actrices ſint deſcendentes ex amita defuncti, & ſic proximiores ex parte patris ipſius, ergo absq; dubio ad eius ſunt per *Conſuet.* vocatæ, & propterea æqualitèr ſuccedere debent cum prædicto Matthæo aduerſario, cum omnes ſint eidem defuncto in
7 pari gradu, & ſic in quarto, ad *text. in l. & §. quarto gradu, ff. de grad. & in §. quarto gradu, Inſtit de grad. cognit.* & declarat *Napodan. in Conſuet. Quod autem, ſub num.* 286.

Nec poterit prædictus Matthæus aliquo modo tanquàm agnatus, in ſucceſſione prædicta prælationem prætendere, nec iure communi, nec cōſuetudinario, etenim de iure communi diſponitur poſt fratres germanos, ſiuè ex vno latere tantùm, fratrumq; filios ſuccedere alios in vlterioribus gradibus exiſtentes omnes, qui in eodem gradu reperiuntur, nulla differentia inter eos conſtituenda, ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ ſint, & ſiuè per maſculi, ſiuè per fœminæ perſonam coniunguntur, ac ſubla-
8 ta differentia agnationis, & cognationis, iuxtà *text. expreſſum in §. ſi verò neque, in authent. de hæred ab inteſt. ven. collat.* 9. quę quidem iuris communis diſpoſitio minimè correcta reperitur, per has Cōſuetudines noſtras, cum nulla adſit Conſuetudo, qua diſponitur agnatum præferri cognato ex eadem parte, & in eodem gradu exiſtenti,
9 igitur dùm prædicta *Conſuet. Si quis, vel ſi qua*, vocat in bonis omnibus defuncti agnatos, & cognatos eos vocare cenſetur, prout vocati erant de iure cōmuni, aliàs induceretur iuris communis correctio, quæ omninò & quantum fieri poteſt, euitanda eſt, nec inducenda eſt, niſi expreſſè corrigatur, vt in *§. tribus, authent. quib mod.*
10 *nat. effic. ſui, collat* 7. *& Napod.* dixit *in Conſuet. Si quis habet, in verſ. ſi quis*, quod diſpoſitio iuris cōmunis multis vigilijs adinuenta, totq; conſilijs condita tolli debet,
11 niſi rationabilior ſit ratio in tollendo, quam in ſtatuendo alia, eiuſdem *Napod. loca*, ad idem plena manu congerit *Dom. Praſ de Franch. in deciſ.* 71. *num.* 10. & latiſſimè *P. Molfeſ. ad Conſuet. Neapol par.* 1. *q.* 5.
12 *num.* 9. *lib.* 1. & Conſuetudines ſe conformes reddere cum diſpoſitione iuris communis, dicit idem *D. de Franch. in deciſ.* 24. *num.* 6 *verſ. quia Conſuet iſtæ.*

13 Hoc etiam confirmatur ex *text Conſuet. in d. §. quod autem, in verſ. & in præmiſſis*, vbi dicitur, quod in præmiſſis appellatione fratris, ſoror non continetur, præterquàm ſi ſoror partem vt vnus ex fratribus habuiſſet de bonis parentum, tūc enim ipſa ſoror eiuſdem conditionis eſt quoàd prędicta, ac ſi eſſet maſculus, & eius filij deſcendentes habentur, quoàd id ſicut filij, & alij deſcendentes ex maſculis, & ſic ſi quis deceſſerit relicto fratre, & filijs ſororis partem habentis filij, & alij deſcendētes ex ſorore, eſſent ſibi cognati, cum per fœminam ſibi coniugantur, prout in ſpecie declarat *Aret. in §. cæterum, Inſtit. de le-*
14 *git agnat. ſucceſſ.* vbi inquit, quod ſi ſtatutū vocat agnatos ad ſucceſſionem, & excludit cognatos filios ſororis vocare non cenſetur, & nè deſint noſtrates, quod fi-
15 lius ſororis meæ ſit mihi cognatus, probat *Minad. in conſ.* 21. *num.* 34. cum ergò in *d. Conſuet.* vocentur etiam deſcendentes ex ſorore cum fratribus defuncti, qui ſūt agnati, quando ipſa ſoror non fuit excluſa, propterea ſequitur, quod etiam cognati cum agnatis admittuntur, quando ſunt ex eodem patre, vndè bona obuenerunt, & in eodem gradu verè, vel repræſentatiuè per viam ſubingreſſionis, & nè deſit in hoc particularis doctrina, ſic in puncto ni fallor concludit *Napodan. in præcit. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, ſub nu.* 175. vbi firmat quęſtionem, quomodò ſuccedatur in bonis à
16 defuncto quæſitis, & reſpondet dicens, quod licet ex hoc ſigno vniuerſali in *text.* appoſito, ſcilicet in omnibus bonis ſuccedāt proximiores ex parte patris, videatur corrigi ius commune, à quo ſublata eſt differentia agnationis, & cognationis in bonis à defuncto quæſitis, vt notant *Doctores C. commun. de ſucceſſ. Authent. itaque*, tamen poſteà reſoluit quæſtionē per hæc verba: *Sed hic non corrigi totalitèr, non poſſunt eſſe ex parte patris, & eſſe cognati*, vt dixi ſupra proxima *Gloſ.* & ſic non curatur hic de agnatione, & cognatione, corrigitur

tantùm

Digitized by Google

tantùm in hoc caſu, quia ſi defunctus ha-
17 bet fratrem conſanguineum,& fratrem
vterinũ de iure communi in bonis à de-
functo quæſitis ſuccedunt, & qualitèr di-
cta *Anthent. itaque*, ſed de hoc iure muni-
cipali ſuccedit frater conſanguineus tan-
tùm, qui eſt proximior ex parte patris, &
vltra hanc doctrinam adeſt alia eiuſdem
*Napod.in eadem Conſuet. ſub nu.*136.*&* 137.
vbi cum poſuiſſet caſum quando quis de-
cederet ſuperſtitibus deſcendentibus ex
patruo, vel amita, vel magno patruo, vel
magna amita, vel deſcendentibus illorũ
dicit eos eſſe agnatos,& cognatos defun-
cto, ſcilicet agnatos, qui ex maſculo, co-
gnatos verò, qui ex fœmina coniungun-
tur,& omnes eſſe eidem defuncto coniun-
18 ctos ex parte patris, & propterea inſert
eoſdem tàm agnatos,quàm cognatos ipſi
defuncto in omnibus bonis ſuccedere, &
*Apoſtil. d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, in mar-
gine fol. mihi* 122. dicit *Napod.* voluiſſe di-
19 cere,quod dicta Conſuetudo,quando vo-
cat proximiores ex parte patris, non ſolũ
cenſetur vocare agnatos, ſed etiã cogna-
tos,quod etiã ſequitur *Reg.Conſ. de Geor-
gio in alleg.*30.*ſub num.*7.& ſecundum hanc
meam opinionem fuit nouiſſimè deciſũ
per S. C. iunctis Dominis duarum Aula-
20 rum,cum interuentu Spectab.Præſidis,in
cauſa Magnificorum de Follerijs, cum
Magnificis Sororibus de Rendina,in ſuc-
ceſſione quond. Magnif.Scipionis Rendi-
na,vbi licet prædicti de Follerio eſsẽt co-
gnati defuncto vti deſcendentes ex fœmi-
na, prædictæq; Sorores de Rendina agna-
tæ vti deſcendentes ex maſculo,nihilomi-
nus nullo habito diſcrimine agnationis,
& cognationis ad ſucceſſionem prędicti
Magnifici Scipionis omnes correſpectiuè
fuerunt admiſſi,& ex ijs euidẽtiſſimè pa-
tet, nulla habita ratione de agnatione
prædictas actrices ex parte patris defun-
cto coniunctã,& in eodem gradu exiſten-
tes æqualitèr cũ eodem Matthęo aduer-
ſario ſuccedere debere.

Remanet modo videndũ, an prædictus
Matthęus tanquã maſculus, poſſit aliquo
modo prætendere ſe eſſe præferendum
prædictis actricibus, ſororibus amitinis,
pro cuius articuli ſolutione, propono re-
gulam expreſsè poſitam, per *text. in Con-
ſuet. Sed ſi morienti in fine*, in ſpecie loquen-
te in ſucceſſione tranſuerſaliũ,quod tùnc
tantùm ſorores excluduntur, quando ha-
21 bent fratres conſanguineos.& idem *text.*
aſſignat rationem videlicet, cum fratres
ipſas habeant maritare, vt ſuperiùs dictũ
eſt,& ibi *Napodan.in verſ.conſanguineos*, de-
clarat ex eodem parte, & idem *Napod. in
verſ. cum*, dicit eam dictionem poni, pro
qua, & ſic in vim cauſæ,quaſi velit dicere,
quod onus maritandi, quod imponitur
tantummodò fratribus conſanguineis eſt
cauſa, quare ipſi ſorores excludũt,& pro-
pterea notat ex eadem *Conſuet.* quod tan-
22 tummodò conſanguinei fratres tenẽtur
ſorores maritare, non autem vterini,pro-
ut idem dicit fuiſſe diſpoſitum de iure
communi, per *text.in l. cum plures*, §. 1. *ff. de
admin tutor.& idem in Conſuet. Si moriatur, à
num.*113.*vſque ad nu.*118. dicit,quod ideò
frater excludit ſororem, & filius fratris
amitam,quia officium,quod erat paternũ
dotandi filiam, tranſit in ipſum filium, &
ſic efficitur fraternum, & propterea ſi fi-
lius concurreret cum nepte ex fratre eam
etiam dotando nõ excluderet,quia quod
patruus dotet neptem,nulla lego cauetur;
Præterea hæc eadem regula probatur in
23 *Conſuet. Si qua mulier*, vbi ſtatuitur, quod
etiam ſi agatur de ſucceſſione matris,quę
eſt aſcendens,& ſic caſus fortior, tamen
ſorores non excluduntur per fratres vte-
rinos, ſed tantùm per fratres vtrinq; con-
iunctos, vbi *Napod.in princ. ſub nu.*1.*in fine*,
24 aſſignat rationem, quare frater vterinus
non excludat ſororem, quia eam non te-
netur maritare, vel propter diuerſitatem
ſeminis, & ità etiam declarat *Dom. Præſ.
de Franch deciſ.*26 *num.*6. qui adducit *Na-
podan. in præcitatis locis*, & optimè,& latiſſi-
mè cõprobat, & declarat idemmet *Dom.
Præſ.deciſ.*375.*num.*4.5.6.*&* 7.vbi loquitur
in ſpecie de collateralium ſucceſſione, &
concludit ſororem non excludi, niſi tan-
tummodò per fratrem conſanguineum,
ex quo ipſe ad eam dotandam tenetur, &
propterea cum in fratre vterino, de quo
25 ibi agebatur, ceſſet prædictum onus do-
tationis,ceſſare idemq; debet excluſio,ad
quod etiam adducit *addit. Capyc. & Mar-
tial.in eadem Conſuet. Si qua mulier*, licet idẽ
*Dom.Præſ.in deciſ.*543.*num.*3.*verſ.ex aduer-
ſo,& num.*4.& præcipuè *in fine* declarat ſo-
rorem excludi per fratrem vtrinque con-
iunctum, vel conſanguineũ propter onus
dotationis, & alios ad hoc allegat, & *D.
Regens de Ponte in conſ.*39.*num.*25.26.*&* 27.
optimè inquit, quod extra fratres non
adeſt Conſuetudo, quæ fœmina excludat,
26 &quod Conſuetudines excludentes ſoro-
res, loquutæ fuerunt cum qualitate dota-
tionis,& ſic de illis ſororibus quas fratres
dotare tenẽtur, & adducit prædictas *Con-
ſuet. & dicta Napodan. in ſupradictis locis*, ex

infert, quod quando frater fœminam do-
tare non tenetur, eam non excludit, quia
qualitas,& onus dotationis cauſat exclu-
ſionem, cum ergo frater patruelis non te-
neatur dotare ſororem amitam, nullo iu-
re *ex* ſupradictis eam excludere poteſt.

Quod etiam approbatur,ſiquidèm fœ-
minarum excluſio in linea tranſuerſali,
prout eſt caſus noſter fundatur tantum-
modò in *d Conſuet. Sed ſi morienti,in verſ. in
præmiſſis*,vtraq; *Conſuet.* loquitur in fratri-
bus vtrinq; coniunctis, vel cõſanguineis,
27 nàm dicta *Conſuet. Sed ſi morienti* vltra ſu-
pra adducta,ſic intelligit ibi *Napodan. ſub
num.272. in verſ. neptes*, vbi tractando de
ſucceſſione neptum in bonis patrui,con-
cludit, quod ipſe ſuccedunt ſi ſunt ſolæ,
nàm ſi habent fratres conſanguineos, ex-
cluduntur,vt in *d.Conſuet.Sed ſi morienti,&
in eadem Conſuet. Quod autem.ſub num.287.*
clariſſimè inquit *d.Conſuet.Sed ſi morienti*,
loquitur in fratribus in ſecundo gradu
exiſtentibus, ad quod etiam probandum
ponderantur verba eiuſdem *Conſuet. Sed
ſi morienti*, ibi: *Cum fratres habeant marita-
re*, vt ſuperius dictum eſt, quæ verba *mari-
tare*,intelligũtur de bonis paternis,mater-
nis,vel aſcendentium,ſecundum *Capye.in
deciſ 92. in princ. & Piſanell.cit. per Dom. de
Franch. in deciſ.87.nu.9. Reg.de Ponte de po-
teſt.Proreg. in tit.de ſucceſſ.mulier. num.6.&
Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. par 4. quæſt.29.
nu.18.lib.1.*& dotare ſorores de bonis pa-
ternis, maternis,vel aſcendentium, non
ſpectat ad alios, niſi ad fratres vtrinque
coniunctos, vel conſanguineos, vt eſt no-
tum.

28 Et prædictam *Conſuet. Quod autem, in d.
verſ. in præmiſſis*, adhùc loqui in fratribus
carnalibus, probat,idemmet *Napodan. ibi
num.298.verſ. item nota*,vbi dicit,quod in
caſu iſtius *Conſuet.* præcedentis appella-
tione fratris, ſoror non continetur, ſed
*Conſuet.præcedens,Conſuet.prædicta Sed ſi mo-
rienti*,quæ loquitur in fratribus, & ſorori-
bus vtrinque coniunctis, & cõſanguineis,
ergo, quod etiam clariſſimè probatur ex
verbis eiuſdem *Conſuet.* quod autem, ibi
29 appellatione fratris, ſoror non contine-
tur, præterquàm ſi ſoror partem vt vnus
*ex* fratribus habuiſſet de bonis paternis,
& maternis,ſecundum *Anton.de Alex.ibi in
Addit. incip. Circa iſtam Gloſ.in fine, fol.*159.
& ſic *d.Conſuet. Quod autẽ, in d.verſ. in præ-
miſſis*, appellatione fratris, ſoror non con-
tinetur. Secundo limitationem ad regu-
lam ibi, præterquàm ſi ſoror, &c. hanc
quidem limitationem loqui in fratribus
vtrinque coniunctis, vel cõnſanguineis,
dubio procul eſt, quia vt ſoror habeat
partem vt vnus ex fratribus de bonis pa-
ternis, & maternis, non conuenit,niſi ſo-
roribus vtrinque coniunctis, vel conſan-
guineis, meritò de ijs etiam regula intel-
30 ligi debet, exceptio prædicatur de regu-
la, & illi cõueniri debet,& ſicut exceptio
continet actus inter viuos,ità & regula de
illis intelligi debet, *Surd.* poſt alios à ſe
congeſtos *in deciſ.124.num.13.& deciſ.225.
num. 2.*

Si modo *Conſuetudines prædictæ* loquan-
tur in fratribus, & ſororibus carnalibus,
fratres patrueles nullo iure poſſunt com-
prehendere, nec ad eos extendi.

Non permictitur comprehenſio, quia
cùm loquuntur de fratribus,& in ſpecie
de fratribus conſanguineis, non veniunt
31 patrueles,quia appellatione fratrum non
veniunt, niſi qui propagantur ex vno,vel
ex vtroq; parente, *l.1. § quarto, & l. Iuriſ-
conſultus, §.frater quoque, ff. de grad.* & in ter-
minis *Conſuet noſtræ Napod.in d.Conſuetud.
ſed ſi morienti, ſub num.*267. & in *Conſuetud.
Quod autem,num.285.&* 299.quod autem
32 probat *text. in Conſuet. Sed ſi morienti*, vbi
licet fuit permiſſa ſubingreſſio in filijs,&
deſcendentibus ex fratribus in ſecundo
gradu exiſtentibus,quia non comprehen-
debantur filij,& deſcendẽtes ex fratribus
patruelibus, vel conſobrinis, fuit neceſsè
33 ſuperaddere ſequentem *Conſuet. Quod au-
tem*, ampliantem eandem ſubingreſſionẽ
etiam in deſcendentibus ex fratribus pa-
truelibus,vel conſobrinis,vt laté explicat
*Napod.in eadem* Conſuet. *Quod autem,ſub nu.
285. & 286.* & properea nõ ſine miniſte-
riò quando *d. Conſuet. Quod autem* voluit
oſtendere diſpoſitionem *d. Conſuet. Sed ſi
morienti*,non dixit idem procedere in fra-
tribus patruelibus, vel cõſobrinis,ſed di-
xit in alijs vlterioribus gradibus exiſten-
tibus agnatis,& cognatis,appellando eos
agnatos, & cognatos, non autem fratres.

Secũdò,prædictæ *Conſuetudines* nec poſ-
ſunt extendi ad prædictos fratres patrue-
les,vel conſobrinos, quia dùm excludunt
34 ſorores per fratres à collateralium ſuc-
ceſſione, ſunt correctoriæ iuris commu-
nis, & ſic non debent extendi de caſu ad
caſum, nec de perſona ad perſonam ea-
dem vel maiori ratione militãte, ſed tan-
tùm debent intelligi in caſibus,in quibus
loquuntur *Dom.de Franch.deciſ.71.num.10.
deciſ.11.num.2.& deciſ.378.num.3. Anna al-
legat.70.num.43. & allegat.117.num.6. Con-
ſiliar. de Georgio allegat.25. num.1. Conſiliar.*
*Theodor.*

Digitized by Google

*Theodor alleg.1.num.6.& alij*, vt eſt notum.

35 Et ne deſit in caſu de quo agitur particularis doctrina, quod ſcilicet frater patruelis conſobrinus, vel amitinus, non excludat ſororem amitinam, vel conſobrinam à ſucceſſione alterius fratris patruelis, vel conſobrini, ità expreſsè, & ſuccintè per prædictas rationes tenuit, & pro abſoluto habuit *Dom. de Franch. in deciſ.149.num.12. circa medium, verſ. & ex prædictis*, quem etiam refert, & ſequitur *Conſil. de Georgio in alleg.30.num.17.& 22.verſ. ſed in caſu noſtro*.

Quò verò ad Secundum articulum, an ipſi Fratres de Marra ſint admittendi ad ſucceſſionem eiuſdem Octauij defuncti ex gradu prædictæ quond. Fuluiæ eorum matris & ſimilitèr ſororis amitinæ prædicti quond. Octauij.

36 Dico omninò ipſos eſſe admittendos, pro cuius concluſionis fundamento propono, quod de iure Conſuetudinario ſubingreſſio non ſolùm conceditur filijs, & deſcendentibus fratrum carnaliù, *d. Conſuet. Sed ſi morienti*, verum etiã filijs, & deſcendentibus ex fratribus patruelibus, vel
37 conſobrinis, vt in *d. Conſuet Quod autem*, quæ licet loquatur generalitèr in alijs agnatis, & cognatis, tamen fuit reſtricta, & intellecta ad ſolos fratres patrueles, vel conſobrinos, vt tenet *Napod. ibi in verſ. in alijs*, & ità fuiſſe deciſum iunctis Aulis per S.C. teſtatur *Dom. de Franch. in d. deciſ.24. & Reg. Ronit. in conſ.23.num.3 lib.1.* cum ergo ſumus in amitinis, non eſt dubium nos eſſe in gradu per Conſuetudinẽ admiſſos.

Remanet propterea videndum, an prædicta ſubingreſſio habeat locum in caſu noſtro, in quo iſti fratres de Marra prætendunt ſubingredi in gradum prædictæ eorum matris, & ſic in locum fœminæ per Conſuetudinem ad ſuccedẽdum admiſſæ.

38 Pro cuius articuli reſolutione eſt conſtituenda regula, quod appellatione fratris, ſoror quoq; continetur, *l. Lucius, ff. famil. erciſc. l. tres fratres, ff. de pactis, l. Lucius, §. quoties, ff. de leg.3. §. ſi verò inteſtatus, auth. de non elig. ſecund. nub.* & ità per prædicta iura poſt *Bart. & alios DD.* etiam in terminis ſtatuti loquentis de ſucceſſione fratrum, declarat *Aret. inſtit. de leg. agnat. ſucceſſ. in princ. num.3. aliàs 4. verſ. quæro an appellatione fratris*, & in materia *Conſuet noſtræ* ita declarat *Napod. ibi num.299. verſ. ſoror*, & punctualiſſima ad finem ſubingrediendi in gradu ſororum, quod in prædicta *Con-*
39 *ſuet.* loquente de ſubingreſſione deſcendentium ex fratribus comprehendantur ſorores ſunt deſcendentes ex eis, quando non habent fratres conſanguineos, qui eas excludere poſſet, in ſpecie latè probat, & declarat *Dom. Præſ. de Franch. deciſ.652. per totam*, vbi in fine ſic iudicatum refert, eum citat, eiuſq; opinionẽ comprobando ſequitur *Molfeſ. ad Conſuetud. par.4. quæſt.36.num.10. & Thor. in compend. S.C. in*
40 *verbo abneptis*, & hæc ſententia *Dom. Præſ.* eſt in maxima veneratione habenda, quia ipſe vt teſtatur *Reg. de Ponte conſ.24 vol.2.* fuit vir doctiſſimus, & nunquam ſatis laudandus, prout teſtantur etiam exteri viri ſimilitèr doctiſſimi, prout *Menoch. præſ.83. num 6. in fine, & præſumpt.99. num 30. in fine lib.4 & Peregr. in conſ.11.num.5. lib 1.* cum appellat peritiſſimũ in toto Regno Neapolitano, & præcipue in materia noſtrarũ Conſuetudinum eſt præ alijs in maxima auctoritate, cum in earum interpetratione diuinè ſcripſerit.

41 Nec prædictis obſtat *text Conſuet. Quod antẽ in verſ. & in præmiſſis*, vbi dicitur, quod appellatione fratris, ſoror non cõtinetur, quia loquitur de ſorore excluſa, non antè incluſa ad ſuccedendum, tùnc enim appellatione fratris continentur, & eſt locus ſubingreſſioni, quod probatur ex particulari doctrina *Napod ibidem ſub num.301.*
42 vbi inquit hæc verba; *Soror excluſa, non continetur appellatione fratris, vt hic, ſoror autem incluſa ad ſuccedendum iure vtimur maſculorum*, eadem *Conſuet. Si moriatur*, & ſic tùnc cõtinetur appellatione fratris, quod eſt notandum, quod etiã comprobat ſub *num.302. & 303.* vbi inquit, quod ſi filia habeat de bonis paternis per formã ſucceſſionis, cenſetur vt maſculus, ſeù maſculiata, vel cenſetur vt frater, & vtitur iure fratrum, quod etiam euidentiſſimè probatur ex eodem *text. Conſuet. Quod autem, in d. verſ. & in præmiſſis*, ibi: *Præterquam ſi ſoror partem vt vnus ex fratribus habuiſſet de bonis parentum, tùnc enim ipſa ſoror eiuſdẽ conditionis eſt quoad prædicta, ac ſi eſſet maſculus, & eius filij deſcendẽtes ex maſculis*; ex quibus verbis clariſſimè apparet, quod mens prędictę *Conſuet.* non fuit ſtatuere abſolutè, quod ſub appellatione fratris, ſoror non contineatur, ſed dumtaxàt quando fuiſſet excluſa per fratrem conſanguineũ ſuperſtitem, cum exceptio debeat eſſe de regula, & declarat regulam vt ſupra probauimus, & ſic ſenſus *Conſuet.* eſt, quod ſoror fuerit excluſa per fratrem vtrinq; coniunctum, vel conſanguineum, tùnc nec ipſa, nec eius deſcendentes admittuntur ſin

ad partem fuerit admiſſa in ſucceſſione
parentum,tunc ipſa eiuſdem conditionis
eſſet quòad prædicta,prout ſi eſſet maſcu-
lus, & ſic deſcendẽtes ex ea admictuntur,
proùt ſi eſſent deſcendentes ex maſculis.

43 Modo dicitur, ſi admiſſio ſororis ad
partem in ſucceſſione parentũ facta per
patrem,vel fratrem, eam ad ſucceſſionem
parentis admictentem, quæ fit ex gratia
operatur, quod in ſucceſſione eorundem
parentum ſuccedant tàm ipſa, quàm eius
filij,& deſcendentes, proùt ſi eſſent filij,&
deſcendentes ex maſculis, quemadmodũ
latiſſimè declarat *Dom. de Franch. in deciſ.*
*412.num.2.verſ.vnde*, & ſub *num.4. verſ.di-*
*cebat tamen*, nepotes licet de iure gratia
debet ſtrictè interpetrari, nec ad conſe-
quentiam ſic producenda, *l.quod verò,ff.de*
*leg.* propterea multò magis eadem exce-
ptio poſita in *d.Conſuet.* procedere debet
in caſu noſtro, in quo non ex gratia, ſed
de iure, & ſic ex diſpoſitione *Conſuet.* ſo-
ror amitina tanquàm non habens fratrẽ
vtrinq; coniunctum, vel conſanguineum
ad ſucceſſionem admictitur,vt ſupra pro-
batum eſt.

Et ex ijs clariſſimè fundatum apparet
tàm ipſas actrices ſorores amitinas de-
functi, quàm ipſos fratres de Marra filios
alterius ſororis amitinæ prædefunctæ per
viam repreſentationis eſſe tàm ex verbis,
quàm ex mente *Conſuet.* ſimul cum præ-
dicto Mattheo ad ſucceſſionẽ dicti quon-
dam Octauij ſuper medietate bonorum
paternorum,de quibus diſponere non po-
terat omninò admictendos.

Nouiſſimè per eundem Mattheũ con-
uentum fuerunt productæ quædam ſcri-
pturæ, ex quibus apparet per quond. Se-
baſtianum de Maria patruum eiuſdem
Lucretiæ,& matris actricum, & Marcum,
& Aloyſium de Maria filios prædicti Se-
baſtiani,fuiſſe promiſſas dotes quond. Fa-
britio Pupatellæ viro dictæ Lucretiæ de
pecunia tàm dicti Sebatiani, quàm verò
de pecunia ipſiuſmet Lucretiæ, ac etiam
Hieronymi de Maria patrui eiuſdem Lu-
cretiæ.

Inſuper idemmet Mattheus conuentus
produxit alias ſcripturas, ex quibus ap-
paret quond. Magnificum Horatium de
Maria in eius teſtamento reliquiſſe dictæ
Ioannæ Pupatellæ vni ex actricibus duca-
tos 200.& rogaſſe dictum quond. Octauiũ
44 eius fratrem,de cuius ſucceſſione agitur,
quod tempore maritagij prędictæ Ioannę
de ſuo ſolueret eidem Ioannæ alios du-
catos 200. ad complementum duc. 400.
ad quorum ſolutionem,fuit poſteà dictus
Octauius condemnatus per S.C. vigore
voluntatis & diſpoſitionis paternæ,& fra-
ternæ, & cum eos tandem coactus vigore
prædictæ ſententiæ depoſitaſſet, fuerunt
eidem Ioannæ,& pro eo Carolo Coppula
eius viro liberati, de qua deciſione me-
minit *Thorus in compend. deciſ. Regni tom.1.*
*verbo legatum incertæ quantitatis*.

Modo reſpondendo ad prædictam pri-
mam dotationem,ſiuè promiſſionem do-
tis factam pro prædicta Lucretia dicitur
primo, quod etiã ſi prædicta Lucretia ad
præſens viueret,& ipſa pretenderet,ſucce-
deret prædicto quond. Octauio eius ne-
poti,de cuius ſucceſſione ad præſens agi-
tur, adhùc abſq; dubio admictenda eſſet,
nec vigore talis dotationis, vel promiſ-
ſionis excludi poſſet.

Et Primò,nam certiſſimum eſt prædi-
ctam Lucretiam à prædicta ſucceſſione
Octauij per prædictum Mattheum exclu-
di non poſſe: imò ipſam vti proximiorẽ,
& in tertio gradu exiſtentem, prædicto
45 Octauio ab eius ſucceſſione eundẽ Mat-
theum in quarto gradu exiſtentem om-
ninò excludere,vt eſt *text. in l.auunculo, C.*
*communia de ſucceſſ.* tenet expreſsè *Napod.*
*in d.Conſuet.Si quis,vel ſi qua,num.137. verſ.*
*& ſic patruus*, & fuiſſe hoc habitũ pro ab-
ſoluto in S.C. iunctis Aulis,refert *Dom.de*
*Franch.in deciſ.157.nu.11.* & ſequitur *Mol-*
*feſ ad Conſuet.Neap.par.4.quaſt.42.lib.1.*

46 Quinimò ſi cum eadem Lucretia con-
curreret frater vtrinq; coniunctus, & ſic
pater coniuncti,adhùc tamen à ſucceſſio-
ne prædicti Octauij nepotis, ipſa non ex-
cluderetur, ſed omnes concurrerent,pro-
ut in ſpecie tenet *Piſanell. in Apoſtilla ad*
*Napod.in d.Conſuetud.Si quis,vel in imargine*
*fol.116.* quem refert, & ſequitur *Anna in*
*conſ.45. num.77. lib.1.* & fundatur hac ra-
tione, licet enim per *Conſuetud.* ſoror ex-
47 cludatur per fratrem à ſucceſſione, nihi-
lominus procedit in caſibus præmiſſis,
nàm dicit *Conſuet.* quod in præmiſſis ap-
pellatione fratris,ſoror non continetur,&
caſus præmiſſi in *Conſuetudine* ſunt in ſuc-
48 ceſſione aſcendentium, vt in *Conſuet. Si*
*moriatur*, & in ſucceſſione collateralium
lineæ ſuperioris,& ſic fratris,vel patrui,vt
in *d.Conſuet.Si morienti*,ſed quod ſoror ex-
cludatur à ſucceſſione nepotis,& ſic lineę
inferioris non eſt in aliqua *Conſuet.* præ-
miſſum, & ſic eſt vltra præmiſſa, & proin-
dè remanet ſub diſpoſitione iuris com-
49 munis,quo omnes ſuccedunt,vt eſt notũ,
& ex hac ratione fuit deciſũ in S.C. iun-
ctis

ctis Aulis, vt refert *D. de Franch. in deciſ.* 24. *in fine*, quod ſoror non excluditur per fra-
trem à ſucceſſione fratris ſobrini, vulgo
dicti fratris tertij, ex eo quod iſte caſus
non erat promiſſus in *Conſuet.*

Cum ergo ipſa Lucretia à ſucceſſione
prædicta, nec per fratrem, nec per prædi-
ctum Matthęum nepotem excludi poſſit,
propterea ſequitur, quod eius dotatio ip-
50 ſam excludere non valet, prout in ſpecie
declarat *Reg. Conſil. de Georgio in alleg.* 30.
*num.* 22. nàm dotata non excluditur ſim-
plicitér propter dotationem, ſed etiam
propter maſculum ei præferendum, pro-
ut in puncto dicit *Napodan. in d. Conſuet.*
*Si moriatur, nu.* 33. & ratio eſt euidens, quia
51 per *d. Conſuet. Sed ſi morienti*, ſuper qua
DD. regnicolæ fundarunt quæſtionem,
quod vnica dotatio ſufficit, vt exclu da-
tur à ſucceſſione collateralium, diſponi-
tur quod ſoror excluditur per fratrem à
ſucceſſione alterius fratris præmortui, vel
patrui, cum frater ipſam habeat maritare,
vt ſuperiùs dictum eſt; hinc fuit dubita-
52 tum, an vt ſoror excludatur per fratrem
à ſucceſſione prędicta, debeat idemq; do-
tari de bonis paternis, vel maternis tantū,
& licet quidam fuerunt in opinione, inter
quos fuit *Vinc. de Anna in allegat.* 70. 81. & 107. quod ſoror debeat etiam dotari de
bonis prædictis collateralium, à quorum
ſucceſſione excluditur, nihilominus opi-
nio contraria fuit recepta, & ſic paſſim
iudicatum tàm in S. C. quàm in Regio
Collaterali, & ſic vt ſoror excluſa per fra-
trem à collateralium ſucceſſione, ſufficit
tantùm dotari de bonis paternis, vel ma-
ternis, & ſic inoleuit illa communis regu-
la vnicam dotationem in terminis *Conſue-
tud. Neap.* ſufficere, vt ab omnium ſucceſ-
ſione excludatur.

Et ex ijs colligitur, quod dotatio eſt
ipſa ſola, quæ excludit ſororem à ſucceſ-
ſione; quia ipſa erat, an illa iàm excluſa
per dictam *Conſuetud. Sed ſi morienti*, ſed
benè prædicta dotatio de bonis paternis,
& maternis efficit, vt ſoror excluſa, non
poſſit aliam dotationē habere ſuper bo-
nis collateralium, à quibus excluditur,
vndè cum in caſu noſtro prædicta Lucre-
tia non excludatur à prædicta ſucceſſio-
ne Octauij, & ſic non certat de dotatione
ſuper bonis eiuſdem Octauij ex cauſa ex-
cluſionis, propterea omninò ceſſat mo-
tiuum dotationis, ex aduerſo adductum,
53 & ideò omnes DD. tenent, dotationem
paternam, licet vnicam excludere dotatā
à ſucceſſione etiam collateraliū loquun-
tur, & ponunt caſum quando cum dotata
concurrit conuentus, vel conſanguineus,
& tractatur de ſucceſſione collateralium
lineæ ſuperioris, prout *Anna in d. alleg.* 70.
81. & 107. *Fab. eius filius conſ.* 45. *num.* 74.
*Dom. de Franch. deciſ.* 87. *et deciſ.* 412. *in princ.*
*Camill. de Medic. in conſ.* 11. & *Reg. Rouit. in
conſ.* 23. *num.* 18. & *conſ.* 68. *nu.* 14. *lib.* 1. hinc
54 eſt, quod filia dotata, ſuccedit patri,
vel fratri cū ſorore in capillo collatis do-
tibus, vel detracto ab in capillo, conſimili
paragio. *Napod. in d. Conſuetud. Si moriatur,
num.* 31. *Afflict. deciſ.* 161. & poſt alios DD.
& deciſiones S. C. latè firmat *Reg. Rouit.
d. conſ.* 23. *num.* 11. & 12. quod ſi ſola dota-
tio cauſa eſſet excluſionis dotata nō ſuc-
cederet, & à ſorore in capillo excludere-
tur, prout eſt in ſucceſſione feudorū qua-
55 ternatorum, in quibus viuitur Iure Fran-
corum, ex quo ſola dotatio eſt cauſa ex-
cluſionis, & ſoror dotata excluditur ab in
capillo, vt in *pragm.* 1. vulgò dicitur *la Fi-
lingeria*, & *Regens Rouit. in d. conſ.* 23. *num.* 9.
& 10.

56 Præterea prædicta dotatio, ſeù dotis
promiſſio ex alio ipſam Lucretiam non
excluderet, etiam à ſucceſſione prædicto-
rum dotantium, cum illa fuerit volunta-
ria, & non neceſſaria, quæ nullo iure dota-
tam excludit, vt poſt *Andr. Afflict.* & *Mi-
nad* tenet *Reg. Rouit. in d. conſ.* 23. *nu.* 9. & 10.
cum ergo ipſa Lucretia ſi viueret à dicta
ſucceſſione Octauij ex cauſa prędictę do-
tationis non excluderetur, multò minus
eius filiæ ad præſens actrices.

Sed dato pro vero, prout non eſt, quod
ipſa Lucretia ob prædictam dotationem
fuiſſet excludenda, adhùc tamen eius fi-
liæ excludi non poterunt, etiam ſi vltra
dotationem eiuſdem Lucretiæ renuncia-
tio interueniſſet, quia dùm prædictæ filiæ
earum matre prędefuncta, eidem Octauio
ad eius ſucceſſionem veniunt iure pro-
prio, & ex propria perſona ipſarum ma-
57 tris renūciatio, ac dotatio eis obeſſe mi-
nimè poſſunt, ſic præuia maxima diſcuſ-
ſione fuiſſe deciſū per S.C. teſtatur *Dom.
de Franch. in dec.* 67. & poſt eum alios DD.
& deciſiones S.C. latè congerit idem *Reg.
Rouit. in d. conſ.* 23. *nu* 24. *verſ. nec quicquam*,
& *Molfeſ. in tit. de renunc. quæſt.* 5. *num.* 6. & 7.
& nouiſſimè ſic deciſū fuiſſe iunctis Au-
lis, cum interuentu Spectab. Præſid. in
prædicta cauſa Magnificorum de Folle-
rijs, qui in aliquo eis non refragantibus
dotatione, & renunciatione eorū matris
fuerunt ad ſucceſſionem dicti quondam
Scipionis ex eorum perſona, ex gradu ta-
men

tamen materno admiſſi, quod multò fortius determinari, ac decidi debet in caſu de quo agitur, vbi prædictæ filiæ actrices veniunt ad hæreditatem prædicti quond. Octauij tàm ex earum propria perſona, quàm ex gradu, cum nulla ſubingreſſio indigeant, ex quo omnes in eodem gra-
58 du reperiuntur, quo in caſu nemo eſt qui dubitat, quin eis dotatio, & renunciatio non noceant, ità *Conſ. de Anna in alleg. 34. num 8. 10 & 15. Præſ. de Franch. deciſ. 32. nu. 16.* & alij plena manu congeſti per *Molfeſ. in tit. de renunc. quæſt 5 nu. 32. & Reg. Rouit. in d conſ. 23. nu 24* & pluribus vicibus
59 fuiſſe deciſum per S. C. teſtatur *Piſanell. ad d Conſuet. Si moriatur, in addit. incip. Bart. in l. qui ſuperſtitis, circa medium, verſ. fuit etiã alia quæſtio fol. 89.*

Secundò, & ſic reſpectu dotationis factæ in perſonam prædictæ Ioannæ vnius ex actricibus ſimiliter reſpondetur, quod cum ipſa non habeat fratrem conſanguineũ eam à ſucceſſione prædicta excludẽtem, dotatio ipſa nullo modo excludere poteſt, vt ſupra probauimus. Præterea prædicta dotatio fuit facta vigore voluntatis quond. Iacobi Anelli de Maria, ac diſpoſitionis, & legati facti per dictum quond. Magnif. Horatium in eius teſtamento, & licet prædicta dos poſteà fuiſſet ſoluta per dictum quond. Octauiũ, tamen fuit facta pro exequutione ſententiæ S. C. fundatæ expreſsè in prædicta voluntate dicti quond. Iacobi Anelli, & legato facto
60 per eundem quond. Horatium, & conſequentèr dotatio eſt facta de bonis prædictorum quond. Iacobi Anelli, & Horatij, & propterea non eſt cauſa excluſionis à prædicta ſucceſſione Octauij, *Conſ. Anna in d. conſ. 45. num. 73.* vltra quod eſt datio voluntaria, & non neceſſaria, quæ non excludit, vt eſt dictum.

61 Nec tandem Ioanna aſtringi poteſt ad collationem dotis per eam receptæ, quia collatio non habet locum in linea collaterali, *Gloſ in l. 1. in fine, C. de legit. hæred.* vbi *Paul de Caſtr. & DD. omnes in l. ſi emancipati, C. de collat.* prout ſunt *Cyn. in pen. quæſt. Paul. num 2. Iaſ. num. 23. Cagnol. num. 118. Hieron Laur num. 160.* qui omnes de communi teſtantur, eandem communem aſſerit *Dec. in d l. ſi emancipati num. 7. verſ non eſt mirum.* licet ipſe contrarium affirmet. ſed nemo eum ſequitur *Craſſ. de ſucceſſ. par. 2. verſ. collatio, quæſt 6. num. 2.* Item quia ea dos, ſeu dotatio tantummodò confertur,
62 quæ prouenit ex bonis eiuſdẽ, cuius ſucceſſione agitur, prout poſt alios declarat *Theſaur. in deciſ. 46. num. 9.* cum ergo prædicta dotatio nõ proceſſerit ex bonis defuncti, de cuius ſucceſſione ad præſens agitur, ſed ex bonis prædictorum quond. Iacobi Anelli, & Horatij, propterea omninò ceſſat materia collationis.

Et ex ijs ſatis cenſeo iuſtè fore prouidendum prædictas Sorores de Pupatella, prædictoſq; Fratres de Marra ſuper medietate bonorum paternorum prædicti quond. Octauij, de qua diſponere non poterat eſſe omninò admittendos. Cætera, quæ deſunt ſuppleant doctiſſimi, ac integerrimi Domini mei Senatores.

*Ianuarius de Marra.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Teſtator Neap. de medietate bonorum antiquorum diſponere poteſt.*
2 *Hæres adeundo contrahit cum creditoribus, & legatariis, ac cum defuncto, & fideicommiſſarys.*
3 *Hæres debita ſoluere tenetur.*
4 *Hæres adeundo quaſi contrahit.*
5 Text. in ijs igitur, auth. de hered. & falcid. *ponderatur.*
6 *Hæres tenetur factum defuncti approbare.*
7 *Hæres, qui ſemel eſt, ſemper erit hæres.*
8 *Hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.*
9 *Hæres cui portio legitimè ex neceſſitate debetur indeuotus, omni comodo hæreditario, vltra legitimam priuandus erit.*
10 *Hæres creditor irrefutabilis defuncti, an alios creditores præoccupabit, traditur cautela, num. 11.*
12 *Pretium rerum antiquarum, nouum, vel antiquum dicatur, deciſiones referuntur, nu. 14.*
13 *Hæres alienando bona ſubiecta fideicommiſſo, & alia comparando ſubrogata in eius locum tenetur reſtituere.*
15 *Prædium venditum per pupillum, vt ex illius pretio alia res empta fuerit, & pecunia peruenta, aliud prædium emptum, an ſit illud paternum, vel maternum, à quo dependet.*
16 *Prædium emptum ex pecunia prouenienſe, & alio prædio, vt loco ipſius ſubrogetur, debet expreſsè hoc dici.*
17 *Pretium ex venditione prædij deuentum, ſi ſtatim in aliam emptionẽ prædij conuerſum fuerit, ſubrogatio militare, & ſic deciſum.*
18 *Res ſubrogata in alterius rei loco eſt fictio.*
19 *Qualitas noua conſtituit aliam rem, & rem diuerſam à prima.*
20 *Subrogari non poteſt id, quod non habet eaſdẽ qualitates, & conditiones, quas habet principalis in cuius locum ſubrogatur.*

21 *Sub-*

21 *Subrogatus non ſapit naturam eius, quando nõ habet qualitatem neceſſariam, in cuius locum ſubrogatur.*
22 *Ex diuerſis non fit illatio.*
23 *Subrogatio qualitatis rei in aliam, fit præuia proteſtatione.*
24 *Bona ſubiecta fideicommiſſo, quæ alienari non poſſunt data illorum alienatione, bona empta ſubrogantur loco illorum, & ſic deciſum.*
25 *Introitus extra Ciuitatẽ Neap. exiſtentes empti de pecunia contractus Neap. celebrati, an noui, vel veteri exiſtimantur.*
26 *Ius affrancandi, eſt quid diuerſum, & ſeperatũ ab emphyteoſi.*
27 *Pactũ de affrancando, ſequuta traditione transfert dominium.*
28 *Retractus, an locum habeat in venditione facta ſub pacto retrouenditionis.*
29 *Bona conceſſa in emphyteoſim cũ pacto affrancandi habentur, ac ſi eſſent libera, & transfuſa in veram venditionem, nullo remanẽte dominio contra cedentem.*
30 *Diminutio fit de legatis, & quando.*
31 *Hæres efficitur dominus, & poſſeſſor pleno iure, & quare, & facit fructus ſuos.*
32 *Diminutiones, & damna ſuperuenientia poſt aditam hæreditatem, ad hæredes ſpectant.*
33 *Legatum quando fit à debitore animo compenſandi factum præſumitur, & quando, nu. 35.*
34 *Maritus eſt debitor, ex cauſa legali neceſſaria.*
36 *Legatum integrum ſolutum remittit falcidiã.*
37 *Donatio inter viuos facta in falcidiam non imputatur.*
38 *Legatum dotis diminutione non recipit.*
39 *Antefatum debetur titulo oneroſo mulieri, & quare.*
40 *Legatum dotis deducitur tanquàm æs alienum.*
41 *Habitatio domus, venit appellatione alimentorum.*
42 *Falcidia non detrahitur ex legato alimentorum.*
43 *Legatum alimentorum factum à marito, præſumitur animo compenſandi factum.*
44 *Legatum alimentorum, non patitur diminutionem, & quando.*
45 *Legatum factum mulieri pro ſeruitijs, dicitur oneroſum in recompenſationem.*
46 *Hæres ſe obligans ſoluere legatum, non iuuatur dicere, quod bona non ſufficiunt.*
47 *Deciſio S. C. refertur in fauorẽ legatarij pro cõſequutione legati facti pro matrimonio aduerſus hæredem prætendentem fieri diminutionem legatorum ſtante lite intentata aduerſus creditores.*

ARGVMENTVM.

Legatarius, atq; creditor ex cauſa priuilegiata, an teneatur ad contributionem aliorum legatorum ob inſufficientiam hæreditatis.

CASVS LIII.

POſtquàm Octauius de Maria in ſuo vltimo teſtamento plura legata feciſſet in beneficiũ Lucretiæ de Thoro ſuæ coniugis, ac meæ ſororis dilectiſſimæ, relinquendo primo ducatos mille pro dote recepta, ac alios ducatos quingentũ pro antefato, nec non alios ducatos quingentum pro integro antefato ducatorũ mille non exactorum in dotem promiſſorum, ſub cõditione nè moleſtiam inferret eius hæreditati, ob cauſam exactionis aliorum ducatorum mille non facto. Secundo, legando habitationem domus eius vita durante, ac etiam duo dolea vini, vnam cannam lignorum, medietatem fructuũ ruris reſeruatorum, inſimul cum vſufructu mobilium, & ſupellectilium domus neceſſariorum, conditione etiam ſubſequuta, donec vitam vidualem ſeruauerit, indè comparuit Mattheus de Maria illius hæres inſtando in S.C. vt ipſa Lucretia declararet ſi vellet acceptare legata prædicta, & cum ipſa illam acceptare declaraſſet, demùm ad conuentionem, ſiuè tranſactionem deuentum fuit, ex qua fuit facta aſſignatio ducatorum bis mille, & pro eis annuorũ ducat. 130. conſequendorum à Decio Sebaſtiano, paritèrq; relaxata fuit domus pro habitatione, cum promiſſione annua ſupradictarum rerum cum clauſulis neceſſarijs, & oportunis, & renũciationibus in forma, vt ex inſtrumento apparet.

Illinc ad certos annos præfatus Mattheus inſtetit in S.C. petendo declarari ei licere retinere medietatem bonorum antiquorum remanſorum in hæreditate ipſius Octauij, ſtante quod dictus Octauius diſpoſuerat plus medietatis illorum con-
1 tra formam *Conſuetud. Neap. Et ſi Teſtator,* quam etiam exarat *Dom. Reg. Ronit. in conſil. 27. nu. 1. lib. 2.* qua cauetur, vt de medietate tantùm diſponere poſſit Teſtator decedens ſine filijs, altera medietate ad proximiores reſeruata; & proindè non teneri ad perſolutionem legatorum, ſed verius

legata-

legatarios aſtringi ad contributionem
legatorum, & inter cæteros conueniri
fecit ipſam Lucretiam, contraueniendo
de facto dictæ tranſactioni iuratę, dùm
ſuum intentum conſequutus fuerat circa
acceptationem legatorum, præuia decla-
ratione petita cum dictis conditionibus
non ſinę euidenti ſuſpictione doli, ac de-
ceptionis.

Quocirca ad vberiorem iurium ipſius
Lucretiæ tuitionem pro excluſione vanæ
prætẽſionis actoris, & propterea ante om-
nia dicebatur, quod ipſe Matthæus hæres
Octauij cum adiuiſſet hæreditatem ſim-
pliciter abſq; tali prætenſione conſequu-
tionis bonorum antiquorum, ſibi præiu-
dicauerat, & ſic hæres triplicem ſuſcipit
obligationem cum defuncto, cum credi-
toribus, cum legatarijs, & ſic non tantùm
hæres adeundo dicatur contrahere cum
creditoribus, & legatarijs, verùm etiam
2 cum defuncto, cuius voluntatem, & actum
pleniſſimè confirmauit ſua aditione, ex
*Gloſ in l.ijs conſequentèr, §.1.ff.famil.erciſc.* cũ
alijs apud *Monticul. in tract de inuent cap 1.
num.6.* imò quaſi contrahit non ſolùm
cum legatarijs, ſed etiam cum fideicom-
miſſarijs, *Mantica de coniectur. vltim.volunt.
lib.7. tit.1.num.35.*

3 Quocirca hæres nedum debita perſol-
uere tenetur, *Præſ.de Franch.deciſ.146. n.1.
Phanuc de inuent. in præfat. num.1.*

4 Sed etiam legata, nàm quaſi contrahit
adeundo, non mirùm ſi ad prædicta te-
neatur, probat *Martius exam 56.num.29.*

5 Nàm inquit *text in §.ijs igitur, Authent.de
hæred.& falcid.* ijs igitur à nobis præ ordi-
natis ſancimus eos.qui ab aliquibus ſcri-
pti ſunt hæredes aut meruerũt fideicom-
miſſa per Vniuerſitatem forſan, aut per
ſpeciem, aut legatum, neceſſitatem habe-
re quęcunq; Teſtator, & honorans, eos di-
ſpoſuerit omnimodò ea complere, ſi id,
quod præcipitur legitimum ſit, &c.

Quocirca dùm adimpleuerat vt hæres
voluntatem defuncti, ab illa recedere non
6 poterat vti hæres, qui tenetur factum de-
functi approbare, ad *text. in l.cum à matre,
C.de rei vendic.*

7 Et conſequentèr vti hæres, nàm qui ſe-
mel eſt hæres, ſemper erit hæres, *l. ei qui
ſoluendo, ff.de hæred.inſtit. Gloſ.in l.& ſi, §. &
quod ait, ff.de minor. Mantic.d.tract.lib.4.tit.5.
num.4.*

8 Adeò quod hæres non poteſt deſinere
eſſe hæres, idem *Mantica lib.11. tit.18. nu.
47. & lib.2.tit.15.num.2 Cancer.variar.reſol.
tom.3.cap.23.num.95.*

9 Talitèr quod hæres, cui ex neceſſitate
portio legitima debetur indeuotus omni
comodo hæreditario vltra legitimã pri-
uandus eſt, *§.ſi quis autem, Auth. de hæred.
& falcid.*

10 Quod eatenùs verum eſt, quod ſi hæres
ſit creditor irrefutabilis defuncti, an alios
creditores præoccupabit, reſpondet *Mon-
tic d.tract.cap.10 num.13.* nàm quò ad lega-
tarios eſt expeditum, *§. & ſi præſtitam, l.1.
C.ſi certum petatur,* profectò præoccupabit
ſi vtatur cautela, *Bald.* de qua vſos ſe di-
cunt *Alex.in d l.debitori, & Angel. Aret.in §.
extraneis, Inſtit. de hæred.qual.& differ.* vt ſci-
11 licet citari faciat creditores, & legata-
rios, & decerni curatorẽ hæreditati tan-
quam iacenti, atque ità iuſſu Iudicis ſibi
rem aliquam præcipiat, & hoc etiam vi-
detur admittere, *Ruin.in conſ.39.& conſ.57.
lib.2.* & iterum *Montic. cap.12. num.130.&
219.* quod non alitèr actum fuerat ab eo-
dem hærede.

Sed dato, & non conceſſo, quod hære-
ditas dicti Octauij conſiſtebat in bonis
antiquis, nihilominus maiorem partem
ipſorũ aſſerebatur eſſe bona nouitèr quę-
ſita, vt demonſtrabatur ex confeſſione ip-
ſius hæredis in quadã comparitione præ-
ſentata in proceſſu fol.38. & 99. & in alia
cauſa vertente cũ Ianuario Marra, & alijs
in eius proceſſu fol.115. & de iure proba-
tum eſt, quod nulla maior probatio, quã
oris confeſſio, *l.cum te, C. de probat.*

Hoc igitur deſumebatur ex facti ſerie,
nàm cum ipſe Octauius in eius vita in
emphyteoſim conceſſiſſet quandam do-
mum palatiatam Decio Sebaſtiano pro
capitale duc. 7000. de quibus receperat
ducatos bis mille, quos in emptionem ru-
ris cõuerterat, ac reliquos ducatos quin-
que mille penès emphyteotam relaxan-
do, ſoluendo per eum annuam præſtatio-
12 nem illorum, reſultauerat altercatio illa,
an pretium rerum antiquarum nouum,
vel antiquum dici potuiſſet, de quo valdè
inter DD. fuit controuerſum, ità vt pri-
ſcis temporibus pro vero habitum fuit,
fuiſſe dictum pretium antiquũ, & ſucceſ-
ſiuè ſuccedere in locum bonorũ antiquo-
rum, quam opinionẽ ſectatur nouiſſimè
*Molfeſ.ad Conſuet. Neap. par.2. tit.de bonis,
quæſt 5.à nu.10. cum ſeq.* & ſecundum hanc
opinionem aliàs fuiſſe deciſum per S.C.
refert, cuius exemplum fuit in proceſſu
præſentatum, eum ſequitur *Carena variar.
reſolut.in reſol.190.*

13 Sicuti hæres alienando bona ſubiecta
fideicommiſſo, & alia comparando tan-
quam

Google

quam ſubrogata in eius loco tenetur re-
ſtituere; *Mantica de coniectur. vltim. volunt.
lib.7.tit.8.nu.26.*quem ſequitur *Donat. Ant.
de Marin. quotid reſolut tom.2.cap.18.num.1.*
Nihilominus rei veritate perpenſa, ac
inſpectis rationibus ſatis conferentibus
alteri opinioni contrariæ, quod tale pre-
14 tium rerum antiquarum alienatarum ſit
nonum, nouiſſimè fuit deciſum per idem
S. C. iunctis Aulis in cauſa Lęlij Belmon-
tis, contra Antonium,& Franciſcum Sur-
gente, in Banca nùnc Speræ, vt retulimus
in 3 *par.noſtri compendij verbo bona empta, &
verbo pretium rerum antiquorum*, ibiq; alias
deciſiones adduximus, ad quarum com-
probationem conferũt rationes adductæ
per *Ferrer. ad Conſtit. Los impuberes, gloſ.2.
à num.97. ad 124.* vbi in terminis articulũ
exarauit pro vtraq; parte, nùm prædium
per pupillum venditum, vt ex pretio illius
alia res fuerit empta, & cõſtituerit ex illa
15 pecunia reſultanti ex illa rę priùs vendi-
ta, aliud prædiũ magis vtili pupillo com-
paratum fuiſſet,dicatur fundus paternus,
ſiuè maternus, proueniens ex pretio, vel
paterno, vel materno, & demum conclu-
dit, quod ſi res empta ſit per pupillũ ſuo
nomine, quamuis ex pretio rei paternæ,
vel maternæ venditæ, vel potiùs ex pecu-
nia paterna,vel materna,non fiat paterna,
vel materna, nec illius qualitatis, qualis
fuit illa res, vel pecunia, ex qua fuit res
comparata, & *ſubdit num.126.* quod ſi pa-
ter,vel mater depoſuiſſet pecuniam in ta-
bula cambij, ſeù cõmuni depoſito, & or-
dinaſſet in ſuo teſtamento,vt illa pecunia,
niſi in emptionem prædiorum,non extra-
heretur à dicto depoſito,& re vera in em-
ptionem alicuius fundi fuiſſet extractã,
talis fundus proculdubio fiet paternus,
vel maternus ex illa deſtinatione per iura
ibi relata, & meliùs *Dom. Reg. Hector Ca-
pycius Latro deciſ.70.num.46.tom.1.* cenſuit
16 dictam deciſionem non procedere quan-
quis vendens fundum ex pecunia illius
alium emens, proteſtetur, vel declararet
ſe eo animo emere, vt hic alterius loco
ſubiaceat: quia tùnc iſte fundus emptus
ex pecunia redacta, ex eo ſubrogetur in
locum illius,ex *Tiraq.de retractu.Gloſ.vnica
num.23.* per plura ibi relata.
17 Prætereà quando vendens ſtatim pre-
tium in emptionem aliorum prædiorum
conuertit, & quod id faciens, videtur ſa-
tis ex temporis breuitatę rem vendidiſſe,
vt aliam emeret,ac in illius locum ſubro-
garet,ex *Molin.& alijs ibi relatis,*& deciſum
refert *Mant. vbi ſupra,* in bonis fideicom-
miſſo ſubiectis alienatis, ſubſequuta ſta-
tim emptione aliorum bonorũ, & ſic in-
telligit deciſionem in contrarium addu-
ctam *nu.48.* quibus accedunt adducta per
*Morot.reſp.20.*quem citat *Bellon. in tract.de
poteſt.eorum, quæ in contin. fiunt, par.1.cap.1.
num.9* licet de hoc dubitet *Menoch relatus
ibidem à Morot.conſ.218.nu.68.*& non abſq;
ratione cum rei veritate pręſumptio ſit,
vt in pretio ſuccedat loco rei, exemplifi-
cat *Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. tit. de bonis,*
18 *quæſt.15.num.3.*imò fictio quædam vt vnà
res in alterius locum ſubrogata ſit eiuſdẽ
qualitatis,nàm licet ſubrogatum aſſumat
naturam ſubrogati, non eſt verè ipſum
ſubrogatum,*Gomeſ.in §.fuerat,num.7. Inſt.*
19 *de action.* poſtquam illa qualitas noua vi-
detur conſtituere aliã rem, *Surd.deciſ.344.
num.37.*& qualitatis nouę additio,conſti-
tuit rem diuersã à prima,vt ibi *Surd. ſub-*
20 *dit,* hinc eſt, quod qui non habet eaſdem
qualitates,& cõditiones quas habet prin-
cipalis, non poteſt in eius locum ſubro-
gari,*Bart.in l.1.§.fin.C.de agent.in reb.lib.12.*
cum alijs allegatis per *Ant. Gabriel. lib. 6.
commun.opin.tit.de regul.iur. concl.2.num.58.*
21 & ſubrogatus non ſapit naturam eius,
quando non habet qualitatem neceſſa-
riam ei,in cuius locum ſubrogatur, *l.Lu-
cius,ff.de fideicom.libert.* cũ alijs apud *Surd.
conſ.139.num.21.vol.1.*& certum eſt,quod
res nouitèr empta,non habet qualitatem
antiquitatis annexam, nec res antiqua
nouam qualitatẽ realitèr, vndè ex diuer-
22 ſis non debet fieri illatio, *l.vlt.ff de calum.*
cum alijs apud *Barboſ.princip.iur.lit.I.n.6.*
& catenùs talis ſubrogatio procederet
ſecundum aliquos, quando palam prote-
23 ſtaretur emptor velle illam rem emptam
in aliam ſubrogari, quæ ſiquidèm prote-
ſtatio ex animi declaratione procederet,
vt comprobat ibi *Morot. nu.5.* aſſerens ità
in ſua facti ſerię proceſſiſſe,quod nõ eſt in
facto noſtro,& dato citra veri pręiudiciũ,
quod ipſa contraria opinio procederet,
locum ſibi vendicaret in eodem domino
bonorum per eum quæſitorum, non ta-
men in eius ſucceſſore alienante bona
antiqua, ex cuius pretio aliam ſubrogari
voluit cũ dicta qualitate, proùt aliàs con-
24 tingit hęſitari in S. C. in bonis ſubiectis
fideicommiſſo,quæ etſi alienari nequeant,
attamen conceſſa illorum alienatione,
alia bona expreſsè ſubrogari debet loco
ipſorũ, vt pluries deciſum retuli in 2. *par.
noſtri compendii verbo bona fideicommiſſo ſu-
biecta.*
25 Sed veriùs deciſio in contrarium rela-

ta,ſi rectè ponderetur,non ità ſimplicitèr
procederet, eo quia in illo caſu fuit hæſi-
tatum, ſi pretium ex bonis antiquis fue-
rint empti annui introitus, exiſtentes ex-
trà Ciuitatem Neapolis, in Regia Duana
Apuleæ, nàm tales introitus ſi potuiſſent
dici intrà diſtrictum, vel extrà, vt proxi-
miores admicti potuiſſent, & hoc caſu
procul dubio iudicarentur ſubiecti Con-
ſuetudini,ex ratione contractus celebrati
Neap. aut ſi ſolutio fuerit promiſſa Nea-
poli, vt proſequitur *Molfeſ.in d.Conſuetud.
Neap.tit de bonis,quæſt.*12.*num.*1.*&* 11.& ex
ijs remaner reſolnta talis altercatio re-
ſpectu ruris empti per Octauium ex pe-
cunia rei antiquæ, paritèrq; reſpectu pre-
tij ducatorum quinque mille remanſorũ
ex vẽditione dictæ domus facta dicto De-
cio ſub natura emphyteoſis perpetuò, vt
cantat inſtrumentum conceſſionis cele-
bratum die 11. menſis Iunij 1611. nàm
ibidem in caſu dicti inſtrumenti apparet
poſtmodùm die 17. eiuſdem menſis fuiſſe
conceſſam facultatem affrancandi poſt
obitum dicti Octauij, ſicq; quando con-
cedirur emphyteoſis, & poſteà ex inter-
uallo,& in inſtrumento ſeperato datur fa-
cultas affrancandi,tùnc non poteſt conſi-
detari aliqua correſpectiuitas, & ſi conſi-
deretur, ità rantùm refertur ad venditio-
26 nem, & ſic non annullat pactũ affrancan-
di tàm quod ſit ſeperata res ſtans de per
ſe, quia tale ius affrançandi eſt quid di-
uerſum, & ſeperatum ab emphyteoſi, latè
*Gratiani diſcept foren*ſ *cap.*745.*num.*72.*& ſeq.*
27 vndè cernitur vera venditio facta, nàm
hoc pactum de francando, ſequnta tradi-
tione, transferr dominium, ità ex *Ruin. in
conſ.*198.*nu.*9.*vol.* . probat *Surd. deciſ.*198.
28 *num.*33. & locus erit retractui ſtante ven-
ditione facta ſub pacto retrouenditionis,
vt longè probauit *Ferron in Conſuet. Burde-
gal.tit.de retractu*,§.12.vbi ità iudicatum
29 refert, etenim bona conceſſa in emphy-
teoſim cum pacto affrancandi habentur,
ac ſi eſſent libera, & transfuſa in veram
venditionem, nullo remanente dominio
penès concedentem,idem *Gratian.vbi ſup.
num.*70.74.*&*76.

Quo verò ad aliam petitionem ipſius
Matthęi petentis fieri diminutionem le-
30 gatorum, expreſſim conueniendo ipſam
Lucretiam ad contribuendum ex legatis
ſibi factis ab eius viro, & ſi de inre pro-
batum ſit, quod diminutio, quæ fit de le-
gatis: quia ſiç res patrimonij non ſuffi-
ciunt,vt inquir *Bart.in l ſi verò*,§.*quid ergo,
in princ.ff.de milit.teſtam. Molfeſ. conſ.*13.*ſub
num.*2.*tom.*1. *Surd.de aliment tit.*8.*priuil.*30.
*num* 1. ſed huic prætenſioni aduertendũ
erat ad qualitatem,& quantitatem patri-
monij pingui relicti,quę tantùm erat ante
illius aditionem, quam poſteà vt in facto
conſtabat,ſed dato,& non conceſſo, quod
ob deficientiam illius, diminutio legato-
rum erit facienda,adhùc tamen quia hæ-
31 res efficitur dominus, & poſſeſſor pleno
iure iudicio Teſtatoris, & tituſo teſtamẽ-
ti, & propterea facit fructus ſuos, vt pro-
bat *Statil. Pacific. de ſaluiano interdicto, in-
ſpect.*3.*cap.*4 *num.*368.& ſequitur *num.*369.
32 idque procedere etiam in penſionibus,&
mercibus, ac vtilitatibus omnibus perce-
ptis ex rebus hæreditarijs, & defectibus
animalium,quo fit,vt poſt aditam hęredi-
tatem, diminutiones, & damna ſuperue-
nientia ad hæredem ſpectare,probat *Pha-
nuc.de inuent.hæred.par.*3.*num.*38.*& ſeq.*de
quo ſatis apud *Peregrin. in tract.de fideicom.
artic.* 49. *num,*74. *& ſeq.* nouitèr *Mangil. in
tract.de euict.quæſt* 65.*num.*5.*&* 6 nouiſſimè
*Carena pract reſolut in reſol.*150.*num.*19.

Verum tamen ſi actendantur legara fa-
cta ab ipſo Octauuio in beneficium eius
vxoris, certò certiùs reditur indubirata
reſolutio ſuper illis, non alitèr eſſe faciẽ-
dam deductionem, ſeù diminutionem
aliquam, neq; pro alijs legatis contribu-
tionem, idcircò ſingula ſingulis exaran-
do, & principalitèr ad legatum ducatorũ
quingentorum pro integro antefato du-
catorum mille pro integra dote promiſſa
ducarorũ 2000, de quibus Octauius du-
catos mille tantùm exegerat, hoc igitur
legatum factum fuit cum grano ſalis,hoc
eſt ſub tali conditione, nè ipſa Lucretia
moleſtiã inferret eius hæreditati pro exa-
ctione non facta aliorum ducatorũ mille,
& ſub tali conditione fuit acceptatum
legatum,inſtante dicto Matthęo hærede,
& indè ſtipulata tranſactio inter eos, cu-
ius vigore indè fuit facta aſſignatio do-
tis, & antefati per geminatum contractũ,
33 & hoc caſu quando legatum fuerit factũ
à debitore animo compenſandi factum
præſumitur, *Menoch.de præſumpt.lib.*3.*præ-
ſumpt.*142. maximè in hac materia cum
34 maritus ſit debitor ex cauſa legatl neceſ-
ſaria,ideò compenſatur,*Molfeſ.ad Conſue-
tud.Neap.par.*6.*quæſt.*11.*num.*18.

35 Et potiſſimùm quando Teſtator dixe-
rit,quod nil aliud prætendere poſſit in
hæreditate, *Rota Romana in nouiſſimis deciſ.*
28. *num.*11. ex *Menoch.lib.*4.*præſumpt.*110.
*num.*30. *Honded.conſ.*63.*num.*81.*vol.*1. qui-
bus addo *Mantica de coniectur.vltim.volunt.*

*lib* 1.

*lib.1.tit.2.num.22.& 23.* Idcircò circa hoc
particulare moleſtia nõ erat inferenda, &
36 ampliùs dicunt DD.  ſi hæres integrum
legatum ſoluerit, remiſſa videtur falcidia,
*Peregr. eod.tract. art.47.nu.38. Marta de ſucceſſ.leg.par.4.quæſt.38.art.2.num 14.Mangil. tract.de imputat.quæſt.135.nu.13.& 17.Gratian.diſcept forenſ.cap.916.num.31.*
37 Prҿtereà quia erat donatio inter viuos
facta per dictum Octauium eius vxori de
antefato, prout eſt donatio inter viuos,
quæ in falcidia non imputatur, *Craſſus de ſucceſſ.§ legitima,quæſt.16.num.2.*
38 Et ſic diminutio non haberet locum in
iſto caſu, nàm ſicut legatum dotis diminutionem non recipit, quia in compenſationem debiti tranſit, *Surd.in tract.de alim. tit.8. priuil.30 num.4.* ità etiam in antefato, nàm antefatum debetur vxori titulo
39 oneroſo ob virginitatem, & pudicitiam
amiſſam, nõ autem titulo lucratiuo, *Molfeſ ad Conſuet.Neap. par.7.quæſt.8 ſub nu 1.*
40 vbi plura, non mirùm ſi legatum dotis
deducitur tanquam æs alienum ante omnia legata,& ſine diminutione, *Molfeſ. d. conſ.13.num.23.& 32.*

Reſpectu verò aliorum legatorum, hoc
eſt vini, lignaminum, & fructuum, quia
41 concernunt alimenta, habitatio domus
relicta, quæ continetur appellatione alimentorum, *l. legatis, ff de aliment. & cibar. legat. Craſſ. de Petris, & Menoch.* quos citat *Barry de ſucceſſ lib.9 tit.de legat.aliment. n.4. Farinac.in repert.vltim volunt.quæſt.64.nu.2.*
42 Et certum eſt, quod ſicuti de legato alimentorum non detrahitur falcidia, *Mangil.in d.tract.de imput. quæſt.4.num.3.& tit.8. priuil.18.num.3.*
43 Sic legatum alimentorum relictum à
marito vxori, præſumitur factum animo compenſandi cum intereſſe dotis, & antefati, *Molfeſ. d. par.6. quæſt.11. num. 2. 9. & 11.*
44 Et ſicuti legatum dotis non patitur diminutionem, quando eſſet plus legatum, quæ ſit in hæreditate, pariterq; legatum in compenſationem debiti, *Surd d. tract. tit.8.priuil.30.num.4.& 5.* ità etiam tale legatum alimentorum.

Et in ſumma, quoniam ipſe Octauius
talia legata fecerat pro bene ſeruire,& eo
45 caſu legatum factum mulieri pro bene
ſeruire, ſiuè ſeruitijs præſtitis dicitur oneroſum in recompenſationẽ, *Præſ.de Frãch. deciſ.427.num.2.*& ſucceſſiuè legatum in compenſationem debiti non diminuitur, *Surd.d.priuil.30.num.5.* eo ampliùs, quia
dictus Matthҿus in dicta tranſactione ſe
46 obligauerat prædicta legata ſoluere, quo
nàm caſu hæres, qui ſe obligat ſoluere legata, non iuuatur dicere, quod bona nõ ſufficiunt, optimè *Gratian d.cap.916.nu.3.* ac etiam quia per multa decreta M.C. ac S.C. fuit iuſſum perſolui legata prædicta, & cum effectu illa ſoluerit,& in poſſeſſione exigendi perſiſterat, à quibus non appellauerit, nefas eſſet diminutionem pati.
47 Pro coronide tandem dicebatur, quod
cum ipſe Octauius in ſuo teſtamẽto mandaſſet conſtitui montem maritagiorum puellarum ſuæ familiæ, ſubmictẽdo quandam domum palatiatam in Ponte Ieſus Mariæ nè alienari potuiſſet, ex quauis cauſa, mandando eius hæredi, vt ſingulis annis perciperet ex penſione illius ducatos centum, vt ſingulo triennio conſtitui potuiſſet dos puellæ maritandæ, & ſi non adeſſet, ſolui mandauit ducatos centum ex illis alicui puellæ pauperi per eum eligendæ, in quo legato voluit comprehendi filias quond. Iulij de Thoro mei fratris vtrinq; coniuncti, at cum poſt intentatum tale iudicium per ipſum Matthҿũ contra creditores,& legatarios, matrimonio ſe collocauit Angela de Thoro filia ipſius Iulij, cum Franciſco Antonio de Thomaſio, qui litem inſtituerunt in S.C. contra ipſum Matthҿum pro ſolutione dicti legati, & cum oppoſuiſſet exceptionem dictæ litis ſuæ intentatæ, & fuiſſet domi prouiſum per Dom. Hectorem Capycium Latro tùnc Regium Conſiliariũ, quod procederetur ad ea, quҿ incumbunt in cauſa die 26. Martij 1637. porrecta per eum ſupplicatione, & obtentum verbum fieri in S.C. demum facta relatione per eundem die 10.Martij 1638. fuit prouiſum per S. C. benè prouiſum per Magnificum cauſæ Commiſſarium ſub die 26. Martij 1637. hoc ſuum, à quo decreto cum reclamaſſet, facta iterum relatione in eodem S.C per eundem die 9. Iulij 1639. per S.R.C. declaratum eſt benè fuiſſe prouiſum per idem S. C. ſub die 10. Martij 1638. hoc ſuum, penès Secretariũ, in Banca Berardini Spera, vndè ex ijs videbatur excluſa prætenſio ipſius hҿredis.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſufructuarius rationes reddere debet proprietario.*

2 *Vſufructuarius rationes reddere debet proprietario, etiam ſi Teſtator iuſſerit eas non reddere.*

 3 *Vſu-*

3 *Vſufructuarius, eſt dominus vſusfructus, non autem proprietarius.*
4 *Alimenta tamen debentur vxori relicta domina maſſaria, & vſufructuaria, ſecus quando aliter appareret.*
5 *Verba domina, vſufructuaria, & maſſaria, quid denotant.*
6 *Voluntas Teſtatoris probatur per coniecturas.*
7 *Vſusfructus relictus cum facultate diſponendi quid operetur, vel cum libera facultate, aut plena adminiſtratione.*
8 *Plena poteſtas, & libera poteſtas idem ſunt.*
9 *Verba geminata operantur, vt vſusfructus integer relictus ſit.*
10 *Facultas diſponendi, ex quibus verbis percipitur.*
11 *Facultas conceſſa vxori tranſeundi ad ſecunda vota, quid operetur.*
12 *Vſusfructus quando cenſetur integrè relictus.*
13 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius.*
14 *Voluntas Teſtatoris ex quibus colligitur, vt cũ cum effectu totus vſufructus debeatur.*
15 *Vſufructus quando reſtringi non poſſit ad alimenta.*
16 *Vſusfructus acquiritur ex remiſſione rationũ.*
17 *Vſusfructus integer vxori, debetur vxori per legatum cum verbis illis vſufructuaria domina, & maſſaria, inſtituto filio, vel quod dictum ſit, quod ſit vſufructuaria omnium bonorum, num. 18.*
19 *Pecunia de per ſe eſt mobilis, ſiuè ex mobilium venditione peruenerit, num. 20. ſiuè ex venditione fundi dotalis, num. 21.*
22 *Mobilium appellatione, an veniant nummi.*
23 *Pecunia non venit in legato mobilium, maximè ſi fuerint in magna quantitate, num. 24. vel deſtinata ad emptionem, num. 25.*
26 *Vſusfructus pecuniæ legari poteſt.*
27 *Vxor inſtituta in vſufructu omnium bonorum eſt loco legatarij.*
28 *Literæ cambij non probant numerationem.*
29 *Cambium eſt contractus.*
30 *Actio perſonalis dicitur illa, quæ oritur ex contractu, ſeù quaſi.*
31 *Priuilegium hypothecæ, non datur vbi ineſt actio perſonalis.*
32 *Ius pignoris, ſeù hypothecæ in legato intelligitur.*
33 *Creditum pecuniarium, quãdo intelligitur mobilium appellatione.*
34 *Mobilium appellatione continẽtur actiones, & iura.*
35 *Iura, & actiones, an complectuntur in legato mobilium, & immobilium.*
36 *Pecunia non intelligitur relicta in legato mobilium.*


ARGVMENTVM.

Legatum factũ vxori de vſufructu hæreditatis, an & quando ad alimenta reſtringatur, & quãdo integrè debeatur concurrentibus coniecturis expreſſis in teſtamento.

CASVS LIV.

CVM fuiſſet mihi trãſmiſſa infraſcripta facti nota, conſulenda, quidnã de iure cautum reperiatur, cogitaui ante omnia eandem notam hic deſcribere, cuius tenor eſt.

Marinus Antonius Cicorella Terræ Corati in ſuo vltimo teſtamento inſtituit hęredes Gratiam Cicorella eius filiam, & infantem, & poſthumum naſciturum, qui poſt mortem patris natus eſt, illiſque dedit Tutricem, & curatricem Speram de Magiſtro Auguſtiuo vxorem, & prẹfatorum filiorum matrem cum ampla poteſtate, ac etiam illam exonerauit à redditione computorum, eiq; legauit quidquid appareret debere poſt adminiſtrationem dictæ tutelæ, & curæ.

Idem Marinus reliquit in eodem teſtamento dictã Speram vxorem vſufructuariam dominam, & patronam, cum ampla poteſtate in forma, & caſu quo conuolaret ad ſecundas nuptias, poſſit dare in dotẽ futuro vitrico dictos filios, & ſit vſufructuaria huius hęreditatis, donec dicti filij perueniſsẽt ad ætatem decem & octo annorum, & quod dicti filij non poſſint diſponere interim, & quod vbi peruenerint ad dictam ætatem poſſint diſponere, & ſint liberi.

Poſt obitum dicti Marini Antonij ſuſcepit, & adminiſtrauit tutelam præfatorum filiorum Spera, & poſt annum cum deceſſiſſet poſthumus natus ſecũdo nupſit, dando dotem ſecundo viro bona propria, & vſumfructum dictæ hęreditatis, & vſque dicta Gratia fuerit quindecim annorum, & tũc temporis ceſſaret vſusfructus penès dictum ſecundum virum, & reſtituere deberet inter cętera hęreditatis bona capitale ducatorum ſexcentorum, vbi Gratia filia compleuit decem quintũ ætatis annum, dicta Spera coegit ſecundũ virum viribus pręturæ ad faciendum depoſitum penès Ærarium Terrę Corati, & decreto Curiæ ad finem illos conuertendi in

di in tutam emptionem, & poſtmodùm fuerunt liberati eidem Tutrici in pecunia numerata abſq; quo conuertiſſet in tutam emptionem.

Iis in facto dicta Gratia filia facta maior, reſtitutis per matrem viginti vineis vituum, eidem Gratiæ egit in dicta Curia pro redditione computorum, & inter cętera petijt vſumfructum totius hęreditatis, ac etiã reſtitui illos ducatos quatuorcentum decreto Curię liberatos vt ſupra.

Dicta Spera offert dare compotum, & prętenuit reſpectu vſusfructus non teneri, tanquam quod fuit legatus ei à Teſtatore, & licet regula ſit contra ipſam, nihilominus voluntas Teſtatoris coniecturata, & pro ipſa, & coniecturæ ſunt v3.

Primò, quod reliquit dominam, patronam, vſufructuariam bonorum hęreditariorum non ſimpliciter, ſed cum ampla facultate in forma, quod idem eſt, ac ſi liberè, ſeù cum libera poteſtate legaſſet.

Secundò, ex quo fuit facta geminata mentio, quod ſit vſufructuaria.

Tertiò, quod dedit ipſi tranſeunti ad ſecunda vota facultatem dandi in dotem vitrico eodem filios.

Quartò, quod caſu quo tranſiſſet ad ſecunda vota, & dediſſet filios in dotẽ, fuiſſet vſufructuaria dictę hęreditatis, & verbum hęreditatis eſt maioris efficacię, cũ contineat ius agendi actiuè, & paſſiuè, quod non eſt bonorum.

Quintò, quod fuit relicta vſufructuaria ad certum tempus.

Sextò, quia dicta filia verbis expreſſis fuit legata facultas diſponendi, & quod non ſit libera, vſq; non perueniſſet ad decem, & octo annos.

Reſpectu ramen reſtiturionis ducatorum quatuorcentum liberatorum ſiuè cũ decreto, ſiuè abſq; decreto vult retinere pro iuribus dotalibus, & lucris maritalibus, & reſpectu reliquorum ſe offert ſtare rationi compurotum, quęritur an benè, vel malè dicat dicta Spera. Reſpondi huiuſmodi.

Aduerſus petitionem nouitèr exortam ex parte Gratiæ Cicorellæ Terræ Corati filiæ quondam Marini Antonij Cicorellæ contra Speram de Magiſtro Auguſtino vxorem dicti Marini Antonij pretendentis condemnari facere dictam Speram, ne dum ad redditionem computorum, ſed veriùs ad vſumfructum totius hęreditatis paternæ relaxandum, ac etiam ad reſtituendum ducatos 400. eidem liberatos per Curiam dictę Terræ, pręfata Spera inſurgendo ſua iura ex iuris diſpoſitione tutata excepit abſolui, & ampliùs nõ moleſtari, ex ſequentibus rationibus demonſtrabitur.

Et quatenùs principalitèr ageretur de
redditione computorũ, licet de iure can-
1 tum ſit vſufructuarium rationes reddere
debere proprietario, ad *text. in l. 1. §. relic.
ff. de vſufr. Eſcoba. de ratioc. in cap. 3 nu. 13.*

• Attamen hoc erit ſanè intelligendum,
quatenùs ad proprietatem ſpectaret, ſicq;
etiam vſufructuarius, cui etiam per Teſta-
torem facta ſit liberatio à redendis ratio-
nibus finito vſufructu, non obſtante illa
liberatione, tenetur reddere rationes de
proprietate, vt tradit *Cancer. variar. reſolut.
par. 1. cap. 7 num. 9.*

3 Non tamen de vſufructu, ex quo vſufru-
ctuarius dominus eſt vſusfructus, non au-
tem proprietatis, *Borgn. de vſufr. mul. relict.
num. 3.*

Quantum verò pertinere videatur ad
petitionem vſusfructus totius hæredita-
tis, de quo contentio eſt, iàm apud DD.
ſamigerata altercatio eſt, an vxor domi-
na, maſſaria, & vſufructuaria relicta à Te-
4 ſtatore ſtantibus liberis inſtitutis alimẽ-
ta dumtaxàt percipiat, vel integrũ vſum-
fructum conſequatur, cõmuniter ipſi ſen-
tiunt alimenta tantùm deberi, iuxtà *Bul-
gari* ſententiam, relatam in *Auth. hoc locum
C. de ſecund. nupt. Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 149. Martic de coniect. vltim. volunt.
lib 9. tit. 7. Surd. conſ. 363. num 1 & in tract. de
aliment tit. 2. quæſt. 15. Merend. controuerſ. iur.
tom. 1. lib. 3. cap. 22 in princ. Marta de clauſul.
par. 3. gloſ. 8. in princ.* cum alijs poſt *Io. Di-
lect. de arte teſtandi, tit. de legatis, caut. 49 Gal-
uan. de vſufr. cap. 24.* apud *Caſtill. de vſufr.
cap. 45. Fontanell. de pact. nupt clauſ. 4 gloſ. 18.
par. 1. num. 37.* vbi deciſiones affert *Borgn.
deciſ. 44. num. 32 par. 1. Intrigl. ſingul. 97. lib. 3.
num. 324. Gratian. deciſ. Marchiæ 210. Mal-
uaſ. conſ. 49. nu. 2. Caball. conſ. ciuil. 132. nu. 1.
tom. 2 Mandel conſ. 277. & 294. nu. 4. 88. nu. 8.
Framb. deciſ. 58. Gionagn. conſ 21. nu. 8 lib. 2.
Io. Bapt Gargiar conſ. 27 num. 13. lib. 1.*

5 Eo quia prout ipſi fatentur, talia verba
importare quandam pręeminentiam in
domo, *Pariſ. conſ. 97. nu. 10. vol 2 & conſ. 21.
num. 5. Graſſ de except. tit. 4. except 16. ſect. 3.
num. 12. Farinac. deciſ. ciuil. 162. num. 6 tom. 2.
Surd conſ. 218. num. 14. Fontanell. vbi ſupra,
Maluaſ. eodem loco num. 4.*

Nihilominus ipſimet DD. arbitrantur, ſecus eſſe quãdo aliud eliceretur ex coniecturata mente defuncti, *Pariſ. conſ. 94. nu. 32. vol. 2. Gallus ibidem nu. 32. Fontanell. vbi ſupra,*

*ſupra, Marta eod. loco num. 3. & Caſtill loco ci-
tato num. 10. Maluaſ. vt ſupra num. 3.* latè *Io.
Bapt. Gargiar. conſ. 1. 24. & 27. lib. 1.*
6 Et tùnc quia voluntas Teſtatoris pote-
rit probari per coniecturas, *Cancer. variar.
reſol. par. 1 cap. 1. num. 176.* quo caſu totali-
tèr vſusfructus vxori acquireretur, non
tantùm alimenta, vt infra dicetur.

Quinimò perſpectis coniecturis reſul-
tantibus ex teſtamento ipſius Marini An-
tonij tutiſſimè erit aſſeuerandum integrũ
vſumfructum totius hæreditatis ad ipsã
Speram pertinere.

7 Et conſiderando primam coniecturã,
quæ eſt, quoties fuiſſet relictus vſusfru-
ctus cum facultate diſponendi, eo caſu
cenſeretur integrè vſusfructus relictus,
ex *Menoch. d lib 4. præſumpt. 139. Surd de ali-
ment. tit. 1. quæſt. 9.* probat *Barry de ſucceſſ.
tom. 1 lib. 9. tit. de leg. vſufr.* vel cum libera,
& pleniſſima facultate, quia idem ſunt,
*Dec. conſ 402. num. 9.* aut cum plena, & libe-
ra, & generali adminiſtratione, quoniam
dicta verba important plenum vſumfru-
ctum, *Pariſ. d. conſ. 94 num 40. in fin. vol* 2 vel
cum plena, & libera adminiſtratione, *Gal-
lus conſ. 161. nu. 34.* confert *conſ. 52. Suelues
volum. 1.*

Ac cum fuiſſet ipſa Spera relicta vſu-
fructuaria, domina, & patrona cum am-
8 pla poteſtate in forma, cenſeri debet cum
poteſtate tali diſponendi, quia plena po-
teſtas, & libera poteſtas, idem ſunt *Anna
allegat. 52. num. 71.* vbi plura. nàm amplum,
idem vltra modum, *l. funeris ſumptus, §. 1. ff.
relig. & ſumpt. funer.* ſicuti quando fuerit
relictus cum libera, & abſoluta, totus vſu-
fructus integrè debetur, probat ex multis
*Io. Bapt. Gargiar. conſ. 27. num. 14. lib. 1.*

Secunda coniectura colligitur ex ge-
minatione verborum illorũ, quod ſit vſu-
9 fructuaria, & eo caſu verba geminata
operantur, vt vſusfructus integer relictus
ſit, ità ex *Surd d. tract. tit. 2. quæſt. 15. num. 6.
& 7.* probat ibidem *Merend. num. 4.* poſt
*Pariſ. d. conſ. 94 num, 38. Maluaſ ibidem nu. 5.*

Tertia coniectura percipitur ex pote-
ſtate à Teſtatore conceſſa tranſeundi ad
ſecunda vota, ac dandi vitrico filios ſuos
in dotem, & fuiſſet vſufructaria, & certum
10 eſt ex ijs verbis facultatem diſponendi
conceſſam eſſe, ex adductis per *Pariſ.
conſ. 97. num. 27.* nàm etiam ſi non fuiſſet
11 hoc conceſſum, vxor per tranſitum ad ſe-
cunda vota, non priuatur vſufructu ſibi
relicto, & multò minus alimentis, *Maluaſ.
conſ. 7. num. 19.*

Quarta oritur coniectura, dùm aſſerit
Teſtator, quod ſit vſufructuaria ſuæ hęre-
ditatis, vndè perſpicitur totalitèr vſum-
fructum fuiſſe legatum, poſtquam ſi dimi-
12 dia partis, vel quotæ hęreditatis vſusfru-
ctus fuerit relictus, deregetur voluntas Te-
ſtatoris illam relinquiſſe, ex *Bart. conſ. 57.
num. 2. vol. 1. Anton. Gabr de vſufr. concluſ. 2.
verſ. 33. Mantica d lib. 9. tit. 8 num 21. Surd.
d. quæſt. 15. num. 140. Intrigl d. ſingul. 97. num.
344 Gallus vbi ſupra num. 57.*
13 Quãrò magis ſi fuerit relictus vſusfru-
ctus totius hęreditatis, quę eſt ius vniuer-
ſale, nàm hęreditas eſt ſucceſſio in vni-
uerſum ius, quod defunctus habuit, *l. ni-
hil aliud, ff de verb ſignif.*

Quinta coniectura ſe offert, quia fue-
rat relicta vſufructuaria ad certum tem-
14 pus, & hoc caſu ex quo voluntas teſtato-
ris refertur velle cum effectu vſumfructũ
conſequi debere, ex *Anton. Gabr. vbi ſupra
num. 33. Lancellott. in l. vxori verſ putabam, ff.
de vſufr. leg.* notat ibi *Mantic. & Intrigl. nu.
346. Gallus num. 60.*

Sexta coniectura deſumitur ex diuerſi-
tate legati facti, hoc eſt, ſi in viduitate
15 permanſerit, vel ad ſecunda vota conuo-
lauerit, & iſto caſu non poterit legatum
ad alimenta reſtringi, ex *Dec. conſ. 483. nu.
11. conſ. 537. num. 8. & conſ. 626. num. 6. Ant.
Gabr. ibi num. 40. Mantica vt ſupra num* 30.

Septima coniectura colligitur ex re-
miſſione redditionis computorũ, ex qua
16 agnoſcitur voluntas Teſtatoris voluiſſe
vſumfructum ei acquiri, ex *Anton. Gabr.
ibi num. 49. Goz. ad conſ. 47. num. 11. Mantica
citato loco num. 29. Intrigl. eodem loco nu 262.
Barry vbi ſupra ſub num. 6. verſ decimus ter-
tius, Pariſ. d. conſ 97. nu. 26. & conſ 94. nu. 36.
Surd conſ. 143 nu. 29. Gallus ibid. nu. 50. & 51.*

Ad quod ſubnectit *Caball. d. conſil. 132.
num. 4.* quod legatum vſusfructus omniũ,
& quorumcunq; bonorum per maritum
vxori factum plenum, & integrum vſum-
fructum importare pręſumitur, quãdo in
teſtamento maritus diſpoſuit vxorem nõ
poſſe cogi ad reddendum vllam rationẽ
de fructibus perceptis, liberando eam à
dicta ratione reddenda, vt in facto erat
expreſſum.

Et in ſumma circumſcriptis ſupra alle-
gatis coniecturis, maritus legans vxorem
17 vſufructuariam, dominam, maſſariam, an
vſumfructum integrum habebit, inſtituto
filio, *Ripol variar. reſolut. cap. 13. num. 118.* ex
*Pariſ conſ. 96. lib. 2. Caſtr. conſ. 387. Alex. conſ.
214. vol. 6. Dec. conſ. 413. & 620.* concludit
abſolutè eſſe vſufructuariam, niſi de con-
traria mente Teſtatoris appareret, & ſi nõ
appare-

Digitized by Google

apparebit in eius fanoré cenſetur diſpo-
nere. quadere ſi quãdo apparet ex verbis,
& voluntate Teſtatoris eſſe vſufructuariã
18 omnium bonorum, vt tũne integrum, &
totnm vſumfructum conſequi debere, ex
multis probat *Io.Bapt.Gargiar d.conſ.* t.*nu.*
22.*&* 23. quod idem erit intelligendũ de
vſufructu hęreditatis, quę eſt ius vniuerſa-
le,& ampliùs per illa verba teſtamenti cũ
ampla poteſtate, vt dictum eſt.

Ex ijs infertur ad aliũ caſum mihi con-
ſulendum propoſitum, poſtquam in lega-
to facto in teſtamento per Ioſeph Franca-
lancia eius vxori omnium mobilium ſuo-
rum,& quod de illis potuiſſet diſponere
ad ſuam voluntatem, relinquendo etiam
ipſam vſufructuariam omnium ſuorum
bonorum, & poſt illius obitum, hęredem
vniuerſalem inſtituit Conuentum S. Do-
minici Ciuitatis Sulmonis, poſt tres dies
obitus ipſius, obijt dicta eius vxor, quæ
inſtituit etiam hæredem prædictum Con-
uentum diſponendo de omnibus mobili-
bus, & de eo, quod diſponere potuerat in
beneficium ſuorum nepotum, & quia in
eius poſſe reperti fuerant ſex mille ducati
apocarum cambij ipſius Teſtatoris. multa
legata confecerat, ordinando, vt illa ſol-
uerentur de dictis apocis cambij vti mo-
biles.

Dicebat Conuentum prædictũ voluiſſe
hæreditatem renunciare, eo quia dicta
mulier non poterat diſponere de dictis
apocis, eo quia non includebantur inter
mobilia, cum ipſę eſſent maior pars hære-
ditatis, vndè dubitari contingit, quid
iuris.

19 Conſiderabam, quod pecunia licet de
per ſe ſit mobilis, ad *text.in l.Iulianus, ff. de*
*petit.hared.* cum alijs adductis per *Bertacch.*
*in repert.verbo pecunia, il primo.*

20 Et tàm ſi ex veditione rerum mobiliũ,
cenſeretur mobilis, probat *Ludou. Bellus*
*conſ.*102.*num.*44.

21 Quam etiam ſi prouenerit ex venditio-
ne fundi dotalis, cum pacto vt conuerte-
retur in emptionem alterius prædij, quod
ſit dotale cenſeretur mobilis, idem *Bellus*
*conſ.*72.*num.*30. imò deſtinata ad emptio-
nem prædiorum, generalitèr cẽſeretur in-
ter mobilia, *idem conſ.*77.*num.*13.

22 Adhùc tamen mobilium appellatione,
quæ ibi erunt mea, purà fundo, vel domo
in legatis, non veniunt nummi repoſitæ,
vt mutuo ſint, ex *l.ſi chorus,* §.*us verbis, ff. de*
*leg.*3 *Gloſ.in l ſi mihi, ff de eodẽ,* & alijs pro-
bat *Mollign. de appellat vtriuſq; iur. extenſ.*
23 *num.* 735. & ſic in legato mobilium non

continetur pecunia numerata, *l.quaſitum,*
§.1. & alijs probat *Marta in ſumma legal. de*
*ſucceſſ. par.*4. *q.*18.*art.*1.*nu.*27.*& in conſ.*77.
24 *nu.*1. eo maximè ſi fuerit in magna quã-
titate, fortiùs in legato non continetur,
*Marta vbi ſupra nu.*5. *Gratian. diſcept forenſ.*
*cap.*8t1.*num. Theſaur. deciſ.*160.*num.*4. latè
*Franc.de Petris conſ.*6. nec includitur in le-
gato mobilium, *Mantica d.tract. lib.*9. *tit.*3.
*num.* 4.

25 Eo magis quãdo eſſet deſtinata ad ne-
gotiationẽ, quidquid dixerit *Pinellus* re-
latus à *Menoch.lib.præſumpt.*138.*nu.*30. fun-
dat *Theſaur.vbi ſupra num.*2.

26 Imò dato, quod fuiſſet relictns vſusfru-
ctus pecuniæ, quod fieri poteſt, vt docet
*Scaccia de cambijs,* §.3. *gloſ.* 3. *num* 42. poſt
*Mantic. eodem tract. lib* 9 *tit.*6. *ſub num.*14.
& ità per *Senatum Ferrar.* inductum, refert
*Marcab.conſ.*75.*nu.*17.*&* 21. ſubdens *nu* 18.
quod vſusfructus propriè non dicitur in
rebus mobilibus, ſed quaſi, non tamen
27 proprietas legata cenſeretur, dũm ſtatim
reſtitutura erat inſtituto, ſic vxor hæres
inſtituta in vſufructu omnium bonorum
eſt loco legatarij, ſi poſt eius mortem pius
locus eſt inſtitutus, probat *Mantica d.tract.*
*lib.*4.*tit.*5.*artic.*5.*num.*9.

Et quàmuis pecunia nõ ſit litera cam-
bij, neq; litera cambij pecunia in tantùm
28 eſt verum, quod literæ cambij non pro-
bant numerationem, ex *Bald. & Maranta*
probat *Cauatius in tract. de cambijs, tit. de lite-*
*ris, verſic. quaro an litera,* benè tamen cam-
29 bium eſt contractus, vt inquit *Nicol. Ge-*
*nua in tract. de priuata ſcriptura, tit. de literis*
*cambij, quaſt.*5.*num.*4. ſed an nominatus, vel
non, *firmat num.*6 eſſe nominatum, quod
reuocari non poteſt, ex illis enim literis
cambij competit actio mandati, *vt ibidem*
*num.*2. probat, cuius vigore ſoluitur pecu-
nia per eum, cui diriguntur, & conſequen-
30 tèr dicitur actio perſonalis vt illa, quæ
oritur ex contractu, ſeù quaſi, *vt ſubdit*
31 *num.*3. non tamen actio realis, vt compe-
tere poſſit priuilegium hypothecæ, idem
*Genua eod.tit. quaſt.*2.*num.*1. licet ex con-
ſuetudine aliquarum nationum, ſecus eſ-
ſet, vt ibi refertur, adeò quod in legato
32 intelligitur ius pignoris, & hypothecæ,
quod Teſtator habuit, vt inquit *Mantica*
*d.tract.lib.*9.*tit.*10.*num.*15. vbi ſubdit *nu* 16.
33 quod legatum intelligitur ius, quod Te-
ſtator habuit ad rem, & ſucceſſiuè mobi-
lium appellatione in ſucceſſionibus con-
tinetur creditum pecuniarium vbicunq;
apparet ibi perpetuò non manſurum, ex
*Burſat.* probat *Molign.d.tract.*736. ità quod
mobi-

34 mobilium appellatione continentur etiã actiones, & iura, ſecundum naturam rei, quæ in ea deducitur actione,& ſic etiam immobiliũ,vt ſubſequitur *Molign nu.*737. nihilominus ibidem aduertit tales actiones eſſe tertium genus de per ſe, & proin-
35 dè legatum bonorum mobilium , & immobilium, nõ complectitur iura,& actiones, niſi ex coniecturis probetur , *Mantica d.lib.9. tit.2.num.*1. quæ tamen ceſſare cernuntur in caſu iſto, meritò comprehendi non videntur tales literæ cambij , & ſimi-
36 litèr pecunia in legato non continetur niſi ex cõiecturis apparet,vt probat *Mantica d.lib.9.tit.3.num.*4.

*SVMMARIVM.*


1 *Decoctus dicitur,dùm in bonis nulla reperitur, & pro deficientia cenſuum decurſorum.*
2 *Decoctus dicitur,qui vitio ſuo,vel partim fortuna factus eſt non ſoluendo .*
3 *Decoctus dicitur,vel quia non eſt ſoluendo,vel quia eſt ſoluendo , ſed pecunias ſecum portat.*
4 *Decoctor notorius quis dicatur .*
5 *Decocti priuantur adminiſtratione ſuorum bonorum,& ſunt inhabiles ad velle,& nolle.*
6 *Decoctor priuatus adminiſtratione ſuorum bonorum nemini ſoluere poteſt in præiudicũ creditorum , imò nil poteſt facere in eorum præiudicium .*
7 *Decocto in Regno dantur ſtatim perſonæ pro adminiſtratione bonorum .*
8 *Decoctus ſi non habet velle, & nolle, ergo nec decocturus de facili .*
9 *Decoctus contrahere prohibetur,nec agere, nec conueniri poteſt, neque cedere .*
10 *Publica negotia labuntur, & commercia deferuntur in perniciem Reipublicæ per decoctionem,& fallimenta,& intereſſe creditorum.*
11 *Decoctor, fraudator nuncupatur.*
12 *Decoctores,vt plurimum ſunt fraudatores.*
13 *Decoctor eſt,ergo fraudator,valet conſequẽtia.*
14 *Decoctio peſſima cauſa eſt mutationis ſtatus.*
15 *Status mutatur per decoctionem , qua detecta eſt paupertas,quã impeditur purgatio moræ.*
16 *Simulatio perſonæ accedit decoctio ex cauſa paupertatis .*
17 *Decoctus,qui fit de tali tempore,vel non Iudicis arbitrio remittitur .*
18 *Decoctus omnia,quæ poſt decoctionem agit, dicitur facere tempore inſtabili .*
19 *Decoctus poſt ruptam fidem reputatur mortuus .*
20 *Decoctus non poteſt delegare , & quare neque contrahere .*
21 *Simulatio facta per debitorem , non nocet creditoribus .*
22 *Decoctores ſunt faciles ad colludendum .*
23 *Confeſſio facta à debitore , non nocet creditoribus .*
24 *Confeſſio decocti ad fauorem vnius creditoris, non obſit alijs .*
25 *Decoctus adhùc non declaratione facta,contrahere prohibetur .*
26 *Qualitèr conſtare debet de decoctione.*
27 *Decoctus verè quis dicatur .*
28 *Contractus omnes reſcinduntur per decoctiones miniſterio iuris .*
29 *Fallitus adminiſtratione bonorum priuatur .*
30 *Decocti ſolent mentiri faciliùs ad illudendum.*
31 *Decoctores ſunt perſonæ , cum quibus durum eſt, & peſſimum tractare .*
32 *Decoctus ſolitus eſt mentiri , & æquiparatur Camaleonti .*
33 *Decocti ſint ſuſpecti de falſitate .*
34 *Creditores nõ præſumuntur ſcire decoctionem.*
35 *Contractus in præiudicium aliorum non tenent .*
36 *Contractus rupti licet valeant , non tamen in præiudicium creditorum .*
37 *Internallum ſtatim, vel incontinenti , qualiter intelligatur .*
38 *Breuitas temporis decoctionis facit , vt cedens nomen debitoris , non liberatur , ſed teneatur ad intereſſe, de quo ſtatur Iudicis arbitrio.*
39 *Contractus geſtus in limine decoctionis non valet ex omni iure .*
40 *Decoctio ante ſolutionem facta per eum , qui tenebatur ſoluere in vim literarum cambij per eum acceptatarum,nõ nocet creditori, cui erat ſoluendum .*


ARGVMENTVM.

Cenſus decurſi ex capitale peruenti,& in capitale conuerſi per debitorẽ decoctum in fraudem creditorum , an iure ſubſiſtant .

CASVS LV.

Contractum iſtum celebratum inter Io. Andream de Petruccio debitoris filium , cum Oratio de Bernaudo annuorũ ducatorum vndecim pro capitale ducatorum 150. ex præteritis cenſibus debitis in capitale redactorum in fraudem creditorum ſimulatè conceptũ oſtenditur ex ſequentibus, eo ſiquidèm præſuppoſito prius fundamento , ex facti ſerie reſultante,exiſtentibus creditoribus

quond.

Digitized by Google

quond. Marci Antonij, ac etiam vrgenti-
bus pro eorũ creditis, fuit facta exequu-
tio ſuper certa domo, ex qua debebantur
annui redditus cenſuali illis de Balſamo
ad inſtantiam Sanctæ de Petruccio, Ioan-
nis Marci Maſtellone, & aliorum, & vena-
le illa expoſita, ac pretium illius in poſſe
Iudicis deuentum, peracta priùs gradua-
tione creditorum, compertum fuit, quod
dùm aliud in bonis debitoris non repe-
1 riebatur, ipſum decoctũ eſſe reddebatur,
ac etiam pro deficientia cenſuum decur-
ſorum, per ea, quæ concludit *Reg. Rouit. in
pragm. 3. de ceſſ. bonor. num. 25.* & ſic deco-
2 ctor dicitur, qui fortunæ vitio, vel ſuo, vel
partim fortunę vitio, & partim ſuo factus
non ſoluendo foro cedit, probat *Io. Bapt.
Gargiar. conſ. 96. num. 123. tom. 1.* & ſic effi-
ciuntur decoctores, vel quia non ſunt ſol-
3 uendo; ſed pecunias, & res ſecum portant,
*idem conſ 95. num. 120. & 121. eod. volum.* &
4 *ſubdit num. 124.* & quod decoctor notorius
dicitur notoriè non ſoluendo, etiam de-
coctio ſatis, ſuperq; indicat principalem
ſoluendo non eſſe, *Scayn. deciſ. 19. num. 7.*

Quo fit, vt exiſtente tali decoctione, ex
5 quo decocti, & falliti ipſo iure priuati sũt
adminiſtratione eorum bonorum, & ſunt
inhabiles ad velle, & nolle, vt inquit *Ca-
mill. de Medic. conſ. 98. num. 25.* ſtatim enim
perdunt adminiſtrationẽ bonorum, pro-
bat *Franc. Maria Pratus diſceptat. forenſ. cap.
39. num. 1. pract. obſeruat. in obſeru 33. num. 9.*
6 adeò quod decocto per decoctionẽ cen-
ſetur interdicta bonorum adminiſtratio,
nec poteſt vni ſoluere in præiudicium
aliorum creditorum, vt nouiſſimè teſta-
tur *Martius Venturin. conſ. 10. nu. 211.* & de-
coctor poſt decoctionem, nihil poteſt fa-
cere in præiudicium creditorum, *Gratian.
7 cap. 537. nu. 11.* hinc decocto in Regno ſta-
tim dantur perſonæ, quæ exigant, & con-
ſeruent pro creditoribus bona decocti,
per quos omnia geruntur circa bonorum
ipſius adminiſtrationẽ, vt ſubdit ibi *Pra-
8 tus num. 20.* ſicque decoctus ſi non habet
velle, nec nolle, ergo nec decocturus de
facili, idem *Gargiar. conſ. 91. num. 7. tom 2.*
ergo contrahere prohibetur, idem *Prat.
9 d. cap. 39. num. 11.* imò nec agere, nec con-
ueniri, idem *Pratus d. cap. 39. nu. 1. & nu. 11.*
neq; cedere, *Salgad. in laberinto creditorum
par. 1. cap. 14. num. 20.* nàm per decoctionẽ,
10 & fallimentum publica negotia labũtur,
& commercia deferuntur in perniciem, &
damnum Reipublicæ, & contra publicam
fidem, & intereſſe creditorum, ad quorum
commodum pertinebant. ex *text. in l. Pau-
lus, vbi Bart. ff. de falſ.* probat *Maſtrill. deciſ.
225. num. 17.*

Hinc ex ijs reſultare videtur, non mo-
dica præſumptio ſimulationis contractus
celebrati, tùm inſpecta perſona ipſius de-
11 bitoris decocti, quem fraudatorem ap-
pellat *I.C. in l. qui priuilegium, ff. depoſ.* cum
alijs ad hoc congeſtis per *Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 124. num. 72.* nàm vt
12 plurimum ipſi sũt fraudatores, *Stracca de
13 decoct. par. 3. nu. 19.* decoctor eſt ergo frau-
dator, *Gargiar. conſ. 45. num. 36. par. 2.* & va-
let conſequentia, *idem d. conſ. 96. num. 131.*
14 nàm decoctio peſſima cauſa eſt mutatio-
nis ſtatus, *Reg. Merlin. controu. forenſ. cap. 11.
15 n. 13. tom. 2.* & poſt decoctionem mutatur
ſtatus, & detecta eſt paupertas, per quam
impeditur purgatio moræ, *Gratian. c. 780.
16 num. 24.* cui accedit altera ſimulatio per-
ſonæ ex cauſa paupertatis, ac neceſſitatis,
vt voluit *Farinac. de ſimulat. contract. q. 162.
num 175.*

Similitèr attento tẽpore celebrati con-
tractus venditionis domus in actis dedu-
ctæ, ad inſtantiam creditorum, nequiuerat
contractus celebrari per ipſum debitorẽ,
17 nàm & ſi quod decoctus quis ſit de tali
tempore, vel non, Iudicis arbitrio remi-
ctatur, *Gargiar. d. conſ. 91. num 8. par. 2.* atta-
men quia notoriè apparebat de decoctio-
ne, & contractu indè celebrato, certum
18 erat de iure, quod decoctus omnia, quæ
poſt decoctionẽ agit, dicitur facere tem-
pore inhabili, ſicut probat *Pratus d. c. 39.
num. 2.* etenim vt ipſe *ſubdit* num. 8. quod
19 decoctus poſt ruptam fidem reputatur
mortuus, vndè quemadmodùm decoctus
20 non poteſt delegare, quia videtur fieri in
fraudem aliorum creditorum, *vt ibidem
aſſerit*, nouiſſimè *Salgad. in d. laberinto credi-
torũ, d. par. 1. cap. 14. n. 16. & ſeq.* poſt *Mutam
in cap. 18. Regis Martini à n. 13. cum ſeq. tom. 3.*
ità paritèr contrahere per ſe, vel per aliũ,
quoniam talis contractus diceretur ſimu-
latus, ſi ageretur de præiudicio tertij, *Mu-
ta deciſ. 26. num. 33.* non mirùm igitur, ſi ſi-
21 mulatio facta per debitorem, non nocet
creditoribus, *Magon. deciſ. Lucenſ. 51. nu. 13.*
22 & ratio eſt, quia decoctores ſunt faciles
ad colludendum, *Stracca d. tract. de decoct.
par. 3. num. 18.* vbi ſubdit, vt plurimum eſſe
fraudatores.

Si enim hoc non erit licitum principa-
li debitori ſucceſſiuè, neq; licebit eius fi-
lio, talem confeſſionem facere eſſe debi-
torem in ducatis 150. pro cenſibus de-
curſis, & in capitale redactis ſub annuo
reddittu ducatorum vndecim in præiudi-

23 cium creditorum, etenim confeſſio facta
à debitore, non nocet creditoribus, vt ex
*Soccin. Ripa, & Tiraq.* probat *Mancin. in tract.
de iuramento, cap. 2. n 91.* et idē *Mancin. in tract.*
24 *de confeſſ. cap. 7. nu. 32.* ſic confeſſio decocti
ad fauorem vnius creditoris, non obſit
alijs, ex *Bald. conſ. 432, lib. 1.* probat *Gratian.
cap. 391, num. 12, 13. & 14.* vbi alia ſimilia
adduxit, neq; valebit ipſa confeſſio, *Salgad. vbi ſupra num. 21.*

Multò fortiùs confeſſio filij illius, in
præiudicium creditorum, idcircò nulla
ratio de tali contractu erit habenda, vti
geſtus in fraudem, ac ſimulatè, & ob id
quatenùs aliquid creditor prætēderit ſua
iura oſtendere debuerat apertè, & non
ſimulatè, quocirca præferri non debet veris
creditoribus, ad corroborationē ſubſequuntur
ſequentia videlicet.

Audiui Partem aduerſam prætendere
contractum ipſum geſtum cum Andrea
Petruccio eſſe realem, dùm eo quod non
dùm decoctus fuerat declaratus per in-
25 terdictionem adminiſtrationis, adhùc nō
interpoſita, vndè contrahere vetebatur
iuxtà morem S. C. de quo per *Praſ. de*
26 *Franch. decif. 55. num. 3.* nàm de decoctio-
ne notoriè per ſententiam conſtare dici-
tur, *Scayn vbi ſupra*, ſed huic objectioni
facilè reſpondetur, eo ſiquidèm ſuppoſi-
to, quod ſententia *Angel. in conſ. 61.* relati
per *Stracch. d. tract. par. 2. num. 1.* dicentis,
27 eum diei, qui mole creditorum oppreſsū
ſoluere detraxerit, aut latitare, eo ampliùs
cum bona fuerint exequuta, & in poſſe
Iudicis exiſtentia, vbi multitudo credito-
rum interceſſerat, quo caſu miniſterio iu-
28 ris omnes contractus reſcinduntur, *Reg.
Rouit. in pragm. 3. num 29. de ceſſ. bonor.* & ſic
ipſi contrahere prohibentur, vt dictum
29 eſt ſupra, cum ipſo iure fallitus admini-
ſtratione bonorum eſt priuatus, *Medic. d.
conſ. 98. num. 2.* nouiſſimè *Salgad. in laberin-
to creditorum, par. 1. cap. 14. num. 11.* eo quia
30 ipſi ſolent mentiri faciliùs ad illudendū,
& ſunt fraudatores, *Stracca d. tract. par. 3.*
31 *num. 15. & ſeq.* & decoctores ſunt perſo-
næ, cum quibus durum eſt, & peſſimum
tractare, *Gratian diſcept forenſ cap. 916. nu. 3.*
32 & decoctus eſt ſolitus mentiri, & æquipa-
ratur Camaleonti, *idem cap. 380. num. 19.*
33 idcò nulla fides adhibenda ſit talibus
contractibus, dùm ſunt ſuſpecti de falſita-
tate, ex multis probat *Farinac. de falſit. &
ſimulat. quæſt. 150. par. 3. num. 98.* & ampliùs,
34 quia creditores non præſumuntur ſcire
decoctionem, idem *Gratian. d. cap. 391. n. 23.*
35 idcircò tales contractus in præiudicium
aliorum non tenent, *Bertazzol. conſ. 538.*
quo fit, vt ſi ante decoctionem non tene-
rent, ex *Bald. conſ. 400. lib. 5. Stracca d. par. 3.
num. 30.* quantò magis poſt decoctionem,
36 quia contractus rupti licet valeant non
tamen in præiudicium creditorum, *Rota
Genua decif. 131. num. 4.* eo maximè dato
paruo interuallo, nàm DD. licet loquan-
37 tur de breui tempore, vel ſtatim, aut in-
continenti, nihilominus iſta verba verifi-
cantur etiam in pluribus diebus arbitrio
Iudicis, ex *Gloſ. in l. ſi is à quo, verbo hodie, ff.
vt in poſſ. legat.* & alijs probat *Grat. cap. 768.
num. 10. & d. cap. 391. nu. 10.* vndè talis bre-
38 uitās tēporis decoctionis facit, vt cedens
nomen debitoris non liberatur, ſed tenea-
tur ad intereſſe, & ſtatur arbitrio Iudicis
circa dictum tempus, *idem cap. 527. nu. 18.*
39 *& 19.* ſic contractus geſtus in limine de-
coctionis non valet, tàm ex forma ſtatuti
Vrbis, quàm iuris communis, inquit *idem*
40 *cap. 768. nu 7. & 8.* ſimilitèr decoctio ante
ſolutionem facta per eum, qui tenebatur
ſoluere in vim literarum cambij per eum
acceptatarū, non nocet creditori, cui erat
ſoluendum, *Fontanell. decif. 125. nu. 8. par. 1.*
ex quibus omnibus elicitur veritas arti-
culi, & ſic fuit ſeruatum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Cauſæ, quæ poſſunt impugnari partitiones.*
2 *Partitio rerum per errorem, vel deceptionem
facta officio Iudicis, in quo debet uerſari.*
3 *Iudex nil debet indiuiſum relinquere, in iudi-
cio familiæ erciſcundæ.*
4 *Vtile per inutile non debet vitiari.*
5 *Onera hæreditaria debent agnoſci, vt diui-
dantur.*
6 *Diuiſio inter fratres facta, ſi plus vni, quam
alteri contingit; debet reformari.*
7 *Iudex debet curare vt diuiſio hæreditatis ſi nō
fuerit facta per quotas, ſed per partes ſingu-
lares reducantur ad quotam, vt vnuſquiſque
debita pro rata agnoſcat.*
8 *Valor hæreditatis non attenditur, ſed quota
dùm quæritur quatenùs hæres pro ſua virili
teneatur.*
9 *Lex non admittit in diuiſione, quod vni plus
tradatur, quam alteri.*
10 *Diuiſio per errorem facta, etiam ratificata, non
officit, ſed erit reuocanda non obſtantibus
pactis.*
11 *Diuiſio erronea ſemper debet retractari, etiam
ſi eſſet facta cum Iudicis authoritate, aut eſ-
ſet iurata.*
12 *Diuiſio erronea ſemper debet ratractari.*
13 *Diuiſio reſcindi poteſt ex cauſa læſionis.*

14 *Reme-*

Digitized by Google

14 *Remedium læſionis, an inſimul cum remedio erroris poteſt intentari, referuntur opiniones contrariæ.*

15 *Læſio, quæ in ſexta parte totius ſummæ ineſt, eſt læſio in tertia reſpectu portionis alterius.*

16 *Qualibet inęqualitas ſufficit, in diuiſione ad illius reſciſſionem, & qualitèr procedat.*

17 *Remedium quale erit faciendum in diuiſione bonorum in iudicio familiæ erciſcundæ..*

18 Text.in §.familiæ, Inſtit. de offic. Iudic. *ponderatur.*

19 *Res ſingulæ ſingulis, an erint aſſignandæ, & qualitèr.*

20 *In diuiſione maior requiritur æquitas, et æqualitas, quã in vẽditione, & qualitèr faciẽda erit.*

## ARGVMENTVM.

Debitum paternum ex errore poſitum, in diuiſione bonorũ ſuper portione alicuius fratris, an erit pro rata deducendũ, & ſi lęſio in hoc erit actẽdenda, & qualitèr.

## CASVS LVI.

DVO iudicia intentauit Franciſcus Antonius de Thomaſe aduerſus Iannarium eius fratrem, vnũ principalitèr, aliud acceſſorium, & in conſequentiam ad eundem finem tendentia; quantum ad Primum iudicium principalitèr inſtitutũ pertinet, ex eo apparet debitum paternum ducatorum 400. reddituum Carolo Braeciollino, ex communi errore ipſorum fratrum credentium eſſe ſuper domo donata ipſi Franciſco Antonio bene factum, ità quod tamen ipſe Franciſeus Antonins annuos dueatos 28. ſoluerat, quam ipſe Ianuarius reciperat poſteà in diniſione bonorum inter eos perhabita, cum fuiſſet compertum tale debitum contractum fuiſſeper eorum patrem ſuper introitibus gabellæ huius Ciuitatis Neapol. inſtetit dictus Franeiſcus Antonius in S.C. ad totale debitum non teneri, ſed tantùm pro rata, & portione hæreditaria, repetendo ſolutum per errorem, aliud iudicium ſecũdariò, & in conſequentiam intentatum fuit lęſionis ſuæ partis, dùm fuerat oppoſitum ab eius germano, iàm quod aſſumpſerat ipſe Franciſcus Antonius quædam debita paterna perſoluere, & aliud debitum non reperiebatur, ad illud teneri neutiquam prætendebat, ideircò replieabat ad illud non teneri, cum non fuerat de eo cogitatum, nec in diniſione deductum, adeò quod ſi de eo mentio ſacta fuiſſet, non aceepiſſet quædam mobilia parni valoris ad ſoluendum legata paterna, materna, & fraterna, maioris valoris, & ſuperaddita medietate dicti debiti duc. 400. remanſiſſet ſatis læſus in ſua portione, hæc in facto.

Reſpectu primi indicij erroris memorati debiti, in hoc erit inſpiciendus, *Vaˇ-
laſc.in ſua praxi partitionum, cap.39.* vbi in
1 terminis noſtris reaſſumit omnes cauſas,
propter quas impugnari poſsũt partitiones, & inter cæteras *num.*58. ad propoſitũ
huius prætenſionis hæc verba formalia
2 protulit videlicet, qninto etiã modo impugnari poſſunt partitiones ſactæ, & ſignatæ, ſi eollatio alicuius rei per errorẽ,
vel deceptionem ommiſſa eſt, tùnc enim,
inquit *text. in l.ſi ſoror, C.de collat.* officio
Iudicis compellendum eſſe aduerſarium
non eollata conferre, & quæ remanſerunt
indiuiſæ diuidere, ad *idem l.3. C.famil. erciſc.* ibi, *quid à cohęrede ſublatum, probatum
fuerit*, & *l.1.* ibi, *Si non omnem paternam hæreditatem ex conſenſu diuiſiſti, C.eodem*, idem
in occultatis, quæ etiam fieri peti poſſunt
conferri, vt per *Iaſ.in l.ea demum, nu.7. C.de
3 collat.* & generale eſt, vt in iudicio familię
erciſcundæ, nihil debeat Iudex indiuiſum
relinquere, *l.hæredes, §.ſi filius, ff. famil. erciſc. &c.* ſed aduerte, quod per hoc non
debent reſcindi diniſiones iàm factę, quia
iura præcitata à tale aliquid non dicunt,
nec debet audiri, qui propter res non diuiſas poſtulat annullari iàm factas portio-
4 nes cum vtile perinutile nõ debet vitiari,
& ità *text. in d.l. ſi ſoror*, ſolùm illud plus,
qnod apud hęredem reperitur, reſtitui iubet, & ſimilitèr iura ſuperiùs allegata, hęc
ille, quod idem erit ſeruandnm in oneribus ad hæreditatẽ pertinentibus, ad *text.
5 in l.2. C. de hæred.actio.* ibi, *Pro hæreditariis
partibus hæredes onera hæreditaria agnoſcere,
etiam in Fiſci rationibus placuit, &c.* vbi *Gloſ.*
alia iura concordantia tradit, eo fortiùs
quotieſcũq; ſuperuenerint, sẽper hæredes
6 tenentur, quo fit, vt diuiſio inter fratres
facta, quando vni pluſquam oporteat datum eſt, reformari poteſt, vt dixit *Pet.Sanz.
in tract.de bon.diuiſ. lib.1.c.8.nu.1. & cap.11.
7 num.*28. ſicque diuiſio hæreditatis ſi non
fuerit facta per quotas, ſed per partes ſingulares, tùnc Iudex debet cutare, vt ad
quotam reducatur, ad hoc vt vnuſquiſq;
hæreditatem debita pro rata agnoſcat, ex
*Caſtr.*probat *Coſta de ratione rata, quæſt.*195.
8 *num.*4. etenim hęreditatis valor nõ atten-

ditur, ſed quota cum quæritur, quatenùs hæres pro ſua virili teneatur, *idē queſt.*45. *ſub num.*15. in tantùm verum eſt in diuiſionem, quod vni plus tradatur, quam alteri lex non admittit, tradit *Io. Bapt. Gar-*
9 *giar, conſ.*26.*num.*8.*tom.*1. diuiſiones enim æqualitatem continere debent, *idem conſ.* 74 *num.*19.*eod.vol.*

Sin autem hoc proceſſiſſet ex errore, ex
10 quo in diuiſione per errorē facta, nullum poteſt fieri fundamentum, etiam ſi ratificata reperiretur, *idem Gargiar. d. conſ.* 26. *num.*7. ideò erit retractanda, non obſtante quocunq; pacto, cum tùnc in ea nullū fundamentum faciendum ſit, ſiue ſit error iuris, ſiuè facti, *idem d.conſ.*24.*num.*15.& ſic diuiſio erronea retractari poteſt, ſiuè erretur in facto, ſiuè in iure, non obſtantibus quibuſcunq; pactis etiam iuramento firmatis, *idem d.conſ.*26.*num.*9. *& d.conſ.*74.
11 *num.* 29. imò etiam diuiſio erronea ſemper debet retractari, & ſi eſſet facta Iudicis auctoritate præcedente, etiam ſi eſſet iurata, & ex poſt ratificata, & ſiuè erronea in facto, ſiuè in iure, *idem conſ.*57. *num.*35.
12 *tom.*2.quo fit, vt talis diuiſio erronea poſſit ſemper retractari, *Mandel.conſ.*748.*nu.*7.
13 & exiſtēte læſione, potiſſimùm vt ipſa diuiſio reſcindi poteſt ex cauſa læſionis ad 30. annum, *Ant. Faber in Codice lib.*3. *tit.*27. *definit.*7.*num.*1. *Griuell.deciſ.*127 *num.*11.

Quò verò ad aliud iudicium in conſequentiam intentatum, ſcilicet læſionis ad comprobarionem iudicij erroris occurſi, circumſcripta illa controuerſia à *Couarr. & Gregan.* prolata, qui inſimul cum alijs
14 loquuntur in caſu reſtitutionis in integrum petitæ aduerſus læſionem, de quo non eſt noſtrum diſſerere, ſed dumtaxàt ità ſimpliciter fuit tale remedium intentatum aduerſus peritionem ipſius Franciſci Antonij, & inter alia remedia hoc idē cumulauit *Valaſc. vbi ſupra num.*17. *& ſeq.* & eo caſu quærit, ſi reſpectu totius ſummæ, vel reſpectu portionis ſoliū erit attendenda, & retulit in hoc DD. duas conſtituiſſe opiniones, quarum vna fuit *Bart. cū alijs ibidem relatis*, qui tenēt eſſe attendendam læſionem totius ſummæ in ſexta, alia fuit *Abb. ac aliorum ibi relatorum num.*19.aſſerentium læſionem eſſe conſiderandam reſpectu portionis, & ſic in tertia, & hanc eſſe communem opinionem, benè verum ipſe *Velaſc.* ex *Alex.* ſubnectit opinionem *Abb.* eandem eſſe, cum opinione *Bart.* licet in verbis diſſentiant, quia læſio, quæ in
15 ſexta parte totius ſummæ ineſt eſt læſio in tertio reſpectu portionis alterius, quod

aſſequitur *Bal. in cap. cum cauſam, num.*12.
16 *de empt.& vendit.* ſufficiens erit in diuiſione ad ipſam reſcindendam, quęuis notabilis inęqualitas, etiam ſi non vltra dimidiam, ſi modo ad tertiam, aut quartam vſque partem probetur, vt Galliæ receptū eſſe ex multis probat *Io. Criuell. deciſ. Delani* 127. *num.*9. & poſtquam reperitur facta aſſignatio ipſi Franciſco Antonio ſuę portionis, cum onere ſoluendi quædam debita paterna, materna, & fraterna, quæ aſcendebant ad valorem duc.300.pro valore quorundam bonorum mobilium, aſcendētium ad ſummā ducatorū 120. in circa, ſuperaddita medietate ducat. 200. ex dicto debito aſcendebat ſūma ipſa ad ducatos 500. & ſic pro ſua portione adiudicata prægrauaretur ſatis, idcircò con-
17 ſtitutum eſt remedium traditum ab eodē *Valaſc. in d.praxi cap.*22.*num.*4 dicente, vt ſi familiæ ercîſcundæ iudicio inter duos plureſuè vertatur, & plures res debent diuidi, tùnc ſinguląe res, ſingulis hæredibus adiudicari debent, *l. hac edictali, C. de ſecund.nupt. & l.ſi qua,C.famil.ercîſc.* & ſi in alterius perſona pręgrauare videatur adiudicatio, quia illi res adiudicata plus valet, debet condemnari, ſoluat cohęredi in pecunia, id quod pluris eſt, & ità iubet
18 *text. in* §. *ſi familiæ, Inſtit. de offic. Iudic.* vbi adijcit eo quoq; nomine cohęredi quęq; ſuo condemnandum eſſe, quod ſolus fructus hęreditatis fundi perceperat, vel rem hæreditariam corruperit, vel conſumpſerit hæc ille, ad quod extat notabilis *deciſio Barzij* 100. vbi *num.*10.*&* 13. refert, quod
19 ſinguląe res ſingulis non ſunt aſſignandæ, quando commodè hoc fieri non poteſt, ſed aliquę vni, aliquę alteri, & ille cui maior pars aſſignata fuit, alium debet alijs rebus hæreditarijs, vel pecunijs æquare, *& ſubdit num.*11.*&* 14. quod corpora, quæ non recipiunt diuiſionem commodam, non ſunt diuidenda, ſed totum vni ex diuidentibus eſt aſſignandum, qui pretium alteri ſoluat, & ibi plura ad hoc, & in ſumma in diuiſione maior requiritur æquitas, & æqualitas, quam in venditione, *Griuell. vbi ſupra num.*18. ſicuti diuiſio bonorum ſocietatis vniuerſalis eſt facienda æqualitèr ſecundum pacta connēta, & ſecundum pecuniam, & operam, & periculū cuiuſlibet ſociorum, *Pet. Sanz. de diuiſ. bon. lib.*2.*cap.*10.*num.*2. & ex ijs iuſtitia ip-
20 ſius Franciſci Antonij reſultauerat, verū quia inter ſe tranſigerant, non fuit vlteriùs proſequutum iudicium.

*SVM-*

## SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis oritur ex depoſitione teſtis in cauſa criminali.*

2 *Inimicus capitalis dicitur qui ſpontè cõtra aliquem teſtificatur.*

3 *Inimicitia oritur inter reum, & offenſum querulantem.*

4 *Inimicitia oritur ex accuſatione.*

5 *Baro ob inimicitiā ſuſpectus redditur, ità quod cauſam delegare non poteſt, & ſic practicatur in Præſide S.C. & deciſum refertur.*

6 *Iniuria remictitur per remiſſionem factam.*

7 *Reconciliatio tacita oritur, ex remiſſione iniuriæ.*

8 *Inimicus reconciliatus, non eſt inimicus.*

9 *Inditium inimicitiæ tollitur ex reconciliatione, & pace ſubſequuta.*

10 *Reconciliatio omnem inimicitiam remouet.*

11 *Iniuria cenſetur remiſſa inter iniuriatum, & iniuriantem, ſi ſuperuenit amicitia.*

12 *Inimicus reconciliatus ſuſpectus reddi poteſt.*

13 *Repelluntur qui habēt cauſam inimicitiæ, vel habere præſumuntur, etiam ſine mentis odio à teſtimonio.*

14 *Suſpictio minor exigitur ad repellendum Iudicem, quam teſtem.*

15 *Inimicitia qualibet probabilis in ſpecie ſufficit, ad recuſandum Iudicem.*

16 *Inimico reconciliato non eſt confidendum.*

17 *Inimicus ſemel præſumitur inimicus.*

18 *Inimicus reconciliatus redditur ſuſpectus.*

19 *Litigare coràm Iudice ſuſpecto graue eſt.*

20 *Suſpictio proponi poteſt contra inimicum reconciliatum, & ſic deciſum.*

21 *Conſequentia non fit, quod quis fecit remiſſionem, ergo fecit pacem.*

22 *Remiſſio fit ſine interuentu pacis, pax verò fit cum interuentu amicitiæ.*

23 *In dubio cenſetur quis remiſiſſe tantùm animi rancorem ob æternam ſalutem.*

24 *Remictens ſimpliciter rancorē, & odium, non cenſetur remictere accuſationem in iudicio, ſed tantùm vindictam, & offenſionem de facto.*

25 *Remiſſio rancoris, & odij, differt à remiſſione vindictæ ſanguinis.*

26 *Iudex poteſt ſuſpectus allegari, etiam ſi non ſit capitalis inimicus, etiam interueniente reconciliatione, num. 27.*

28 *Iudices ſi condemnant reum odio, vel per inuidiam, ſi non tenentur de homicidio, quia pœna illam meretur, tenentur propter peccatum odij.*

29 *Iudex non eſt apud Deum tutus, qui ſola amicitia ductus, in arbitrarys pro amico iudicat.*

30 *Baro ſuſpectus, tota eius familia ſuſpecta dicitur.*

## ARGVMENTVM.

Remiſſio cauſæ vaſſalli inquiſiti, an erit facienda ad Baronem illius, non obſtante inimicitia inter eos contracta, licet poſteà ſedata per remiſſionem factam.

## CASVS LVII.

ANgelillus Cardillus de Murcone cū expoſuiſſet querelam criminalem M. C. aduerſus Marchionem, & indè illam remiſiſſet, fuit poſteà inquiſitus per Curiam Murconi, eo quod non dediſſet notitiam, quod Titius commiſerat, vt emeret certum pannum, prætendendo eſſe recaptum, & tranſmiſſis actis ad ipsā M.C. prætendebat Marchio remiſſionem cauſæ, è conuerſo ipſe Angelillus prætendebat non eſſe concedendam remiſſionē, ſed procedendum in eadem M.C.V. eo quia dictus Marchio erat eius inimicus; nàm ob depoſitionem factam per aliquē
1 vti teſtē in cauſa criminali oritur inimicitia capitalis, *Innoc. in cap. cum P. Manconella, de accuſat.* & inimicus capitalis dici-
2 tur, qui ſpontè contra aliquem teſtificatur, ex *Deciano*, probat *Vincent. de Ferrarot. in tract de inimic. §. 30. nu. 14. & in §. 52. nu. 2.* ex *Alex. & Blanc. ibi citatis*, poſt *Maſtrill. deciſ. 282. num. 26. Farinac. in praxi crimin. q. 49.*
3 *num.* 76. quantò magis in offenſo querulante, ſeù accuſante contra reum, *Farinac.*
4 *deciſ. crim. 371. num. 12. tom* 2. inimicitia oritur ex accuſatione, *Bertazzol. conſ. crimin. 176. nu. 7. tom. 1. Farinac. in ſua praxi crimin. quæſt. 49. num. 24.* & propterea ſtante
5 tali inimicitia, Baro reddebatur ſuſpectus, ità quod ſi benè ipſe non iudicabat, nec etiam cauſam delegare poterat, *Maſtrill de magiſtrat. lib. 4. cap. 12. nu. 86.* allegat *Reg. Tap. lib. 3. Iuris Regni fol.* 178. *num.* 5. dicentem ſic practicari etiā in Præſide S.C. & ità deciſum in Collat. Conſ. refert *Reg. Rouit. in pragm. 11. de ſuſp. Official. num. 1. in fine*, ſequitur *Iudex Taſſonus in pragm. de antefato, obſeruat. 3. artic. 3. num. 113. in medio*, & practicari etiam teſtatur *Capibl. 2. tomo de Baron. cap. 13. num. 13. & 26.*
Ex aduerſo replicabatur, nullam adeſſe inimicitiam, ſtante quod ipſe Angelillus remiſſionem fecerat dicto Marchioni ex-
6 preſsè, per quam iniuria remictitur, ac etiam tacitè, vt exemplis demonſtrat *Ca-*

*rau. in*

*rau. in ritu* 273. *num.*3. quem ſequitur *Ca-*
*talan de indultu cap.*24.*nu.*24. cum alijs ad-
ductis per *Farinac. d. quæſt.*49. *num.*112. ex
7 qua reſultauerat tacita reconciliatio, &
ſic ipſam inductã eſſe , probat *Giurba con-*
*ſil. crimin.* 60.

8 Quo fit, vt inimicus reconciliatus,non
eſt inimicus, *Ciarlin. controuer. forenſ tom.*1.
9 *cap.* 10. *num.*110. & reconciliatione,& pa-
ce ſubſequuta , inditium inimicitiæ tolli,
inquit *Farinac. conſ.*127.*nu.*2.*tom.*2. recon-
10 ciliatio inimicitiam omnem remouet,
*Giurba d.conſ.*60.*num* 17. & ſic iniuria cen-
11 ſetur remiſſa inter iniuriatũ, & iniurian-
tem, ſi ſuperuenit amicitia, *Carol.de Graſſ.*
*in tract.de effectib amicitiæ,num.*219.

Sed replicabatur, quia etiã ſi eſſet ini-
12 micus reconciliatus, adhùc ſuſpectus eſ-
ſet, & recuſari poteſt, vt tenet *Gloſ. in cap.*
*accuſatores* 3 *quæſt.*5. fundat *Morla in empor.*
*iur.par.*1.*tit.*2.*de iuriſd.omn.Iudic. num.*200.
cum alijs apud *Giurbam vbi ſupra num* 8.&
ratio eſt, quia quando habent cauſas ini-
13 micitiæ,vel habere præſumuntur etiam
ſine mentis odio repellũtur à teſtimonio,
*Innoc.in cap.cum I. & A. num.*1.*in fine de ſen-*
*tent. & re iudic. Felin.in cap.repelluntur in fine*
*de accuſat.* qui licet loquantur in teſte,quo
14 verò ad Iudices minor ſuſpictio requiri-
tur ad repellendum Iudicem,quam teſtẽ,
*Iaſ.in l.apertiſſimi, C.de iudic. num.*7. nàm
15 quælibet inimicitia probabilis in ſpecie
ſufficit ad recuſandum Iudicem, *Carat in*
*ritu* 265.*nu.*33. ideò inimicis non eſt con-
fidendum, *Ferar d. tract.*§.53.*nu.*2. & con-
16 ſequentèr inimico reconciliato non eſt
confidendum, *idem in* §.59.*num.*4. nàm ſe-
17 mel inimicus præſumitur inimicus , *idem*
18 *d.* §.52. *num.* 3. & non mirùm ſi inimicus
reconciliatus, adhùc ſuſpectus redditur,
vt ex multis probat *Ferrar. d.* §.59. *num.*1.
19 nil enim tàm graue eſt, quàm ſub Iudice
ſuſpecto litigare, *l.apertiſſimi, C.de iudic cap.*
*ſecundo requiris.de appellat.* quod etiam in
20 reconciliato Iudice procedere non am-
bigitur,propter quod aliàs per S.C. deci-
ſum retuli in 1. *parte noſtri compendij verbo*
*Officialis recuſatus*, de quo etiam meminit
*Dom. Reg. Hector Capycius Latro deciſ.*81.
*nu* 7.*tom.*1. vt talis ſuſpictio proponi poſ-
ſit etiam contra Iudicem reconciliatum.

Secundò dicebatur , quod in caſu præ-
dicto nulla aderat reconciliatio, licet re-
miſſio dumtaxàt,& ſic per remiſſionem
factam non inducitur pax, ſed tantùm re-
miſſio iniuriarum,quæ ſiquidèm remiſſio
ſit ſine interuentu amicitiæ,& proindè nõ
21 ſequitur Titius fecit remiſſionem , ergo
fecit pacem , *Farinac. conſ.*98. *num.*10. vbi
22 alios citat, remiſſio enim fit ſine inter-
uentu amicitiæ, pax verò fit cũ interuen-
tu amicitiæ, *Bald. Fulgoſ. & alij*, quos pro-
bat *Guazzin.in tract.de pace, & treugua, q.*3.
*num* 9.*in fine*, & iterum *quæſt.*80. *per totam*,
vbi firmat,& fundat,quod remictens ſem-
per remanet inimicus illius , cui remiſit,
23 poſtquàm in dubio cenſetur quis remi-
ſiſſe tantùm animi rancorẽ propter æter-
nam ſalutem, ex *Fab. & Claro*, probat *Ber-*
*tazzol.conſ.crim.*503.*num.*9.*tom.*2. ſicque
24 remictens ſimplicitèr rancorem, & odiũ,
non cenſetur remictere accuſationem
in iudicio, ſed tantùm vindictã , & offen-
ſionem de facto, *Dom. Reg. Rouit. in prag.*7.
25 *de compoſit. num.*13. & ſic remiſſio ranco-
ris , & odij , differt à remiſſione vindictæ
ſanguinis, quæ tendit ad ſatisfactionem
iniuriæ, *vt ſubdit num.*13.

26 Et ex ijs percipitur nedum poſſe Iudi-
cem ſuſpectum allegari , etiam ſi non ſit
capitalis inimicus, *Gloſ.in cap.*2.*de procur.*
*in* 6. cum alijs allegatis per *Aufrer. de re-*
*cuſat.quæſt.*35. *Ripol.variar.reſol.cap.*2.*n.*169.
poſt *Viuium deciſ.*363. *num.*3. latè *Carrocc.*
*de except. in except.*120. *Guazzin. in tract. ad*
*defenſam, tom.*1. *cap.*19.*num.*11. *& ſeq.*

27 Sed etiã procederet interueniẽte recõ-
ciliatione , pront in inimico nonitèr , ſeù
recentèr reconciliato, ad *text. in cap.accu-*
*ſatores* 3. *q.* 5. vt ſubdit *Aufrer. ibi in q.* 36.
allegans prouerbium illud viſus ab ini-
mico reconciliato libera nos Domine,
vt dictum eſt ſupra .

28 Et ad hoc notabilitèr *Guazzin. filius in*
*tract.morali ad defenſam animarum &c. lib.*2.
*de Iudice,defenſ.*1.*cap.*4.*nu.*15.*&* 16. inquit,
& hic nota pro defenſione conſcientiæ,
quod Iudices ſi per odium , vel per inui-
diam condemnãt aliquem pœna ſangui-
nis, vel mortis, licet dictus condemnatus
ſit reus illius delicti , & mereatur dictam
mortẽ, tamen peccãt mortalitèr non pec-
cato homicidij, ſed peccato odij, vel in-
uidiæ, vndè ſi nõ peccabunt contra iuſti-
tiam, peccabunt contra charitatẽ , ex *Re-*
*gin. & Graff ibi relatos*, in tantũ hoc eſt ve-
29 rum, quod Iudex non eſt apud Deum tu-
tus , qui ſola amicitia ductus in arbitra-
rijs pro amico iudicat, *Menoc. de retin. poſ-*
*ſeſſ. remed.*3.*num.*767. quantò magis in ini-
mico Iudice, nec propterea officit, quod
30 Baro nõ iudicat , etenim dùm ipſe eſt ſu-
ſpectus, tota eius familia erit ſuſpecta, vt
in Gubernatore, exẽplificat *Ripol. vbi ſup.*
*num.*59. *& ſeq.* ideò non fuit alitèr remiſ-
ſus ad relationem Iudicis Mexiæ.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Fiſcus non ſoluit vſuras.*
2 *Fiſcus bonæ fidei poſſeſſor, facit fructus ſuos, & non tenetur ad reſtitutionem.*
3 *Abſolutus cenſetur, qui non fuit condemnatus.*
4 Tex.in l.cum quidam, § fiſcus, ff.de vſur. *qualitèr procedat, & qualitèr iudicatum.*
5 Text. in l. in eius, ff. de rei vend. *qualitèr procedat.*
6 *Debitum fiſci quando extaret, debet aſſignatarijs tertias ſoluere ex fructibus capitalis.*
7 *In dubio iudicandum erit poſſeſſorem fuiſſe factum locupletiorem, & ſic iudicatum.*
8 *Fiſcus fructus perceptos à die litis conteſtatæ ſoluere tenetur.*
9 *Locupletior factus quando quis præſumatur.*
10 Text.in l.4.C.depoſ.*qualitèr procedat.*
11 *Deciſ. S.C. refertur.*
12 *Fiſcus ad intereſſe conuentionale tenetur.*

ARGVMENTVM.

Fiſcus ſi fuerit condemnatus ad ſoluendum aliquam quantitatem pecuniæ alicui, an etiam ad intereſſe teneatur, ſi illud fuerit ommiſſum in ſententia.

CASVS LVIII.

CVM eſſet creditrix Regij Fiſci Delia Pappacoda in annuis duc. 185. pro capitale pretio ducat.2422. vigore prouiſionum Regiæ Cameræ, & illos in dotem dediſſet D.Claudio Caracciolo in fundum dotis, indè ſub die 30.Ianuarij 1514. minis maritalibus, coacta fuit dictos introitus retrouendere Vincentio de Angelis ceſſionario iuris luendi Regiæ Curiæ pro dicto pretio ducatorum 2422. quos licet dictus Vincentius ſoluiſſet ipſi Deliæ, tamen probatum fuit ſolutionem prædictam fuiſſe imaginariam, & palliatam, ex quo fuerat facta Deliæ, Delia illos ſoluit Claudio viro, & Claudius eidem Vincentio ſoluenti, & dictus Vincentius mediante inſtrumẽto promiſit dictæ Deliæ ſoluere dictos duc.2422. infra annum, vel eandem conſimilem ſummam annuorum introituum eidem Deliæ, prædictos introitus cũ ipſorũ capitale, quod dictus Vincẽtius hypothecauit Regio Fiſco pro adminiſtratione officij Perceptoris Barenſis, in quo fuerat admiſſus à Regia Camera, quia ſub hac lege Regia Curia ei ceſſit dictum ius reluendi dictos introitus, vt legebatur in proceſſu fol.30.

Indè ſtante mala adminiſtratione, indè ſubſequuta fuerunt dicti introitus acquiſiti ad Regiã Curiã, ex quibus ſatisfecit nonnullos creditores.

Delia ſic ſpoliata ſuis iuribus dotalibus ſub die 18.Octobris 1618.petijt, quod Vniuerſitas Cellani recognoſceret ipſam in dominam ipſorum introituum, non obſtante dicta imaginaria, & palliata venditione, & Fiſco indè notificata, compilato proceſſu per R.C.S. ſub die 7. Maij fuit Regius Fiſcus condemnatus ſoluere hæredibus Deliæ dictos duc.2422.

Verùm, quia nulla facta erat mentio de fructibus in prædicto decreto, hęredes dictæ Deliæ petierunt explicari caput omiſſum, & condemnari Fiſcum ad reſtitutionem fructuum perceptorum.

Fiſcus autem aduerſus hoc tria oppoſuit.

1 Primò, quod Fiſcus non ſoluit vſuras per *l.cum quidam. §. fiſcus, ff.de vſur. Reg. de Ponte de poteſt.Prorez. tit.de regalib. impoſit.* §.3. *num.9.*

2 Secũdò, quia Fiſcus fuit bonæ fidei poſſeſſor, & fecit fructus ſuos, ad quorum reſtitutionem non tenetur, per *l in eius 77. ff. de rei vendic.*

3 Tertiò, quod iàm per decretum R.C. fuit abſolutus à dictis fructibus, quia in dicto decreto non fuit condemnatus, & proindè cenſetur abſolutus per *l.4. C. depoſiti.*

4 Hæredes creditores dicunt allegata, nullatenùs obſtare, & primo, non obſtare primum dubium, quia *text. in d.l. cum quidam* procedit in vſuris debitis ex contractu, non autem in vſuris debitis vigore ſententiæ, & ſic fuit iudicatũ, refert *Dom. Reg. de Ponte conſ.94.num.3.vol.2. & in eodem tract. eodemq; titulo* §.4.*num.*50. vbi deciſiones affert alios intellectus addit *num.*18. 39. *&* 44. *Medic.conſ.*112.*num.6.*

5 Nec obſtat Secundum obiectum *d. l. in eius*, quia procedit in fructibus perceptis à bonæ fidei poſſeſſore, & conſumptis, & non exiſtentibus, de quibus non fuit factus locupletior, per ea, quæ diſcutit *Reg. Rouit.dec.90 num.*29 ſed quando ex fructibus perceptis ſoluit creditoribus, proùt eſt in caſu noſtro, dicitur fuiſſe locupletiorem effectum, & fructus extare dicun-
6 tur, quia ſine eis, debitum Regij Fiſci extaret, & tertias aſſignatarijs, quas iàm ſoluit ex prædictis fructibus capitalis dictæ Deliæ, *Anna alleg.*113.*Præſ.Amatus conſil.* 39.

Digitized by Google

*ſil.39.num.3 dixi in compendio ver. bonæ fidei*
*poſſeſſor, tom* 1. nunc ſumus in claris, quod
7 fructus non fuerunt conſumpti, ſed ex eis
extincti creditores Regij Fiſci, ob quod
verè factus locupletior eſt, ſed ſi adhùc
eſſemus in dubio ſemper iudicandum eſ-
ſet fuiſſe poſſeſſorem factum locupletio-
rem, prout ſic in contingẽti facto iudica-
tum, refert *Præſ. de Franch deciſ.* 31. quare
8 omni iure tenetur Fiſcus ſoluere fructus
perceptos, non ſolùm à die litis conteſta-
tæ, per *text. notab. in l. certum eſt* 22. *ff. de re*
*iudic.* ſed etiam à die poſſeſſionis, quia
locupletior factus fuerat ex iuribus ſu-
9 pradictis, & qualitèr locupletior factus
quis præſumatur, præſertim ad res, quæ ad
eum peruenit, docet *Menoch. de præſumpt.*
*lib.6. præſumpt.*27.

Tertium obiectũ nullatenùs ſubſiſtit,
quia per dictum decretum vnquam cen-
ſetur Fiſcus abſolutus à dicto intereſſe,
10 quia *text. in d. l.* 4. *C depoſiti* procedit quan-
do actor petijt ſolummodò ſortem, ſed
quando petijt ſortem, & intereſſe non di-
ceretur abſolutus, ſed poteſt peti debito-
rem condemnari, vt poſt *Martium deciſ.*
*Senen, exam* 4. *num.*55 in contingentia fa-
cti aliàs fuit iudicatum in *deciſ. Iennæ* 87.
quam opinionem ſequutus fuit nouiſſi-
11 mè S.C. in cauſa Andreæ Capycij, cuius
fuit Actuarius Decius Romanus, vnde
cum omnia à Fiſco propoſita tendant ad
procraſtinandum, non erit inſiſtendum.
ex quo probatum eſt in iure, Fiſcum ad
12 intereſſe teneri ex conuentione, vt ex
*Alex. conſ.* 156. *vol* 2. *& conſ.* 4. *vol.* 3. *& Pere-*
*grin. de iure fiſci lib.6. tit* 1. probat *Dom. Reg.*
*de Ponte d tit.* § 4. *ſub num.* 1. *verſ. & quanquã,*
idem *Peregrin.*

*SVMMARIVM.*

1 *Renunciatio* l. ſi vnquam, C. de reuoc. do-
nat. *debet expreſsè fieri.*
2 *Donatio contemplatione matrimonij, cum con-
ditione contrahendi illud, dicitur contractus
do vt facias.*
3 *Donatio contemplatione matrimonij, dicitur ob
cauſam ob interuentum mulieris.*
4 *Donatio contemplatione matrimonij, nõ eſt om-
ninò voluntaria ei in extraneo, & cur.*
5 *Donatio contemplatione matrimonij, reſpicit
vxorem, & filios vti appendices matrimonij,
& filij intelliguntur, ac ſi eſſent expreſſi.*
6 *Donatio contemplatione matrimonij reſpectu
vxoris, & filiorum habet cauſam oneroſam.*
7 *Ius quæritur filijs vti hæredibus patris in do-
natione contemplatione matrimonij, niſi adeſ-
ſet pactum, quod ſuccedant vti filijs, ſed non
vti hæredes.*
8 *Donatio contẽplatione matrimonij parat actio-
nem filijs naſcituris ex illo, quàmuis ſint con-
templati vt filij, non vt hæredes.*
9 *Donatio contemplatione matrimonij facta filijs
ipſis, quæritur vti filijs, non vti hæredibus,
quod declaratur, num.* 10.
11 *Donatio contemplatione matrimonij eſt contra-
ctus, & efficitur correſpectiua.*
12 *Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt fa-
cto neceſſitatis.*
13 *Omnis res, quæ per quaſcunq. cauſas naſcitur,
diſſoluitur.*
14 *Retroceſſio donationis à marito facto in præiu-
dicium vxoris, & filiorum, non tenet.*
15 *Donatio contemplatione matrimonij reuocari
non poteſt.*
16 *Donatio contemplatione matrimonij, dicitur ob
cauſam, & quare.*
17 *Donatio contemplatione matrimonij cur non
poſſit reuocari.*
18 *Donatio recipitur ad ſuperuenientiam filiorũ.*
19 *Renunciatio* l. ſi vnquam, C. de reuoc. do-
nat. *non procedit quando de liberis fuerit
cogitatum.*

1.

ARGVMENTVM.

Donatio contemplatione matrimonij à clerico facta alicui, an eo effecto laico poſſit reuocari, eo maximè ob ſuperuenientiam filiorum ex matrimonio per eũ contracto, natorum.

CASVS LIX.

EX ſequenti facti nota duo reſultare videntur articuli iuris curioſiſſimi, nunquid donatio facta contemplatione matrimonij poſſit reuocari à donante, tùnc clerico, ſi indè laicus efficiatur, & matrimonium contraxerit, ſecundo, ſi ob ſuperuenientiã filiorũ poſſit talis donatio reuocari, & per ea, quæ in facti ſerie proponebatur, conſpicitur poſtquam Laura Mormilis in anno 1583. cũ ſuum condidiſſet teſtamentũ, hæredẽ inſtituendo Lælium Pignatellũ eius filium, mandando, quod de ducatis 3500. quos ſibi reſeruauerat diſponere, qui exiſtebãt ſuper Terra Paglieræ in refutatione facta Carolo Pignatello eius filio primogenito, in emptionẽ conuerti ducati mille in beneficium Liuiæ Pignatellæ, de quibus
eſſet

Digitized by Google

eſſet vſufructuaria, & poſt ſuam mortem potuiſſet diſponere de ducatis biſcentũ, & de alijs ducatis 800. fuiſſet hęres dictus Carolus pro 700. & de ducatis 500. dictus Lęlius teneri facere emptionem vna cum alijs ducatis 300. ex ducatis 2500. vt eſſent ſuorum filiorũ ſub conditione, quod morientibus ſine filijs ſuccederet idem Carolus in dictis ducatis 800.

Præfatus Lęlius in anno 1584. donationem fecerat, ſubſequuta eius morte, dictorum ducatorum 2500. ex ſumma ducatorum 3500. eidem Carolo eius fratri, contemplatione matrimonij cum renun-
1 ciatione expreſſa *l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* ſicuti de iure probatũ eſt apud *Gallerat. de renunciat tom. 2. renunc. 87. num. 7.* vbi expreſsè voluit, vt intelligerētur comprehenſi dicti ducati 800. de quibus ipſe Lęlius erat vſufructuarius tantùm, & poſt eius mortem decedens cum filijs fuiſſent eius filiorum, & abſq; filijs ipſius Caroli, iuxtà diſpoſitionem dictæ Lauræ, cum declaratione etiam, quod de ducatis 500. reſtantibus ad complementum duc. 300. relictorum ab ipſa Laura potuiſſet diſponere.

Et quàmnis die 21. Aprelis 1586. ipſi Lęlius, & Carolus declaraſſent, quod erratum erat in donatione, quia non fuerat intentio ipſius Lęlij donare, niſi ducatos 2000. non tamen 2500. ideò declarauerunt dictam donationem eſſe duc. 2000. & non alitèr, nàm ipſe Lęlius inteudebat diſponere de ducatis mille, ſicuti poſteà diſpoſuerat, quos receperat Carolus.

Poſteà in anno 1586. cum fuiſſet concluſum matrimonium inter dictum Carolum cum Hippolyta Pignone, ipſe Lælius de nouo confirmauit dictam donationem factam duc. 2000. eidem Carolo, & ſuis filijs naſcituris contemplatione matrimonij cum ſolitis clauſulis, & promiſit Lęlius obſeruationem dictæ donationis.

Verum quia ipſe Lęlius in anno 1588. de menſe Maij matrimonium cōtraxit cũ Helena Turbolo, in cuius Conſtantia procreauit filiũ nomine Baldaſſarem Pignatellum, diſpoſuit reuocare facere dictam donationem per eum factam eidem Carolo per ſuperuenientiam filiorum, & ſic ſupplicationem dedit in Sac. Conſ. in anno 1619.

Succedente indè obitu ipſius Lælij, relicto ipſo Baldaſſare filio legitimo, & naturale eius hærede vniuerſale, volente proſequi iudicium intentatum ab eius patre ſuper dicta reſciſſione, comparuit in Sac. Conſ. in anno 1635. die 19. Ianuarij.

Dato termino in cauſa, produxit, qualitèr dictus Lęlius eo tempore quo fecerat donationē, erat clericus in minoribus, ac etiā eſſe Collectorem ſpoliorum deſtinatum à Reuerendiſſimo Nuntio, ob quod intendebat ſequi vitam clericalem, non alitèr cogitando accipere vxorem, vt eius frater potuiſſet cōmodè viuere, ob quod fuit inductus ad faciendum dictam donationem, nàm alitèr non feciſſet, ſi talē voluntatem ducendi vxorem habuiſſet, & filios procreare, & proptereà indè dimiſſo habitu clericali, vxorem ducendo filium procreauerat, ob cuius ſuperuenientiam expoſtulauerat reſciſſionē dictæ donationis.

Quanquam compilato proceſſu, fuiſſet prolata ſententia ad relationē Reg. Conſ. Scipionis Theodori die 20. Iunij 1620. & dictum declaramus de ducatis bis mille contentis in donatione in actis deducta ſpectauiſſe, & ſpectare ducatos 800. ad filios Lęlij Pignatelli, reſpectu verò ducatorum mille, & bis centũ abſoluatur conuentus, hoc eſt filius D. Hercolis Pignatelli, in Banca Iadoniſij.

Vndè pro defenſione iuriũ ipſius Baldaſſaris dicebatur ſibi nō obſtare dictam donationem factam à ſuo patre, etiam ſi renunciaſſet *d. l. ſi vnquam*, ex qua ipſe nunquam habuit intentionem renunciandi, vel intentionem donandi, caſu quo procreaſſet filios, ſed tantùm donauerat, dùm credebat non habere filios, nec potuiſſe habere, ſed proſequi clericatum, & donare caſu obire abſq; filijs, quod cernitur ex tenore donationis, dùm donauerat Carolo, id quod Lęlius non poterat relinquere alijs, quod cum eodem Carolo moriente ſine filijs, vt ſunt dicti ducati 800. quos voluit includi in dicta donatione, & certum eſt, quod dicti ducati 800. ſpectabant ad Carolum citra donationem, caſu quo Lelius obijſſet abſq; filijs, Carolus ſuccedere debuerat, in medietate ducatorum 1500. qui proueniebant à dicta Laura vti bona antiqua ſubiecta Conſuetudini Neapolitanæ, ſic videns, quod Lęlius in ſecunda declaratione reliquerat dictos ducatos mille diſponēdos, de quibus indè diſpoſuerat cum effectu: igitur voluit alios ducatos 1200. donare Carolo habito reſpectu, quod ad eum ſpectabant decedentem abſque filijs vti bona antiqua.

A a Pote-

Poterunt tamen aduerſus prædicta ali-
qua in contrarium vrgere, & præſertim
dùm, talis donatio fuerat facta à clerico,
qui poſteà laicus effectus vellet eam re-
uocare, poſtquàm donatio iſta cõtempla-
tione matrimonij non reuocatur, etiam
ſi donans à Religione diſcedat, & à Pon-
tifice votis ſoluatur, *Cutell. in tract. de donat.
contempl. matrim. &c. tom. 1. tract. 1. diſcur. 2.
partit. 6. num. 204.*

Quantum ſpectare videatur ad ipſam
donationem factam contemplatione ma-
trimonij, erit aduertendũ, quod talis do-
2 natio cum conditione contrahendi ma-
3 trimonium, videtur eſſe contractus do vt
facias, *Cutell. in tract. de donat. contempl. ma-
trim. tom. 2 ſpeciali 6. nu. 3. & tom. 1. tract. 1.
diſcurſ. 1. particula vnica num. 58.* & ſic iſta
donatio contemplatione matrimonij di-
citur ob cauſam propter interuentum
perſonæ mulieris, *idem ſpeciali 5. num. 8.* &
4 talis donatio cõtemplatione matrimonij
non eſt omninò voluntaria, etiam in ex-
traneo, quia habet neceſſitatem ex parte
mulieris, licet deficiat ex parte viri, *idem
ſpeciali 20. num. 17.* adeò quod talis dona-
5 tio reſpicit vxorem, & filios vti appendi-
ces matrimonij, & in illa ſubintelligun-
tur, ac ſi filij eſſent expreſſi, *idem ſpeciali 24.
6 num. 7.* non mirùm ſi donatio contempla-
tione matrimonij reſpectu vxoris, & filio-
rum, habet cauſam oneroſam, *Dom. Reg.
Hector Capycius Latro deciſ. 40. num. 12.* & in
7 ea ius quæritur filijs vti hæredibus patris,
niſi in ſtipulatione apponatur pactum,
quod ſuccedant vti filij, non vti hæredes
patris, *vt ſubdit num. 17. & 18.* ipſa namq;
8 donatio parat actionem filijs naſcituris
ex illo matrimonio, quàmuis nõ ſint con-
templati, vt filij, ſed vti hæredes, *Conſiliar.
Marcell. Marcian. conſ. 33. nu 3. & 4. & nu. 10.*
quanquam ipſe *Dom. Reg. Capy. Latro con-
ſultat. tom. 1. conſult. 46. num. 5. & 8.* conclu-
dat ex multis ibi relatis, ꝙ talis donatio
9 huiuſmodi facta cauſa filiorũ naſcituro-
rum, vt quæratur filijs vti filijs, & non vti
10 patris hæredibus, dùm ſimplicitèr ſic cõ-
cepta, vt eſt hęc donatio ius filijs erit quę-
ſitum ex propria perſona, *vt ſubdit num. 3.*
attamen hoc ex coniecturis poterit con-
cordari, prout conciliando opiniones,
*idem in conſult. 70. nu. 46. & ſeq. vol. 2.* firmat.

11 Vndè ex ijs colligitur, talem donatio-
nem eſſe contractum, *Cutell. d. tract. tom. 1.
tit. 1. diſcurſ. 1. num. 14* & efficitur correſpe-
ctiua, *ſubdit num. 66. & ſpeciali 31. num. 2.
12 tom. 2.* & ſicuti contractus ab initio ſunt
voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, *l. 4.
C. de action. & oblig.* ità reſcindi nequeunt
niſi de conſenſu ambarum partium, quia
13 omnis res, quæ per quaſcunq; cauſa na-
ſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *cap. omnis
res, de regul. iur. in 6.* non mirùm ſi hæc do-
natio ſit irreuocabilis, talitèr quod ſi à
14 marito fiet, retroceſſio erit nullius mo-
menti quòad vxoris, & filiorum præiudi-
cium, idem *Conſiliar. Marcian. d. conſ. 33. ſub
num. 2. & 10. Cutell. d. tract. tom. 2. ſpeciali 9.
num. 7.* & conſequentèr reuocari non poſ-
ſe, fundat *Reg. Capyc. Latro conſult. 54. num.
40. eod tom. 1.* niſi reſpectu fructuum poſ-
ſe retrocedi, & deciſum *ibi refert num. 44.* &
15 ratio eſt, quia talis donatio dicitur ob
cauſam, & ſine qua matrimonium aliàs
contractum non fuiſſet, *Conſiliar. Marcian.
d. conſ. 33. num. 5.* vbi in præcedenti *num. 4.*
ex *Anton. Fab.* ex alijs rationem aſſignat,
16 ob cauſam oneroſam filiorum non poſſe
reuocari, vndè concluditur talem dona-
17 tionem contemplatione matrimonij eſſe
irreuocabilem, & hoc quia matrimonium
ſubſequi non poterat, *Præſ. de Franch. deciſ.
436 num. 4. Hodierna lib. 1. controu. forenſ. 18.
cap. 30. num. 31.* quadere ex diſpoſitione
18 *l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* donatio reci-
piatur ob ſuperuenientiam filiorũ, vt pro-
ſequitur *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5.
gloſ. 8. par. 3.* vbi hanc materiam exarat,
quando ab extraneo facta eſſet, ſubiace-
ret, *d. l. ſi vnquam,* vt inquit *Cutell. d. tract. in
princ. Tract. diſcurſ. 3. par. 6. num. 30.* vbi in
19 ſequenti probat non procedere, vbi de
liberis fuerit cogitatũ, & præſertim ſtante
renunciatione dictæ legis, vt ibi *Fontan.
num. 14.* ſatis per *Gallerat. in tract. de renunc.
tom. 2. renunc. 87.* vbi plura.

## *SVMMARIVM.*

### PRIMO.

1 *Exteri dicuntur habitãtes in loco, & habitan-
tium priuilegio gaudent.*

2 *Differentia inter habitatores, & habitantes
refertur.*

3 *Habitatores dicuntur cum familia, ſecus ha-
bitantes.*

4 *Familia inſpicitur, vt quis dicatur habitare
in loco.*

5 *Perſeuerantia decennij, vel ſeptennij, requiri-
tur in habitatore loci.*

### SECVNDO.

6 *Onus hoſpitandi eſt perſonale.*

7 *Clerici ſunt exempti ab onere hoſpitandi, &
quando.*

8 *Milites excuſantur ab onere hoſpitandi.*

9 *Excu-*

9 *Excuſatio ab onere hoſpitandi, qui habent ſpeciale priuilegium.*

10 *Priuilegium ſpeciale conceſſum alicui, non tollitur per legem generalem.*

11 *Milites de iure non tenentur hoſpitare, ob eorum immunitatem.*

TERTIO.

12 *Prothomiſeos, ſeù congrui, an competat domino prædij ruſtici aduerſus aliud prædium ruſticum domum habentem annexam.*

QVARTO.

13 *Salarium integrum an debet ſoluere qualibet perſona, vel pro rata cogere per exequutorē, duo aſſequuntur ſententiæ contrariæ.*

14 *Vnicum ſalarium pro dieta debetur, pro pluribus exequutionibus.*

15 *Commiſſarius ſi vna die expediuit tantùm itineris, quantum erat expediendum, in duabus debet ei ſalarium duplicari.*

16 *Accedens ad locum cum pluribus commiſſionibus, & diuerſis, vnicum ſalarium percipi debet.*

17 *Reſidens in loco, nequit exigere niſi ſimplices dietas taxatas pro vno negotio, licet pluribus vacauerit.*

QVINTO.

18 *Arbitrariū eſt Iudici tutores remouere ab adminiſtratione, ſubſiſtēte iuſta cauſa, quod tàm in teſtamentarijs tutoribus, quàm in alijs procedit, num. 19.*

20 *Tutores ad hoc conſtituūtur, vt tueantur bona, nè diſſipentur.*

21 *Adminiſtratio interdicitur dilapidatori, probata ſuſpicione.*

22 *Dilapidatio facit prælatum ſuſpectum, probata ſuſpicione, vt non poſſit alienare.*

23 *Adminiſtratio, an erit interdicenda tutori pendente lite ſuſpicionis diſtinguitur, nu. 24. & quando fuit iudicatum, num. 25.*

26 *Adminiſtratio quando erit tutori interdicenda.*

27 *Opiniones inuicem contrariæ concordantur.*

SEXTO.

28 *Scriptura priuata, & trino teſte ſubſcripta præualet.*

29 *Scriptura priuata ad ſui validitatem, non requirit diem, neque annū, & præſertim in apoca, ſeù ſyncrapha, num. 30.*

31 *Appoſitio diei in ſcriptura, prodeſt ad multa.*

32 *Subſcriptio operatur ſcientiam contentorum in ea.*

33 *Subſcribens, præſumitur fateri omnia contenta in ſcriptura.*

34 *Subſcriptio in teſtibus, dicitur teſtimonium.*

35 *Subſcriptio teſtium habet vim depoſitionis*

36 *Subſcriptio teſtis in teſtamento, vocatur teſtimonium.*

37 *Subſcriptio teſtium in contractibus, dicitur teſtimonium extraiudiciale.*

38 *Subſcribens, dicitur illam approbare.*

39 *Actus vnitas præſumitur, ex identitate loci, & perſonarum.*

40 *Subſcriptio trahitur ad tempus ſigillationis.*

41 *Subſcriptio trahitur ad tempus ſuū, quidquid ſcriptum, & factum, ſeù ad tempus depoſitionis teſtium ;*

42 *Habens ſcripturam trino teſte bonæ opinionis munitam, præfertur habenti inſtrumentum publicum poſteriùs quòad pignus, & hypothecam.*

43 *Scriptura priuata ſufficit pro plena probatione ad condemnandum.*

44 *Deciſ. S.C. de albarano trino teſte firmato, validum fuiſſe declaratum.*

45 *Differentia eſt inter ſcripturam publicam, & priuatam.*

46 *Scripturæ priuatæ ſunt ſuſpectæ propter antidatam.*

47 *Tempus ſubſcriptionis ſcriptæ attenditur, non tempus ſcripturæ.*

48 *Subſcriptio teſtium in teſtamentis requiritur, nec ſufficit, quod Notarius aſſerat eos neſcire ſcribere.*

49 *Qui ſubſcribit ſcripturam, dicitur eam ſcripſiſſe.*

50 *Qui prior in tempore potior in iure.*

51 *Prior ex tempore efficitur ex modico ſpatio.*

52 *Creditores omnes admittuntur, ob incertitudinem prælationis, quod fallit in dote.*

53 *Prior in tempore ex ſcriptura priuata, non præfertur creditori inſtrumētario poſteriori, quod fallit facta recognitione.*

SEPTIMO.

54 *Remiſſio cauſæ cenſualis ad Baronem, an fieri debeat, & quando procedat, num. 55.*

OCTAVO.

56 *Pactum, quod ſtetur arbitrio creditoris liquidandi cū iuramēto intereſſe cambij, an valeat.*

57 *Taxatio intereſſe à contrahentibus, cur fieri nō poſſit.*

58 *Taxatio intereſſe ad certam quantitatem, an fieri poſſit, remiſſiuè.*

NONO.

59 *Satisfactio debiti per confeſſionem probatur creditoris.*

60 *Liberatio debitoris reſultat, ex confeſſione receptionis debiti.*

61 *Confeſſio de recepto probat inter contrahentes, & acceſſoriè quòad alios.*

62 Tex. in l. ſoluendo, ff. de neg. geſt. *affertur.*

63 *Actio negotiorum geſtorum, an competat ſoluendo pro alio inuito.*

64 *Soluens latronibus pro alio liberando, repetit ſolutum ab eo.*

## DECIMO.

65 Conſt. Inſtrumentorum robur, *producitur, quæ tàm in contractibus, quàm in teſtamentis locum habet, & ratio adducitur num. 66. & 68.*

67 *Teſtamēta appellatione contractus veniunt largiſſimè, & ſic deciſum.*

69 *Teſtamenta mortuo Iudice, & teſtibus, erint reaſſumenda, & ſic deciſum.*

70 *Exceptio dubia ad merita cauſæ reſeruat.*

71 *Declaratio libelli ad finē defendendi ante terminum fieri debet, ſecus ad deliberandum.*

## VNDECIMO.

72 *Exceptio præuentionis, an ſemper opponi poſſit, ſtante renunciatione,*

73 *Abſolutio à iuramento contractus, an peti poſſit non obſtante iuramento.*

74 *Abſolutio ad effectum agendi conceſſa, nō operatur effectum reſcindendi contractum,*

75 *Abſolutio alia eſt plenaria, alia eſt ad reſcindendum contractum, alia ad agendum.*

76 *Narrari debent omnia, & ſingula pro abſolutione à iuramento, nàm obtempta ab vno, non proficit alteri,*

76 *Abſolutiones, ſeù relaxationes, tot ſunt neceſſariæ, quot iuramenta.*

77 *Impediri non poteſt liquidatio, ſeù incuſatio obligationis, prætextu præuētionis renūciatæ,*

## DVODECIMO.

78 *Commodum magnum eſt poſſidere.*

79 *Poſſidens rem ſuam præſumitur dominus.*

80 *Potior eſt conditio poſſidentis.*

81 *Poſſeſſor non debet priuari cōmodo poſſeſſionis.*

82 *Natura interdicti retinendæ, quæ ſit.*

83 *Natura interdicti retinendæ eſt, vt is poſſideat, & vincat, qui tempore litis cōteſtatæ poſſidet.*

84 *Is obtinet exiſtente interdicto retinendæ, qui tempore litis conteſtationis poſſidet.*

85 *Deciſ. S.C. affertur, dùm attentata lite pendente per poſſidentem fiunt.*

## DECIMOTERTIO.

86 *Via priuata, ſeù vicinalis, quænàm ſit.*

87 *Viæ vicinales ſunt priuatarum perſonarum.*

88 *Si non valet expreſſum, non valet tacitum.*

89 *Via debetur ad hauſtum, qui habet hauſtum.*

90 *Via ſemel conſtituta in aliquo loco, mutari non poteſt, & qualitèr intelligatur, num. 91.*

92 *Deciſ. S.C. refertur circa diuiſionem viarum, qualitèr occurratur.*

93 *Viæ vicinales quando dicantur communes.*

## DECIMOQVARTO.

94 *Socius contra ſocium agit actione pro ſocio,*

95 *Socij tenentur pro rata ſoluere, niſi fuerit vnus præpoſitus eis, tùnc inſolidum.*

96 *Socius ſocio, an pro rata, vel inſolidum tenetur, & quando.*

97 *Socius ſoluens totum, an contra alios habet regreſſum pro rata.*

98 *Socij reſpectu creditorum tenentur inſolidum.*

99 *Ceſſionarius actionis agens contra tertios poſſeſſores, debet pro rata ſibi diminuere de debito, quando reperitur, etiam ipſe inter ipſos poſſeſſores.*

100 *Socius in quibus caſibus inſolidum conueniri poteſt, præſertim quando iuramēto ſocius promiſiſſet integrè ſocius ſoliturum.*

## DECIMOQVINTO.

101 *Officialis ſyndicari debet in loco vbi adminiſtrauit.*

102 *Iuſtitiarius pro ſuo arbitrio volūtatis in quocunque loco ſuæ Prouinciæ ius dicere poteſt, ſicut Epiſcopus, ac etiam M.C.V.*

103 *Iuſtitiarius in pinguiore, & meliori Ciuitate locum ſibi conſtituere poteſt.*

104 *Syndicatores debent banna emittere per Ciuitatem, & in locis publicis, & conſuetis, & in Villis Ciuitati adiacentibus.*

105 *Officialis ſtare tenetur ſyndicatui in loco maiori, vbi iuſtitiam adminiſtrauit; & nō in omnibus locis adiacentibus illi.*

## DECIMOSEXTO.

106 *Pacto conueniſti mecum dici ſolet.*

107 *Vir pro bonis dotalibus, tenetur tributa, & alias functiones ſoluere.*

108 *Bona peruenta ad mulierem ſubiecta ſolutionibus per mutationem perſonæ, mutatur ſtatus rei.*

109 *Mulier nequit ſe nouo obligare, obſtante Velleiano S.C.*

110 *Mulieres viduæ in appretio, concurrūt tamen in taxis modificandæ ſunt, num. 111.*

## DECIMOSEPTIMO.

112 *Reſcripta iuſtitiæ, & ad lites ſunt ſtricti iuris.*

113 *Reſcripta intelliguntur ſaluo iure alterius.*

114 *Reſcripta Principis intelligenda ſunt cum iuſtitia.*

115 *Caſale cōtinetur appellatione Ciuitatis, dummodò non ſit diuiſum.*

116 *Caſtra, Villæ, & Terræ adiacentes Ciuitati, veniunt acceſſoriè ad eam.*

117 *Caſtra, & Villæ aſtringuntur, & reſtringuntur conſuetudine, & collectis Ciuitatis.*

118 *Iuriſdictio conceſſa Ciuitati, cenſetur conceſſa Caſalibus.*

119 *Villæ, & Caſalia, præſumuntur eſſe de iuriſ-*

*ctione*

*dictione Ciuitatis proximioris, & quid in guidatitiis conceſſionis banniti.*

120 *Ciuitates vicinæ, an teneantur conferre in neceſſitatibus alterius Ciuitatis.*

## DECIMOOCTAVO.

121 *Dominus animalium an teneantur ad emendam damni illati per ea, & qualitèr.*

122 *Paſtor ad emendam damni tenetur.*

## DECIMONONO.

123 *Hæres ex iuramento defuncti obligatur, non minus, quam ſi ipſe hæres iuraſſet.*

124 *Vires iuramenti tranſeunt ad hæredes, qui tenentur contractus ſeruare, & ad hoc compelli, talitèr quod ſi non ſeruarent, adeſſent periuri.*

125 *Hæres cogi poſſit ad obſeruantiam promiſſionis defuncti.*

126 *Iuramentum quòad vinculum animæ eſt perſonale, ſed quòad robur contractus, habet realem effectum, & ſic ligaret.*

127 *Hæres tenetur ad obſeruantiã iuramenti præſtiti per defunctum.*

128 *Hæres iurantis, non poteſt præcisè compelli ad obſeruantiam iuramenti.*

129 *Alia eſt naturalitèr perſona defuncti, alia hæredis.*

130 *Hæres ex perſona propria, non vt hæres, poteſt venire contra factum defuncti.*

131 *Hæres ſi non ſeruat factum defuncti iuratũ, non per hoc dicetur periurus.*

132 *Hæres contraueniendo iuramento defũcti, non indiget diſpenſatione.*

133 *Hæres ſi vellet dicere contractum iuratũ per defunctum eſſe nullum, non indiget abſolutione à iuramento.*

134 *Abſolutio à iuramento hæredi iurantis, non erit neceſſaria.*

## VIGESIMO.

135 *Citatio circumducta, dicitur per lapſum menſis, cuius exceptio, impedit liquidationem inſtrumenti.*

136 *Initium menſis, accenditur à die incuſationis primæ contumaciæ.*

137 *Circumductio citationis ob lapſum menſis, qualitèr intelligatur facta de menſe Octobris ad Nouembris.*

## VIGESIMOPRIMO.

138 *Emptio, & venditio vt dicãtur contracta, tria exiguntur.*

139 *Res exigitur in emptione, & venditione, vt dicatur contracta.*

140 *Traditio rei non exigitur, ſi cętera requiſita interueniant in emptione.*

141 *Res ex parte venditoris exigitur.*

142 *Pretium eſt requiſitũ emptionis in certa quantitate exiſtente.*

143 *Venditio non valet, ſi pretij quantitas in emptoris arbitrio conferatur.*

144 *Pretium ſufficit intereſſe ex parte emptoris.*

145 *Venditio, ac emptio valeret, ſi pretium nõ fuiſſet ſolutum, vel numeratum, neque arra, vel aliquid datum.*

146 *Pretium ſi fuerit ſolutum; aut ſatis eo nomine factum, vel etiam fide habitum ſufficit.*

147 *Conſenſus partium exigitur in contractu emptionis, & venditionis.*

148 *Pretii numeratio, ſeù conuentio, non perficit ſine ſcriptis habitam emptionem.*

149 *Contractus emptionis, & venditionis, concurrentibus re pretio, & conſenſu perficitur.*

150 *Contractus ab initio ſunt voluntarij, ſed poſteà neceſſarij.*

151 *Contractus emptionis, & vẽditionis perficiuntur, vel in ſcriptis, vel ſine ſcriptis.*

152 *Contractus emptionis, & venditionis de per ſe abſq; ſcriptura fieri poteſt.*

153 *Contractus emptionis, & venditionis fiunt in ſcriptis de iure ciuili ad cautelam.*

154 *Contrahẽtibus, ſufficit dicere in principio contractus, quod indè ſcriptura fiat.*

155 *Scriptura ſi fieret ad probationem contractus poſteà, valebit, quod actum eſt.*

156 *Mercatores habent, quod pacto nudo inter eos oriatur actio.*

157 *Veneti dicunt, cum non cantet inſtrumentum, nec ego cantabo.*

158 *Contractus venditionum de conſuetudine requirente ſcripturam, non dicũtur perfecti, niſi inſtrumenta fuerint conſcripta, & qualitèr.*

159 *Contractus non diſſoluitur, niſi per diſtractum.*

160 *Quod cõſenſu contractum eſt, diſſoluitur contrario diſſenſu, re tamen integra,*

161 *Venditor cogitur rem emptori tradere, vt ad pretium agere poſſit, & qualitèr.*

162 *Pretium ſi non fuerit ſolutum, dominium, non cenſetur translatum, & tunc venditor ageret ad pretium, vel ad rei reſtitutionem.*

163 Text. in l. 2. C. quando lic. ab empt. diſc. *ponderatur.*

164 *Venditor oblato pretio per emptorem ad rei traditionem.*

## VIGESIMOSECVNDO.

165 *Solutio cenſus, & collectarum, denotãt ſoluentes ſubiacere illi, cui ſoluunt.*

166 *Solutio collectarum pro fundo dotali, ſpectat ad virum.*

167 *Nemo debet duplici onere grauari.*

168 *Collecta ſolui debent vbi quis habitat, & ſita ſunt bona, licet ſit in alieno territorio res ſita.*

169 *Vniuerſitas an poſſit imponere collectas exteris pro bonis ibi poſſeſſis.*

170 Col-

170 *Collecta imponi non poſſunt exteris.*
171 *Vniuerſitas collectas imponere poteſt pro neceſſarijs cauſis abſq; regio beneplacito.*

VIGESIMOTERTIO.

172 *Compenſatio in collectis fieri an poſſit, & opponi Fiſco.*

VIGESIMOQVARTO.

173 *Obligationes, & fideiuſſiones in Regno capi nequeunt per Actuarios,ſine ſubſcriptione teſtium.*
174 *Obligationes penès acta ſtipulatæ,non indigent ſollemnitate ſubſcriptionum teſtium.*
175 *Obligationes ſtipulata abſque adhibitione teſtium, an nullæ reddantur etiam ceſſante dolo, ac fraude.*
176 *Fideiuſſor non ex nudo pacto, ſed ſtipulatione obligatur.*
177 Pragmat. 15. & 16. de Actuarijs, *ponderantur.*
178 *Dictio,* ſaltim, *eſt diminutiua.*

VIGESIMOQVINTO.

179 *Fructus legatorũ piorum debentur, à die mortis teſtatoris.*
180 *Fructus regularitèr in condemnatione debentur in actione hypothecaria à die litis conteſtata.*

VIGESIMOSEXTO.

181 Text. in l. qui habet, §. ſi pupillus, ff. de tutel. *qualitèr procedat.*
182 *Proceſſus nullus factus cum illegitima perſona per minorem allegari debet.*
183 *Teſtes examinati, non citata parte, ſunt nulli, nec faciunt indicium.*
184 *Teſtes in Regno ſunt citandi.*
185 *Citata examinantur ſe ad priorem depoſitiones referentes, an ſuffragantur.*
186 *Teſtes examinati, non citata parte, poſſunt repeti ipſa citata etiam poſt conkluſum in cauſa officio Iudicis.*
187 *Publicatio teſtium non eſt de ſubſtantia proceſſus.*

VIGESIMOSEPTIMO.

188 *Litis pendentia inducitur per libelli porrectionem cum citatione.*
189 *Citatio an inducat litis pendentiam,& quãdo.*
190 *Lis vt dicatur pendere, ſex requiſita ſunt neceſſaria.*
191 *Iudex debet primo videre libellum, vt poſſit deliberare, an ſit iuſta petitio.*
192 *Libellus eſt fundamentum cauſa,& in eo tota vis conſiſtit.*
193 *Libellus eſt præparatorium initiandi iudicium quoad Iudicem,non quoad partem ante quam citetur.*
194 *Libellus vim citationis non habet.*
195 *Libellus poſt partis citationem,eſt de proceſſu, & principium litis.*
196 *Lis pendentia dicitur,per citationem ad inſtantiam actoris emanatam.*
197 *Litis pendentia non inducitur per ſolam eius præſentationem,ſed neceſſè erit, quod ſit parti libellus intimatus.*
198 *Prohibitio ſuſpendit, donec cauſa pendet.*

VIGESIMOOCTAVO.

199 *Cautio an erit præſtanda cum fide authentica litis mota.*

VIGESIMONONO.

200 *Alienans lite pendente, habetur pro poſſeſſore.*
201 *Exequutio fieri, an poſſit contra illum,qui habuit rem lite pendente.*

TRIGESIMO.

202 *Liberatio manet in ſuſpẽſo, donec creditor,cui fuit liberata pecunia cum cautione poteſt moleſtari ab alijs.*

TRIGESIMOPRIMO.

203 *Ruſtici deponunt in præſentia Aduocati.*
204 *Mulier an deponat in iudicio cũ conſilio Aduocati, differitur quando procedat.*

TRIGESIMOSECVNDO.

205 *Annotatio fructuum prætextu dilapidationis pendente appellatione, an fiat.*
206 *Annotatio fructuum pendẽte appellatione per quem Iudicem fieri debet.*
207 *Sequeſtrum in fructibus, per quem Iudicem fieri debet pendente appellatione.*
208 *Iudex à quo pendente appellatione, an poſſit deſcriptionem facere de fructibus.*
209 *Sequeſtratio fructuum vbi fieri non poteſt, fit tamen deſcriptio.*

TRIGESIMOTERTIO.

210 *Creditor miſſus in poſſeſſionem prædij, poteſt fructus vendere,& locare, & quando.*

TRIGESIMOQVARTO.

211 *Intereſſe an debeatur ex mora, pro ſumma ſolui promiſſa in certo tempore.*
212 *Intereſſe an debeatur ob morã creditoris abſentis,ſtante oblatione debitoris facta.*
213 *Alimenta præſtita per fratrem ſorori maritatæ,viro abſente, an erint ſoluenda.*
214 *Compenſatio facta cenſetur per fratrem debitorem cum alimentis præſtitis eius ſorori.*
215 *Mater præſtans alimenta filio, an repetit ab eius patre.*
216 *Alimentandi onus eſt patris.*

217 *Ali-*

Digitized by Google

217 *Alimenta praeſtita vxori alicuius, repetuntur ab eius viro.*

218 *Deciſio altercationis conſimilis.*

### TRIGESIMOQVINTO.

219 *Putator tenetur aduertere tranſeuntes, nè aliquid contingat illis, ſimilitèr proycientes aliquid in vijs publicis.*

220 *Noctis tempore non poteſt ſic facilè obuiare damno.*

221 *Damna nocturna non imputantur.*

222 Text. in l. ex plagijs, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. *ponderatur.*

### TRIGESIMOSEXTO.

223 *Obligatio ad intereſſe ſuccedit, ſi res non fuerit in tempore conſignata.*

224 *Venditor tenetur quantiplurimi res fuerit, à tempore morae.*

225 *Mora an contrahatur per abſentiam creditoris pro conſignatione rei facienda per debitorem.*

226 *Cauſa carcerationis, & abſentia, non debet eſſe nociua creditori.*

227 *Moram purgare licitum eſt.*

228 *Offerendo poſt moram, rem illam purgat.*

229 *Obligatio perpetuatur pro mora commiſſione.*

230 *Morae purgatio qualitèr fiat.*

231 Text. in l. quoties, ff de ſolut. *ponderatur.*

232 Text. in l. quoties in die, ff. de verb. obl. *ponderatur.*

233 *Debitor an liberetur, ſi non conſignauerit rem creditori, quam poterat alio coniuncto conſignare, vel offerre.*

### TRIGESIMOSEPTIMO.

234 *Dos recepta per patrem eius filiorum in communi exiſtentium, an ex communi patrimonio deberet deſumi, vel ex portione illius filij pro quo pater illam acceperat, diſtinguitur.*

235 *Vxor filij, an mortuo ſocero dotem recipiente poſt obitum filij dotem reſtituere debet, deciſio affertur.*

236 *Pater an remaneat obligatus, pro dote recepta per filium cum eius conſenſu.*

237 *Dos ſoluta patri, & filio, tota cenſetur peruenire ad patrem.*

238 *Dos filiae vnius ex ſocijs omnium bonorum, an ſolui debeat ex bonis communibus.*

239 *Pater vt obligetur ad dotem filiorũ, quae nàm requirantur.*

240 *Pater tenetur ad reſtitutionem dotis nurus, ſi pecunia ad ipſum peruenerit, vel res fuerit in ipſius vtilitatem verſa.*

241 *Dos conſignata patri, deduci debet tanquam aes alienum, licet non probetur verſam fuiſſe in communiones filiorum, ſeù vtilitatem.*

242 *Pater tenetur dotem cautam facere ſibi per filium receptam, quae detrahitur de patrimonio patris.*

243 Text. in l. ſi pater, C. de collat. *ponderatur.*

### TRIGESIMOOCTAVO.

244 *Salarium integrum debeatur, ſi id, quod quis tenebatur facere in duobus, vel tribus diebus fecerit in vno.*

245 *Auditores Prouinciarum conſequuntur integrum ſalarium, ac duplicatũ, ſi quod in duobus diebus aliquid facere debebant in vno fecerint.*

### TRIGESIMONONO.

246 *Salarium Aduocatis, & Procuratoribus debetur.*

247 *Procuratori incumbit docere mandatum habere, & qualitèr probetur.*

### QVADRAGESIMO.

248 *In ore duorum, vel trium, ſtat omne verbum.*

249 *Numerus teſtium ſupplet, quia in fide defuit.*

250 Text. in l. ob carmen, §. fin. ff. de teſt. *producitur.*

251 *Nulla maior probatio, quam oris confeſſio.*

252 *Confeſſioni per duos teſtes probata ſtandum eſt contra confitentem.*

253 *Confeſſio eſt probatio probata.*

### QVADRAGESIMOPRIMO.

254 Text. in l. 1. §. veſtimenta, ff. de depoſ. *notatur.*

255 Text. in l. qui furtum, ff. commod. *ponderatur.*

256 *Sartor tenetur infra tempus ſex menſium de veſtimentis corroſis à muribus.*

257 Text. in l. in rebus, ff. commod. *ponderatur.*

258 Text. in l. ſi cum venderet, §. 1. ff. de pignor. act. *adducitur.*

259 Text. in l. item quaeritur, §. ſi Fullo, ff. locati, *ponderatur.*

260 *Hebraei foenerantes, tenentur ſoluere damnum, & intereſſe, quando reſtituunt veſtes corroſas à tineis, & muribus.*

261 *Creditor, cui datum eſt pignus, tenetur ad exactam diligentiam.*

### QVADRAGESIMOSECVNDO.

262 *Conductor ad quinquennium ſi impeditur vti re locata, tenetur ad ratam penſionis, pro eo tempore, quo vſus fuit.*

263 *Dies adiecta cauſa differendae ſolutionis, obligationem non perimit.*

264 Text. in l. centeſimis, ff. de verb. oblig. *ponderatur.*

265 *Locatio facta pro pluribus annis, vnica locatio eſt.*

266 *Re-*

266 Remiſſio non fit, quando fructus, vel valor ipſorum creſcit, vel decreſcit,

## QVADRAGESIMOTERTIO.

267 Debitoris liberatio manat in ſuſpenſo, donec creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione poteſt moleſtari ab alijs.

268 Solutione eius, quod debetur, tollitur obligatio, & hypotheca, & qualitèr intelligatur, n. 269.

270 Debitor ſoluens creditori creditoris, etiam ſine mandato liberatur, & ratione fulcitur.

271 Depoſitum vim ſolutionis non habet, niſi auctore pratore, & in iudicio factum ſit.

## QVADRAGESIMOQVARTO.

272 Dominiũ legati tranſit, recta via in legatariũ.

273 Dominium quæſitum eſt vigore poteſtatis legatæ à defuncto nemine contradicente.

274 Legatarius percipere poteſt fructus rei legata ante aditam hæreditatem, ſi licentia fuerit data à teſtatore capiendi rem legatam.

275 Legatarius poteſt impunè apprehendere poſſeſſionem rei legatæ propria auctoritate.

276 Legata omnia à manu hæredis capienda ſunt.

277 Legatarius non poteſt auctoritate propria legatum accipere, aliàs tenetur ad reſtitutionẽ, maximè ante aditam hæreditatem.

278 Aditio hæreditatis fieri debet ſtatim, vt quis poſſit iuuare inuentam.

279 Aditio hæreditatis eſt actus, qui non præſumitur, niſi probetur.

280 Hæres dicitur dominus, et hæreditas dominiũ. Hæres dicitur dominus adita hæreditate, non tamen adhùc poſſeſſor.

281 Dominium omnium bonorum ſingularum rerum hæreditariorum, per aditionem hæreditatis ſolam acquiritur.

282 Legata omnia hæreditate adita præſtantur.

283 Legatarius occupare volens rem legatam, propria auctoritate inſtrumentũ facere tenetur.

284 Poſſeſſio rerum incorporalium non acquiritur ſine apprehenſione, & animo poſſidenti.

285 Dictio, vel, quid denotat.

286 Hæres ex aditione tenetur creditoribus hæreditarijs, & remanet obligatus fideicommiſſarijs, & legatarijs.

287 Electio eſt debitoris in alternatiuis.

288 In alternatiuis ſufficit alterutrum adimplere.

289 Hæres poterit fructus, & rem vẽdicare, quando legatarius intrat poſſeſſionem propria auctoritate.

290 Legatarius poteſt propria auctoritate rem legatam capere ſtante poteſtate conceſſa.

291 Electio in legatis alternatiuis, non procedit regula.

292 Electio in alternatiuis quando competit legatario,

293 Legatarius manuteneri debet ex alternatiua electione, accedente etiam teſtatoris poteſtate conceſſa.

## QVADRAGESIMOQVINTO.

294 Filij cum patre, an debeant ſuccedere cumulatiuè auo, vel ordine ſucceſſiuo, vt prius pater, deindè filij poſt obitum patris, affertur deciſio S.C.

295 Filiorum appellatione, an filiæ contineantur.

296 An filia maritata admitti debeat ad ſucceſſionem aui, non obſtante renunciatione facta in beneficium patris, & fratrum.

297 Fœminæ renunciare ſolent iuxtà diſpoſitionẽ cap. quàmuis, de pactis.

298 Fœmina excluſa, ſemper cenſentur excluſa à ſucceſſionibus.

299 Fœmina ſtãte renũciatione, habetur ꝑ mortua.

300 Filia à ſucceſſione excluſa, cenſetur à ſucceſſione dotantis excluſa.

301 Fœmina renunciando ſucceſſionibus, ſemper excluditur.

302 Fœmina ceſſantibus illis, in quorum beneficiũ renunciauit, admittitur ad ſucceſſionem.

303 Filia accepta dote, renunciando bonis patris, poterit ea petere ex futura, & noua cauſa.

304 Renunciatio ſola filiæ, an extendatur ad ius debitum ex noua cauſa, ex nouo iure, & an ad incogitata.

305 Soror ex ampla renunciatione, an admittatur ad ſucceſſionem delatam.

306 Fœmina exiſtẽte ſtatuto excluſiuo, an cõcurrãt cum proprijs fratribus in fideicommiſſo aucto.

307 Fœmina appellatione filiorum, attenta ipſius proprietate continentur.

308 Fœmina nõ cenſetur excluſa per teſtatorẽ, niſi ab hæreditate illius, de quo ſtatutũ loquitur.

309 Fœmina excluſa per maſculum à ſtatuto, an ſuccedat in fideicommiſſo.

310 Fœminæ appellatione filiorum, veniunt in fideicommiſſo.

311 Fœminam non eſſe excluſam à fideicommiſſo pronunciandum erit.

312 Fœminæ cum maſculis admittuntur, quando ſunt vocati nomine collectiuo.

## QVADRAGESIMOSEXTO.

313 Actiones directæ remanent penès cedentem, cũ ſint perſonales.

314 Actiones ſunt infixæ oſſibus noſtris, ſicut caracter Baptiſmi.

315 Iuramentũ, quod interuenit in contractu, illud cedi non poteſt, cum ſit perſonale.

316 Ceſſionarius cur inſtrumentũ liquidare nõ põt.

317 Ceſſionarius cogere, an poſſit cedentem ad liquidandum inſtrumentum.

318 Cautela refertur, vt ceſſionarius poſſit liquidare inſtrumentum contra debitorem.

319 Procurator cum ſpeciale mandato, dicitur pica, & organum ſui domini.

320 Ce-

Digitized by Google

320 *Cedens abſq; ceſſionario, liquidare poterit inſtrumentum contra debitorem.*
321 *Cedens, non poteſt plus iuris transferre in ceſſionarium, quam ipſe habet.*
322 *Prohibitum cenſetur omne id, per quod peruenitur ad illud.*
323 *Debitor dicitur quodammodò ſeruus, ſicut qui accipit mutuum ſeruus eſt.*
324 *Creditor habet actionẽ, in perſonam debitoris.*
325 *Mandatum vt ſoluat, cenſetur quando alicui mandatur vt ſe obliget, ad quam ſolutionem cogi poſſit.*
326 *Creditor quilibet agere poteſt, vt debitor ſoluat alicui, quia ipſe intereſt.*
327 *Creditor compelli poteſt, ſolutionem recipere à quocunque.*
328 *Obligatio eſt iuris vinculum.*
329 *Poſt obligationem non eſt licitum reſidere.*
330 *Hæres creditoris virtute iuramenti, poteſt liquidare inſtrumentũ, & ratio affertur, n. 331.*
332 *Obligationes, & contractus, tranſeunt in hæredes actiuæ, & paſſiuæ.*
333 *Hæres debitoris, non poteſt capi vigore licentiæ de capiendo debitorem.*
334 *Hæres debitoris, tenetur principalitèr ad reſtitutionem rei, non in perſona, & quare.*
335 *Hæres debitoris, quare non poteſt ad formam ritus conueniri, & quid è contra.*
336 *Ceſſionarius dicitur creditor, non tamen verè, ſed interpetratiuè.*
337 *Cedens, quę nàm iura habet contra debitorem.*
338 *Ceſſionarius non ſuccedit in iuribus perſonalibus, neque in alijs.*
339 *Ceſſionarius habet vtiles actiones.*
340 *Ceſſionarius vigore vtilium actionũ, petit exequutionem, & liquidare.*
341 *Ceſſionarius inſimul cum cedente, poteſt liquidare inſtrumentũ, & quando ſine ipſo; n. 342.*
343 *Clauſula,* ponens in locũ ſuum, *quid operetur in ceſſione.*
344 *Agens velut hæres, vel ceſſionarius debet oſtẽdere copiam ceſſionis.*
345 *Ritus M.C.V. incip. Quod nullus, põderatur.*
346 *Ceſſionarij verificare debent ceſſionem, ex cauſa onероſa factam, citato debitore.*
347 *Ceſſio facta miſerabilibus perſonis, ex cauſa lucratiua quando valebit.*
348 *Ceſſio ſimulata quando dicatur facta.*
349 Tex. in l. ſi quis delegauerit, ff. de nouat. *ponderatur.*
350 *Delegatio qualitèr fieri debeat.*
351 *Creditor non compellitur, recipere inſolutum nomen debitoris ſui debitoris.*
352 *Delegans non poteſt cogi ſuum debitorem delegare, niſi cedantur actiones.*
353 *Delegatio fit per ſtipulationem, in qua requiruntur conſenſus, & voluntas.*
354 *Differentia inter delegationem, & ceſſionem.*
355 *Poſſimus inuitum, & ignorantem liberare, non tamen obligare.*
356 *Actiones vtiles transferuntur in ceſſionarium, ſed directè remanent penès cedentem.*
357 *Solui an poſſit cedenti, & quando.*
358 *Emphyteota cogi an poſſit, ad ſe obligandum de facie ad faciem.*

QVADRAGESIMOSEPTIMO.

359 *Recomendatio, ſiuè empara, an fieri poſſit in cauſa criminali.*
360 *Carceratus tranſmittẽdus in Inſulam pro delictis, contradicentibus creditoribus, an teneatur ad præſtandũ cautionem de redeundo, vel ſtari iuratorię cautioni.*
361 *Emparatus pro cauſa ciuili, an poſſit pro cauſa criminali emparari, & quando.*
362 *Infecta primitiua, inficiuntur deriuatiua.*
363 *Captus pro delicto, non poteſt recomẽdari pro debito ciuili.*

QVADRAGESIMOOCTAVO.

364 *Teſtes ſi de rigore iuris non poſſunt examinari poſt terminum, an de æquitate.*
365 *Terminus datus ad probandũ, ſi elapſus fuerit, an poſſit prorogari ad inſtantiam actoris, & quid inter mercatores.*
366 *Mercatores dùm peregrinantur, dicuntur miſerabiles perſonæ.*

QVADRAGESIMONONO.

367 *Liquidatio inſtrumenti annullari an poſſit pretextu elapſus annorum 20. à die natiuitatis actionis.*

QVINQVAGESIMO.

368 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ apponi, an poſſit poſt biennium.*
369 *Iurantes, ſoluere non excluduntur repetere ſolutum.*
370 *Compenſatio ſi ipſo iure fiat, adhùc debitor ſoluẽs, poteſt illud cõditione indebiti repetere.*

QVINQVAGESIMOPRIMO.

371 *Maritus ſubſtinet onera matrimonij.*
372 *Liquidatio intereſſe dotis, ad quam rationem fieri debeat extra Ciuitatem Neap.*

QVINQVAGESIMOSECVNDO.

373 *Ius patronatus quibus modis acquiri poſſit.*
374 *Ius patronatus quibus modis probatur.*
375 *Ius patronatus acquiritur per fundationem, etiam ſi illud non reſeruauerit, dummodò expreſſa non remiſerit.*
376 *Ius patronatus laicale qualitèr dicatur.*
377 *Beneficium ſeculare, quod nàm dicatur.*
378 *Ordinarius nequit præiudicare domino iuris patronatus.*
379 *Legatus habens facultatem diſpenſandi, non*

*poteſt cõferre beneficium in præiudiciũ laici.*

380 *Ius patronatus competit dotanti, eſto quod illud ſibi, & hæredibus non reſeruauerit.*

381 *Ius patronatus in dubio videtur reſeruatum.*

382 *Ius patronatus ad hæredes legitimos tranſit, imò etiam ad extraneos,*

383 *Ius patronatus tranſit tàm ad hæredes ex teſtamento, quàm ad ab inteſtato.*

384 *Ius patronatus tranſit ad quoſcunq; hæredes.*

385 *Conſenſus Epiſcopi debet interuenire in conſtitutione iuris patronatus.*

386 *Collatio iuris patronatus, quando cenſetur ab Epiſcopo approbata.*

QVINQVAGESIMOTERTIO.

387 *Vſuræ an debeantur ex mercede non ſoluta in tempore.*

388 *Vſuræ debentur, quando mora interceſſerit, & quomodo.*

389 *Intereſſe debetur ex mora.*

390 *Intereſſe nunquam debetur, niſi probetur.*

391 *Intereſſe quomodo probetur.*

392 *Liquidatio intereſſe ad quam rationem fiat.*

QVINQVAGESIMOQVARTO.

393 *Vniones Eccleſiarum fiunt auctoritate Papæ.*

394 *Vnio Eccleſiarum, quidnam inducit.*

395 *Vnio Eccleſiarum quando fit ſubiectiuè, & quando principalitèr differunt.*

396 *Monacus ad aliam Religionem translatus, bona primo data recuperat.*

397 *Dos data moniali vnius Monaſterii, quæ poſteà fuit monialis alterius, debet primo Monaſterio.*

QVINQVAGESIMOQVINTO.

398 *Pactum adiectum in capitulis, nè mulier poſſit teſtari niſi de certa ſumma, ſi contingerit ſoluto matrimonio de dote diſtribui per multa legata, an ſubſtineri debeat, & valeat diſpoſitio declaratur. qualitèr procedat, nu. 399.*

400 *Soror à fratre dotata cum pacto nè potuiſſet diſponere niſi de certa ſumma, an vltra bona fraterna poſſit de bonis receptis pro dote paternis, & maternis diſponere, & quid fuit deciſum.*

QVINQVAGESIMOSEXTO.

401 *Ripa cenſetur eſſe in dominio illius, qui habet vicinum prædium.*

402 *Vicinus an poſſit arbores propè flumina publica arbores incidere.*

403 *Arbores ſi naſcantur in medio, pertinent ad vtrumque.*

404 *Arbor cedit ſolo, in quo radices egit.*

405 *Arbor in dubio præſumitur eſſe illius, in cuius fundo eſt plantata, vel cui magis adhæret.*

406 *Arboris appellatione continentur radices.*

407 *Arbor poſita in confinibus, dicitur eſſe illius, in cuius loco habet radices, & ſi in vtroque loco extenditur radices, erint communes.*

408 *Arborum radices ſi prætendant ſe in alienum fundum extendi, nemo poterit eas præcidere propria auctoritate, ſed Iudicis auctoritas exquiri.*

409 *Arbor radices habens in fundo alicuius erit illius.*

QVINQVAGESIMOSEPTIMO.

410 Text. in l. ſi filia, ff. de de diuort. *ponderatur.*

411 *Commodum reportare nemo debet ex delicto.*

412 Text. in l. 2. §. ſi quis filiã, ff. de lib. exhib. *ponderatur.*

413 *Vxor tenetur notũ facere viro, eſſe prægnantẽ.*

414 *Cuſtodes apponuntur per Iudices, quando de ſuppoſitione partus ageretur, et deciſũ fertur.*

415 *Mater filium tradens Hoſpitali inuito marito, qua pœna punitur.*

416 *Mater non habet filium in poteſtate.*

417 *Auus maternus nõ habet nepotes in poteſtate.*

418 *Patri non licet exponere filium hoſpitali, cum videatur illum necare.*

419 Text. in l. necare, cum gloſ. ff. de liber. agnoſc. *explicatur.*

420 *Pater ante legem Conſtantini non priuabatur patria poteſtate, exponendo filium in hoſpitale, contrariũ tamen firmatur n. 421. & 422.*

423 *Expoſitores infantium peiores ſunt homicidis, & pœnis debitis puniuntur.*

424 *Homicida priuatur hæreditate occiſi.*

QVINQVAGESIMOOCTAVO.

425 *Clericus poteſt habere bona diuerſi generis.*

426 *Clericus de bonis patrimonialibus poteſt de illis diſponere.*

427 *Bona quæſita per Clericum tempore Clericatus poteſt diſponere, & equiparantur patrimonialibus.*

428 *Bona quæſita per Clericum, veniunt in iudicio familiæ erciſcundæ, & quando.*

429 *Clericus tenetur conferre bona Eccleſiarum ei obuenta, & qualitèr.*

430 *Clericus filiusfamilias, teſtare non prohibetur de bonis quæſitis miniſterio Eccleſiæ.*

431 *Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ ſpectat ad Epiſcopũ, & ad Capitulũ, non ad beneficiatũ.*

432 *Adminiſtrator tenetur, conficere librum adminiſtrationis, nec ſufficit ſola liſta, ſeù folium.*

433 *Liber adminiſtrationis continere debet data, & accepta nominatim.*

434 *Adminiſtrator tenetur reddere rationẽ de adminiſtratis, & reliqua reſtituere.*

435 *Adminiſtrator quilibet tenetur, ſingulis annis requiſitus reddere rationem adminiſtrationis.*

436 *Clericus ſi non fuerit fabricerius Epiſcopi, compelli poteſt ab eo ad reddendum rationẽ.*

437 *Clericus quando tenetur conferre, in expenſis communibus.*

438 *Pecu-*

438 Peculium clerici redactum eſt, ad inſtar peculij quaſi caſtrenſis.

439 Clericus ratione menſæ, conferre poteſt vſque ad neceſſitatem.

440 Bona Eccleſiaſtica ſunt inuicta, vt deducto neceſſario reliquum inter pauperes diſtribuātur.

441 Clericus tenetur fructus bonorum Eccleſiaſticarum diſtribuere.

442 Ius quale redditur ſucceſſoribus clerici beneficiati mortui, reſpectu fructuū diuidendorū.

443 Diſtributiones quotidianæ inter bona quaſi patrimonialia numerantur.

## QVINQVAGESIMONONO.

444 Officiales Baronum nequeunt exercere iuriſdictionem Neap. abſq; licentia Proregis.

445 Iuriſdictio cohæret territorio, & extra territorium non exercetur.

446 Iuriſdictio in territorio alicuius Baronis, non poteſt exerceri ſine eius conſenſu.

447 Iuriſdictio ſolo adhæret.

448 Iuriſdictio arguit locum eſſe illius, cuius nomine ipſa exercetur.

449 Iuriſdictionem habens, in aliquo loco, dominiū cenſetur habere.

450 Iuriſdictio non extenditur de loco ad locum, neque de banco ad bancum.

451 Iuriſdictio contentioſa, non poteſt exerceri in in alio loco abſq; licentia illius domini, ſecus in voluntaria.

452 Iuriſdictio mandari poteſt extra territorium per exēpla tradita, quod non eſt dare Iudicē.

453 Iuriſdictio non poteſt mandari, vt exerceatur extra territorium, ſed benè Iudex dari poteſt vt extra territorium iudicet.

454 Iuriſdictio voluntaria, & contentioſa, quæ ſit remiſſiuè.

455 Domini Terrarum, & Officiales vtuntur literis requiſitorialibus.

456 Princeps vtitur iuriſdictione volūtaria in territorio ſubditorum.

457 Commiſſarius exequi non poteſt in loco exequendæ commiſſionis, niſi oſtendat commiſſionem Officiali in capite, & quando.

## SEXAGESIMO.

458 Manutentio poſſeſſionis nobilitatis, ſemper datur, dato termino in cauſa, ſtante controuerſia, & ſic pluries deciſum.

459 Ignobilis electus ad officiū nobile ſtāte cōtradictione debet abſtinere, et ſic in praxi ſeruatur.

460 Nobiles Caſtri maris de Stabia, quando aſportant haſtas pallij, & quo tempore.

461 Text. in l. eum qui, ff. de interd. & releg. expenditur.

462 Text. in l. emancipatum, in fine, & in l. filius Senatoris, in fine, ff. de Senat. producuntur, qualitèr procedant.

463 Filius conceptus antequam pater amiſit dignitatem, ea priuari non debet, etiā ſi à patre ius illud deriuare cōtendat, & ratione probatur.

464 Pater artes viles exercendo, non præiudicat filijs, qui trahunt nobilitatem à maioribus.

465 Nobilis ob vile exercitium deſinit eſſe nobilis, & tandiù, quandiù exercet, quo dimiſſo reuiuiſcit.

466 Nobiles, & ignobiles poſſunt eſſe in ſua familia, ſeù domo.

467 Miniſteriū vile patris, non nocet filijs, & quare, & deciſio affertur.

468 Nobilitas vnica in familia, ſatis dicitur conſeruata, & continuata poſſeſſio per alios coniunctos, qui gauiſi ſunt.

469 Nobilitas maiorū æquè principalitèr, & ex eodem tempore omnibus cōpetit de eodē genere.

470 Impurus in vna familia vniuersū genus, & ad ſingulas ex ea prouenictes eadē laborare nota, & qualitèr procedat, declaratur, nu. 471.

472 Nobilitas à primo nobile deriuatur, in vniuerſam familiam.

473 Macula ignobilitatis, nedum ad deſcendentes, ſed etiam ad conſanguineos, & collaterales omnes pertinet, ad quos etiam pertinent iura ſanguinis.

474 Macula ignobilitatis alijs non præiudicat.

475 Nobiles einſdem poſſunt eſſe, & alij ignobiles.

476 Nobiliores, & digniores ſunt eligendi ad publica Ciuitatis munera ſubeunda.

477 Officia publica renuens acritèr puniri debet.

478 Nobiles admittuntur ad exercendum officia ignobilium, cum clauſula, citra præiudiciū iurium.

479 Munera publica inuari debet proteſtatione, nē ſuo priuilegio præiudicetur, & rōne fundatur.

480 Quilibet excuſatur, ſi Magiſtratui parere nō teneatur.

481 Culpa nō caret, qui Magiſtratui nō obedierit.

482 Proteſtatio cuius ſit natura.

483 Reſeruatio ius non tribuit, ſed conſeruat id, quod reſeruans habet.

484 Contradictio non requiritur in actu iudiciali formato, & tribuente ius, nàm requiritur Iudex actor, & reus.

485 Probatio, quæ nàm exquiritur in prætenſione habitus militaris.

486 Teſtes examinandi in cauſis nobilitatum inter ſe diſſidētes, qualitèr erint in prædictis coadiuuandi.

## SEXAGESIMOPRIMO.

487 Depoſitarius ſine dilatione, compellendus ad reſtitutionem depoſiti.

488 Actio depoſiti proponi debet via ordinaria per libellum, & ratio affertur.

489 Libellus, & litis conteſtatio non exiguntur in cauſis ſummarijs, vndè infamia nō irrogatur.

490 Dictio, illico, quid operetur.

491 *Diſho,ſtatim, nullam dilationem admittit.*

492 *Depoſitarius iudicialis,ſi non reſtituat depoſitum,carceratur.*

493 *Iudicium ſummarium eſt cauſa depoſiti.*

494 *Cauſa depoſiti eſt priuilegiata, & celeris expeditionis.*

495 *Depoſitum, de iure habet exequutionem paratam,*

496 *Qui negat depoſitum, committit furtum, & poteſt accuſari,*

497 *Depoſitum aliud eſt regulare,& quando.*

498 *Depoſitum irregulare quando dicatur.*

499 *Iudicis officium imploratur in cauſa depoſiti.*

500 *Scriptura ſimplicitèr facta, an probet depoſitum.*

SEXAGESIMOSECVNDO.

501 *Terminus in cauſa datus, an currat, ſi nō fuiſſent conſignatæ literæ commiſſionales pro examinandis teſtibus in partibus,& illis non intimatis.*

SEXAGESIMOTERTIO.

502 *Vſufructuarius non poſſidet etiam naturalitèr, ſed tamen detinet.*

503 *Vſufructuarius habet tantùm cuſtodiam rei.*

504 *Vſufructuarius eſt adminiſtrator.*

505 *Vſufructuarius, non repreſentat perſonam teſtatoris.*

506 *Vſufructuarius, non venit appellatione hæredis.*

507 *Vſufructuarius, dato cohærede proprietatis, cenſetur legatarius,*

508 *Vſufructuarius omnium bonorum non eſt hæres, ſed legatarius particularis.*

509 *Vſufructuarius citari non poteſt, ſed proprietarius.*

510 *Vſufructuarius habet quaſi poſſeſſionem ciuilem, ideò non dicitur poſſidere.*

511 *Vſufructuarius naturalitèr poſſidet.*

512 *Hæres propriè dicitur dominus, quia ſuccedit in vniuerſum ius, num.513.*

514 *Vſufructuarius vicē domini tenet,& ſui vſuſfructus dominus,& habet ius in re.*

515 *Vſuſfructus vicem domini obtinet, imò pars domini.*

516 *Vſufructuarius impropriè dicitur dominus,& ratio affertur.*

517 *Appellatione domini,vſufructuarius continetur,& qualitèr intelligatur.*

518 *Vſufructuarius æquiparatur ſucceſſori,in vniuerſum ius.*

519 *Vſufructuarius legatario æquiparatur, quia ipſe eſt quaſi hæres,& quaſi ſucceſſor.*

520 *Actio contra vſufructuarium intentata aliquo modo ius proprietatis tangit.*

521 *Aſſiſtere poteſt in iudicio vſufructuarius, in cauſa contra proprietarium intentata.*

522 *Vſufructuarius adhùc dicitur vniuerſalis, & naturalis poſſeſſor.*

SEXAGESIMOQVARTO.

523 *Eximentes carceratos pro ciuili cauſa tenentur ad debita.*

524 *Eximentes carceratos pro cauſa criminali, tenentur pœna capitali.*

525 *Citatio realis in criminalibus non fit,niſi præcedente commiſſione Iudicis.*

526 *Carceratus iniuſtè aufugiens, non eſt in pœna, neque eius fideiuſſor.*

527 *Carceratus iniuſtè poteſt reſiſtere.*

528 *Auxiliatores carceratum in iure eximentes,an teneantur,quando notoria eſſet iniuſtitia.*

529 *Eximens carceratū captum ſine mandato Iudicis, non punitur.*

530 *Auxiliatores eximentes carceratum, quando tenentur.*

SEXAGESIMOQVINTO.

531 *Auctor rixæ quis dicatur.*

532 *Delictum tùnc incipit, quando quis delinquentem ad rixam prouocat.*

533 *Auctor rixæ,quando de homicidio punitur.*

534 *Auctor rixæ,ſemper dicetur eſſe in culpa.*

535 *Auctor rixæ de omni eo,quod ſequitur etiam, quod afferat in aliquo nō delinquiſſe, tenetur.*

536 *Auctor rixæ punitur in dubio, quando vulnerantes, ignorantur.*

537 *Vnus ex conſortijs rixantibus ſi captus fuerit, nō punitur, ſed abſoluitur, ſi non conſtat quis commiſerit.*

538 *Si quis non ademauit in rixa, non tenetur ad pœnam,*

SEXAGESIMOSEXTO.

539 Pragm.1.de ſyndic.offic. *producitur.*

540 *Poteſtas eligendi ſyndicatores,cōceſſa eſt Vniuerſitatibus Regni.*

541 *Syndicatores ſunt Iudices delegati.*

542 *Iudicis appellatione in Regno qui ſit.*

543 *Appellatio dicitur remedium ad præſidium innocentiæ,& non ad defenſionem iniquitatis.*

544 *Appellatio initatur Iuſtitiæ.*

545 *Appellatur ab omnibus Iudicibus ordinarijs, & delegatis.*

546 *Appellatur ab ordinario ad ſuperiorem immediatum.*

547 *Iudices diſpares,eiuſdem rei eſſe non poſſunt.*

548 *Cognoſci non poteſt bis de eodem negotio.*

549 *Appellatione pendente à ſentētia lata per Officiales,non poteſt de ea conueniri in ſyndicatu Officialis.*

550 *Officialis de malè ablatis,et baractarijs in ſyndicatu conuenitur, non autem de iniquis decretis,& ſententijs malè latis.*

551 *Iudex inferior impeditur procedere, ob ſupplicationem factam Principi.*

552 *Syndicatores procedere nequeunt, appellatione interpoſita.*

SEXA-

### SEXAGESIMOSEPTIMO.

553 *Legatum legitimę factũ à filia matri. valet de iure.*
554 *Legitima aſcendentiũ, ſeù auita, eſt de quantitate ad trientem.*
555 *Legitimè ſupplementum. deducitur contra voluntatem defuncti.*

### SEXAGESIMOOCTAVO.

556 *Bona locorum piorum, Hoſpitalium, Montium, & Confraternitatum, alienari an poſſint ſine ſollemnitatibus, aliqui DD. negant, nu. 557. aliqui contrarium ſentiunt, nu. 558. ſed concordantur, num. 559.*

### SEXAGESIMONONO.

560 *Dictio,* omnis, *nil excludit.*
561 *Relatum eſt in referente, cum omnibus qualitatibus*
562 *Clauſula generalis, ad ſpecificata tantùm refertur.*
563 *Clauſula generalis derogatoria, quando ad vnum, & non ad aliud refertur.*
564 *Clauſula inſerta in medio vnius capituli, refertur ad illud tantùm.*
565 *Clauſula geminata, nõ operatur reſtrictionem.*

### SEPTVAGESIMO.

566 Conſuet. Si quis, vel ſi qua. *adducitur.*
567 Conſuet. Neap. *non habet locum inter exteros, ſed inter ciues perpetuò habitantes, numer. 568.*
569 Conſuet. Neap. *de bonis loquentes, procedunt in bonis ſitis in Ciuitatis diſtrictu, & quando.*
570 *Debita cõtracta, ſuper bonis antiquis, quomodo ſoluantur.*

### SEPTVAGESIMOPRIMO.

571 *Legatum bonorum quando dicatur eſſe caducatum, ſiuè purè, ſiuè conditionale fuiſſet.*
572 *Ius partis ex ignorantia non dicitur effectum deterius.*
573 *Ignoranti ſubueniendum eſt.*
574 *Mora poſt litem conteſtatum non purgatur.*
575 Text. in l. ſi ita quis ſit, §. Sęia, ff. de verb. oblig. *intellectus.*
576 *Mora purgatur per reum vſque ad ſententiã excluſiuè.*
577 *Moræ purgatio datur infra triduum.*
578 Text. in l. cauſa tamen, ff. de iud. ſol. *ponderatur.*

### SEPTVAGESIMOSECVNDO.

579 Text. in l. penult. C. de condit. ob cauſ. *refertur.*

### SEPTVAGESIMOTERTIO.

580 *Vidua an habeat fori variationẽ, ſeù electionem poſt concluſum in cauſa.*
581 *Concluſio in cauſa facit. eoſdem effectus, quos ſententia.*
582 Text. l. ſi ego, ff. ad Velleian. *adducitur.*
583 *Variatio etiam poſt litem conteſtatam, & concluſum in cauſa admictitur, & quando.*

### SEPTVAGESIMOQVARTO.

584 *Iniuria grauis dicitur percuſſio cum baculo.*
585 *Iniuria inferri dicitur à primo, qui prouocat.*
586 *Iniuriatus verbis, ſi gladio occidit, mitius punitur.*
587 *Vulnerare an poſſum gladio, qui cum baculo me inſultauerat.*
588 *Moderamen inculpatæ tutelæ in rixa, nõ operatur pœnam ob exceſſum.*
589 *Vulnuſculum nõ venit appellatione vulneris.*
590 *Vulnuſculum non eſt in conſideratione.*
591 *Vulnerans aggreſſorem, dicitur ad ſui defenſionem feciſſe.*

### SEPTVAGESIMOQVINTO.

592 *Quietatio generalis refertur ad ſpecificata.*
593 *Clauſula generalis reſtringitur ad ea, quæ ſpecialitèr in contractu ſunt expreſſa.*
594 *Annuæ præſtationes. ſunt ius immobile, & ſeperatum de per ſe.*
595 *Annui redditus. ſunt acceſſorij ad capitale.*
596 *Actione extincta pro capitale, remanet actio pro annuis redditibus.*
597 *Nouatio non inducitur, ob ceſſionem factam inutilitèr.*
598 *Nouatio non valet, ſi non concurrunt ea, quæ iuris ſunt.*
599 *Delegatio debitoris decocti non valet.*

## CASVS LX. MISCELLANEORVM.

### *PRIMO.*

FOelix Barracanus originarius Terræ S. Seuerini, & habitator in Ciuitate Theani, vbi aliquãdo vti Iudex illius pręſidebam, obtinuit prouiſiones à Regia Cam. Sum. quod ſtãte quod ſit ciuis dictę Terræ, vbi onera portabat non moleſtari mandabatur in dicta Ciuitate Theani, verum reſpectu gabellarum, & impoſitionũ dictæ Ciuitatis, ſi non adeſſet Regius aſſenſus contra exteros habitatores, ſimilitèr non moleſtari neutiquam poſſe. Accidit, quod dicta Vniuerſitas Theani obtinuit Regium aſſenſum pro impoſitione certarum gabellarum, in quo mandauerat Excellentiſſimus Prorex, quod exigeretur

retur gabella prædičtà cõtra ciues, & ha-
bitatores dictæ Vniuerſitatis præter exte-
ros, &c. vndè contingit difficultari, an
talis exterus dicatur, vel habitator; nàm
ſi vti exterus iudicaretur, non tenebatur
ad onerà, cum aſſenſus prædictus in hoc
caſu non militabat, ſi verò vti habitator,
& tùnc includeretur, reperi *Caran. in ritu*
301. *num.* 31. vbi ſingulariter tradit, quod
exteri, qui habitant in Ciuitate, vti Scola-
res, Magiſtri Grammatici, veluti artifices
1 dicuntur habitantes ipſius, & habitantiũ
priuilegio gaudere debent, & habitantiũ
appellatione veniunt, vbi caſum in facto
determinat, at iſte exterus cum vxore, &
familia habitauerat lõgo tẽpore in Ciui-
tare prędicta, meritò nõ exterus, ſed habi-
tator dici potuerat, & ſucceſſiuè ad one-
ra prædcta gabellarũ omni iure teneri vi-
debatur, vt fuit iudicatũ, exiſtẽte tali dif-
2 ferentia inter habitantes, & habitatores,
3 nàm ipſi habitatores dicuntur cũ familia
habitantes, ſecus ex *Afflict. Foller. & Vrſill.*
notat *Carpan. ad Conſt. Mediol. cap.* 375. *n.* 97.
4 nàm familia inſpicitur, vt quis dicatur
habitare in loco, ex *Bart. in l.* 1. §. 1. *ff de lib.*
*agnoſc. & Ghem. deciſ.* 87. *num.* 1. fundat *Car-*
*pan. d. tom.* 2. *cap.* 218. *nu.* 35. *poſt cap.* 1. *nu.* 139.
5 *tom.* 1. exigitur etiã perſeuerantia decen-
nij, vel ſeptem, aut octo annorum arbitrio
Iudicis, *Muta deciſ.* 81. *nu.* 8, vt erat in facto.

*SECVNDO.*

DVbitari contingit in Ciuitate Theani,
poſtquam milites vulgo *del Battaglione*
habent immunitatem ab onere hoſpitan-
di inter cętera conceſſa in *pragm.* 7. §. 10.
*de milit.* & proindè Vniuerſitates tenentur
pro ſingulo centenario focculariorum da-
re vnum militem, reperiebantur vltra
quinque milites pro ſingulo centenario
focculariorum dictæ Ciuitatis, quæ eſt nu-
mero quingentorũ focculariorum, & ade-
rant alij, quatuor ſupernumerarij, cernẽs
ſe in hoc eſſe grauatam, recurſum habuit
ad Excellentiſſimum Proregem, hæc om-
nia narrando, & per eum remiſſa cauſa
fuit ad R.C.S. per quam fuit prouiſum,
quod ſtantibus prædictis in gabellis, &
alijs contributionibus contribuere tene-
rentur vt alij ciues, vndè dubitari contin-
git quid in onere hoſpitandi, & videba-
6 tur affirmandum, cum tale onus ſit patri-
moniale, *l.* 1. *C. de Epiſcop. & cler.* & cohę-
ret rei, *l. ſunt munera, ff. de vell. & excuſ. mun.*
tamen *Gloſ. ſingularis in d. l.* 1. *verſ. hoſpites,*
7 conſiderando, quod clerici ſunt exempti
ab onere hoſpitandi, concludit, quod mu-
nera, quæ propriè cohęrẽt rei, vt patrimo-
nialia ſubire debent, nec excuſantur, alia
verò, quæ ſunt rei, ſed impropriè, & ita
8 excuſantur ibi in ſecundo, & clerici, &
milites excuſantur vt hic, & in *l. vlt.* §. *anga-*
*ria, ff. de vac. mun.* & ſubdit melius, quod
9 licet ſit patrimoniale munus ſuſcipere
hoſpites, tamen propter beneficium ſpe-
ciale ſe excuſant illi ſoli, qui de hoc ha-
bent ſpeciale priuilegium, & facit *text.*
*in d. l. ſunt munera,* ibi, nàm nec huius quiſ-
que excuſationẽ præter eos, quibus prin-
cipali beneficio conceſſum eſt, vbi *Gloſ. in*
*verbo principali*, at priuilegium ſpeciale
10 alicui conceſſum, non tollitur per legem
generalem, vel per diſpoſitionem in con-
trarium, ità *Afflict. in Conſtit. Ea, quæ ad de-*
*cus, num.* 34. vbi *num.* 33. ait, niſi ſpecialis
11 mentio eſſet facta, quod autẽ milites de
iure non teneãtur hoſpitare ob immuni-
tatem eis conceſſam, ex *text. in l. medicos,*
*C. de profeſſ. & medic. lib.* 10. vbi DD. pro-
bat *Campag. in cap. Regni Item ſtipendiarij,*
*num,* 24. *Tullius Criſpol. in ſuo epilogo priui-*
*legij iuris communis, poſt tract. caſuũ milit. ver.*
*hoſpitationem,* allegat *Bell. par.* 7. *tit.* 3. *nu.* 26.

*TERTIO.*

DVm vti Iudex Ciuitatis Theani, & Con-
ſultor Curię Ciuitatis Caleni prẹeſſem,
accidit fuiſſe intentatũ iudiciũ per Not.
Pompeũ Ceraldũ contra Vincentiũ Ma-
ria, petẽdo Terram quandam cum domo
ipſius Vincentij emptam iure protomi-
ſeos, vicinam cuidam territorio eiuſdem
Notarij, & fuit difficultatum, eo quod di-
ctum territorium erat ruſticum, ſi potue-
rat conſimile territorium trahere, quod
non eſt difficile, ſed an etiam vrbanum
annexũ, & comprehenſum in ruſtico exi-
ſtente, *Afflict. in deciſ.* 223. licet loquatur in
caſu ſuo, vt ibi ponderat *Vrſill.* nempè quod
vicinus habens fundum ruſticum, vellet
retrahere domum vrbanam, quod non eſt
noſtrum in præmiſſo caſu, habebant ter-
ritoria ruſtica, ſed conuentus in ſuo ter-
ritorio, aderat domus annexa cum terri-
12 torio petito iure congrui, reperi moder-
num Auctorem *Proſperum Rendella in ſuo*
*tract. de iure protomiſ. in verbo agrum, vel do-*
*mum, vel vineam, num.* 4. vbi iſtam punctualẽ
quæſtionem examinat, & demum *num.* 6.
concludit, non exiſtentibus alijs vicinis
collateralibus petentibus domum eis an-
nexam debere inſimul cum terra vindi-
catam in petentem transferre ratione iu-
ris

Digitized by Google

ris acceteſcendi, quod cum hortus cum
domo venditus comprehẽdatur ſub vni-
ca venditione, nec ſit corpus diſiunctum,
& ſeperatum, & ſic ex ijs cõdemnaui con-
uentum ad relaxandum hortum cum do-
mo petitum die 9. Martij 1617. Theani.

## *QVARTO.*

MVltoties ſolent Commiſſarij deſtinati
ad exequendum in diuerſis Terris à
ſuperioribus Officialibus contra diuer-
ſas perſonas, pro diuerſis quantitatibus
pecuniarum in vnico mandato conten-
tis, proùt ſæpè ſæpiùs in Ciuitate Theani,
& alibi contingit, vndè expetebant ſala-
rium ab vnaquaq; perſona exequenda,
propterea, fuit difficultatum, ſi hoc fieri
poterat, vel pro rata eos cogere, reperi
*Gomeſ. variar reſol. tom. 2. cap. 11. ſub nu. 16.*
*in fine, verſ. ſextus effectus eſt*, dicentem,
13 integrum ſalarium à qualibet perſona
deberi, & idẽ ſi eſſet vnus debitor, & vnus
creditor, & ità practicari, & reſpondit de
facto: ſed contrariũ dixit *Mierez in Con-*
*ſuet. Catal. collat. 4. cap. 16. nu. 3.* quod ſagio
non ſequitur niſi vnum ſalariũ, licet mul-
ti moneantur, & meliùs *collat. 5. cap. 27.*
14 *nu. 5.* dixit, quod Notarij, & Sagiones pro
pluribus exequutionibus factis in eadem
die non poteſt habere niſi vnicum ſalariũ
pro dieta, ijs addo *Dom. Reg. Rouit. in prag-*
*mat. 6. de Comiſſar. num.* 10. dicentem, quod
15 ſi Commiſſarius vna die expediuit tantũ
itineris, quantum erat expediendum, in
duabus, debet ei duplicari ſalarium, ex
*Auiles, & Alciat. ibi relatis*, & ſubdit, quod
ſi vnus acceſſerit ad eundem locum cum
pluribus, & diuerſis commiſſionibus non
16 poterit exigere niſi vnicum tantùm ac-
ceſſum, & receſſum pro omnibus, ex eodẽ
*Auiles*, & eodem modo dùm reſidet in eo-
dem loco, non poterit exigere, niſi ſimpli-
17 ces dietas taxatas pro vno negotio, licet
pluribus vacauerit, ex *Caſtill. deciſ.* 49. poſt
*Felyn. in cap. cum olim, num. 2. verſ. obſtat 3.*
*de ſentent. & re iudic.* & ſic fuit obſeruatũ.

## *QVINTO.*

EVenit, quod quidam fideiuſſor tutricis
de bene adminiſtrandò in forma, petijt
in Curia Theani interdici adminiſtratio-
nem tutelæ eidem Tutrici ob cauſam di-
lapidationis bonorum, fuit dubitatum,
ſi lite pendente hoc fieri poterat, nàm tu-
torem remouere ab adminiſtratione ar-
bitrarium ſit Iudici, non quidèm abſolu-
tè, & ſine cauſa, ſed cum iuſta aliqua cau-
18 ſa, quæ eum moueat, quàmuis non ſit ex
expreſſis cauſis in iure, iuxtà *text. in l. 3.*
*§. ſi tutor inimicus, ff. de ſuſp. tutor.* qui ità
procedit in tutoribus teſtamentarijs, ſi-
cut in alijs tutoribus, quia in omnibus
eadem eſt ratio, *Mandell. conſ.* 580. *num. 2.*
19 vbi *num. 16. ſubdit*, tutorem ſuſpectum re-
mouendi cauſa latiſſimè patet, & conſi-
ſtit nõ ſolùm in cauſis extrinſecis, & ma-
nifeſtis, ſed plerumq; in cauſis aliquo re-
ſpectu occultis, & quomodò, & quibus ibi
oſtendit, & quæ maior cauſa eſt, quam
iſta dilapidationis bonorum, poſtquàm
20 ad hunc effectum tutores legitimi con-
ſtituuntur, vt ijdem tuerentur bona ne
dilapidarentur, *l. 1. ff. de legit. tutor.* quo fit,
21 vt dilapidatori interdici debet. *l. is cui bo-*
*nis, ff. de verb. oblig.* vbi *DD. Bald in l. 2. C. de*
*hæred. vel act. vend.* ſed hoc probata ſuſpi-
ctione dilapidationis, ex *Gloſ. in cap. vene-*
*rabili, verſ. ſuſpectus, de offic. deleg.* vbi præla-
22 tus de dilapidatione denunciatus, tan-
quam ſuſpectus ab adminiſtratione non
remouetur lite pendente, niſi primo præ-
betur ſuſpectus de dilapidatione male
adminiſtrãdo, nàm dilapidatio facit præ-
latum ſuſpectum vt probata ſuſpictione
non poſſit alienare, nec rem in iudicium
deducere, *Specul. in tit. de actore, verſ. item*
23 *quod eſt tutor*, ſed quid in tutore, ſit agen-
dum pendẽte lite ſuſpictionis, an erit in-
terdicenda adminiſtratio, *Bart. in l. quod*
*verò, §. ſunt quidam, ff. de ſolut.* vbi *Caſtr.* &
alij relati per *Burgn. de tut. & curat. num.* 18.
cum alijs apud *Afflict. deciſ* 357. ibiq; *Vr-*
*ſill.* quos probat *Præſ. de Franch. deciſ. 8. n. 8.*
24 ſub illa diſtinctione conueniunt, quod ſi
eſſet coniunctus, dandus erit conſocius, ſi
ſuſpictio eſſet debilis, aliàs ſecus, *Afflict.*
tamen *in d. deciſ.* loquitur in matre allega-
ta ſuſpecta, & in fine dixit, antequàm fuiſ-
ſett deciſum hoc dubium per S.C. mater
ante litem conteſtatã tranſiuit ad ſecun-
25 da vota, & ideò deſijt eſſe tutrix, & ipſam
reliquit tutelam, tamen ſecundum opi-
nionem *Angeli* fuiſſet iudicatum. hæc ille,
cuius opinio fuit, quod ante litem conte-
ſtatam ſuper ſuſpictione actor debeat ad-
miniſtrare, verum quia agebatur de dila-
pidatione bonorum, quæ eſt potiſſima
cauſa ſuſpictionis, & damni notabilis, ob
26 quod in totum debet tutor amoueri, &
interdici adminiſtratio, vt aduertit ibidẽ
*Canalc. ſub num.* 19. ibi ſecus ſi non fecerit
inuentarium, vel bona dilapidauerit, aut
pupillam ante tempus, vel non condigno
maritare voluerit, quia tunc totum eſt re-

mouen-

mouendus tutor, etiam quod eſſet mater,
aut auia, vt per *Afflict. deciſ.207.in fine*, *&*
*Boer deciſ.33.num.100.& ſeq Crau.conſ.190.*
*& Soccin.193. num 2. vol.2.* aſſequitur *To-*
*mat.in tract.de tutore,& curatore, tit.26, num,*
121. & ità poſſunt concordari contraria
ſupra allegata, cogitaui meliùs eſſe ab
27 initio occurrere, quam poſt vulneratam
cauſam remedium quærere, *l fin.C.in quib.*
*cauſ.integr.reſtit.* Idcircò decreui priùs ca-
piendam eſſe informationem die 17. Se-
ptembris 1614. Theani.

*S E X T O.*

AVdiui fuiſſe dubium excitatũ per Do-
minos Senatores almi Senatus Ianuen-
ſis in cauſa Gineſij Sanguinetti, cum illis
de Serra, circa albaranum dotale confe-
ctum, cum eius vxore quòad dotem, & do-
nationem propter nuptias firmatum eius
manu ſub die, menſe, & anno, ac ſubſcri-
ptum manibus trium teſtium aſſerentium
illud fuiſſe firmatum manu ipſius Gineſij,
vndè aſſerere debuerant prædicti teſtes
eodem die confectum, quo fuerat factum,
vt prelationi locus eſſet, de quo conſultus
reſpondi ex iuris diſpoſitione cautum
eſſe, quod ſcriptura priuata cum cauſa, ſi
de ea conſtat, vim probationis obtinet,
28 tamen ſi ex vna parte ſit ſcriptura publi-
ca præualet, niſi priuata ſit trino teſte, no-
tata *l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab* vbi
*Bald* vel ſecundum *Iacob. Butrigar.* ſi debi-
tor debitum negat, & ſcripturã fateatur,
præiudicat ſibi, & ſcriptura probat con-
tra eum, non autem præiudicat alijs, vt
putà creditoribus hypothecam præten-
dentibus, niſi fortè haberet ſubſcriptionẽ
trium teſtium, prout erat iſtud albaranũ
ſubſcriptũ à tribus teſtibus, nàm etſi ſcri-
29 ptura priuata ad ſui validitatem non re-
quirat neq; diem, neq; annum, vt ex mul-
tis probat *Gemma de ſcriptura priuata, lib. 3.*
*quæſt.3 .in princ.* attamen *vt ibi num.*18. ſub-
dit, ſed hoc hodie non ſeruatur in praxi,
ſufficit enim, ſi dies, & menſis, & annus
30 apponantur, & præcipuè in ſimplici apo-
ca, ſiuè ſyngrafa, ſic præcisè aduertit idẽ
*Caball. milleloq.665, in fine*, addo *Rebuff. d.*
*tract.num.94.* hæc ille, quibus addo *Fonta-*
*nell. de pact.nupt. tom.1.gloſ.1 .per totam*, vbi
amplè materiam iſtam exarat, & præſer-
tim *nu* 7. agit, quod ſcriptura priuata non
requirit diei appoſitionem, vt quoque re-
fert *Carpan ad ſtatuta Mediol tom.1.cap.319.*
*num.* 80. nihilominus erit neceſſaria talis
appoſitio diei, nàm prodeſt ad mala, quæ
31 ad prioritatem, & poſterioritatem perti-
net, *vt ibi num.13.* ſed quia in dicto alba-
rano in calce aderat ſubſcriptio princi-
palis, cum appoſitione diei, menſis, & an-
32 ni in calce ſcripturæ, & talis ſubſcriptio
principalis operatur ſcientiam conten-
torum in ea, & approbationem, vt proſe-
quitur *Cancer. variar.reſolut. tom.3.cap.4. à*
33 *num* 262. & præſumitur ſubſcribens fate-
ri omnia in ſcriptura contenta, *Menoch.de*
*præſumpt.lib.3 præſumpt.66.num.1. Maſcard.*
*de probat.concluſ.1347.num.2. Bellon.conſ.28.*
*num.21.* & non mirùm ſi ſubſcribens ſcri-
pturam, præiudicat ſibi quòad omnia
contenta, ibi *Muta deciſ.25.num.12.* & con-
ſequentèr talis ſubſcriptio inducit obli-
gationem, vt ſequitur *num.13.*
34 In teſtibus verò, ſubſcriptio dicitur te-
ſtimonium quaſi teſtificari videatur, qui
ſubſcribit *l.fin ibi Bald.in 2.not.C.ſi cert.pet.*
35 & habet vim depoſitionis, *Bald.in l fin.op-*
*poſ.5. de edicto Dini Hadr. toll. Bertacc. ver.*
36 *ſubſcriptio*, ſicuti enim ſubſcriptio teſtis
in teſtamẽto requiritur, vt aſſerit *Carpan.*
*de ſtat. Mediol.cap.321.num.16.tom.1.* & vo-
catur teſtimonium, & tùnc demum teſti-
ficari videtur cum ſe ſubſcribit *Afflict. de-*
*ciſ.166.num.6.*
37 Similitèr & in contractibus, nàm dice-
tur teſtimonium extraiudiciale, ex *Tind.*
probat *Ant. Gabr.in ſuis concluſ. tit.de crimin.*
*concluſ.21 .num* 13.
38 Vndè ſubſequitur regula vulgata, quod
ſubſcribens ſe ſcripturæ illam approbare
præſumitur, *§.1. Inſtit.de empt.& vendit.* cũ
alijs apud eundem *Gabr. lib.1. tit de præ-*
*ſumpt.concluſ.3.* vbi ponit ampliationes, &
limitationes.

Nec proindè curandum erit, ſi teſtis ſe
ſubſcribens, non alitèr faciat mentionem
de die, menſe, & anno,
39 Nàm quemadmodùm actus vnitas præ-
ſumitur ex identitate loci, & perſonarũ,
*Menoch.d.tract.lib.6.quæſt.5.num.5.*
40 Sic paritèr ratione temporis, poſtquã
ſubſcriptio trahitur ad tempus ſigillatio-
nis, *Bart.in l.ſi teſtamentum,ff.de teſt.* vbi etiã
41 aſſerit, quod ſubſcriptio trahit ad tem-
pus ſuum, quidquid ſcriptum eſt, & factũ
etiam ſigillationẽ, & in ſpecie dixit *Bald.*
*in d.l fin.C.de edict. Dini Hadr.toll in 5.oppoſ.*
quod ſubſcriptio trahit ad tempus ſuum
depoſitionem teſtium ſubſcriptorũ, quos
probat ibidem *Bertacch.*
42 Et ſic habẽs priuatam ſcripturam tri-
no teſte bonæ opinionis, ac famæ munitã,
præfertur habenti publicum inſtrumen-
tum poſteriùs quòad pignus, & hypothe-
cam

cam,vt probat *Genua eod.tract.d.lib.*1. *rubr. ex l.ſcripturas, concl.*3.*num.*1. *fol.*66. de quo
ſatis per *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.*11. *tit.* 24. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.*1.
*quæſt.*15. aliàs ſecus eſſet ſi non fuerit trino teſte ſcriptura priuata munita, *Magon. decif.Florent.*122.

43 Quo fit, vt ſcriptura priuata ſufficiat pro plena probatione ad condemnandũ,
*Fontanell.de pact.nuptial.clauſ 6.gloſ.*3.*par.*7. *num.*1. vbi *num.*2. *tom.*1. ſequitur etiam ſi
non ſit tota ſcripta manu illius, qui ſe obligauit,ſed ſolùm ſubſcripta,vbi docet
qualitèr erit verificanda, & proindè aliàs
44 retuli in 3.*par. noſtri compendij verbo probatio albarani, fol.*331.fuiſſe deciſum per S.C.
vt conuentus ſolueret debitum petitum, vigore albarani ſubſcripti cum ſubſcriptione teſtium, præuijs tribus præceptis
contra quæ non alitèr ipſe ſe oppoſuerat.

Cum igitur in præſenti facto, agebatur de conſtitutione dotis in albarano contenta ſubſcripto ab ipſo principali,ac tribus teſtibus, & concurrebat creditor ex
adminiſtratione tutelæ, contingerat ventilari quæſtio de anterioritate, quapropter,vt inquit *Fontanell. d.tract.tom* 2.*clauſul.*14 *& fin.gloſ.vnica par.*3.*num.*65. ſolùm
45 aduerto differentiam eſſe maximam inter ſcripturam publicam, & priuatã,quòad prioritatem temporis,& iuris potiori-
46 tatem, ſuſpectæ enim ſunt ſcripturæ priuatæ propter antidatam,quæ ſolent in eis
apponi,*Dec.conſ.*11.*ex num.*138.*lib.*1. *Tiraquell. de retract. conuent.* §.1.*gloſ.*7. *num.*48.
iuxtà *l.ſcripturas,C.qui pot.in pign.hab.Steph. Gratian. diſceptat. forenſ.*570. *num.*30. ideò
nõ poteſt in huiuſmodi ſcripturis operari temporis antiquitas, quia propter approbationem ſolutionis dotis multum
intereſt habere ſcripturam publicam, vel etiam teſtes, quibus probetur dies ſolutionis, vt præferatur mulier alijs creditoribus, hec ille, ad hoc facit, quod tradit
*Bertacch.d.verbo ſubſcriptio*, dicens,ſubſcri-
47 ptionis tempus inſpicitur,& non tempus ſcripturæ, in qua fuerit poſteà facta ſubſcriptio, *Paul de Caſtr. in l.hac conſultiſſima,
in princ.C.qui teſtam fac.poſſ. Alex in l.diuus,* §.*item Senatus, de falſ.* & ideò tempus ſubſcriptionis debet deduci,& probari ſecũdum eos, &c. poſtquàm ſicut ſubſcriptio
48 teſtium in teſtamentis requiritur, & non ſufficit, quod Notarius atteſtetur eos neſcire ſcribere, vt cenſuit *Carpan. ad ſtatuta
Mediol. tom* 1.*cap.*321.*num.*16.vbi *num ſeq.* dixit,quod Notarius ſi hoc atteſtatur cõtrarium probari poterit, in cæteris verò
actibus ſubſcriptio idem operatur, quod
49 ſcriptura,& qui ſcribit, dicitur totã ſcripturam ſcripſiſſe, *Borgn. deciſ.*27. *num.*62.
*par.*2.adeò quod ſubſcribens ſcripturam, ſi dicit ſe læſum,debet demonſtrare,*Muta vbi ſupra num.*17.hinc ad propoſitum exi-
50 ſtente vulgata regula,prior in tempore, potior in iure, *l.prior.ff qui pot.in pign.hab.*
51 prior ex tẽpore efficitur ex modico ſpatio, & vnius horæ in momento, probat
*Merlin.in d.tract. lib.*4. *tit.*1.*q.*3. & vbi eſſet dubium inter plures creditores, quid ſit
prior omnes ſunt admictẽdi, *vt ibi nu.*23.
52 tamen fallit quãdo vnus eſſet priuilegiatus vt dos, ſicuti *num.*24.*&* 25.probat, &
ex hoc infertur prior in tempore ex pri-
53 uata ſcriptura nõ præfertur creditori inſtrumentario poſteriori,ſed ſolùm in perſonali,vt inquit *Merlin. d lib.*4. *tit* 1. *q.*15.
vbi *num.*3.ſubdit,quod fallit quando chirographum eſt ſubſcriptum trino teſte,
*& ibi num.*9.rationem reddit,& tùnc facta recognitione, non denegatur prælatio, vt
*num.*4. firmat, & alia deduxit vtilia, aſſequitur *Salgad.in laberint.credit.par.*2.*cap.*20.
*num.*27.*& ſeq.* adhùc pendet deciſio.

### *SEPTIMO.*

AN remiſſio ſit facienda Baroni petenti cognitionem cauſæ cenſualis.*Scaglion.*
54 *in ritu* 54. denegat talem remiſſionem faciendam,& præſertim dicit eſſe præminentiam M.C.V. cognoſcendi de præſentationibus inſtrumentorum, & idem ſequitur ibi *Carau. in princ.* & in ſpecie tangit punctum *Foller.de cenſib.verſ.& ſubmiſſionis cuiuſcunque foro, num.*30.*& Tartagl. in
pract.ciuil.cap.*2.*num* 24. vbi allegat *Carau. in ritu* 166.*num.*75.ex *tex.in pragm.de inſtrument.liquid.* vbi in ſpecie refert *Reg. Rouit.*
55 fuiſſe deciſum pro Barone, quando in ſpecie in eius priuilegijs,eſſet clauſula talis cognoſcendi etiam de inſtrumentorũ
liquidationibus, conferunt etiam de hoc relata per *Capibl.in pragm.*1.*par.*1.*num.*84.
*de Baron.* vbi *num.*201. in ſpecie loquitur in materia cenſuali, ſi debeat fieri remiſſio ad Baronem, allegando *Foller. vbi ſup.*
vbi reſidet eſſe faciendam remiſſionem ipſam ex diuerſitate rationis, ſed *Franc. Milanenſ. in deciſ.*5.*lib.*2. hanc quæſtionem
in ſpecie exarat à *num.*31.*ad* 37.& demum *num.*43. concludit plùries deciſum fuiſſe,
nullatenùs concedendam fore remiſſionem in contractu cenſuali per rationes ibi relatas, & ſic fuit denegata remiſſio
ad Baronem in caſu cenſuali per Regiam



Digitized by Google

Audientiam Calabriæ Citra, in qua reſi-
debat meus conſobrinus Franciſcus An-
tonius Salinas illius Auditor, cum quo
aſſidebam.

*OCTAVO.*

IN quadam obligatione penès acta ſtipu-
lata apparebat, quod debitor ſe obliga-
uerat ſoluere infra certum tempus duca-
tos 150. mutuatos ad cambium, & pari-
tèr intereſſe lucri ceſſantis dicti cambij,
de quo ſtari debuerat circa taxationem
56 intereſſe iuramento creditoris, & ad eius
relationem, difficultari contingit, ſi tale
pactum de iure ſubſiſteret, *Signorol. de Ho-
mod. conſ.* 133. hanc quæſtionem pro vtraq;
parte examinat, demum concludit tale
pactum non tenere, maximè propter illã
rationem, nè dictus creditor inuitetur ad
delinquendum, ſeù malciandũ, licet huic
aliquis diceret remediũ adhiberi, ex quo
recurreretur ad arbitriũ boni viri, ſecun-
dum opinionem *Dyni*, & hac ratione in-
57 tereſſe à partibus taxari non poteſt, quia
via fraudibus vſurarum aperiretur, ita
*Scaccia de cambiis*, §. 1. *quæſt* 7. *par.* 1. *ſub nu.*
85. *Afflict. autem in deciſ.* 91. *num.* 10. tradit,
quod pactum, quod ſuper intereſſe ſtetur
dicto partis cum iuramẽto reducitur ad
arbitrium boni viri, ſi debitum modũ ex-
cedat intereſſe, nouiſſimè autem *Maſtrill.
in deciſ.* 60. de hac eadem re agens pro in-
dubitato aſſerit tale pactum ſubſiſtere, ad
quod multos allegat DD. quocirca in
dicta cauſa vertente in Regia Audientia
Calabriæ Citra, in qua reſidebat meus
conſobrinus Frãciſcus Antonius Salinas
illius Auditor, cum quo degebam, fuit
per eam proceſſum ad vlteriora in cauſa,
58 & intereſſe, an poſſit à contrahentibus
taxari ad certam quantitatem, *Mantic. de
tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 24. *nu.* 16. *& ſeq.* ca-
ſus plures collexit de hoc.

*NONO.*

OBtempta aſſiſtentia in Curia Ducali
Caſtri Maris de Stabia ad inſtantiam
cuiuſdam hæredis, etiam contra tertium
poſſeſſorem ad relaxandum territorium
condemnatum, & poſt eam fuit oppoſita
per poſſeſſorem ſatiſfactio, productoq;
inſtrumento nouitèr reperto, in quo tan-
tùm aſſerebatur inter dictum poſſeſſorẽ,
& alium tertium emptorem ſolutionem
faciendam forè cuidam creditori patris
hæredis mentionati, qui præuio inſtru-
mento alienauerat pro ſumma ducato-
rum 25. ſub annuo cenſu carolenorum
26 eidem creditori, cui ſolutio promitte-
batur, quàmuis autem non fuerat caſſa-
tum inſtrumentum, tamen prædictus vlti-
mus creditor rei veritate fuerat ſatisfa-
ctus de prædicto capitale, & apud acta
conſtabat de confeſſione debitor rece-
pti, hæres autem intendebat exequi ſen-
tentiam prædictam, non obſtante op-
poſita ſatiſfactione, etiam per confeſ-
ſionem creditoris patris actoris, indè re-
ſultare videbatur iuris concluſio, an de-
bitor ſoluendo creditori creditoris ſui,
ſit ipſe liberatus, & ſucceſſiuè eius credi-
tor, & ipſemet debitor inuito creditore
ſoluẽdo, quòad probationem ſatisfactio-
59 nis, non erat dubium, quin per confeſſio-
nem creditoris ſit verificata, ad quod al-
legabatur *deciſ. Afflict.* 91. *nu.* 3. vbi ex com-
muni opinione DD. colligitur, quod ſi
mandatarius, vel fideiuſſor ſoluit credi-
tori mandantis, ſufficiat probare ſolutio-
nem per confeſſionẽ creditoris, ad quod
*Alex. in conſ.* 90. *col.* 2. *vol.* 3. pro, & contra
diſputando articulum concludit, ſolutio-
nem per confeſſionem creditoris etiam
probatã eſſe, *Maur. Aretin. in tract. de ſolut.
cap.* 4. *num.* 4. ex *Maſcard. de probat. concluſ.*
1318. *num.* 22. & attenta tali probatione
confeſſionis reſultare videbatur libera-
60 tio tàm ipſius debitoris, quàm creditoris
ſui, quòad liberationem debitoris ipſius
ſoluẽtis, indè allegabatur auctoritas *Ani-
bal. Troyſ. in ritu* 189 *nu.* 7. vbi probat, quod
ſi debitor probaret ſoluiſſe creditori ſui
creditoris eſſet liberatus, vt quoq; proſe-
quitur *Maur. Aretin in tract. de ſolut. cap* 5.
*num.* 5. *& ſeq.* in tantum eſt verum, quod
61 confeſſio de recepto probat non ſolùm
quòad ipſos confitentes, ſed etiam quòad
alios acceſſoriè conſequentes, aut ſucce-
dentes vt fideiuſſores, mandatores, & cre-
ditores confitentium, *Maſcard. de probat.
concluſ.* 361 *num.* 9.

Quo verò ad creditorem principalem,
pro quo hæres ipſius obſtabat, quod nul-
lo iure poterat procedere talis ſolutio
ipſo irrequiſito, dicebatur benè proceſ-
62 ſiſſe ſolutionẽ, ad quod facit *text. in l. ſol-
uendo, ff. de negot. geſt.* cuius verba ſunt hæc:
*Soluendo quiſque pro alio licet inuito, & igno-
rante liberat eum*, de quo meminit *Afflict.
deciſ.* 150. *nu.* 25. *in fine*, vbi ſingularitèr *Gloſ.
ſuper verbo liberat*, colligit per actionem
63 negotiorum geſtorum, quia ſuum eſt ne-
gotium ipſo geſto, *Mantic. de tacit. & am-
big. lib.* 17. *tit.* 8. *num.* 22. & ſic in *ſeq. gloſ. ſu-*
per

*per verbo tum*, notat, quod beneficium in-
uito confertur liberationis, quapropter
lato decreto de menſe Octoris 1610. per
meum conſobrinum Horatium Salinas
Gubernatorrm, cnm quo aſſidebam, fue-
runt abſoluti tàm prædictus debitor in-
uito creditore ſoluendo, quàm etiam hæ-
res creditoris, & debitoris, cui fuerat ſo-
lutum ſtante tali confeſſione creditoris,
ob quod fuit condemnatus ad caſſandũ
inſtrumentum parte inſtante, ad corrobo-
rationẽ facit, quod tradit *Vrſill. deciſ.* 149.
64 quod quando aliquis ſoluit latronibus
repetit, & ità ipſe conſuiuir, nàm quando
aliquis ſoluit latronibus aliquam quanti-
ratem pecuniarum pro aliquo ſaluando,
qui detinebatur à latronibus repetit, &
ità contingit præteritis menſibus practi-
cari in Ciuitate Sneſſæ, vt mihi innotuit
in caſu occurſo.

*DECIMO.*

EXorta lite quadam fideicommiſſi venti-
lata, in Curia Baiuli Caſtri maris de
Stabia in cauſa illorum de Longobardis,
in qua dùm fuiſſet per actorem præſenta-
tum teſtamentum, & aduerſus illud per
alteram partem conuentam exceptum,
iuxtà *Conſtit. Inſtrumentorum robur*, eſſe il-
65 lud præſentandum in forma probante,
& indè exhibere, & dùm erat ſuper hoc
prouidendum, per ipſam Curiam, fuit ta-
lis exceptio ad merita cauſæ reſeruata,
& vti grauati conuenti, appellauerunt ad
Ducalem Curiam ſuperiorem, per quam
viſis actis de duobus principalitèr diffi-
cultari cõtingerat, Primum quidèm erat
ſi talis exceptio iuris ſubſiſterat. Secundo
quatenùs ſubſiſteret, an poterit ad meri-
ta cauſæ reſeruari. Quòad Primum dice-
batur indnbitati iuris eſſe, quod talis
*Conſtit.* non tantùm locum vendicat in
66 contractibus, qnàm etiam in teſtamen-
tis, quæ continentur, largiſſima appella-
67 tione contractus, vt *Gloſ.* optima ibi fate-
tur, ibiq; *Afflict. num.* 3. *&* 4. poſt exaratã
quæſtionem pro vtraque parte, demùm
ità plurica fuiſſe deciſum per S. C. & ra-
tio illa euidẽtiſſima cernitur eſſe, ad eui-
tandum falſitatem contractuum, & vt ma-
ior fides illis adhibeatur, at ſi in contra-
ctibus talis ſollemnitas exquiratur, quan-
to magis in vltimis voluntatibus, in qui-
68 bus faciliùs lex ſuſpicat fraudes, & falſi-
rates intereſſe, *vt ibi Gloſ.* ſingularitèr fa-
tetur, quare rectè concludendum videba-
tur etiam teſtamenta eſſe producenda in
forma probanti, vt fidem faciãt, & ad eui-
tandas falſitates ſuſpictiones, ac ſi teſtes,
69 Notarius, & Iudex fuerint mortui, reaſ-
ſumenda pernecesſè erint, proùt aliàs in
facto contingenti fuiſſe deciſum, teſtatur
*Capyc. deciſ.* 192. ijs ſic circumſcriptis con-
cluditur eſſe neceſſariam huius ſcripturæ
probarionem ſollemnem, iuxtà *d. Conſtit.*
quæ cũ fuiſſet oppoſita impedire videba-
tur curſus litis, ſuper quo erat fundamen-
tum iudicij, & ob id dùm fuerat reſeruata
70 ad merita cauſę pars conqueſta fuit, nàm
quando exceptio eſſet dubioſa, tùnc ad
merita cauſa remictitur, vt optimè *Io. An-
gel. Piſanell. in pragmat.* 1. *num* 63. *de poſſeſſ.
non turb.* fatetur, & *Anna in ſingul.* 605.
fuit dubitatum vbi in ſpecie tangit quę-
ſtionem, ſi poterit appellari à decreto,
quod exceptio reſeruetur ad merita cau-
ſæ, & hoc quando eſſet exceptio intrica-
ta, ſed quando ſumus in clara exceptio-
ne, tùnc militare debet, vt aduerſarius
abſoluatur ab obſeruatione iudicij, cum-
que actor vidiſſet in hoc defuere, allega-
bat talem ſcripturam pro eo facere, nec
poterat aſtringi ad illud reaſſumendum,
cum non ad effectum probandi, ſed tan-
tùm deliberandi præſentauerat, ideò om-
ninò talis exceptio erat reijcienda, ſicuti
71 declaratio libelli debet fieri ante termi-
num ad finem defendendi, ſed ad finem
deliberandi poſt terminum, *Anna ſing.* 316.
libellus, & propterea per Gubernatorem
illius Ciuitatis meum conſobrinum Ho-
ratium Salinas, fuit remiſſa cauſa eidem
Curiæ Baiuli, quæ prouidere habeat, ſi ad
finem deliberandi eſſet ſcriptura præſen-
tata ſuum exequeretur decretum die 29.
Martij 1610.

*VNDECIMO.*

MAgiſter Actorũ Curiæ Caſtri maris de
Stabia in affictum condnxit officium
Actuariatus p̃dicti, pro vno anno præuio
inſtrumẽto, in quo expreſsè renunciaue-
rat non petere abſolutionem à iuramen-
to, & ſi parte citata, & paritèr præuentio-
ni, intendebat præuentionem facere, &
non eſt dubium, quod præuentionis re-
nunciatio, & pactum de non opponendo,
aut præueniendo, non impedit præuen-
tori excipi, & opponi de præuentione,
72 ſi ex exceptione præueniatur, cui eſt lo-
cus quàmuis ei fuiſſet renunciatum, vt
refert *Modernus Ioan. Iacob. Anichin. de præ-
uent neceſſ. cap.* 7 *num.* 8. ſed difficultas erat,
ſi antequam pręuenta fieri debuerat, opus
erat abſolutione à iuramento, adeò quod

dùm parte citata fuiſſet obtempta, ac de-
mum abſolutio ipſa, reſultauerat alia dif-
ficultas, ſi tamen abſolutio obtempta ge-
neralitèr ſufficiens erat ab omnibus iu-
ramentis, & ſingulis eorum, vel neceſsè
erat priùs petere abſolutionem à renun-
ciatione non petere abſolutionem, & ea
obtempta, fiat alia abſolutio, & conſultus
de hoc reperi *conſil. ciuil. Grammat.* 95. *Re-
demptoris gentium*, *in princ.* vbi tangit pun-
ctum particularitèr, quod abſolutio à iu-
ramento contractus, in quo non fuit iu-
ratum non petere abſolutionem à iura-
mento, tamen peti poteſt non obſtante
73 iuramento, & debet primo peti ab ipſo
ſecundo iuramento ad effectum agendi,
vt demum peti poſſit à primo iuramento
ſimilis abſolutio ad reſcindendum con-
tractum, & ità concludit per totum illud
conſilium, & vltra eum ſatis probat *Ca-
mil Bilocta de abſolut. à iuram. par.* 2. *cap.* 15.
*num.* 4. poſt *Anton. Gagliard in tract. de abſol.*
74 *à iuram. quæſt.* 2 *num.* 18. *& ſeq*, nàm abſolu-
tio ad effectum agendi cõceſſa, non ope-
ratur effectum reſcindendi contractũ, ex
*deciſ. Bonon*, 94. probat *Farin in repert. iudic.*
75 *quæſt*, 40. *num* 6. *&* 30. nàm alia eſt abſolu-
tio plenaria, quæ datur ad reſcindendum
contractum, alia non plenaria ad agendũ
tantùm, *vt ibi ſubdit in fine*, & circa hoc *Af-
flict. in deciſ.* 220, *ſub num.* 15. *& ſeq.* quem
citat *Pariſ. conſ.* 43. *num.* 18. *&* 19. *vol.* 1. di-
76 cens, quod narrari deberẽt ſingula, & ab
omnibus iuramẽtis impetrari abſolutio-
nem, ex quo obtempta ab vno minimè
prodeſt, vt fuit deciſum per S.C. nàm tot
76 ſunt neceſſariæ abſolutiones, & relaxa-
tiones, quot iuramenta fuerunt, *Peregrin.
deciſ. Padua* 112. *num.* 21. *Bilocta vbi ſupra
num.* 3.

Quòad Secundum, eſt in Regno deci-
ſum, vt dùm ſit renunciatũ ſpecificè præ-
77 uentioni, non poteſt impediri liquidatio,
nec incuſatio obligationis, vt habetur
apud *Praſ. de Franch. deciſ.* 670. quem etiam
ſectatur *Io. Iacob. Amichin. d. tract. quæſt.* 2.
*ſub nu.* 25. & cum per eum fuiſſet obtem-
pta præuentio in Regia Audientia Prin-
cipatus Vltra, fuit per M, C, V. reuocata.

## *DVODECIMO.*

MOta lite exfractationis à domo per pa-
trnum locatorem, contra nepotem
conductorem, per quem fuit oppoſita ex-
ceptio dominij, prætendendo domum ip-
ſam poſſidere ex portione eius matris ad
eam ſpectantem, indè lite conteſtata per
Curiam Ducalem Caſtri Maris de Stabia,
factiſq; probationibus pro vtraq; parte,
pendente cauſæ expeditione, fuerunt per
ipſum nepotem aliqua actentata lite pen-
dente in viridario domus putando, ac
alia pertinentia ad poſſeſſorem gerendo,
ob quod fuit præuia alia petitione ab ip-
ſo locatore, iterum conductor ipſe mole-
ſtatus, nè quid lite pendente innouaret, &
aduerſus talem petitionẽ pro parte eiuſ-
dem nepotis conuenti replicabatur, ipſũ
eſſe in poſſeſſione domus, & viridarij, &
78 poſſidere magnum eſt commodũ, § *com-
modum, Inſtit de interd. Menoch. de retin. poſſ.
in prælud. num* 2. & conſequentèr nullo iu-
re impediri debuerat, quin ſua poſſeſſio-
ne vteretur, ac omnia alia iura poſſeſſio-
79 nem denotantia exercere, poſſidẽs enim
rem ſuam, præſumitur dominus, probat
*Statil. Pacif. de ſaluiano interd. inſpect.* 2. *cap.* 1.
80 *num.* 26. potior eſt conditio poſſidentis,
*l. ſine autem*, § *duobus, ff. de public. Afflict. de-*
81 *ciſ.* 40 *ſub num.* 5. ideò poſſeſſor non debet
priuari commodo poſſeſſionis, *Franciſc.
Maria Pratus pract. obſeruat. in obſeru.* 53. *nu.*
17. poſt *Lancellott. de actent. par.* 3. *cap.* 24.
*quæſt.* 1. *num.* 69. fuit dubitatum quid iuris,
& ſi actendatur primum iudicium reti-
82 nendæ poſſeſſionis, cuius natura eſt, quod
faciat quem deſiſtere à turbationibus, &
quandoque receditur ab ipſo, & fit tran-
ſitus ad poſſeſſorium iudicij ſummariſſi-
mi, quia fortè timentur ſcandala oriri,
*Vrſill. deciſ*, 156. *num.* 2. *&* 3. & in tali inter-
dicto is obtinet, qui tempore litis conte-
ſtatæ poſſidet, vel qui probat de antiqua
poſſeſſione alio non poſſidente, *idem de-*
83 *ciſ.* 394. *num.* 1. nàm talis naturæ eſt vt is
poſſideat, & vincat, qui tẽpore litis con-
teſtatæ poſſidebat, § *hodie, Inſtit. de interd.*
ſequitur *Capyc. deciſ.* 72. *num.* 1.

84 Ex ijs infertur, quod tali exiſtente in-
terdicto retinẽdæ, vt is obtineat, qui tem-
pore litis conteſtatione reperitur poſſi-
dere, & conſequentèr ceſſaret ſpolium, &
remedium actentatorum, optimè *Vrſill. de-
ciſ.* 156. *num.* 1. hinc *Capyc in d. deciſ.* deter-
85 minationem huius articuli poſuit, nem-
pè dùm fuiſſent actentata lite pendente
per poſſidentem locando, & immictendo
animalia in territorio, ſeruatis ſeruandis
retulit per S.C. fuiſſe deciſum remedium
actentatorum locum non habere, & hoc
potiſſimùm cum eſſet lis conteſtata cum
poſſeſſore, ſecus autem finita lite, tùnc ca-
pta informatione de contrauentione, &
pœna exacta fuit, & ſic deciſum per Sacr.
Conſ. apud *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *in* 46. *au-
thorit.*

*thorit. num.* 7. cum alijs allegatis per *Nos in compendio deciſ. Regni, verbo animalia an immiſſi, tomo* 1.

## *DECIMOTERTIO.*

COntingit dubitari in facto, in quadam
cauſa vertente in Ducali Curia Caſtri
maris de Stabia, cum vnus dñus certæ do-
mus in pluribus membris conſiſtentibus,
ad quam per certam viam priuatã deue-
niebatur, ipſam vendidiſſet duobus cum
ſeruitute illa itineris, accidit quod vnus
ex dictis emptoribus partẽ dictæ domus
alijs duobus, ſeù tribus vendidit, nunc
coemptor alterius partis intendebat pro-
hibere iſtis nouis emptoribus, nè tranſi-
rent per viam ipſam, per quam deuenie-
batur ad dictam domum, vndè hæſitari
quid iuris in hoc dicendum eſſet & non
86 eſt dubium de iure hanc eſſe viam priua-
tam, ſeù vicinalem, ex *l.* 2. §. *viarum. ff ne
quid in loco publico*, cum alijs apud *Cepoll.
de ſeruit. ruſtic. prædior. cap.* 3. *num.* 16. *& ſeq.
Sola ad Conſtit. Sabaud. tit. de reparat. & ma-
nutem. viarum, gloſ.* 1 *num.* 4. & tales viæ vi-
87 cinales ſunt priuatarum perſonarum
*Afflict. deciſ.* 63 *num.* 5. vndè quemadmodũ
vaſſallus tenetur viam domino per præ-
dium præſtare. *idem deciſ.* 265 *num.* 108. ità
etiam quilibet vicinus viam alteri conce-
dere, vt ad domum perueniat, tantò ma-
gis cum iàm fuerat conceſſa, etenim cui
cõceditur aliquid, videtur concedi illud,
ſine quo illud eſſe non poteſt, & ſi non
88 valet expreſſum, non valet tacitum, *l. item
ſic poſſunt*, §. *qui habet, ff de ſeru. ruſt præd* vbi
ſingulariter ait I. C. qui habet hauſtum
iter quoq; habere videtur ad hauſtiendũ,
ſicut ei ius hauriendi, & adeundi conceſ-
ſum ſit, vtrumq; habebit, ſiuè tantũ hau-
riendi ineſſe, & aditum, ſiuè tantò adeun-
di ad fontem ineſſe, & hauſtum, *ſubdit ibi
text.* per quæ iura fuit deciſum per S. C.
89 quod debeatur iter ad hauſtum, qui ha-
bet hauſtum, refert *Vrſill. deciſ.* 298. *num.* 8.
90 ſicq; via per fundum vicini debita, & ſe-
mel conſtituta per certum locum mutari
non poteſt, *l. ſi per fundum*, vbi *Bart. ff. de
aqua quotidiana & æſtiua*, qui in *l. ſi cui, ff. de*
91 *ſeru.* hoc declarat volente eo, cui debe-
tur, ſed volente eo, qui eam debet, poteſt
ſine incommodo prædij dimittentis, per
*l.* 2. §. *penult. ff de relig. Cepoll. d tract. d. tit de
ſeru. ruſt. præd. cap.* 1. quos probat *Bertacch.
verbo via per fundum*, & demùm ſuppoſito,
quod cum ipſa via non recipiat diuiſio-
nem, non poterit deueniri, nec ad licita-
tiones deueniri, ſicut in ſimili in gradi-
bus, & portibus ſeruientibus ad plures, nõ
92 enim recipit diuiſionem, propter quod
nec licitationem paritèr recipiunt, prout
in facto contingenti deciſum per S.C. te-
ſtatur *Capyc. deciſ.* 63. vndè deſumitur eas
93 eſſe communes, nàm viæ vicinales haben-
tur loco viarum publicarum, ſi memoria
non extat, quod ſint factæ ex collatione
priuatorum, aliàs ſi extat memoria ſunt
priuatæ, *Bart. in l.* 1 *ff. de loc. & itin. publ.* non
mirùm ſi ipſius refectio ad conuicinos
pertineat, ex *Rebuff. in l in omnibus, C. de cur-
ſu publico*, notat *Rendell. de vindemia, q.* 74.
& ex ijs fuerunt conſeruati emptores no-
uelli in vſu viæ.

## *DECIMOQVARTO.*

TRes ſocij receperunt in affictum, ſiue
conduxerunt ius gabellæ vini ab Vni-
uerſitate Caſtri maris de Stabia, ſub certa
annua ſolutione ab vno ex dominis illius
mediante publico inſtrumento, & promi-
ſerunt ſolutionem ipſam inſolidũ, vt mo-
ris eſt, elapſo indè tempore ſolutionis do-
minus gabellæ coegit duos ex eis ad ſibi
ſoluendum quandam quantitatem debi-
tam, & facta per eos ſolutione, obtinue-
runt ceſſionem iurium in forma contra
alterum conſocium, cuius vigore petie-
runt condemnari dictum conſocium ad
ſoluendum, ac etiam præſtari aſſiſtentiam
in forma, & demum legitimo inſtructo
proceſſu, fuit per ſententiam ipſe conſo-
cius condemnatus ad ſoluendum petitã
quantitatem dictis actoribus ſolutam, &
eiſdem ceſſam, ac etiam contra tertios
poſſeſſores ad relaxandum; Accidit poſt
latam ſententiam fuiſſe per ſocium con-
demnatum, oppoſitum, ex ſolutione præ-
dicta iàm facta, & ceſſa eſſe deducendas
ratas per eos debitas, & pro reliquis age-
re, ac ſententia exequutioni demandari;
Hinc dubitari contingit quid iuris, & li-
94 cet ſocius pro credito contra ſocium
agere poſſit actione pro ſocio, ex *l. actione*,
§. *ſi communis, ff. pro ſocio*, cum alijs citatis
per *Monac. deciſ. Bonon.* 54. *num.* 33. ſed an
95 inſolidum, vel pro rata in hoc videntur
DD. diſtinguere, quod aut omnes nego-
tiantur, & tenentur pro rata, aut vnus eſt
Præpoſitus, & tenentur inſolidum, iuxtà
*deciſ. Pedemont.* 150. *num.* 6. & 7. quam pro-
bant *Magon. deciſ. Lucenſ.* 1. *num.* 28. *Carroc.
deciſ.* 118. *num.* 12. veriùs tamen eſt, quod
96 ſocius ſocio tenetur pro rata, alijs verò
inſolidum, ex *Natta, Gayll. & Rota Genua*,

probat

probat *Coſta de ratione rata, queſt.*154.*nu.*10.
ibiq; ſingulariter ex *Borgn. deciſ.*11. *par.*2.
probat, quod ſocius ſoluens debitũ com-
mune ex diſtractione bonorum proprio-
rum poteſt agere contra conſocios ad ra-
tam pecuniæ ſolutæ abſque intereſſe ceſ-
ſante mora, quod tamen limitatur quan-
97 do ſocius ſoluens totum, non habee re-
greſſum contra alios ſocios pro totum
rata, quando ex proprio dolo fuit con-
uentus, vel exactus, *Cæſar Manent. deciſ* 18.
*num.*21. 22. *&* 23. de quo ſatis apud *Car-
rocc. vbi ſupra num.*13. *Valaſc. in praxi partit,
cap.* 24. & propterea dicebatur, quod ſo-
98 cij reſpectu creditorum tenentur inſoli-
dum reſpectu ipſorũ pro rata, ex *Gratian,
cap.*279. *num.*8. *& ſeq. & cap.*275. *num.*6. *&
ſeq. & cap.*967. *num.*35. *ad* 40, probat *Fon-
tanell. deciſ.*506. *num.*8. *&* 9 *tom.*2. & in ſum-
ma ſocij omnes pro virili tenentur ad de-
bitum pro ſocietate, non autem is ſolus,
quod debitum contraxit, *Farinac. deciſ.
poſthum.*472. *num.*1. *par.*4. nihilominus ſa-
tis ad rem noſtram cõfert *deciſ. Capyc.*50,
*num.*8. ibiq; deciditur data validitate de-
99 creti lati, quod ceſſionarius actionis
agens contra tertios poſſeſſores debet
pro rata ſibi diminuere de debito, quan-
do reperitur etiam ipſe inter ipſos poſſeſ-
100 ſores, & in quibus caſibus ſocius con-
ueniri poteſt inſolidum, refert *Trombett.
de ſociet. cap. vlt. num.*20. & ibidem alia ad
ornatum refert, & præſertim quando iu-
ramento ſocius promiſiſſet integra reli-
qua ſocijs ſe ſoluturum, ex *Muñoz de ra-
tiocin. ibi relato*.

## DECIMOQVINTO.

SOlent enim multoties Officiales deſtina-
ri in aliquo loco, ſub quo degunt ſepera-
ta alia loca. hoc eſt in vna Ciuitate, ſub
qua reſident alię Terræ ſeperatæ, ob quod
difficultari videtur quo loci erit aſtrictus
præſtare ſyndicatum, nàm licet ſyndicari
101 debeant Officiales in loco vbi functi
ſunt eorũ officium, *Ioſeph Cumia in pract.
ſynd. cap.*17. *nu.*44. *Maſtrill, de magiſtrat lib.*6.
*cap.*4. *ſub nu.*15. poſt *Carau. in ritu* 49. *nu.*26.
contiugi poſſit in eodem loco plura eſſe
loca ſubiecta maiori loco, ideò dubitari
contingit, an in omnibus ſingulis, vt ſin-
guli, vel in vno loco majore, nàm etſi Iu-
102 ſtitiarius pro ſuo arbitrio volũtatis, in
quocunq; loco ſuæ Prouinciæ ius dicere
poſſit ſicuti Epiſcopus in quocunq; loco
ſuæ Diœceſis, vt probat *Campag. in Cap.
Regni Vt exercitium, num.*2. *&* 3. ſicuti etiã
M. C. V. quando eſſet extra Ciuitatem
Neap, *Carau. in ritu* 48. *num.*1.

103 Nihilominus ipſe tenetur in pinguio-
ri, & meliori Ciuitate locum ſibi conſti-
tuere ordinariè, vt diſpoſitum eſt in *Cap.
Hac edictali*, & ibi *Campag num.*8. ſic & qui-
libet Officialis conſtitutus ſuper pluri-
bus locis.

104 Et ſucceſſiuè in ſyndicatu dando, ibi-
dem morari debent, vndè Syndicatores
debent banna emittere per Ciuitatem in
locis publicis, & conſuetis, & in Villis Ci-
uitati adiacentibus, vt refert *Paris de ſyn-
dic. cap.*5. *incip. Deindè verò, num.*1. *&* 6.

Sed in terminis noſtris optimè *Capibl.
in pragm.*5. *num.*181. *de Baron.* inquit: Hinc
licet quis adminiſtrauerit iuſtitiam to-
105 tius Prouinciæ, vel plurium Terrarum
in loco vbi adminiſtrauit, maiori parte
temporis tenetur ſtare ſyndicatui, & non
in omnibus locis, vt ſeruatur continuò in
ſyndicatis Auditorum, qui in loco Tri-
bunalis vbi regerunt iuſtitiam, ſyndican-
tur, & ſic obtinui à M. C. V. in mei perſo-
nam, vt ſyndicatui parerem in Ciuitate
Theani, vbi iudicatus munus exercui, &
Conſultoris officium in Ciuitate Caleni,
Roccæ Monfinæ, & Mondragonis, atque
Liardi,

## DECIMOSEXTO.

CVm fuiſſet conuentum inter Vniuerſi-
tatem Terræ Roccæ Montis Dragonis,
& certos Afficttatores bonatenentium, vt
contra omnes bona tenentes procederẽt
ad exactionem dirictuum exceptis illis,
qui cum Vniuerſitate erant concordati,
vt erant quidam exteri, contingit, quod
quędam aduena ibi commorans, & bona
tenens ibidem nupta cuidã ciui, qui pro
tempore quo vixerat, certum quid ſolue-
re ſolebat dictæ Vniuerſitati pro dictis
bonis, verùm, quia tempore contractus
non tamen viuebat, ſucceſſit dicta eius
vxor, quæ ſimiliter pro eiſdem bonis ſol-
uerat dictæ Vniuerſitati, ſicuti eius vir ſo-
litus erat, in ſe autem reuerſa non inten-
debat proſequi ſolutionem, vndè Vniuer-
ſitas replicabat habere pro ſe legẽ pacti,
eo quia ipſa ſe reſeruauerat in inſtrumen-
106 to concordatos, ſolet enim dici, pacto
conueniſti mecum, *Muta deciſ.*45. *nu.*15.

Et hoc eo tempore licitè illud fieri po-
terat, quia talis maritus aduenæ ſolitus
erat ſe concordare, quod fieri poterat,
107 quia vir pro bonis dotalibus tenetur
tributa, & alias functiones ſoluere, & non
vxor,

vxor, vt inquit *Camp. in cap. Porrecta, nu.* 31. ſubdens *num.* 32. functiones, & tributa ſolui debere per eum, qui fructus percepit, at quia dictæ Aduenæ mortuo viro, paritèr ſequendo veſtigia viri, ſe concordauerat cum Vniuerſitate, meritò ad cōtinuationem tenebatur, è conuerſo aſſerebant gabelloti eis non aſſicere prætenſa per Vniuerſitatem, etenim ipſa bona peruenerant
108 ad mulierem, & proindè mutata perſona, mutatur ſtatus rei, ex *Alex.* probat ibidem *Campag. num.* 74. *Cancer. variar. reſolut. lib* 1. *cap.* 13. *ſub num.* 127.

Item quia tempore cōtractus vir illius non erat in rerum natura, quia erat mor-
109 tuus, & proindè dicta vxor non poterat in eius præiudicium ſe de nouo obligare Vniuerſitati obſtāte beneficio Velleiani, *l.* 1. *ff ad Velleian.*
110 Imò mulieres viduæ licet in appretio concurrant, ſecundum *Andr. in cap.* 1. *§. & planſtrorum, col.* 2. *vix taliæ, quæ ſint regal.* ta-
111 men modificandæ ſunt in taxis, vt ibi *Camp. num.* 30, notat, aſſequitur *Pet. Piccol. in prag. de appretio, num* 41. *& Card. Pariſ. in forma appretu. num.* 47. & ità prouiſum in eius fauorem.

*DECIMOSEPTIMO.*

DVm erat facienda contributio quibuſdam functionibus, pro ſubuentione debitorum contractorum per Ciuitatem Caetæ, iuxtà ordinem Suæ Excellentiæ, fuit mandatum vt Ciuitas Theani contribueret, quæ indè debitum prædictum per æs, & libram diuiſit, includendo etiam Caſalia ipſius, quæ audita taxatione, oppoſuerūt nō teneri ad prædicta, ex quo in reſcripto non erat facta mētio de Caſalibus, ſed de Ciuitate dumtaxàt, ideò tene-
112 ri non videbantur, nàm reſcripta iuſtitiæ, & ad lites ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda, probat *Ioſeph Oldrad de reſcript in prælud.* 11. *num.* 1.
113 Et conſequentèr ſunt intelligenda ſaluo iure alterius, *Afflict. in Conſtit. Probatio-*
114 *num, ſub num* 14. propterea ſunt reſcripta Principis intelligenda cum iuſtitia, & ſaluo iure tertij, *Miſinger. centur.* 4. *obſeruat.* 8. *num.* 6. *Andr. Gayl. lib.* 2. *obſeruat.* 58. *num.* 4.
115 Nihilominus regularitèr Suburbia cōtinentur appellatione Ciuitatis, dummodò Caſale non ſit diuiſum quòad iuriſdictionem, per ea, quæ tradit *Præſ. de Franch. deciſ.* 129.

Cæterum autem ceſſante tali diuiſione, & exiſtente vnitate continentur, ete-
116 nim Caſtra, Villæ, & Terræ adiacentes Ciuitati, veniunt acceſſoriè ad ipſam Ciuitatem, *Loſeus in tract. de iure vniuerſ. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. quadere Ciuitatis appella-
117 tione veniunt Caſtra, & Villæ, ità vt aſtringantur, & reſtringantur conſuetudine, & collectis ipſius Ciuitatis, *Gloſ fin. in l. ex ea, ff. de poſt.* cum alijs apud *Petr. Mollign. de appellat. vtriuſq. iur extinct. lit. C. num.* 207. ad quod optimè *Afflict. in Conſtit. Proſequitur, ſub num.* 11. tradit, quod cum tractemus de muneribus ſubeundis, vel iuriſdictione exercenda, & iuribus, tùnc appellatione Ciuitatis veniunt Caſalia,
118 quemadmodùm etiam iuriſdictione in Ciuitatibus conceſſa, cenſetur etiam conceſſa in Caſalibus, & Villis adiacentibus, *Borrell. de magiſtr. edict. lib* 1. *cap.* 1. *num.* 102. & ſequitur *num.* 103 quod Villæ, &
119 Caſalia præſumuntur eſſe de iuriſdictione Ciuitatis proximioris, vbi alia conſimilia affert, & idem in guidaticis conceſſis bannitis, nè accedant ad Ciuitatem, vt refert *Reg. Sanfelic. deciſ.* 50. hinc *Rebuff. in l. mediterranea, C. de Trib. & ann. lib.* 10. *nu.* 3.
120 quærit, ſi Ciuitates vicinę teneātur conferre in neceſſitatibus alterius Ciuitatis, & quid ſi à Principe concedatur reſcriptum ſuper hoc, & concludit quando in hoc verſaretur vtilitas publica benè procederet, & ità fuit in præſenti caſu exequutum de menſe Aprelis 1614. Theani.

*DECIMOOCTAVO.*

FVit conuētus in Viceducali Curia Montiſdragonis quidā Carolus N. prætextu quod eius Bos cornibus percutiſſet Aſellum compedibus detentum ad inſtantiam illius domini, & hoc ex incuria paſtoris, & indè ex tali percuſſione obijt; indè attenta probatione deſuper facta, non dubitaui, quin dominus animalium ad emen-
121 dam damni conueniri poterat, ad *text. in §.* 1. *Inſtit. ſi quadup. paup. feciſ. dic.* ibi, aut Bos cornu petere ſolitus, ſed dubium reſultauerat ex verbis *d. text.* dùm dixerat ſolitus, ob quod neceſsè erat probare vitium Bobus ità eſſe ſolitum cornu percutere, ſed *Gloſella ibi in verſ. ſolitus* ſubaudit, & ſi non ſit ſolitus, adhùc teneri, & ſic tale obſtaculum euanuit, vt rùm quia non culpa domini hoc acciderat, ſed ſui paſtoris dormientis id inciderat, vt quoque probatum extiterat, vndè concludi vide-
122 batur emendā damni non alitèr ad dominum, ſed ad paſtorem ſpectare, *Boniſac. de Vita-*

Digitized by Google

*de Vitalinis in tit. de damno dato, num.79.* tan-
git punctum in terminis, & concludit ad
dominum ſpectare emendam damni ma-
lè eligendo talem paſtorē, & ità conſului
die vltimo Auguſti 1615. Theani.

### *DECIMONONO.*

IN cauſa Syluiæ de Mattheis cum Io. Be-
rardino de Mattheis de Theano, fuit du-
bitatum ſi promiſſio facta in inſtrumen-
to de non moleſtando aliquem ſuper cer-
ta re, poſſit eius hæres non obſtante tali
inſtrumento promiſſionis moleſtare, licet
ex aliqua iuſta cauſa, & cum de hoc fuiſ-
ſet intentatum iudicium moleſtiæ, fuit ex
aduerſo oppoſita exceptio periurij con-
tra agentem hæredē promiſſoris, eo quia
123 hæres ex iuramento defuncti obligatur
non minus, quam ſi ipſe hæres iuraſſet, ità
*Anton. Gagliar. de abſol. à iuram. §.2. num.15.*
vndè fuit dubitatum, ſi militare poterat
talis exceptio, ità vt periurus hæres iudi-
cari debuerat, reperi punctualitèr *Capyc.*
*deciſ.174. ſub num 13.* concludentem vires
124 contractus tranſire ad hæredes, qui te-
nentur contractum ſeruare, & poteſt ad
hoc compelli, ſi tamen non ſeruaret, non
eſſet periurus, quocirca *Muſcatell. in praxi*
*S.C. lib.1. par.4. gloſ periurij, num.18.* ex *Af-*
*flict. deciſ.161.* relato concludere videtur
125 hæredem cogi poſſe ad obſeruantiam
promiſſionis defuncti, nàm iuramentum
126 quòad vinculum animæ eſt perſonale,
ſed quòad robur cōtractus habet realem
effectum, *vt ſubdit num. 19.* & conſequen-
ter ipſum ligaret, ex multis probat *Man-*
*cinus in tract. de iuramento, par.4. effectu 5.*
*num. 5.*
127 Etſi benè heres tenentur ad obſeruan-
tiam iuramenti præſtiti per defunctum,
vt refert *Seraphin. de priuil. iuram. priuil.57.*
*num.17. & priuil 21. num.28.*
128 Nihilominus hæres iurantis nō poteſt
præcisè compelli ad obſeruantiam iura-
menti, idem *Seraphin. in priuil.74. num.141.*
129 *&* 202. nàm alia eſt naturalitèr perſo-
na defuncti, alia heredis, *Ant. Gagliar. vbi*
130 *ſupra num.16.* & ſic hæres ex perſona
propria, non vti hæres poteſt venire con-
tra factum defuncti, *idem priuil.51. nu.11.*
tamen non per hoc ſi non obſeruat, erit
periurus, vt ibi *Muſcatell.* probat, & latiùs
proſequitur *Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſin.15.*
*num.12.* in tantum eſt verum, quod dùm
131 talis hæres non dicetur periurus, con-
traueniendo iuramento defuncti, vt nec
132 etiam diſpenſatione indigeat, notabi-
litèr *Guido Papa conſ.234. num.6.* & ſi hæ-
133 res vellet dicere contractum iuratum
eſſe nullum, vel inualidum factum cum
defuncto, non indiget abſolutione, ex
*Corn.* probat *Anton. Gagliar. ibi nu.21.* quo-
134 circa abſolutio à iuramēto hæredi iu-
rantis, non erit neceſſaria, vt ex multis
probat *Mancin. d. tract. par.6. quæſt.17.* & ſic
ceſſare videbatur exceptio periurij op-
poſita, & proceſſum fuit ad vlteriora.

### *VIGESIMO.*

DVm fuiſſet citatus Natalis Comi per
Curiam Caſtri maris de Stabia ſuper
tenore inſtrumenti die 19. Nouembris, &
die 2. incuſata prima contumacia, poſt-
modùm fuit requiſitus, vt moris eſt, & in
die 19. menſis Decembris incuſata vlti-
ma contumacia, inſiſtebat actor pro con-
demnatione, ex aduerſo dicebatur cita-
135 tionem eſſe circumductam ſtante lapſu
menſis, quæ ſiqnidèm exceptio impedit
liquidationem, per ea, quæ tradit *Carau.*
*in ritu 166. num.16.* poſtquàm ſi attenda-
136 tur initium menſis à die incuſationis
primæ cōtumaciæ, ſicut de iure permitti-
tur ſecundum *Carau. vbi ſupra,* & id clarē
apparebat menſem nō fuiſſe elapſum, &
ſucceſſiuè vnico die ſuperexiſtente liqui-
datio procedi debuerat, ſin autem menſis
connumerabatur à die 19. Nouembris
vſq; ad diem 19. Decembris paritèr vide-
batur ſatisfactum citationi, ob quod non
videbatur circumducta, & ad hoc allega-
batur optima *deciſio D. de Franch.471.* vbi
in proprijs terminis Ærarium Caſtri ma-
137 ris de conſimili materia circumductio-
nis citationis factæ die 13. Octobris, &
die 13. menſis Decembris vltima contu-
macia incuſata fuit, & ſic non incluſo die
prædictæ contumaciæ incuſatæ, proùt in-
cludi non debet, ſunt dies triginta vnius
tempore accuſatæ vltimæ contumaciæ, &
tandem fuit tàm per M. C. V. quàm per
S.C. iudicatum in fauorem Actoris, tantò
magis in caſu iſto iudicari debuerat,
proùt fuit iudicatum per meum conſo-
brinum Horatium Salinas dictæ Ciuita-
tis Gubernatorem.

### *VIGESIMOPRIMO.*

EX facto occurſo in Ciuitate Caſtri ma-
ris de Stabia fuiſſe per duos teſtes de-
monſtratum quendam villicum vendidiſ-
ſe certā quantitatem lini ſati in quadam
Terra pro certo pretio conuento, deindè
vendi-

Digitized by Google

venditor penitentia ductus, receſſerat à
venditione, noleus rem tradere, ſed po-
tiùs rem ipsã amouendo contra volunta-
tem emptoris, ex cuius parte ſatis inſta-
batur, non tantùm pro conſignatione rei,
quãtũ etiã interim decerni pro ſequeſtro
lini, in quo caſu de duobus fuit principa-
litèr dubitatum, & Primo, ſi rei veritate,
138 erat contracta talis emptio, & vendi-
tio, poſtquàm in tali contractu tria potiſ-
ſimùm faciunt emptionem, & venditio-
nem, nempè res, pretium, & conſenſus, §. 1.
*Inſtitut. de empt. & vendit. Gomeſ. var. reſolut.
tom. 2 cap 2. num. 1.*
139 Res enim potiſſimùm exigitur, vt extet
alitèr ſi non ſubeſſet venditio non valeret,
ad *text. in l. domum, ff. de contrah. empt. l. nec
emptio eo.*
In præſenti caſu ſuberat res vendita in
Terra ſata, & ſic hoc vnum requiſitum
aderat, quàmuis non fuerat tradita ex
quo erat in Terra ſata, & de hac traditio-
140 ne non curatur, ſi cætera requiſita in
emptione non concurrant, *l. quod vendidi,*
141 *ff. de contrah. empt* ſicque res ex parte ven-
ditoris exigitur *Cancer. var. reſol. lib. 1. cap.
13. num. 1.*
142 Secundum requiſitũ eſt pretium *d. §. 1.*
nàm ſine pretio, venditio nulla eſt, *l. 2. ff.
de contrah. empt.* vbi *Gloſ. in verſ. ſine pretio,*
ſubaudit in certa quantitate conſiſtente,
per *l. empti, C. eodem, & §. item pretium, Inſt.*
143 *eodem*, non enim valet venditio, ſi pretij
quantitas in emptoris, vel arbitrium con-
feratur, *l. quod ſæpè, §. illud, ff. de contrab. empt.*
144 *& l. ſi quo fundum*, ſufficit enim pretium
intereſſe ex parte emptoris, vt inquit ibi
*Cancer.* & ſi numeratum, vel ſolutum non
eſſet, tamen venditio valeret, & emptio,
145 *d. §. 1.* ibi quàmuis nudum pretium nu-
meratum ſit, ac ne arra, quidem data fue-
rit, vbi *Gloſ. in ver. numeratum*, ſubdit, nec
aliquid datum loco pretij, *l. 1. ff. eodem*, nõ
in hoc contractu res quàmuis tradita nõ
diceretur in dominio emptoris eſſe, ſi aut
146 pretium ſolutum ſit, aut ſatis eo nomi-
ne factum, vel etiam fidem habuerimus,
*d. l. quod vendidi, & l. vt res, eodem*, aderat ta-
men in hoc facto pretium certificatum,
non tamen ſolutum, & ſic Secundum re-
quiſitum.
147 Tertium requiſitũ eſt conſenſus ſimul
partium, *l. 1. ff. & C. de contrah. empt. Can-*
148 *cer. vbi ſupra*, non enim pretij numera-
tio, ſed conuẽtio, perficit ſine ſcripris ha-
bitam emptionem, inquit *tex. in l. 2. ff. eod.
& l. 1. eod.* ibi, *Eſt emptio iuris gentium, &
ideò conſenſu peragitur, &c.* quo ceſſante
ceſſaret vtiq; contractus, at cum in præſen-
ti caſu aderat paritèr, & conſenſus, &
149 proindè exiſtentibus hijs tribus requi-
ſitis, nulli dubium eſt, quin cõtractus em-
ptionis, & venditionis certificabatur,
*Franc. Zoanet. de empt. & vendit. num. 83.*
Hac firma habita concluſione, attenta
validitate contractus ſuboriebatur alia
difficultas maxima, poſtquàm venditor
ante rei traditionem, & pretij receptio-
nem pœnituit, & noluit rem emptori tra-
dere, ob quod fuit coactus emptor agere
ad rei reſtitutionem, ſicut de iure eſt pro-
batum.
Regularitèr, autẽ conſtitutum eſt in Iu-
re, quod in contractibus nominatis, non
eſt locus pœnitentiæ, quia huiuſmodi cõ-
150 tractus, antequàm ſint perfecti, dicuntur
voluntarij, ſed poſtquàm ſint perfecti, di-
cuntur neceſſarij, quoniã altero inuito nõ
poſſunt diſſolui, *l. ſicut, C. de act. & obligat.*
cum alijs apud *Mantic. de tacitis. & ambig.
conuent. lib. 1. tit. 8. num. 12. & lib. 3. tit. 16.
num. 24.*
Et dato ſine veri præiudicio, quod pœ-
nitentiæ locus eſſet fortè, quia talis con-
tractus non fuerat in ſcriptis redactus, ex
hoc reſultauerat dubitatio illa, ſi in hoc
caſu attenta pœnitentia venditoris con-
tractus ipſe diſſoluatur, vndè præmiſſa di-
ſtinctione illa contractuum emptionis, &
151 venditionis perfrui, vel in ſcriptis, vel
ſine ſcriptura, *d. §. 1. verſ. in ijs, Inſti. eodem,*
152 nàm licet talis cõtractus de per ſe abſq;
ſcriptura fieri poteſt, cum ſit de iure gen-
tium, *d. l. 1. ff. eod. in fine*, cum alijs adductis
per *Gomeſ. vbi ſupra num. 17. & Cancer. loco
citato num. 10.* fit enim in ſcriptis, hoc eſt
de iure ciuili, quæ eſt ſollemnitas verbo-
rum in ſtipulatione redactorum, vt notat
ibi *Gloſ. in verſ. conſenſus*, tamen non om-
153 nes iſti contractus fiunt in ſcriptis, nàm
eatenùs requirunt ſcripturam, quatenùs
partes conueniant fieri ſcripturã ad cau-
telam ipſorum, ſeù probationem, vt ibi
*Cancer.* notat, vel ſecundum alios ſufficiat
154 contrahẽtibus dicere in principio con-
tractus, quod indè ſcriptura fiat, *l. contra-
ctus, C. de fide inſtrum.* ſin autem ſimplicitèr
fieret contractus, ſed poſteà ad probatio-
155 nem fiat ſcriptura valebit, quod actum
eſt, & etiam valuiſſet ſine ea, vt notat *Gloſ.
in d. §. 1. verſ. ſcriptura*, ſed attenta generali
conſuetudine cernimus in omnibus em-
ptionibus, & venditionibus magni mo-
menti, iſtos contractus celebrari cũ ſcri-
ptura, vtputa in emptionibus prædiorum
annuorum introituum, & ſimilium, cete-



Digitized by Google

rum in rebus parui momenti, maximè inter ruſticos, & mercatores, alioſq; negotiantes communitèr ſine ſcriptura fiunt,
156 nàm mercatores habēt, quod pacto nudo inter eos oritur actio, *Affl. in deciſ.* 399.
157 *num.* 3. exceptis Venetis, qui dicunt, cū non cantet inſtrumentum, nec ego cantabo, *idem deciſ.* 403. *num.* 5. in facto autem iſto non erat opus ſcriptura, iſte contractus dùm erat negotium emptionis inter maſſarios ſolitos ſic negotiare, idcircò diſtinguendum erat, quando pœnitentia in hoc locum haberet, vt indè contractus diſſolui potuiſſet, nàm ſi loquamur de cōtractibus ſcripturam exigentibus, quia
158 non alitèr perfectam emptionē, & venditionem conſtituimus, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentiū, vel ab alio quidem deſcripta, à contrahentibus autem ſubſcripta, inquit *text. d.* §. 1. tùnc ſi deficeret ſcriptura, pœnitentia locum habe-
159 ret, nec poterit alitèr contractus diſſolui niſi per diſtractum, vt notat *Gloſ. in d.* §. 1. de quo non eſt noſtrum tractare, in iis verò, in quibus ſcriptura nō erit opus, inquit *text. dict.* §. 1. *verſic. donec enim aliquid deeſt ex iis, & pœnitentia locus erit*, hoc eſt per deficientiā rei, aut pretij, aut conſenſus, in caſu enarrato aderat res, paritèrq; pretium, fuerat conſenſus ab initio, ſed per diſſenſum venditoris ſublatus, adhùc tamen inueſtigandū erat, ſi talis contractus cenſeri debuerat nullus, ac inualidus per diſſenſum venditoris tantùm, & non eſt dubium, quin id, quod conſenſu
160 contractum eſt cōtrario voluntatis adminiculo diſſoluitur, *l.* 1. *C. quando lic. ab empt. diſc. cap.* 2. *extra de regul. iur.* re tamen integra ità vt nec res adhùc tranſlata ſit, nec pretium ſolutum, inquit *Gloſ. in d. l.* 1. *verſ. integra*, hinc *Coſta de re integra, in* 2. *prælud. num.* 6. inquit rurſus, dùm dicimus
161 quæ ad integrā rem venditam cogitur venditor emptori tradere, ſatis intelligitur quod ſi integrè non tradiderit ſine onere, aut ſeruitute, non poſſit ad pretiū agere, *l. fiſtulas*, §. *qui fundum*, *ff. de contrah. empt. Schad. tract. de contract. tit.* 24. *num.* 103. *Surd. conſ.* 36. *num.* 9. *vol.* 1. *Pacian. conſ.* 14. *num.* 25. ſicque ſi pretium fuerit ſolutum, & res non conſignata, tùnc emptor agere poterit, vt quod datum eſt redatur, *Gloſ in d. l.* 1. *verſ. reſoluit, vel cogere venditorem ad rem tradendam*.
162 Aut pretium non fuit ſolutum, & res conſignata, tùnc de tali conſignatione nil dubitari debuerat, at cum per eam non videtur dominium tranſlatum, ſi pretium non fuerit ſolutum, *d. l. quod vendidi*, tùnc venditor ageret ad pretium, vel ad rei reſtitutionem, *d. l.* 1. *&* 2. *C. quando lic. ab empt. diſced.* vbi *Gloſ. & DD.* ſed quando neutrum iſtorū interfuit, ſcilicet nec rei traditio, nec pretij ſolutio, & ſi eſſet res integra, nō poterit pœnitere, nec emptor, nec venditor alterutro inuito, ad quod
163 optimè ponderatur *text. in l.* 2. *C. quando lic. ab empt. diſced.* ibi, *Re integra tantùm pacto, & conſenſu poſſe diſſolui conſtat*, vbi *Gloſ. verſ. pacto*, & conſenſu explicat, ideſt pactionali conſenſu mutuo interpoſito, vt neuter alium conueniat, cæterum ſi alter ipſorū pœnituerit, hoc eſt emptor cogi poterit oblata re ad exoluendum, &
164 ità è contra, venditor oblato pretio per emptorem ad rei traditionem, *l. Iulianus*, §. *offerri*, *ff. de act. empti*, & ſic concluditur in præſenti themate, attenta validitate contractus, & inualiditate diſtractus, cogendum eſſe venditorem ad rei traditionem oblato pretio conuento, & ità obſeruatum fuit.

*VIGESIMOSECVNDO.*

QVidam externus duxit in vxorem quandam mulierem cuiuſdā Caſalis Theani, & inter cetera in dotem accepit quoddam Rus exiſtens in dicto territorio, at cum fuiſſent impoſitæ quędam collectæ in Ciuitate, & dictus vir vti externus recuſabat eas ſoluere, & ad prędicta non tene-
165 ri; nàm collectarū, & cenſus ſolutio denotat ſoluentes ſubiacere illi, cui ſoluunt, *Hieron de Monte in tract. defin. vedig. cap.* 64. *num.* 2. quàmuis certū ſit in hoc caſu ſpe-
166 ctare ſolutionem collectarum ad virum pro fundo dotali, vt inquit *Campag. in cap. porrectis*, *num.* 31. nihilominus dùm ipſe erat externus, & alibi onera ſubibat, non
167 alitèr videbatur iuſtum duplici onere grauari, ex *l. licantis omiſſa*, §. *cum autem*, *ff. ad legem Rhod. de iactu*, cum alijs allegatis per *Capiblanc in ſuis ſingul. num.* 51. ſed contra-
168 riū veriùs eſſe videbatur, nàm collectas quis ſoluere debet vbi habitat, & ſita ſunt omnia bona, licet locus ille, ſeu Caſtrum in alieno exiſtat territorio, poſt *Capiblanc. vbi ſupra num.* 50. vbi allegat *Cap. Regni In ſingulis*, *Præſ. de Franch deciſ.* 22. *num.* 2. vera tamen deciſio iſtius puncti, patet ex quæſtione tradita per *Camp. in Cap. Item quod Iuſtitiarii*, *num.* 10. vbi aſſerit quærendo, ſi
169 Vniuerſitates poſſint imponere collectas exteris pro bonis ibi poſſeſſis, & concludit,

eludit, quod aut ſunt munera realia, ſiuè
patrimonialia, & tùnc poſſet, ſed ſi eſſent
mixta, quę perſonis, & rebus imponuntur,
tùnc abſq; licentia Superioris imponi nō
poſſunt, nàm de iure imponi non poſſunt
170 collectæ forenſibus, idem *Campag. in d.
cap. Porrecta, ſub num. 67.* vbi etiam tradit
collectam eſſe munus mixtum, idem quod
tradit *Vrſill decis. 400. num. 4.* at in caſu iſto
aderat Principis aſſenſus meritò ad tale
onus tenebatur, quāuis Vniuerſitates col-
lectas quas vocant talleas inter homines
ipſos de Vniuerſitatis corpore pro neceſ-
171 ſarijs cauſis ſemper poſſint abſque Re-
gio priuilegio imponere, æqualitate inter
eos ſeruata, & quòad hoc non requiratur
regia facultas, probat ex *Guido Papa, Can-
cerio, & Roſental Io. Paul. Xamar. de antiq. &
releg. & alijs Barchinon. §. 10. num. 46.* & ita
fuit ſeruatum.

*VIGESIMOTERTIO.*

PER Generalem Gubernatorem Status
Aprutij, & Terræ Laboris Illuſtriſſimi
Principis Hoſtiliani de conſenſu Vniuer-
ſitatis Theani, fuit impoſita collecta ciui-
bus per æs, & libram, vt moris eſt pro ſo-
lutione fiſcalium, aliqui ciues collectati,
& creditores dictæ Vniuerſitatis vigore
ſolutionū factarum pro ſimilibus cauſis,
172 oppoſuerunt compenſationem debiti
cum credito, & fuit dubitatum quid iuris
reperi punctualē doctrinam *Lucæ de Pen-
na in l. obſiſtere, C. de ann. & trib. lib.* 10. quem
citat *Campag. in cap. Porrecta, nu. 97.* dicen-
tem, poſſe fieri compenſationem in colle-
ctis, & opponi Fiſco, vel communi, & ita
decreui die 10. Maij 1614. Theani.

*VIGESIMOQVARTO.*

EXtat in Regno Pragm. edita olim ſub
die vltimo Martij 1613. per Ill. D. Fran-
ciſcum de Caſtro in *pragmat. 12. in ordine,
aliàs 15. de Actuar. in vlt. impreſſ. pragm.* qua
173 cauetur, quod obligationes, & fideiuſ-
ſiones quęcunq; non capiantur, niſi adhi-
bitis duobus teſtibus notum habentibus
obligatum, cum ſubſcriptione eiuſdem
obligati propriæ manus, vel Actuarij ſi
neſciat ſcribere, ac etiam ſubſcriptioni-
bus teſtium, quæ ſiquidèm pragmat. fuit
poſteà limitata, vt locum non habeat ta-
lis ſollemnitas teſtium à ſumma duc. 50.
infra per aliam *pragmat. Comitis Venauenti
lata ſub die 9. Maij* 1603. contingit per
Actuarium Curiæ Caſtri Maris de Stabia
fuiſſe captam fideiuſſionem ducat. 120. &
in ea tantùm fideiuſſor cum vno teſte ſe
ſubſcripſerant, vndè fuit dubitatum de
validitate talis obligationis, cum in ea
deficiebat integra ſollemnitas requiſita,
174 licet autem de iure tales obligationes
penès acta ſtipulata, non indigeant tali
ſollemnitate, vt latè per *Grammat. conſ. ci-
uil. 65. num. 2. & Carau. in ritu* 128. tamen
in proprijs terminis idem *Grammat. conſil.
ciuil 63. num.* 10. & 11. & *conſ. 66. num.* 10. lo-
quitur de ſollemnitate requiſita in obli-
175 gationibus captis extra Curiā adhibi-
tis teſtibus, indè ſi fuerint ommiſſa talia
ſubſtantialia, vel neglecta, etiam ceſſante
dolo, non alitèr valeret talis obligatio, &
redderetur nulla, vt notant *DD. in l. ambi-
guitatem. C. de teſtam.* & per ea, quæ in ſimili
ità decidi debuerat, quam quod ipſe fide-
iuſſor debebat dicere cauſam in vinculis,
176 quod ægtè tulit, ex quo fideiuſſor non
ex nudo pacto, ſed ſtipulatione obligatur,
*l. blanditus, C. de fideiuſſ.* cum alijs apud *Ca-
rau. in ritu 159. num.* 1. vbi in fine ſubdit,
quod fideiuſſor in iudicio, qui patitur ſe
ſubſcribi in aliqua cauſa, de iure com-
muni obligatur, quia paciētia in iudicio
ſtipulationis vim habet, & licet in dicta
177 *Pragmat.* 15. dicatur: *Poiche non piglian-
doſi le dette obliganze, ò plegiarie nella forma
predetta ſarāno nulle, & de neſſiun vigore, &c.*
attamen in ſeq. pragm. ibi: *Non ſi apra in
alcun modo ſtrada à calunnie per illiquidar, &
impedire l'accuſatione, & eſecutione di eſſe obli-
ganze, ma tengono ſempre l'iſteſſo vigore, che
hanno hauuto per lo paſſato, &c.* nec per hoc
obligationes nullę reddātur, ſi duo teſtes
non interfuerint, ex quo in d. pragm. 15.
dicitur: *In preſenza almeno di due teſtimoni,*
178 & cū talis dictio *ſaltim* ſit diminuitiua,
*Barboſ. de diction. in dict. 304. & Grat. dict. 230
Turrect. de effect. & defect. clauſ. codicill. q. 13.
num. 2. & 4.* verificari poteſt in vno teſte,
nec tollitur ex hoc obligatio contracta.

*VIGESIMOQVINTO.*

IOannes de Medicis in eius teſtamento le-
gauit certam quantitatem pecuniæ, cui-
dam eius fratri Presbytero, per eum di-
ſponendam in confidentia, & ſecreto, fa-
cta indè declaratione per dictum legata-
rium in ſcriptis inter cætera declarauit
eſſe de ſumma prædicta ſoluendos duca-
tos viginti Monaſterio Pauperum Ciui-
tatis Caſtri Maris de Stabia, indè com-
paruit dictum Monaſterium, & petijt con-
demnari hæredem illius ad ſoluendum

legatum prædictum vna cum vſuris, fuit
dubitatum, à quo die debentur vſuræ, an
à die obitus Teſtatoris, vel litis conteſta-
tionis, verùm quia cum negotiũ erat piæ
179 cauſæ fauore, videbantur currere debe-
re à die mortis Teſtatoris, allegaui *text.*
*ſingularem in § ſi autem, Auth. de Eccleſ. titul.*
*verſ. ſi autem diſtulerit*, de quo latiùs in mea
*ſumma priuilegiorum piarum cauſarum, in pri-*
*uil.* 101. vbi plura deduxi, & itá iudicatum
180 fuit, nàm regularitèr fructus in condẽ-
natione, potiſſimùm quando ſumus in
actione hypothecaria à die litis conteſta-
tæ debentur, ad *text. in l ſi fundus, § in vendi-*
*tione ff de pignor.* ibi, interdum, & de fructi-
bus arbitrari debet Iudex, vt ex quo lis
inchoata ſit ex eo tempore, etiam de fru-
ctibus condemnetur, & itá fuit in alio ca-
ſu obſeruatum.

### *VIGESIMOSEXTO.*

TRanſmiſſo mihi proceſſu per Curiam
Rocce Montis Dragonis, vt votum meũ
proderem, circa nullitates oppoſitas ad-
uerſus proceſſum compilatum ad inſtan-
tiam cuiuſdam pupilli, & ſigillatim ipſas
diſcutiendo, reperi primam nullitatem
non poſſe ſubſiſtere in iure, dùm conuen-
tus oppoſuiſſet procedi in cauſa cum le-
gitima perſona, poſtquàm pupillus erat
actor, & ipſe conuentus Tutor, qui non
dùm adimpleuerat ſollemnia, & hoc caſu
181 procedit *text in l. qui habet, § ſi pupillus, ff.*
*de tutor.* vt inquit *Carau. in ritu* 291 *ſub n.3.*
*in fine*, vbi niſi ipſe petat, non datur Cura-
182 tor, quo fit, vt proceſſus factus etiam cũ
perſona illegitima pro minore interue-
niente, non poteſt per aduerſarium dici
nullus, ſed per minorem, *Afflict. in dec.* 366.
*num.6.* ex *text.* vbi *DD. in l. non ideò minus,*
*C. de procur.*

Secunda nullitas ſe offerebat, quia te-
ſtes fuerant examinati abſq; citatione,
nec intimata parte ad videndũ iuramen-
183 ta teſtium, indè teſtes examinati non
citata parte, non probant, nec faciunt in-
dicium, *Abb. in cap. 2. de teſt.* cum alijs apud
*Fauſtin. ad Pancirol. in ſua praxi par. 2. verbo*
*citati autem, verſ. aduerſarius quoque, Andr.*
*Gayil. pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 100. num. 9.*
184 & potiſſimùm in Regno teſtes ſunt ci-
tandi, refert *Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1.*
*par. 5. gloſ. iuramenta, nu. 4.* vbi *nu.* 10. probat,
quod tàm de iure cõmuni, quàm Regni,
pars erit citanda ad videndum iuramẽta
teſtium, & propterea cum hęc nõ fuerint
obſeruata, meritò nullitas inſurgebat.

Benè verùm eſt in facto, ipſos fuiſſe re-
petitos in primo beneficio, & circa hoc
licet *Camu. d. ritu 72. num* 14. probet, quod
185 teſtes non ritè recepti, & examinati, ſi
iterum parte citata ſuper articulis exami-
nantur ſe ad priorem depoſitionem refe-
rentes, & facta publicatione, eorum depo-
ſitiones non videntur ſuffragari, ex *Bart.*
*Curt. & Gram. ibi relatis*, quibus addo *Mu-*
*tam deciſ 71 num. 28 Muſcatell. d. praxi par. 6.*
*gloſ. cauſa, num. 12. Epiſc. Riccius ad Franch.*
*deciſ. 668.*
186 Nihilominus quia teſtes producti, &
examinati, nõ citata parte, repeti poſſunt
citata parte, etiã poſt concluſum in cauſa
officio Iudicis, ex *Capyc. deciſ. 35. Soccin.*
*Purpur. Guid Pap. & Caball.* probat ibidẽ
*Fauſtinus*, quibus addo *Gayll. pract. obſeruat.*
*lib. 1. obſeru. 105. num. 12.*

Tertia nullitas oppoſita erat, quia pu-
blicatio non fuit intimata parti, vt moris
187 eſt, ſed huic replicabatur, publicationẽ
teſtium non eſſe de ſubſtantia proceſſus,
poſt *Marant in ſpec. par. 4 diſt. 9. num. 22.* &
ſic ea ommiſſa ſententia valebit, *Gloſ. in*
*cap fin. § ceſſante verſ iudicijs de hæret. in 6.* cũ
alijs apud eundem *Gayll. vbi ſupra num. 1.*
& ſic fuit proceſſum ad vlteriora.

### *VIGESIMOSEPTIMO.*

CVm fuiſſet petitio quædam præuio li-
bello præſentata per quendam legata-
rium in Curia Theani, & citata pars in
forma, quæ petijt copiam libelli, vt moris
eſt, poſtmodùm ex tractu temporis idem
actor mutata forma libelli, comparuit in
Curia Baiuli vti hæres particularis petẽs
admicti ad bonorum poſſeſſionem, inde
per partem aduerſam habita notitia de
tali lite intentata in dicta Curia Baiuli,
comparuit in eadem Curia Theani ſupe-
riori, petendo inhiberi in forma, ſtante
pendentia litis, nullatenùs eſſe proceden-
dum in dicta Curia Baiuli, & ſi pars nollet
vti illa comparitione, adhùc non poterat
in præiudicium ipſius, ipſum conuenire,
vndè dubitari cõtingit quid iuris in hoc
erat agendum, quanquam *Marant. in ſpec.*
*par. 6 in 1. memb de citat. dicat num. 71.* quod
188 per porrectionem libelli, cum citatione
inducatur pendentia litis, ſecus per cita-
189 tionem ſimplicẽ ſuper petitione porri-
genda, quibus concordat *Afflict. deciſ. 220.*
*num. 13.* hinc *Miſinger. ſingul. obſeru. cent. 4.*
*obſeru. 26. num. 1. & ſeq.* aſſerit citationem
non inducere litis pendentiam, niſi per il-
lam reus inſtruatur, de quibus ad iudiciũ
trahitur,

trahitur, *clem. cum lite, vt lite pend. nih. inn.*
vbi *Gloſ.* quanquam vt ipſe ſubdir cum
*Zabar.* ibi relato, concludat ſex eſſe ne-
190 ceſſariæ, ad hoc vt lis pendere dicatur.
Primo, ꝙ citatio emanauit, deindè, quod
à Iudice competente. Tertiò quod ad ci-
tatum peruenerit, Quarto, quod ex te-
nore citationis plenè cognoſcere potue-
rit citatus, quadere futura ſit controuer-
ſia, Quinto, quod citatio ſit apta, vt per
*Gloſ. d.clem. cum lite,* Sexto, quod nuntius
cauſa legitimè, & ſufficientèr inſinuaue-
rit, per *Gloſ. d.clement. cum lite, in fine.* Ni-
hilominus principalitèr exigitur libel-
li porrectio, proût in praxi receptum
eſt, & præſentetur Iudici, & poſteà ſuper
191 eo expediatur citatio, quia debet Iu-
dex primo videre libellum, vt poſſit deli-
berare, an ſit iuſta petitio, vt ſuper eo pro-
cedatur, vt ex *Felin.* probat *Maramt. d pra-
xi par. 6. in 3 membro num* 25 ſed hoc in
praxi receptum non vidi, erit enim libelli
192 præſentatio attendenda, cum libellus
ſit fundamentum cauſæ, & in eo tota vis
conſiſtit, ità *Muſcatell. in praxi S.C. lib.* 1.
*par* 1 *gloſ libellus, nu.* 15. & talis libelli præ-
193 ſentatio, & productio, cum ſit præpara-
torium initiandi iudicium, quòad ipſum
Iudicem, non autem quòad partem ante-
quam citetur, idem *Muſcatell. par 6. gloſ.
præſentato. num.* 9 non mirum ſi non ſit de
194 proceſſu, vt ipſe arbitratur, quia libel-
lus vim citationis non habet, *Carau. in ri-
tu* 189. *num.* 2. & conſequentèr litis pen-
195 dentiam non inducit, ſed cum libelli
præſentatio poſt partis citationem ſit de
proceſſu, & principium litis. *Muſcatell. d.
gloſ. præſentato. nu* 10. & conſequentèr in-
duceret litis pendentiam, poſtquàm lis
196 pendere dicitur per citationem ad in-
ſtantiam actoris emanatam, *Afflict. deciſ.*
220. *num.* 13. & ſic litis pendentia non in-
197 ducitur per ſolum libellum præſentatū,
ſed neceſsè eſt, ipſum eſſe parti notifica-
tum, & intimatum cum ſollemni nuntij
relatione, *Muſcatell. d. par.* 2. *gloſ. Tribunali,
num.* 5. & cum hæc fuiſſent obſeruata, iu-
ſtiſſima reddebatur inhibitio facta, cu-
198 ius natura eſt, vt ſuſpendat, donec cauſa
pendet, *Lancell de attent. par.* 2. *cap.* 20. *ampl.*
21. *num* 12. nàm iuſtum erit inſpecta iu-
ris diſpoſitione, quod iudicium vbi cœ-
ptum eſt, ibi finiri debet, *l. vbi cœptum, ff. de
iudic.* & ſic ſeruaui.

## VIGESIMOOCTAVO.

FActa venditione certorum animalium
Simeoni Gentili pro pretio duc. 350. &
pendente ſolutione pretij, fuit facta exe-
quutio in pretio animaliū, interea contra
ipsū, fuit liquidatū inſtrumentū capitalis
ꝑdicti, vndè in Curia ipſa Theani pro Tri-
bunali ſedente cōparuit ipſe ſine ſacculo
parato, inſtando ſibi præſtari cautionem
euictionis generalis, producendo fidem
exequutionis, licet ex aduerſo prætenſum
ſit, non alitèr teneri præſtari cautionem,
producebatur *Carau. in ritu* 173. *à num.* 6.
vbi in ſpecie tangit punctum, concluden-
do eſſe præſtandam cautionem prædictā,
199 demonſtrando fidem authenticam litis
motæ, ſed vltra ipſum extat optima *deciſ.
Præſ. de Franch.* 555. vbi ità deciſum refert
per S.C. & ſic paritèr iudicaui.

## VIGESIMONONO.

PEndente iudicio aſſiſtentiæ intentato in
Curia Ciuitatis Theani, & in fraudem
exequutionis faciendæ, fuit per poſſeſſo-
rem, res litigioſa renunciata in tertios
poſſeſſores, prolata indè ſententia, com-
paruerunt ipſi aſſerentes ſe poſſidere, vn-
dè contingit hæſitari quid iuris reperi
200 *Vrſill. deciſ.* 396. *num* 7. dicentem, qui alie-
nat lite pendente, quod habeatur pro poſ-
ſeſſore, an poſſit fieri exequutio contra
201 illum, qui habuit rem lite pendente,
quando ſuus auctor fuerit condemnatus
in actione perſonali, & de alienatione fa-
cta in fraudem paratæ exequutionis, con-
cludit affirmatiuè ex *Capyc. deciſ.* 128. &
ſic iudicaui non eſſe impediendam exe-
quutionem, die 14. Auguſti 1615. Theani.

## TRIGESIMO.

DEbitor quidā vigore obligationis ſti-
pulatæ penès acta depoſuit pecuniam,
& depoſitum præſentauit penès acta cre-
ditorum ſui creditoris, quare ſtante libe-
ratione facta per Curiam Baiuli Ciuitatis
Theani dicto creditori creditoris, petijt
indè cogi, & compelli ſuum creditorem
ad ſibi caſſandum obligationem, fuit du-
bitatum quid iuris reperi *Præſ. de Franch.
deciſ.* 200. *num.* 6. dicentem, quod debitoris
liberatio manet in ſuſpenſo, donec credi-
202 tori, cui fuit liberata pecunia cum cau-
tione, poteſt moleſtari ab alijs credito-
ribus anterioribus, & ſequitur *num.* 10.
quod ſolutio pecuniæ, quæ libera perue-
nit ad

nĩt ad debitorem, libera debet etiam re-
ſtitui creditoris, non autem ſerua, aliàs
reſtitutio differat, ſicut albedo à nigre-
dine, & ſic fuit ſuperſeſſum in tali caſſa-
tione inſtrumenti, donec alitèr &c. ex ad-
ductis per *Dom. Reg de Ponte de poteſt. Pro-*
*reg. tit. de aſſenſ. reg* §. 9. *num.* 17. vbi citat
ipſum *Dom. de Franch.* vbi ſupra, ad pro-
poſitum eius articuli de ſolutione facta
creditori, quæ extinguit creditum quan-
do irreuocabilitèr fieret, alias remaneret
in ſuſpenſo.

*TRIGESIMOPRIMO.*

BArtholomæus Falgheri ciuis Monopoli-
tanus, in lite quam habebat cum Anto-
nia de Cardolis, petijt ipſius depoſitionẽ
ſuper poſitionibus præſentatis, replicabat
ipſa Antonia ſe libentèr depoſituram, ſed
cum conſilio, & præſentia eius Aduocati,
203 quemadmodùm in ruſticis ità ſeruatur,
vt poſt *Marant. in ſpeculo par. 6. verbo produ-*
*cuntur articuli, num.* 14. *Carau. in ritu* 70. ità
204 paritèr in muliere procedere non am-
bigitur, vt probat *Ioſeph Ludouic. in deciſ.*
*Peruſ.* 81. vbi ità iudicatum refert, ſed cũ
diſtinctione, vtputà ſi vellet deponere ſu-
per facto ſuo de recenti, non alitèr con-
cederetur, ſecus tamen in facto antiquo,
quod ſanè arbitrio Iudicantis refertur.
Idcircò die 22. Februarij 1625. iudicaui
ſuper tribus tantùm cartulis cum inter-
uentu Aduocati, vel Procuratoris depo-
neret, eo quia concernebant certam am-
biguitatem facti aliquantulum antiqui, &
facilè errare poterat, quod non in alijs
procederet, quia concernebant factum
proprium, nouiſſimè autem poſt hæc in-
ſurrexit *Tractatus de poſitionibus Blaſij Mi-*
*chaloris I.C. ſolertiſſimi cap.* 33 *à nu.* 11. *ad* 17.
qui hanc opinionẽ ſectatur, citando *Ma-*
*rant. & Ludou. vbi ſupra, & alios, ibiq; nu.* 16.
dixit, temperandũ tamen eſſet, opinio, de
qua ſupra *nu.* 13. Iudicis arbitrio, qui ani-
maduertere deberet vltra perſonæ quali-
tatem, & poſitionum impertinentiam, an
eſſent de facto proprio, vel alieno, an de
recenti, vel antiquo, an de re clara, vel im-
plicita, ſeù inuoluta, vt conſiderat *Ludou.*
*deciſ.* 81. *num.* 4. *& ſeq.* & ſic admictere, vel
non admictere præſentiam Procuratoris,
vel Aduocati.

*TRIGESIMOSECVNDO.*

ABbas Ioan. Franciſcus, & Ioan. Thomas
de Cimino Ciuitatis Monopolis habe-
bant litem introductam in M. C. V. per
viam appellationis cũ Lutio Caleprico,
ſuper læſione rei, petierũt interea fructus
annotari per Curiam Regiam ipſius Ci-
uitatis, ad hoc vt in futurum cognoſci
poſſit de læſione, fuit difficultatum ſi per
205 Iudicem à quo talis annotatio fieri po-
tuiſſet, & per ea, quæ tradit *Marant. in ſpe-*
*culo par. 6. rubr. & quandoq; appellatur, num.*
188. in ſimili de dilapidatione vbi time-
tur, videbatur concludendũ affirmatiuè
fieri poſſe per Iudicem à quo pendente
appellatione, licet autẽ diſtinguat. quod
ſi petatur, antequã appellatio ſit præſen-
tata Iudici ad quem, & per eum recepta,
206 debet fieri per Iudicem à quo, ſed po-
ſteà debet fieri per Iudicem ad quem, ex
*Io. Andr. Abb. Philip. & Alex. ibi relatis,* & ſi
*Carrocc. in tract. de ſequeſtro, par. 2. quæſt. 2. ſe-*
*cunda partis principalis, num.* 4. ſimplicitèr
hoc firmat, poſſe fieri tale ſequeſtrum in
hoc caſu, vbi ampliat in quatuor caſibus
ibi relatis vſque ad *num.* 9. *& Polyd. Ripa*
*ſingul. obſeruat. obſeru.* 163. *num.* 15. & ſic de-
ciſum refert *Cancer. variar. reſolut. tom.* 3.
*cap.* 20. *num.* 220. *& ſeq.* idemq; nouiſſimè
proſequitur *Scaccia in tract. de appellat. q.* 3.
*num.* 28. ſequendo *Marant vbi ſupra nu.* 32.
ſed benè ad rem noſtram *num.* 31. inquit
extende, vt ſi ageretur de ſola fructuum
deſcriptione poſt latam ſentẽtiam, & ap-
207 pellatione pendente poſſit ad eam de-
ueniri, nulla etiam diſſipationis fructuũ
ſuſpictione exiſtẽte, quare actore, qui ſen-
tentiã obtinuit in prima inſtantia inſtan-
208 te pro deſcriptione fructuum, poteſt Iu-
dex à quo non obſtante appellatione de-
uenire ad præfatam deſcriptionem, quia
tendit in faciliorem exitum appellatio-
nis, & appellanti nullum inferri præiu-
dicium, *Lancellott. de attent. limit.* 12. *princ.*
209 *nu.* 25. *& fol.* 368. imò ſequeſtratio fru-
ctuum vbi non poteſt fieri, poteſt tamen
fieri deſcriptio, vt ibi *Polyd. Ripa num.* 19.
dixit, & ſic iudicaui de mẽſe Nouembris
1625. Monop.

*TRIGESIMOTERTIO.*

LVcretia de Babo ciuis Monop. cum ob-
tinuiſſet ſententiam aſſiſtentiæ in ſui
fauorem, vendita indè domo exequuta,
& liberata emptori cum pacto de retro-
uendẽdo, deindè eidem ceſſa per empto-
rem, intereà inſteterat ipſa Lucretia in
Regia Curia Monop. ſibi licere locare
domum ipſam, & à debitore vigore pacti
prædicti, pendente locatione non mole-
ſtari,

ſtari ; eo quia debitor adhùc non procu-
rauerat domum ſuere,& propterea licere
ei locare per annum, & eo pendente non
moleſtari ad hoc allegabatur *tex. in l. ven-
dit. om. § ſi quis ff. de bon. auct. Iudic. poſſid.* vbi
210 habetur, quod creditor miſſus in poſ-
ſeſſionem prædij, debet fructus vendere,
vel locare, ſi debitor ante miſſionem hoc
non fecit, niſi ipſe debitor vendidiſſet, vel
locaſſet fructus in fraudem creditorum,
nàm tùnc creditor miſſus iterum vendi-
dit, vel locat fructus prædij, ibiq; *Angel in
princ.* & quod creditor poſſit locare pi-
gnus, & rem hypothecatam, probat *Car-
roc. de locato. par. 2. tit. de creditore, quæſt. 1.* &
paritèr fundum ſubnectit *quæſt. 4.* vbi citat
*d. l. in venditione, § 1.* & ſic iudicaui die 6.
Iunij 1625. Monop.

## *TRIGESIMO QVARTO.*

DVo principalitèr dubia reſoluenda mi-
hi fuerunt compromiſſa in Terra De-
piniani Prouinciæ Calabriç citra vbi ali-
211 quando reſidebam, vnum erat, ſi inte-
reſſe debeantur ex mora pro ſumma ſol-
ui promiſſa in certo tempore, & de hoc
notabilia extabat *deciſ. Præſ. de Franch. 227.*
vbi dixerit, quod quando ſteterit per de-
bitorem non ſoluere in eo certo tempore
tenetur, nàm dies interpellat pro homi-
ne *l. magnam, C. de contrah. empt.* cum alijs
apud *Picard. in diſput. de mora, num. 69.* hinc
reſultat cautela, vt debitor faciat citare
creditorem, offerendo debitum ſolui, ſed
in caſu noſtro non aderat creditor præ-
212 ſens, ſed abſens, & ſic in hoc caſu mora
non procederet ob cauſam debitoris, ſed
per creditorem, ex *text. in terminis in l. 4.
§. vlt. ff. de lege commiſſ.*
213 Secundo fuit dubitatum, quod ſi frater
præſtiterat alimenta eius ſorori maritatę
ob abſentiam viri, an erit exoluenda per
virum eius cognato, & videbatur negan-
dum per *text. in l. Neſennius. ff. de negot. geſt.
& l. 1. & l. ſi paterno, C. eodem,* in quibus fir-
matur cõcluſio illa, quod ceſſant alimen-
ta ceſſante proteſtatione.

Et licet iura ipſa loquantur in alimen-
tis præſtitis per deſcendentes, deſcenden-
tibus non tamen tranſuerſalibus.
214 At cum ipſe frater reperiretur debitor
fratri, cenſeri debet animo compenſandi,
vt notat *Gloſ. in d. l. Neſennius.*

Sed meliùs videtur decidi caſus iſte in
affirmatiuam partem, in *l. ſi quis à liberis,
215 § ſi mater, ff de lib. agnoſc.* vbi mater, quæ
præſtitit alimenta filio, repetit ea à patre,
216 ea rõne ſubdit *Gloſ.* quia eius eſt onus
alimentandi, vt ibidem *Conduba nu. 32.* no-
tat *Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 1.* ſicq; in ca-
ſu præmiſſo, cum onus alimentandi iſtius
mulieris erat viri, vt per *Afflict. deciſ. 101*
*Surd. d. tract. tit. 1. quæſt. 32. num. 2.* & alimen-
ta debentur vxori etiam ſi haberet vndè
ſe aleret, *Mſinger. ſingul. obſeruat. centur. 1.
obſeruat. 64. Theſaur. deciſ. 43. num. 4.* ſic in
caſu iſto alimenta præſtita per fratrem,
ad quem non ſpectabat onus alimentan-
217 di, ſed ad virum repeti poſſunt, quem-
admodùm vxorem alterius, qui alit, repe-
tit à marito, qui tenebatur alere, *Surd. d.
tract. tit. 6. quæſt. 16. num. 1.* vbi *num. 5.* aſſerit,
quod frater, qui aluit ſororem, repetit à
ſocero ſororis, qui recuſauit alere, & ſic
fuit condemnatus ad alimenta præſtita.
218 Et per iſtam rationẽ in conſimili caſu
mihi decidendo occurſo in Ciuitate Mo-
nopolis, cũ fuiſſet conuenta Laura Taueta
relicta qu. Not. Frãciſci Pauli Chiaues, per
Didacũ Chiaues eius cognatũ ad ſoluẽdũ
alimenta ei præſtita per bimeſtre, ac eius
famulæ, prætextu quod cũ habita fuiſſet
rixa inter eam, & eius generum Not. Io.
Antonium Valente ſe contuliſſet in do-
mum ipſius Didaci, & indè elapſo bime-
ſtre prædicto, habita reconciliatione cum
dicto eius genero, cui ſpectabat onus alẽ-
di iuxtà formam pacti inter eos habiti, in
capitulis matrimonialibus, & licet ꝑ par-
te ipſius Lauræ replicaretur nõ alitèr te-
neri ad dicta alimenta, cũ potiùs iure cõ-
ſanguinitatis fuerint pręſtita abſq; prote-
ſtatione, vt iuris eſt diſpoſitũ in *d. l. Neſen-
nius*, nihilominus fuit condemnata die
13. Septembris 1624. ad petita alimenta
pro ducatis nouem, ex quo erat onus al-
terius ipſam alendi.

## *TRIGESIMO QVINTO.*

FRanciſcus Paulus Rizzitellus aſportà-
bat per Campaneam Monop. Equum
onuſtum, cernens ſibi appropinquari alia
animalia onerata certis lignaminibus, cũ
eſſet noctis tempus, nè ſibi illa nocerent,
aduertẽdo Donatum Palumbum illa du-
centem, nè cogerent animalia, interea ſibi
talia animalia obuiantia caſu lignamina
onuſta applicuerunt ſacco frumento ple-
no, eumq; lacerando, frumentum diſper-
ſit, conqueſtus fuit in Curia Monop. pro
conſequutione frumenti, vel illius pretij,
nàm non ex parte ſua defecerat admo-
219 nere ipſum Donatum, ſicuti ductor te-
netur aduertere tranſeuntes, nè aliquid
contin-

Digitized by Google

contingat, *l.ſi putator, ff. ad leg. Aquil.* & ſi-
militèr proijcientes aliquid in vijs publi-
cis, vt in *Conſtit. Qui de alto*, ità in caſu al-
legato proceſſerat, timens ipſe Franciſcus
Paulus aliquid ſiniſtrũ ſuccedere, aduer-
tit Donatum nè in aliquod damnum in-
curreret, *argum. l. qui foueas, ff ad leg. Aquil.*
quanquam per aduerſam partem prætenſ-
ſum fuiſſet ad aliud non teneri, eo quod
220 noctis tempore erat, & ſic non poterat
ſic facilitèr obuiare damno ſucceſſo, ob
quod poterat excuſari, *argum. l. Gracens,*
221 *C. de adult.* cum damna nocturna non
imputentur, *Polydor Ripa de nocturno tempo-
re, cap 77. num. 17.*
222 Nihilominus deciſio huius caſus patet
in exemplo oſtenſo in *l. ſi ex plagijs, §. in cli-
uo, ff ad legem Aquil.* ibi, *Sed cum homini-
bus, qui conuerſum plauſtum ſubſtinuiſſent
lege Aquilia agi poſſe*; & faciunt verba
magis particularia ſubſequentia, *Veluti ſi
quis Aſellum cum agitaſſet, non retinuiſ-
ſet*, ideò fuit condemnatus die 11. Iulij
1625.

*TRIGESIMOSEXTO.*

Nicolaus Maria de Intino acceperat à
Donato Giura certam pecuniarum
quantitatem pro tribus ſalmis olei perue-
niendi ex ſuo olиueto, ad rationem duca-
torum decem pro ſalma, & ſe obligauerat
eidem Donato, & Hieronymo Palmerio
illud conſignare per totum menſem Fe-
bruarij 1625. adueniente die cõſignatio-
nis, pręfatus debitor dictas ſalmas olei in-
troduxit in domum creditoris, & eo non
reperto, cum antea per multos dies fue-
rat carceratus, & aſportatus in Ciuitatem
Trani, illinc ad certos dies excarceratus,
eaſdem ſalmas creditori conſignauit, &
dùm inſtitiſſet debitor pro caſſatione
obligationis, replicabat creditor nolle
caſſare, cum oleum fuerat ſibi conſignatũ
poſt lapſum temporis præfixi per menſẽ,
quo tempore olei pretium diminutum
fuerat ad rationem ducatorum octo, quo
caſu ſuccedit obligatio ad intereſſe, ex
*text. in l. 3. §. ſi per venditorem, ff. de act. empt.*
223 vbi apertè probatur, quod venditor te-
netur quantiplurimi res fuerit à tempore
moræ, vbi *Gloſ. in verbo fuerit*, hoc eſt per
diei lapſum, *l. ſi fundus, in fine, ff. de lege com-
miſſ.* facit *text. in l. ſi ſterilis, §. cum per vendi-*
224 *torem, ff de act. empt.* qui text. procedit in
omni genere, & ſpecie, vt per *Iaſ in l. num-
mis, ff. de in litem iur. Io. Sapporta in tract. de
mora, cap. 2. num. 50.*

Ex aduerſo videbatur dicendum om-
ninò forè debitorem excludendum, dùm
per ipſum non ſteterat conſignare oleum
225 ſtatuto tempore, ſed per ipſum credito-
rem, qui erat abſens à Ciuitate, *argum. l. 1.
ff. de eo, quod certo loco*, & videtur ſatisface-
re text. *in l. ſi ſoluturus, ff de ſolut.* ibi, *Cum
tamen, & illud maximè ſpectetur, an per
te ſteterit, quominus incontinenti probare-
tur, nàm tùnc perindè habendum erit, ac
ſi parato me ſoluere, tu ex aliqua cauſa in-
cipere nolles*: vndè quemadmodũm cau-
226 ſa carcerationis, & abſentiæ nociua
eſſe non debet creditori, ità paritèr debi-
tori, *argum. text. in l. ſi peremptorem, ff. de act.
empt* vbi *Gloſ.* notat, quod quando mora
procedit tàm ex parte emptoris, quam
vẽditoris, mora cum mora compenſatur,
indè poſt talem oblationem factam non
reperto creditore in domo, & poſt illius
excarcerationem in patriam reuerſo, idẽ
debitor comparendo, oleum promiſſum
conſignauerat, quo fit, vt quemadmodùm
227 licitum ſit moram purgare, *l. interdum,
§. fin. ff de verb. oblig.* ità in caſu propoſito
agendo debitor purgando morã per con-
ſignationem olei debiti, nàm poſt moram
228 offerendo, purgat moram, *d. §. fin.* quæ
vſque ad litis conteſtationẽ purgari poſ-
ſe, inquit *text. in l. ſi inſulam, ff. eod. tit.* & hęc
omnia corroborantur ex *text in l. ſi ſeruum
§. ſequitur, ff. de verb. oblig.* ibiq; refertur re-
229 gula illa, quoties quis moram facit, per-
petuatur obligatio, quæ recipit talem di-
ſtinctionem, *Io. Sapport. in tract. de mora, c. 2.
num. 49.* nàm promiſſor ipſe ſit cauſa mo-
ræ, tùnc teneretur, & purgare eam non
poteſt, ſi verò moram fuit in ſoluendo, &
extat res promiſſa, poteſt poſteà offerẽdo
230 morã purgare, quę eſt de bono, & æquo,
vbi *text.* inquit, *Quare non potior ſit, qui
tenet, quam qui proſequitur*, & pro coro-
231 nide videtur adaptari, *text. in l. quoties,
ff. de ſolut.* quoties id, *Quod tibi debeam,
ad te peruenit, & tibi nihil abſit, nec quod
ſolutum eſt, repeti poteſt, competit libera-
tio.*

Nihilominus pro deciſione huiuſmodi
articnli iudicio meo ſatis conferre vide-
232 tur, *text. in l. quoties in die, ff. de verb. oblig.*
cuius verba ſunt: *Quoties in die, vel ſub con-
ditione oleum quis ſtipulatur, eius æſtimationem
tempore ſpectare oportet, quo die obligationis
venit, tùnc enim ab eo peti poteſt, alio-
quin rei captio erit, vt ſic mora intercedente
te per lapſum diei*, vt ibi conſiderant *Bart.
Iaſ. & cæteri.*

Quæ quidèm omnia, & ſi rectè proce-
dere

dere videantur. Attamen replicabatur
233 ex alio capite, ipſum debitorē teneri ad
intereſſe, poſtquam cum fuiſſet facta pro-
miſſio conſignationis olei, eo tempore
eidem Donato Mariæ, & Hieronymo, ſi
non reperiebatur Donatus Maria, pote-
rat illam facere Hieronymo, & ſic libera-
batur, ex *text. in l. cum quis ſibi, ff. de verbor. obligat. & text. in l. 1 ff. de duobus reis*, pote-
rat enim oleum offerre, vel deponere, *ar-
gum. l. quod epheſi, §. 1 ff. de eo, quod certo loco*,
vel ſaltim denunciare vni eorum, cum
denunciatio inſolidum cuilibet fieri po-
teſt, *l. in exequutione, §. inſolidum, ff de verbor. obligat.* hæc omnia iudicialitèr vt à mora
excluderetur, partes ſe concordauerunt,
ſed veritas ex allegatis patet.

*TRIGESIMOSEPTIMO.*

IOannes Antonius de Staſio, dùm in hu-
manis ageret, ſuos duos filios in matri-
monium collocauit, recipiendo dotes il-
lis datas, ab vno ducatorum 1500. ab alio
ducatorum 500. mortuo vno ex dictis fi-
lijs, qui receperat ducatos 500. relictis tri-
bus filijs, deindè decedēte ipſo Antonio,
& inſtitutis hæredibus Io. Antonio filio,
& filijs præmortui fratris ſui, cū inter eos
quæſtio eſſet in diuiſione bonorū, poſteà
Io. Antonius filius, qui receperat in dotē
ducatos 1500. in vita eius patris voluerat
ex communi patrimonio deducere dictā
ſummam, ſicuti etiam alteram ducatorū
500. dotis præmortui filij, licet nepotes
inſtituti contrarium prætendiſſent, vt ex
portione Io. Antonij deduceretur dos ip-
234 ſa ducatorum 1500. & nō ex communi
patrimonio, fuit hæſitatum in Regia Cu-
ria Monop. quid iuris, & ſecundum di-
ſtintionem proditam à *I. C. in l. ſi filia nu-
pta, §. ſi filiusfamilias, ff. famil. erciſc. & in l. ſi
cum dotem, §. transgrediamur, ff. ſol. matrim.*
probatum eſt, quod ſi inſcio patre, filius-
familias matrimonium contraxit, citra
dubium pater tenetur, quatenùs eſſet in
peculio filij: Cæterum autem in matrimo-
nio contracto de conſenſu patris ſe obli-
gantis ad reſtitutionem, vel vertendum
dotem in eius vtilitatem inſolidum tene-
tur, ſed mortuo patre, filius vt eius hæres
tenebitur, ſicut dicitur in finalibus verbis
*d. §. transgrediamur*, & latiſſimè proſequitur
*Conſ. Io. Andr. de Georgio alleg.* 41. qui in iu-
235 re allegauit pro vxore quæ dederat do-
tem ſocero, ob cuius obitū maritus eius
filius hęres, refert deciſum in eius fauorē,
quē ſequitur *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7.
gloſ. 3. par. 1. num. 55.* ſubdens *num. 56.* quod
pater cum conſentit, quod filius ſolus re-
cipiat dotem, tenetur & ipſe, & ſic deci-
236 ſum, ſimilitèr pater remanet obligatus
pro dote recepta per filium, cum ipſe cō-
ſentit, & quod tota ei ſoluatur, & deciſio-
nes affert *Fontanell. d. clauſ. 7. gloſ. vnica,
par. 13. num. 36.* dos ſoluta patri, & filio, to-
237 ta cenſetur perueniſſe ad patrem, quod
bona adminiſtrauit, ex multis probat
*Conſ. Fab. Anna conſ. 76. num. 9.* quem ſequi-
tur *Molfeſ ad Conſuet. Neapol par. 6. quæſt. 7.
num. 17.*
238 Iis accedit, quod diſcutit *Facchin. con-
trouerſ. iur. lib. 8. cap. 4.* quod dos filiæ vnius
ex ſocijs omnium bonorum ſoluenda ſit
ex bonis communibus, ex *Natta, Rol. Tob.
Non. & Menoch. ibi relatis, Hect. Felic. in tra-
ctatu de ſociet. cap. 26. num. 16. & ſeq.* latiſſi-
mè *Blaſ. Michalor. in tract. de fratribus p. 2.
cap. 28. per totum.*
239 Sic etiam pater vt obligetur ad dotem
filij, duo exiguntur, eius cōſenſus, & quod
illi tradatur, ex *Milan. & Manente*, refert
*Pratus diſcept. forenſ. cap. 31. num. 39. tom. 1.*
240 & proindè tenetur ad dotis nurus reſti-
tutionem, ſi pecuniæ ad ipſius manus per-
uenerint, vel res fuerit in ipſius vtilitatem
verſę, ex *l. ſi filia, §. 1. ff famil. erciſc.* probat
*Io. Bapt. Gargiar conſ. 15. nu. 3. lib. 2.* vbi plu-
ra, latiſſimè *Conſiliar. Paſcal. de virib. patr.
poteſt. par. 2. cap. 8. à num. 78. & ſeq.* vbi *nu.* 88
241 probat, quod dos conſignata patri, de-
duci debet tanquam æs alienum, licet nō
probetur eam verſam fuiſſe in communē
filiorum vtilitatem, ad quorum comprо-
bationem notabilitèr in terminis ſuadet
*Monticul. de inuentario cap. 10. num. 246.* vbi
quærit, quod ſi filius vxorem ducit, tene-
242 tur pater dotem cautam facere, & quod
tàm filius, quàm pater dotem recipiētes,
illa dos detrahitur de patrimonio patris
defuncti, & filius illam non confert, etiam
ſi non fecerit inuentarium, quia illam iu-
re extero capit, non hæreditario, ex *Ro-
land. de lucro dotis, quæſt.* 110. & ſic talis
dos, vt ęs alienum exiſtimata, ſubſequi-
tur *text. in l. 1. C. ſi certum petatur. Neque
æquam, neque vſitatam rem deſideras, vt æs
alienum patris tui non pro portionibus hære-
ditariis exoluatis, tu, & frater cohæres tuus,
ſed pro exiſtimatione rerum prælegatarum cum
ſit explorati iuris hæreditaria onera adſcri-
ptos hæredes pro portionibus hæreditariis,
non pro modo emolumenti pertinere, &c.*
quod exemplo conſimili oſtenditur in
243 *l. ſi pater, C. de collationib.* ſicque dedu-
ctis priùs dotibus ipſis à patre receptis



Digitized by Google

procedi debeat ad diuiſionem hæredita-
tis remanſæ æqualitèr,alitèr ſi ipſis inclu-
ſis in diuiſione, potiùs inęqualitas ſucce-
deret, quam æqualitas, & ſic fuit obſer-
uatum.

*TRIGESIMOOCTAVO.*

DVbitatum fuit in Regia Audientia Ca-
labriæ citra,dùm Auditores ſolent per
Prouinciam commeari,& pro dictis acci-
pere certũ quid pro ſalario ſingulis die-
bus taxato p Regias Pragmaticas, ſi vni-
co die opus compleuerint,quod per duos
244 dies,vel tres compleri deberet, an inte-
grum ſalarium recipi debeat, & *Alber. in
l.eos,§.qui pro ſe milite,ff.de falſ.*per *Gloſ. ibi*
notat,quod ſi Officialis,cui pro quolibet
die aſſignatum eſt certum ſalarium, & in
die fecit tantum quantum facere debeat,
245 in duobus debet habere ſalarium du-
plicatum,& ſubdit *Carau, in addit. ad d.§.
qui pro ſe*, quod notat pro Auditoribus
huius Prouinciæ Calabriæ, & Commiſſa-
riorum, ex *Freccia, Cotta, & Menoch. ibi re-
latis*, ſic etiam Commiſſarius ſi vno die
expediuit iter plurium dierum, duplicari
debet ei ſalarium, ex *Auiles in cap.1. Præ-
torum,gloſ.ſalario,ſub num.3.& Alciat.in l.3.
ff.de verb.ſignif.* notat *Reg. Rouit in prag.6 de
Commmiſſa.num* 10. ad idem optimè *Dan-
za de pugna Doctorum, tom.3. tit. de ſalario,
cap.2.num.*49.

*TRIGESIMONONO.*

LIquidatis expenſis per Regiam Curiam
Monop.in cauſa Monaſterij S.Domini-
ci contra Hieronymam Falgheram,& in-
246 ter cętera liquidatum fuit ſalarium Ad-
uocati in ducatis tribus, & ſalarium Pro-
curatoris in carolenis quindecim, quod
quidèm ſalariũ de iure illis debetur, *Re-
buff. ad Conſtit. Galliæ tom.3. art.5. gloſ.vnica
num.19.tit.de expenſ.damn.inter. Andr.Gayll.
lib.1.pract.obſeru.in 1.obſeru nu.37.Galgagn.
ad ſtatuta Vrbis lib.3.cap.92.*

Comparuit Not.Io.Baptiſta Maurellus
vti Procurator Conuentus S. Dominici,
& ſibi expediri fecit mandatum per Cu-
riam ipſam directum ipſi Hieronymæ, vt
ſibi ſalarium prædictum ſolueret, & fecit
illi apocã receptionis totius ſummæ du-
cat.4. 2. 10. tàm pro ſalario ſibi compe-
tenti, quàm pro alijs prætenſis per eum
accipiendo etiam ſalarium deſtinatum
pro Aduocato: inſtatũ indè fuit per Mo-
naſterium ipſum nõ teneri ad reſtitutio-
nem dictæ ſummæ; poſtquam ex fide Ad-
uocati præſentata,nullum receperat com-
potum,nec proindè ſuper tali ſumma po-
terat ſatisfieri, dùm non erat probatum
de ſuis iuribus, ſimilitèr nec ſalarium ab
ipſo prætenſum ſibi debebatur, eo quia
ex alia fide apparebat nullũ extare man-
247 datum in ſui perſonam, & Procuratori
incumbit probare ſe mandatum habere,
vt probat *Maſcard. de probat. concluſ.*1005.
*num.*4.vbi *num.*14. ſubdit, mandatum non
habuiſſe Procuratorem probari, ex eo,
quod in proceſſu non apparet: vndè fuit
condemnatus ad faciendum depoſitum
de menſe Februarij 1624. & illud fuit li-
beratum eidem Monaſterio cum cautio-
ne in forma.

*QVADRAGESIMO.*

ANtonia Calefata petierat in Regia Cu-
ria Monop. ducatos ſexdecim ex pre-
tio cuiuſdam gonnellæ, à Martia de Leo
ei venditæ,& capta informatione,fuit be-
nè probatum per tres teſtes venditionem
ipſam,ex aduerſo conuenta per binos te-
ſtes probauerat ſoluiſſe, ſed remanſiſſe
debitricem in carolenis 20. pro quibus
dederat in pignus quondam mantum, &
circa hoc contingit diſſerere, eſſe de iure
etiam diuino comprobatum, quod in
248 ore duorum, vel trium, ſtat omne ver-
bum *Matt. 18. cap. licet, de teſt.* at cum
fuiſſent examinati tres teſtes ad inſtan-
tiam prædictæ actricis, & duo ex parte
conuentæ, & hoc videbatur dicendum
numerum teſtium eſſe attendendum, &
249 proindè numerus teſtium ſupplet,quod
in fide defuit *Gloſ.in l.3. §.eiuſdem,verſ.nu-
merus,ff.de teſt.& in l.ob carmen,§.1.ff.eodem,
verſ in pari*,ibi, ſecus ſi à diuerſis partibus,
quia tùnc maiori numero creditur.
250 Verum quia *text. in d. l. ob carmen, §. fin.*
hæc formalia verba enunciãdo dixit,*Non
enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad
ſinceram teſtimoniorũ fidem, & teſtimonia qui-
bus lux veritatis aſſiſtit*; ideò conſiderandũ
duxi atteſtationes teſtium actricis, qui in
ſumma deponebant Octauium Maraffa
vendidiſſe dictã gonnellam Antoniæ Ca-
lefatæ pro ducatis ſexdecim, & pro eadẽ
ſumma ipſam Antoniam vendidiſſe dictæ
Martiæ de Leo ſoluẽda in menſe Decem-
bris 1624. licet ex aduerſo producti eſſẽt
duo teſtes ſingulares deponentes ex ore
principalis remanſiſſe debitricem pro re-
ſiduo in carolenis 20. pro quibus in pi-
gnus dederat quodam mantile, & ſibi fe-
ciſſe

ciſſe ab vna ex eis mutuare dictos caro-
lenos 10. ſoluendos eidem actrici, nihilo-
minus apparebat ex hoc debitum confeſ-
251 ſatum, nec verè ſolutum, & nulla maior
probatio, quam oris confeſſio, *l. cum te,*
*C. de probat.* cum alijs apud *Barboſ. princip.*
252 *vtriuſq; iur. lit. C. num.* 40. indè confeſſio-
ni per duos teſtes probatę ſtandum con-
tra confitentem, *Afflict. deciſ.* 105. *num.* 1.

Et conſequentèr confeſſus pro iudica-
to habetur, probat *Mancin. in tract. de con-*
253 *feſſ. cap.* 1. *num.* 1. nàm talis confeſſio eſt
probatio probata, & facie nototium, *Ma-*
*ſcard. de probat. concl.* 1332. *num.* 4. fuit con-
demnata die 8. Aprelis 1625.

### *QVADRAGESIMOPRIMO.*

IN cauſa Octauij Goſciæ cum Paulo de
Taranto, compertum refertur, dictum
Octauium pignori dediſſe quondam pal-
lium pro carolenis decem, indè poſt cer-
tos dies dando pecuniã, petijt pallium, &
ei fuit conſignatum, in quo reperit fuiſſe
tignis obrutũ, ob quod conueniri fecerat
ipſum Paulum ad emendam damni paſſi,
ob eius malam cuſtodiam adhibitam, ad
254 hoc videtur facere *text. in l.* 1. §. *veſtimen-*
*ta, ff depoſ.* vbi *Paul. Caſtr. & I.C.* inquit, ſi
veſtimenta ſeruanda balneatori data pe-
rierunt, ſiquidèm nullam mercedem ſer-
uandorum veſtimentorum accepit, depo-
ſiti eum teneri, & dolum dumtaxàt, quod
ſi accepit ex conducto.

255 *Text. in l. qui furtum, ff. de cond. furt.* ibi:
*Hoc quod etiam ſi ſine dolo malo, & culpa eius*
*res interierit, conditione tamen tenetur, cum in*
*commodati actione non facilè vltra culpam, &*
*in depoſiti vltra dolum, & malum teneatur is,*
*cum quo agetur.*

256 Ad hoc etiam *Viſcont. in ſuis concluſ. ver-*
*bo conductor, qui expenſas, in medio,* inquit,
*Sartorem teneri infra tempus prædictum ſex*
*menſium de veſtimentis corroſis à muribus in*
*ſua apotheca*, ſecundum *Parid. de ſyndic. in*
*verbo negligentia, num.* 18. allegat *text. in l. itē*
*quæritur, §. ſi quis, ff loc.* quem refert, & ſequi-
tur *Paul. Fuſc. ſing.* 4. *lit. S.* & conferunt ſcri-
pta per *Neguſant. de pignor. in* 1. *memb.* 5. *par.*
*num.* 2.

257 Pro deciſione articuli ſatis videtur fa-
cere *text. in l. in rebus, ff commod.* ibi, *Sed vi-*
*dendum eſt, ne & culpa præſtanda ſit, vt ita cul-*
*pæ fiet æſtimatio, ſicut in rebus pignori datis, &*
258 *dotalibus æſtimari ſolet,* & corroboratur ex
*l. ſi cum venderet, §.* 1. *ff. de pignor. actio.* inquit
I.C. venit autem in hanc actionem, & do-
lus, & culpa, vt in commodato venit, &
cuſtodia vis maior non venit, ſimilitèr
259 *I. C. in l. item quæritur, §. ſi Fullo, ff. locati,*
inquit, *Si Fullo veſtimenta polienda accepe-*
*rit, eamq; mures roſerint eo locato tenetur, quia*
*debuit ab hac re cauere.* vbi *Gloſ. ver. cauere,*
ſubdit, & in locum tutiorem transferre,
*argum. inf. de damno infecto, l. vtique*, & in
ſumma in terminis noſtris inquit *Scaccia*
*in tract. de commerc. §. 2. gloſ.* 5. *num.* 313. quē
ſequutus eſt nouiſſimè *Merlin. in tract. de*
*pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 132. *num.* 2. vndè He-
260 bręi feneratores tenentur ſoluere dam-
num, & intereſſe quando reſtituunt veſtes
corroſas à tineis, vel muribus, quia dice-
rentur fuiſſe in leui culpa, ex *Neguſ. de pi-*
*gnor.* 1. *memb.* 5. *par. num.* 2. & ſubdit *Scaccia,*
261 ſicque creditor, cui datum eſt pignus,
tenetur ad exactam diligentiam, *§. credi-*
*tor quoque, Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.*
vndè ex ijs fuit condemnatus.

### *QVADRAGESIMOSECVNDO.*

DVbitari contingit annis præteritis in
cauſa Affictatorum gabellę fructuũ hu-
ius Ciuitatis Neap. poſtquã ipſi affictaue-
rant dictã gabellam per quinquenniũ ab
ipſa Ciuitate cum pacto, quod pro primis
ſex menſibus ſoluerent duc. 350. pro reli-
quis menſibus, duc. 800. ſingulis mēſibus,
& facta per eos ſolutione iuxtà conuen-
tionem pro quatuor menſibus in quinto
menſe completo gabella ipſa facto Excel-
lentiſs. Proregis Ducis Oſſunæ fuit diſ-
miſſa, ſuperuenit ipſa Ciuitas, quę noluit
pro iſto menſe ſolutionē accipere iuxtà
promiſſionem, ex quo ipſa gabella repe-
riebatur in lucro, voluit iuxtà formam al-
terius pacti ſolutionē recipere, & ad hoc
allegabatur *text. in l. ſi quis domum, §. hic ad-*
*iungi, ff. loc.* quem citat *Roman. in conſ.* 454.
262 *num.* 3. quod ſi conductor ad quinquen-
nium impediatur vti re locata, tenetur ad
ratam penſionis pro eo tempore quo vſus
fuerit re locata, nec curandum erit de ſo-
lutione facienda vno modo in primis ſex
menſibus, alio modo in ſequentibus, quia
263 dies adiecta cauſa differendæ ſolutio-
nis obligationem non perimit, *l. ſi manda-*
264 *to, §.* 2. *ff. mandati*, ad quod facit *text. in*
*l. centeſimis, ff. de verb. oblig.* cuius verba ſũt:
*Centeſimis calēdis dari vtilitèr ſtipulamur, quo-*
*niam præſens obligatio eſt, in diem autem dila-*
*ta ſolutio, & Bart in l. ſi ſeruus, §. ſeruus, nu.* 7.
*ff. de ſtipul. ſeru.* dixit, quod ſi domus loca-
ta eſt, & promiſſa penſio in annos, & men-
ſes ſingulos, vnica eſt locatio, ſed plures
265 præſtationes, ſic locatio facta pro pluri-

bus annis, vnica locatio eſt, ex *Socc. Bart. & Carrocc.* probat *Coſta de de portione rata, quæſt.93, num.5. ſubdens idem num.6.* in loca-
tione plurium rerum, vel facta diuerſis
266 perſonis ea ratione ſotte, quod remiſ-
ſio non fit, quando fructus, vel valor ipſo-
rum creſcit, vel decreſcit, ex multis pro-
bat *Carrocc. de locato, & conducto, tit. de remiſſ. merced quæſt.8, num.65.*

Contrarium fuit iudicatum per Tribunal Deputationis Sancti Laurentij huius Ciuitatis Neap.

*QVADRAGESIMOTERTIO.*

DEbitor quidã vigore obligationis pe-
nès acta ſtipulatæ, depoſuit pecuniam,
& depoſitum, præſentauit penès acta cre-
ditorum ſui creditoris, quare ſtante libe-
ratione facta per Curiam Baiuli huius Ci-
uitatis Theani dicto creditori ſui credi-
toris, petijt cogi, & compelli ſuum credi-
torem ad ſibi caſſandum obligationem,
vndè dubitatum fuit quid iuris, poſtquã
*Præſ. de Franch deciſ.200 nu.6.* inquit, quod
267 debitoris liberatio manet in ſuſpenſo,
donec creditor, cui fuit liberata pecunia
cum cautione, poteſt moleſtari ab alijs
creditoribus anterioribus, & ſic regula
268 illa, quod ſolutione eius, quod debetur,
tollitur obligatio, & hypotheca, *§ omnis, Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* cum alijs apud
*Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. oblat. & retent. cap.54. num.1.* vbi *num.2.* limitat hãc
regulam, quando id, quod ſoluitur, irre-
uocabilitèr ſoluitur, ſecus ſi reuocabili-
269 tèr, quia tùnc ſolutione eius, quod de-
betur, non tollitur omnis obligatio, ſed
quis liberatur ad tempus, non autẽ om-
ninò, *l. non videtur, ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi creditor, ff. de ſolut. Franch. vbi ſupra num 12.*
270 Licet autem ex aduerſo replicari poſ-
ſit, quod debitor ſoluens creditori credi-
toris, etiam ſine mandato liberetur, *l. nomen, l. ſoluendo, & l. ſi liber homo, ff. de negot. geſt.* cum alijs adductis per eundem *Pyrr. Maur. eod. tract. cap.5. num.5.* quia vtile ne-
gotium pro creditore gerit, & ſoluere
creditori, vel creditori creditoris paria
ſunt, & liberationem inducit ſaltem ope
exceptionis, *vt ibi proſequitur.*

Attamen quia iſte debitor depoſuerat
pecuniam in cauſa creditorum eius cre-
271 ditoris, & depoſitum vim ſolutionis nõ
habet, niſi ſit auctore prætore, & in iudi-
cio factum, *idem eod. tract. cap.2. §.4. num.7.*
& in actis non conſtabat illud feciſſe au-
ctore prætore in præſenti caſu, fuit ſuper-
ſeſſum, donec ſolutio facta re alitèr abſq;
impedimento alterius creditoris inſpi-
ceretur.

*QVADRAGESIMOQVARTO.*

RElicto hærede vniuerſali in teſtamento
inter cætera legata Teſtator reliquerat,
cuidam mulieri ducatos viginti pro eius
ſeruitijs ſoluendis ab hærede infra men-
ſem, vel quandam Terram ſitam in certo
loco, cum facultate capiendi propria au-
ctoritate, & dùm legatarius dictam Terrã
eligiſſet, & propria auctoritate cœpiſſet
eam arando, & ſeminando, in colligendo
fructus, impedita fuit recollectio ab hæ-
rede, per quem fuerunt introductę aliquę
perſonæ ad vindemiandum, contra quos
fuit expoſita querela per legatarium, &
demum declarata ciuilis, in proſecutione
cauſæ ciuilitèr, fuit dubitatum quis ma-
nutenendus erat in poſſeſſione, pro lega-
tario dicebatur eſſe in poſſeſſione rei, &
ſucceſſiuè ad ipſum ſpectare recollectio-
272 nem fructuum, nàm dominium legati
recta via tranſit in legatarium, *l. à Titio. ff. de furt. Gloſ in l. fin. §. tali itaque, C. de curat. furioſ. verſ. requirendis,* & tantò magis quæ-
273 ſitum apparebat, dùm vigore talis po-
teſtatis ſibi relicta à Teſtatore capiendi
propria auctoritate, quam cum effectu cę-
perat nemine contradicente, per ea, quæ
notat *Puteus deciſ.73. num.7. par.3.*
274 Imò legatarius poteſt percipere fru-
ctus rei legatæ ante aditam hæreditatem,
ſi licentiam ei Teſtator dederit, vt acci-
peret propria auctoritate, *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.4. tit.5. artic.10. nu.19.*
nec dubitandum erit, quin Teſtator poſ-
275 ſit facere, quod legatarius poſſit impu-
nè apprehendere poſſeſſionem rei legatæ
propria auctoritate, *DD. in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius, ff. de leg.2.* cum alijs apud
*Vaſq. de ſucceſſ. tom 1. lib.1. §.9. num.16.* eun-
dem ſequitur *Craſſ. de ſucceſſ. tom.2. artic. collat bon. quæſt.9. num.2. Marta in ſumma de ſucceſſ. legal. par.4. quæſt.19. artic.1. num.11. Surd conſ.265. num.9. & 30. vol.2.*
276 Et ſi dicatur, quod legata omnia de
manu hæredis capienda ſint, *l. legatum, ff. de leg.1. Nicol. Bell. ſuppont. iur. lib.4. cap.18.*
277 *num.20.* ità quod legatarius non poſſit
auctoritate propria legatum accipere,
alitèr teneretur ad reſtituendum hæredi,
*l. vnica, C. quor. legat. Nouell. in reg.71. Craſſ. d. quæſt.10 num.1. ex text. in l. non eſt dubium, C. de legat. in tit. tranſmiſſio,* & iterum *d. q. 9. artic. collatio bonorum, num.1. Marta vbi ſupra num.1.*

Digitized by Google

*num.*1. eo maximè ante aditam hæredita-
tem, & poſſeſſionem captam ab herede,
nàm tenentur illã reſtituere, vt ibi dixit,
& rationem reddit ibidem *Craſſ.* & ſic ca-
dit à iure ſuo, vt voluit *ibidem Marta nu.*3.
hoc tamen limitatur quando de licentia
Teſtatoris hoc faceret, vt ſupra dictum
eſt *Ficard. inter commun. opin. tom.*2. *tit de ijs
quib. vt indign. num.*13. cum alijs apud *Do-
nat. à Fina inter d. commun. opin. eod. tom.*2.
*tit. de legatis, num* 66 *Berous conſ.*142.*num.*6.
*volum.*2.

Pro parte heredis dicebatur pro eo adeſ-
ſe preſumptionẽ iuris, nàm heres præſu-
278 mitur ſtatim adire hæreditatem, ex quo
aditio debet fieri ſtatim, vt qui poſſit ſe
iuuare inuẽtario, & proteſtatione, *Paul.
Bellon. de poteſt. in ſe ipſum, lib.*1 *c.*42.*nu.*6. *in*
279 *fine*, quãuis aditio hæreditatis ſit actus,
vt probat *Craſſ. d.*2.*tom. in tit. acquiſitio hæ-
redit tis queſt.*5.*num.*1. adhuc tamen non
preſumitur, niſi probetur, vt probat *nu.*2.
280 & tunc hæres dicetur dñus, & hæredi-
tas dicetur dñium, § *fin. Inſt. de hæred. qua-
lit. & diff. Raynald. Corſius lib.*3 *indagat. iur.
cap.*4.*num.*1. & maximè adita hæreditate,
non tamen adhuc poſſeſſor. *Menoch. de recu-
per. poſſ. remed.*10.*n.*50. & ſucceſſiuè poſſeſ-
ſionẽ rerum hereditatis in eius perſonam
eſſe, & cõtinuari, ſed etiam dñus, nàm per
aditionẽ hæreditatis ſolam dicitur acqui-
281 ſiuiſſe dominium omnium ſingulorum
rerum hereditariorum, *Sim. de Petr. de in-
terp. vltim. volunt. lib.*5. *dub.*1. *num.*82. quo
282 fit, vt licet legata præſtari debeãt adita
hæreditate, *l. omnia, ff. de leg* 2. hoc ſanè in-
telligendum erit preuia illorum petitio-
ne, *l. quod debetur, ff de iudic.* & propterea ſi
283 legatarius citra petitionem rem lega-
tam occupare voluerit vigore poteſtatis
ſibi traditæ, de poſſeſſione capta inſtru-
mentum cõficere tenetur, per ea, quæ tra-
dit *Praſ. de Franch. deciſ.*204.*num.*31. quod
poſſeſſio probatur per inſtrumentum ca-
284 pturæ poſſeſſionis, nàm poſſeſſio rerum
incorporalium nõ acquiritur ſine appre-
henſione, & animo poſſidendi, *Maſcard. de
probat. concl.*1184 *num.*19.

Secundò dicebatur pro hærede, quod
cum tale legatum erat alternatiuè con-
ceptum, hoc eſt ſoluere ducatos viginti
infra menſem, vel quandã terram dare, &
285 certũ erat, quod illa dictio, *vel*, ex ſui
natura eſt alternatiua, quæ habet in ſe im-
plicationem, & impliceat præcedentia in-
ſequentia, vt probat *Barboſ. in tract. de di-
ction. in dict.*360 *num.*2. ſubſequitur, quod
cum legatarius ſit propriè creditor, pro-
bat *Vacon. à Vacuna lib* 3. *declarat. iur. ciuil.*
286 *in declarat.*45. *num.*7. & hæres ſit debi-
tor, eo quia hæres ex quaſi contractu
ex aditione hæreditatis inducto, tene-
tur creditoribus hereditarijs, & rema-
net obligatus fideicommiſſarijs, & lega-
tarijs, *Simon de Petris d. tractatu d. lib.*5.
287 *dub.*3.*num.*14. in alternatiuis eſt ele-
ctio debitoris, iuxtà regulam *cap. in alter-
natiuis, de regul. iur. in* 6. cum alijs apud *Eue-
rand. in topica iur. loco à natura altern. num.*1.
*Macerat. lib.*2.*reſolut. vlt. cap.*26. & ſic illa
alternatiua debebat expleri per heredem
requirendum, an ſoluere deberet dictos
ducatos 20. vel terram ipſam, nàm in al-
288 ternatiuis ſufficit alterutrum adimple-
re, ad *text. in l. cum pupillus*, §.1. *ff. de condit.
demonſtr.* ideircò pendente tali alternati-
ua neutiquam poterat legatarius Terram
præoccupare, ità quod ſi legatarius in-
traret poſſeſſionẽ fundi auctoritate pro-
289 pria, & fructus perceperit, poterit hæres
fructus, & rem vendicare, *d. l omnia*, §.1. *ff.
de leg.*2. cum alijs apud *Craſſ. d. tract. tom.*2.
*artic. offic. hæred. queſt* 9 *num.*3.
290 Sed ijs replicabatur ſtante poteſtate
capiendi à teſtatore relicta, vt ſupra dictũ
eſt, & probat *Craſſ d queſt.*9 *num.*2.
291 Et fortiùs, quia in legatis alternatiuis
non procedit regula prædicta, ex *Gloſ. in
l. Lucio, ff. de leg.*2 probat *Euerard. ibi nu.*4.
ſubdens eo maximè quando verba in le-
gato diriguntur directo legatario.
292 Et ampliùs, quia ipſa legataria obti-
nuerat ceſſionem eiuſdem Terræ ſibi le-
gatæ ab hærede, quam eligerat ipſa lega-
taria vigore legati alternatiui, cui electio
de iure ei competebat, ex *Gloſ. in d. l. Lu-
cio. verbo peſſimis, verſ. tamen ſecundum Io.*
293 Ex quibus omnibus concludi videba-
tur, ne dùm ex dicta alternatiua electione
debere manuteneri, ſed etiàm ob pote-
ſtatem à Teſtatore conceſſam, vt probat
ex multis *Poſtius in tract. de manutent. obſer-
uat.*47.*num.*4. & ſic fuit manutenta in poſ-
ſeſſione dictæ Terræ.

## *QVADRAGESIMO QVINTO.*

AVus quidam fecerat teſtamentum, hæ-
redeſq; inſtituendo ſuos filios cũ con-
ditione, quod ſi vnus ex filijs nomine Ti-
tius, qui vxorem nec filios habebat, deceſ-
ſiſſet, ſuccedere debeat alius ſuperſtes cũ
filijs ſuis: Accidit, quod alter filius vxo-
ratus filiam ſuam nuptui tradidit cum
congruenti dote promiſſa, & poſt contra-
ctum dictum matrimonium deceſſit filius
non

non vxoratus : Verùm, quia dicta filia
maritata renunciationem fecerat eius pa-
tri in forma ampla ; & deficiente tali fidei-
commiſſo,prætendebat dicta filia marita-
ta,quæ renunciauerat , admitti ad ſucceſ-
ſionem Aui , non obſtante tali renuncia-
tione per eam facta , & ſic contingit de
294 tribus dubitari, & Primo , ſi filij cum
patre cumulatiuè ſuccedere deberent, vel
ordine ſucceſſiuo,vt priùs pater,deinde
filij poſt obitum patris admittendi, & ta-
lis quæſtio ſopita cernitur apud *Præſ. de
Franch. deciſ.633.* qui conſimilem articulũ
pro vtraq; parte diſſeruit , & demum re-
fert per S.C. fuiſſe deciſum , vt cumulati-
uè, & iunctim ſuccedant, quæ & ſi loqua-
tur in ſucceſſione patris cũ filijs maſcu-
lis, in caſu iſto non aderant maſculi , ſed
ſolùm ipſa fœmina.
295 Aliud dubium erat, ſi filiorum appella-
tione fœminæ comprehendantur, & pari-
tèr concludunt DD. affirmatiuè, *Io. Petr.
Mollign de appell. iuris vtriuſq; extent. lit. F.
num.427.& 429. Fuſar.conſ.101.num.1.conſ.
109.num.7.conſ.136.num.1.& 7. & in tract.
de ſubſtit. quæſt.311. Regens Hector Capycius
Latro deciſ.3.num.1.& 2.Marta in ſumma de
ſucceſſ.legal. par.1.quæſt.13.art.8.nu.20.* ma-
ximè in teſtamentis *Giouagn. conſ.97.nu.4.
lib. 1.*
Vltimum dubium, in quo tota vis cau-
ſæ cõſiſtere videbatur, dato quod veniant
fœminæ appellatione filiorũ , an iſta mu-
296 lier maritata admitti deberet ad ſuc-
ceſſionem Aui, nõ obſtante renunciatio-
ne facta per eam in beneficium patris, vel
aliorum , cum certum ſit , quod fœminæ
297 cum nuptui tradantur,renunciare ſolẽt
iuxtà diſpoſitionem *cap. quàmuis , de pactis
in ſexto,Gallerat.in tract.de renunt.tom.1.lib 1.
cap.2.num.43.* & ibi plura circa hoc dedu-
298 xit,adeò quod fœminæ excluſæ, ſemper
cenſẽtur excluſæ à ſucceſſionibus,vt pro-
ſequitur *Marta in ſumma legali par.1. q.13.
299 art.9. per totum*, & ſtante renunciatione
habẽtur pro mortuis,vt tradit *Re. Rouitus
conſ.46.num.26 tom.1. Honded.conſ.1.nu.86.
vol.2.& conſ.6.num.12.tom.1.*
300 Verùm,quia filia à ſucceſſione excluſa
à dotantis dumtaxàt cenſetur excluſa,
*Iacobus Gallus conſ.61. num.12. & 40.* ſimi-
301 litèr ſi alijs ſucceſſionibus renunciaue-
rit, ſemper excluditur, *Gallerat. d. tract. to-
mo 5. renunt. 25.nu.60. Ventur.conſ.25.nu.67.
& conſ.43.num.45.conſ.48.num.74.*
302 Et propterea ceſſantibus illis,in quorũ
beneficium renunciauerat,ſemper admit-
titur in eorum defectum ceſſante cauſa
excluſionis,latè *Marta d.par.1.art.9. per to-
tum*, per exempla demonſtrans *Honded.
conſ.9.tom.2.& conſ.48.num.40.*
303 Hinc filia, quæ dote accepta renuncia-
uit bonis patris,poterit ea petere ex futu-
ra, & noua cauſa, idem *Gallerat. d.tract. d.
tom.1.renunc.17 num.34.* quocirca vltra ad-
ducta per *Molfeſ.conſ.48.num.40.* dicentẽ,
304 quod renunciatio ſolùm comprehen-
dit debitum ex cauſa de præſenti,vel de
præterito,ſed non extenditur ad ius debi-
tum ex noua cauſa , & ex nouo iure , &
ſubdit , nec paritèr ad incogitata reſtrin-
gi,& ſic deciſum in S. C. refert *Viuius de-
305 ciſ.316.num.18.* in fauorem ſororis,quę
amplam fecerat renunciationem , vt non
excluderetur à ſucceſſione delata .
Quanquam autem *Peregrin. de fideicom.
artic.23.num.54.& ſeq.* diſputat articulum
306 in terminis , quod ſtante ſtatuto exclu-
ſiuo fœminarum in fideicommiſſo auito
fauore filiorum , & deſcendentium ordi-
nato , quod tùnc filiæ fœminæ non con-
currunt cum proprijs fratribus,vt ibi per
307 eum,& *num.57.* adeò quod fœminæ non
veniunt appellatione filiorum , attenta
ipſius proprietate, ac natura,ex *Larrea de-
ciſ. Granat.53.num.11.* probat *Io. Dexart. de-
ciſ.Sardin.31. nu.11.* quibus addo *Giouagn.
conſ.11.num.3.lib.2.* vbi *num.4.* ſubdit,quod
fœminæ non veniunt appellatione filio-
rum ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum.
Sed benè replicari poterat attenta di-
ſpoſitione noſtri ſtatuti *Conſtit. In aliquibus.*
308 quod per ſtatutum non cenſetur exclu-
ſa fœmina per Teſtatorem , niſi ab hære-
ditate illius,de quo ſtatutum loquitur, vt
ex multis probat *Ciarlin. controuerſ. forenſ.
tom.1.cap.78.num.8.* ſubdens *num.9.* quod
fœmina non excluditur à fideicommiſſo,
quando ex forma ſtatuti non erat exclu-
ſa ab hęreditate illius , qui reperitur gra-
uatus onere fideicommiſſi,& vt fœmina
à ſtatuto excluſa per maſculum, non ſuc-
cedat in fideicommiſſum cum eo oporte-
re,vt maſculus ille eam excludat non ſo-
lùm à ſucceſſione grauati, ſed etiam gra-
uantis, ſeù fideicommittentis,& tùnc ap-
309 pellatione filiorum ſtante dicto ſtatuto
non venirent , quando eſſent excluſæ per
ſubſtitutos à ſucceſſione grauati , vt ibi
310 *Giouagn.num.16.* & ſic filiorum appella-
tione veniunt fœminæ in fideicommiſſis,
*Fuſar.d.quæſt.311,num.1.* vbi *num.106.* ſub-
311 dit,fœminam nõ eſſe excluſam à fidei-
commiſſo , in dubio pronunciandum eſt,
& ampliùs quando filij ſunt vocati no-
312 mine collectiuo, fœminæ inſimul cum
maſcu-

maſculis admictuntur, vt idem *Faſar, quaſt.379.num.*1. probat.
At cũ in caſu prædicto deficiebant alij
maſculis ſolo patre exiſtente, cui ſuccede-
re debebat iſta filia, alijs maſculis non
exiſtentibus poſſe admitti ad ſucceſſio-
nem, concludendum erat.

*QVADRAGESIMOSEXTO.*

REquiſitus de voto, an ceſſionarius poſ-
ſit debitorem cedentis ipſum ceſſum
cogere ad ſe obligandnm de facie ad fa-
ciem, & per ea, quæ infra dicenda erint
negatiuam, potiùs opinionem aſſequen-
dam eſſe, quam affirmatiuam ex ſequenti-
bus eluceſcunt, & incipiendo à perſona
cedentis, eſt certum, quod cedens, non
poteſt omnia ſua Iura cedere, ſed tantùm
actiones vtiles, non tamen directas, quæ
ſiquidèm directè actiones remanent pe-
313 nes cedenté cum ſint perſonales, vt per
*Gloſ. in l.*1 *C de act. & oblig. verbo mandatū,*
314 tales igitur actiones ſunt infixę oſſibus
noſtris, ſicut caracter Baptiſmi, vt inquit
*Iaſ. in §. actio autem, in prima de action.* vbi etiã
ſubdit eſſe mente tenendum mirabilem
text. ad hoc, quod actiò perſonalis dici-
tur, quia nunquã egreditur perſonã obli-
gati, ſed ſemper aduerſus eam locum ha-
bet, vndè vulgò dicimus, quod tales
perſonales actiones ſequuntur perſonam
rei, ſicut lepra ſequitur leproſũ, ob quod
315 cedi non poſſunt, ſicuti iuramentum
quod interuenit in contractu, dùm fuerit
iuratũ, illud cedi non poteſt, cum ſit per-
ſonale, vt optimè *Scaglion. in ritu* 163. *ſub
num.* 21. retulit, & propterea attenta tali
deficientia iuramenti præſtiti de facie ad
316 faciem, non poteſt ceſſionarius liquida-
re inſtrumentum via ritus, prout inter cę-
teras rationes ponderat *Afflict. in Conſtit.
Eos, qui ſcienter, quaſt.*10. quẽ ſequitur *Ca-
uenſ in ritu* 286. quàmuis contra *Afflict.*
diuerſis rationibus conatur impugnare,
quem communiter ſequuntur *Grauin. &
Carau. in d. ritu*, vt rei veritate, quod non
poſſit liquidari inſtrumentum contra de-
317 bitorem ceſſionarium, imò nec ceſſio-
narius poterit cogere cedentem ad liqui-
dandum, refert deciſum in S.C. *Praſ. de
Franch. deciſ.*353. nàm de per ſe non pote-
rat, latè *Galter in praxi inſtrum.* 1. *par. ſecundę
partis, rubr.* 1. *num.* 22. *& ſeq.*
Hinc DD. noſtri ad hoc vt poſſit liqui-
dari inſtrumentum contra debitoré per
318 ceſſionarium notabiliter cautelam tra-
dunt relata à *Scaglion. in ritu* 123. *num.* 21.
reſpectu creditoris pro parte ceſſionis
ceſſionarius fecit obligari, quod debet li-
quidari inſtrumentum, illudq; præſentare
iuxtà formam Ritus, & ſic fuit practica-
tum, quod ambo ceſſionarius, & cedens
aſſiſtant tempore liquidationis, & non
fuerunt excluſi, ſed fuit facta liquidatio,
proùt in meo *ſupplemento deciſ.* apparet iu-
dicatum in fortiori caſu, etiam non con-
ſentiente cedente, & præsẽte in actu liqui-
dationis in *verbo cedens, col.*2.
Licet autem *Carau. in d. ritu* 286. *num.*7.
tradat aliam cautelam, vt poſſit ceſſiona-
rius inſtrumentum liquidare, ſeù accuſa-
re, hoc eſt, vt ceſſionarius conſtituatur
priùs ad exigendum ab Not. tot aureos
ſibi debitos virtute obligationis, eumque
quietandum &c & ipſam obligationem
caſſandum, & caſu quo renitens fuerit
pœnam ipſius obligationis accuſandam,
& accuſatam exequi faciendum, &c. di-
ctis aureis exactis penes ſe retinendum
pro totidem ab eo receptis, ponens eum
in locum, & vicem ſuam, conſtituens ipsũ
procuratorem velut in rem ſuam, ac ce-
dens ei omne ius, omnemq; actionem, &c.
319 Nec mirandum, ſi in hoc caſu proce-
dat talis cautela, ſpecialis, etenim Procu-
rator cum ſpeciali mandato dicitur pica,
& organum ſui domini, vt inquit *Afflict.
d. Conſtit. Eos qui, ſub num.*15. ex mente *An-
gel. in l. non ſolùm, §. fin. in fine, de procur.* & ſuc-
ceſſiuè neque mirandum, ſi ceſſionarius
non poteſt liquidare, quod eſt minus, &
320 fortiùs, neq; poterit cogere ad ſe obli-
gandum debitorem ceſſum, eo quia ipſe
non habet omnia iura, quæ ſe habet ce-
dens, qui non tantùm ſolus liquidare po-
terit abſq; ceſſionario, vt deciſum retuli
1. *par. noſtri compendij verbo cedens*, & conſe-
quentèr poterit, ſeù eius hæres debitorẽ
ad ſe obligandum de facie ad faciem, eo
321 quia cedens cedendo, cedit omnia iura,
quæ cedi poſſunt, non ea, quæ cedi non
poſſunt, vt ſunt actiones perſonales, & ità
cedens, non poteſt plus iuris transferre
in ceſſionarium, quam ipſe habet, *Anna
alleg.*129 *num.*6. *Barz. deciſ.*70. *ſub num.* 28.
*Mandell. conſ.*211. *num.*21. *& conſ.*738 *nu.*8.
& ſic ceſſionarius non habet plus iuris
quam cedens, *Bellus conſ.*159. *num.*10. cum
322 enim aliquid prohibetur, cenſetur eſſe
prohibitũ omne id, per quod peruenitur
ad illud, *l. oratio, ff. de ſponſal.* & in ijs ter-
minis dixit *Gloſ. in l. indebitam, ff. de cond. in-
deb. verſ videri*, ſed ſic eſt, quod ad actum
liquidationis peruenire non poteſt niſi
præuia obligatione de facie ad faciem,
ergo

Digitized by Google

ergo poſtquam tractatur de præiudiciali
actu obligationis hominis liberi,& exem-
pti ad ſe obligandum de libero ad ſerui-
323 tutem, nàm debitor dicitur quodam-
modo ſeruus, ſicuti qui accipit mutuum
ſeruus eſt, *Gloſ. in l. 3. verſ. à cliente, C. de no-*
324 *uat.* dùm habet creditor actionem in
eius perſonam, *l. conſentaneum, C. quomodo,*
*& quando Iud.* ibi, *ad cogendum eum*, nàm
325 cui mãdatur, vt ſe obliget, videtur man-
datum vt ſoluat, *l. tribus, ff. de vſufr. & ear.*
*rer. &c.* notat *Bald. in d. l. indebitam,* ad quã
ſolutionem rectè cogi poſſimus à credi-
toribus, *d. l. conſentaneum,* ſed etiam cuili-
326 bet creditori eſt promiſſum agere, vt
ſoluat tertio, quia ipſi intereſt, *l. vt conſe-*
327 *quentèr, §. Celſus, ff. famil. erciſc.* & creditor
compelli poteſt ſolutionẽ recipere à quo-
cunque, refert *Maur. Aretin. in tract. de ſo-*
*lut. cap. 25. num. 6.* ſed ad ſe obligandum
nemo cogi poteſt, ea ratione, quia vt dixi
ſolutio dependet ex obligatione, quæ eſt
quid neceſſitatis, vt cogi poſſimus ad
perficiendam ſolutionem dependentem
ex obligatione, quæ perneceſsè obligat
debitorem ad ſoluendum ſtante tali obli-
328 gatione, quæ eſt iuris vinculum, &c. §. 1.
*Inſtit. de verb. oblig.* vbi *Gloſ. in princ.* notat
verſus illos
*Verba ligant homines, Taurorum cornua funes.*
ſed obligatio non procedit ex neceſſita-
te, ſed ex voluntate, quia ab initio omnis
contractus eſt voluntatis, ſicque liberum
eſt vnicuique contrahere, ſed poſt obli-
329 gationem non eſt licitum reſidere, *l. ſi-*
*cut ab initio, C. de action. & obligat.* & non
mirùm ſi ab initio obligatio eſt volunta-
ria, ſed poſteà per coactionem ipſam effi-
citur neceſſaria, & ſic contra iura, vnde
reſultare cõperitur, vt coactè quis ſe obli-
get, quod ſpontè fieri debet, & hæc eſt ra-
tio differentiæ, quare hæredes debitoris
poſſint cogi, ac conficiendum inſtrumẽ-
tum, & ſe obligandum de facie ad faciẽ,
quod non verſatur in caſu noſtro, nàm
330 hæres creditoris habet actionem liqui-
dandi cõtra debitorem principalem vir-
tute iuramẽti præſtiti eius principali cre-
ditori, & hæredibus, vt communitèr fit in
inſtrumentis per creditores, & ponderant
*Afflict. vbi ſupra, Troyſ. & Carau.* quàmuis
ibi ſubdat *Carau.* quod non per hoc cen-
331 ſetur præſtitum iuramentum de facie
ad faciem, ſed reſpondetur, quod dùm
eſt facta promiſſio creditori, & eius hære-
dibus, poterunt per hæredes vigore talis
promiſſionis factæ, cogi, & compelli de-
bitores ad nouo promittendũ, & ſe obli-
332 gandum; nàm obligationes, & contra-
ctus tranſeunt in hæredes actiuè, & paſſi-
uè, vt in *rubr. Cod. vt ab hæred. & contra hæ-*
*red.* notat *Galter. d. praxi 3. par. ſecunda par-*
*tis, rubr. 1. num. 8.*
333 Quod non procedit contra hæredem
debitoris, qui licet ſe obligauerit, & ſuc-
ceſſiuè ſuos hæredes, attamen debitoris
hæres non poteſt capi vigore licentiæ de
capiendo debitores, *Gloſ. in Ritu M. C. V.*
*incip. Item ſeruet ipſa Curia, ſub rubr. ſit inter-*
*rog. ſuper ten. inſtrum. ad petit. hæred.* vbi in
principio paritèr ex mente *Bart.* annuit,
quod debitoris hæres capi nõ poteſt, nec
carcerari vigore pacti initi cum debito-
re, quod ſi non ſoluerit in termino, poſſit
carcerari, quia in hoc caſu hæres debito-
334 ris tenetur principalitèr ad rei reſtitu-
tionem, non principalitèr in perſona, &
ideò iniquum eſſet ipſum de perſona car-
cerari, vel de libero ſe obligare coactè, &
ſic ex pluribus concludere videtur *Galter.*
*d. praxi in ſecunda ſecundæ partis principalis,*
335 *rubr. vnica, num. 27. & ſeq.* quod heres de-
bitoris non poteſt ad ritus formam con-
ueniri per rationes ibi deductas, quæ non
adaptantur hæredibus creditoris, in cu-
ius beneficium ſi facta ſit obligatio per
debitorẽ, & eius heredibus poterit aſtrin-
gi debitor vigore promiſſionis eis factæ,
vt ponderat *Galter. d. praxi in 1. par. ſecundæ,*
*rubr. 1. ſub num. 19.*

In caſu autẽ noſtro in materia ceſſio-
nis alitèr diſpoſitum eſſe videtur, cum
ſint diuerſi termini nõ tantùm circa per-
ſonam ceſſionarij, quam etiam circa ceſ-
ſionem, cõpetit exceptio debitori, & pro-
pterea nõ poteſt cogi ad ſe obligandum,
& primo, ſiquidẽ videtur exceptio com-
peti aduerſus perſonam ceſſionarij, poſt-
quam tàm quoad hæredes debitoris, quã
creditoris, negari non poteſt, quin dican-
336 tur debitores, & creditores, ſed in ceſ-
ſionario licet dicatur creditor, vt cõmu-
nitèr DD. fatentur *Carau. vbi ſupra num. 4.*
cum alijs apud *Statil. Pacif. de ſaluiano inter-*
*dicto, inſpect. 3. cap. 2. num. 900. Intrigl. deciſ. 8.*
*num. 12.* nõ tamen eſt verè creditor, vt no-
tatur in *l. planè, ff. famil erciſc. Merlin. de pi-*
*gnor. lib. 4. quæſt. 131. num. 3.*
337 Sed interpetratiuè, quia ſi benè dica-
tur creditor principalis, ac anterior cre-
ditor, vt ipſe cedens cum iure prælatio-
nis, & actione hypothecaria experitur, &
via exequutiua ſibi cõpetit cum alijs iu-
ribus tàm actiuis, quàm paſſiuis, vt ibi
proſequitur *Merlin. vſque ad num. 11.* non
338 tamẽ ſuccedit in iuribus perſonalibus,

*vt ſubdit*

*vt ſubdit num.* 12. *& declarat num.*16. *&* 17.
nec in hypothecis priuilegiatis, nec ei
competit actio hypothecaria, *vt ibi nu* 12.
339 *&* 13. & cum habeat vtiles actiones, nõ
autem directas, *l.*3. *C.de nouat.* & ſi vigore
dictarum actionum vtilium poſſit ceſſio-
340 narius petere exequutionem, vt probat
*Carau. in d.ritu* 286. *num.*3. & etiam *Statil.*
*Pacif. vbi ſupra num.*905. & conſequentèr
341 liquidare inſtrumentum, non obſtante
quod iuramentum non ſit præſtitum de
facie ad faciem, *vt ibi num.*3. proſequitur
*Carau.* & ſequitur *Vrſill.ad Afflict. deciſ.*64.
*num.*8. contrarium ex alijs probat *Regens*
*Sanfelicius in deciſ.*213 *num.*2. niſi interue-
niat cedens, vt ſupra dictum eſt, & teſtatur
342 *Vrſill.vbi ſupra*, vel fuerit facta adiudica-
tio nominis debitoris per Iudicẽ in om-
nibus, & per omnia, vt in caſu relato per
eundem *Reg. Sanfelic. vbi ſupra*, ità deci-
ſum referentem per S. C. aut verò ſi per
ceſſionem factam à cedente, exiſtente
343 clauſula illa, *ponens eum in locum ſuum*,
quo caſu etiam perſonales conſequeretur
actiones, vt probat *Barz. deciſ.*80.*num.*28.
344 hinc etiam ſubſequitur, quod agens ve-
lut hæres, vel ceſſionarius debet ante litis
conteſtationem copiam ceſſionis oſten-
dere, *Carau.in ritu* 294.*num.*8. nàm tenetur
probare exiſtentiam crediti, & præſertim
quando in actis oppoſitũ eſſet, *Statil. Pa-
cific. vbi ſupra num.*916.

Quo verò ad ceſſiones paritèr compe-
tere videntur exceptiones, nàm vt pluri-
mum ſunt ſimulatę, & fraudulentèr factę,
eo maximè quando dependent ex cauſa
lucratiua, hinc eſt, quod de hoc extat *Ri-*
345 *tus M.C. incip. Item quod nullus, ſub rubr.*
*de iure ceſſo*, prouidès, quod nullus admit-
tatur ad agendum iure ceſſo, niſi fuerit
cauſa neceſſaria, & ex cauſa non lucrati-
ua facta, & hoc potiſſimùm aſtringuntur
346 ceſſionarij probare, verificando ceſſio-
nem ex cauſa oneroſa factã, citato priùs
debitore, *Carau. d. ritu* 286. *in princ.* & ibi
*Troyſ & Afflict.vbi ſupra.* vndè exiſtẽtibus
talibus oppoſitionibus, ceſſionarius non
diceretur verè creditor, niſi verificata
priùs ceſſione de iure ſubſiſtere, ea pro-
347 pter ſi cum lucratiua ceſſio facta miſe-
rabilibus perſonis admitteretur vtiq; ad
agendum iure ceſſo, ſi ceſſio verè fiat bo-
na fide, & ſine fraude, vt notat *Gloſ.in d.ri-*
*tu incip. Item quod ſi nullus*, nàm alitèr cen-
348 ſeretur ſimulata, & ſi præſente debitore
fieret, nec contradicente ceſſio, & ſic eo
volente, fieret ceſſio, nunquam poterit op-
ponere exceptionem ſimulationis, inquit
*Gloſ.præalleg. Ritus incip. Item quod nullus*, ad
349 quod facit *text in l ſi quis delegauerit, ff.de*
*nouat.* vbi delegatus ſciens ſibi exceptio-
nem competere, eam videtur remittere,
vbi *Gloſ.*notat *in verſ.debitorẽm patientem ſe*
*delegari*, ſed quid plura, ſi cernimus hanc
quæſtionem dependere ab illa quæſtione,
an poſſit delegatus debitor citra eius vo-
luntatem delegari, & delegatus cogi ad
ſe obligandum, & in hoc videmus, quod
350 hæc delegatio fieri debet in præſentia
delegantis delegati, & eius, cui delegatio
fit, quod fit per ſtipulationem, *l. delegare,*
351 *ff. de nouat.* & ſicuti creditor non com-
pellitur recipere in ſolutum nomen debi-
toris ſui debitoris, *l.eum à quo, C. de ſolut.*
ſimilitèr nec delegans poterit cogi ſuum
352 debitorẽ delegare, nàm etſi iuſſiſsẽ de-
bitorem meum ſibi ſoluere poterit, ſtatim
creditor debitum recipere, niſi priùs ce-
dantur actiones, *l.nec creditoris, C. de nouat.*
nàm delegatio inuito creditore fieri non
poteſt, quàmuis ceſſio ità fiat, *l.*1.*C.de no-
uat.* vbi *Gloſ.verſ.conſentiente*, quærit vtrum
teneatur conſentire, concluuit, quod non,
ità quod non poteſt cogi ad conſentien-
353 dum, & ratio eſt, quia delegatio fit per
ſtipulationem, in qua requiritur conſen-
ſus, & voluntas, *Gloſ.in d.l.nec creditori, verſ.*
354 *delegari*, & hæc eſt differentia inter ceſ-
ſionem, & delegationẽ, vt eademmet *Gloſ.*
*in d.l.*1.*C.de nouat.verſ.ſolet*, notat, cum de-
legatio fiat volente, ſed ceſſio contra in-
uitum, quem cogi non poteſt ad ſe obli-
355 gandum, nàm quem inuitũ, & ignoran-
tem liberari, ſed non obligari poſſimus,
notatur in *l ſi Sticcum.* §.*fin. ff.de nouat. cap.*
*quæris, de conſecr. diſt.*4. & ita concluditur,
quàmuis debitor delegari poſſit, non ta-
men inuitus, & licet cedi inuitum non ta-
men obligari ex iſta ceſſione, vel obliga-
tione nominis debitoris, ſemper vtiles,
356 transferũtur actiones in ceſſionarium,
ſed directè remanent penès cedentem,
*l.nomen, C.quæ res oblig.non poſſ.& d.l.*3.*C.de*
357 *nouat.* ideò cedenti ſolui poteſt niſi in
tribus caſibus narratis in *d. l.* 3. hoc eſt, ſi
ceſſionarius eſſet lite conteſtatus, Secun-
do, ſi ceſſionarius partem debiti ſuſcepiſ-
ſet. Tertio certiorato debitore denuncia-
uerit ei nè ſolueret cedenti, ſicq; ceſſio-
narius non cogit debitorẽ ad ſe obligan-
dum ex ſupra adductis, quemadmodùm
in ſimili deciſum refert *Præſ.de Franch de-*
358 *ciſ.*615.de emphyteota, qui non fuit cõ-
demnatus ad ſe obligandum de facie ad
faciẽ alteri, cui dominus directus domi-
nium directum vendidit.

Ff QVA-

### QVADRAGESIMOSEPTIMO.

QVotidiè occurrit per creditores reco-
mendari, ſeu emparari debitores car-
ceratos pro cauſa criminali, fuit proindè
dubitatum in Curia Caſtri maris de Sta-
bia vbi aliquando degebam ſub Præſida-
tu mei conſobrini Horatij Salinas V.I.D.
359 ſi de iure talis recomendatio, ſiuè em-
para fieri potuiſſet, reperi *Ioan. Franciſcum
Scaglionem in ritu 163. ſub num. 21.* dicentē
quod ſic, vbi allegat *Tiraq. in ſecunda gloſ.
& per totum,* contra *Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul.
Pecul. & l. placet, num. 49. C. de ſacroſ. Eccleſ.
& l eximendi, §. 1. num 1. ff. ne quis eum &c.*
hinc *Præſ. de Franch. in deciſ. 317.* quærit, ſi
360 carceratus tranſmictendus ſit in Inſulā
pro eius delictis contradicentibus eius
creditoribus, atq; oponentibus de eorum
creditis, & concludit id procedere quan-
do pro graui delicto inquiſitus eſſet con-
demnatus, cæterum ſi potuit preſtare cau-
tionē, finita relegatione redeundi ad car-
ceres admicteretur, vel ſtabitur eius iura-
torię cautioni, ſi verò Fiſcus non inſta-
ret, detinebitur, donec ſoluerit, vt dixi in
meo *compendio par. 1. verbo carceratus,* & al-
legaui *Caballum, & Martam,* quibus addo
*Reg. Conſtant. in l. 1 C pæn. fiſcal. nu. 80. lib* 10.
& iterum idem *Præſ. de Franch. deciſ.* 415.
hoc idem videtur confirmare ex caſu ibi
361 relato, ſi recomendatus, ſiuè emparatus
pro debito ciuili, captus ob criminalita-
tem ſub indulgētia reponi debeat in pri-
ſtinam libertatem, & quid pro debito ci-
uili, & ità concludit, vt in eodem meo
*compendio verbo recomendatus dixi,* & plures
allegaui, quibus addo *Reg. Sanfelic. in de-
ciſ. 48. num. 4. in fine, Reg. Merlin. controuerſ fo-
renſ cap. 53. num.* 10. eo quia captura fuerat
362 iniuſta, & ſic infecta primitiua, inficiun-
tur deriuatiua, *cap. 1. §. quin etiam Epiſc vel
Abb.* attamen in contrarium eſt commu-
nis obſeruātia, ac etiam communis DD.
opinio recepta, & vera, nempè vt captus
363 pro delicto, non poſſit pro debito reco-
mendari, ad quod plures cumulat DD.
*Farinac. in tit de carcerat. quæſt. 28. num.* 155.
& hanc ſententiam relata contraria, plu-
ribus rationibus corroborat *Petr. Caball.
reſol. crim. caſu 299. à num. 12. ad finem.*

### QVADRAGESIMOOCTAVO.

FActa exequutione vigore literarum exe-
quutorialium ex inſtrumento liquidato
per Curiam Caſtri maris de Stabia con-
tra Vincentiū de Palma ſuper certo terri-
torio, comparuit eius frater clericus aſſe-
rendo eſſe exequutum in bonis alienis, &
dato termino nil probauit, quo elapſo in-
ſteterat creditor pro poſſeſſione dicti ter-
ritorij, quo perueneto ad aures dicti Cleri-
ci, comparuit de nouo, aſſerendo fuiſſe
per aduerſarium deceptum ſub promiſ-
ſione tranſactionis, vt laberetur terminus,
& ità præſentauit albaranū quoddam te-
ſtibus roboratum vna cum Bullis, peten-
do terminum prorogari, vt meliùs audi-
retur in ſuis iuribus, & circa hoc fuit du-
bitatum quid iuris. ad quod allegaui op-
timum *conſ. ciuil. 78. Thom Gram incip. Ma-
ximi. atq; incomprehenſibili Dei præſidio, nu.* 3.
vbi ſingularitèr annuit. quod ſi de rigore
364 iuris non poſſunt teſtes examinari poſt
terminum, tamen de bono. & ęquo poteſt
Iudex hoc facere vt examinentur, ſi vide-
rit producentem non malitioſè verſari,
dummodò infra modicum tempus non
multum poſt terminum eos produxerit,
ad quod optimè *Marant. in ſuo ſpec par. 6.
rubr. ad exceptiones oppoſitas. num.* 83 inquit,
365 *ſed finge* datum fuiſſe terminum ad pro-
bandum, qui elapſus eſt, & neutra partiū
aliquid probauit, nunquid ad inſtantiam
actoris ſit reintegrandus, quod negat *Ca-
pyc. in deciſ. 81. in princ.* in foro tamen mer-
catorum contrarium credo ſeruandum,
cum & ibi de bono, & ęquo procedi ſępè
366 relatum extat, & mercatores dùm pere-
grinantur, miſerabiles perſonæ appellan-
tur, eundem *Capyc.* citat *Muſcatell. in praxi
S.C. lib. 1. par. 5. Gloſ. defendendum, num* 17.
vbi ipſum declarat eius dictum non pro-
cedere quando adeſſet iuſta cauſa proro-
gandi terminū alias conceſſum, quo nàm
caſu rectè prorogatio fieri debet, & quæ
maior cauſa iuſta eſſe videbatur, quam
partis verſutia, vt laberetur terminus, ad
hoc vt potuiſſet ſuum intentum obtine-
re, vndè prorogata dilatio fuit.

### QVADRAGESIMONONO.

DVm fuiſſet præſentatum inſtrumentum
in Curia Caſtri maris de Stabia per
Io. Angelum Vaccariū creditorem con-
tra Io. Andream Chiaieſe, pro capitale
ducatorum quinquaginta pro annuis du-
catis quatuor cū dimidia in forma pro-
bante, fuit prædictus debitor citatus ſu-
per tenore illius pro ducatis decemſeptē
ex tertijs decurſis, & dùm eſſet vocatus
Curia pro Tribunali ſedēte, prædictus de-
bitor perſonalitèr comparuit, plura alle-
gando in eius comparitione, producendo
etiam

etiam ſcripturas publicas delegationis
debiti prædicti factæ per eundem credito-
rem,in qua reſeruauerat ſibi quaſdam ter-
tias conſequendas à dicto debitore, ob
quas inſtrumentũ liquidare intendebat,
& facta liquidatione prædicta eodem in-
367 ſtanti,debitor ipſe oppoſuit liquidatio-
nem annullari tanquã contra *Ritum Mag.*
*Cur.Vic.166.* factã,ex eo quod erant elapſi
anni 20. agendi via ritus à die natiuitatis
actionis iuxtà dictum Ritum, vbi ſingula-
ritèr *Carau. in princ.* annuit ità practicari
continuò,& optimè declarat ibi *Conſtant.*
*Papa in Addit. poſt Frecc. de præſent. inſtrum.*
*par.*10 *num* 1. nouiſſimè *Galter.in praxi in-*
*ſtrument. 2.par.primæ,rubr.vnica num* 27. ob
quod viſo inſtrumẽto prædicto confecto
in anno          ac etiam delegatione ipſa,
in qua fuerat reſeruatum creditũ tertia-
rum confecta in anno 1589.à quo tempo-
re vſque ad præſens tempus 1610. erant
elapſi anni 20. à die natiuitatis actionis
fuit ſuſpenſa liquidatio, & dictum, vt
ageretur ordinariè, die 10. menſis Martij
1610.

## *QVINQVAGESIMO.*

IVlius, & Martheus de Marcheſijs recepe-
runt mutuo ducatos 250. à quond. Tibe-
rio de Apuzo mediante publico inſtru-
mento, in quo confeſſi fuerunt illos re-
cepiſſe, & rei veritate non fuerunt niſi
ducati biſcentum recepti tantùm, adeò
quod pro remanente ſumma ducatorum
quinquaginta idem creditor apocam di-
rectam Banco cõfecerat, qua recepta per
debitorem,dùm fuerat apoca Banco præ-
ſentata non fuerant ibi nummi creditoris
reperti, & ob id idem debitor apocã cre-
ditori reſtituit, qui pendente tali ſolu-
tione ab hac luce migrauit, & cum fuiſ-
ſent ſuper integra ſolutione prædictorũ
ipſi debitores moleſtati ab hærede credi-
toris ad euitandum vexationes in pluri-
bus vicibus ſoluerũt integram ſummam
prædictam, qua ſic ſtante ſatisfactione,ad
præſens intendebant debitores recupera-
re ſummam prædictam ducatorum quin-
quaginta non alitèr receptam, opponen-
do exceptionem non numeratæ pecuniæ,
368 vndè dubitari contingit, ſi illa opponi
potuiſſet ſtante lapſu biennali,infra quod
tempus opponi poterat, ex traditis per
*Carau.in ritu* 166. *nu*.47.& ibi *Cauenſ.n.*19.
poſt *Afflict.deciſ.*110. cum alijs apud *Due-*
*nam reg.* 260. quem probat *Zanger. de ex-*
*cept.cap.*14.*num.*75.*&* *num.*55.

Verùm quia in præſenti caſu iàm erat
facta ſolutio, nec poterant ipſi debitores
impediri, quin non audirentur in eorum
iuribus, nàm etſi iurauerant ſoluere, non
tamen iurauerunt indebitè ſolutum non
repetere, vt ſingulariter tradit *Vrſill ad Af-*
*flict.d.deciſ.*110.*num.*4.referendo pluries id
contingiſſe, & practicaſſe, imò fuiſſe in
S.C. tales debitores audiendos eſſe in eo-
rum iuribus poſt ſatisfactionem debiti,&
huic accedit,quod tradit *Zanger. vbi ſup.*
369 *num.66*. quod licet elapſo biennio, de-
bitori non competat exceptio non nume-
ratæ pecuniæ,etiam ſi onus probandi in
ſe recipere velit,adhùc *num.*67. contrariã
ſententiã approbari,& vſu obſeruari cen-
ſuit, ad quorum comprobationem con-
fert,quod probat *Eſcobar.de ratioc. cap.*14.
370 *num.* 4. quod compenſatio ſi iàm ipſo
iure ſit facta, & adhùc debitor ſi ſoluat,
poteſt illud conditione indebiti repete-
re, & ſic obſeruatum fuit.

## *QVINQVAGESIMOPRIMO.*

NOtarius Nicolaus Longobardus poſt-
quam obtinuit ſententiam in ſui fauo-
rem per Curiam Caſtri maris de Stabia
contra promiſſores dotis ſuæ vxoris vna
cum intereſſe, ex quo maritus ſubſtinet
371 onera matrimonij, *Cancer.variar.reſolut.*
*tom.*1. *cap.*9. *num* 159. *Gratian. diſcept.*700.
*num.*57.*&* 58. petijt liquidari tale intereſ-
ſe, & in termino præfixo verificauit tale
intereſſe eſſe ſolitum ſolui ad rationem
ducatorum ſeptem, octo,& nouem, iàm
quod non fuerat promiſſum ad quam ra-
tionem, fuit demùm dubitatum ad quam
rationem erat facienda liquidatio ipſa
dùm ſumus extra Ciuitatem Neap. quod
eſt taxatum per Conſuetudines Neapol.
inquit *Molfeſ.ad Conſuet.Neap.par.*7. *tit de*
*iure quartæ,quæſt.*11.*num.*4.
372 Fuit vnanimitèr concluſũ eſſe facien-
dam liquidationem talis intereſſe ad ra-
tionem ducatorum octo pro centenario,
vt aliàs fuit in conſimilibus cauſis deciſũ
per S.R.C. teſte *Grammat deciſ.*103.*nu.*101.
vbi refert duas deciſiones huius caſus, vt
in meo *compend. deciſ. Regni verbo intereſſe*
*par.*1. & ſic fuit ſeruatũ in præſenti caſu.

## *QVINQVAGESIMOSECVNDO.*

TEſtator quidam legauerat eius coniugi
ducatos 400. conſequendos à certo ſuo
debitore ſuper quadam domo, ſub lege,
quod ſi contingerit à domino lueri, ipſa



Digitized by Google

vxor teneatur aliam domum emere,& illa
gaudere eius vita durante. & poſt ſuam
mortem iuſſit fieri debere beneficiũ pro
ſua anima.ac ſuorum parentum,vndè fuit
difficultatum ſi tale beneficium, de quo
ſupra,ſit de iure patronatus laicorum, vt
vt ad eius hæredes transferri potuiſſet, &
373 de hoc conſultus reſpondi,quod ius pa-
tronatus acquiri poſſit vel per fundatio-
nem, conſtructionem, vel dotem, probat
*Lelius Mancin. controuerſ. iur. tom. 1. diſſert. 9.*
*cap. 14. Ciarlin. controu. forenſ. tom. 2. cap. 212.*
374 *Mellin. dec. 352.* & ſic ius patronatus pro-
bari debet ex fundatione,vel dotatione,
*Macerat. lib. 1. reſolut. 105. num. 1.* poſt *Ma-*
*ſcard de probat. concluſ. 959.* cum alijs apud
*Epiſcop. Riccium in praxi iuris patronat. reſo-*
*lut. 41. Farinac deciſ. poſthum. 170. nu. 1. par. 3.*
ea quidèm ratione, quia fundans, con-
ſtruens, vel dotans Eccleſiam, ſeù benefi-
375 cium acquirit ius patronatus, etiam ſi
illud non reſeruauerit,dummodò expreſ-
sè non remiſerit,*text.* eſt expreſſus *in cap. d*
*nobis, de iure patronat.* vbi DD. *Pariſ conſ. 35.*
*num. 26. vol 4.* & eſt receptiſſima ſententia
Scribent. *Staphil. de literis gratiæ, tit. de mo-*
*do, & forma impetr. §. de iure patronat. prærog.*
*num. 5.* poſt alios *Rocc. de Curte in verbo &*
*Eccleſiam fundauit, quaſt. 8. num. 12.* latè *Lam-*
*bert de iure patronat. par. 1. lib. 1. quæſt. 2. art. 4.*
*Gregor. Lopez l. 1. gloſ. 36. Flamin. Pariſ. de*
*confid. quaſt. 28. num. 231. Zerula in ſua praxi*
*Epiſc. verbo ius patronatus, §. 2. in princ. Marc.*
*Anton. Genuenſ. in ſua praxi cap. 61. num. 14.*
*Rota deciſ. 5. de iure patronat. in antiq & deciſ.*
*167. nu. 4.* quidquid in contrarium ſcrip-
ſerit *Paul. de Citad. 3. par. cap. 285. nu. 12.*
376 Reſpondeo breuitatis cauſa, quod
quemadmodùm ius patronatus laicale
dicitur,quando fuerit per laicas perſonas
fundatum, & de patrimonio ipſorum, vt
dixit *Aym. conſ. 63. num. 3.*
377 Sic paritèr & beneficiũ ſeculare, quod
à ſecularibus perſonis inſtitutum eſt, *Re-*
*buff in praxi benefic. par. 1. tit quotupl ſit benef.*
*nu. 2.* vbi *nu. 3.* ſic in dubio præſumi cẽſuit.
378 Et propterèa non tantùm Ordinarius
ei præiudicare non poterit, vt ibi *Crau.*
379 refert,ſed nec Legatus nequit in præiu-
dicium laici habentis facultatem præſen-
tandi conferre beneficium, *Anton. de Butr.*
*conſ. 62. num. 3.*

Verumtamen cũ in præmiſſo caſu du-
bitari contigiſſet, dùm Teſtator ipſe
mandauerat poſt mortem ſuæ vxoris be-
neficium conſtrui,nil ſibi reſeruando, nec
eius hæredibus ius aliquod præſentandi
beneficiatum,videbatur hoc ius ſibi com-
petere, *Card. Pariſ. in conſ. 35. ad veràm, vol. 4.*
concludit eo caſu *num. 26.* quod dotanti
380 competat ius patronatus,eſto quod ex-
preſsè illud ſibi,& hæredibus ſuis non re-
ſeruauerit, quia in dubio videtur illud
ſibi reſeruaſſe, & optimè *Epiſc. Riccius in*
*d. praxi reſolut. 54 num. 5.* fundat,quod fun-
dans ius patronatus,acquirit ſuis hæredi-
bus,etiam ſi non fuerit reſeruatum, nàm
381 fundans ius patronatus, in dubio vide-
tur proſpicere ſibi, & hæredibus, *idem re-*
*ſolut. 175. num. 2.* & propterèa non tantùm
382 ad ſuos hæredes legitimos tranſit, *Man-*
*cin. d. deſert. 9. cap. 16. Farinac. deciſ. poſth. 170.*
*par. 3.* ſed etiã ad extraneos hæredes, *Ma-*
*cerat. d. lib. 1. reſol. 29. Pariſ. conſ. 48. num. 4.*
*lib. 4. Mancin. vbi ſupra. num. 20.* & ſic tranſit
383 tàm ad hæredes ſuos, quã ad extraneos
tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato,
*Epiſcop. Riccius reſol. 166. nu. 1. & reſol. 178.*
384 & ſic tranſit ad quoſcunq; hæredes, *Fa-*
*rinac. deciſ. poſthum. 1. num. 3. par. 4. Gratian.*
*cap. 552. num. 33.*

Demùm reſidebat dubium, quia non
apparebat in hoc conſenſus Epiſcopi,ete-
385 nim in conſtructione iuris patronatus
debet interuenire conſenſus Epiſcopi, vt
iuris eſt *Felin. conſ. 45.* & ius patronatus nõ
acquiritur ſola dote,& conſtitutione, ſed
requiritur etiam conſenſus Epiſcopi,atq;
reſeruatio, *Macerat. d. lib. 1. reſolut. 8. num. 8.*
*Ciarlin. d. tom. 2. cap. 172. num. 33. Epiſc. Ricc.*
*in d. praxi reſolut. 140. num. 2.*

Ex hac facti ſerie inſpiciebatur tale te-
ſtamentum fuiſſe conditum coràm Epi-
ſcopo,& coràm eodem lecto,& publicato,
& quàmuis nullitèr per eum facta ipſius
386 collatio, per dictam collationem con-
ſenſiſſe cernitur, & quod Epiſcopus con-
ferendo approbauit, voluit *Felin. d. conſ. 45.*
*ſub num. 3.*

## *QVINQVAGESIMOTERTIO.*

INter locatorem cuiuſdam domus,& con-
ductorem, fuit coràm me in Ciuitate
Theani controuerſia deducta, ſi debean-
387 tur vſuræ ex mercede non ſoluta in
tempore, & clarum eſt de iure eas debe-
ri, ex *l. cum quidam, §. ex locato, ff. loc. iun-*
*cta l. Præſes, C. eodem*, ſed hoc procederet
388 quando mora interceſſerit, quæ conſi-
deratur per interpellationẽ, vel litis con-
teſtationem, vt notat *Gloſ. in d. §. ex locato,*
nàm intereſſe nõ debetur vbi nõ eſt mora,
*Ciarlin. controu. for. tom. 1. cap. 29. nu. 29. Farin.*
389 *deciſ. poſth. 227. nu. 1. par. 3.* & intereſſe de-
betur ex mora, *idẽ deciſ. ciu. 157. nu 3. tom. 2.*

390 Verum

Digitized by Google

390 Verùm quia intereſſe nunquam debe-
tur, niſi probetur, *idem Ciarlin, tom.2. cap.*
157. *num.*10. vbi *cap.*173. *num.*18. docet,
391 quomodò debeat probari, & deinde
debet liquidari, *vt ſubdit nu.*19. & quomo-
do liquidentur vſuræ, docet *Gloſ. in l.*2. *C.*
*locati*, eſſe ſeruandam conſuetudinē loci,
per *text. in l.*1. *ff. de vſur. Gratian. cap.*524.
392 *num.*13. & talis liquidatio tùnc dicere-
tur honeſta, quando ad rationem quinq;
pro centenario fieret, vel ad ſex, ſecundū
*Gratian. diſcept.*387. *num.*26. relatum à *Ciar-*
*lin. d. cap.*29. *num.*56. & ità fuit exequutum,
& idem *Gratian. d. cap.*524. *num.*12.

## *QVINQVAGESIMO QVARTO.*

COnſtructa cum fuiſſet quædam Cappella intus Eccleſiam S. Mariæ de Monte Carmeli exiſtente in Ciuitate Caſtri maris de Stabia per certos Nautas, & Buttarios, & indè prophanata, & tranſlata in aliam Eccleſiam inſimul cum Cona dictæ Cappellæ, dùm fuiſſet factum depoſitum certæ sūmæ ex quodam redditu cuiuſdā magazeni debito dictæ Cappellæ traſlatæ in aliam Eccleſiam, comparuerunt Magiſtri, & Oeconomi nouæ Eccleſiæ, in qua fuit facta tranſlatio, & petierunt ſibi depoſitum liberari, alij verò Oeconomi antiqui dictæ Cappellæ tranſlatæ petitionē exhibuerunt prætendentes dictum redditum deberi Cappellæ, quæ erat intus Eccleſiam prophanatam, & non illi, in qua erant tranſlatæ, & non eſt dubium, quod
393 quando fiunt tales vniones, vel fiunt auctoritate Papæ, *cap. ex temporis* 16 *quæſt.*1.
*vel auctoritate Epiſcopi*, *cap.*1. vbi *Gloſ. &*
*DD. de ijs, quæ fiunt à prælat. &c.* & attenta
tali vnione, ſubſequitur, quod redditus
debebantur Cappellæ tranſlatæ, & vnitæ
alteri Eccleſiæ, allegaui *text. notab. in cap.*
*quia Monaſterium, de relig. domib.* ibi, *Cum*
*omnibus rebus ſuis, vel quæ ei competunt actio-*
*nibus perſpeximus puniendum, &c.* vbi *Abb.*
394 *num.*4. notat, quod vnio Eccleſiarum
inducit vnionem rerum, & actionem tàm
Eccleſiæ, cui vnitur, nàm tranſeūt omnia
iura, quæ adhærent perſonæ ſuæ tanquàm
acceſſoria, nàm magna eſt differentia,
395 quando Eccleſia alteri Eccleſiæ vnitur
ſubiectiuè, vel principalitèr, ad hoc vt
quælibet retineat iura ſua, probat *Gratian.*
*diſcept. forenſ. cap.*892. *num.*5. *&* 6.
396 Quemadmodū enim Monacus ad aliā
Religionem tranſlatus, bona recuperat
primo data, nàm cum perſona tranſeunt,
probat *D. Carolus Maranta Epiſcopus in re-*
*ſponſ.*55. *num.*11.13. *& ſeq. tom.*3. conferunt
ad hoc allegata per *Dom. Reg. Hell. Capyc.*
*Latro deciſ.*193. *tom.*2.
397 Et ſimilitèr dos data Moniali vnius
Monaſterij, quæ poſteà effecta fuit Mo-
nialis alterius, debet per primum Mona-
ſterium reſtitui, *Farin. deciſ. ciuil.*115. *nu.*2.
*tom.*2. vbi *num*3. ſubiunxit, quod Monialis
tranſlatio ad aliud Monaſteriū fit dupli-
citèr, vel vt Monialis, quæ transfertur, li-
beretur à conſortio, & filiatione primi, &
efficiatur ſecundi, & tùnc acquiſita per
eam ſecundo Monaſterio debentur, vel
non, vt liberetur à conſortio, & poteſtate
primi, ſed transferatur aliqua de cauſa,
& tùnc acquiſita per eam, acquiruntur
primo Monaſterio, cuius Monialis eſt, de
eadem materia agit dictus *Dom. Reg. Ca-*
*pyc. Latro vbi ſupra num.*4. *& ſeq.*

## *QVINQVAGESIMO QVINTO.*

DOn Ioānes de Acoſta matrimonio collocauit D. Lucretiam de Acoſta cum dote ducatorum trium milie, & inter cætera pacta in capitulis matrimonialibus appoſita eſt illud videlicet. *Item ſtatuerunt ex pacto, che la detta Donna Lucretia non poſſa diſponere nè in vita, nè in actu mortis etiam ad pias cauſas delle ſudette doti, eccetto di predetti ducati cento ad pias cauſas*, mortuo eius primo viro, & poſt obitū dotantis ipſa tranſiuit ad ſecundas nuptias ſe ipſam dotando cum eadem dote data, poſtmodù ipſa ab hac luce migrauit, relinquendo hæredem D. Hieronymam eius ſororē, diſponendo de tota eius dote in diuerſis legatis, dubitari contingit, ſi ſeruata forma
398 pacti capitulorum matrimonialium
prius habiti cum dotante patre, talis di-
ſpoſitio valida cenſeri debeat, aut dicta
diſpoſitio intelligi debuerat ſolùm pro
legitima, de quo conſultus reperi *Vinium*
*in deciſ.*9. quem etiā citat *Fontanell de pact.*
*nuptial. tom.*2. *clauſ.*5. *gloſ.*10. *par.*1. *num.*37.
vbi caſum conſimilē deduxit, & reſoluit
fuiſſe deciſum per Regiam Audientiam
licuiſſe filiæ teſtari nō obſtante pacto præ-
dicto, quam ſiquidèm altercationem ipſe
*Fontanell.* declarat tùnc procedere, quod
399 ſi fuerit tale pactum appoſitum fauore
dotantis, ex quo erit perſonale, ſi contin-
gerit filiam decedere, citra dubium tale
pactum ſubſtinebitur, & cum effectu ſor-
tiri viuēte patre, verùm quia in caſu pro-
poſito pater deceſſerat priùs, vndè erit vi-
dendum ſi ad hæredes erat tranſitorium,
& reſpondit ibi *Fontanell. num.*32. quia
quoti-

Digitized by Google

quotidiè tale pactũ apponi ſolet nedum fauore patris, ſed etiam hæredum, & eo mortuo,fit locus reſtitutionis dotis, tùnc quia dos ſortita eſt naturam legitimè,nõ poſſunt hæredes eam petere,ſed tenentur, vel remictere conditionem filiæ, vel legitimam ſoluere, vbi plures citat DD. pro-
400 ut quoque in fratre dotante ſororem cum dicto pacto, & deciſum refertur per S.C. potuiſſe mulierẽ teſtari pro concurrenti ſumma dotium receptarum de bonis paternis, & maternis, non autem de eo, quod vltra prædicta habuit de proprijs bonis fratrum, apud *Præſ. de Franch. deciſ.* 196. quem extollit *Menoch. de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*10. *num.*24. quem ſequitur ibi *Fontanell. nu.*8. *&* 13. *ibiq; nu.*28. *& ſeq.* probat idem in patre dotante procedere, quoniam ipſe poteſt in dotatione filiæ apponere vincula, & grauamina in eo, quod dotatio excedat legitimam,non in eo,quod eſt intra eam,& ſic pluries deciſum refert citando plures DD.

## *QVINQVAGESIMOSEXTO.*

IN cauſa D.Franciſci Syluestri vertente in Curia Theani cum quodam Hortulano Iardeni Ill. Principis Hoſtiliani, qui prætendebat quendam arborẽ nucis exiſtentem in eius ſepi coniunctã, ad ſe ſpectare,& colligere fructus illius,replicabat ipſe D. Franciſcus talem arborem ex inferiori loco radicitus procedere, quãuis congrua iardeno illius, & diu ſteterat in poſſeſſione colligendi fructus illius,& nõ
401 eſt dubium, quin ripa cenſeatur eſſe in dominio illius, qui habet vicinum prædium,*Ludouiſ.deciſ.*168.*nu.*4.& conſequen-
402 tèr vicinus propè flumina publica prædia habẽti arbores, in tali flumine natos, vel plantatos, vel eius ripa incidere, & de eis pro libito voluntatis ſuæ diſponere promiſſum eſt, probat *Curt. iun. conſ.*250.
403 *num.*26. nàm & ſi arbor naſcatur in medio pertinet ad vtrumque,vt ex *Parid.* notat *Hieron. de Monte in tract. fin. regund. c.*25. *num.*4. *Bertacch. in repert. verbo arbor in confinio, Borgn. deciſ.*32.*num.*40.*par.*2.
404 Nihilominus quia arbor cedit ſolo, in quo egit radices, *l. idem Pomponius*, §. *de arbore*, vbi *Bart. ff. de rei vend.* ad quod facit caſus in *l. ſi plures*, §. *fin. ff. arb. furt. ceſ. Ber-*
405 *tacch. vbi ſupra*, & arbor in dubio præſumitur eſſe illius, in cuius fundo eſt plantata,vel cui magis adhæret, *Borgn. dec.*32.
406 *num.*43. *par.* 2. & arboris appellatione continentur radices, *Gloſ. in l. obligationum ferè*, §. *placet, ſub verbo ſic & in tradendo, verſ. item licet, ff. de act. & oblig.* quam citat *Mollign. in tract. de appell. vtriuſque iur. extenſ. li-*
407 *tera A. num.*64. & per conſequens arbor poſita in confinibus, dicitur eſſe illius, in cuius loco habet radices, & ſi in vtroque loco extendit radices, erit communis,
408 *idem deciſ.*39.*num.*29.*par.*2.& arborum radices ſi protendant ſe in fundum alienius,non poteſt ille tertius eas radices præcidere propriã auctoritate, ſed debet Iudicis auctoritas impetrari, ex *Foller. in Conſt. de offic. Iuſtit. num.*91. firmat *Carpan. ad Conſtit. Mediol. tom.*2.*cap.*371 *num.*4. ex quibus refertur ſpectare ad dominum vbi
409 radices emiſſæ ſunt,prout apparebat in facto, arborem in fundo ipſius D.Franciſci radices habere, ideò in eius beneficiũ iudicaui, & fuit confirmatum per Auditorem ſecundarum cauſarum Theani.

## *QVINQVAGESIMOSEPTIMO.*

QVidam N. matrimonio collocauit eius filiam cum T. deindè inſorta lite inter eos, ipſe gener fuit carceratus à ſocero, & eo exiſtente carcerato, vxor peperit filium,vndè ſocer illum in Hoſpitale Diuæ Mariæ Annũtiatæ tradi fecit, ſoluto poſtmodùm matrimonio ob mortem viri, dicebant illius hæredes lucraſſe dotem per natiuitatem filij iuxtà pacta conuenta, & licet replicaretur illum fuiſſe traditum dicto Hoſpitali, & neſciebatur ſi viuus, aut mortuus eſſet, adhùc ipſi hæredes dicebant id fuiſſe in fraudem geſtũ per ſocerum,vt diſſolueretur matrimonium, ne autem lucrum vir ſentiret de dote,vndè dubitari cõtingit in S.C.in Banca Cioffi, ſed requiſitus de voto dixeram pro ipſis
410 hæredibus eſſe, *text. in l. ſi filia, ff. de diuort.* ibi, *In fine dicetur non minus patri, quam marito ſuccurrere prætorem oportet, danda igitur eſt ei dotis exactio, atq; ſi conſtante matrimonio deceſſiſſet filia, &c.* ibiq; caſus refertur, quod pater pro filia emancipata centũ dederat in dotem,& ſtipulatus erat ſibi reddi, ſi filia decederat in matrimonio quo vir lucraretur,filia in odiũ patris propter amorem viri diuertit, vt ſic non decederet in matrimonio,& vir lucretur,&c.
411 Prætereà quia ex multis culpa ſoceris colligebatur, ob quod nõ debebat commodum reportare ex ſuo delicto, *Gloſ. in l. ex conducto*, §. 3. *ff. locati.*

Ipſe enim quàmuis vigore patriæ poteſtatis poterat abducere,vel exhibere, hoc ſanè erat intelligendum quando concordaret

daret hoc cum matrimonio, aliàs ſecus
413 eſſet, & ſic ponderauda ſunt verba *text.*
*in l. 1. §. ſi quis filiam, ff. de liber. exhib.* ſi quis
filiam ſuam, quę mihi nupta ſit, velit abdu-
cere, vel exhiberi ſibi deſideret, an aduer-
ſus interdictum exceptio danda ſit, ſi for-
tè pater concordans matrmonium, & for-
tè liberis ſubnixũ velit diſſoluere, & certè
hoc iure vtimur, nè benè concordantia
matrimonia iure patriæ poteſtatis turbẽ-
tur, quod tameu ſi erir exhibendũ, vt pa-
tri perſuadeatur, uec acerbè patriã exer-
ceat poteſtatem in caſu iſto non pro con-
cordia, ſed diſcotdia matrimonij age-
batur.
413 Secundo eſt de iure proditum, quod
vxor tenetur notum ſacere viro eſſe pręg-
nantem, *l. 1. §. denunciare, ff de lib. agnoſc.* &
indè vir mictere cuſtodes. *d. l. 1. §. pæna,* ad
hoc vt ab eo agnoſcatur, ad quod cogi
ſtatuitur *ibidem alias punitur*, eo maximè
414 quando de ſuppoſitióne partus dubita-
retur, iuxtà deciſa per *Dom de Franch. de-
ciſ. 332.* & ſubdit ibi *Gloſ. agnoſcatur*, ideſt
habere, & tractare vt filium in *verſ. agno-
ſcere*, at çum hoc factum non fuerat neuti-
415 quam poterat filium in Hoſpitale tra-
dere inuito marito, in cuius poteſtate
erat partus, & hoc caſu matrem ipſam or-
dinaria pœna homicidij plectendam, ex
*l. 1. § ſed mater, ff. ad leg. Pomp. de parricid.*
probat *Caranza de partu ſect. 1. ſub cap. 4. nu.
82. & 119.*
416 Tertio, ex quo vxor filium in ſua pote-
ſtate non habebat, *§. fæmina, Inſtit. de adopt.*
417 neque auus maternus, *§. fin. Inſtit de patr.
poteſt.* ideò nullo iure poterant dictum fi-
lium Hoſpitali exponere, ea propter cum
418 hoc nec patri licitum ſit filium expo-
nere, quia videretur illum necare, ad *text.*
419 *in l. necare, ff. de liber. agnoſc.* ibi, *& is, qui
abiecit*, vbi *Gloſ. in princ.* notat, vel qui expo-
ſuit eum ad Hoſpitale, & ſequitur inter-
petrando verba illius *text.* publicis locis
420 ad Hoſpitale, vel in ſoribus Eccleſiæ vt
ſiat ei eleemoſyna, & conſerunt recollecta
ab eodem *Caranza vbi ſupra num.* 58. quo
421 ſit, vt ſi benè ante legẽ Conſtantini pa-
ter ex hoe non priuabatur patria poteſta-
te, vt annuit ibidem *Caranza num.* 42. con-
422 trarium tamen alij cenſuerunt ex *Ge-
rard. ſingul. 2.* quem ſequitur *Aſcan. Clem.
de patr. poteſt. cap. vlt. num. 96.* priuandum
forè patrem patria poteſtate.
423 Quo ſit, vt cum ipſi expoſitores infan-
tium peiores eſſe homicidis, iudicauit
Iuſtinianus in *Nouell. infant. expoſ.* quem
ſequitur ibidem *Caranza num.* 59. non tan-
tùm pęnis debitis erint afficiẽdi, de qui-
bus ſatis ibidẽ per *Caranza à nu* 68. *& ſeq.*
ſed veriùs ſucceſſionibus priuari: quem-
424 admodùm homicida priuatur hæredi-
tate occiſi, vt proſequitur *Farinac. de homi-
cid. quæſt. 120. num. 23. & ſeq.* latè *Marta in
ſumma de ſucceſſ. lib. 1. quæſt. 4. artic. 3. per tot.*
Et propterea an iſte pater priuari non
videbatur lucro dotis dùm ipſe nõ expo-
ſuerat, ſed auus maternus, qui hoc ege-
rat tali ſucceſſioue priuari debuerat.

## *QVINQVAGESIMOOCTAVO.*

SVccedeute diuiſione bonorum inter fra-
tres de Sanctis de Atripalda, inſtabãt ſe-
culares fratres, quod alter frater clericus
deberet conferre omnia lucra ſua quæſi-
ta, tàm ex ſua induſtria, quàm occaſione
beneficiorum, idcircò dubitari contingit
quid iuris in hoc caſu erit determinan-
dum.
425 Et ſuppoſito priùs, quod clericus po-
teſt habere bona diuerſi generis. Primò,
bona patrimonialia paterna, & acquiſi-
ta per ipſum ante clericatum. Secundò,
bona quæſita tempore clericatus. Tertiò,
poteſt habere bona Eccleſiæ, quorum ſit
adminiſtrator, poteſt habere fructus be-
neficiorum ſuæ Eccleſiæ. Quartò, poteſt
habere diſtributiones quotidiauas, ex
*Claro in §. teſtamentum, quæſt. 26.* notat *Fari-
nac. in repert. vltim. volunt. quæſt. 54. in princ.
Michalor. in tract. de fratribus, par. 2. cap. 10.
num. 1.* circa bona patrimonialia non erit
426 ambigendũ, de illis poſſe diſponere, vt
ibi *Michalor.* latiſſimè *Valaſc. in praxi partit.
cap. 35. per totum*, & conſequenter illa con-
ferre.
427 Reſpectu verò bonorum acquiſitorum
per eum tempore clericatus, vt per exem-
pla oſtendit ibi *Michalor. num. 2.* quæ pa-
trimonialibus æquiparautur, *vt ibi ſubdit
num. 2.* ex *Nauar. ibi citato*, nedum de illis
diſponere poterit.
428 Sed etiam veniunt in iudicio familiæ
erciſcundæ, quando teſtatus deceſſerit,
aliàs Eccleſia, ſiuè ſucceſſor in beneficio,
cuius occaſione quæſiuit ſuccederet, pro-
bat *Valaſc. ibidem num. 12. & 13.*
429 Quò verò ad bona Eccleſiarum ei ob-
ueuta, adhùc clericus tenetur couferre,
*Bald. in l. ſi patruus, nu. 4. C. commun. vtriuſq.
Iudic.* quod putat eſſe intelligendum in
illis rebus, de quibus ipſi clerici diſpone-
re poſſunt, vt probat *Fęlicens in tract. de ſo-*
430 *ciet. cap. 12 num. 31.* verùm, quia clericus
filiusfamilias teſtari non prohibetur de
bonis

bonis acquiſitis miniſterio Eeelcſiæ, val
occaſione ipſius, *Anthent. presbyteros, C.de*
*Epiſc. & cler.* cum alijs apud *Pinell. lib.1.*
*eap.5.num.19.ſelect.iur.interp.*
431 Et ſi benè poſſit habere bona Eeeleſiæ,
quorum ſit Adminiſtrator, ex quo talis
adminiſtratio dictorum bonorum Eccle-
ſiæ ſpectat ad Capitulum, & Epiſcopum,
non autem ad Beneficiatos, *Farinac. deciſ.*
*ciuil.183.num.1.tom.1.& deciſ.455. poſthum.*
*num.4.par.4. Rota in nouiſſ. deciſ.252.num.3.*
*Caualer.deciſ 57.nu.2.* & dato quod ſpecta-
ret clericum deputatum.
432 Adhùc tamen Adminiſtrator tenetur
conficere librũ adminiſtrationis, nec ſuf-
ficiunt folia,& liſta, idem *Farin. deeiſ.486.*
433 *num. 4. tom.1.* qui debet continere data,
& accepta nominatim, ex qua die alitèr
non diceretur legitimè conſcriptus, *idem*
*deciſ.609 num.5 eod.volum.*
434 Et conſequentèr Adminiſtrator tene-
tur reddere rationem de adminiſtratis,&
reliqua reſtituere, idem *Farinac.deciſ.522.*
*num.3. par.1. & deciſ. 354. poſthum. num.2.*
*par.3 & deciſ.257. num.2. par.4. Rubeus de*
*ciſ.54 num.13.par.1.& deciſ.3.num.1.Caual.*
*deciſ.452.num.3. Comuncula deciſ.20.num.3.*
*& deciſ.26.num.7. Macerat.lib.2. reſolut.46.*
*num.12.Merlin.deciſ.Rom.107.num.3.*
435 Imò quilibet Adminiſtrator tenetur
ſingulis annis requiſitus reddere rationẽ
adminiſtrationis,*Borgnin deciſ.33.num 19.*
*par.2.Eſcobar.de ratiocin.cap.5.*
436 Et ſic non ſolùm ſi fuerit Fabricerius
Eccleſiæ, adhùc compelli poſſit ab Epi-
ſcopo ad reddendum rationes, *Macerat.*
*lib.1.variar.reſol.caſu* 45.ſed quilibet alius,
& circa hoc non erit inſiſtendum, dùm
bona ſunt Eccleſiæ.
437 Sed reſpectu bonorum,ſcilicet præben-
darum, aut beneficiorũ, licet expenſæ de-
beant eſſe communes, & clericus confer-
re debet peculium vſque ad neceſſitatem.
vt pari paſſu procedãt, *cap.1. de alien.feud.*
aliqui contrarium putarunt, ex *Bald. in l.*
*ſacroſancta, C.de Epiſcop. & cler.* cum ſit re-
438 dactum peculium clerici ad inſtar pe-
culij quaſi Caſtrenſis, ex *Oinot. in §. actio-*
*nes,num.2.de action.Bart.in l.1.§.nec caſtrenſe,*
*num.4.verſ.dico ergo,*per *Lomnimodo,§.impu-*
*tari, C.de inoffic. teſtam* probat *Trombect. de*
*ſociet.cap.8.nu.21.& 22,*vbi cõcludit,quod
439 ratione menſæ conferri debet vſque ad
neceſſitatem, *iterum cap.10.num.131.*idem
440 confirmat,eo quia beneficia Eccleſiaſti-
ca ſunt inuenta, vt deducto neceſſario re-
liquum inter pauperes diſtribuatur,quod
aſſequitur *Valaſc.vbi ſupra num.5.*& in qui-
441 bus rebus tenetur fructus dictorum bo-
norum diſtribuere, lõgè proſequitur *Mi-*
442 *chalor. vbi ſupra*, & Clerico Beneficiato
mortuo,quale ius reddatur ſucceſſoribus
reſpectu fructuum diuidendorum, oſten-
dit *Coſta de port.rata,quaſt.155.num.20.*
443 Deniq; circa diſtributiones quotidia-
næ concludendum eſt, quemadmodùm
dictũ eſt de bonis patrimonialibus, quo-
niam tales diſtributiones quotidianæ in-
ter bona quaſi patrimonialia numerãtur,
*Monet in tract.de diſtribus.quotid. par 3.cap.3.*
*num.12.* ex ijs veritas omnium colligitur
pro deciſione articuli præmiſſi.

## QVINQVAGESIMONONO.

444 DVbitari contingit, ſi Officialis Ba-
ronis, vel alterius poſſit in locis
domanij exercere iuriſdictionẽ inter ſuos
ſubditos, putà Neap. abſq; licentia Pro-
regis,& ſuorum Officialium, *Affl in Conſt.*
*de quæſtionibus, in 1. notab.* dixit, quod ſic
eundem citat *Marant.in ſpec. par.6. rubr.re-*
*ctè concipiatur citatio, ſub nu.41.* ſubdens ſuo
iudicio illam quæſtionem non probare
hoc,eundem *Afflict.*citat *Capiblanc.in 2.to-*
*mo de Baron cap 19.num.1.*referens contra-
riam ſententiam fuiſſe approbatam, ex
*Freccia, Foller.Tapia,& Caball.* eo quia iu-
445 riſdictio cohæret territorio, nàm extra
territoriũ iuriſdictio non exercetur,*And.*
*Kniken in comment. de Saxon. non prou. iur.*
*cap.3.num.18.*
446 Benè tamen conſentiente Barone do-
mino loci poſſit exerceri ab alio Barone,
vt ibi *Capiblanc.* aut de eius licentia, idem
*Capiblanc.in pragm.3.num.146. de Baronibus.*
447 Poſtquàm iuriſdictio ſolo adhæret ex
*Bald.in l.à procuratore,C.manc.in princ.*notat
*Andr.Gayll.lib.2.obſeru.62.ſub num 9. Anton*
*Fab.in eius Codice lib.3.tit.12.defin.28.nu.2.*
448 & ſucceſſiuè iuriſdictio arguit locum
eſſe illius, cuius nomine ipſa exerce-
tur, *Borgn. deciſ.23. num.89. par.2.* vndè ſi
449 quis habet iuriſdictionem in aliquo lo-
co, dominium generali dicitur habere,
*idem deciſ.36. num. 537. ead.par.* quo fit,
450 vt iuriſdictio non extendatur de loco
ad locum, neque de banco ad bancum,
*idem deciſ. 20.num.28. & deciſ.11. num.16.*
*par. 1.*
451 Quanquã prædicta procedere videan-
tur in iuriſdictione contentioſa, quæ non
poteſt exerceri in alieno territorio abſq;
licentia domini loci, vt dictum eſt, & ſe-
quitur *Capiblanc.vbi ſupra num.8.* vt quoq;
aſſequitur *Andr. Kniken de territ. originat.*
*cap.1.*

Google

*cap.2.n.372.& ſeq.Scaccia de iudic. c.40.n.6.*

Secus autem in iuriſdictione volunta-
ria, vt per exempla oſtendit ibi *Capiblanc.*
*num.*8. delegare cauſas, creare Officiales,
tranſigere, & gratias facere in cauſis cri-
452 minalibus, ſimilitèr iuriſdictio manda-
ri poteſt extra territorium non etiam da-
ri Iudex, probat *Bellon. in tract.de mand. iu-
riſd. cap.1.quaeſt.*5 *num.*18. & rationem red-
dit *num.*19 ſubdens *num.*20. quod iuriſdi-
453 ctio non poteſt mandari, vt exerceatur
extra territorium, Iudex verò dari poteſt
vt extra territorium iudicet, & quæ ſit iu-
454 riſdictio voluntaria,vel contentioſa,de-
clarat *Cancer.par.2.cap.2.num.*235.

455 Solent enim inuicem Domini Terrarũ,
atq; Officiales literas requiſitoriales ex-
pedire pro exercitio iuriſdictionum in
alieno territorio, de quibus ſatis per *Mo-
lin.de brachio ſecul. Eccleſ praeſt lib.2.cap.*21.

456 Quod tamen non procederet in ſupre-
mis Officialibus, putà Regentibus, Regijs
Cõſiliarijs, atq; Iudicibus M.C.V. alijſq;
deputatis per ſuam Excellentiam, cuius
perſonam repreſentant, eo quia iuriſdi-
ctio voluntaria vti non magis Principis
licitum eſt in territorio ſubditorum, quã
contentioſa, *Koppen. de lege Andium tit.* 4.
*cap* 43. *ſub num* 12. ſic & ipſi idem in nun-
tio Regio, probat *Scaccia vbi ſup. verſ. in-
ſurgit tamen*.

457 In Commiſſarijs autẽ deſtinatis ſecus
eſſe oſtẽditur, nàm Cõmiſſarius nõ poteſt
ſuam commiſſionem exequi, niſi prius il-
lam oſtendat Officiali in capite exiſtenti
in loco exequendæ commiſſionis, & ſi ſe-
cus faciat, poteſt cogi, & caſtigari, teſta-
tur *Reg. Rouit. in rubr. pragm. ne quid in loco
publ.nu.*3. poſt *Frece.de ſubfeud. lib.*2.*in dif-
ferent.feud.num.*39. vbi alios citat DD.

### *SEXAGESIMO.*

NObiles Ciuitatis Caſtri maris de Sta-
bia maximè Syndicus, & Electi ſolent
nominare alios ignobiles ad officiũ ſpe-
ctans verè nobilibus, & in hoc aliquando
per alios nobiles ſub taciturnitate proce-
ditur, ità quod Electus ab initio pacificè
poſſeſſionem adipiſcitur, quàmuis poſteà
per alios controuertatur, & in tali caſu
ſemper obſeruari ſolet dato termino in
458 cauſa, quod manuteneatur in poſſeſſio-
ne, & ità pluries fuit obtemptum, & vidi
decreta, quæ ſiquidèm praxis fuit deſum-
pta, ex *l.in lite ordinata, C.de liber. cauſa*, vbi
pendente lite de ſtatu ſeruus habetur pro
libero, vt inquit ibi *text.* & deciſum tra-
dit *Praeſ. de Franchis deciſ.* 264.

Sed quando eligitur ignobilis pro no-
bile ad officium nobilis, & in tali electio-
ne inſurgunt aliqui aſſerentes non eſſe
459 nobilem, & ſucceſſiuè non debere gau-
dere, eo caſu alio modo proceditur, nàm
fit pręceptum Electo, vt abſtineat ab exer-
citio, quæ practica deſumpta eſt, ex *text.
ſingulari in l.reus.ff.de mun.& honor.in fine*, &
ſic paritèr in multis cauſis nobilitatis hu-
ius vidi deciſum per S. C. Hoc enim ſo-
lent ipſi obſeruare, ſubijciendo nobiles,
vel ignobiles in aſportatione haſtarum
460 pallij, nàm nobiles Caſtri maris de
Stabia deferunt haſtas pallij in diebus
Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & in diebus
Iouis, & Veneris maioris hebdomadæ, vt
refert *Praeſ de Franch. deciſ.*253.*num.*4. vbi
refertur caſus deciſus contra eos.

*Ex iis infertur ad conſimilem altercationem, ſi Nobilitas Gentilitia contrario parentis, ſiuè agnatorum, vel cognatorum facto liberis, vel cateris de cognatione, vel agnatione, vel familiæ non adematur, in contingentia facti, fuerunt ſequentia in iure allegata.*

REſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur in facti ſerie.

Quod vbi aſcendens, ſeù ſtipes detur nobilis alicuius familiæ, ex quo omnes eiuſdem familiæ, ſiuè per lineam rectam, ſiuè inflexam, & tranſuerſalem maneant, atque deſcendant, vnius ex deſcendentibus, ſiuè trãſuerſalibus factum nobilitati contrariũ, vt quia populare geſſerit officiũ, vel quid aliud perpetrauerit, ex quo nobilitas, vel amittatur, vel graue præiudicium patiatur, minus pręiudicare habeat cæteris de eadem familia, qui nobilitèr vixerint, neq; quod tale geſſerint, ex quo nobilitati, vel præiudicaſſent, vel eam amiſiſſent, cum factum illud nobilitati contrariũ facientis, perſonam non egrediatur, atq; ad cæteros deſcendentes nequaquam diffundatur, quin cęteri ipſi valeant vti nobiles reputari, atq; vt ſic primæua illa à communi ſtipite deſcendente nobilitate frui, & eius prærogatiuis, & præeminentijs gaudere, ità enim mihi probant.

461 Primò, expreſſa iura in *l.eum qui* 3. *ff.de
interd.& releg.* cuius verba ſigillatim tran-
ſcribit (*Tiraq tract.de nobilit.cap* 35.*num.*4.
*verſ. & ego certè*, ſi quis primus ſibi nobi-
litatẽ quæſierit, & poſteà amiſerit, crede-
rem, & poſteros quoq; amittere, at ſi non
eam quæſiuit, ſed accepit à genere, nõ fa-

cilè irem in eam ſententiam, vt liberis, &
cæteris præiudicet; ob id, quod ſcribitur
in *l. eum qui 3. ff. de interd. & releg.* cuius
verba quoniam in id ſunt optima,elegan-
tiſſima ſubijciam eum, qui Ciuitatē ami-
ſit, nihil aliud iuris adimere liberis, niſi
quod ab ipſo perueuturum eſſet ad eos,
ſi inteſtatus in Ciuitate mereretur, hoc
eſt hæreditatem eius,& libertos,& ſi quid
aliud in hoc genere reperiri poteſt; quæ
verò non à patre,ſed à genere,à Ciuitate,
à rerum natura tribuerentur,ea manere
eis incolumia; itaq; & fratres fratribus
fore legitimos hæredes,& agnatorum tu-
telas, & hæreditates habituros, non enim
hæc patres, ſed maiores eius dediſſe.)
462 Secundò,hoc itidem mihi probat text.
*in l.emancipatum in fine,& in l.filius Senatoris,
in fine, ff. de Senat.* vbi in his, quæ generis
ſunt, maiorum negligentia, ſiuè factum
poſteris,ſiuè cæteris non præiudicat, quæ
iura in ſuis terminis expendit idem *Ti-
raquell.tract.de iur.primog.quæſt.23 ſub nu.20*
vbi ex alijs DD.reſponſis illuſtrat aduer-
ſus *Luc. de Penna* contrarium volentem in
*l.1.col.5. C de priuileg. cor. qui in ſacr.Palat.
mil.* cuius ſententiam teſtatur falſam. ac
monet relegenda,quæ dixit in ſuo *tractatu
nobilit. cap.24. num.4. & in præc. cap.35. per
tot.* & ex noſtris ſatis comprobat, & in-
ducit *Fab.de Anna Reg.Conſil. conſ.17.à n.3.
ad 7. cum ſeq.*ac reperit *à num.13.14.& 15.*
vbi tres veriſſimas deducit concluſiones.
Prima, quod filij prætendentes nobilita-
tem generis habeant illam à maioribus,
& non à patre. Secunda, quod factum
patris eis non nocet. Tertia, quod quan-
463 do filius eſt conceptus antequam pater
amiſit dignitatem,ea priuari non debeat,
etiam ſi a patre ius illud deriuare conten-
dat,& reddit rationem ſub *num.16.*quia
poſteri,atq; deſcēdentes habent ius æquè
principale à paterna perſona,in hoc nihil
penitùs trahentes,quia patrem natura aſ-
ſignat ſecundum *Bald in l.parentes,in princ.
C.de liber.cauſ.* ſed in nobilitate generis fi-
lius talis eſt, ſcilicet nobilis non à patre,
ſed à maioribus, quin & ſubdat allegan-
do iura omnia ſupra adducta, ac expen-
dendo *Tiraquell.in præc. loco,* quod ſi pater
464 artes viles exercuerit,non præiudicatur
ex hoc filijs,qui trahūt nobilitatem à ma-
ioribus, immò, & adeò ſit ius nobilitatis
465 fauorabile, vt nobilis ob vile exercitiū,
tandiù deſinat eſſe nobilis,quandiù exer-
cet, ſed eo dimiſſo, reuiuiſcat nobilitas,
ſicq; non ſolùm filijs, ſed nec etiā ſibimet
ipſi pater præiudicet, quando ad nobiliū

actus redierit, ex *Guid.Pap. deciſ.196.nu.2.
Caſſan. conſ.64. num.35. & in Conſuet. Burg.
rubr.4.§.19.num.31. Rebuff.ad Conſtit.Galliæ
tit.de merc. minut. vend. in princ.nu.25.& Ca-
ball. milleloq.794.*
466 *Anna ipſe conſ.18.ſub num.11. verſ. ſed re
vera,* habet ab vltimo,in nobilitate autem
& ſuccedit, & habet à primo tantùm, &c.
*& conſ.88 ſub num.2.*vbi poſt *Soccin.& alios*
concludit, quod in vna familia,vel domo
poſſent eſſe nobiles, & ignobiles, poſt
*Ann. patrem ſingul.359. & Ego addo D.Præ-
ſid.de Franch. deciſ.523.num. 17.& ſeqq.* quē
allegat idem *Ann.in præced.conſ.17.à nu.21.
ad num.27.*
467 Quartò,idem ipſe *Ann conſ.84.à nu.8. 9.
& 10.* vbi ponit abſolutam concluſionē
in fortioribus terminis,quod vile officiū,
ac miniſterium patris, non noceat filijs,
quia ea,quæ ex genere proueniunt,liberis
ſeruatur incolumia, ac repetit adducta
iura.& auctoritates,*Tiraquell.& cæterorum,*
de quibus iam ſupra meminimus, & hoc
in loco *Ann.* vlteriùs addit *Natta in conſil.
577.num.8. Cephal.conſ.238.nu.23.lib.2. Ia-
cob. Mandell.conſ.43.num.5.lib.1. & Io.Gut-
tier.pract.lib.1.quæſt.137.num.10.*ſubdens in
noſtro S.C. deciſum,nō nocuiſſe filijs pa-
tris confeſſionem, qua declarabat ſe,
ſuamq; familiam in aliquo ex quinque
ſedilibus huius Ciuitatis gauiſum non
fuiſſe, quia filij ipſius confitentis fuerunt
reintegrati ad honores Sedilis Capuani,
in cauſa illorū de Acciapaccia, ſic etiam
& poſt *num.12.* hinc deducit in nihilo re-
fragari filijs, qui nobilitatem antiquitus
ante patrem deducere contendunt, quod
pater officiū ſyndicatus exercuiſſet,quod
ſolet popularibus demandari, ex *Garzia
de nobilit. Hiſpan. gloſ.12. num.48. fol. 269.*
qui vlteriùs deducit,poſſe dari caſum,in
quo pater plebeius,filius verò in poſſeſſo-
rio nobilis pronuncietur.
Quintò,nouiſſimè *D.Franciſcus de Petr.
I. C. & Aduocatus Neap. omniq; eruditione
præclarus,antiquitus indagator conſ.2 ſub num.
20. conſ.14. ſub num. 20. conſ.30. ſub nu.15.
& conſ.39.à num.31.32.& 33.verſ.cumq;* no-
468 bilitas vnica ſit in familia, ſatis dicitur
conſeruata, & continuata poſſeſſio per
alios coniunctos, qui geniti ſunt, & gau-
dent, *l.cum ſcimus in fine,C.de agric.& cenſit.
lib.11.l.ſi commune,ff.quemadm.ſeru.amit.& c.
ver. & in his, quæ generis ſunt,* & repetit con-
*ſil. 53. ſub num.17.* licet non alleget *Dom.
Conſil.Paſcalem de virib.patr.poteſt.par 4. c.2.
à num.68.verſ.nec pater viles artes exercendo,*
469 ac in *verſ. nam maiorum,* nobilitas æquè
princi-

Digitized by Google

principalitèr,& eodem tempore omnibus
competit de eodẽ genere, vt benè probat
*Fabius de Anna conſ.17.num.46.& Caball.d.*
*milleloq.794.in fine,* & nouiſſimè præ cęte-
ris probauit *Faber lib.9.Cod.tit 29. de dign.*
*& nobilit. defin.1.14.&* 25. vbi ſingularitèr
loquitur.

Sextò, tandem ſuadet concluſionis ve-
ritatẽ nouiſſimus ſcriptor *Eſcobar.in tract.*
*de purit. & nobilit. probanda, par 1.quæſt.13.*
*ſub num.10.& 11.verſ.probatur maior,*vbi re-
cenſet *Tiraq. Molin. Pelaez de maior. 2.par.*
*quæſt.4 illat.2.à num.32. Peregrin.de fideicom.*
*art.53.nu.45. Anna citato conſ.17. & Valenz.*
*conſ.90.à num.49.*ac repetit *ſub num 27.*vbi
innumeros alios allegat poſt *Cęuall. com.*
*mun. contra commun. quæſt.688 à num.45 &*
*ſeq.* & licet *ſub num.35.& 36.cum ſeqq.*con-
470 trariũ probare videatur, quod vbi quis
ſit impurus in vna familia, vniuerſum ge-
nus,& per conſequens ſingulos ex ea pro-
uenientes, eaſdem laborare nota oſtenda-
tur, allegando poſt alios *Garz. de nobilit.*
*gloſ.6. à num. 46.* & repetit idem *Eſcobar.*
*cap.1. tract.1 quæſt.17. §.1. ſub num.30. verſ.*
*nihilominus tamen,*in ſpecie noſtra, aliud di-
cendũ eſt, tùm quia rationes omnes, quæ
471 obtinent in deſcendentibus, locum ha-
bent iu tranſuerſalibus, ſiquidèm reſpon-
detur, *Eſcob. citatis in locis* loqui de impu-
ritate ſanguinis, quæ à maioribus, ab vno
ex familia ſit contracta, quia tùnc in om-
nes diffunditur, vt ipſe probat *d. quæſt.13.*
472 *§.2. ſub num.27.verſ.nam ſicut,*nobilitas à
primo nobili, in vniuerſam eius deriuatur
familiam, ac progeniem, *argum. l. vnum ex*
*familia 67. §.1. de leg.2.* ità ſimilitèr macu-
la proueniens à primo infecto, nempè Iu-
dęo, ſeù Mauro reconciliato, aut relaxa-
to per Sanctum Officium, velut à fonte
ſpargatur in omnes progenitos, & om-
nes in ea ſuccedãt, veluti in quadam pra-
ua hæreditare,& obſceno iure vniuerſali,
& ideò *Eſcobar.*exindè *ead. par.1. quæſt.17.*
*d.§.1 ſub nu.30.ſubdit,* nihilominùs tamen
in ſpecie noſtra aliud dicendum eſt, quia
loquitur in ſpecie primæ radicis,& gene-
ris ſanguinis impuritate maculatæ, quod
473 macula illa nè dùm ad deſcendẽtes, ſed
etiam ad conſanguineos, & collaterales
omnes pertineat, ad quos etiam pertinẽt
iura ſanguinis,& allegat *Garz. Otalor. Gut-*
*tier. & alios,* vt proindè eius dicta, & con-
cluſiones non ſint applicabiles ad nobili-
tatem generis, quæ ab illa ſanguinis di-
ſtinguitur, vt poſt *Caſſan.*dixit *Anna citato*
*conſ.17. ſub num.19.* ſicque meritò vbi in
contingenti caſu non tractetur de macu-
la ſanguinis primi acquiſitoris, ſiuè ſtipi-
tis nobilitatis, vel etiam eius, qui de no-
bilitate arguitur, ſed tantùm quod cum
eſſet ſanguinis purus à generis nobilitate
diſſonauerit per aliquod factum ignobi-
le,& populare, ſiuè nobilitati contrariũ,
meritò illius factum cęteris, quòad nobi-
474 litatẽ generis non præiudicet, iuxtà fun-
data, & in ſuperioribus demonſtrata, &
agnoſcit idem *Eſcobar. d. quæſt.17. §.1. à*
*num.35.36. & 37.* cum admittit, quoties
agitur de nobilitate generis, poſſe ex ea-
475 dem domo ortos alios nobiles reputa-
ri, alios non, ex *Soccin. Farin. & alijs,* at ſe-
cus è contra in puritate ſanguinis, quam
probat, ſemper eſſe vnam in proprietate,
atque poſſeſſione.

At hucuſq; diſputata, & ad exactum
examen reuocata in controuerſiam mini-
mè aduerti valent, cum ex eo ſolùm nobi-
litatis quæſtio moueretur, quod quis à
magiſtratu coactus, vt Reipublicæ bono
inſeruiret publicum populare munus ac-
ceptaſſet, præſertim ſi ipſi Iudicis præce-
pto caueretur, vt citra prę iudicium nobi-
litatis cauſa publici boni populare obi-
ret officium, pœna inſuper adiecta, caſu
quo mandatis parere renuiſſet, ſiquidèm
476 cum de iure ſit abſolutum, quod nobi-
liores,& digniores ſint eligendi ad publi-
ca Ciuitatis munia obeunda, *l. ad ſubeunda*
*46. C de decur.lib.10. & in l.honor, § de hono-*
*ribus, verbo origo natalium, ff.de muner.& ho-*
477 *nor.*qui ſi officia recuſare attentauerint,
acritèr puniri debeant, iuxtà minax Con-
ſtantini reſcriptũ in *l.ſi ad magiſtratum 18.*
*C. eodem titulo de decur.lib.10.*

478 Ideòq; ſi ob Reipublicæ bonum viſum
fuerit, etiam popularia officia nobilibus
iniungi validũ erit, qui omninò compel-
luntur ad illa obeunda, ſub clauſula ta-
men, *citra præiudicium nobilitatis*, vt multo-
ties obſeruatũ recenſet *Dom. Reg.de Ponte*
*tract. de poteſt.Proreg. tit. de abundant. Ciuit.*
*§.1.à num.4.* & innumera exempla recom-
pilantur per *Dom. Io. Bapt. de Thoro in ſuo*
*compend. deciſ.Neap. par.1. verbo nobiles*, ſi
fuerint electi, qui ità paſſim ſeruari teſta-
tur,& *Reg.de Ponte loco iam citato,* expendit
*text.* ſingularem *in l.1. C. de his, qui ſpontè*
*publica munera ſubeunt*, vbi qui immunes
ſunt à Decurionatus officio, ſi certa lege
ſeruandæ immunitatis Decuriones fieri
paſſi ſunt, ad priſtinam excuſationem re-
dire non prohibentur, ex quo *text.* poſt
*gloſ.ibi in rubr.*notat *Bart.*eum qui publicè
479 munera ſubit, iuuari proteſtatione, ne
ſuo priuilegio præiudicetur, quo minùs

illi renunciaſſe videtur, eo magis, quia
non poſſunt actus neceſſarij tollere no-
bilitatis priuilegium, quàmuis ex vo-
luntarijs actibus amitti poſſit, vt teſtatur
*Garz. de nobilit. gloſ.6. num.37.* ex *Felin. in*
*cap cum acceſſiſſent 8. de conſtit.* nàm ſi ob id
ſolùm nobilitas amitteretur, quod quis
metu pœnæ coactus Iudicis pręcepto ob-
temperauerit. Hoc aliud non foret, quam
quod ex eodem actu, ſiuè fiat, ſiuè non
fiat, quis pœnam conſequatur, vt vtroque
caſu, ſiuè obediens, ſiuè contumax fuerit,
modò generis, modò ſubſtantiæ pariatur
480 iacturam; & tamen, quilibet excuſatur,
quod Magiſtratui parere teneatur, ad *tex.*
*in l.2. §.fin. ff. ſi quis cantion. & l. non videtur*
*128. §.qui iuſſu Iudicis, ff.de reg iur.* nè alio-
quin ſubditi ad delinquendum inuitaren-
481 tur, cum nõ poſſit culpa carere, qui Iu-
dici non obtemperauerit, iuxtà *text. in l.*
*non poteſt dolo 160. ff.de regul iur.* & prote-
ſtatio hoc operetur, vt Iudicis decreto
482 roborata, iura proteſtantis integra, &
illęſa relinquat, cum de eius natura ſit,
nihil in eſſe deducere, ſeù ponere, ſed ius
exiſtens conſeruare, vt poſt *Angel. in l.om-*
*nes, ff.de præſcript.30. vel 40.ann. & in l.ſcri-*
*pturas, C.qui potior. in pign. hab. Aym. Crau.*
*conſ.15. Gloſ. Pariſ. & alios*, teſtatur *Dom.*
*Præſ.de Franch.deciſ.50.ſub nu.5.& deciſ 32.*
483 *ſub num 14. verſ. reſeruatio* enim ius non
tribuit, ſed conſeruat id, quod reſeruans
habet, *l. at ſi quis, §. plerique, ff. de relig. &*
*ſumpt funer*, cum concord. per *Hieronym. à*
*Laurent. deciſ.88. num 4. verſ.alius verò, &c.*
*& Ego addo Intrigl. ſingul 72. Aym.Crauett.*
*conſ.29 num.8.& conſ.127.num.7.Steph.Gra-*
*tian. deciſ.Marchiæ 114. num.12.& deciſ.6. à*
*num.54.& ſeqq.* vt proindè ſi non tractatur
484 per reſeruationem, & proteſtationem
de iure aliquo tribuendo; meritò contra-
dictio alicuius non requiratur, in actu .n.
judiciali formato, & tribuente ius, requi-
ritur Iudex, actor, & reus, iuxtà *text. in cap.*
*Forus, extra de verb. ſignif.* at ſecus in pro-
teſtatione, quæ tantum habeat conſerua-
re, ſeù præſeruare ius, vbi reſeruans ha-
beat, iuxtà fundata, atq; in ſuperioribus
demonſtrata, quibus addo nouiſſimum
Scriptorem *Dom.Conſil. Carleual tom.2. de*
*iudic.lib.1.tit.2.diſput.3.* præſertim à *num.3.*
485 cum in his terminis loquens, in quibus
tractatur de probationibus faciendis per
prætenſores habituum militarium S. Ia-
cobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & emergit
aliqua difficultas circa eas cõcludit poſt
*num. 7.* his verbis: *Non grauabor admonere*
*tàm eos, qui probationes, teſteſq; recepturi ſunt,*
*quàm illos, qui de ſimilibus cauſis cognituri ſunt,*
*eaſq; iudicaturi in primis has eſſe cauſas, in qui-*
*bus nullius detrimentum verſatur, ſi in fauorẽ*
*Actoris pronuncietur. Maximum autẽ ſi contra*
*ipſum, ac per conſequens benignè, & non rigidè,*
*nec amarè, & tanquàm inter infeſtos eſſe tra-*
*ctandas.* iuxtà egregiam animaduerſionem
*Bald Paul.Iaſ. Alciat Rebuff. & Menoch.* quos
retuli, & ſequitus ſum *priori tit. diſput.2.*
*num.108.* quam vltra illos approbant *Ca-*
*gnol.in l.quoties nihil, num.5.ff.de reg.iur.* idẽ
*Menoch. d.conſ.96.ex nu.27.lib.1. de Franch.*
*deciſ.2.nu.28. verſ.concurrit etiam, deciſ.207.*
*num.8.& deciſ.357.num 6. Valenz.conſ.90. à*
*num.5.ad num.11.& Rouit.conſ.80.ex num.9.*
hæc ille, qui pręcitato in loco *ſub num.19.*
vlteriùs etiam comprobat, quomodo te-
ſtibus examinatis in ſimilibus cauſis tàm
nobilitatis, quàm puritatis ſanguinis in-
486 ter ſe diſſentientibus, alijs deponenti-
bus de nobilitate, vel puritate, alijs pari-
bus, aut paucioribus de ignobilitate, vel
impuritate, adhibenda potius veniat fi-
des deponentibus de bona fama, & bona
qualitate, quam deponentibus de mala,
ex *Farinac.deciſ.315.ex num.10. vol. 2. crim.*
*quæſt. Ludouiſ deciſ.498.ex num.11.* vbi *Ad-*
*ditio, Ceuallos in ſpeculo practicar quæſt.9000.*
*ex num 84. Valenz. d.conſ.90. à nu.34.& 50.*
*cum ſeqq.& conſ.92.ex num.103.lib.1.Coccin.*
*deciſ.68. Mantica deciſ.274. deciſ.289. & de-*
*ciſ.317. Riccius lib.8. collect.3375. Seraphin.*
*deciſ.50.& alij,* quos nõ repeto, ſed ad eun-
dem ipſum relegendos remitto, vti indi-
uidualitèr his in terminis obloquentem
poſt grauiſſimorum Iuriſconſultorum
reſponſa, ac ſenſibilem æquitatem, quam
dicit omni iuris, vel facti rigori præferen-
dum, tùm ibi, quam ſub *num.21. 22. 23. &*
*ſeqq.* vbi ad contraria omnia reſpondet.
Reliqua, &c.

*Franciſcus de Laurito.*

Confert prædictis contentis in ſupra-
citata allegatione optima *cõſultatio Dom.*
*Reg. Hectoris Cappcij Latro 12. tom.1.* vbi
agitur de probatione nobilitatis, & ex
quibus actibus probetur, & nùm eodem
tẽpore poſſit quis eſſe nobilis, & plebeus,
& exercere officia nobilium, & plebeorũ,
& quę dicantur incompatibilia, & inter ſe
repugnãtia, vbi in fine ſubnectit, quod de
anno 1512. fuerũt prędicti Thomaſij rein-
tegrati, referente Regio Conſiliario, nunc
digniſſimo Regente, & Marchione Bel-
montis Carolo de Tapia. *Thoro.*

*SEXA-*

*SEXAGESIMOPRIMO.*

IN cauſa Io. Baptiſtæ V.I.D. & Io. Antonij
de Patritijs, cum Io. Franciſco Indello
V.I.D. fuerunt mihi præſentatæ ſequen-
tes Allegationes vti Iudici Monopolis,
Domine Iudex, Doctor Io. Franciſcus In-
dellus ſalua pace à geminatis præceptis
exequutiuis ſuper reſtitutione prætenſi
depoſiti, meritò appellauit, fuit enim ante
cæptum iudicium diffinitiuè pronuncia-
tum, & omni iure debebat audiri ſtatuto
ſaltim ſummario termino, licet enim de-
487 poſitarius ſine dilatione compellendus
eſt ad reſtitutionem depoſiti, nec poteſt
compenſationem opponere, iuxtà *text. in
l. ſi quis, C. depoſ.* ibi, *Illicò, & inferiùs, quàm
celerrimè, & ſine aliquo obſtaculo*, tamen *Bart.
ibi*, poſt *Odoffred. Cyn. & alios antiquiores* di-
cit, quod actio depoſiti ſit de ijs, quæ re-
quirunt cognitionem ſummariam ab or-
dine iudiciorum non à probatione, nàm
illud verbum *illicò*, quàm celeberrimè,
quàm citiùs, quæ in illa lege pononrur,
hoc inducūt, imò plus dixit ibi *Bal.* quod
488 actio depoſiti debeat proponi via ordi-
naria, & per libellum, quia nullo iure ca-
uetur contrarium, ideò omnes ſollemni-
tates iuris ſunt ſeruandæ, ſicut in cæteris
cauſis per doctrinā *Innocent. in cap. penult.
extra de accuſat.* & probat per *l. præcedentē*,
quæ dicit, quod cōdemnatus eſt infamis,
nàm ſi procederetur exequutiuè nō irro-
garetur infamia, quia non eſt exceptio fa-
moſa, & meliùs *Paul. de Caſtr. ibi, Bart.* ſe-
489 quutus dicit, quod nō requiritur libel-
lus, nec litis conteſtatio quantum ad or-
dinem iudiciarium, hoc eſt quantum ad
terminos, quia abbreuiantur non quan-
tum ad ordinem iudiciarium, quo minus
requiratur libellus, & litis conteſtatio,
ſicut in actione ad exhibendum, quæ eſt
ſummaria, & tamen illa requiruntur, alle-
gat *text. in l. tigni, §. 1. 2. ff ad exhib.* & hoc
important illa verba vocabuli, quæ in illa
*l. ſi quis* ponuntur, non tamen ommiſſionē
ordinis iudiciorum, ſed abbreuiationem
terminorum, & tantò magis prędicta pro-
cedunt, quia non eſt depoſitum factum
in Curia corā Domino Iudice, tùnc enim
Iudex officium ſuum interponit depoſi-
tarium eligendo, & poteſt exequutiuè co-
gi depoſitarius à Iudice, à quo habuit of-
ficium, ſed in depoſito extraiudiciali, &
depoſitario electo à partibus, & non à Iu-
dice procedunt iura, & actiones ſuperiùs
allegatæ, & licet Abbas Ludouicus con-
feſſus fuit depoſitum in diuiſione cum
fratribus; hodie dicunt ad reſtitutionem
non teneri, & ſunt audiendi ſtatuto ter-
mino ſuper negata reſtitutione, proùt in-
ſtat nomine ſuo, & aliorum audiri ſaltim
cum termino ſummario, ità rogat domi-
num Iudicem doctiſſimum, qui alia ſup-
plebit cum ſua immenſa doctrina, &c.
490 Atttamen conſideraui dictionem ipsā
*illico*, operari ſine interuallo, *l. idemq; §. ſi
cui mandauero, ff. mand.* cum alijs apud *Bar-
boſ. de diction. in dict.* 128. vbi aſſerit *num.* 2.
quandoq; fieri infra triduum, quod aſſe-
quitur *Grat. de diction. in dict.* 87. vbi ſubdit,
491 quandoq; intra decem dies, idemq; ſi
diceretur ſtatim, quæ etſi nullam dilatio-
nem admictit, vt probant *Grat. in dict.* 265.
*& Barboſ in dict.* 313. attamen aſſerunt eſſe
intelligendam cum aliquo temperamen-
to, & ſic ponitur in arbitrio Iudicis, vt
inquit *Vrſill. deciſ.* 306. *num.* 3. quanquam
depoſitarius ſtatim compellitur depoſitū
reſtituere, *Mantica de tacit. & ambig. conu.
lib.* 10. *tit.* 9 *num.* 3.

Difficultas reſidebat, quia talis depoſi-
tarius, non fuerat electus à Iudice, vt po-
tuiſſet ſtatim cogi, & compelli, etenim de-
492 poſitarius pignorum iudicialium ſi nō
reſtituit, carceretur *Anna ſing.* 145. & depo-
ſitarius ſine iuſta caoſa reſtituere negans,
& litigans, in dolo dicitur, & quomodo
infamis efficiatur, oſtendit *Carrocc. de de-
poſito par.* 1. *tit. de in litem iurando, num.* 3.

Sed fuerat electus à partibus, quo circa
493 ſi benè depoſiti iudicium eſt ſummariū
*Mantica de tacit. & ambig. conu. lib.* 10. *tit.* 10.
494 & cauſa eſt priuilegiata in ſpecie, & ce-
leris expeditionis, *Surd. deciſ.* 322. *num.* 7.
495 nàm depoſitum etiàm de iure commu-
ni habet exequutionem paratam, *Mantic.
vbi ſupra num.* 1. maximè ſi de mandato Iu-
dicis fuerit factum, *Manſon. de cauſ. exe-
quut. ampl.* 39. *num.* 16. & qui negat de-
496 poſitum, commictit furtum, & poteſt
de furto accuſari, vt probant *Aloyſ. de Se-
ptimo inter Ritus Siciliæ cap.* 102. *lit. D. Podius
eod cap. lit. D. Rizzar. cap.* 114. *in princ. Petrol.
eodem cap.* 102.
497 Nihilominus quia depoſitum aliud eſt
regulare, quod fit apud ędem ſacram, &
498 aliud irregulare, quod fit apud quem-
libet *Mantic. eodem tractatu d. lib.* 10. *tit.* 2.
499 *num:* 3. & Iudicis officium imploratur,
*Manſon. ibi num.* 20. proùt erat caſus no-
ſter, non erat conueniens, vt ſummariè, &
500 exequutiuè ageretur, quia ſcriptura ità
ſimpliciter facta non probat, vt ibi *Man-
ſon. num.* 22. probat.

Eo ampliùs ex obiectione partis præ-
tenden-

tendentis non teneri facere depoſitum,&
exiſtentibus talibus exceptionibus inſtũ
non videbatur exequutiuè proſequi, ſed
ordinariè præuio termino,proùt iudicaui
die 24. Septembris 1624.

*SEXAGESIMOSECVNDO.*

INcidentèr fuit hęſitatum in cauſa Fauſti-
næ de Alexio cum Io. Franciſco Chian-
tera V.I.D. in Regia Curia Monopolita-
na vertente, dùm fuiſſet facta nominatio
teſtium Neap. degentium, & commiſſum
examen Actuario M.C.V. pro examinan-
dis illis, infra biduum,quo tempore elap-
ſo,inſtatum fuit pro publicatione,& ſimi-
litèr facta cõcluſione,conquerebatur reus
501 dicendo terminum ſibi adhùc non con-
curriſſe,cum debebant expediti literę cõ-
miſſionales, & ſibi notificari, vt indè po-
tuiſſet illas tranſmictere,ſed in contrariũ
in vſu extat practica relata per *Muſcatell.*
*in praxi S.C. lib.1. par.4. gloſ. ſuſpectorum,*
*nu.23 & ſeq.* & ſic determinaui proceden-
dum eſſe ad expeditionem cauſæ præuia
citatione ad dicendum, die 10. Ianuarij
1625.

*SEXAGESIMOTERTIO.*

INſuper dubitari contingit,an debeat vſu-
fructuarius omnium bonorum audiri in
lite intentata contra hæredem vniuerſa-
lem,ſicuti in facto euenit in Regia Curia
Monopolitana in certa lite aſſiſtentiæ in-
tentata per N.. indè ſuperuenit Gratia
della Bruna vſufructuaria omnium bono-
rum, & petijt audiri in ſuis iuribus pro
ſuo intereſſe.
502 Et videbatur ex primo aſpectu eſſe ex-
cludendam,eo quia vſufructuarius dùm
non poſſidet, *Gloſ.in l.certè,§.1. ff.de preca-*
*rio, Cauag. deciſ.26. num.11. lib.1.* imò nec
etiã naturalitèr poſſidet, ſed tantùm de-
tinere,ex ſententia aliquorum, refert *Ca-*
*ſtill.quotid.controu.tom.1.cap.6.num.36.* habet
503 tantum rei cuſtodiam, *Griuell. deciſ.Do-*
*lan.37 num 3.*
Propterea non dicetur dominus, ſed
504 adminiſtrator, *Maſtrill deciſ.146.num.5.*
& antequam percipiat fructus, nõ eſt do-
minus; *Griuell. deciſ.51. num. 18.* neque
505 repreſentat perſonam teſtatoris, *Ma-*
*ſtrill deciſ.146.num.3.* poſt *Andr.Gayl. lib.2.*
*obſeru. tit.6. num.5. Caſtill.vbi ſupra cap.58.*
*num.9.*
506 Et ſic non venit appellatione hæredis,
vt ibi *Maſtrill.num.12.*

507 In tantùm hoc eſt verum; quod vſufru-
ctuarius etiam hæres,dato cohęrede pro-
prietario, cenſetur ſimplex legatarius, ex
*Rota Roman.*,firmat *Ant.Leoncill. deciſ.Fer-*
508 *rar.180. num. 3.* vſufructuarius omnium
bonorum non eſt hæres,nec habetur loco
illius, ſed iudicatur tanquam particula-
ris legatarius, *Gratian. diſcept.for. cap.518.*
*num.20.*
509 Et per conſequẽs vſufructuarius ſecun-
dum aliquorum opinionem, dùm citari
non poſſit per creditores, ſed proprieta-
rius, *Fontanell. deciſ.421. num.4. & 5.* ideò
audiri non debet.
510 Ex aduerſo autem cõſiderari debebat,
quod ſi bene vſufructuarius non poſſidet
ciuilitèr, nàm habet quaſi ciuilem poſſeſ-
ſionem, *Gratian.diſcept.forenſ cap.311.nu.7.*
ideò nõ dicitur poſſidere. *Bardell.conſ.35.*
*num.3 vol.1.*
511 Adhùc tamẽ naturalitèr poſſidere cen-
ſetur, *Griuell. deciſ.37. num.22. Maſtrill.de-*
*ciſ.92.num.2. Gratian diſcept.forenſ.cap.519.*
*num 62.& 86.Gratian.d cap.311 nu.5.& 21.*
*Valaſc.conſult.66.num.10. Andr.Gayll.de pi-*
*gnor.cap 6.num.5. Hondedeus conſ.18.nu.47.*
*vol.2. Caſtill. quot.contr tom.1.cap.6 num 28.*
512 Prætereà dùm hæres propriè dicatur
dominus, probat *Statil.Pacif.de ſalu interd.*
*inſp.3.cap.4.num.368.*
513 Quia ſuccedit in vniuerſũ ius, *l. ſi rem,*
*ff de except. l.cum hæres, ff. de diuerſ. & tem-*
*poral action.*
514 Adhùc tamẽ vſufructuarius vicem do-
mini tenet, imò ſui vſusfructus dominus
eſt; *Andr. Gayl. lib.2. de pace publ.* & habet
ius in rem, *Caſtill quotid.controuerſ, tom.1.*
*cap.5.num.19.& ſeq* vbi plura dixit *cap.17.*
*num.20.*
515 Eo quia vſusfructus vicem domini ob-
tinet, *Gloſ.in l.non quocunque, §.fundus,verſ.*
*abierit, ff. de leg.1.* Imò pars dominij, *Ma-*
*gon.deciſ.Florent.124.nu.10.Maſtrill.deciſ.92*
*num.12.de Ponte conſ.34.num.14 vol.1.*
516 Et ſic vſufructuarius impropriè domi-
nus dicitur, *Magon. deciſ.124. num 70.* ex
quo ipſe habet vtile dominium in re,
quæ habet vſumfructum, *Bardell.conſ.125.*
*num.19.vol.2.*
517 Quinimò appellatione domini, vſufru-
ctuarius continetur,ad *text in l.in venditio-*
*ne, ff.de bon.auth. Iud.poſſid.* & ſi contrarium
apparebat in *l.1. §.qui ſeruum, ff. ad Syllan.*
tamen impropriè dicitur vt ſupra non
venire appellatione domini, *Maſtrill deciſ.*
*92.num.8.* & æquiparantur *l.1. § non ſolùm,*
*ff.de arb.red. d.l.cognitio,ff de lib.cauſ.* ita hoc
cõcordat *Caſtill.quot.contr.tom.1.c.32.n.16.*
Inſuper

Inſuper quia hæredis appellatione nõ
continetur vſufructuarius, nihilominus
quaſi hæres dici poterit.
518 Eo quia æquiparatur ſucceſſori in vni-
uerſum, vel in certam rem, *l.fin. ff.de euict.*
519 Et quemadmodũ vt dictũ eſt ſupra le-
gatario æquiparatur, poſtquã legatarius
quodammodò quaſi hæres eſt, *l.id tempus,
§.1.ff.de vſucap.* quia vnius rei quaſi ſucceſ-
ſor eſt, *d.l.ſi rem,* & ideò vſufructuarius di-
citur hæres durante vſufructu, *Maſtrill.de-
ciſ.146.num.27.* & fortiùs quãdo eſſet vſu-
fructuarius omnium bonorum.

Et propterea quia vſufructuarius ſem-
per eſt vocandus, etiam q̃ non agatur niſi
de ſola proprietate; ſi indè aliquod præ-
iudicium poterit illi reſultare, *Fontanella
d.deciſ.421.num.13.* nàm reſpectu proprie-
tatis, certum eſt, quod ſi vſufructuarius
nominauerit in iudicio auctorẽ proprie-
520 tarium, ſi actio contra ipsũ vſufructua-
rium intentata aliquo modo ius proprie-
tatis tangat, *Gamma deciſ.265.num.1.* ſed ſi
ipſum vſufructuarium tangens, deberet
audiri, cum intereſſe eius tangat, & ſic in-
521 tereſſe habens in cauſa, poterit aſſiſte-
re, ex traditis per *Præſ.de Franch.deciſ.261.
num.15.* ad quod facit *text. in l. ſi ſuſpecta,
ff.de inoff teſtam.* vbi ille cuius intereſt, po-
teſt adeſſe cauſę nè colludatur, & ibi hoc
notant DD. vbi licet loquatur in legata-
522 rijs, attamen vſufructuarius adhùc dici-
tur, licet vniuerſalis, & naturalitèr poſſi-
deat, *Gloſ. in l.certè, verſ. non poſſidet, ff. de
precar.*

Quocirca iudicaui die 13. Maij 1625.
eſſe audiendam ipſam Gratiam vſufru-
ctuariam omnium bonorũ in iuribus ſuis
in terminis, in quibus reperitur, hoc eſt
in cauſa Magiſtri Andreæ de Hippolyto,
cum Gabriele Bouio, penès Ayetam Act.

*SEXAGESIMO QVARTO.*

CAſus ſequens fuit prætermiſſus in rela-
tis caſibus criminalibus, ideò non erat
prætermictendus, & in facto occurſo in
Regia Ciuitate Monopolitana, dùm Roc-
cus Tateus, fuiſſet à Gubernatore eiuſdẽ
Ciuitatis deſtinatus exactor ad exigendũ
certas pecuniarum quantitates, ſingulis
diebus ab hominibus dictæ Ciuitatis pro
ſoluẽda mercede militibus deſtinatis pro
cuſtodia Ciuitatis, & per illam incedẽn-
do ſibi obuiam venit Nicolaus Antonius
Coſcia ſe conquerendo de continua exa-
ctione contra ipſum, & verbis iratis ac-
cenſus cum illo demùm inter ſe rixantes,
& iàm diuiſi ipſe Nicolaus Antonius la-
pidem in exactorem proijciendo offen-
derat, ob quod cernens exactor, ſecum
appropinquare Alguzerios Curiæ, fecit
illum carcerare, & dùm eſſet in poſſe fa-
miliæ Curiæ, aſtantes gentes, qui ad tu-
multum acceſſerant miſericordia fortè
moti ſub quadam colorata violentia ip-
ſum eximerunt à Satellitis, & fugæ locum
dederunt; inter quos inquiſitos repertus
fuit Donatus Maria Calefatus, qui cum
fuiſſet citatus ad informandum, compa-
ruit petẽdo expeditionem cauſę, proindè
fuit hęſitatum quanam pœna puniri de-
buerat, cum certum ſit de iure contra
523 eximentes carceratos ſi pro cauſa ciui-
li vt teneantur ad debita eorum, *Farinac.
de carcer.& carcerat.quæſt.30.nu.109.& 110.
quæſt.32.num.8.9.& 10.* ſin autem pro cau-
524 ſa criminali ad pœnam capitalem, ex
*text. in l. quicunque, C.de exact.tribut lib.10.*
latè *Iul.Clar.lib.1.§.fin.quæſt.68.* vbi *Baiard.
Anton.de Ballis in tract.crim.de lit.diſpenſ. ca-
ſu 7. nu.29. Farinac.d.tit.quæſt.32.nu.2.& 3.*

Sed in hoc caſu conſiderabã eſſe atten-
dendam priùs capturam ſi ritè, & rectè
proceſſerat, hoc eſt ſi iuridicè captus fue-
rat debitor, ità vt iuſta, vel iniuſta iudica-
retur, poſtquàm ipſe Roccus facultatem
non habebat, neque Satellites carcerandi
525 illum, eo quia de iure hæc citatio realis
in criminalibus nullo modo fieri poteſt,
niſi præcedente commiſſione Iudicis, ex
*text. in l.neminem,* vbi *Scribentes C. de exhib.
reis, Marant.in ſpec.par.6.tit.de citat. nu.61.*

Et propterea cum non proceſſerat Iu-
dicis cõmiſſio videbatur iniuſtè captus,
eo magis quia non erat ob delictum gra-
ue captus, vndè ſubſequebatur, quod car-
ceratus iniuſtè ſi quis fuerit ipſo iure nul-
la reddebatur captura, vel ſaltim erat re-
ſcindenda, *Grammat.in voto 40. num.9.* vbi
526 etiam dixit, quod carceratus iniuſtè ſi
aufugiat, nedum ipſe non eſt in pœna, ve-
rùm nec eius fideiuſſor; imò talis carce-
527 ratus iniuſtè dùm capitur, poteſt reſiſte-
re de iure cum armis, *vt ibi num.7.ſubdit,* &
ità ſi hoc liceret ipſi principali agere,
528 multò magis auxiliatoribus eximenti-
bus, & videntibus aliquem iniuſtè captũ
ad ſubleuamen ipſius, nè indebitè vexe-
tur, & eo caſu pœna ceſſaret, eo magis
quando notoriè appareret de iniuſtitia,
vt per *Baiard. ad Clarum quæſt.29. num.12.*
vbi allegat *Roman. conſ.320. in fine, Dec. in
cap.ſi quando, de offic deleg.& in l.vt vim, col.8
ff.de iuſtit. & iure, Cagnol. in l.vnica, §.ſi quis
ius dic.non obtemp.& §.is videtur, num.28.* eo
magis

529 magis eximens captum ſine mandato Iudicis ex manibus familiæ puniri non poteſt, *Farinac.d.quæſt.32 num.33.*

Benè verum ipſemet *Baiard. ad Clarum quæſt.21.nu.97.* dixit,quod contrariũ eſſet
530 in auxiliatoribus capti indebitè ad fugiendum, quia veniret puniendus reus,vt auxiliatoris audacia reprimeretur, licet principalis nõ teneatur,ex *Marſil. in pract. crimin. §.attingam, num.38. & Menoch.de arbitr caſu 301.num.16.*

Et ſic iudicaui, vt carcer cederet in pœnam, die 11. Maij 1625. penès Ayetam Actuar,

## SEXAGESIMOQVINTO.

ALtera criminalis cõtrouerſia prætermiſſa erat, qualitèr Donatus delle Grottaglie, aliàs Sconciatore inſimul cum Franciſco Paulo Acquauiua in diebus carnis priuij de mẽſe Februarij præteritis 1625. ibant per Ciuitatem Monopolis, vt conſuetum erat iocosè incidere, ſpargendo furfur, & lippulos hominibus ambulantibus,& cum eis obuiam veniſſet Vitus Antonius dello Pedote inſimul cũ alijs cernens talem actionem,prohibuit nè in eum mitterent illa,quibus verbis prolatis, ipſe Donatus replicauerat, dicendo: *che vuoi paſſare per ſmargiaſſo*; at ille replicauit, vade cum Deo, nè immictas,quia altercabimus,& ſic pertranſierunt, indè paulò poſt iterum ſe inuicem obuiãtes prædicti Donatus, & Franciſcus Paulus aſportantes lapides in manibus,vndè prædictus Vitus Antonius dixerat,derelinque enſẽ,ſi bonũ habes ſtomacum,vulgo *facciamoce vna faccie de pugna*; quibus verbis replicauerat ipſe Donatus ei non licere enſem derelinquere, quia eſſet dedecus, & inter colloquia deueneront ad mala verba,& cernẽs ipſos irruere contra ipſum ademauit gladium, vt leuitèr perenteret cum plactonatis, ob quod ipſi manus iniecerunt in eũ, vt abſtulerent enſem ab eo, & ſic remanſerunt inuicem vulnerati leuitèr, ex quo facto colligebatur qualitèr cũ ipſe Franciſcus Paulus vellet à nexu inquiſitionis liberare,aſſerebat cum ipſo nil quaſi fuiſſet controuerſum cum dicto Vito Antonio, ſed cum ipſo Donato,quo nam caſu ſuccedebat vulgata concluſio illa, quod
531 auctor rixæ dicitur ille, qui dixit, aut fecit, vel facere tentauerat aliquod illicitum, ex quo veriſimilitèr ſequi potuiſſet delictum ſubſequutũ, *Bart.in l.diuus,ff.ad l. Corn.de Sicar. Hect. Fœlic.alleg.35.n.25.p.2.*
532 Et delictum incipit tùnc quando quis delinquentem ad iram prouocat, *Bald. in conſ.143.ſuper quæſtione,num.1.volum.2. Anguiſſol conſ.27.num.10.& conſ.23.* vbi diſcu-
533 tit, an auctor rixæ puniatur de homicidio,de quo aliàs non puniretur ob incertitudinem occiſoris,& ibi declarat *d l. Baiard.ad Clarum in §.homicidium,num.125.* latè *Farinac.in praxi crimin.quæſt.107.nu.456. & ſeq.* vbi hæc declarat, & poſt eum *Ciazius diſceptat.crimin. tom.2. diſcept.26. & diſcept.15.*
534 Ex quibus colligitur, quod ſemper auctor rixæ dicitur eſſe in culpa, *Farin.conſ. crimin.35.num.13.tom.1.* & per conſequens
535 auctor rixæ de omni eo, quod ſequitur, etiam quod afferat ſe in aliquo non deliquiſſe tenetur, *idem conſil.4. num.5.* vbi
536 *Addit. lit. A.* adeò quod auctor rixæ punitur in dubio quando vulnerantes ignorantur, aut occidentes, *Carpan. ad nouas Conſtit. Mediol.in cap.homicida,num.1313.*
537 Non tamen alij conſocij,& adhęrentes, talitèr qñod ex rixantibus pluribus, ſi nõ conſtet quis commiſerit homicidium, ſi vnus ipſorum captus fuerit, abſoluendus erit, ità *Ciazius d.diſcept.26. nu.62.* & præ-
538 ſertim in rixa ſi quis non ademauit, nõ tenetur ad pœnam, idem *Ciazius diſcept. 15.num.11.*

Et ex ijs iudicaui ipſum ex cauſis non moleſtari, die 20.Maij 1625.

## SEXAGESIMOSEXTO.

CVm fuiſſent expoſitæ petitiones quædã contra Officialem ſyndicandum de certis prætenſis iniuſtitijs à partibus ad intereſſe illarum, à quibus appellauerunt ad Superiores Iudices Officiales,proindè fuit hęſitatum ſi tales ſyndicatores electi poterant in illis procedere ſtante appellatione interpoſita,& quàmuis ex diſpoſi-
539 tione *Reg.Pragm.1.de ſyndic.official* conceſſa videatur ampla poteſtas Vniuerſita-
540 tibus eligendi ſyndicatores contra Officiales, qui adminiſtrauerunt, *Vt de omnibus per eos commiſſis cognoſcere poſſint*, ibi, *ſeù parati reſpondere quibuſcunq; querelis contra eos propoſitis ciuilitèr,vel criminalitèr, ſiuè mixtis de commiſſis, & ommiſſis in eorum officio, &c.*

Nihilominus cõcluſiuè videbatur dicẽdum exiſtęre appellatione interpoſita per partes querulantes aduerſus decreta, per Officiales ſyndicãdos, eorum Ordinarijs Superioribus,ſyndicatores electi in illis ſe intromictere non poſſunt per nouas que-

telas

relas expoſitas contrà Officiales prętextu
iniuſtitiæ factæ.
541 Quapropter ſi benè ipſi ſyndicatores
ſint Iudices delegati in ſyndicatu Offi-
cialium virtute dictæ Regiæ Pragmaticæ,
inquit *Dom. Reg. Rouit. ſuper ea num.* 11.
Nihilominus ipſi ſubdunt Ordinarijs
Officialibus à Rege cōſtitutis, vt ſi cōtin-
gerit ab eorū ſētētijs appellari, rectiùs po-
terit haberi recurſus ad ſubleuamen ſyn-
dicandorum, & querulantiū ad Superio-
542 res Magiſtratus, vt ſunt Regiæ Audien-
tiæ, M.C.V. R.C S. ac S.C. Iudices ordi-
narij competentes appellationum; vt in-
quit *Muſcatell. in praxi S.C. lib. 2. par 1. gloſ.
in forma num.* 11. quinimò cum appellatio
543 ſit remedium ad præſidium innocentię,
& non ad defenſionem iniquitatis, & eſt
theriaca contra venenū Iudicis, & æmula
ſententiæ, idem *Muſcatell. d. par. 1. gloſ. 1.*
544 *num.* 12. eo quia appellatio initatur in-
ſtitiæ, *Afflict. deciſ.* 341. *num.* 4. & ab hoc
appellatur ſcilicet iniquitate ſentētiæ, *l. ab
exequutore, ff. de appellat*, adeò quod ordi-
545 nariè ab omnibus Iudicibus Ordina-
rijs, & Delegatis appellari poterit, prout
idem *Muſcatell. in d. gloſ. 1. num. 106. pro-
ſequitur.*
546 Et propterea cum fuerit appellatum
ab Ordinario Iudice ad eius immediatū
Superiorem, vt iure comprobatum eſt in
*l. præcipimus. § hoc ſi, C. de appellat & §. fin.
authent. de appellat. Gloſ in l. 1. ff. ſi quis, & à
quo.* qui quidem de iniquitate, & iniuſti-
tia ſententiarunt, cognoſcunt, ob quod am-
pliùs non poterit haberi recurſus ad Syn-
dicatores de eiſdem iniuſtitijs, & graua-
minibus præuia appellatione interpoſita
547 Superioribus, nàm eſſent duo Iudices
diſpares eiuſdem rei, ad *text. in l. 1. §. ſi quis*
548 *ergo, ff. de appellat.* & ſimilitèr bis veni-
ret cognoſcendū de eodē negotio, quod
eſt improbatum, ad *text. in l. Senatus, ff. de
accuſat.*
Quo circa exiſtente appellatione in-
terpoſita nequaquā per Syndicatores in
prædictis eſſe procedendū fertur, prout in
terminis firmat *Vrſill. in deciſ.* 188. *num.* 1.
549 dicendo, quod appellatione pendente,
à ſententia lata per Officiales, non poteſt
de ea conueniri ea pendente in ſyndica-
tu, ad quod notabilitèr dixit *Gram. conſil.*
550 *crimin.* 54. *num.* 12. quod Officiales hodie
in pluribus locis, ac etiam de conſuetu-
dine, & per ſtatuta Ciuitatum non ſyndi-
cantur niſi de furtis pecunia accepta, &
malè ablatis, & de cęteris baractarijs, non
autem de iniquis decretis, ac ſententijs
malè latis, hinc *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lu-*
551 *cenſ.* 3. *num.* 46. dixit, quod Iudices non
ſyndicantur pro ſententijs, à quibus ap-
pellatur; *ſubdens num.* 47. appella ſi gra-
uaris, quemadmodum enim ob ſupplica-
tionem factam Principi, Iudex inferior
impeditur procedere, *l. eius qui. ff. de ap-*
552 *pellat non recip.* ſicq; ſtante appellatione
interpoſita ad Superiores Syndicatores
procedere nequeunt, & qualitèr in hoc
verſari debeat, oſtendit *Auiles in cap. Præ-
tori, cap. 10. Gloſa appella, ſub num.* 2. vbi alia
recenſet ad ornatum materiæ, & ſic exe-
quutum.

*SEXAGESIMOSEPTIMO.*

EX facti ſerie apparebat, qualitèr Liuia
de Chiantera in ſuo teſtamento inter
cætera legauit Iuſtinæ ſuæ matri certam
partem ſuę legitimæ ducatorum ſexaginta
tantùm in hac forma videlicet: *Item
eſſa Liuia Teſtatrice, della legitima, che forſe ad
eſſa li ſpetta, & può ſpettare dall'heredità del
quondam Gio. Battiſta Chiantera ſuo padre, ne
inſtituiſce Giuſtina de Aleſio ſua cara, & ama-
ta madre in ducati* 60. *ſolamente per la legiti-
ma, che forſe poteſſe ſpettare, & competere alla
detta Giuſtina ſua madre, e la reſtante ſumma
ſia, & debbia eſſere di detti Dottori Gio. Fran-
ceſco, & Alfiero Vito Antonio Chiantera ſuoi
Zij paterni, & heredi vniuerſali vt ſupra pro
ratis, portionibus, & partibus ſupra declaratis,
& inſtitutis, & non alitèr alio, nè alio modo, che
tale è mia volontà, &c.* Comparuit ipſa Iu-
ſtina in Regia Curia Monopolitana, pe-
tendo cōdemnari Io. Franciſcum Chian-
tera V.I.D. hęredem Viti Antonij Chian-
teræ eius fratris ad ſoluendum nedum
legitimam relictam, ſed eius ſupplemen-
tum cum ſit tertia pars totius, ex quo hę-
reditas Liuiæ aſcendebat ad ducat. 2400.
& proindè legitima erat duc. 800.
553 Et propterea reſpectu legati legitimè
ab ea facti eius matri titulo inſtitutionis
dicebatur valere de iure, vt firmat *Peregr.
de fideicommiſſ. art. 49 nu.* 48. eo magis quod
legitima deſcendentium ſit aucta de qua-
554 drante ad trientem, prout aſcendentiū,
vt cenſuit idem *Peregr d. art. 49. num.* 47.
Quo circa non obſtante tali legato re-
ſtrictiuo ad dictam ſummam deberi ſup-
555 plementum, eo quia legitimè ſupple-
mentum deducitur contra voluntatem
defuncti, probat idem *Peregr. eod. tract. in
artic. 36. num* 82. & ſic debetur contra vo-
luntatem Teſtatoris, vt quoque nouiſſimè
teſtificatur *Merlin. in tract. de legitima, lib. 3.*

 *tit. 3.*

*tit.3 quæſt.6 num.2.* & apud *Rotam Romanam decìſ.11.num.7.poſt eius tract.*

Non fuit vlteriùs proceſſum ad deciſionem articuli, quia partes non inſteterunt, ſed veritas ex allegatis deprehenditur.

### *SEXAGESIMOOCTAVO.*

FAmigerata illa altercatio diù ventilata
inter Doctores; Numquid bona loco-
556 rum Piorum, nempè Hoſpitalium, Con-
fraternitatum, Montium, & ſimiliũ à lai-
cis perſonis Gubernatorum alienari poſ-
ſint ab eis abſq; ſollemnitatibus requiſi-
tis in *Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non
alien.* quæſtionis eſt *Dom. Reg. Capyc. Latro
conſult.156.in princ.tom.2.* latè *Donat. Anton.
de Marin.tom.1.quotidian.reſol.cap.6.*
557 Nàm aliqui DD. putarũt, minimè alie-
nari poſſe ſine tali ſollẽnitate, vt ex mul-
tis probat *Mareſcott.variar.reſol.lib.3. c.3.
à num.9. & ſeq.* cum alijs apud *Mutam de-
ciſ.Sicil.58. ſub num 22.* vna cũ alijs addu-
ctis per *Macerat. variar.reſol.lib.1. reſol.14.
num.7.* & reliquis adductis per *Gratian. di-
ſcept.forenſ.cap.517.num.2.& 2.*
558 Cæteri verò DD. contrariam ſectantur
opinionem, nempè vt talia bona alienari
poſſint abſq; talis iuris ſollemnitate, ex
multis probat *Muta ibidem num.22.* & alijs
adductis per *Illuſtriſſ. Epiſcop. Riccium var.
reſolut in reſol.372. in princ.* & per *Gratian.
ibidem num.4. Cabed.deciſ.51.num.3.par.1.*
559 Sed pro concordia ambarum opinio-
nem cenſuerunt præfati DD. negatiuam
ſententiam procedere, quoties talia loca
Pia eſſent de ordine, & mandato Epiſco-
porum, ac eis ſubiecta, quàmuis à laicis
gubernarentur, vt ibi per *Mutam num.23.
Ricc. vbi ſupra. Macerat. ibidem num.6. Gra-
tian.* qui multos citat *eodem loco num.7. Ste-
phan. Quaranta in ſumma Bullar. verbo alie-
natio, num.28, Donat. Anton. de Marin. ibi nu.8.*

Cæterum quando abſq; Epiſcoporum mandato talia loca erigerentur, ſecus eſſet, vtputa quando de ordine Regis, ſeù Principis erigerentur, & eis eſſent ſubiecta, & ſub eorum protectione comendata, nulli dubium erit quin alienari poſſint bona prædicta abſque ſollemnitatibus, *d. extrauag. vltra Stephan. Quaranta vbi ſup. verſ. verum ideò quod illa, Macer. ibidem ſub num.8. verſ. ſi verò Hoſpitali,* latè *Nouar. in praxi elect. & var. fori, tom.1 ſect.2.quæſt.56, num.11.*

### *SEXAGESIMONONO.*

PRolato laudo per Orolandum Cazano
V.I.D. Arbitrũ electũ per fratres de Ca-
zano, & eius patrẽ, ſcilicet Iacobũ Caza-
no, & Abb. Ioannem Antoniũ, & Alexan-
drum eius patruos, & per eum fuit arbi-
tratum nonnullas partitas creditorum
ſpectare ad ipſum Abb. Io. Antonium pro
tertia parte, & pariter debitorem in ali-
quibus ſummis pro tertia parte, & ſic di-
ctum reſpectu ipſius Alexandri, deindè
poſt certos annos promulgationis laudi
ad conuentionem deuenerunt ipſi Abb.
Ioan. Antonius, & Alexander vendendo
vſumfructum ſuorum bonorum prædicto
Abb. Io. Antonio pro certo pretio inter
eos conuento cum onere inter cætera ſol-
uendi certã pecuniarum quantitatẽ, &c.
ſic eas ſpecificando, deindè hæc formalia
verba adijciendo in contractu prædicto
poſt enunciationem dictarum partitarũ,
& promiſit ſoluere integrè omne totum,
& quidquid dictus Alexander fuit con-
demnatus ſoluere vigore laudi, ſeù ſentẽ-
tiæ arbitralis ab Orolãdo Cazano V.I.D.
eorum commune nepote, & compromiſ-
ſario, ac vigore diffinitiuæ ſententiæ pro
cauſa, & cauſis in eis contentis, &c. & nõ
eſt dubium, quod talis clauſula ſit gene-
560 ralis ex illa dictione, *omnes*, iuxtà regu-
lam illam; qui omne dicit, nihil excludit,
*l. Iulianus. ff. de leg.3.* cũ alijs adductis per
*Barboſ. princip. vtriuſq; iuris lit.O. nu.4.* quo
fit, vt ſic ea exiſtente ad omnia contenta
in laudo extendatur, dùm de eo fit men-
561 tio, quodammodò ſe referendo, etenim
relatum eſt in referẽte cum omnibus ſuis
qualitatibus, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* cum
alijs per *d. Barboſ d. tract. lit. R. num.11.*

Quànquam per ipſum Io. Antonium
fuiſſet petitum in Regia Curia Monopol.
pro exequutione laudi vigore prouiſionũ
M. C. V. procedi ad exequutionem cer-
tarum partitatum contentarum in dicto
laudo, vltra illas ſpecificatas in dicto in-
ſtrumento, non obſtante replicatione fa-
cta per Iulium Cazanum filiũ ipſius Ale-
xandri opponentem de tali tranſactione,
& generali clauſula allegata, licet pro par-
te ipſius Abb. Io. Antonij replicatum eſ-
562 ſet talem clauſulam ſibi non afficere, cũ
ad ſpecificata tantùm ſe referat, & ſic re-
ſtringebatur, ad quod *Afflict. in deciſ.111.
num.11.* notabiliter ex mente *Bald. in auth.
hoc inter liberos, C. de teſtament,* dixit, quod
563 clauſula generalis derogatoria ſufficit
quando vnum tantùm præcedit, ad quod
ſolùm,

Digitized by Google

ſolùm,& non ad aliud referri poteſt, quia
tùnc circa id rantùm operatur, idem vo-
luit *Abb.in cap.paſtoralis, §.quoniam, col.1. de*
*reſcript.& in cap.ex parte, il primo, de offic.de-*
*leg.*& ſuper hoc eſt *text.in l.Labeo, §.cũ quæ-*
*ritur, ff.de auro, & argento legato*, quem *text.*
ad hoc allegat *Ludou. Roman.in d.l. ſed & ſi*
*quis, §.quod ſi non, ff.ſi quis caut.* & de clau-
564 ſula inſerta in medio vnius capituli, re-
ferrur ad illud tantũ, *Maram.diſp.2.nu.22.*
*& in ſpec. par.4. num.110.* & pro hac parte
facit *text. in l.ſi quis miſſum, §. Iudex, ff de*
*damno infecto*, ibi, ob quodcunque, & *text.*
*in l damni infecti, §.ſi is,qui duas, ff eodem*, di-
xit *Iulianus* ſcribir videndum, nè earum
dumtaxàt nomine cautũ habear, de qui-
bus inrer eum, & promiſſorem in initio
actum fuerit.

Nihilominus replicabatur per conuen-
565 tum eſſe actendendam geminarionem
ipſorum verborum in dicto inſtrumento
enunciatorum non ſemel, ſed bis, & ter,
propter quod inſpicitur non alitèr fieri
poſſe reſtrictionem ad ſummas ſpecifica-
ras, iuxtà communem opinionem relatã
per *Iaſ.in l.ſi de certa, C de tranſact.* ſed actẽ-
ditur *tex.in l.Iulianus alias Iuliano, ff.de leg.3.*
*& l.1. §.generalitèr. ff de leg. præſt.* & in ſpe-
cie extat opinio *Gloſ. in l.emptor, §.Lucius,*
*ff de pactis.*

Sed pro coronide altercationis facit
*text.in l.ſi ex pluribus, ff de ſolut.* vbi *Bart.&*
*cæteri*, quod clauſula generalis reſtringi-
tur ad ſpecificata tantum, ſi hoc fieri po-
teſt, ſalua ratione recti ſermonis, quem
*text.* expendit alios deducendo *Mantica de*
*tacit. & ambig. conuent. lib.2. tit.11. num.26.*
*& 27.* multa ad hoc cumulauit ſatis con-
ferentia, & ità exequutum fuit.

*SEPTVAGESIMO.*

IOannes Iacobus Prati mercator Hiſpa-
nus, Neapoli degens duos Nepotes, habẽs
ex ſorore, in ſuo teſtamento fecir hæredẽ
Petrum minorem natu, qui fecit teſtamẽ-
tum, & hæredem inſtituit eius ſororem
Catarinam eius vita durante, & in vltimo
teſtamento completis certis legatis, vo-
luit vt diſponere potuiſſet ad eius libitũ,
ſuperuenerunt filij Ludouici eius fratris
maioris natu petentes ſuccedere in bo-
nis dicti Io Iacobi, prętextu quod medie-
tas illorum bonorum antiquorum eis de-
566 beatur ex vulgata *Conſuetudine Neapol.*
*incip. Si quis, vel ſi qua.*

Replicabant conuenti, quia hoc erat
negotium inter ipſos litigantes, qui erant
Hiſpani, & per ea, quæ tradit *Dom. Regens*
*Hector Capyc. Latro in conſultat.155. nu.17.*
567 *tom. 2.* quod Conſuetudo Neapolitana
non poteſt habere locum in caſu de quo
ibi agebatur, in quo omnes contrehentes
non erant Neapolitani, ſed exteri, & Con-
ſuetudines prædictæ habent locum inter
568 ciues, & perpetuò habitantes in Ciuita-
te, ex *Gloſ. Napod ibi relata*, quibus adſti-
pulatur, quod tradit *Capycius in Apoſtil. ad*
*proœmium Caroli ſuper Conſuet. Neap. fol.45.*
ſic dicens ad quæſtionem factam ſuper
*Dom. Anton. de Alexand.* ſi Conſuetudo ha-
bet locum quando bona ſunt in Ciuita-
te, verùm ſuccedere volentes, ſunt exteri,
*Paul.de Caſtro conſ.224. ante primum quæſitũ,*
*in 1. dubio in antiquis*, tener, quod non, ſed
ſeruetur ius commune, & dicit maximè
quia loquitur in perſonam quaſi, quod
etiam ſi ſtatutum non loqueretur in per-
ſonam idem eſſet.

569 De quo facto conſultus reſpondi, quod
quando Conſuetudines loquuntur de bo-
nis, quia tùnc ligant omnia bona, quæ sũt
intra diſtrictum, vt inquir *Napod in Con-*
*ſuet. Pupillus, de in integr.reſtit num.8. verbo*
*bona*, quem ſectatur ibidem *Dom. Reg. Ca-*
*pyc. Latro num.22.* & hoc càſu exteri ligan-
tur actiuè pro bonis ſitis intra diſtrictum,
vt ex pluribus comprobat *Molſeſ. in Con-*
*ſuet. Neap. tom.1. tit. de perſonis, par2. quæſt.1.*
*num.5. & 9. Conſ. Prouenz. ad Conſuet. Neap.*
*tit. de ſucceſſ ab inteſt. obſeru.14. num.13.*

Prætereà certum erar, quod ſuccedere
non poterãt in bonis dicti Ioannis Iaco-
bi, qui de illis diſponere liberè poterat
vti bona nouitèr ab eo quæſita, quibus
deuentis in poſſe eiuſdem Petri, qui de il-
lis etiam diſpoſuerat in teſtamento, pote-
rant prętendere vti bona antiqua ea diui-
dere pro medietate, quia non alitèr noua,
ſed vetera bona dici poterant, ex traditis
per eundem *Molſeſ. in d. Conſuet. par.2. tit. de*
*bonis, quæſt.27. num.2.*

570 Verùm, quia reſpectu ipſorum bonorũ
eiuſdem Petri dicebatur fuiſſe per eum
debita cõtracta, & in hoc ſuccedit diſtin-
ctio prodita ab eodem *Molſeſ. d. tract. p.3.*
*tit. de ſucceſſ. ex teſt. quæſt.1. num.52. & ſeq.*

*SEPTVAGESIMOPRIMO.*

EX eodem facto inſurgerat alia alterca-
tio, nempè quod cum ipſe Iacobus Pra-
ti Hiſpanus mercator in hac Ciuitate
perſiſtens in eodem teſtamento legaue-
rat Ioannæ Coganæ ſorori ducatos 1500.
& voluit vt conſtituerentur in redditus

tot annuorum introytuum, de quibus eſ-
ſet vſufructuaria eius vita durante, & poſt
eius mortem dictos ducatos 1500. dentur
Ludouico, & cum eſſet premortuus dictus
Ludouicus eius filij inſtiterunt pro legati
conſequutione, licèt diceretur fuiſſe ca-
571 ducatum, eo quia videbatur eſſe purũ,
& non conditionale. attamen per ea, quæ
in puncto dixerit *Cancer. variar reſol. tom. 3.*
*c. 20. à nu. 5. ad* 16. cõcludendo legatũ defe-
ciſſe per rationes ibi adductas ità reſolui.

### *SEPTVAGESIMOSECVNDO.*

INter cæteras potiſſimas cauſas, ob quas
fuit cõdemnatus Marcus Antonius Pha-
ràonus hæres ad aſſiſtentiam præſtan-
dam ſuper certa domo ab eo poſſeſſa, ex
quo non curauit liquidare inſtrumentum
in beneficium Donati de Ammirato, &
Donatę Vaſquez coniugum contra Fran-
ciſcum Rinum. & poſt ſententiam prola-
tam ab ipſa Regia Curia Monopolitana
cõparuit ipſe Marcus Antonius, aſſeren-
do velle purgare moram, liquidando in-
ſtrumentum etiam poſt ſententiam, quia
572 ius partis ex ignorantia conuenti non
eſt effectum deterius, ad *text. in l. ſi ita quis,*
*§. Seia, ff. de verb. oblig.* quod remictitur Iu-
dicis arbitrio, quod poſſit moram purga-
re ex *d. text.* aſſerit *Menoch. de arbitr. Iudic.*
*centur. 1. lib. 2. cap. 7.* imò admictunt DD.
etiam poſt quatuor menſes poſſe purgari.
*Bald. in conſ. 157. lib. 2.*
573 Eo magis cum ipſe conuentus iuris
ignarus erat, ideò ſubueniendũ illi erat,
nàm præſertim ruſticis ignorantia præſu-
mitur, *Menoch. de praſũpt. lib. 6. præſ. 23. n. 23.*
574 Ex aduerſo dicebatur poſt litem con-
teſtatam, non poſſe moram purgari, ad
*text. in l. ſi in inſulam, ff. de verb. oblig. Phicard.*
*in diſput de mora, num 93.*
575 Et proindè non obſtat *text. in d. l ſi ita*
*quis, §. Seia,* quia ille *text.* ſecundum com-
munem intellectum *Angel. Imol. Roman. &*
*aliorum*, procedit in actore volente morã
purgare ad actionem conſeruandam, ſed
in reo datur purgatio morę vſque ad litis
conteſtationem.
576 Vel poterat mora purgari per reum
vſq; ad ſententiam excluſiuè, *Gloſ. in cap.*
*potuit, ff. locati,* ex *l. Papinianus, §. meminiſſe, ff.*
*de inoffic teſtam. l. alia, C. de ijs quib. vt indign.*
Et ſecundum communem opinionem
remictitur arbitrio Iudicis infra modicũ
tempus vt poſſit permictere purgationẽ
moræ in actore, reprobata opinione illo-
rum, qui tenent contrarium.

577 Imò datur purgatio moræ infra triduũ
tantùm, vt per *Bald. d. conſ.* 157. vel infra
dies decem, vel infra tempus duorũ men-
ſium, quæ omnia corruunt per relata à
*Menoch. vbi ſupra.*
578 Sed pro deciſione cauſæ allegabam
*text. notabilem in l. eam tamen, ff. iudic. ſolui,*
quem *text.* etiam *Gloſ in l. 3. §. fin. eod tit.* ſe-
quitur, vbi apertè probatur, quod poſt sẽ-
tentiam, & condemnationem non conce-
ditur moræ purgatio, & ſic proceſſi ad vl-
teriora in cauſa, nulla ratione habita de
purgatione moræ petita de menſe Augu-
ſti die 3. 1525. penès Ayetam Act.

### *SEPTVAGESIMOTERTIO.*

CVm fuiſsẽ interrogatus à Mario de Bo-
nonia ſi facta conuentione inter duos,
hoc eſt impetrandi conceſſionem vexilli
alicuius ſocietatis belli, vulgò *Compagnie*
*del Battaglione* pro ducatis mille, & con-
ceſſionarius ſoluerit ducatos 400. in par-
tem, & infra tempus biennij cõuenti, ipſe
conceſſionarius elapſo ſemeſtre obierit,
an teneatur ad reſtitutionem d. duc. 400.
ſolutorum, dùm vexillo iàm poſſeſſionem
ceperat, & in ea perſeuerauerat, ſed ſuper-
ueniente caſu infortunij in eius perſonã
ſuccedentis non poterit perfici, reſpondi
non eſſe locũ reſtitutioni, per *text. in l pe-*
579 *nult. incip. Pecuniam,* vbi *Salyc. & alij C. de*
*condit. ob cauſ.* vbi caſus expreſſus refertur.

### *SEPTVAGESIMO QVARTO.*

FVit aliàs in controuerſiam deductum in
Regia Audientia Calabriæ Citra, ſi con-
ceſſum ſit vidua variare poſt concluſum
in cauſa, & ſuper articulo iſto ſubſcriptus
580 Aduocatus replicauit in occurrẽti caſu
huiuſmodi videlicet. *Couar. pract. qq. cap. 7.*
*verſ. nonq vbi lis eſſet cœpta,* per litis cõteſta-
tionem intrepidè tenuit in prima inſtãtia
viduam poſt litis conteſtationẽ admicti
ad declinandũ forum, quanto magis non
debet admicti poſt concluſum in cauſa,
cum concluſio eoſdẽ faciat effectus, quos
581 ſententia, vt notatur in *Authent. qui ſe-*
*mel, C. de probat. Doct.* & maximè *Anton. de*
*Padilla in l. error, num. 40. C. de iuris, & facti*
*ignorant.* eo magis in cauſa Vraniæ de Ma-
yo apparet calumnioſè oppoſita variatio
ad ſubterſugiendum ſolutionem debiti
liquidi, & ipſa Vrania habet caſum legis
582 contra ſe in *l. ſi ego, & §. ſeq. ff ad S. C. Vel-*
*lean.* etiã ſi debitũ deduceretur, vt ipſa ni-
titur deduceretur; & quia res agitur corã
peritiſ-

periti∬imo, ero paucis contentus, ne vi-
dear, an tuas Athenas, & iuris eſſe cen-
ſeo, reiecta tali variatione procedi ad ex-
peditionem cauſæ principalis. Reliqua
ſuppleat religio eiuſdem periti∬imi Iudi-
cantis, cui me ſubmitto.

*Ego Lelius Vitalis*,

Ijs conueniunt tradita in contrarium
per *Carau. in ritu* 233. *ſub num.*9. vbi con-
583 cludit, quod etiam poſt litem conteſta-
tam, & concluſum, poſſit variatio oppo-
ni, & ſe remittit ad dicta in *Ritu* 2311.
*num.*5. *&* 6. concludendo, quod tales per-
ſonæ poſt litem conteſtatã, & concluſum
in cauſa poſſunt ſibi forum eligere, & va-
riare ab eo, cui conſenſerant, etiam ſi iu-
raſſent, allegat *Neuizan.* dicentem, etiam
ſi cauſa fuiſſet appunctata, reſpondendo
dictis per *Afflict. in Conſtit. Statuimus. num.*
172. qui loquitur in alijs perſonis, quam
in viduis, & pupillis, ſed ibidem *Foller.*
*num.* 3. aſſerit, quod vidua poſſit ſemper
variare etiam cauſa appunctata, & exi-
ſtente in termino expeditionis, idemque
firmat *Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib.*1.
*par.* 2. *gloſ. competentes*, *num.*30. & ſic ſer-
uatum fuit.

*SEPTVAGESIMOQVINTO.*

EXorta rixa inter Magiſtrum Io. Bapti-
ſtam Indellum, & Magiſtrum Vitum
Mele ſuper defenſione filij ipſius Io. Ba-
ptiſtæ improbati per ipsũ Vitum de ma-
lis moribus, quo caſu poſt iniurias ſibi ip-
ſis ad inuicem illatas, dictus Io. Baptiſta
arrepto baſtone ex ſua apotheca ictum
dedit ſuper ſpatula ipſius Viti, indè ipſe
percuſſus arrepto raſulo ab eius ſubun-
cula vulnerauit percutientẽ in capite, li-
cet leuitèr, fuit heſitatum ſi veniret pu-
niendus, ex quo ad ſui defenſionem fece-
rat, vulnerãdo illum, dùm ipſe priùs per-
584 cuſſerat cũ baſtone, nàm iniuria atrox
reputatur, ſi quis verberatur cum fuſte,
vel baculo, inquit *Muta in pragmat. Siciliæ*
*tit.*43. *num.*4. ex quo ad ſui defenſionem
id fecerat vulnerando illum, dùm ipſe
585 priùs illum percuſſerat; nàm iniuriam
inferre qui primo cœpit is, ſemper dici-
tur prouocare, *Grammat. deciſ.* 37. *num.*5.
& licet in hoc caſu mitiùs percutiens,
veniret puniendus, vt exemplis oſtendit
*Baiard ad Clarum in* §. *homicidium, num.* 110.
586 ex *Boer. deciſ.* 169. vbi tenet, quod iniu-
riatus verbis ſi gladio occiderit, mitiùs
puniretur, vt ex *Grammat. deciſ.*98. vbi qui-
dam dùm fuiſſet iniuriatus, & baculo
percuſſus in capite, & ſpatulis, qui impa-
tiens doloris ipſum interemit, ob quod
fuit condemnatus ad remigandum, & in
587 *conſ.* . . *num.*31. dixit, quod vulnerato
non poſſit eum gladio inſultantem me-
tum cum baculo, ſi potero me alitèr de-
fendere, prout in dubio præſumendum
eſt me alitèr defendere poſſe, & paritèr al-
legat *Capyc. deciſ.*58. *&* *Grammat. deciſ.*23.
quæ quidèm doctrinæ quàmuis in ſe verè
ſint, nihilominus ex facti diuerſitate col-
ligitur alitèr in vno caſu, & alitèr in alio
dicendum erit, & potiſſimùm in caſu ri-
588 xæ, tùnc enim excedens moderamen
inculpatæ tutelæ non tamen ex præpoſi-
to, ſed in rixa non dicitur incurriſſe ali-
quam pœnam, ex *Grammat. conſ.*56. *nu.*17.
*&* 18. probat *Baiard. ibi num.*107. quibus
conferunt recollecta per *Georgium Brechti*
*in tractatu de neceſſ. defenſ. cap.*14. *per totum*,
& eo magis, quia in caſu enarrato fuerat
prouocatus, indè ſuccedit, quod dixit
*Gloſ. in l. ſi ex plagis*, §. 1. *verſic. rixatus*, *ff.*
*ad legem Aquiliam*, quod non debes aliquẽ
percutere ad defendendum, niſi priùs te
feriat, & ampliùs, quia erat quodam vul-
589 nuſculum illatum, & ſimilitèr vulneris
appellatione non venit granciatura, nec
vulnuſculum, vt inquit *Muta ad pragmat.*
*Siciliæ tit.*42. *num.*6. præſertim ſi cum pu-
gno parum ſanguinis extractum eſſet, vt
*num. ſeq.* probat, ſubdens, quod in accu-
ſationibus ſolet ſcribi cum maxima ſan-
guinis effuſione *num.* 8. *&* 9 & proinde
590 vulnuſculum non eſt in conſideratione,
nec comprehenditur ſtatuto, *Bertazzol.*
*conſil. crimin.*85. *num.*29. *tom.*1. quo fit, vt
cum vulneratus repertus præſumatur ag-
greſſor, ex *Fab. in* §. *ius autem gentium*, *In-*
*ſtitut. de iure natur gent. & ciuil.* probat *Vul-*
591 *pell. conſil. crimin.*98, *num.*3. quod vulne-
rans aggreſſorem, dicetur vulnerare ad
ſuam neceſſariam defenſionem, *Farinac.*
*conſil. crimin.*182, *num.*8. *&* 10. *tom.* 2. ideò
die 27. Iunij 1625. decreui, quod ex cau-
ſis in informatione deductis liberetur,
penès Ayetam Actuar.

*SEPTVAGESIMOSEXTO.*

ANtonius, & Thomas Maiza vendide-
runt certas vineas Ioanni Baptiſtæ Mi-
chaeli pro pretio ducatorum 200. & inte-
rim correſpondere ad rationem ducato-
rum 14. 2. deindè ipſe emptor illas ven-
didit Mario de Caro, & vni ex fratribus
ceſſit

ceſſit dictum nomen debitoris, & poſteà
præfatus Marius eaſdem vineas vendidit
Ioanni Bacchino, qui ſoluit præſentiali-
tèr pretium, quod ipſe Marius dedit eiſ-
dem de Maiza illico, de quo ipſum quie-
tauerunt, indè comparuerunt ipſi de Ma-
io in Curia Epiſcopali Monop. petentes
aſſiſtentiam pro ducat. 50. pro intereſſe,
decurſo ex cauſa dicti pretij ſuper domo
eiuſdem Ioannis Baptiſtæ, quę poſſideba-
tur per Clericum D. Gregorium Tareſi,
qui exciperat inter cætera dicendo fuiſ-
ſe ſatisfactos ipſos de Maiza, eo quod
ipſi quietauerant debitorem delegatum
per inſtrumentum ibi quietauerunt in
forma. Replicabant ipſi de Maiza, dicen-
do illum quietaſſe pro capitale debito,
ſed non pro intereſſe, & ſic legebatur in
inſtrumento, & eoſdem ducat. 178. breui
manu coràm nobis, & eodem contextu
dictus Marius venditor girauit, ſoluit, &
aſſignauit D. Antonio, & Thomaſio fra-
tribus creditoribus ceſſionarijs ſupradi-
cti Ioanni Baptiſtæ de Michele vendito-
ris ducatos bonos, &c. Replicabat con-
uentus, quod quietatio erat generalis,
& dùm fuerat facta de principali, intelli-
gebatur etiam de intereſſe vti acceſſo-
rium, iuxtà vulgatam regulam *text. in cap.
acceſſorium, de regul. iur. in 6.*

592 Sed ijs replicabatur, quod quietatio
quàmuis generalis referebatur ad rece-
pta, & ſpecificata tantùm, *l. emptor, §. Lu-
cius, ff. de pactis, l. ſi de certa re, C. de tranſact.
l. iubemus, ff. ad Velleian. l. fin. §. idem quæſi-
uit, ff. de condict. indeb.* & refertur ad narra-
ta in inſtrumento plura allegat *Afflict. de-*
